Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

S. LEIGHTON, BREWER ST.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

13596

POLYANTHEA

OPVS SVAVISSIMIS FLO=
ribus exornatum, authore Dominico Nano
Mirabellio, Ciue Albenſe, artiumq; docto=
re, ad communem Reipublicæ litera=
riæ utilitatem, longe quam antea
auctius factum, & ab innu=
meris erroribus uin=
dicatum.

Coloniæ ex officina Iaſparis Gennepæi.
Anno a ſacro partu uirgineo,
M. D. LII.

224.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

DOMINICI NANI AD Lectorem ELEGIA.

Tempora quiſquis amas florenti ornare corona,
Atq; cupis uario cingere flore comas,
Ingredere hos hortos, & odora roſaria, Nanus
Compoſita alacri dat tibi fronte roſas.
Hic eſt quod deceat pueros, iuuenesq;, ſenesq;:
His ornare poteſt ſexus uterq; caput.
Nulla Venus nobis, nulli hic cantantur amores,
Nec Iouis hic mœchi, furtaq; Martis erunt.
Turpe quod eſt factu, quis dicere credat honeſtum?
Talia nam in fibras ſemina mortis agunt.
Si qua poetarum recitantur carmina nobis,
Non ea ſunt oculo deſpicienda graui.
Eruimus ſpurcis fuluum de ſordibus aurum,
Lilia de medijs ſentibus, & uiolas.
Auſonia hic lætus uel Hymettia rura peragrans
Colligę: non tribulos, non aconita leges.
Hos matrona poteſt legere & uirguncula flores,
Nil ibi quo frontis ruga trahatur, erit.
Hos non pœniteat tetricos legiſſe Catones,
Hos probet Hippolyti Penelopesq; pudor.
Iſta monent frenis flagrantem arcere iuuentam,
Ne ruat in mores luxuriare malos.
Sydereo hic diſces animas quid donet olympo,
Tartareis miſeras quid quoque mergat aquis.
Vtere ſi qua placent, noſtros lacerare labores
(Aut ede utilius) deſine liuor edax.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ad illuſtriſſimum et excellentiſſi

MVM PRINCIPEM GVLIELMVM MAR= CHIONEM MONTISFERRATI, SACRIQVE ROMANI

Imperij Vicarium perpetuum, DOMINICI NANI Mira= bellij in POLYANTHEAM, præfatio.

IV multumq; mecum cogitaui Illuſtriſſime Prin ceps, quodnam præcipue ſcriptorum genus homi num uitæ maxime conduceret. Videbam enim Poetas (ut hinc initiũ ſumam) dum uitia inſectan tur, dum uirtutem laudibus in cœlum tollunt, mi ſcentq; utile dulci, optime de hominum uita me= ritos: interdum tamen de turpi uoluptate tam effuſe tamq; petulanter loqui, ita de ſuperis igno= minioſe fabulari, ut teneris lectorum mentibus non tantum proſint quæ bene, quantum quæ malæ dicta ſunt, obſint: dum pleraque cantant & ſpurca, & a noſtra ſanctiſſima religione maxime abhor rentia. Non ignorabam hiſtoriæ potiſſimum ope rerum memoriam diutiſ ſime conſeruari, illiusq; bene ficio maiorum recte aut perperam facta cum legeremus, eorumq; conſilia, uarietates, euentus perpenderemus, quid ma= xime nobis expediat admoneri. Illius tamen lectio longior plerisque uide tur, quam ut occupatis mentibus conueniat. Non me latebat, dicendi copi= am, boni ne an mali hominibus plus attulerit, dubitari poſſe. Vnde non im merito quidam gladio eloquentiam æquipararunt, quo & ad oppugnan= dum, & ad propugnandum tam male quam bene uti poſſumus. Videbam nõnullos ſcripturam ſacram irridentes, & quicquid Maroniano Ciceroni= anoq; careat lepore, ita dedignantes, ſola aurium delectatione allectos, ut etiam contra catholicam ueritatem interdum ſentirent. Videbam multos Ariſtotelica ſcripta deuitantes, ipſius lectionis obſcuritate ac difficultate perterritos. Ego uero communi conſulens utilitati (cupio enim quamplu rimis prodeſſe) rem perutilem facturum me exiſtimaui, ſi hos omnes mi= hi proponerem, & quæ ad communem uſum faciunt undiq; eligerem, ut eſt apud Lucretium:

Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant,
Omnia nos itidem decerpſimus aurea dicta.

Primo igitur ut adoleſcentibus eloquentiæ candidatis opitularer, uocabu la plurima declaraui, græcas dictiones illis annectens, diffinitiones ſeu de= ſcriptiones in principijs cuiuſq; materiæ addens: non quod omnia me dif= finiturum pollicear, ſed diffinitiones recitaturum. Diffinire enim propri= um eſt ſapientis. Ego uero nec ſapiens, nec ſapienti proximus, ſed (ut Cice= ronis uerbo utar) magnus ſum opinator. Et ut prouectiori ætati in com mune ſuffragarer, ipſa deinde præclara dicta, & primo quidem orthodo= xorum, a ueteri incipiens teſtamento, ad quatuor eccleſiæ doctorum ſcri=

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pta,multorumq; ſanctorum perueniens,quales fuerunt Ioannes Chryſoſtomus,Bernardus,Iſidorus, Boetius, aliiq; multi, præclarasſententias accumulans,dicta philoſophorum, hiſtoricorũ, poſtremoq; poetarum, tam Græcorum, quam Latinorum adiunxi, ita ut quid de ea re unuſquiſque ſentiat,ſiue uirtus ſit,ſiue uitium, facilè dignoſcipoſſit. Quæ autem Græca appoſui, Latinis uerbis exponenda curaui, ut uerbum uerbo reſpondeat. Nec tamen omnia,quæ annotatione digna uiſa ſunt,hic inſerenda inſtitui, nullus enim operi ipſi finis inuentus fuiſſet:ſed de maxime electorum aceruo quæ potiora uiſa ſunt elegi. Diſpoſueram præterea omnem materiam in arboris modum. Verum cum operis immenſam magnitudinem animaduerterem,ea tantummodo redigenda cenſui,quæ eſſent in manibus & in quotidiano ſermone, quales ſunt uirtutes tam cardinales,quam theologicæ: item de anima & corpore,necnon ſeptem uitia, quæ peccata mortalia dicuntur:quæ omnia Philoſophiæ ſtudioſis non parum profutura putaui.Opus hoc POLYANTHEAM nominaui,quod nomen florum multitudinem ſignificat: etenim πολὺ multum, ἄνθος flos a Græcis dicitur. Has autem meas lucubrationes olim Diuo Bonifacio patri tuo dicare inſtitueram,niſi ille morte præuentus ad fœliciorum uitam migraſſet. Verum totus is hinc non abijt, quando te fratremq; Georgium, principes humaniſſimos, & a parente minime degenerantes, ex Maria puella imperiali, matronaq; ac uiragine prudentiſſima ſuſceptos nobis reliquit. Tuam enim fratriſq; imaginem intuens, quis non arbitretur Diuum Bonifacium intueri? quandoquidem non tantum corpore, ſed & animi dotibus illum apertiſſime agitis. Nã ut ille clementiſſimus humaniſſimusq; erat, omnesq; illius populi ut Deum colebant, nedum ut regem uenerabantur: ita & tu tuorum quidem populorum abditis pectorum penetralibus reconditus es, ut omnes tibi incolumitatẽ annosq; Neſtoreos optent.Quod facilime conſpicitur,quum ad aliquam urbem tuam uel oppidum accedis.Nam puerorum iuuenumq; agmina certatim tibi occurrunt, & ab illis applaudentibus ita exciperis, ut reſonet magnis applauſibus æther: quod tanto eſt ſyncerioris affectus indicium, quanto puerorum ingenia ſunt ſimpliciora. Nec hoc immerito. Quando enim Mõtis ferrati regio, imo ipſa tota Italia(pace aliorum dixerim)principem habuit,in quo puero tanta indoles uirtutisq; argumentum tam aperte oſtenderetur? Solent pleriq; principes, quum primum infantiam egrediuntur,omnem armorum ſtrepitum,equorumq; hinnitus pertimeſcere: tu uero princeps eminentiſſime, qui nondum decimum annum attigeras,galeatus,armisq; militaribus a uertice uſq; ad plantam contectus, equum aſcendiſti, & non modo uelociſſime currentem calcaribus ſtimulaſti, ſed haſtatus in haſticis duris & laborioſis certaminibus, & quæ ueterani milites non ſine maximo labore ſuſtinent, in teneris unguiculis te exercuiſti,aſſiſtente Carolo Gallorum rege,quo tempore ad Parthenopæam expeditionem properans cum totius Galliæ proceribus, Caſale ſancti Euaſij ſe recepit: qui omnes te unum, tanquam alterum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

terum Neoptolemum admirabantur, modo equum ſpumoſum calcaribus ſtimulantem, modo haſta oppoſitorum armatorum caput pectusque pulſantem. Quot eo tempore Galliæ proceres obſtupeſcentes, quod ante annos animum gereres curamque uirilem, dixere: Fœlices talem qui te genuere parentes. Addamus & his, quæ anno proxime præterito in Gallia egiſti. Nam quum Ludouicus Gallorum rex, & idem Mediolani dux, ac rex Parthenopæus Bleſij ſe contineret, quo omnes non modo totius Galliæ proceres, ſed & Archidux Burgundiæ cum plurimis Germaniæ primatibus, qui ipſum Archiducem ad Regiam maieſtatem proficiſcentem comitati fuerant, haſticum certamen inſtitui mandaſſet, tibi etiam Princeps magnanime ab ipſo rege iniunctum fuiſſet, ut in numero aliorum haſtatorum artis militaris expertiſſimorum armatus & haſtatus eſſes: Tu inquam, qui nondum annum decimumſextum attigeras, intrepidus in certamen deſcēdiſti, multas haſtas modo in caput, modo in pectus oppoſiti hoſtis infregiſti, imo & ualidiſſimum ſcutum aduerſarij cum thorace lancea perforaſti: & niſi haſta ipſi confracta fuiſſet, ipſum tuum antagoniſtam cum armis utrinque pertranſiſſes: & demum in tanta pugilum fortiumque uirorum caterua adoleſcentulus certaminis uictoriam reportaſti: Nec hoc in obſcuro loco, nec paucis cernentibus, ſed in media Gallia, ſed ſpectante rege Gallorum Chriſtianiſſimo Sereniſſimaque regina, ſed intuente uirtutemque tuam obſtupeſcente Archiduce Burgundiæ eiusque excellentiſſima uxore, ſed uidentibus & tuam uirtutem admirantibus innumeris proceribus, non modo Gallicis & Germanis, ſed & Italis. Non poſſum Hercle contineri quin aliquos teſtes citem tam præclari facinoris (licet ſat uideri poſſit regem Galliæ archiducemque Burgundiæ nominaſſe: uerum huiuſmodi fortia facta ſunt ſcriptis mandanda, ne ulla uetuſtate obliterentur) ut aliquando minores tui hæc fortia præclaraque geſta non conticeant. Aderant inquam uictoriæ tuæ ſpectatores & teſtes, Dux Borbonij cum uxore, Dominus Augulemi Delphin, Dux Lanſſoni cum coniuge, Princeps Orengiæ, Comes Fuxi, Dominus Mompenſerij, filius comitis Palatini, filius Marchionis Badæ, qui ambo principes Germani cum Archiduce eo uenerant. Aderant & Cardinalis Amboyſæ, Cardinalis ſancti Georgij, Cardinalis Lucemburgi. Affueruntque huic ſpectaculo legati quamplurimi, qui undiq; illuc confluxerant, præſertim Summi pontificis, regis Hiſpaniæ, Venetorum, Florentinorum. Aderant & proceres Itali, Comes Ludouicus Conzaga, Carolus Vrſinus, Comes Muſochi, Iulianus Medices, Nouarienſis epiſcopus, innumeriq; quos longum eſſet numerare. Tu inquam in tantorum procerum conſpectu tale uirtutis tuæ præſtitiſti experimentum, ut unuſquiſq; dicere poſſet:

Alius Latio iam partus Achilles.

Virtute tua motus ſereniſſimus rex, quam non a fallaci rumore nuntiatam, non mendaci (ut fit ſæpenumero) fama illatam, ſed quam regijs oculis ipſe aſpexerat, uirginem regio ſanguine natem tibi matrimonio copulauit. Additur fortitudini tuæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quædam innata humanitas atq; clementia,qua Diuum Bonifacium paren tem tuum apertiſſime repræſentas. Et licet idem domi militiæq; princeps fuerit maximi nominis,multasq; clariſſimas adeptus fuerit uictorias,cum Veneti exercitus imperator exiſteret, cum multa alia maximi ponderis bella fœliciter & maxima cum laude geſſerit: tu profecto parentem gloria ſuperaturus es, quo pacto Tydeum Diomedes, Paleaq; Achilles uirtute anteceſſit, & non modo patrem, ſed & quotquot Montisferrati Marchi= ones hactenus fuerunt. Nam quanquam Diuus ille Gulielmus prudentiſ= ſimus patruus multa ampliſſima & altiſſima egerit facinora, quibus me= moriam apud nos reliquit immortalem(Is enim Caſale,quod opidum uile magalibusq; confertum fuerat, in urbem reformauit, & quam urbem? quæ alijs Italiæ urbibus & palatiorum & ædium ſacrarum magnificentia, murorumq; ac propugnaculorum munimentis,ciuium numeroſitate, di= uitijs & præclaris moribus non facile cedat) Licet & in ipſa urbe Diui Do= minici templum eminentiſſimum, & extra urbis muros templum Sanctæ Mariæ ad angelos cum ſuis ſumptuoſiſſimis cœnobijs condiderit,ſuæ in ſuperos pietatis maxima argumenta: licet arces multas Montisferrati tutiſ= ſimas erexerit,licet multas erectas etiam inſtauraverit, & (ut artis milita= ris erat callentiſſimus)ita munierit,ut nullos tormentorum ictus pertime= ſcant:licet ad illum ex totius orbis partibus, tanquam ad Apollineum ora culũ confugeretur,utpote qui omnẽ & pacis & belli gloriã cõſecutus fuiſ= ſet:nunquam tamen in pueritia, nunquam in adoleſcentia ſua tale probi= tatis ſpecimen de ſe patefecit, quale tu ipſe in tua tenera ætate præſtitiſti. Quare cum optime inſtitutus ſis, acriq; ac prope diuino emineas ingenio, facile oſtenditur quam optimam frugem hæc ſpondeat ſeges. Quæ autem prudentiæ tuæ argumenta oſtendas,quis non uidet? Quis tuam,licet adole ſcentulus ſis, in inceſſu grauitatem,in colloquio uenuſtatem,in audiendo affabilitatem, in reſpondendo facilitatem non admiratur? Quid, quod in hac tua adoleſcentia, conſulta ſenatus tui non ſolum audis, ſed & diuino tuo ingenio multa agenda ſapientiſſime perpendis. Fœlices Montisferrati populi tanto principe ſe arbitrantur. Vident enim te præcipuum iuſtitiæ tutorem fore, Reipublicæ fortiſſimum propugnatorem, ſcelerum terro= rem, nequitiæ frenum, & deniq; bonorum ſuauem ac tutiſſimum por= tum, ſceleratorumq; ſcopulum. Et quoniam in iuuenibus quædam ſunt ui tia fere omnibus communia, quæ ab Horatio enumerantur, inter quæ di= cit adoleſcentiam monitoribus aſperam, in te nihil tale cõſpicitur: es enim familiaribus tuis bene monentibus indulgentiſſimus, in omnesq; facili= mus. Optimorum teſtis eſt morum tuorum Alexãder de ſancto Georgio comes Blandratæ, Apoſtolicus protonotarius, uir magnificentiſſimus, ac tuæ gloriæ ſtudioſiſſimus,qui cum equitas, peregrinaris, diu noctuq; uer= ſaris,qui alter tibi Typhis,alterq; Achates eſt. Teſtis eſt Camillus eiuſdem Alexãdri frater,cum iuris Pontificij Cæſarijq; laurea decoratus,tum omni uirtutum genere illuſtratus, tui ſacri ſenatus meritiſſime præſes, reliquiq; fratres uiri magnanimi, & a Guidone parente maximi nominis uiro, &

qui ab

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qui ab illuſtriſſimis maioribus tuis plurimi ſemper factus eſt, non degene rantes. Teſtis eſt Beneuentus eques Hieroſolymitanus, ciuilis canonicique iuris peritiſſimus, ipſius familiæ de ſancto Georgio, & Comitum Blandra tæ immenſus ſplendor, quæ quidem familia a ſereniſſima Poloniæ regum propagine (ut antiqua narrat hiſtoria) originem trahit: quo equite, ſplendi diſſimi equitis Ioannis filio, & Oratore uehementiſſimo illuſtriſſimi paren tes tui in maximis legationibus, modo apud ſereniſſimum Romanorum Imperatorem, aliosque reges Chriſticolas, modo apud Summum pontifi= cem maxima cum gloria uſi ſunt: quibus nauis tuæ clauum regentibus, non eſt illi pertimeſcendum. Teſtes ſunt reliqui ſenatores tui uiri iuſtiſ= ſimi & prudentiſſimi, quorum conſilio adoleſcentia tua (licet plurima per ſe ſapiat diuini ingenii perſpicacitate) uerum quia ſeris uenit uſus ab annis, glorioſe utitur. Et (ne epiſtolæ modum excedam) tu inclyte Princeps acci= pe precor benigno animo has meas lucubrationes: accipe POLYAN= THEAM, meæ erga Diuum Bonifacium patrem tuum obſeruantiæ pig= nus immortale, cuius tu ipſe es oſſa, caro, effigies et ſimilima imago. Nec ta men ignoro hos meos labores morſibus detractorum ſubijciendos fore. Noui enim nonnullorum uaniloquentias ſibi multum aſcribere arbitran= tium, ſi uel optime factis allatrent. Verum hoc floccifacio. Nam ſi indo= ctis non placeo, nihil eſt quod quærar, habeo enim quod optaui, bonam de ingenio meo ſpem: ſin doctis quoque non probabor, eſt (fateor) quod do= leam, non quod mirer. Nam quis ego? Atlas non ſum, Nanus ſum. Qui me mordebunt, clauam de manu Herculis non ſubtraxerint. Quid eſt præ= terea quod in tanta iudiciorum uarietate mihi blandiar aut arrogem, cum uideam detractorum linguas ne ipſis quidem Latinæ linguæ fon tibus Ciceroni & Virgilio peperciſſe. Tu uale Prin= ceps illuſtriſſime, & Dominici Nani tui ſer= ui memor, diutiſſime & fœliciſſime uiue. Saone Idibus Febr.

M. D. III.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

AD. LECTOREM.

QVANQVAM id primum omnium ſatis conſtat, nullas artes commodius quam ex ipſis hauriri poſſe fontibus, ijs nimirum qui de illis fidelius & ex profeſſo, idq; diligentiſſime ſcripſerunt: nemo tamen inficias ibit arbitror, & illos non peſſime eſſe de Republica literaria meritos, qui prolixos atq; adeo obſcuriores aliorum commentarios, in breuiora compendia, quibus faſtidium illud & obſcuritatis & tædioſæ prolixitatis falleretur, coegerunt. Quo nomine non parum laudis Dominicus hic noſter meruit, qui cum uoculas tantum non omnes explicat, ad illas quicquid inſignium ſententiarum in prolixis illis non claſſicorum modo, ſed & ſcholaſticorum ſcriptorum inuenit commentarijs, uelu ti in communes quoſdam locos congeſſit, qua re operam præſtitit longe utiliſſimam, illis præſertim, quibus non eſt (& ſi locupletiſſima ſint libraria inſtructi ſupellectile) omnia omnium ſcripta euoluere otium. Siquidem ex tempore ſiue ſcripturis ſiue dicturis de re quapiam, niſi ad id argumentum quod tractandum nobis erit, congeſta quædam habuerimus atq; parata, quibus inſtructus ſit noſter animus, quibuſq; ueluti emblematis extemporalis exornetur dictio, uanus omnis is erit conatus. Sunt iſta tamen ſumma tractanda iudicio, & tam furtim inſerenda, ut uel ſagaciſſimum quemq; non poſſint non fallere, atq; ut uideantur non tam inſerta quam applicita. Qui enim pauculis eiuſmodi inſtructi adminiculis, illa omni promiſcue loco ingerunt, neceſſe eſt (ut inquit Quintilianus) aut faſtidium mo ueant, ueluti frigidi & repoſiti cibi & bis poſita crambe, aut pudorem deprehenſa toties audientiũ memoria. Sed non eſt noſtrum de his præcipere, quando tot tantiq; præclarorum uirorum ea de re commentarij extent. Exhibemus itaq; tibi candide lector Polyantheam multo quam antea caſtigatiorem, ſed & locupletiorem, ſi quidem multa ſparſim adiecimus, hoc ſigno prænotata ¶, plura adiecturi, niſi iuſtam operis molem exceſſiſſe uideremur, priorq; hæc tela omnino retexenda fuiſſet. Tu igitur hos noſtros labores boni conſule, illisq; fruere fœliciter, ac interim vale.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

DOMINICI NANI MIRABELLII, CIVIS ALBENSIS, ARTIVM DOCTORIS, POLYANTHEA.

ABET AB, ET ABS, Apud Latinos idē significant quod apud Græcos ἀπὸ, in significatione uero eandem uim habent. Nōnunquàm pro poſt accipiūtur. Plinius: Et uirus equi à coitu ſtatim collectum: hoc eſt, ſtatim poſt coitum collectum. In cōpoſitione aliquando priuationē ſignificant, ut Amens, quaſi ſine mēte: Abſimilis, diſſimilis. Abſtemius, ſine temeto: Ab re præter rem, præter propoſitum. Nonnunq; ablationem ſignificant, ut abduco. Differunt autem ſic inter ſe, q; A nunq; iungitur cum dictionibus incipientibus à uocali: Ab uero cum oībus his iungitur, & ſæpiſſime cum duabus liquidis, & i conſonante, ut ab lege, ab re, ab Ioue. Virgil. Ab Ioue principium muſæ. Abs cum te: ut abs te. Interdum cum q. Terentius: Abs quiuis homine beneficium accipere gaudeas.

Abactor qui & abigens, græce ἀπελάσιτσου ὁ dicitur & ἀπελαύνω abigo. Eſt autem abactor, pecuariorum animalium fur. Ouidius: Arte ſua ſyluis occultat ab actas. Vlpianus: Abigei ſunt, qui pecora ex paſcuis uel ex armentis ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur. Differt autem abigeus à fure: Quoniam Fur generale nomē eſt, Abigeus uero ſpeciale. Nam ſi quis ouem unam aut ſcropham in ſolitudine relictā abduxerit, fur dicetur, nō abegeus: Qui uero greges ipſos aut armenta ſurripuerit, uel clam uel palam, abigeus dicetur. Hinc crimen ipſum, Abigeatus.

Abacus græca dictio eſt, nam ab illis ἄβαξ ακοσ ὁ dicit: Significatq; mēſam ſuper q̄ comedere conſueuimus. Vel (ut alijs placet) ſuper qua potoria uaſa locantur. Iuuenalis: Lectus erat Codro Procula minor, urceoli ſex, Ornamentum abaci. Auſonius: Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem, Atq; abacum Samio ſæpe oneraſſe luto. Abacus etiam (ut teſtat Hermolaus Barbarus in caſtig. Plinianis) ſignificat planitiē ad ſedendum habilem, factam è ligno, marmore, uel alia ſtructura. Vnde & columnarū abacos & podiorum apud Vitruuiū legimus. Eſt præterea abacus oblita gypſo tabella, in qua arithmetici numeri deſcribunt. Perſi. Nec qui abaci numeros, & ſecto in puluere metas Scit riſiſſe uafer. Dicimus inſuper per diminutionem abaculos, calculos ſupputationum. Indeq; ipſa ars arithmetica à nonnullis abacus nuncupatur.

Abdicatio græce ἀποκήρυσισ τοσ ἡ & ἀποκυρύττω abdico dicitur. Eſt autem abdicatio ex familia abiectio. Differt q; ab exhæredatiōe. Q. d abdicare ē expellere à bonis filiū dum uiuit pat. Exhæredare uero poſt mortē. Abdicareq; grauius ē, cum exhæredationem quoque in ſe contineat.

¶ Exhæredari autem grauius eſt, q; teſtamento prāteriri. Hinc eſt, q; Exhæredati filij præteritis peiores iuris præſumptione exiſtimant. Quamobrem iure ueteri filius paterno teſtamento exhæres eſſe iuſſus, ingratus præſumebātur, ut eſt apud Alciatū libro 4. Paradox. ca. 11. Abdicare generaliter, p amouere, ut abdicauit ſe conſulatu. Quare abdicatio pro priuatione ponitur.

Abdicatio rerum temporalium, ſecūdum animi præparationem, ut ſcilicet homo ſit paratus, ſi op' fuerit, omnia dimittere uel diſtribuere, pertinet directe ad perfectionem, non autē abdicatio rerum actualis. Quia ſic in ea non cōſiſtit eſſentialiter p fectio, ſed eſt quoddā perfectionis inſtrumentum Secundum b. Thomam Secunda ſecundæ, quæſt. 188. articulo ſeptimo.

Abyſſus græca dictio eſt, ἄβυσσοσ ου ὁ. Et eſt aquarū immenſa profunditas. Dicitur q; ab α quod eſt ſine & baſis fundamentū, quaſi ſine fundamento, ut placet b. Tho. 2. Sen. di. 12. & ſuper p̄s 32. col. 6. Vel dicamus q; βυσσοσου ὁ idem eſt quod p funditas, q̄ & βυθοσ ὁ dicit: Addit igitur α, q; ſit in multis dictiōibus, ut σάχυσσοσ ὁ & ἄσαχυσ. i. ſpica. & βλιχρὸσ ὁ & ἀβλιχρὸσ debilis, ut legit quinto Iliados. Eadem igitur ratione & abyſſus dicimus.

Abiuratio Græce ἀπάρνησισ ισ ἡ & απαρνήτισ του ὁ abiurator dicitur. Eſt autem abiuratio rei creditæ cum periurio denegatio. Plautus in Curguli. Qui abiurant quod creditum eſt. Virgil. Abiuratæq; rapinæ Cœlo oſtenduntur.

Abominatio Græce βδέλυγμα τοσ τὸ & βδελυκτὸσ ὁ. abominabilis dicitur. Eſt autē abominatio actus appetitus refugiētes cognitionē alicui' rei. Vel eſt intenſum odium, ſecundum bea. Tho. ſuper p̄s 13. col. 2. & 3. Sen. diſt. 26. quæſt. 1. ar. 3.

Abominor Græce βδελύττομαι dicitur. Et ſignificat idem quod execror & faſtidio, & quaſi pro malo omine habeo, & ſine aſpiratione proferē.

Abortiuus Græce ἔκτρωμα αβοσ τὸ & ἐκτρώσκω aboririor dicitur: Eſt aūt abortiuus, fœtus naſcens ante tempus debitū: uel fœtus ui eductus, uel non perductus ad debitam quantitatem, ſecūdum Iſidorum, & b. Tho. ſuper 1. epiſt. Pauli ad Cor. 15.

Abrogatio Græce ἀποκύρωσισ ισ ἡ & ἀποκυρόω abrogo dicit. Eſt autē abrogare legem, eam irritare atq; infringere. Derogare autem legi, eſt aliquid ex ea detrahere. Modeſtinus: Derogat legi, cum pars detrahitur: Abrogat lex, cum prorſus tollitur. Hinc derogatio & abrogatio deducunt.

Abſolutio Græce ἀπολυσισ ισ ἡ & ἀπολύω abſoluo dicitur.

Abſolutio criminis triplex eſt: Prima, p diſpenſationē: ſecūda, p ſententiā crimine non p̄bato: tertia, p pœnitentiā. Glo. in c. de his. De accuſa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Abſolutio,& relaxatio differunt. Quia abſolutio reſpicit ſecundū aliquos abſolutionē priſtinam cū ſolennitate, ſcilicet cum pſalmo pœnitentiali, Miſerere mei deus,ut ponit Gui. Du. in Spe inti. una. Sed uerbum relaxatio reſpicit abſolutionem nō ſolennē,ut dicit glo. Abſolutio reſpicit iuſtam excōmunicationem:Relaxatio uero iniuſtam,quæ tamē tenet,ſed uenit relaxāda, iuxta c. Sacro. De ſen. excō. uel abſolutio reſpicit abſolutionem ad cautelam quando quis negat ſe excōmunicatum, ſed tamen petit ad cautelā ſe abſolui:utrunq; ſecundum Doct. poteſt ſaluari ex glo. in ca. Abſolutionis de his quæ ui metusve cauſa fiunt,capitulo Vnico.

Abſonus ἄσημος ὁ ἡ dicitur. Et eſt abſonum particulare,quod ſignificat ſonum ſine ſignificatione, ut ſonus tubæ, uel citharæ. Vniuerſale uero abſonum eſt, quod nullum ſignificat ſonum, ut ſonus linguæ. Vnde abſonum dicitur, quod ſine ſono eſt, ut ſonus linguæ ita hæſitantes, aut ita uoce abſoni.

Abſtemius is dicitur, qui à uino abhorret,ab abs,quod eſt ſine, & temetū, quod eſt uinum grauius: ſic dictū, q̄ tenet, hoc eſt labefactet mentem,ut placet Donato, Inde temulentus,q̄ græce μέθυσος ου ὁ dicitur,ebrium ſignificat. Terētius. Pol temulenta eſt hæc mulier, & temulentia, quæ græce μέθη ης ἡ dicitur, ebrietas eſt. Hinc etiam temere,quod græci ἄβουλως dicitur, aliqui deductum uolunt,quod ſignificat ſtulte, incōſiderate,qualis eſt ebriorum conditio,qui nec timent quicquàm, nec quid faciant uident. Inde etiam temerarius ἄβουλος ου ὁ hoc eſt audax,& temeritas ἀβουλία ας ἡ hoc eſt audacia.

Abſtinentia eſt ciborum ſubtractio, quæ contingit ſex modis.

- Propter ſolam ſanitatem conſeruandam, uel acquirendam. — Abſtinet Eger.
- Propter penuriam ſolum. — Egens.
- Propter auaritiam. — Cupidus.
- Propter delectabiliorē ſequentē comeſtionem. — Gula.
- Propter inanem gloriam, uel hypocriſim. — Simia.
- Propter deū, & eſt duplex, ſcilicet Virtus.
  - Diſcreta, quæ eſt ratione regulata moderatio ciborū. Quod fit cum quis abſtinet a cibis, ut oportet, congruentia perſonarū cum quibus uiuit, & perſonæ ſuæ: & pro ualetudinis ſuæ neceſſitate, nec pertinet ad regnum dei, niſi cum fit rationabiliter, & ex dilectione dei, quæ ſecundum Archiepiſcopum Florentinum.
  - Indiſcreta Triplex ſecundum beatum Thomam iiij. ſententiarum, diſtin. 15. q. 3. articulo primo.
    - Cauſatur uel conſeruatur in quatuor que ſunt.
      - Efficit in homine.
        - Quo ad animam, uel mentem.
          - Eleuationem mentis.
          - Memoriæ tenacitatē.
          - Intellectus acuitatē.
        - Quo ad corpus
          - Corporalem uitam delectabilem & ſanam facit.
          - Templum dei efficit.
          - Mūditiam corporis cauſat.
      - Cum licet natura paucis contenta ſit, ſubtrahuntur neceſſaria uitæ, de quo Hier. in Decretis, de conſ. diſt. 5.
      - Non mediocriter De rapina holocauſtū offert, qui temporalium bonorum, uel ciborum nimia egeſtate, uel manducandi, uel ſomni penuria immoderate corpus affligit.
      - Cum ſubtrahuntur neceſſaria ualetudini debita, circunſtantia locorum, officiorum, & perſonarum.
      - Cum per ea omittuntur utiliora, unde Hieron, de conſ. diſtinct. 5. Non mediocriter. Rationabiliter homo dignitatem amittit, qui ieiuniū charitati, uel uigilias ſenſus integritati præfert.
    - Elongatio ab allicientibus ad gulā: quales ſunt pingues mēſæ.
      - Natura quę ſecundum philoſop. lib. animaliū os paruū et gutt̄ arctū homini dedit.
      - Scriptura ga initiū uitę hominis panis & aq̄. Eccle. 29.
    - Conſiderationes inducentes ad abſtinentiam, quæ ſunt:
      - Fortuna inducēs ad uitę paritatē, cum oēs homines habeāt eandē naturę paritatē.
      - Mors futura, de qua Gre. Nihil ſic ualet ad carnis deſideria domanda, ſicut cogitare qualis ſit futura mortua.
    - Debita ordinatio, q̄ faciunt quinque conditiones. ſ.
      - Expectatio cōuenientis horæ manducationi.
      - Moderatio delitiarum in cibis pro perſonarum ſtatu & conditione.
      - Moderata ciborum ſumptio in quantitate ſecundum complexionem.
      - Non ardens, nec rapax edacitas.
      - Simplex & non accurata, nec ſtudioſa ciborum præparatio.
  - Assuefactio ad aliquod licitum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ABſtinentia quæ græce ἐγκράτεια dicitur nam & ἐγκρατὴς ὁ ἀπεχόμενος abſtinens dicitur: & ſubtractio ciborum ratione regulata, ut placet beato Thomæ Secunda ſecundæ, quæſt. 146. art. 1.

Abſtinentia eſt à cibo & potu, nō quia aliqua dei creatura mala ſit, ſed pro ſola corporis caſtigatiōe ceſſatio, ſcūm Auguſtinū de fide ad Petrum.

Abſtinentia eſt cohibitio gulæ, luxuriæ, cupiditatis, auaritiæ, ambitionis & ſuperbiæ, ſecūdum Commentatorem ſuper pri. Ethi.

Abſtinētia (ut quidam uolunt) ſic differt à continentia, quod continentia eſt, cum nos à uoluptatibus continemus. Abſtinentia autē pro iuſtitia accipitur, cum ſcilicet abſtinemus ab alienis, nulli uim inferentes nihil cuiquàm eripientes. Continentiæ poteris dare nomen abſtinentiæ potius quàm econtra. Cōtinentia enim quid ſpecialius eſt: Abſtinentia uero generalius. Sicuti temperātia putatur ſub iuſtitia eſſe, uel ab ea nō poſſe ſeparari. Illa uero ſine hac frequenter eſt. Quare rite continentia uocatur abſtinētia *Eccleſiaſtici* 31.

Vtere, quaſi homo frugi his, quæ tibi apponuntur. *Ibidem.*

Quā ſufficiens eſt homini erudito uinum exiguum: & in dormiendo non laborabis ab illo, & nō ſenties dolorē. *Eccleſiaſtici* 37.

Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcā. In multis enim eſcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vſque ad choleram. Propter crapulam multi perierunt. Qui autem abſtinens eſt, adĝciet uitam. *Roma.* 14.

Noli propter eſcā deſtruere opus dei. Omnia quidem ſunt mūda, ſed malū eſt hominū, qui p offendiculū manducat. Bonū eſt nō māducare carnē, & nō bibere uinū, neq; in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur.

Aug ſup Ioan & habetur de conſe. diſt. 5. c. Ieiuniū.

Ieiunium aūt magnum & generale eſt, abſtinere ab iniquitatibus & ab illicitis uoluptatibus ſeculi quod eſt perfectum ieiunium in hoc ſeculo. Quaſi quadrageſimam abſtinentiæ celebramus, cum bene uiuimus, cum ab iniquitatibus & ab illicitis uoluptatibus abſtinemus.

Aug ſup epiſt. Ioan. & habetur diſt. 41. Delitiæ

Delitiæ quælibet ſi abſq; deſiderio percipiunt, non officiunt. Et uiles cibi appetenter accepti, impediūt profectū abſtinētiæ. Dauid ēm aquā male cōcupitā effudit, et Helias carnē comedit.

Aug. li. de doct. chriſt. & hab diſt. 41. Quiſquis.

Quiſquis rebus prętereuntibus reſtrictius utitur, q̄ ſeſe habent mores eorū cum q̄bus uiuit, aut intemperans, aut ſuperſtitioſus eſt. Quiſq; uero ſic eis utit, ut metas conſuetudinis bonorum inter quos uerſat excedat, aut aliqd ſignificat, aut flagitioſus eſt. In oībus enim talibus nō uſus rerū, ſed libido in culpa eſt. Quid igit locis & temporibus & perſonis cōueniat, diligenter attēdendū eſt. Nec temere flagitia reprehendamus. Fieri enim poteſt, ut ſine aliq̄ uitio cupidinis uel uoracitatis prætioſiſſimo cibo ſapiens utatur. Inſipiens aūt fœdiſſima gulę flamma in uiliſſimū olus ardeſcat. Et ſanius quiſq; malus erit more domini piſce ueſci, q̄ lenticula more Eſau nepotis Abrahæ, aut hordeo more iumētorum. Non enim propterea cōtinentiores nobis ſunt pleræq; beſtiæ, quia uiliorib⁹ alunt eſcis Nam in omnibus huiuſcemodi rebus, non ex earum rerum natura quibus utimur, ſed ex cauſa utendi & modo appetendi, uel probanda uel improbandum eſt quod facimus.

Aug. lib. q euan. & habetur diſt 41. Quod dicit.

Quod dicit dns in euangelio: iuſtificata eſt ſapientia ab oīb⁹ filijs ſuis, oſtendit filios ſapientiæ intelligere, nec in abſtinendo, nec in manducando eſſe iuſtitiā, ſed in æquanimitate tolerandi inopiam: & temperantia p abundantiam nō ſe corrumpēdi atq; opportune ſumendi uel nō ſumendi ea, quorum non uſus, ſed cōcupiſcentia repræhēdenda eſt. Non enim intereſt omnino quid alimentorū ſumas, ut ſuccurras neceſſitati corporis, dummodo congruat in generib⁹ alimentorum his, cum quibus tibi uiuendū eſt. Neq; quantū ſumas intereſt multū, cum uideamus aliorum ſtomachū citius ſaturari cibis, & eos cum illi ipſi paruo quo ſatientur ārdenter, intolerabiliter & omnino turpiter inhiare.

Aug. lib. quæſtionū noui & ueteris teſtamenti, & habetur 33. quæſt. 4 Chriſtiano.

Chriſtiano cum uxore ſua aliquādo conuenire licet. Propter proceſſionis enim dies & ieiuniorū, aliquādo non licet cōuenire. Quia à licitis etiam abſtinendum eſt ad tempus, ut facilius impetrari poſſit quod poſtulatur. Vnde apoſtolus: Ex conſenſu ait, Abſtinendū eſt ad tempus, ut expeditius uacetis orationi.

Aug. de uerbis domini, & hab. diſt. 41. Non cogantur.

Nō cogant diuites pauperū cibis ueſci. Vtantur cōſuetudine infirmitatis ſuæ Sed doleāt taliter ſe non poſſe ſuſtentare. Si cōſuetudinē mutant ægrotāt. Vtant ſuperfluis Dent inopibus neceſſaria, Vtant prætioſis, Dent pauperibus uilia. *Aug. de diffinitione rectæ fidei.*

Bonum eſt in cibo cum gratiarū actione percipere quicquid deus edendum præcepit. Abſtinere autem ab aliquibus, non quaſi malis, ſed quaſi non neceſſarijs, non eſt malum.

Aug in ſermone in dominica 4 in aduentu.

Qui ſic ſe à carnibus temperant, ut alias eſcas difficilioris præparationis & pretij maioris inquirant, multum errāt. Non enim eſt hoc ſuſcipere abſtinentiam, ſed imitari luxuriam.

Auguſtinus ſuper illud ad Roman. 14. Noli propter eſcam deſtruere opus dei.

Nō propter porcū, ſed propter pomū mortē primus homo inuenit. Et Eſau primatū ſuū nō propter galinā, ſed propter lenticulā perdidit. Scio enim Noe oīm genus carnis quod cibo eſſet uſui, māducare cōceſſum. Heliam cibo carnis refectum. Ioannē mirabilia abſtinētia præ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ditum,animalibus locustis in escam cedentibus non fuisse pollutum. Et scio Esau lenticulę concupiscentia deceptum, & Dauid propter aquæ desiderium à seipso reprehensum, & regem nostrum non de carne, sed de pane tentatum.

Augustinus ad sacras uirgines.

Sobrietas est mentis & sensus, membrorum omnium corporisq; tutela, castitatis pudicitiæq; munimentum, pudori proxima, amicitiæ pacisquè serua, honestatiq; semper coniuncta, criminũ vtq; uitiorum omnium profuga.

Augustinus ibidem.

Sobrietas temeritatem fugat, pericula cuncta declinat, mutuis officijs obtemperat, superbiam detestatur, domum familiamq;, cum moderatiõe gubernat, fidẽ sibi comittẽtib. seruat.

Augustinus lib. de adulte. coniu. & hab. 27. q. 1. Si tu.

Si tu abstines sine uxoris uoluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentiæ.

Hieronymus contra Iouinianum epist. 8. cap. pri.

Quanto maior est difficultas expertæ quondam uoluptatis illecebris abstinere, tãto maius est præmium.

Hieronymus & habetur de conse. dist. 5. Ne tales.

Ne tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere, aut comestos magno paratos & ditos labore doleamus. Olerum & pomorum, ac leguminum facilior apparatus est, & arte impendijsque coquorum nõ indiget, & sine cura sustentat humanum genus moderate sumptus. Quia nec auide deuoratur, quod irritamenta gulæ non habet, & leuiore digestione decoquitur. *Ibidem.*

Morbi saturitate nimia concitantur. Multiq; impatientia gulæ uomitu remediãtur, & quod turpiter ingesserunt turpius egerunt.

Hieronymus & habetur dist. 35. Ecclesiæ.

Ecclesiæ principes, qui delicijs affluunt, & inter epulas atq; lasciuias pudicitiã seruare se credunt, propheticus sermo describit: quod ejciẽdi sunt de spatiosis domibus, lautisq; conuiuijs & multo labore epulis conquisitis. Et si uis scire quo ejciendi sunt propter malas cogitatiões & opera sua, euangelium lege: In tenebras. s. exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. An nõ cõfusio & ignominia est Iesum crucifixum paupere & esurientẽ farsis prędicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam rubentes baccas tumentia q; ora proferre. Si in apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, etiam conuersationem & abstinentiam.

Hieron. & habetur de conse. dist. 5. Non dico.

Non dico hebdomadas, nõ dico ieiunia duplicata, sed saltem singulos dies absq; ciborum luxuria transigamus.

Hieronymus ibidem.

Sint tibi ieiunia pura, continua, moderata q. i. cõtinue esurire, & quotidie prãdere. Apostolus inquit: Noli adhuc aquã bibere, sed modico utere uino ꝓpter infirmitates tuas, curat em̃ uulnera delinquentis, curatosquè sanctificat ieiunium. *Hieronymus ibidem.*

Sint tibi quotidiana ieiunia, & refectio satietatem fugiens. Nihil enim prodest tibi biduo uel triduo transmisso uacuũ portare uentrem, si post pariter obruatur.

Hier. & hab. de conse. dist. 5. Non mediocriter.

Non mediocriter errant, qui bono magno præferunt mediocre bonũ. Nonne rationabiliter homo dignitatem amittit, qui uel ieiunium charitati, aut uigilias præfert sensus integritati.

Hier. ad Iouini. & hab. de con. dist. 5. Legimus.

Legimus quosdam morbo articulari podagrę humoribus laborantes, proscriptiõe bonorum ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos conualuisse. Caruerant enim solicitudine dispensandæ domus, & puellarũ largitate, quæ & corpus frangunt & animã. Irridet Horatius appetitum ciborum, qui consumpti relinquũt pœnitentiam.

Hier. in epist. ad Demetriaden. & hab. de Conse. dist. 5. Abstinentia.

Abstinentia tua, atq; ieiunium tuum eo magis deo grata sunt, quo cum moribus sanctis offeruntur. Vt quæ in alijs sunt umbracula uitiorum, in te sint ornamenta uirtutum.

Hieronymus in epistola ad Furium.

Nonnulli uitam pudicam appetentiũ in medio itinere corruerunt dum solam abstinentiam carnium putant, & leguminibus onerant stomachum, quæ moderate parcequè innoxia sunt, & ut quod sentio, loquar, nihil sic inflammat corpora, & titillat membra genitalia sicut indigestus cibus uictusq; conuulsus.

Hieronymus ad Rusticum

Modicus ac temperatus cibus & carni & animæ utilis est.

Hieronymus ad Lætam.

Ante annos robustæ ætatis periculosa est teneris abstinentia grauis.

Hieronymus ad Celantiam.

Quid prodest tenuari corpus abstinentia? si animus intumescit superbia. Quid uirtutis habet uinum non bibere? & ira & odio inebriari.

Hieronymus ad Paulinum.

Sit uilis & uespertinus cibus, olera & legumina, interdumq; piscículos pro summis ducas delitijs. Qui Christum desiderat, & illo pane uescitur, non quærit magnopere q̃ de pretiosis cibis stercus conficiat.

Hieronymus ad Eustochium.

Spõsa Christi uinum fugiat pro ueneno, hæc aduersus adolescentiam prima arma sunt uinũ. Non sic auaritia quatit, inflat superbia, delectat ambitio Facile alijs caremus uitijs. Hic hostis intus est incluſus; quocunq; pergimus nobiscũ inimicum portamus. Vinum & adolescentia duplex incẽdium uoluptatis. Quid oleum flammæ adijcimus? Quid ardenti corpusculo fomẽta ignea ministramus? *Ibidem.*

Sollicite ꝓuidẽdũ est, ut quos saturitas à Para-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

diſo expulit, eſuries reducat.

Ibidem de ſeipſo ait.

De cibo uero & potu taceo cum etiã languentes monachi aqua frigida utantur, & coctum aliquid accepiſſe luxuria ſit.

Hieronymus ad filiam Mauri.

Carnis & uini ſpecies, quaſi caloris fomenta, & libidinis incrementa fuge. Et tunc forte uino exiguo utere, cũ ſtomachi dolor & nimia corporis compellit infirmitas.

Ambro. in ſer. de ieiunio, & hab. diſt. 33. Sexto die.

Gula à paradiſo regnantem expulit. Abſtinentia ad paradiſum reuocauit errantem.

Idem in ſermone Quadrageſimæ.

Fames amica uirginitati eſt, inimica laſciuiæ. Saturitas uero prodigit caſtitatem, nutricillecebram. *Ambroſius lib. de Ieiunio.*

Initium uitæ hominis panis & aqua. At nunc quicquid piſcium natat, quicquid auiũ uolitat, quicquid ferarum diſcurrit, noſtris uentribus ſepelitur. *Ibidem.*

Cum ebrij fuerint de continentia diſputant. Ibi unuſquiſq; pugnas ſuas enarrat, ibi fortia facta prædicat. Vino madidus & ſomno ſolutus neſcit mente quid lingua proferat.

Ambroſius lib. de Virginitate.

Iuuenem ueteres fabulæ ferunt: cum propter admirandam oris pulchritudinem in amorem incenderet fœminas, uultum exaraſſe ſtigmatibus, ne qua eum amare poſſet.

Ambroſius lib. de Viduis

Propemodũ non inferioris uirtutis eſt eo abſtinere coniugio, quod aliquando delectauer t quàm coniugij oblectamenta neſcire.

Grego. Natali epiſcopo, & hab. di. 44. Conuiuia.

Conuiuia cõmunia, quæ ex intentione impendendæ charitatis fiũt, recte ueſtra fraternitas in ſuis epiſtolis laudat. Sed tamen ſciendũ eſt, quia tunc ex charitate ueraciter prodeũt, cum in eis nulla abſentium uita mordet, nullus ex irriſione reprehenditur, nec in eis inanis ſecularium negotiorũ fabulæ, ſed uerba ſacræ lectionis audiuntur, cum nõ plus q̃ neceſſe eſt ſeruitur corpori, ſed ſola eius infirmitas reficitur, ut ad uſus exercẽdæ uirtutis habeatur. Hæc itaq; ſi uos in ueſtris conuiuijs agitis, abſtinentium fateor magiſtri eſtis.

Gregorius Tentitiæ patricio & hab. 27. q. 2.

Sunt qui. ◊. Duobus enim modis.

Duobus enim modis ſancti uiri etiam à licitis abſtinere ſolent, aliquando ut merita apud deum omnipotentem ſibi augeant, aliquando ut actæ uitæ culpas deregant.

Grego. hom. 7. ſuper illud Ezechielis: Scio | abundare & penuriam pati

Qui eñ acceptis rebus nõ extollit, qui eas ad uſum uanæ gloriæ nõ intorquet, qui nõ ſolus poſſidet q̃d accepit, ſed hoc indigẽtibus miſeri cordit diuidit, ſcit abũdare. Qui acceptis alimẽtis nõ ad ingurgitationẽ uentris utitur: ſed ad reparationẽ uirturis, nec plus carni tribuit q̃ neceſſitas petit, ſcit ſatiari. Qui alimentorũ inopiam ſine murmuratione tolerat, nec p neceſſitate uictus agit aliquid, unde anima laqueũ peccati incurrat, ſcit eſurire. Quem ergo nec in abundantia ſuperbia eleuat, nec in neceſſitate cupiditas irritat, nouit abundare, nouit penuriã pati.

Gregor. homilia 25 ſuper Euangelium.

Cogitandũ ſummopere eſt, ut q̃ ſe illicita meminit cõmiſiſſe, à quibuſdam etiã licitis ſtudeat abſtinere. Quatenus per hoc cõditori ſuo ſatisfaciat, & qui cõmiſit prohibita, ſibimetipſi abſcindere debet, & conceſſa, & ſe reprehendat in minimis, qui meminit in maximis deliquiſſe.

Idem libro 5. Moralium.

Solus in illicitis non cadit, qui ſe aliquando & à licitis caute reſtringit.

Gregor. libro 9. Moralium.

Diſcretionis moderamine cura carnis ſeruãda eſt. Et minime princeps, ne quaſi domina animum uincat. Sed ſubacta mẽtis dominio, quaſi ancilla famuleť. *Idem lib. 20. Moralium.*

Abſtinentiæ uirtus nulla eſt, ſi tantũ quiſque corpus non edomat quãtum ualet. Aut ualde inordinata eſt, ſi atterit plus q̃ ualet.

Gregor. lib. 30. Moralium.

Ad conflictũ ſpiritualis agonis non aſſurgitur, ſi non infra noſmetipſos prius hoſtis poſitus, gulę uidelicet appetitus edomat. Quia ſi nõ ea, quæ ſunt nobis uiciniora proſternimus, inaniter ad ea quæ longius ſunt impugnando tranſimus, incaſſum nanq; contra extraneos inimicos in campo bellum geritur, ſi intra urbis mœnia ciuis inſidians habetur. *Ibidem.*

Non cibus, ſed appetitus in uitio eſt. Vnde & lautiores cibos plerunq; ſine culpa ſumimus, & abiectiores non ſine reatu conſcientiæ deguſtamus. *Gregorius lib. 30. Moralium.*

Magnus diſcretionis labor eſt exactori, & aliquid impendere & aliq̃d denegare, & non dando gulam reſtringere, & dando naturam nutrire. *Gregorius ibidem.*

Per abſtinentiã carnis uitia extinguẽda ſunt, non caro. Sic neceſſe eſt, ut artem continentiæ quiſq; teneat, quatenus non carnem, ſed uitia occidat. Sæpe enim dũ in illa hoſtẽ conſequimur, etiam ſeuere quẽ diligimus, trucidamus. Et ſæpe dũ quaſi conciui parcimus, ad prœliũ hoſtem nutrimus. *Gregorius lib. 30. Moralium.*

Eiſdem alimẽtis uitia ſupbiunt, quibus nutrite uirtutes uiuũt. Et cum uirtus alitur plerunq; uires uitijs augmentãt. Cum uero immenſa abſtinẽtia uitiorũ uires extenuat, etiam uirtus deficiens anhelat. *Ibidem.*

Dominante gulæ uitio oñe q̃d homines fortiter egerunt, perdunt. Et dũ uenter non reſtringitur, ſimul omnes uirtutes obruuntur.

Gregorius in Paſtorali.

Incaſſum per abſtinentiam corpus atteritur, ſi ordinatis moribus dimiſſa mens uitijs diſputatur. *Ibidem.*

Sanctificate ieiuniũ, ieiuniũ ſanctificare eſt ad

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

functis bonis alijs dignam deo carnis abſtinentiam oſtendere. *Grego. in Paſtorali.*

Admonendi ſunt abſtinẽtes ut nouerint quia tunc placentem deo abſtinentiã offerunt, cum ea quæ ſibi de alimentis ſubtrahunt, indigentibus largiunt. *Gregor. in Regiſtro.*

Sanctius eſt modico uino uti propt infirmitatẽ, q̃ multa aqua ingurgitari propter auiditatẽ.

Gregor. hom. 10. Cũ natus eſſet Ieſus in Beth.

Nato regi aurũ offerimus, ſi in cõſpectu illius clarꝛeate ſupnæ ſapiẽtiæ reſplẽdemus. Thus oferimus, ſi cogitationes carnis per ſancta oratiõnum ſtudia in ara cordis incẽdimus, ut ſuaui odore per cœleſte deſiderũ redolere ualeamus. Myrrhã offerimus, ſi carnis deſideria p abſtinẽtiam mortificamus. *Gre. in hom. Si ꝓs ault uenire.*

Duobus modis crux tollitur, cum aut per abſtinentiam affligitur corpus, aut per compaſſionem proximi affligitur animus.

Ioan. Chryſoſt. & hab. de con. di. 5. Nihil enim ſic.

Nihil em̃ ſic iucundũ eſt, ſicut cibus bene digeſtus aut decoctus. Nihil ſalutẽ, nihil ſic ſenſuũ acumen operatur. Nihil ſic ægritudinẽ fugat, ſicut moderata refectio. Sufficiẽtia quippe cum nutrimẽto & ſoſpitatẽ ſimul procreat & uoluptatẽ. Abundãtia uero morbũ facit, & moleſtias ingerit, & ægritudines generat. Quod em̃ fames facit, hoc etiã plenitudo ciborũ, magis aũt & multo peiora. Fames quippe in paucis diebꝰ aufert hominẽ, & liberat eum de hac uita pœnali. Exceſſus uero ciborũ conſumit & computrescere facit corpus humanũ, & macerat ægritudine diuturna, & tũc eũ morte crudeli conſumit.

Iſidorus ſuper Amos propheta.

Qui cibis abſtinent, & mala agunt, dæmones imitantur. quibus culpa adeſt, & cibus deeſt.

Leo papa & hab. diſt. 76. igitur.

Si quid forte inter ipſa feſtiuitatis gaudia negligens libertas, & ſcientia immoderata p̃ſumpſit, hoc religioſe abſtinentiæ cenſura caſtiget.

Leo in ſermone de ieiunio decimi menſis.

Semper uirtuti cibus ieiunium fuit. De abſtinentia quoq; caſtæ prodeũt cogitationes, rationabiles uirtutes, ſalubria conſilia. Et per uoluntarias afflictiones caro cõcupiſcentijs moritur, & uirtutibus ſpiritus innouatur.

Ioannes Caſſianus de inſti. monachorum.

Melior eſt rationabilis quotidiana cum moderatione refectio, q̃ per interualla arduũ longumq; ieiuniũ. Nouit immoderata inedia, non ſolum mentis labefactare conſtantiã, ſed etiam orationum efficaciam reddere laſſitudine corporis eneruatam. *Ibidem.*

Quibuslibet eſcis refectus uenter ſeminaria luxuriæ parit, nec præualet mens deſcretionũ gubernacula moderari ciborũ pondere præfocata. Nõ em̃ ſola crapula uini mentẽ inebriare cõſueuit, uerum etiã cunctarũ eſcarũ nimietas uaciliãtem ac nutabundam eam reddit, omniq; integritatis ac puritatis cõtemplatiõe diſpoliat.

Boetius lib. de Philoſophica conſolatione.

Si quod naturæ ſatis eſt rep'ere indigentiam uelis, nihil eſt q̃ fortunæ affluẽtiam petas. Paucis enim minimiſq; natura contenta eſt, cuius ſatietatem, ſi ſuperfluis uelis urgere, aut inuicundum quod infuderis fiet aut noxium.

Seneca ad Lucilium.

Multos morbos fercula multa ferunt. Innumerabiles morbos innumerabiles coquos numera. *Ibidem.*

Vna ſylua pluribus elephantibus ſufficit, homo uero paſcitur uix terra & mari.

Seneca epiſt. octaua.

Hanc ſanã ac ſalubrẽ formã uitæ tene, ut corporitantũ indulgeas, quantũ bonæ ualetudini ſatis eſt, cibus fame ſedet, potio ſitim extinguat, ueſtis arceat frigus, domus munimentũ ſit aduerſus infeſta corporis. Hanc utrũ ceſpes erexerit an uarius lapis gẽtis alienæ, nihil intereſt. Scito te hominẽ tam culmo q̃ auro tegi. Cogita in te præter animũ nihil eſſe mirabile, cui magno nihil magnum eſt. *Seneca ad Luci. epiſt. 21.*

Venter præcepta non audit. Foleat, appellat, non eſt tamen moleſtus creditor, paruo dimittitur ſi modo das illi quod debes, non quod potes. *Ibidem.*

Sine faſtidio implendus eſt uenter. Quid enim ad rem pertinet, quid accipiat perditurus quicquid acceperit. *Seneca epiſt. 51.*

Ventri obedientes animalium loco numeremus non hominum. *Seneca ad Lucil. epiſt. 75.*

Multis tormentum eſt uino carere, & prima luce excitari. Non eſt ſumma fœlicitatis noſtræ in carne ponenda.

Seneca ad Lucilium epiſt. 85.

Ad uos deinde tranſeo, quorũ profunda & inſatiabilis gula hinc maria ſcrutatur, hinc terras, alia hamis, aliæ laqueis, alia retium uarijs generibꝰ cũ magno labore perſequitur. Nullis animalibus, niſi faſtidio pax eſt. *Seneca ibidem.*

Infœlices eſtis, q̃ intelligitis uos famem maiorem habere quàm uentrem.

Seneca epiſt. ad Lucilium 92.

Faſtidiẽtis ſtomachi eſt multa deguſtare, quæ ubi uaria ſunt & diuerſa, inquinant, non alunt. *Ibidem.*

Subtilitas animi ciborum copia impeditur.

Ariſtoteles lib. de ſenſu & ſenſato.

Eſurientibus ſapores & odores ſunt delectabiles, ſed plenis & nihil egentibus nec odores, nec ſapores ſunt delectabiles.

Ariſtoteles lib. de ſomno & uigilia.

Vinum bibere non conuenit pueris.

Idem libro ſecundo Politicorum.

Bonum eſt ab aliena muliere abſtinere propter temperantiam.

Ariſtoteles libro 7. Politic.

Bonum eſt pueros eſſe ſine uino.

Ariſt. libro 3. ſecretorum ſumptum ex Homero.

Sume cibum modice, modico natura fouetur.
Sic mentem refice, ne mens ieiunia ſeruet.

Laert. Diogenes de uita & moribus philoſophorũ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lycurgus philoſophus & princeps Lacedæmonius iuuenibus non amplius una toto ueſte anno uti permiſit, nec aliquem cultus alterogredi, nec opulentius epulari. *Ibidem.*

Cum Socrates quoſdam hoſpites ſuos ſatis tenui cœna ſuſcipi pararet, ait Si boni ſunt, æquiniter ferent: ſi mali, non eſt curandum.

Macrobius libro 2. Saturnalium.

Congrediendum eſt nobis, tanq; in acie quadam cum uoluptarijs rebus, cumq; iſta uini licentia cominus decernendū, ut aduerſus eas non fuga, nec abſentia ſimus tuti, ſed uigore animi & conſtanti præſentia moderatoq; uſu temperantia continentiaq; tueamur.

Macrobius libro 3 Saturnal.

Iuſtæ nimirum cauſæ fuerunt, propter quas tot numero leges de cœnis & ſumptibus ad populum ferebant. Et imperari cœptū, ut patentibus ianuis pranſitaret & cœnaret. Sic oculis ciuium teſtibus factis, luxuriq; modus ut fieret. Prima aūt oīm de cœnis lex ad populū Orchia peruenit. Summa aūt eius præſcribit numerū conuiuaq;. At niſi peſſimis effuſiſſimisq; moribus uiueret, profecto opus ferendis legibus nō fuiſſet.

Macrobius Saturnalium libro 7.

Ita etiam uitanda eſt ciborum uarietas, ut uaria ſolent uina uitari. Nā pulmentorū uarietas recipit uaria cōdimenta, q̄bus gula ultra q̄ naturæ neceſſe eſt, laceſſitur. Et fit inde cōgeries, dū pruritu deſideriū amplius, uel certe de ſingulis parua libantur. Dic Socrates ſuadere ſolitus erat illos cibos potusve uitandos, qui ultra ſitim famemq; uitandam producunt appetentiam.

Aulus Gellius libro 17. cap. 19. Noctium Atticarum Epictetum dicere ſolitum ait:

ἀνέχου καὶ ἀπέχου, id eſt, patere & abſtine.

Cic. lib. ultimo Tuſculanarum quæſtionum.

Paruo cultu natura contenta eſt. Etenim q̄s hoc non uidet, deſideriſs iſta condiri omnia. Darius in fuga cum aquam turbidam & cadaueribus inquinatam bibiſſet, negauit unq; ſe bibiſſe iucundius, nunq; uidelicet ſitiens biberat.

Ibidem.

Perſarum à Xenophonte uictus exponitur, quos negat ad panem adhibere quicq; præter naſturcium. *Ibidem.*

Eſt præclara epiſtola Platonis ad Dionis propinquos, in qua ſcriptū eſt his fere uerbis: Nullo modo placuit bis in die ſaturum fieri.

Cicero lib. 1. de diuinatione.

Nam quæ uigilantibus accedunt uatibus, eadem nobis dormientibus. Viget enim animus in ſomnis, liberq; ſenſibus ab omni impeditiōe curarum iacente & penè mortuo corpore, quia uixit ab oīni æternitate, uerſatusq; eſt cum innumerabilibus animis, omnia quæ in natura rerum ſunt, uidet, ſi modo temperatis eſcis, modicisq; potatiōibus ita eſt affecta, ut ſopito corpore ipſe uigilet, hæc ſomniantis eſt diuinatio.

Cicero libro de ſenectute.

Tantū cibi & potionis adhibendū eſt, ut reſiciantur uires, non ut opprimantur.

Cicero lib. 4. Rhetoric. nouorum.

Eſſe oportebit ut uiuas, non uiuere ut edas.

Idem lib. de finibus bono. & malorum.

Socrates dixit eſſe condimentū eſcæ famē, potiōis ſitim. *Vale. Max. lib. 2. de inſt. antiquis.*

Bone ualetudinis, quaſi quædam mater eſt frugalitas, inimica luxurioſis epulis, aliena à nimia uini abundantia, & ab omni immoderato Veneris uſu aduerſa. *Ibidem*

Fuit illa ſimplicitas antiq̄rum in cibo capiēdo humanitatis ſimul & cōtinentiæ certiſſima index. Nā maximis uiris prādere & cœnare in propatulo uerecundiæ nō erat. Nec ſane ullas epulas habebāt, quas populi oculis ſubijcere erubeſcerent. Erant adeo continentiæ attenti, ut frequentior apud eos pultis uſus q̄ panis eſſet.

Valerius Max. li. 4. ca. de abſtinentia & contin.

Ii demum penates, ea ciuitas, id regnum æterno in gradu facile ſteterit ubi minimū uiriū uenerit, pecuniæq; cupido ſibi uēdicauerit. Nam quo iſte generis humani certiſſimæ peſtes pene trauerūt, ubi iniuria dominat, infamia flagrat.

Valerius Maximus ibidem.

Quartum & uigeſimū annū agēs Scipio cū in Hiſpania Carthaginis oppūgnaſſet maioris Carthaginis capiēdæ ſumpſiſſet auſpicia, multosq; obſides, q̄s in ea urbe Pœni clauſos habuerāt, in ſuam poteſtatē redegiſſet. Eximiæ inter eos formæ uirginē ætatis adultæ, & iuuenis & celebs, & uictor, poſtq̄ cōperit illuſtri loco inter Celtiberos natā, nobiliſſimoq; gentis eius indibili deſponſatā, accerſitis parentibus & ſponſo inuiolatā tradidit. Aurum quoq; quod pro redemptione puellæ allatū erat, ſummæ dotis adiecit.

Valerius Maximus ibidem de M. Catone.

Ex eodem naturæ utero & continentia nata eſt & Cato, *Ibidem.*

Age ſi q̄s hoc ſeculo uir illuſtris pellibus hœdinis pro ſtragulis utatur, tribusq; ſeruis comitatus Hiſpaniā regat, & quingentorū aſſiū ſumptu tranſmarinā prouinciā petat, eodē cibo, eodemq; uino quo nautæ uti cōtentus ſit, nōne mirabilis exiſtimet? Atq; iſta patiētiſſime ſuperior Cato tolerauit. Quia illum grata frugalitatis conſuetudo in hoc genere uitæ cū ſumma dulcedine continebat. *Valerius Max. ibidem.*

Prætoris non ſolum manus à pecuniæ lucro, ſed etiam oculos à libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere dixit Socrates.

Pogius li. 3 de uita Cyri ex Xenoph. tradicta.

Is ergo cibus mihi ſumēdus uidetur, qui neq; ſomno nos oppreſſos reddat, neq; inſanos.

Menander.

γαστρὸς μὲ πειρῶ πάσαν ἡνίαν κρατεῖν. id eſt,
Ventris aūt conare omnem habenam continere. Idē.
ἡ κοιλία γὰρ πολλὰ χωρεῖ καὶ ὀλίγα id eſt,
Venter & multa capit & pauca

Virg. in paruo tracta. de uino & Venere.

Nec Veneris nec tu uini capiaris amore,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vno nanq; modo uina Venuq; nocent. ibidem.
Compedibus Venerem, uinclis conſtringe Lyæum,
Nec te muneribus lædat uterq; ſuis.
Vina ſitim ſedant: Natis Venus alma creandis,
Sed fines horum tranſilijſſe nocet.
Ouidius metamor. libro 15. fabula 2.
Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora. Ouidius ibidem.
Vnde fames homini uetitorum tanta ciborum eſt?
Ouidius epiſt. Helenæ ad Pariden.
Eſt uirtus placidis abſtinuiſſe bonis.
Horatius ſermonum libro 2. Satyra 7.
Nempe inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ,
Illuſiq; pedes uitioſum ferre recuſant
Corpus. Iuuenalis Satyra 11.
Hæc olim noſtri iam luxurioſa ſenatus
Cœna fuit, Curius paruo quæ legerat horto
Ipſe focis breuibus ponebat oluſcula, quæ nunc
Squalidus in magna faſtidit compede foſſor.
Iuuenalis Satyra 11.
Sicci terga ſuis rara pendentia crate
Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus,
Et natalitium cognatis ponere lardum.
Accedente noua, ſi quam dabat hoſtia carne. ibidem.
Voluptates commendat rarior uſus.
Dantes purgatorij cant. 22.
Et le Romanæ antiquæ per lor bere
Contente furon da cqua, & Daniello
Diſpregio cibo, & a quiſto ſapere.
Lo ſecol primo quanto oro fu bello.
Fe ſaporoſe cũm fame legiandè
Et nectare cum ſete ogni ruſcello,
Melle & locuſte furon le uiuande,
Che nutrio il Baptiſta nel deſerto
Per che elli glorioſo & tanto grande
Quanto per leuangelio ne aperto. id eſt.
Et Romanæ antiquæ, oro earum potu
Contentæ fuerunt aqua, & Daniel
Spreuit cibum, qua re & ſapientiam adeptus eſt.
Seculum primum inſtar auri pulchrum
Reddidit ſapidas cum fame glandes ipſas.
Et nectar cum ſiti ruris aquam.
Mel & locuſtæ dapes fuerunt.
Quibus eſt nutritus Ioannes in deſerto
Idcirco is tam glorioſus, & magnus eſt,
Quantum per euangelium hominibus innotuit.
Franciſcus Petrarcha ſoneto 7.
Lagola, il ſomno, & locioſe piume
Hano del mundo ogne uertu ſbandita
Et dal curſo ſuo quaſi ſmarrita
Noſtra natura & uicta dal coſtume. id eſt.
Gula, ſomnus, & plumæ plenæ otio
Pepulerunt e mundo quamq; uirtutem,
Et eſt a curſu ſuo aberrans penitus
Noſtra natura & uicta more reprobo.

Abſurdum dicitur, quod proprie ſignificat ineptum ac rationi repugnans, quaſi non audiens rationem, unde abſurdior & abſurdiſſimus ueniunt. Surdus autem græce κωφός, & ſurditas κωφότης dicitur.

Sine neceſſitate, qua uidetur deo paruam exhibere reuerẽtiam, qui ex leui cauſa deũ
iuramẽti iurando, teſtem inducit, quod non præſumeret de aliquo uiro honeſto. Iuſtitia.
b. Tho. Secunda ſecundæ q. 89. art. 2. = *Sine debita cautela deficiente aliqua comitum, quæ ſunt* = Iudicium. Veritas.
Abuſio = *Imminente periurij periculo. Vnde Eccle. 23. Iuramento non aſſueſcat os tuum.*
Rei bonæ eſt peccatum b. Tho. 3. ſent. diſt. 38. art. 1.
Poteſtatis ad regendum alios eſt peſſima, ſicut bonus uſus eſt optimus. Vnde & priuilegiũ meretur amittere, qui ſibi conceſſa abutitur poteſtate, de regulis in libro ſexto.

Abuſio ſiue abuſus dicuntur, cum aliqua re per licentiam male utimur. Nam abuti eſt perperã uti ſiue nimis licẽter uti. Vnde Cicero: Noli abuti nimis patientia noſtra.

Abuſio græce καταχρησιο ωσ. ὴ. & καταχράομαι abutor dicitur. Deuteronomij 22.

Non induetur mulier ueſte uirili, nec uir utetur ueſte fœminea. Abominabilis enim apud deum eſt, qui facit hoc. Prouerbiorum 19.

Non decent ſtultum delitiæ, nec ſeruum dominari principibus. Prouerbiorum 30

Per tria mouetur terra, & quartũ quod non poteſt ſuſtinere. Per ſeruũ cum regnauerit, per ſtultũ cum ſaturatus fuerit cibo, & prodioſam mulierẽ, cum in matrimonio fuerit aſſumpta. Et per ancillam cũ fuerit hæres dominæ ſuæ.

Eccleſiaſtici 25.

Tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor ualde animę illorum: Pauperẽ ſuperbum, Diuitem mendacem, & ſenem fatuum & inſenſatũ.

Bernardus in Apologia.

Magna abuſio: Parcitas putat auaritia, ſobrietas auſteritas credit, ſilentium triſtitia reputat.

Ecõtra: Remiſſio diſcretio creditur. Triſtitia ſilentium reputat, loquacitas affabilitas, cachinnatio iucunditas, mollicies ueſtimentorũ & equorum faſtus honeſtas, lectorum ſuperfluus cultus munditia. Bernardus ibidem.

Magna abuſio. Vt corpus induatur, & cõtra regulam ſuis ueſtibus anima nuda deſeratur.

Bernardus in epiſtolis.

Mira abuſio. Domꝰ ardet, ignis inſtat à tergo, & fugienti prohibet egredi, & hoc ab his, q in incendio poſiti ſunt. Hugo de clauſtro aiæ lib. 2.

Iuſte puniuntur, qui licitis abutuntur: iuſtius uero puniuntur qui aliena rapere conãtur: ſic Satanas cœlum, ſic protoplaſtus perdidit Paradiſum. Hugo ibidem.

Duodecim ſunt abuſiones clauſtri, q̃bus tota religionis ſumma corrũpitur ſ. Prælatus negligens, diſcipulus inobediens, iuuenis otioſus, ſenex obſtinatus, monachus curialis, religioſus cauſidicus, habitus prætioſus, cibus exquiſitus, rumor in clauſtro, lis in capitulo, diſſoluto in choro, irreuerentia iuxta altare. Ibidem.

Inter abuſiones huiꝰ ſeculi ſola maior eſt ſenis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

obſtinatio qui morti pximus mortis non horret aduentum qui quaſi ad oſtium huius mundi poſitus foris ſpectat nec tamen uitæ præſentis attendit egreſſum, nec futura conſiderat.

Cyprianus de 12. *abuſionibus.*

Duodecim ſunt abuſiones ſeculi. ſ. ſapiẽs ſine operibus, ſenex ſine religione, adoleſcẽs ſine obediẽtia, diues ſine eleemoſyna, fœmina ſine pudicitia, dominus ſine uirtute, Chriſtianus cõtentioſus, pauper ſuperbus, rex iniquus, epiſcopus negligens, plebs ſine diſciplina, populus ſine lege. *Lucius Apuleius de Magia libro ſecundo.*

Neq; facundiæ oſtentatio rudi & indocto, neque gloriæ cupido ruſtico & barbaro, neque in cœptio patrociniorum ſeni congruit.

Cice. lib. Topicorum.

Non debet ea mulier, cui uir bonorũ ſuorũ uſum fructũ legauit cellis uinarijs & olearijs plenis relictis putare id ad ſe pertinere. Vſus enim non abuſus legatus eſt. Ea ſunt inter ſe cõtraria.

Accentus græce προσῳδία ἀπὸ τοῦ uenit ab accento frequentatiuo de accino, quod eſt, ad aliquid cano, quem quidam dicunt eſſe animam uerborum: alij uocem eſſe ſyllabę diffinierunt. Accentus ueteres nunc moderamenta, nũc accentiuncũlas, nunc uoculationes appellabant.

Acceptilatio quam Iuſtinianus per interrogationem & reſponſionem fieri dicit, uenit ab acceptum fero, hoc & habeo pro recepto, & fateor me accepiſſe, quod non accepi, cum nulla ſolutio interuenerit, acceptoq; προσλήψιμα dicitur.

Acceptio perſonarum in octo maxime
Prohibetur.

- *Pœnitentiæ impoſitione* 26. *quæſt.* 7. *Sacerdos.*
- *Pœnitentiæ diffinitione* 3. *quæſt* 9. *Neceſſe.*
- *Fidei prædicatione. diſt.* 96. *Vbi.*
- *Hoſpitum receptione. diſt.* 42. *Quieſcamus.*
- *Eleemoſynarũ largitione.* 16. *quæſt.* 1. *Si cupis.*
- *Dignitatum promotione, diſt.* 4. *Multi.*
- *Iudiciorũ declaratione, de reg. Iurg libro ſexto.*
- *Honoris exhibitione.* 1. *quæſt.* 2. *Viliſſimus.*

In

Acceptio perſonarum græce προσωποληψία ἀπὸ τοῦ & προσωποληπτεῖν ὁ, acceptor perſonarum dicitur, eſt iniuſtitia, qua perſona perſonæ præfertur in conferendo ei aliquid, quod ex debito iuſtitiæ alteri eſt conferendũ, ratione alicuius cõditionis tranſitoriæ, non congruentis ad ipſam rem, exiſtentis circa perſonam, puta diuitiarũ, poteſtatis terrenæ, uel cognationis carnalis: & non ob meritum eius ad ipſam rem ſecundum Alexan. de Ales Secunda ſecundæ. tractatu de acceptione perſonarum.

Acceptio perſonarum, eſt attendere ad conditionem perſonæ nihil facientem ad illud negotium. Vel ſic:

Acceptio perſonarum, eſt inæqualitas iuſtitiæ diſtributiuæ inquantum aliquid attribuitur alicui præter proportionẽ. ſecundũ b. Thomã Secunda ſecundæ q. 83. art. 4. *Leuitici* 19.

Non conſideres perſonam pauperis, nec honores uultũ potẽtis. Iuſte iudica proximo tuo.

Deuteronomij. 16.

Non accipies perſonam, nec munera. Quia munera excæcant oculos ſapientum & mutãt uerba iuſtorum.

Prouerb. 18.

Accipere perſonã impij in iudicio non eſt bonum, ut declines à ueritate iudicij.

Prouerbiorum 24.

Cognoſcere perſonam in iudicio non eſt bonum. Qui dicunt impio iuſtus es: maledicẽt eis populi, & deteſtabuntur eos tribus.

Prouerbiorum 28.

Qui agnoſcit in iudicio faciem, non bene facit iſte, & pro buccella panis deſerit ueritatem.

Sapientiæ ſexto.

Non ſubtrahet perſonam cuiuſquàm deus, nec uerebitur magnitudinem cuiuſquàm: quoniam puſillum & magnum ipſe fecit: Et æqualiter eſt illi cura de omnibus.

Eccleſiaſtici 5.

Iuſtifica puſillum & magnum ſimiliter.

Eccleſiaſtici 7.

Noli quærere fieri iudex, niſi ualeas uirtute irrumpere iniquitates: Ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalũ in agilitate tua.

Iſaiæ 1.

Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo nõ iudicant, & cauſa uiduæ non ingreditur ad illos.

Iſaiæ 10.

Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent cauſæ humilium populi mei, ut eſſent uidue præda eorum & pupillos diriperent.

Hieremiæ 5.

Cauſam, uiduæ non iudicauerunt, cauſam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Nunquid ſuper his non uiſitabo dicit dominus? aut ſuper gẽtem huiuſmodi non ulciſcetur anima mea?

Luce 11.

Et uobis legiſperitis uæ: quia oneratis homines oneribus quæ portare non poſſunt, & ipſi uno digito ueſtro non tangitis ſarcinas.

Iacobi 2.

Nolite in acceptione perſonarũ fidẽ habere.

Auguſtinus in epiſto. ad Parentium comitem Arrianum, & hab. 32. *q.* 4. *Iniquũ.*

Iniquum eſt, ut quiſq; de alio iudicare uelit, & iudicari de ſe nolit.

Auguſtinus, & eſt in gloſa Iacobi ſuper illud.
Fratres mei nolite peccare.

Si hanc diſtantiam ſedẽdi & ſtandi ad honores eccleſiaſticos referamus, non eſt putandum leue eſſe peccatum, in perſonarum acceptione habere fidem domini gloriæ. Quiscum ferat elegi diuitem ad ſedem honoris eccleſiæ, contempto paupere inſtructiore & ſanctiore?

Auguſtinus in ſermone.

Abſit dñe, ut in tabernaculo tuo præ pauperi bus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bus acc ipiantur perſonæ diuitũ, aut præ ígno/ bilibus nobiles, quando potius infirma mundi elegiſti, ut confunderes fortia.

Hieronymus in originali ſuper Amos.

Quicunq; conſanguinitate aut amicitia, uel econuerſo hoſtili odio uel inimicitijs in iudicã/ do ducitur, peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia. *Hieronymus ad Fabiolam.*

Multa nos facere cogit affectus, dum propin/ quietatem reſpicimus corporum, & corporis & animæ offendimus creatorem.

Hieronymus ad Pammachium.

Nec bonis aduerſariorum, ſi honeſtum quid habuerint, detrahendũ: nec amicorum laudan/ da ſunt uitia: & unumquodque non perſona/ rum, ſed rerum pondere iudicandum eſt.

Hieronymus epiſto. ad Damaſum Papam.

Alienum te à perſonis omniũ redde iudicio, ac propter iuſtitiam in iudicio pauperem ne de fendas, nec propter gratiam diuiti indecenter aſſiſtas: aut ſi nõ potes facere, cognitionem re/ ſpue cauſarum. *Ambro. ſuper Malachiam.*

Inter omnia peccata ſacerdotũ eſt maximũ, q̃ non cauſas, ſed perſonas conſiderant, & de/ ſpecto iuſto paupere, iniuſtos diuites honorãt.

Ambroſius officiorum libro ſecundo.

In iudicio gratia abſit, cauſę merita diſcernã/ tur. *Greg. & hab. 11. q 3. Summopere.*

Remota perſonarum acceptione, diffinitiua proferatur ſententia.

Iſidorus libro 4. de ſummo bono.

Iudices iniqui errant à ueritate ſentẽtiæ, dum intendunt qualitatem perſonæ, & exulcerant ſæpe iuſtos, dum improbe defendunt iniquos.

Iſidorus ibidem.

Diues cito muneribus corrumpit iudicium, pauper autem dum nõ habet quod offerat, nõ ſolum audiri contemnitur, ſed etiam contra ue ritatem opprimitur,

Innocentius libro 2. de uili. condit. humanæ.

Vos nan attenditis merita cauſarum, ſed per/ ſonarum, non iura, ſed munera. Non quod ra/ cio dictet, ſed quod uoluntas affectet: non quod ſentiat, ſed quod mens cupiat: nõ quod liceat, ſed quod libeat. Nunquàm in uobis eſt ita ſim/ plex oculus, vt totum corpus lucidum ſit: ſed aliquid ſemper dimittitis fermenti, quo totam maſſam corrumpitis. *Ibidem.*

Pauperum cauſam cum mora negligitis, diui tum cauſam cum inſtantia promouetis. In illis rigorem oſtenditis, in iſtis ex manſuetudine diſ penſatis. Illos cũ difficultate reſpicitis iſtos cũ facinore tractatis. Illos negligẽter auditis, iſtos ſubtiliter auſcultatis. *Ibidem.*

Si forte pauperum cauſam ſuſcipitis, illos re/ miſſe foueris. Si autem diuitum cauſam ſuſcipi tis, illos pertinaciter adiuuatis. Pauperes deſpi- citis, diuites honoratis: iſtis reuerenter aſſurgi/ tis, illis deſpicabiliter communicatis.

Ibidem.

Clamat paup, & nullus exaudit: loquit diues, & quilibet applaudit. Diues locutus eſt, & oẽs tacuerunt, & uerbum illius uſq; ad nubem per/ ducunt. Pauper locutus eſt, & dicunt, quis eſt hic? ſi offenderit, ſubuertent eũ. Clamat uim patiens, & nullus exaudit. Vociferatur, & non eſt qui iudicet. diuiti dicunt: Tu ſede hic bene, pauperi uero. tu ſta illic, uel ſede ſub ſcabello pedum meorum.

Caſſiodorus libro ſecundo epiſto. 13.

Neſcit perſonas reſpicere, qui meram cogitat æquitatem. *Seneca ad Lucilium epiſt. 88.*

Prorſus perſuaſimus, quod multi furto nõ erubeſcunt, quod multi adulterio gloriantur. Nam ſacrilegia minuta puniuntur, magna in tri umphis feruntur.

Ariſtote. libro pri. Rhetoricorum.

Amor & odium, & proprium commodũ ſæ pe faciunt iudicem non cognoſcere uerum.

Laertius Diogenes de uita & moribus philoſophorũ.

Interrogatus Solon quid eſſet lex, reſpondit: araneæ tela. Quia ſi in eam inciderit quid debi le, retinetur. Graue autem pertranſit tela reſciſ- ſa. *Ibidem.*

Xenocrates uidẽs quendam latronem ad pa/ tibulum duci, ſubriſit dicens: q̃ magni fures mi nores morte damnabant. *Cic. lib. 2. de Oratore.*

Plura multo hoĩes iudicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracũdia, aut dolore, aut lęti tia, aut ſpe, aut timore, aut errore, aut aliqua q̃ motiõe mẽtis, q̃ ueritatis, aut prę ſcripto, aut in eis norma aliqua aut iudicij formula, aut legib.

Valerius maximus libro 7. titulo: Sapienter dicta aut facta.

Quam porro ſubtiliter Anacharſis leges ara nearum telis cõparabat. Nam ut illis infirmio ra animalia retineri, ualentiora tranſmitti, ita his humiles & pauperes conſtringi, diuites & præpotentes non alligari aiebat.

Homerus 1. Iliados.

Αντί νύ πολλῶν λαῶν ἐσίν ὃν τεξεύσ κηρὶ φιλῇσι. Hoc eſt. *Pro multis populis eſt uir, quem Iupiter corde amat.*

Iuuenal. ſaty 2.

Dat ueniam coruis, uexat cenſura columbas.

Ouid. Amorum libro tertio.

Curia pauperibus clauſa eſt, Dat cenſus honores.

Accidens græce συμβεβηκὸς. Nam συμβαίνω accido dicitur, quod adeſt & abeſt præter ſubiecti cor ruptionẽ, ſecundũ Ari. li. prædicamentorum.

Accidens eſt, quod neq; eſt genus, neq; ſpeci- es, neq; differentia, neq; proprium, ſed ſemper eſt in ſubiecto ſubſiſtens, ſecundum eundem.

Ibidem.

Accidentis eſſe, nõ eſt eſſe in ſubiecto, ſed eſt eſſe rem cui debetur, eſſe in ſubiecto.

Accuſatio græce κατηγορία ας ίας. Nam & κατηγόρος ac- cuſator dicitur Eſt in cauſam tractio, hoc eſt a/ pud iudices uel alium quẽliber aliquẽ peccaſſe oſtenſio. Plerunq; pro reprehenſiõe accipitur, Hinc & accuſator & accuſatrix deducũtur, & accuſatio, & accuſatiũcula eius diminutiuum.

Accidia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Acedia secunda secundæ q. 35. Tho.

- Primo modo est Tristitia de bono spuali, & sic est generale peccatum, & non unum de septem. Qua omne peccatum refugit bonū spirituale uirtutis ei opposite, ut superbia refugit bonum spirituale, qui est actus humilitatis, & luxuria bonum castitatis, & sic de aliis bea. Tho. secunda secundæ q. 35. articulo 2.
- Secundo modo est horror spiritualis boni, inquantum est laboriosum, uel molestū corpori, aut impedimentum delectationis eius, & sic a uitijs carnalibus non separatur, q̃ quis quietem & delectationē corporis quærit, & sic non est unum de septem.
- Tertio mō est tristitia de bono spirituali inq̃tum diuinū & sic est spēale peccatum, & unum de 7. q̃a opponitur spēali uirtuti q̃ est charitas cuius est gaudere de bono diuino, & sic est peccatum art. 2.
  - Capitale, q̃a ex ea prompt̃ū est ut alia uitia oriãtur secundum rōem causæ finalis, & hæc diuersimode assignatur art. 4.
  - Mortale quandocunq; tristitia ptingit usq; ad consensum rōis, q̃ cōsentit in fugā & horrorem & detestationem boni diuini carne contra spūm oīno prævalente, art. 3.
  - Veniale, quandocunq; non contingit usq; ad cōsensum rōis, sed est in sola sensualitate, propter repugnantiam carnis ad spiritum, art. 3.

Secundū B. Gregorium 31. mo. ex acedia oriuntur 6. s. De spatio, pusillanimitas, torpor, rācor, malitia, euagatio, q̃a ex tristitia spiritualium & diuinorum fastidio eueniunt tria s.

- Receſſus uel fuga spiritualium contristantium, quæ sunt finis, uel ea quæ sunt ad finem, & sic oriuntur ex acedia filiæ 3. s.
  - Impugnatio spiritualiū contristātium, & sic oriuntur secundum B. Grego. ex acedia filiæ duæ, sc.
    - Tristitia inquantum recedit a graui & laborioso opere, & ab Isidoro assignātur oriri 4. s.
      - Desperatio qua receditur ab ultimo fine.
      - Pusillanimitas, qua recedit ab his quæ sunt ad finem s. ab arduis, quæ subsunt consilijs.
      - Torpor, quo receditur a spiritualibus pertinentibus ad iustitiam cōmunem, quæ subsunt præcepto.
      - Rancor, qui est indignatio in personas inducētes ad bonā spiritualia ut hic sumitur.
      - Malitia, quæ est quando quis intantum tristatur sup spiritualibus & diuinis ut etiam ea detestetur.
      - Euagatio mētis circa illicita, q̃ est quādo propter tristitiā spūalium q̃s se trāsfert ad delectabilia exteriora fastidio spūalium, q̃a secūdum philo. 8. Ethicorum. Homo diu nequit esse sine delectatione.
    - Acceſſus ad delectabilia nō spūalia, & sic oritur secundū B. Gregorium.
      - Desperatio
      - Pusillanimitas
      - Rancor.

      De q̃bus supra.
      - Amaritudo, q̃ non est speciale uitiū, sed q̃dā effect⁹ rācoris.
      - Otiositas cū nō prætermittūtur præcepta. Hæc sub corpore cōprehenduntur.
      - Sōnolētia, cū ne gligēter implentur præcepta.
      - Importunitas mentis cū uagatio mentis circa illicita residet ipsa arce mentis uolētis se diffundere ad diuersa. Quæ s. ad mentis euagationē pertinent, q̃ ponit B. Gre. supra.
      - Curiositas cum indebite uel immoderate se diffundit ad diuersa cognoscenda.
      - Verbositas, cum indebite & immoderate uagatur in uerbis.
      - Inquietudo corporis, cum p immoderatos mēbrorum motus euagationē mētis indicat.
      - Inſtabilitas, cū diuersorum fit locorum mutatio uel propositi.
    - Acedia inq̃tum q̃s accedit ad debitam quietem laboris tædio, & sic oriuntr septem filiæ s.

Secundum Isido. li. de summo bono ponuntur 11. qui distinguit tristitiā ab acedia. Namsecundum eum proprie dicitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ACedia quæ & græce ἀκηδία ἀσ. ἡ. dicitur, est tristitia de bono diuino inquantum diuinum, de quo charitas gaudet.

Ακηδία ἔστι πάθησις ψυχῆς, ἢ νοὸς ἔκλυσις. ὀλιγωρία ἀσκήσεως, μῖσος ἢ ἐπαγγέλματος, ἢ κοσμικῶν μακαρίστρια, θεοῦ διαβλήτωρ, ὠσὰ ἀσπλάγχνου καὶ ἀφιλανθρώπου, ἀτονεία ψαλμωδίας, ἐν προσευχῇ ἀσθένωσα, ἐν διακονίᾳ σ. δίψᾳ, ἐν ἐργοχείρῳ ἄοκνον, ἐν ὑπακοῇ δόκιμον. Id est, Acedia est remissio animæ & resolutio mentis, pusillanimitas exercitationis, odium professionis, mundanorum beatificatrix, detractrix Dei quasi inuisceros & existentis sine benignitate. Attonita in psalmodia infirmans in oratione, in ministerio ferrea, in opere manuum non pigra, in obedientia improba. Hæc ex Ioanne Climacho.

Acedia est tædium bene operādi, & tristitia de re spirituali: uel recessus mentis à bono spirituali diuino, cui oportet mentē inhærere ex necessitate, hæc ex bea. Tho. secunda secun. q. 35.

Acedia est ex confusione mētis nata tristitia, siue odium, & amaritudo animi immoderata, ut ait Hugo libro 2. de sacramentis.

Acedia est torpor mentis bona inchoare negligentis, secundum Ricardum.

Acedia est de uirtutum laudabili exercitio utriusq; hominis languida deiectio, secundum Gregorium in Homelia.

Acedia est tristitia aggrauans mentē, ut nihil boni ei agere libeat, secundū Ioan. Dama. lib. 2.

Acedia est pigritia & inertia, & fatigatio animi, qua quis bonum inchoatum fastidit, secundum Ciceronem libro Tusu. quæ.

Acedia ab inuidia differt. Quia inuidia est de bono alieno. Acedia uero de proprio. Nec placet opinio eorum, qui scribunt per e gemina/tum, cum breuiet primam syllabam.

Prouerbiorum 6.

Vade ad formicam o piger, & considera uias eius & disce sapientiam. Qui cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibū sibi, & congregat in messe, quod comedat. *Ibidem.*

Vsq; quo piger dormies? quando consurges è somno tuo. *Ibidem.*

Si impiger fueris, uenient ut fons messis tua, & egestas longe fugiet à te.

Prouerbiorum 10.

Qui enim colligit in messe, filius sapiens est, qui stertit æstate, filius confusionis.

Ibidem.

Sicut acetum dentibus & fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum in uia.

Prouerbiorum 12.

Qui operatur terram, satiabitur panibus, qui autem sectatur otium stultissimus est.

Prouerbiorum 13.

Vult & non uult piger, anima autem operātium inpiguabitur. *Prouerbiorum 18.*

Pigrum deiicit timor. Animæ autem effœminatorum esurient.

Prouerbiorum 20.

Propter frigus piger arare noluit. Mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi.

Ibidem.

Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat. Aperi oculos tuos, & saturare panibus.

Prouerbiorum 21.

Cogitationes robusti semper in abundātia, omnis autem piger in egestate est.

Ibidem.

Desideria occidunt pigrum. Noluerunt enim quicquam manus eius operari.

Prouerbiorum 24.

Per agrum hominis pigri transiui, & per uineam uiri stulti. Et ecce totum repleuerant urticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & macerla lapidum destructa erat.

Prouerbiorum 28.

Qui operat terram suam satiabitur panib⁹, qui autem sectatur otium replebitur egestate.

Ecclesiastici 4.

Stultus dicit: melius est pugillus cum requie, q̄ plena utraq; manus cum labore.

Ecclesiastici 7.

Non oderis laboriosa opera, & rusticatiōem creatam ab altissimo.

Ecclesiastici 33.

Multam enim malitiam docuit otiositas.

Ecclesiastes 9.

Quodcunq; facere potest manus tua, instanter operare, qa nec opus, nec ratio, nec sapiētia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu pperas.

Ecclesiastes 11.

Qui obseruat uentum non seminat, & qui considerat nubes nunq̄ metet.

Ezechielis 16.

Ecce hæc fuit iniquitas Sodomę sororis tuę: Superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me.

Matthæi 20.

Quid hic statis tota die otiosi?

Matthæi 21.

Videns Iesus ficulneam habentem folia sine fructu maledixit, & statim aruit ficulnea.

Lucæ 12.

Seruus sciens uoluntatem domini sui, & nō faciens, plagis uapulabit multis.

Romanorum 12.

Solicitudine non pigri.

2. ad Thessalonicenses 3.

Si quis non uult operari, nec manducet.

Ibidem.

Nolite deficere benefacientes. *Iacobi 4.*

Scienti bonū facere, & nō faciēti, pctm̄ est ei.

Maximus de Charitate Centuria prima.

Πάντα τὰ ἄλλα πάθη, ἢ θυμικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς, ἢ ἐπιθυμητικοῦ μόνον ἐφάπτεται, ἢ καὶ λογιστικοῦ, ὡς ἡ λήθη καὶ ἄγνοια, ἡ δὲ ἀκηδία πασῶν τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων ἐπιδραττομένη, πάντας σχεδὸν ὁμοθυμαδὸν κινεῖ τὰ πάθη. διὸ καὶ πάντων τῶν ἄλλων παθῶν ἐστὶ βαρύτατον. καλῶς εἶπεν ὁ κύριος τὸ κατ' αὐτῆς φάρμακον διὰ λίθων ἐν τῷ ὄρει.

μονῇ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Μονῆ ὑμῶν λέγει, κτήσασθε τὰς ψύχας ὑμῶν. id est,

Omnes alij ad fectus, aut iracundiam in anima attin gunt, aut concupiſcentiam, aut partem animæ rationa lem, cuius generis eſt obliuio, aut ignorantia. At Ace dia omnes animæ uirtutes depopulans omnes fere una nimiter affectus commouet. Quapropter omnibus alijs quoq; adfectibus eſt grauiſſima. Probe itaq; Chriſtus ad uerſus hanc nobis præſtitit pharmacum. In patientia, inquit ueſtra poſſidebitis animas ueſtras.

Auguſtinus libro 1 de Ciuitate dei.

Deleta quippe Carthagine, magno uidelicet terrore Ro. reip. extincto, tanta de proſperis re bus mala ſecuta ſunt, ut corrupta cõcordia priſ us ſæuis cruẽtisq; ſeditionibus, deinde mox ma larum connexione curaꝝ bellis ciuilibus tãtus ſanguis effuſus eſt, ut crudeliora paterent à ciui bus, q̃ ab hoſtibus. *Aug. Confeſſ. lib. 10.*

Nemo ſecurus eſſe debet in hac uita, quæ to ta tentatio nominatur, ut qui potuit fieri ex de teriore melior, non fiat ex meliore deterior.

Auguſtinus epiſt. ad Vercellenſes.

Nullus fructus ociũ, imo magis diſpendium. Otioſus Eſau amiſit primatus benedictionem, quia maluit cibum accipere q̃ quærere.

Hieronymus epiſt. ad Demetriadem.

Nihil in ſancto propoſito deterius eſt otio, quod non ſolum modo non acquirit noua, ſed etiam peracta conſumit. Sanctæ uitæ ratio pro ceſſu gaudet, & creſcit, ceſſatione torpeſcit, & deficit. Quotidianis ac recentibus uirtutum in erementis inſtauranda mẽs eſt, & uiuendi hoc iter nõ de tranſacto, ſed de reliquo metiendum.

Hieronymus ad Ruſticum monachum, & habe tur de conſecra. diſtin. 5. Nunq̃.

Facito aliquid operis, ut ſemper diabolus in ueniat te occupatum.

Ioannes Chryſoſt. lib. de lapſu.

Radix deſperatiõis eſt ignauia, & non ſolum radix, ſed nutrix eius & mater. Nam ſicut ueſti mentũ & tineã generat & nutrit, ita ignauia nõ ſolũ gignit ex ſe deſperationẽ, ſed alit & fouet.

Iſidorus ſoliloquiorum libro 2.

Per torporem uires & ingenium defluunt.

Bernardus de conſideratione lib. 2.

Fugienda eſt otioſitas mater nugarum, no uerca uirtutum. Inter ſeculares nugæ ſunt. In ore ſacerdotis blaſphemiæ ſunt.

Leo in ſermone de Apparitione.

Non dormientibus prouenit regnum cælo rum, nec otio & deſidia torpentibus beatitudo æternitatis repromittitur.

Ioannes Caſſia. de inſtitu. monachorum lib. 10.

Experimento probatũ eſt acediæ impugna tionẽ non declinando fugiendam, ſed reſiſten do ſuperandam. *Ibidem.*

Acedia eſt ſolitarijs magis experta, & in ere mo cõmorantibus infeſtior hoſtis ac frequens.

Boetius lib. de ſcholaſtica diſciplina.

Sicut in unoquoq; opere mater inuenit conſtantia, ita uniuerſæ doctrinæ & diſciplinæ no uerca eſt negligentia.

Beda ſuper prouerb. libro 2.

Vult & non uult piger. Pigri uocabulo deno tatur, qui uult regnare cum deo, & non labora re pro deo. Delectant præmia, cum pollicentur, deterrent certamina, cum iubentur.

Seneca ad Lucilium epiſt. 8.

Nullus mihi per otium dies exit: Partem no ctium ſtudijs uẽdico, non uaco ſomno, ſed ſuc cumbo, & oculos uigilia fatigatos cadẽtesq; in opere detineo. *Seneca ad Lucilium epiſt. 69.*

Gloriari otio iners ambitio eſt, uitam in odi um otium adducere ſolet.

Seneca ad Lucilium epiſt. 30.

Generoſos animos labor nutrit.

Seneca ad Lucilium epiſt. 33.

Dormio minimum, & breuiſſimo ſomno u tor. Satis eſt mihi uigilare deſijſſe, aliquãdo nõ dormiuiſſe ſcio, aliquando ſuſpicor.

Seneca ad Lucilium epiſt 68.

Demetrius uitam ſecuram, & ſine ullis fortu næ incurſiõibus mare mortuum uocat. In otio inconcuſſo iacere non eſt tranquillitas, malitia eſt. Attalus Stoicus dicere ſolebat: Malo ut me fortuna in caſtris, q̃ in delitijs habeat.

Idem epiſtola 72.

Luxurioſo frugalitas pœna eſt, pigro ſuppli cij loco labor eſt. delicatis miſeria eſt, deſidioſo ſtudere torqueri eſt. *Ibidem.*

Non putant deſidioſi fieri q̃quid facere nõ poſſunt. Ex infirmitate ſua de uirtute ferũt ſen tentiam. Eodem modo hæc ad quæ omnes im becilles ſumus dura atq; intoleranda credimus, obliti q̃ multis tormentum ſit uino carere, aut prima luce excitari. Non iſta difficilia ſunt natu ra, ſed nos fluidi & enerues ſumus.

Idem in prouerbijs.

Diu delibera, cito facito. Nil curare, hoc eſt inſanum eſſe. Nil poſſe, hoc mortuum uiuere.

Seneca ibidem.

Quies tibi, nõ deſidia ſit. Et cum ab alijs ludi tur, tu ſancti aliquid honeſtiq; tractabis.

Ibidem libro de beneficijs.

Pigritia eſt nutrix egeſtatis.

Seneca libro de beneficijs.

Nullum beneficium dandum eſt negligenti.

Plato libro de repub.

Peſtis eſt mortalibus ignauia.

Ariſtotẽles l. 10. de animalibus.

Nullum ens naturale natum eſt otioſum.

Ariſtoteles lib. 10. Ethicorum.

Corrumpunt operantem propriæ triſtitiæ.

Idem libro Oeconomicorum.

Impoſſibile eſt negligẽtibus dominis ſeruos eſſe ſolicitos. *Saluſtius in Iugurtha.*

Etenim ignauia nemo immortalis factus eſt, neq; quiſq̃ parens liberis, ut æterni fierent, ig nauiam optauit, magis ut boni & honeſti ui tam ſuam agerent.

Saluſtius in Catilinario.

Summam lætitiam atq; laſciuiam diuturnã quies comparat. *Saluſtius ibidem.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Non uotis neq; ſupplicijs muliebribus auxilia deorum parantur, ſed uigilando, agẽdo, bene conſulendo omnia proſpere cedunt, ubi ſocordiæ atq; ignauiæ te tradideris, nec quic̃q; deos implores, irati enim infenſiq; ſunt.

Val. Max. libro 2 tit. de Inſtitutis antiquis.

Maſſilia ciuitas oĩbus, qui per aliquã religionis ſimulationẽ alimenta inertiæ quærunt clauſas portas habet, & mendacem & fucoſam ſuperſtitionem ſummouendam eſſe exiſtimans.

Q. Curtius de geſtis Alexandri libro 6.

Parua ſæpe ſcintilla contempta, magnum excitauit incendium.

Virg. Aeneidos 11.

Quæ tanta animis ignauia uen t?

Lucanus libro 1.

Tolle moras ſemper nocuit differre paratis.

Ouid. Metamorph. libro 8. fabula 6.

-Ignauis precibus fortuna repugnat.

Idem Artis libro 2.

-Amor odit inertes.

Ouidius Artis libro 3

Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ,
Sic nullum uobis tempus abibit iners.

Ouid libro 1. de Ponto elegia 6.

Cernis ut ignauum corrumpunt otia corpus?
Et uitium capiant, ni moueantur, aquæ.

Ibidem.

-Non ſum qui ſegnia ducam
Otia. Mors nobis tempus habetur iners.

Ibidem.

Cum dedimus ſomno, quas tempus poſtulat horas,
Quo ponam uigilans tempora longa modo?

Tibullus libro 1. elegia 4.

At ſi tardus eris, errabis tranſiet ætas,
Quam cito non ſegnis ſtat, remeatq; dies?

Ibidem.

Vidi iam iuuenem premeret cum ſerior ætas,
Mœrentem tardos præteriſſe dies.

Horatius libro 1. epiſt. 19.

Nam tua res agitur paries cum proximus ardet,
Et neglecta ſolent incendia ſumere uires.

Dantes Florentinus inferni cap. 24.

Sedendo in piuma
In fama non ſe uien, ne ſotto coltre.
Senza laqual chi ſua uita conſuma,
Cotal ueſtigio in terra di ſe laſſia
Qual ſumo in aere, & in acqua la ſchiuma. *id eſt,*

Sedendo in pluma
Ad famam nequaq; peruenitur nec ſub culcitra,
At qui ſine fama ſuam uitam conterit,
Tale ſui poſt ſe in terra ueſtigium relinquit,
Quale aut fumus in aere, aut in aqua ſpuma.

Dantes purgatorij cap. 2.

El perder tempo a chi piu ſa, piu ſpicace. *id eſt,*
Temporis amiſſio, ei, qui plus ſapit, magis diſplicet.

Ibidem cap. 18.

El ſtudioſe di ben far gratia rinuerde. *id eſt,*
Studium benefaciendi gratiam renouat.

Ibidem cap. 23.

I tempo che ni e impoſto,
Piu ut il mente compar tir ſe uole. *id eſt,*
Tempus tributum nobis, ult utilius compertiri.

Dantes Paradiſi cap. 20.

Hora cognoſce quanto caro coſta
Non ſequir Chriſto per lex perienza
Di queſta dolce uita, & de loppoſta.

Ibidem.

Hora cognoſce chel iudicio æterno
Non ſi tranſmuta quando digno preco.
Fa craſtino lagiu del hodierno. *id eſt,*
Nunc cognoſce, q̃ care conſtet,
Non ſequi Chriſtum per experientiam
Huius dulcis uitæ, atq; oppoſitæ.
Iam noſce, q; iudicium æternum
Facit ex hodierno craſtinum.

Acerbus græce ἀρμόδιος, ὁ, unde ὠρμόδυτος cruda comedens, proprie eſt incoctus & nondum maturus, ut poma acerba. Aliquando pro horrendo capitur. Vergi. Et funere merſit acerbo. hinc acerbitas amaritudo ſaporis, cruditas ſæuitiaq; eſt.

Acerra græce θυμιατήριον, ν. τὸ. dicitur, eſt thuris arcula, quæ & à latinis thuribulum dicitur. Eſt etiam urbs hoc nomine iuxta Neapolim, quam Clanius amnis prꝫterfluit. Verg. Et uacuis Clanius non æquus Acerris.

Acies ἀκονάω, quod ab acuo deſcendit. Ita & ἀκόνη, cos cotis dicitur. Eſt autem acies cuiuſcunq; rei acumen, & quaſi ſummum, unde aciem ferri dicimus, aciem oculorum, aciem exercitus. & ab acuo acutus uenit notæ ſignificationis, quod etiam ad incorporea transfertur, ut acutum ingenium, acutus uiſus.

Accliuis græce κατάντης, εος, ὁ, ἡ. dicitur. Et eſt arrectus, & in cliuum acuminatus, unde accliuitas. Decliuis uero inclinatus & incuruus.

Aconitum græce ἀκόνιτον, ν. τὸ. dicitur, herba eſt maxime uenenoſa ſpuma Cerberi canis tricipitis primum in cotibus nata, unde & nomen accepit. Nam ἀκόνη græce, cotem ſignificat latine.

Ouidius lib. 7. Metamorph.

Quæ quia naſcuntur dura uiuacia caute
Agreſtes aconita uocant.

Acrimonia græce ἀκρισία, ας, ἡ & ἀκρύσ acer dicitur. Et eſt uiuacitas animi, acumẽ ingenij, & mẽtis ſeueritas, ab acer uenit, quod ab acuo deſcendit.

Actor græce πράκτωρ dicitur. Is eſt, qui aliqd agit, & actio omnis actus, unde actionem iuriſconſulti uocant ius, quod cuique debetur in iudicio proſequendi, propter quod Vlpianus ſcribit duo eſſe actionum genera: in rem, quæ dicitur uendicatio, & in perſonam quæ appellatur conditio. In rem actio eſt per quam rem noſtrã quæ ab alio poſſidetur petimus. In perſonam actio eſt, qua cum eo agimus qui obligatus eſt nobis ad faciendum aliquid uel dandum.

Differunt autem actor & autor ſic, quod actor eſt qui recitat. Autor uero qui facit opus. Quare ſcriptores poematum & aliorum authores dicuntur, & ita authores pacis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pacis, autores belli: Quomodo autē autor ſcribatur, uide infra in dictione Autor.

Ad aliquid græce πρός τι dicitur. Talia dicuntur quę cunq; hoc ipſum quod ſunt aliorum dicuntur; uel quomodolibet aliter ad aliud, ſecundum Ariſtotelem libro Prædicamentorum.

Ad aliqd ſunt, quibus hoc ipſum eſſe eſt ad aliud quodammō ſe habere, ſecundum eūdem.

Adiuratio eſt duplex ſecundū b. Tho. Secun. ſecun. q. 90.

- Deprecatiua p modū deprecationis, cum ſ. nō intenditur imponere neceſſitatē adiurato, ſed tm̄ per inuocationem, uel ob reuerentiam diuini nominis, uel cuiuſuis rei ſacræ intendimus aliquid ab aliquo obtinere, & eſt duplex, ſcilicet:
  - Licita, qua deprecādo adiuramus
    - Deum.
    - Angelum bonum.
  - Illicita, qua deprecādo adiuramus
    - Hoſtem tam ſuperiorē q̄ inferiorem.
    - Dæmones.
- Compulſa uel coacta, cum intendimus neceſſitatem imponere adiurato, & eſt duplex, ſcilicet:
  - Licita, qñ adiuramus p uirtutem diuini nominis.
    - Dæmones ne nobis noceant ſpūaliter uel corporaliter.
    - Irrationalem creaturā inq̄tum regitur malo ſpiritu.
  - Illicita, cū impērādo adiuramus.
    - Deum.
    - Angelum bonum.
    - Hominem non ſubditum.
    - Dæmones ut Doceant.
    - Auxilientur.

Adiuratio græce ἐξορκισμός, ῦ. δ. nam ἐξορκίζω adiuro dicit. Eſtq; adiurare per inuocationem diuini nominis, uel alterius rei ſacræ obſecrando, uel imperando inclinare eas ſecundum ſe, uel in cō, paratione ad eas aliquid agendum uel patiendum, ſecundum Ricar. in 1. diſt. 37. art. 3. q. 2.

Adiurare, eſt ordinare aliquid ad aliquid per diuina, ſecundum b. Tho. ſecun. ſecun. q. 90. ar. 1. Vtentes huiuſmodi artibus à Iuriſconſultis dicuntur exorcizatores.

Admiratio ab admiror, quod græce θαυμάζω, & eſt timor ex magna imaginatione, ſecundum Ioan. Damaſcenum libro 2. cap. 15.

ADoleſcentia græce νεότης & νεανίας, ου. δ. adoleſcens dicitur, & ſecundū Ciceronem in Topicis flos ætatis, uel ut alij uolunt extrema pueritia, dicta ab adoleo, quod modo ſignat accreſco, quia creſcentes pueri, cum primū puberes fiunt olere hircū incipiunt: propter quod hirquitali ſunt appellati. hinc adoleſco, unde adoleſcens cuius diminutiuū eſt adoleſcentulus, & adoleſcentia, cuius prima ætas ephebia dicit. Vnde ephebus, qui in prima eſt adoleſcentia. Terē. in Andr. Nam is poſtq̄ exceſſit ex ephebis Soſia. Ephebus dicitur, q̄ iam ſit in pube, quæ græce ἔφηβος dicitur, hoc eſt, iam ad pubertatis annos peruenit. *Prouerbiorum 3.*

Tria ſunt difficilia mihi, & quartum pœnitus ignoro. uiam aquilæ in cœlo, uiam colubri ſuper petram, uiam nauis in medio mari, & uiam uiri in adoleſcentia. *Eccleſiaſtes 11.*

Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua, & in bonis ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in uijs cordis tui, & in intuitu oculorū tuorum, & ſcito q̄ pro omnibus his adducet te deus in iudicium. *Eccleſiaſtici 32.*

Adoleſcens loquere in tua cauſa uix cum neceſſe fuerit. *ibidem.*

In medio magnatorum loqui nō præſumas, & ubi ſunt ſenes non multum loquaris. *1. Petri 5.*

Adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus. *Hieronymus ad Nepotia.*

Sicut ignis in lignis uiridibus ſuffocat, ita ſapientia in adoleſcentia tentationibus & libidine impedita nō explicat ſuū fulgorē, niſi labore & ſtudio, & oratione incentiua iuuentutis intra repellantur. *Amb. de uiduis lib. 1.*

Vicina eſt lapſibus adoleſcentia. Quia uariarum æſtus cupiditatum feruore calentis inflāmatur ætatis. *Amb. libro de Officijs.*

Honor adoleſcentium eſt timorem dei habere, parentibus deferre, honorem habere ſenioribus, caſtitatē tueri, humilitatē non aſpernari, diligere clementiā & uerecundiā, quæ ornamēta ſunt iuuenili ætati. In ſenibus grauitas, in iuuenibus alacritas, in adoleſcentibus uerecundia commendatur. *Ambro. lib. 1. Officiorum.*

Verecundia cum ſit omnibus ætatibus, perſonis, tēporibus, & locis apta, tamen adoleſcentes iuuenilesq; annos maxime decet. Vt artifex in materia cōmodiore melius operari ſolet, ſic uerecundia in ipſo quoq; corporis decore plus eminet. Ita tamen, ut etiam ipſe nō ſit affectatus decor corporis, ſed naturalis, ſimplex, negligētus, magis q̄ ornatus uel cultus, uel expeditus. *Gregorius in Paſtorali.*

Iuuenes plerunq; ſeueritas admonitionis ad profectum dirigit. Senes uero ad meliora opera deprecatio blanda componit. *Greg. Colūbo epiſcopo, & habetur q. 1. Pueri.*

Pueri ad ſacros ordines nullatenus admittantur, ne tanto periculoſius cadant, quanto citius conſcendere ad altiora feſtinant. *Bernardus ſuper can. ſermone 87.*

Quid amabilius uerecūdo adoleſcente? Quā pulchra & q̄ ſplendida gemma morum eſt uerecundia in uita & uultu adoleſcentis, q̄ uera & minime dubia bonæ ſpei nūtia? bonæ indolis, uirga diſciplinę, expugnatrix malorum, propugnatrix puritatis innatę. Specialis gloria conſcientiæ. Famæ cuſtos, uitæ decus, uirtutis ſedes, uirtutum primitiæ, naturæ, laus, & inſigne tocius honeſti. *Bernardus ad Eugenium.*

Adoleſcentulū uerboſum & eloquentiæ ſtudentē, cū ſit ſapientiæ inanis, nō aliud q̄ hoſtē iuſtitiæ reputa. *Bernardus ad Theobaldū militem.*

Multos uidem? iuniores ſup ſenes intēdere mo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ribus diesantiquorũ tẽpora p̃uenire meritis,& ꝙ deeſt ætati uirtutibus cõpenſare. Quia iuxta Apoſt. Nemo cõtemnat adoleſcentiam bonæ indolis, ſenectus uenerabilis nõ eſt numero annorum, ſed magis merito morum computata.

Ioannes Chryſoſt. in prologo ſup Matthæum.

Adoleſcentibus in ludo literarũ poſitis non tam placẽt ſolida q̃ picta, quare potius pulchra q̃ utilia ſectantur. Nec tam agentia diligunt, q̃ ſonantia: magis gaudent foliorum amœnitate conſpergi, q̃ fructuum ubertate nutriri.

Caſſiodorus in epiſtolis.

Indigne tranſacta adoleſcentia odioſam efficit ſenectutẽ. Et honeſte acta ſupior ætas, fructꝰ capit autoritatis. Quid em̃ ſenectus furripere ualeat, in quo iuuentus reprehenſibilis non fuit.

Hugo in libro de clauſtro animæ.

In illa ætate qñ crines flaueſcũt, caro niteſcit eburnea, oculorũ gẽmis facies roſea decorat, ualetudo corpori ſubminiſtrat, & ætas iuuenilis longioris uitæ ſpatiũ repromittit. Qñ uiget rõ, uigẽt etiam corporis ſenſus, uiſus acutior, auditus ꝓmptior, inceſſus rectior, uultus iucũdior. Qui in hac ætate ſe dom̃at, & deo ſe ſociãt, p̃mium Ioannis Bap. expectãt. Tales em̃ offerũt hoſtiam uiuentẽ, deo placentẽ & immaculatã, non aure, nõ oculo, non pede, non lingua carentẽ. Audiat hoc ſenũ ſera cõuerſio, q̃bus ex defectu ſenectutis aures obturanť, oculi turbantur, ut breuiter cũcta perſtringã, ipſi in ſe ꝓ ſe deficiũt. Hi nõ oſferũt agnũ immaculatũ. Sed (ut ita dicã) porcũ cruentatũ. Sicut em̃ porcus in immũdicijs, ſic ſenex iacuit in uitas. Et ſicut porcus filiquis paſcitur, ſic ſenes fabulis & rumoribus delectantur.

Cypriarus de 12. abuſionibus.

Sicut in ſenibus ſobrietas & morum perfectio requiritur, ita in adoleſcentibus obſequiũ & ſubiectio, & obedientia rite debetur.

Cyprianus ibidem.

Sicut fructus nõ inuenitur in arbore in q̃ flos prius nõ apparuit, ſic in ſenectute honorẽ legitimũ conſeq̃ nõ potuit, q̃ in adoleſcẽtia diſciplinæ alicuius exercitatiõe nõ laborauit. Diſciplina igit̃ abſq; obedientia q̃liter fieri poterit? Adoleſcens ergo ſine obediẽtia, adoleſcẽs ſine diſciplina eſt. *Lactan. Firm. diuin. inſtit. lib. 7.*

Plato de aĩa differens, ex hoc ait poſſe cognoſci animas eſſe immortales atq; diuinas, ꝙ in pueris mobilia ſunt ingenia, & ad percipiendum facilia, ꝙ ea quæ diſcant ita celeriter capiãt, ut non tunc primum diſcere uideantur illa, ſed recognoſcere atq; reminiſci. In quo uir ſapiens poetis ineptiſſime credidit. *Plato in Timæo.*

Certe illud expertus ſum, tenaciorem fore eorum memoriam, quæ prima ætate diſcuntur.

Ariſtoteles libro 1. Ethicorum.

Nihil differt ætate puer, & moribus puerilis.

Ariſtoteles libro 6. Ethicorum.

Iuuenes nõ poſſunt eſſe prudẽtes, quia prudẽtia requirit experientiam, quæ indiget tempore, & multitudo temporis facit experientiam.

Ariſtoteles Rhetoricorum libro 2.

Iuuenes non ſunt maligni moris, ſed facilis moris, ꝓpterea ꝙ nondum uiderunt nequitias.

Ariſtoteles libro 7. Politic.

Iuuenes maxime ab ebrietate cuſtodire oportet. *Laert. Diog. de uita & moribus philoſophorũ.*

Pueros puberes nõ in foro, ſed in agrũ duci Lycurgus iuſſit, ut primos annos nõ in luxuria, ſed in oĩ opere & labore agerẽt. Nihil eos cauſa ſomni ſubſternere, & uitã ſine pulmẽto agere. Ne q̃ prius in urbẽ redire q̃ uiri facti eſſent ſtatuit.

Aulus Gellius Noctium Atticarum libro 4.

Pueros impuberes compertum eſt, ſi nimio cibo, nimioq; uino utantur hebetiores fieri, atq; hinc elici ſurditatem, improceraq; fieri corpora eorum, minusq; adoleſcere.

Seneca Lucil. epiſt. 16

Magnum expecta gaudium, quum puerilem animum depoſueris, & te in uirũ philoſophiæ deſcripſeris. Adhuc em̃ non puericia, ſed quod grauius eſt, puerilitas remanet. Et hoc quidem peius eſt, ꝙ autoritatem habemus ſenum, uitia uero puerorum, nec puerorum tantum, ſed infantium. *Sene. ad Lucil. epi. 90.*

Facile enim tenera conciliantur ingenia ad honeſti rectiq; amorem. *Seneca Tragœdia 2.*

Peiora iuuenes facile præcepta audiunt.

idem Tragœdia 9.

Teneris in annis haud ſatis clara eſt fides.

Cicero lib. 1. Officiorum.

Eſt em̃ adoleſcẽtis maiores natu uereri, ex his eligere optimos & probatiſſimos, quorum conſilio & autoritate nitatur. *Cicero ibidem.*

Maxime hæc ætas à libidinibus eſt tollẽda, in labore & patiẽtia animi & corporis exercẽda, ut in bellicis & ciuilib. officijs eorum uigeat induſtria. Caueãt intẽperantiã, meminerint uerecundiæ, q̃d erit facilius, ſi in huiuſmodi rebus maiores natu uelint intereſſe. *Cicero lib. de ſenectute.*

Temeritas eſt uidelicet florẽtis ætatis, prudentia ſenectutis. *Ibidem.*

Libidinoſa intemperansq; adoleſcentia effectum corpus tradit ſenectuti.

Cicero libro Rhetoricorum nouorum.

Qui adoleſcentiũ pcẽtis ignoſci putant oportere, fallunť, ꝓpterea ꝙ ætas illa nõ eſt impedimẽto bonis ſtudijs. At hi ſapiẽter faciũt, q̃ adoleſcẽtes maxime caſtigãt, ut quibus uirtutibus omnem uitam tueri poſſint, eas in ætate maturiſſima uelint comparare. *Idem l. de ſenectute.*

Sic uitam adoleſcentibus uis auferet, ſenibus maturitas. *Cicero in Rhetoricis.*

Adoleſcentis officium ſit maiores natu uereri, atq; ex his probatiſſimos eligere, quorum cõſilio utatur. *Homerus in γ Iliados.*

αἰεὶ δ᾽ ἁπλοΐη, ὡρῃ ἀνδρῶν φρένες ἠπεδανῶνται. id eſt,
Semper autem iuniorum uirorum mentes pendent,

ἴδμ᾽ οἷαι νέου ἀνδρὸς ὑπερβήσεται τελέθουσιν,
κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος, λεπτὴ δὲ τε μῆτις. id eſt,
Scis quales iuuenis uiri operationes ſunt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Velox quidem, sed tenue consilium.

Idem in Odisseæ.

ἀεί γὰρ τοι νεώτεροι ἀφραδέουσι. id est,

Semper enim iuniores insipiunt.

Menander.

Νέον δὲ σιγᾶν μᾶλλον ἢ λαλεῖν πρέπει. id est,

Iuuenem autem tacere magis q̃ loqui decet.

Plautus in Bacchidibus.

Iuuenili ætati nõ cõducit mulier, nec latebrosus locus

Ibidem.

Isthoc illecebrosius fieri nihil potest, nox, mulier,
Vinum, homini adolescentulo.

Horatius in arte poetica.

Inbarbis iuuenis tandem custode remoto.
Gaudet equis canibusq; & aprici gramine campi.
Cereus in uitium flecti, monitoribus asper.
Vtilium tardus prouisor prodigus æris.
Sublimis, cupidusq; & amata relinquere pernix.

Horatius in Epodo Ode penultima.

Fugit iuuentas, & uerecundus color,
Reliquit ossa pellem amicta luridam.

Ouidius epi. Phædræ ad Hippolytum.

Sint procul a nobis iuuenes ut fœmina compti,
Fine coli modice forma uirilis amata.

Iuuenalis satyra 13.

Credebant quod grande nefas & morte piandum,
Si iuuenis uetulo non assurrexerat, & si
Barbato cuiq; puer.

Iuuenalis satyra 14.

Nam quisquis magni census præcepit amorem,
Et læuo monitu pueros, producit auaros,
Et qui per fraudem patrimonia conduplicari,
Dat libertatem, & totas effundit habenas,
Curriculo, quem si reuoces consistere nescit,
Et te contempto rapitur metisq; relictis.

Ibidem.

Quum dicis iuueni, stultum quid donet amico.
Qui paupertatem leuet attollatq; propinqui
Et spoliare doces & circunscribere, & omni
Crimine diuitias acquirere, quarum amor in te est.

Ibidem.

Plurima sunt fuscine & fama digna sinistra,
Et nitidis maculam ac rugam fingentia rebus,
Quæ monstrant ipsis pueris traduntq; parentes,
Si damnosa iuuat senem alea, ludit & hæres
Bullatus paruoq; eadem mouet arma fritillo.

Adoptio græce θέσις ποιητή, & ἐκποίησις, adoptiuus dicitur, est legitimus actus per quem qui filius nõ est pro filio habetur, pene naturam imitans.

Iusti. de adop. in glo.

Adoptio est extraneę personę in filiũ vel neptẽ & deinceps legitima assumptio, secundum beatũ Tho. 4. sen. dist. 42. q. 2. art. 1. Hãc fere omnes diffinitionem canonistæ affirmant.

Adoptare est admittere ex gratia ad participãdũ hæreditatem, b. Tho. in 3. parte q. 23. art. 1.

Adoratio græce προσκύνησις & προσκυνέω adoro. Duplex est, scilicet interior deuotio mẽtis, & exterior humiliatio corporis: prima est principalior, ad quam & propter quam secunda fit.

Aduentus Christi, vide infra Christi aduẽtus.

Aduersitas idem quod calamitas, quæ græce συμφορὰ ἀπὸ dicitur λυπρόχμα ατος το uel λυχέ δεια ἀπὸ infortunium & molestia.

Tobiæ 12.

Quia acceptus eras deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.

Iob 5.

Beatus qui corripitur à domino.

Ecclesiastici 27.

Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.

Romanorum 5.

Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit.

Hebræos 12.

Quem diligit deus castigat.

2. ad Titum 3.

Et omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu persecutionem patientur. Mali autem homines & seductores proficient in peius errantes, et in errorem mittentes. *Hebræos 12.*

Fili mi noli negligere disciplinã domini, neq; fatigeris dum ab eo urgueris, quẽ enim diligit dominus castigat. Flagellat autem omnem filium quem recipit, in disciplina perseuerate, tãquam filijs uobis offert se deus, quis enim filius quem non corripit pater?

Actuum. 14.

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

August. de uerbis domini libro 2.

Nemo frangitur aduersorum molestia, qui prosperorum delectatione non capitur.

August. super Matth. sermone 18.

Ideo deus fœlicitatibus terrenis amaritudines miscet, ut alia quęratur fœlicitas, cuius dulcedo non est fallax.

Augustinus in sermone ad Lippium.

Noli admirari frater, si postquam Christian? effect? es, mille te undiq; tribulationes uexant. Quoniam Christus nostræ religionis caput est, nosq; eius membra sumus. Debemus ergo non solum eum. sed eius uitã cumulatissime sequi, uita eñ Christi respersa fuit augustijs plurimis, summa paupertate circundata, à scribis & pharisæis derisus. Tandem propter nos peccatores morti turpissimę traditus est. Vnde coniectura est, quũ tẽ deus immensis persecutionibus corripit, te in electorum suorum numero despiras se. Nã sine huiusmodi tribulationibus nequaquam ad deum peruenire possumus, omnes eñ qui ad paradisum redire desiderãt, oportet trãsire per ignem & aquam. Siue fuerit Petrus apostolus, cui datę sunt claues regni cœlorum, siue Paulus uas electionis, siue Ioannes, cui reuelata sunt secreta cœlestia. Necesse est ut omnes dicãt per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

Augustinus super Psalm. 21.

Intelligat homo medicũ esse deũ, & tribulatio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rem medicamentum esse ad salutem, non pœnam ad damnationem. Sub medicamento positus ureris, secaris, clamas, nō audit medicus ad uoluntatem, sed ad sanitatem.

Augustinus super Psalm. 60.

In fornace ardet palea, & purgatur aurū. Illa in cinerem uertitur, & illud sordibus exuitur. Fornax mundus, aurum, iusti: ignis, tribulatio: artifex, deus: quod uult ergo artifex facio: ubi ponit me artifex tolero: iubeor ego tolerare, nouit ille purgare. Ardeat licet palea ad incendendum me, & quasi consumendum me, illa q̄ si in cinerem uertitur, ego sordibus careo.

Augustinus de ciuitate Dei libro 1.

Sicut sub uno igne aurum rutilat, palea fumat, sub eadem tribula stipula comminuitur, & frumenta purgantur.

Augustinus contra Faustum.

Nullus hoīm sic iustitia p̄ditus est, cui nō sit necessaria tentatio tribulationis, uel ad p̄ficiendāmuirtutē, & confirmandā seu approbandā.

Hieronymus epistola ad Heliodorum.

Quis nō tribulari uelit? quis se non maledici desideret ut mereatur Christi uoce laudari, & cœlesti copiosaq; mercede munerari?

Ambrosius in libro de morte fatyri.

Quid in hac uita nō expimur aduersi? Quas non p̄cellas tempestatesq; perpetimur? Quibus non exagitamur incōmodis? cuius parcitur meritis? *Idem libro Officiorum.*

Paupertas, fames, dolor, quæ putātur mala, non solum impedimēta non sunt ad uitam beatam, sed etiam ad meritum adiuuant. Vnde dicitur: Beati pauperes spiritu, beati qui esuriunt.

Gregorius libro 3. Moralium.

Quum quis positus in prosperitate diligitur, incertum est utrum prosperitas an persona diligatur, amissio enim fœlicitatis interrogat uim dilectionis. Nec prosperitas quippe amicum indicat, nec aduersitas inimicum celat.

Ibidem.

Iustis amplius placet ex aduersitate mala p̄peti, q̄ ex prosperitate terrenæ dispensationis cura fatigari.

Gregorius in Registro.

Facilis erit consolatio, si inter flagella quæ patimur, quæ fecimus ad memoriam delicta reuocamus, atq; hæc iam non flagella, sed dona esse conspicimus: si qua carnis delectatione peccamus, carnis dolore purgamus.

Gregorius libro 5. Moralium

Si mens forti intentione in deum dirigitur, quicquid in hac uita sibi amarum sit, dulce æstimat, omne quod affligit, requiem putat.

Idem libro 10. Moralium.

Dolor flagelli temperatur, quum culpa cognoscitur. Quia quanto quisq; ferramētum medici patientius tolerat, tanto magis putridum conspicit esse quod ferat.

Ibidem.

Mala uitæ præsentis tāto durius animus sentit, quanto pensare bonum quod sequitur negligit. Nequaq̄ nos gratia in aduersitate deserit, quia quo nos durius ex dispensatione persecutit, eo amplius ex pietate custodit.

Gregorius libro 11. Moralium.

Nunq̄ est patientiæ uirtus in prosperis. Ille uero patiens est qui & aduersis conteritur, & tamen à specie suæ rectitudinis non curuatur.

Idem 26 Moralium.

Aurem cordis tribulatio aperit, quam sæpe prosperitas huius mundi claudit. *Ibidem.*

Sanctorum mentes æternitatis præmia præstolantes uires ex aduersitatibus sumunt. Quia crescente pugna glorioſiorem sibi non ambigunt manere uictoriam, electorum desideria dū premuntur aduersitate, perficiunt. Sicut ignis flatu premitur ut crescat, & unde quasi extīgui cernitur, inde roboratur.

Gregorius super Ezechielem.

Donis suis deus flagella permiscet, ut nobis oē quod nos in seculo delectabit amarescat, & illud incēdium surgat in animo, quod nos semper ad cæleste desideriū inquietet & excitet, atq; (ut ita dicā) delectabiliter mordax suauiter cruciet, hilariter contristet. *Grego. in Pasto. ca. 51.*

De spe æternæ hæreditatis gaudiū sumāt, q̄s aduersitas uitæ tēporalis humiliat. Quia nō saluandos in perpetuum cerneret, si erudiēdo sub disciplinæ regimine dispensatio non frenaret.

Idem in Registro.

In omnipotēti deo tunc certa est fiducia, q̄n pro bono opere aduersitas additur, in hoc mundo recipitur, ut pulchrior mercesin retributione æterna seruetur. *Ibidem.*

Multi in hac uita dolores sunt, qui ad amorē cælestium quotidie impellunt, qui in hoc uehementer solum mihi placent, quia placere in hoc mundo aliquid non permittunt.

Greg. supillud Iob. 3. Frater fui draconum.

Nullus perfect⁹ est, qui inter mala proximorum patiens non est.

Gregorius Moral. 26. supillud Iob 25.

Qui dat carmina in nocte.

Nihil iniuste patimur, carmen in nocte, est lætitia in tribulatione.

Iohannes Chrysostomus sermone 18.

Faciamus de necessitate uirtutē seu uoluntatē. Exēpli gr̄a: Propriū q̄s amisit filiū, substantiā alius oēm & fortunæ bona. Si noueris q̄ semel peractū est: nec deleri amplius, nec solui posse, licebit ex ea insanabili calamitate utilitatis aliquid cōparare. Si magno ac uirili aīo aduersos tuleris fortunæ casus, proq; maledictis dño laudē referas: hoc pacto q̄ præter spem obuenerint mala, in uoluntatis officium commutabis.

Boetius Philosophicæ consolationis li. 2. prosa 4.

Nam in omni aduersitate fortunæ infœlicissimum genus infortunij est, fuisse fœlicem.

Ibidem.

Quis em̄ ē tā cōpositæ fœlicitatis, ut nō aliq̄ ex parte cū statu sui q̄litate rixet. Anxia em̄ res est huma

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

humanorum cõditio bonorũ,& quæ uel nunquàm tota proueniat,uel nunq̃ perpetua ſubſiſtat. Huic cenſus exuberat, ſed eſt pudori degener ſanguis. Hunc nobilitas notum facit,ſed anguſtia rei familiaris incluſus mallet eſſe ignotus. Ille utroq; circunfluus uitã cœlibem deflet. ille nuptijs fœlix orbus liberis, alieno cenſum nutrit hæredi. Alius prole lętatus,filij filiq;ve delictis mœſtus illachrymat. Idcirco nemo facile cum fortunæ ſuæ conditione cõcordat. Ineſt enim ſingulis quod inexpert9 ignoret, expertus exhorreat. *Boethius ibidem.*

Addeq; fœliciſſimi cuiusq; delicatiſſimus ſenſus eſt,& niſi ad nutum cuncta ſuppetant, omnis aduerſitatis inſolens minimis quibuſq; proſternitur. Adeo per exigua ſunt quæ fortunatiſſimis ſummam beatitudinis detrahunt.

Iſidorus de ſummo bono lib. 3.

In aduerſitatibus tuis non contriſteris,in languoribus tuis deo gratias age. Valere te magis anima opta q̃ corpore. Valere te magis,mente opta q̃ carne. Aduerſa corporis remedia ſunt animæ. Aegritudo carnem uulnerat,mentẽ curat,languor enim uitia excoquit, languor uires libidinis frangit. *Iſidorus ſoliloquiorũ li. 1.*

Semper deus hic hos uulnerat,quos ad ſalutem perpetuam præparat.

Iſidorus ibidem.

Omnia aduerſa æquo animo tolera. Dum tibi aliena pericula memoras, mitius portas tua.

Iſidorus de ſummo bono libro 3.

Diſcat non murmurare qui mala patitur, etiam ſi ignorat cur mala patitur. Per hoc quiſq; ſe iuſte pati arbitretur,q ab illo iudicatur,cuius nunquàm iniuſta iudicia ſunt.

Bernardus ſuper Cantica ſermone 25.

Ad uirtutes ſpectat tribulationes fortiter ſuſtinere, ad ſapiẽtiam, in tribulationibus gaudere. Cõfortare cor tuũ, & ſuſtine dominũ. Virtutis eſt guſtare & uidere q̃m ſuauis eſt dñs ſapiẽtiæ.

Caſſiodo. ſup illud Pſal. Voluntari ſacrificabo tibi.

Voluntarie deo ſacrificant, qui inter anguſtias paſſionum iugiter gratias agunt.

Lactantius libro. 3 cap. 24 diuinarum inſtit.

Vnde nemini mirũ debet uideri,ſi pro noſtris delictis caſtigamur à deo. Imo uero quum uexamur ac premimur, tũ maxime gratias agamus indulgentiſſimo patri, qui corruptelam noſtrã non patitur lõgius procedere, ſi plagis ac uerberibus emendat. Ex quo intelligimus eſſe deo curæ, quibus,cui,quando peccamus iraſcitur.

Lactantius lib. 3. diuinarum inſtitutionum.

Beatus eſt igitur ſapiens in tormentis, ſed qui torquetur pro fide, pro iuſtitia, pro deo, illa patientia doloris beatiſſimum facit.

Idem libro ſexto de inſti.

Nemo dubitat qui timidi & imbecillis ſit animi aut dolorem metuere, aut egeſtatẽ, aut exilium, aut carcerẽ, aut mortẽ. Quæ omnia quiſquis nõ exhorruit fortiſſimus iudicat. Qui aũt deũ metuit, illa uniuerſa nõ metuit, ad q̃ pro bandũ opus argumẽtis nõ eſt. *Seneca epiſt 93.*

Cogitanda ergo ſunt omnia,& animus aduerſus ea quæ poſſunt euenire firmãdus, exilia, tormenta, morbos, bella, naufragia meditare.

Seneca in Hercule furente tragœdia pri.

Quæ fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt.

Seneca Tragœdia 6.

Fletus ærumnas leuat.

Seneca ibidem.

Aequior caſum tulit in procellis,
Mille qui ponto pariter carinas,
Obruit uidit, tabulaq; littus,
Naufraga ſpargi.

Seneca libro de Prouidentia.

Quis uir eſt qui non eſt erectus ad honeſta q̃ non eſt laborisiuſti appetens? qui non ad officia cum periculo paratus?

Sequitur.

Nihil infœlicius(ait Democritus) eo cui nil aduenit unq̃ aduerſi, nõ licuit illi ſe expiare, male de illo dij iudicauerũt, indignus uiſus eſt a quo uinceretur aliquando fortuna. Quæ ignobiliſſimum quenq; refugit, contumaciſſimum, id eſt fortiter obuiantem quenq; & rectum aggreditur, aduerſus quem uim ſuam intendat. Ignem experitur in Mucio, paupertatem in Fabritio, exilium in Rutilio, tormentũ in Regulo, uenenum in Socrate, mortem in Catone.

Seneca ibidem.

Miſerum te eſſe iudico qui nunq̃ fueris miſer, traxiſti ſine aduerſario uitam. Nemo ſcit quid potueris, neq; tu quidem ipſe. Opus enim eſt ad ſui notitiem experimento, quid quiſque poſſit, non niſi tentando didicit.

Macrobius libro 1. Saturnal.

Non omnino dijs exoſos eſſe, qui in hac uita cum ærumnarum uarietate luctantur, ſed eſſe arcanas cauſas ad quas paucorum poterit uenire curioſitas, *Valerius Maximus lib. 8.*

Neq; ſecundarũ rerum prouentu inſolenter abuti, neq; aduerſis propere debilitari oportet.

Terentius Comœdia 3.

Quamobrem omnes quum ſecũdæ res ſunt, tum maxime meditari ſecum oportet, quo pacto aduerſam ærumnam ferant.

Euripides in Medea.

χευφῶσ' φέρειν χρὴ ὄντιν' ὄντα συμφορὰσ. id eſt,

Leuiter ferre oportet mortalẽ exiſtentẽ calamitates.

Virgilius Aeneidos 1.

Durate & uoſmet rebus ſeruate ſecundis.

Ouidius lib. ult. Metamorph. fabula 44.

- Nec enim fortuna querenda.
Sola tua eſt, ſimiles aliorum reſpice caſus
Mitius iſta feres.-

Ouid. Triſtium lib. ult. elegia ultima.

Contudit ingenium patientia longa malorum
Et pars antiqui nulla uigoris adeſt.

Iuuenalis Satyra 13.

- Dicimus autem.
Hos quoq; fœlices qui fere incommoda uitæ.
Nec iactare iugum uita didicere magiſtra.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

- Adulatio oppositum amicitiæ uel affabilitatis peccatum, beatus Thomas secunda secundæ, q. 95.
  - Mortale tripliciter
    - Quũ aliquẽ laudamus de aliq̃ peccato mortali. Esaiæ 5. Væ qui dicitis malum bonum.
    - Quum quis adulatur alicui, ut ei fraudulenter noceat corporaliter uel spiritualiter. Meliora sunt uulnera diligẽtis, q̃ fraudulenta oscula blandientis. Prou. 27.
    - Quum quis adulatione sua alteri occasionẽ dat mortaliter peccandi.
  - Veniale tripliciter
    - Quum exceditur laudando, sola auiditate placendi uel delectandi.
    - Quum exceditur ut euitetur aliquod malum sine alterius detrimento.
    - Quum exceditur ut consequamur in necessitate aliquod bonum sine alterius detrimento.

Adulatio κολακεία μου & κόλαξ adulator dicitur. Et est fallaci laude seductio, secundũ Augustinum super psalmos. Adulatio est excessus delectandi alios, uerbis uel factis, secund. b. Tho. Secunda secundæ quæst. 95. art pri.

Adulatio, est peccatum ex sermone uanæ laudis alicui exhibitæ intentione complacẽdi. Laudare enim aliquem de quo non est laudandus, uel plus q̃ est laudãdus, uel non eo fine quo fieri debet peccatum est, secundum Alexand. Secunda secundæ, tractatu de adulatione.

Adulatio est peruersa laudatio, & uidetur nomen sumptum à sono. Canes enim quorũ mira est adulatio, fere exprimunt hunc sonum. Vel dicatur q̃ adulor uerbum (quod est uoce uel gestu fauorẽ capio) dicit quasi adaulor, q̃d hoc in aulis maxime fieri soleat. Sunt tamen qui hoc à græco deriuatũ arbitrent, hoc est ἀπὸ τοῦ δουλεύειν quod est inseruire, & δοῦλος ὁ seruus. Veteres etiã aulas dixere, quas nunc dicimus ollas. Vnde aulicocia uocant exta, quæ in ollis coquũtur, hoc est elixa, Plaut. fabulam suam ab aula, hoc est olla inuenta, aululariam nominauit. Adulor & adulo usurpatũ legimus. Valer. Maxi. Si Dionysium adulares ista non esses: si ista esse uelles Dionysiũ nõ adulares, & teste Prisciano, dativo & accusatiuo iungit, producitq̃ du syllabã.

Iuuenalis.

Quid quod adulandi gens prudentissima laudat
Sermonem indocti faciem deformis amici.

Lucretius libro 5.

Longe alio pacto gannitu uocis adulant

Psalmo 27

Qui loquuntur pacem cum proximo, mala autem in cordibus eorum.

Prouerbiorum 1.

Fili, si te lactauerint peccatores, non acquiescas eis. *Prouerbiorum 2.*

simulator ore decipiat amicum suum.

Prouerb. 12.

Qui dissimulat iniuriam, callidissimus est.

Prouerb. 27.

Meliora sunt uulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula blandientis.

Ecclesiastici 18.

Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo.

Iſaiæ 3.

Populeus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. *Lucæ 22.*

Iuda, osculo filium hominis tradis?

Augustinus ad Casulanũ, & habetur 11. q. 3. Quisqs.

Quisquis metu cuiuslibet potestatis ueritatẽ occultat, iram dei super se prouocat. Quia magis timet hominem q̃ deum. *Sequitur.*

Vterq; reus est, qui ueritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia ille prodesse nõ uult, & iste nocere desiderat.

Augustinus ibidem.

Nemo peritorum aut prudentiũ putet, quod minus sit periculum in uerbis lingua mentiẽdo, quàm manibus sanguinem fundẽdo. Melius est autem pro ueritate pati supplicium, quàm pro adulatione beneficium.

Adulantium linguæ ligant homines in peccatis. Delectat enim ea facere in quibus non solum non metuitur reprehensor, sed etiam laudatur operator *Aug. sup psalm. 96.*

Duo sunt genera persecutorum, scilicet uituperantium & adulantium: sed plus persequitur lingua adulatoris quàm manus persequentis.

Augustinus ibidem

Falsa laus adulatoris, & simulata dilectio, mentes à rigore ueritatis emollit.

Augustinus libro de doctrina Christian.

Sicut sumenda sunt amara salubria, ita semp̃ uitanda est perniciosa dulcedo.

August. lib. 9. Confessionum.

Sicut adulantes amici peruertunt, sic inimici litigantes plærunq̃ corrigunt.

August. lib. 2. cap. 1. de Trinitate.

Magis opto à quolibet reprehendi, quàm ab errante uel adulante laudari.

Et paulo infra.

Amicus si docere audiendus est, laudator uero errans cõfirmat errorẽ, adulans allicit mœrorẽ.

Augustin. in epist. ad Marcellam.

Nimis peruerse seipsum amat, q̃ & alios uult errare, ut error suus lateat. Quãto enim melius & utilius ubi ipse errauit alij nõ errãt, quorũ admonitu errore careant. Vos qui me multũ diligitis, si talem me asseritis, ut nũquàm me in scriptis meis errasse dicatis, frustra laboratis, nõ bonam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nam cauſam ſuſcepiſtis facile in eo meipſo iudi ce ſuperamini. Quoniã nõ mihi placet quum à chariſſimis meis talis eſſe exiſtimor qualis non ſum. Profecto nõ me, ſed pro me aliũ ſub meo nomine diligũt, ſi non q̃ ſum, ſed quod nõ ſum diligũt. *Aug. de baptiſmo contra Donatiſtas.*

Leuiusnon debet putari quod gladio minan te, quàm quod lingua inſidiante committitur.

Auguſtinus in Enchiridion lib. 2.

Mihi uidetur omne mendaciũ eſſe peccatum. Sed multum intereſt quo animo, & de quibus rebus quiſq; mentiatur. Non em̃ ſic peccat qui cõſulendi, quõ qui nocendi uoluntate mentit.

Auguſtinus libro de mendacio, & habetur 22. q. 2. Primum ꝙ. Non eſt.

Non eſt mentiendum quinto genere, qa nec ipſa ueritas placẽdi cauſa hominibus enuncian da eſt. Quanto magis mendacium quod per ſe ipſum, quia mendacium utique turpe eſt.

Auguſtinus libro de mendacio, & habetur 22. q. 2 Primum.

Quiſqs aũt eſſe aliquod genus mẽdacij q̃ pec catũ non ſit putauerit, decipiet ſe metipſum tur piter, cũ honeſtũ ſe deceptorẽ arbitret aliorum.

Hieron. ſuper illud Iſaiæ, Si te lactauerint pec catores, ne acquieſcas eis.

Adulatores ſunt hoſtes, & ſcintillæ diaboli.

Hieron. ſuper illud Eccleſiaſtici. Verba ſapien tum quaſi ſtimuli.

Notandum eſt quod dicuntur uerba ſapien tium pungere, non palpare: nec molli manu at trahere lachrymam, ſed errantibus tardis pœ nitentiæ dolores & uulnus infigere. Si cuiusgi tur ſermo non pungit, ſed oblectationem facit audientibus, iſte ſermo non eſt ſapiens.

Hieron ſuper illud Galat. 4 Ego inimicus uobis ſum factus, uerum dicens.

Hæc eſt conditio ueritatis, ut eam ſemper ini micitiæ perſequãtur, ſicut per adulationẽ per nicioſæ amicitiæ comparant. Libẽter em̃ quod delectat audimus, & offendit omne quod nolu mus. *Hiero. ſuper Matt. lib. 1.*

Hoc intelligendũ eſt, q̃ tantæ paupertatis fu erit Chriſtus, & ita nulli adulatus ſit, ut in urbe maxĩa nullũ hoſpitẽ, nullã inueniret manſionẽ.

Hieron. ad Damaſum papam de filio prodigo & habetur diſt. 37. Nonne uobis.

Nõne uobis uidetur in uanitate ſenſus & ob ſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torqueẽ, qui phyſicus perſcru tator oculos trans cœlos leuat, & ultra profun dum terrarũ & abyſſi quoddam inane demergi tur, qui iambum feruet, qui tantam metrorum ſyluam in ſuo ſtudioſius corde diſtinguit & cõ gerit. Et ut ad alteram partem trãſeam, qui di uitias per fas & nefas quærit. Qui adulatur regi bus, hæreditates captat alienas, & opes congre gat, quas in momento cui ſit relicturus ignorat.

Hieron epiſt. ad Demetriaden.

Beata mens q̃ nec adulat aliquãdo nec adulã ti credit, q̃ nec decipit alterum, nec ipſa decipi tur, deniq; nec malum facit aliquando, nec pati tur. *Hieron. ad Celantiam.*

Iſto maxime tempore regnat uitiũ adulatio nis, quod eſt grauiſſimum, qa humanitatis ac be neuolentiæ loco ducitur, & ita fit ut qui adula ri neſcit, aut inuidus aut ſuperbus reputetur.

Hieron. ibidem.

Rumuſculos & guloſos & palpantes adulato res, quaſi hoſtes fuge.

Hieron. epiſt. ad Sabin.

Naturali ducimur malo, & adulatoribus no ſtris libenter fauemus, & quamq̃ reſpõdeamus nos indignos, & calidus rubor ora profundat, tamen ad laudem ſuam anima intrinſecus læta tur. *Hieron. ſuper Pſalm.*

Nihil eſt quod tam facile corrumpat mentes hominum, ſicut adulatio. Plus em̃ nocet lingua adulatoris quàm gladius perſecutoris.

Idem ſuper Eſaiam libro 7.

Nõ ſic adulandum eſt principibus, ut ſancta rum ſcripturarum ueritas negligat, nec genera lis increpatio unius perſonæ iniuria eſt.

Idem ad Ruſticum monachum.

Ne credas laudatoribus tuis (imo irriſoribꝰ) aurẽ ne libenter accõmodes, qui quum te ad la lationibus foueriint, & quũ te impotentis men tis effecerint, ſi ſubito reſpexeris, deprehendes poſt te colla incuruari, aut manu auriculas agi tari aſini, aut æſtuantẽ canis protendi linguam.

Hieron in epiſt.

Nos ad patriam feſtinantes mortiferos Syre num cantus ſurda aure tranſire debemus.

Ambroſius libro 1. Offi.

Emolliri adulationibus non ſolum fortitudi nis non eſſe, ſed etiam ignauiæ uidetur.

Ambroſius libro 3. de Offi.

Non eſt uera amicitia ubi eſt fallax adulatio.

Ambroſius ſuper 1. ad Corin. 9. Vos nobi les, nos autem ignobiles.

Libere enim & ſine adulatione ueritatẽ præ dicantes, & geſta prauꝙ uitæ arguentes gratiam non habent apud homines.

Greg. li. 18. parte 4. ca. 7. Moral. & habet. di. 46. Sũt.

Sũt nõnulli qui dũ malefacta hominũ laudi bus efferũt, augẽt quꝙ increpare debuerãt. Hinc em̃ per prophetã dicit: Væ his qui conſuũt pul uillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruĩ ca'ia ſub capite uniuerſæ ætatis. Ad hoc quippe ſub cubito puluillus uel ceruical ſub capite ia cẽtis ponit, ut molliter quieſcat. Quiſquis ergo male agẽtibus adulat, puluillũ ſub cubito, uel ceruical ſub capite iacẽtis ponit, ut qui corrigi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibꝰ molliter quieſcat. *Idem & habetur 11. q. 3. Inter uerba.*

Int uerba laudantiũ ſiue uituperantiũ ad mentẽ ſemp recurrendũ eſt, & ſi in ea nõ inuenitur bo num q̃ de nobis dicit magnã triſtitiã generare debet. Et rurſum ſi in ea nõ inuenit malũ q̃ de nobis hoĩes loquunt, in magnã debemus lætiti am p̃ſilire. Quid eñ, ſi nõ oẽs hoĩes laudãt, et cõ ſcientia liberos nos demõſtres? habemus Paulũ dicentem:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicentē:Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium con ſcientiæ noſtræ.Iob quoq; dicit:Ecce in cœlo te ſtis meus. *Idem,& hab. 6.q. 1. Sunt plurimi.*

Sunt plurimi qui uitam bonorū fortaſſe am plius q̄ debent laudant,& ne qua elatio de lau de ſubrepat,permittit omnipotens deus malos in obtrectationem & obiurgationē prorumpe re,ut ſi qua culpa ab ore laudantium corde na ſcitur,ab ore uituperātium ſuffocetur.Hinc eſt quod doctor gentium ſe in prædicatione curre re teſtatur inter infamiam & bonam famam, qui etiam dicit,ut ſeductores & ueraces.

Grego.home.12.ſup Euangelijs.

Impinguat caput oleum peccatoris, quum de mulcet mentem fauor adulantis.

Gregorius ſuper Ezech. libro 1. ca.nono.

Adulator ſcorpio eſt:qui palpando incedit, ſed cauda ferit.

Idem Moral. libro quarto ſuper illud Iob.
Cur lactatus uberibus.

Adulatores lactant eos quos laudāt quaſi præ mio laudis.

Ioannes Chryſoſt. in Policratio de ueſtigijs philoſophorum libro tertio.

Adulator omnis uirtutis inimicus eſt,& qua ſi clauum figit in oculo illius cum q̄ ſermonem conſerit,eoq; magis cauendus eſt quo ſub amā tis ſpecie nocere non deſinit,donec rationis ob tundat acumen,& modicū illud luminis quod adeſſe uidebatur extinguat.

Iſidorus ſoliloquiorum li. ſecundo cap. 34.

Simulatio quidem & aſſentatio duæ uirulen tiſſimæ peſtes ſunt,quæ ſemper ab amicitia re legentur. *Bernardus ſuper cantica.*

Qui de amore non uenit honor, non honor, ſed adulatio eſt.

Hugo de ſancto uictore.

Adulator amicus in obſequio, hoſtis in ani mo,comptus in uerbo,turpis in facto, lætus ad proſpera, fragilis ad aduerſa,inflatus ad obſe quia,anxi⁹ ad opprobria, immoderatus ad gau dia,facilis ad humana, difficilis ad honeſta.

Caſſiodorus ſuper illud pſal. Oleum peccatoris non impinguet.

Oleum peccatoris eſt dilectio ſimulata uerbo rum, quæ adulationibus & blandimentis no ſtras mentes uelut olei pinguetudo libenter in grediēs rigorem ueritatis emollit, & ad noxias cogitationes amoris ficti potius oſtētatione per ducit. *Alanus de complanctu naturæ.*

Huius peſtis peſtilentia percutiunt principum laterales,palatini canes,adulationis artifices,fa bri laudis,figuli falſitatis. Hi ſunt qui magnilo qua commendationis tuba in diuitum auribus citharizant qui medicę adulationis fauos foras eructant,qui ut emungant munera,caput diui tis oleo adulationis inungunt, prælatorum au ribus puluinaria laudum ſubñaiunt,qui ab eo rum pallijs aut fictitium puluerem excutiunt, aut ueſtem fictitie deplumant implumem.

Ibidem.

Iſti penes munera laudis, penes dona fauores, penes pretium præconia famæ blandimentis conſtituunt. *Ibidem.*

Quid commendationis alluſio? niſi prælato rum deluſio:quid laudis arriſio? niſi eorundem deriſio. *Ibidem.*

Adulatores à uoluntate uultum, ab animo uerbum,à mente linguam,ab intellectu loqui lam amplo diſſenſionis interuallo diſſibulant. Plerunq; enim exterius plauſibiliter applauden do collaudant,quos interius contradictoria de riſione defraudant. Foris uultu applaudunt uir gineo,intus ſcorpionis pungūt aculeo:foris a dulationis mellitos cōpluunt imbres,intus de tractionis euomunt tempeſtates.

Beda ſuper Lucam libro ſecundo.

Ipſa peccati nutrix adulatio, quæ ſicut oleū flammis in culpa ardentibus ſolet adminiſtrare fomentum. *Seneca ad Lucilium 43.*

Adulatio apertis & proprijs auribus recipi tur,in præcordia ima deſcēdit,uenit ad me pro amico blandus inimicus.

Idem ad Lucilium epiſtola 53.

Aures claudendæ ſunt adulatoribus.

Idem epiſtola 60.

Cito nobis placemus,ſi inuenimus q̄ nos bo nos uiros dicant,qui prudētes, qui ſanctos, non ſumus modica laudatione contenti. Quicquid in nos adulatio ſine pudore cōgeſſit, tanquam debitum prehendimus.Optimos nos eſſe & ſan ctiſſimos affirmantibus aſſentimus, quum ſcia mus ſæpe illos mentiri. Adeo quoq; indulgem⁹ nobis,ut laudari uelimus in id cui contraria ta men maxime facimus.

Idem ibidem.

Alexander quum in obſidione cuiuſdā urbis circuiſſet muros ictu ſagittę percuſſus, quum re preſſo ſanguine ſicci uulneris dolor creſceret, & crus obſtupuiſſet,coactus abſiſtere:Omnes in quit iurant me eſſe filium Iouis,ſed uulnus hoc hominē me eſſe clamat.Idē nos faciamus,dica mus uos quidem dicitis me eſſe prudētem, ego aūt uideo quod multa inutilia concupiſcā, no citura optem. *Idem ad Lucilium epiſt. 77.*

Intus teipſum conſidera, non qualis ſis, alijs credas. *Idem ad Lucilium epiſt. 81.*

Caſſæ fidei ſunt qui iugiter blandiuntur.

Idem libro de beneficijs.

Venena non dantur niſi melle circumluita.

Ibidem.

Monſtrabo tibi, cuius rei inopia laborent ma gna faſtigia, & quid poſſidētibus omnia deſit, ſcilicet qui dicat uerum. Vnde una cōtentio eſt quis blandiſſime fallat.

Seneca libro de moribus.

Bonū eſt laudari, ſed præſtantius eſt eſſe lau dabilem. *Seneca Tragœdia quarta.*

Qui blandiendo dulce nutrit malum, ſero re cuſat ferre quod ſubijt iugum.

Ariſtoteles libro primo Rhetoric.

Adulationē recipere, & adulari deteſtabile ē, apparēs

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

apparens enim admirator eſt.

Idem Rhetoricorum libro ſecundo.

Laudare præſentes adulatoris eſt.

Idem libro 4. Ethicorum.

Omnes blanditores obſequioſi, ſeruiles & humiles ſunt. *Idem libro 8. Ethi.*

Amatores adulationis iniuſti ſunt.

Laer. Dio. de uita & moribus philoſ.

Odi blandientes tanq; decipientes, nam uter/que æquanimiter iniuriatur, dicebat Iſocrates,

Cicero Officiorum libro pri.

Iiſdem temporibus cauendum, ne aſſentato/ribus patefaciamus aures, & ne adulari nos ſina mus, in quo fa li facile eſt, tales em̄ nos eſſe puta mus, ut iure laudemur, ex quo naſcuntur innu/merabilia peccata. *Ibidem.*

Nec ſimulatum quicquàm poteſt eſſe diutur/num. *Ibidem.*

Simulatio aũt benignitatis uanitati eſt con/iunctior, q̄ aut libertati aut honeſtati.

Idem Rhetor. nouor. lib. 1.

Habet aſſentatio principia iucunda, eadem exitus amariſſimos affert.

Cicero ibidem.

Nolo eſſe laudator ne uidear adulator.

Cicero lib. de amicitia.

Cuius aures clauſæ ueritati ſunt, ut ab amico uerum audire nequeat, huius ſalus deſperanda eſt. *Valerius Maximus lib. 4.*

Diogeni Syracuſit quī olera lauanti Ariſtip/pus dixiſſet: Si Dionyſium adulare uelles, iſta non eſſes. Imo inquit ſi cui iſta eſſe uelles Dionyſium non adulares. *Homerus in Iliadæ.*

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν
ὅς τ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ id eſt,

Exoſus enim mihi ille uelut inferni portæ.
Qui aliud quidem occultū habet in mētibus, aliud uero
Ore profert. *Euripides in Hippolyto.*

τοῦτ' ἐ.. θνητῶν εὐπολείσ' εἰκουμένας,
λόμησ' ἂν ἐλλυσ' ὅσ' καλοὶ λίαν λόγοι. id eſt,

Hoc eſt quod mortalium ciuitates bene habitatas
Domosq; deſtruit, grati ualde, ſermones.

Idem ibidem.

Οὔ γάρ τι τοῖσιν ὦσί τέρπεα λεῖ λέγειν,
ἀλλ' ἔξ ὅτου τις εὐκλεὴς γενήσεται. id eſt,

Non enim aures quæ mulceant loqui oportet,
Sed ea, ex quibus celebris aliquis fieri queat.

Phocylides.

Μὴ λ' ἕτερον κεύθῃσι κραδίῃ ν.., ἀλλ' ἀγορεύῃς. id eſt,

Noli aliam occultare in corde ſententiam, & aliam proferre. *Plautus in Aſinaria.*

Pro monſtro eſt, quando qui ſudat, tremit.

Martialis epigramm. lib. ſecundo ad Naſiceam.

Inuitas tunc me quum ſcis Naſicca uocatum,
Excuſatum habeas me rogo, cœno domi.

Martialis epigramm. libro 4. ad Gargilianum.

Munera quod ſenibus uiduisq; ingentia mittis,
Vis te munificum Gargiliane uocem.
Sordidius nihil eſt, nihil teſpurcius uno,
Qui potes inſidias dona uocare tuas.

Si caulibus fallax indulget piſcibus hamus,
Callida ſic ſtultas decipit eſca feras.
Quid ſit largiri, quid ſit donare docebo.
Si neſcis, dona Gargiliane mihi.

Martialis epigram. lib. 12. ad Pontilianum.

Mentiris, credo: recitas mala carmina, laudo:
Cantas, cantor bibis, Pontiliane bibo:
Pedis, diſſimulo: gemma uis ludere, uincor:
Res una eſt ſine me quam facis, & taceo:
Nil tamen omnino præſtat mihi, mortuus inquis
Accipiam bene te: nil uolo, ſed morere.

Horatius epiſtolarum libro pri. epiſt. 17.

Tu recte uiuis, ſi curas eſſe quod audis,
Iactamus iam pridem omnis te Roma beatum
Sed uereor ne cui de te plus q̄ tibi credas,
Neue putes alium ſapiente bonoq; beatum,
Neu ſi te populus ſanum recteq; ualentem
Dicat et, occultam ſebrem ſub tempus edendi
Diſſimules, donec manibus tremor incidat unctis
Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.

Iuuenalis ſatyra 3.

Quid q; adulandi gens prudentiſſima laudat
Sermonem indocti faciem deformis amici
Et longum inualidi collum ceruicibus æquat
Herculis Antæum procul a tellure tenentis.
Miratur uocem anguſtam, qua deterius nec
Ille ſonat quo mordetur gallina marito.

Ibidem.

- Rides? maiore cachinno,
Concutitur, flet ſi lachrymas conſpexit amici,
Nec dolet, igniculum brumæ ſi tempore poſcas
Accipit Endromiden, ſi dixerit æſtuo ſudat.

Iuuenalis ſatyra 4.

- Nihil eſt quod credere de ſe
Non poſſit, quum laudatur dijs æqua poteſtas.

Perſius ſatyra pri.

- Non ſi quid turbida Roma
Eleuet accedas examenq; improbum in illa
Caſtiges trutina, nec te quæſieris extra.

Ibidem.

Sed recte finemq; extremum eſſe recuſo
Euge tuum, & belle hoc excute totum
Quid non intus habet? -

Ibidem.

Et uerum inquis, amo uerum mihi dicito de me.

Ibidem.

O lane a tergo quem nulla ciconia pinſit,
Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas
Nec linguæ quantum ſitiat canis appula tantum,
Vos opatricius ſanguis, quos uiuere fas eſt
Occipiti cæco, poſticæ occurrite ſannæ.

Adulteriū. Spirituale. { Metaphoricum quod eſt quodlibet peccatum Chriſtiani, quoniam quælibet anima Chriſtiani eſt Chriſto deſponſata.

Adulteriū. Spirituale. { Abuſus alicuius ſanctimonialis qui ē ſacrilegium per modū adulterij B. Thomas, Secunda ſecundæ quæſt. 154 art. 10.

Adulteriū. Crimnale. { Simplex, quū alter tantū ē cōiugat⁹
Duplex, quū uterq; eſt coniugatus.

Adulterium

ADulterium græcè μοιχεία ἀπ' ἡ unde & μοιχος ὁ adulter, eſt alieni thori uiolatio, & dicit adulterium quaſi ad alienum thorum acceſſio, 36. quæſt. pri. lex illa. ℣. Quum ergo, & 32. quæſt. 5. Non mœchaberis.

Adulteriũ eſt illicitus cõcubitus cõiugati uel cõiugatæ. b. Tho. Scda ſecundæ, q. 44. art. 8.

Adulterinæ claues, & adulterinæ literæ quæ uulgo falſæ dicuntur, & alieno annulo ſignatæ, & claues aliarum ſimilitudinem factæ dicuntur. *Exodi 20.*

Non mœchaberis.

Ibidem.

Non deſiderabis uxorem proximi tui.

Leuitici 20.

Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriatur & mœchus & adultera. *Ibidem.*

Si quis dormierit cum nuru ſua, uterq; moriatur, quia ſcelus operati ſunt: Sanguis eorum ſit ſuper eos. *Deuterono. quinto.*

Non mœchaberis.

Deuteronomij 22.

Si dormierit uir cum uxore alterius, uterque moriatur, ſcilicet adulter & adultera. *Ibidem.*

Si puellam uirginem deſpõderit uir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate & cõcubuerit cum ea, educes utrunq; ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur, puella quia nõ clamauit quum eſſet in ciuitate, uir qui humiliauit uxorem proximi ſui. *Deuteronomij 27.*

Maledictus qui dormit cum uxore proximi ſui, & dicet omnis populus Amen.

2. Eſdræ nono.

Diſcedite à gentibus terræ, & ab uxoribus alienigenis. *Sapientiæ 3.*

Filij aũt adulterorũ in cõſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. Et ſi quidem longæ uitæ erunt, in nihilum computabũtur, & ſine honore erit nouiſſima ſenectus illorum. *Ibidem 4.*

Multigena autem impiorum multitudo non erit utilis, & ſpuria uitulamina non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentũ collocabũt.

Et infra.

Ex iniquis enim qui naſcuntur teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua. *Eccleſiaſtici 23.*

Omnis homo qui transgreditur lectum ſuum contemnens in animã ſuam, & dicens. Quis me uidet? tenebræ circundãt me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me, quem uereor? Delictorũ meorum non memorabit altiſſimus, & non intellexit, qm̃ omnia uidet oculus illius, quoniam expellit à ſe timorẽ de bominis huiuſmodi timor, & oculi hominum timentes illum. Et non cognouit, qm̃ oculi domini multo plus lucidiores ſunt ſup ſolem, circũſpicientes omnes uias hominum, & profũdum abyſſi & hominum corda intuẽtes in abſcõditas partes, domino enim deo anteqũ crearentur, omnia ſunt agnita, ſic & poſt perfectum reſpicit omnia. *Ibidem.*

Sic & mulier omnis relinquens uirum, & ſtatuens hæreditatem ex alieno matrimonio. Primo enim in lege altiſſimi incredibilis fuit, & ſecundo uirum ſuũ dereliquit, tertio in adulterio fornicata eſt & ex alio uiro filios ſtatuit ſibi. Hæc in eccleſiã adducetur, & in filios eius reſpiciet, nõ tradent filij eius radices, & rami eius nõ dabunt fructum, derelinquent in maledictum memoriam eius, & dedecus illius nõ delebitur. Et agnoſcent qui derelicti ſunt, qm̃ nihil melius eſt q̃ timor dei, & nihil dulcius q̃ reſpicere in mandatis domini. *Idem 25.*

Ne reſpicias mulierem alieni uiri, & ne ſcrutaris ancillam eius, neque ſteteris ad lectum eius. *Iob 24.*

Oculus adulteri obſeruat caliginem. *Matthæi quinto.*

Audiſtis quia dictum eſt antiquis, non mœchaberis: ego autem dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierem ad cõcupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. *1. Ad Theſſalon. 4.*

Hæc eſt enim uoluntas dei ſanctificatio ueſtra, ut abſtineatis uos à fornicatione, ut ſciat unuſquiſq; veſtrũ uas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, nõ in paſſione deſiderij ſicut & gentes quæ ignorant deum. *1. Corinth ſexto.*

Fugite fornicationem, quoniã fornicatores & adulteros iudicabit deus.

Auguſtinus libro de ſermone domini in monte. & habetur 39. quæſt ſexta, Nihil.

Nihil iniquius eſt quàm cauſa fornicationis dimittere uxorem, ſi & ipſe cõuincitur fornicari. Occurrit enim illud, in quo alterum iudicas, teipſum condemnas, eadem enim agis quæ tu iudicas. Quapropter quiſquis fornicatiõis cauſa uult abjicere uxorem ſuam, prior debet eſſe à fornicatione purgatus & immunis, quod ſimiliter etiam de fœmina. *Ibidem.*

Fieri poteſt ut uir dimittat uxorem cauſa fornicationis, quam exceptã dominus eſſe uoluit, Iam uero ſi nec illi nubere cõceditur uiuo uiro ſuo à quo receſſit, neq; huic alteram ducere uiua uxore ſua quam dimiſit, multo minus fas eſt illicita cum quibuslibet ſtupra committere. *Ibidem ca. Dominus.*

Dñs ad illum confirmandum ut nõ facile dimittatur uxor, ſolam fornicationis cauſam excepit. Ceteras uero uniuerſas & innumerabiles moleſtias, ſi q̃ exiterint, iubet pro fide cõiugali, & pro caſtitate fortiter ſuſtinere. Et mœchum dixit etiã uirũ qui eam duxerit q̃ ſoluta ẽ uiro. *Auguſtinus de uerbis domini tractatu 48. & habetur 32. quæſt. 6 Si ducturi.*

Si ducturi eſtis uxores, ſeruate uos uxoribꝰ ueſtris. Quales uultis eas inuenire, tales & ipſę inueniant

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ueniant uos. Quis uiuens est, qui nō castam uelit ducere uxorem? & si accepturus est uirginē, quis non intactam desideret? intactam quæris, intactus esto: puram quæris, purus esto. Non enim illa potest & tu non potes.

August. libro de adulte. coniugijs, & habetur 32 quæst. sexta, Indignantur.

Indignantur mariti, si audiāt adulteros uiros pendere similes adulterinis fœminis pœnas: quū tanto grauius eos puniri oportuerit, quāto magis ad eos pertinet & uirtute uincere & exemplo regere fœminas.

August. libro de adult. coniugijs libro 1. & habetur 32. quæst. Quemadmodum.

Quemadmodū non recte dici potest, si nescit homo nō peccat. Sunt eñ peccata ignorantium, quàmuis minora q̄ scientium. Ita etiā nō recte dici potest, si causa fornicationis dimiserit uxorem uir, & aliam duxerit, non mœchatur. Est enim mœchatio & eorū qui alias ducunt relictis propter fornicationē prioribus. Sed utiq; minor, q̄ eorum qui non propter fornicationem dimittūt. Sunt enim in fornicatiōe gradus, ut sicut graui9 peccat adulter q̄ fornicator, sic grauius delinquit qui nec sua dimissa aliam ducit, eo qui suam dimittēs, aliam cognoscit. Grauius quoque qui uxorem suam habens ad coniugē proximi sui accedit, q̄ qui non habens uxorem thorum alterius uiolat, uel uxoratus absolutā accedens. Sed hoc omnes incestuosi transcendunt, quos uincunt contra naturam delinquentes. *Ibidem.*

Adulterij malum uincit fornicationem, uincitur autem ab incestu. Peius est enim cum matre q̄ cum aliena uxore concumbere. Sed omniū horum est pessimum quod contra naturam fit, ut si uir membro mulieris non ad hoc concesso uoluerit uti. Vsus enim naturalis si ultra modū prolabitur in uxore quidem ueniale est, in meretrice damnabile. Sed istud quod contra naturam est execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in uxore. Tantum enim ualet ordinatio creatoris & ordo creaturæ, ut in rebus ad utendum concessis, etiam quum modus excedit, longe tolerabilius sit q̄ in eis quæ concessa non sunt uel unus uel rarus excessus.

Ibidem libro secundo, & habe. 33. quæst. 2. Si quod.

Si quod uerius dicitur non licet homini Christiano adulteram coniugē occidere, sed tantum dimittere. Quis enim est tam demens q̄ dicat ei fac quod non licet, ut liceat tibi quod nō licet. Quum ei utrunq; secūdum legem Christi illicitum sit, siue adulterā occidere, siue alteram ducere ea uiuente, ab utroq; est abstinendum, non illicitum pro illicito faciendū. Si enim facturus est q̄ non licet, iam faciat adulterium, & nō faciat homicidium, ut uiuente uxore sua alterā ducat, & non humanū sanguinem fundat. Q̄d si est utrunq; nepharium, non debet alterū per alterum perpetrare, sed utrunq; uitare.

Ibidem & habetur 32. quæst. Puto.

Puto Christianū neminē reluctari illum adulterum esse, qui uel diu languēte, uel diu absente uel continenter uiuere cupiente uxore sua, alteri commixtus est fœminę.

Aug. li. de adult. cōiugijs, & hab. 27 q. 2. Si tu.

Si tu abstiens sine uxoris uoluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, & peccatū illius tuæ imputabitur abstinentiæ.

Ibidem libro 2. & habetur 32. q. 5. Licite.

Licite dimittitur uxor ob causam fornicationis, sed manet uinculum prioris. Propter quod fit reus adulterij, quicūq; duxerit dimissam ob causam fornicationis.

Idem de bono cōiug. & hab. 32. q. 6. Interueniente.

Interueniente diuortio nō aboletur cōfœderatio nuptialis, ita ut sibi coniuges sit etiam separati. Cū illis etiam cōmittitur adulterij quibetiam fuerint post suum repudium copulati.

Ibidem, & hab. 31. q. 1. cap. Deniq;. Posse sane.

Posse sane fieri licitas nuptias ex psonis illicite cōiūctis honesto placito subsequēte, māifestū ē.

August ad Vale de nuptijs concupis hab. ibid.

Deniq; mortuo eo cū quo fuit uerū cōnubiū, fieri potest coniugiū cum q̄ præcessit adulterium.

August. libro de fide & operibus, & habetur 34. quæst. 2. Si uirgo.

Si uirgo nupserit nesciens uiro alieno hoc si semp nesciat, nunq̄ ex hoc adultera erit, si autē sciat, iā ex hoc adultera esse incipit, ex quo sciēs cū alieno cubauerit, sicut in iure prædiorū, tam diu quisq; bonæ fidei possessor rectissime dicit, quādiu se possidere ignorat alienum, quū uero scierit, nec ab aliena possessiōe recesserit, tūc malæ fidei phibetur, tunc iuste iniustus uocabitur.

Idem sup epist. Paul. 1. ad Corint. 7. & hab. 32 q. 7.

Apostolus dicit: His q̄ sunt in cōiugio præcipio, nō ego sed dñs, uxorem à uiro suo nō discedere, q̄ si discesserit manere innuptam, aut reconciliari uiro suo, potest enim fieri, ut discedat ea causa qua dominus permisit. At si fœminæ licet uirū suū dimittere propter fornicatiōis causam. quid respōdebimus de hoc q̄ dicit postea, & uir uxorem suā nō dimittat? Quare non addit excepta causa fornicationis, quod dñs permittit, nisi quod similem formā uult intelligi, ut si dimiserit quod causa fornicationis permittit, maneat sine uxore, aut recōcilietur uxori. & post pauca: Dñs permisit causa fornicationis uxorē dimittere, sed quia permisit non iussit.

Idem de decem chordis, & habetur 32. quæst. 6. Non mœchaberis.

Nō mœchaberis, id est, nō ibis ad aliquā aliam prēter uxorē tuā, tu aūt exigis hoc ab uxore, & non uis reddere uxori. & quum debeas in uirtute præcedere uxorem tuā, quoniā castitas uirtus est, & sub uno impetu libidinis cadis, & uis uxorem tuam uictricē esse, & tu uictus iaces, & quum tu caput uxoris sis, præcedit te ad deum cuius caput es, uis tuam domū capite deorsum pendere? caput enim mulieris uir est, ubi autē melius uiuit mulier q̄ uir, capite deorsum pendet do-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

det domus, si caput est uir, melius debet uiuere q̄ mulier, & p̄cedere in oībus bonis factis uxorē suā. *Idem de bono coniugali, & hab. 32. q. 4. Sicut.*

Sicut satius est fame mori q̄ idolothytis uesci, ita satius est defungi sine liberis, q̄ ex illicito concubitu stirpem quærere.

Hieronymus ad Damascenum presbyterū. & habetur 32. q. 7. Omnes causationes.

Oēs causationes apostolus amputās apertissime diffiniuit, uiuēte uiro esse adulterā mulierē si alteri nupserit. Nolo mihi p̄feras raptoris uiolentiā, matris patrationē, patris authoritatē p̄pinquorū cateruā seruorū, insidias parentū, dāna rei familiaris. Quādiu uiuit uir licet adultera sit, licet Sodomita, licet flagitijs oībus coopertus & ab uxore p̄pter hęc scelera derelictus, maritus tamē est reputādus eius. s. cui adulterū uirū accipere nō licet. Nō hæc apostolus propria autoritate decernit, sed Chr̄o in se loquēte Christi uerba secutus est, q̄ ait in euāgelio: Qui dimittit uxorē suā excepta causa fornicatiōis, facit eam mœchari. Et q̄ dimissam acceperit adulter est.

Hieron. cōtra Iouini. & hab. 32. q. 4 Origo quidem.

Origo q̄dē amoris honesta erat, sed magnitudo deformis, nihil aūt itereſt ex q̄ honesta causa quis insaniat. Vñ sextus Pythagoricus ait in sentētijs: Adulter est inquit in suā uxorē ardentior amator. In aliena quippe uxore oīs amator turpis est, in sua nimius. Sapiēs iudicio debet amare cōiugem, non affectu. Nō regnet in eo uoluptatis impetus, nec præceps feratur ad coitū. Nihil est fœdius q̄ uxorem amare quasi adulteram. Certe qui dicunt se causa reipubli. & generis humani uxoribus cōiungi & filios procreare, imitentur saltem pecudes, & post q̄ uenter uxoris intumuerit, non perdant filios, necamatores se uxoribus præbeant, sed maritos.

Amb. lib. de patriarchis, & hab. 32. q. 4 c. Nemo sibi.

Nemo sibi blandiat de legibus hominū. Omne stuprū adulteriū est, nec uiro licet q̄d muleri non licet. Eadem à uiro q̄ ab uxore debet castimonia. Quicquid in ea quæ non sit legitima uxor cōmissum fuerit, adulterij crimine dānat.

Idem & habetur ibidem c. Nemo. Nulli licet.

Nulli licet scire mulierē p̄ter uxorē. Ideo q̄ cōiugij datū est tibi ius ne in laqueū incidas, & cū muliere aliena delinquas. Tolerabilior est si laceat culpa, quàm si culpæ usurpetur autoritas.

Ibidem & habetur c. Dixit Sara.

Dixit Sara ad Abraam: Ecce cōclusit me dñs ut nō pariam, intra ergo ad ancillam meam, ut filium facias ex ea. Et ita factū est, sed considera primum, q̄ Abraam ante legem Moysi, ante euangeliū fuit. Nondum ergo interdictū adulterium uidebatur: Pœna criminis ex tēpore legis est, quę crimen inhibuit. Nec ante legem ulla est rei damnatio, sed ex lege, nō ergo in legem cōmisit Abraā, sed legem præuenit. Deus aūt in paradiso coniugium laudauerat, non adulterium damnauerat. Habes primā Abraę defensionem, Sēcūda illa est, q̄ non ardore aliquo uagæ luxcēsus libidinis, nō petulātis formæ captus decoræ ancillę cōtubernio cōiugalē post habuit thorum, sed studio querēdæ posteritatis & p̄pagandæ sobolis. *Idem & hab. 32. q. 4 c. Obijciuntur.*

Obijciūtur Iacob quatuor uxores, q̄d quādo mos erat crimen non erat, sicut patriarchæ cōiugibus excipientibus semen suū miscebantur, non concupiscentia perficiendæ uoluptatis, sed prouidētia propagādæ successionis. Dic apostoli auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabantur, non auditate consequēdæ laudis, sed charitate seminandæ ueritatis.

Gregorius, & habetur 32. q. 1. cap. Apud. ȝ. Quodsi.

Q̄d si in adulterio perseuerare elegerit patronus turpitudinis, & lenocinij reus maritus habebitur, nisi eam adulterij ream facere uoluerit.

Ioannes Chrys. & habetur 32. q. 1. ca. Si quis.

Si quis uxorē suā inuenerit adulterā, & postea deinceps placuerit habere eū in matrimonio, duobus annis pœniteat. Ideo q̄ cum adultera mixtus sit, q̄ adhuc crimine suo nō est purgata. Aut abstrahat se à matrimōio eius, donec expleat satisfactio criminis pœnitētię suæ. Ideo q̄ post satisfactionē pœnitētiæ nō mereť uocari adultera. Similiter si uirū suū uxor inuenerit adulterū non ad imparia iudicantur.

Isidorus super illud Matt. 19. Quos deus con-

Quos deꝰ cōiunxit hō nō separet, subaudi uolēter, sine lege, absq̄ ratiōe. Non em̄ hō separat q̄s pœna dānat, quos reatus accusat, quos maleficiū coarctat. *Idem in epistola Elementorum.*

Quid oībus peccatis est adulterio grauius? Secundū nāq̄ in pœnis obtinet locū, quē q̄dē primū illi habēt q̄ aberrāt à deo, etsi sobrie uixerīt.

Innocentius papa, & habetur 32. q. 5. Christiana.

Christiana religio adulterium utroq̄ sexu pari ratione condemnat. Sed uiros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habēt latentia peccata uindictā. Viri aūt liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre cōsueuerūt. Et ideo mulieribus prodito crimine earū cōmunio denegat. Virorum aūt latente cōmisso, non facile quisq̄ ex suspitionibus abstinet, qui utiq̄ summouebitur, si eius flagitium detegatur. Quū enim par causa sit, interdū probatione cessante, uindictæ ratio conquiescit.

Seneca in Agamemnone.

Vltimum malum est, palam mariti possidēs pellex domum. *Aristot. libro Oeconomicorum.*

Non debet homo sanæ mētis, ubiq̄ & ad quācunq̄ mulierem mittere semen suum. *Ibidem.*

Vir non debet iniuriari fœminæ, ne fœmina iniurietur sibi. *Ibidem.*

Iniuriari fœminæ, est coire cum extranea muliere, & econuerso. *Ibidem.*

Maximus honor est sobriæ mulieri, si uidet sibi uirum castitatem seruare & de nulla alia muliere curare, sed præ omnibus propriam fidelē æstimare. *Ibidem.*

Si mulier cognouerit sibi iustum & fidelem uirum, & ipsa etiam iusta & fidelis erit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ariſtot. lib. 2. Polit.

Bonum opus eſt ab aliena muliere abſtinere propter temperantiam.

Plutarchus in Apophthegm.

In multam uero noctem quum ad Alexandrum puella quo una quieſceret adducta foret interrogauit: Quid tam ſero? Illa aũt reſpõdente: Expectaui enim quo uir cubaret: grauiter in ſeruos animaduertit, quoniam quãtum in illis fuerat adulterium perpetraſſet.

Valerius Maximus lib. 2.

Nulli em̃ tunc ſubſeſſurũ alienorũ matrimoniorum oculi metuebãtur, ſed pariter & uidere ſancte & aſpici mutuo pudore cuſtodiebantur.

Plautus in Ciſtellaria.

Matronæ magis conducibile eſt iſtud, unum amare, & cum eo ætatẽ exigere cui nupta ſemel eſt. Verum enim meretrix fortunati eſt oppidi ſimilima, non poteſt rem ſuam obtinere ſine multis uiris. *Plautus in Sicho.*

Bonas mulieres ęquum eſt facere, ut abſentes uiros perinde habeant quaſi præſentes ſint.

Ouidius in epiſtola Phedræ ad Hippolytum.

Peius adulterio turpis adulter obeſt.

Ouidius libro 3. Artis.

Nupta uirum timeat, rara ſit cuſtodia nuptæ
Hoc decet, hoc leges iuſq; pudorq; iubent.

Idem libro ſecundo Triſtium.

Sed neq; me nuptæ didicerunt furta magiſtro.

Martialis epigram. libro 2 ad Gallum.

Subdola famoſæ maneo fugæ retia mœchæ
Leuior o conchis Galle cytheriacis.

Idem libro 6. de Teleſina.

Quæ nubit totiens, non nubit, adultera lege eſt.

Horatius Carminum libro 4. Ode 6.

Fœcunda culpæ ſecula nuptias
Primum inquinauere & genus & domos
Hoc fonte deriuata clades
In patriam populumq; fluxit.

Idem Sermon. libro pri. ſat. 2.

Audire eſt operæpretium procedere recte
Qui mœchis non uultis ut omni parte laborent,
Vtq; illis multo corrupta dolore uoluptas
Atq; hæc rara cadat dura inter ſæpe pericla.
Hic ſe præcipitem tecto dedit, ille flagellis
Ad mortem cæſus, fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turbam dedit hic pro corpore nummos,
Hunc perminxerunt calones, quin etiam illud
Accidit, ut quidam teſtes caudamq; fallacem
Demeteret ferro. –

Idem Sermonum libro pri. ſat. ſecunda.

Deſine matronas ſectarier, unde laboris
Plus haurire mali eſt q̃ ex re decerpere fructus.

Ibidem.

Diſcincta tunica fugiendum eſt ac pede nudo
Ne nummi pereant aut pyga, aut denique fama
Deprehendi miſerum eſt.

Iuuenalis ſatyra pri.

Quem patitur dormire nurus corruptor auare
Quem ſponſæ turpes & prætextatus adulter.

Idem ſat ſexta.

Antiquum & uetus eſt alienum Poſthume lectum.
Concutere, atque ſacri genium contemnere fulcri
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.
Viderunt primos argentea ſecula mœchos.

Iuuenalis ſatyra 10.

–Alea turpis
Turpe & adulterium mediocribus: hæc eadem illi
Omnia quum faciant hilares nitidiq; uocantur.

Tibullus libro 3. epiſt. 3.

Ah pereat didicit fallere ſi qua uirum.

Homerus libro 22. Iliados.

–Coniunx erepta marito
Tanti cauſa mali, & belli reddatur origo
Tyndaris, & quicquid cum pellice uexit adulter.

ADuocatus græce παρὰκλητος ὁ. Nam παρὰκαλέω aduoco, ille qui in iudicio ei qui iuriſdictioni præeſt, deſiderium ſuum uel amici exponit, uel alterius deſiderio contradicit. Aduocatus a patrono ſic differt: quod aduocatus generalius nomen eſt. Siquidem quicunq; adeſt alterio officij gratia aduocatus appellatur, etiam ſi nihil dicat agatq;, modo ſit paratus defendere. Patronus autem proprie qui agit cauſam, ſed accuſati non accuſantis. *Deut. 27.*

Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ & pupilli & uiduæ, & dicet omnis populus, Amen.

Iſaiæ quinto.

Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam aufertis ab eo.

Auguſt inſti. ad Macedonium, & habetur 14. q. 5. cap. Non ſane. ♁. Non ideo.

Non ideo debet iudex uendere iuſtum iudicium, aut teſtis uerum teſtimoniũ, quia uendit aduocatus iuſtum patrocinium, aut iuriſperitus uerum conſilium. Illi enim inter utranq; partẽ ad examen adhibentur: iſti ex una conſiſtunt.

Auguſt. epiſt. 36.

Si iuſtitia ſyncerius conſulatur, iuſtum dicitur aduocato, redde quod accepiſti, quando cõtra ueritatem feciſti, iniquitati aſtitiſti, iudiciũ fefelliſti, cauſam iuſtam oppreſſiſti, de falſitate uiciſti. *Ibidem.*

Quis tandem aduocatus facile reperitur qui dicat ſuſcepto ſuo: Recipe quod mihi (quũ male adeſſem) dediſti & redde aduerſario tuo, q̃d me inique agente abſtuliſti, niſi forte reſtituendum eſt alienum, quod furtim clanculo effertur, & reſtituendum non eſt, quod in ipſo foro ubi peccata puniuntur, decepto iudice & circũuentis legibus obtinetur.

Gregorius ſup Ezechielem.

Iuſtus aduocatus à nullo iniuſtas cauſas accipit, nec uerba dare pro iuſtitia conſiſtit.

Iſidorus libro 3. de ſummo bono.

Antiqui forenſem eloquentiam caninam facundiam nuncupabant, eo q̃ cauſidici in certaminibus cauſarum omiſſis quæ agunt ueluti canes alterutrum lacerant.

Bernardus ad Eugenium li. 1. ca. 9.

Miror nam q̃ quomodo religioſæ aures tuæ audire ſuſtinent huiuſmodi diſputationes aduocatorum & pugnas uerborũ, quæ magis aduerſionem q̃ adinuentionem proficiũt ueritatis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ritatis. Nihil enim ita abſq; labore manifeſtam facit ueritatẽ ſicut breuis & pura narratio, præſcinde ergo linguas uaniloquas, & labia doloſa claude. Hi ſunt qui docuerunt linguas ſuas loqui mendacium, diſerti aduerſus iuſtitiam, eruditi pro falſitate, ſapientes ſunt ut faciant malum, eloquentes ut impugnent uerum.

Caſſiodorus ſuper pſal. 73.

Hi ſunt qui negãt ciuitatibus indutias, mercatoribus nundinas, emptoribus menſuras, reuerentiam clericis, originẽ nobilibus, locum prioribus, cunctis iura, diſtinctis priuilegia, quibus nullum genus hominum, ordinum, temporum cordi eſt. *Ibidem.*

Hi ſunt in conuiuijs ſcurræ, in exactionibus harpyæ, in collocutionibus beſtiæ, in quæſtionibus ſtatuæ, ad intelligendum ſaxei, ad iudicãdum lignei, ad ignoſcẽdum ferrei, ad amicitias pardi, ad facetias urſi, ad fallendum uulpes, ad ſuperbiendum tauri, & ad conſuœndum minotauri. *Ibidem.*

Hi ſunt quorum ſi nares efflauerit cuiuſquàm rubiginoſi aura marſupij: conſeſtim uidebis illicò oculos Argi, & manus Briarei, & ſphyngum ungues, cum eo & periuria Laomedontis, & Vlyſſis argutias, & Sinonis fallacias, & fidem Polymneſtoris, & pietatem Pygmalionis adhiberi. *Ibidem.*

Quomodo inter armatos, argutos, tumultuoſos uirtute, numero, contubernio poterit exæquo & bono ſolui inermis, abiectus, peregrinus, pauper audiri? ubi eſt gurges de ſutoribus fabularum, de concionatoribus carminum, de publicatoribus ſiniſtrarum opinionum. Qui quum non habeant opera pro pomis, ſpargunt uerba pro foliis, & quum nõ adſit medulla ſenſuum, abundat ſpuma uerborum. *Ibidem.*

Apud Cauſidicos, etiam ipſum ſilentium uenale eſt, ac lingua eorum damnifica niſi funibus argenteis ligetur.

Alanus de conqueſtione naturæ.

Si quis armatur pecunia tanq; loricis argenteis, torrentis impetum Tulliani, fulgurum incurſus Hectorei, robur uirtutis Herculeæ, uerſi pelles Vlyſſis uilipendit aſtutias. Intãtum enim habendi fames incanduit, ut dialecticæ mutua ſit ſubtilitas, rhetoricæ langueſcat ciuilitas, ubi nummorum perorat pluralitas

Ibidem.

Si in aurem iudicis uel aduocati ſuſurret pecunia, Orphei lyra, carmen Amphionis, muſa Vergilij, uoce pecuniæ ſuffocãtur. Quid plura Vbi nummus loquitur, Tulliani eloquij tuba rauceſcit: ubi nummus militat, Hectoreæ militiæ fulgura cõpeſcuntur. Vbi pugnat pecunia, uirtus expugnatur Herculea. Nummus uincit, nummus regnat, nummus imperat uniuerſis.

Origenes ſuper illud Exodi octauo, Percutiam omnes terminos tuos ranis.

Ranæ ſignificant clamoſas aduocatorũ allegationes, q̃ inani & inflata modulatiõe uelut ranarũ ſonis & cãtibus immũdæ deceptiõis fabulas intulerũt. Ad nihil em̃ allud utiles, niſi q; ſonum uocis improbris & importunis clamoribus reddũt. *Innocẽt de uilit. condit. humanæ.*

Sæpe cauſas tantum differunt q; litigantibus plusq; totum auferunt, qa maior eſt expenſarum ſumptus, q; ſentẽtiæ fructus. Nec terminãtur negotia pauperũ cœpta, quouſq; eorũ marſupia ſint euacuata. Quum tamen ſcriptum ſit: Gratis accepiſtis gratis date. Ipſi uero nec gratiã gratis dant, nec iuſtitiam iuſte reddunt: lucrum in arca, damnum in conſcientia. Sed quid prodeſt homini, ſi totum mũdum lucretur, animæ uero ſuæ detrimentum patiatur?

Sidonius in epiſt. de iudicibus.

Hi ſunt q; cauſas protendũt adhibiti, impediũt prætermiſſi, faſtidiũt admoniti, obliuiſcunt locupletati. Hi ſunt qui emũt lites, uendũt interceſſiões, deputãt arbitros, iudicãda dictãt, dicta cõuellũt, attrahũt litigaturos, retrahũt audiendos, retrahũt trãſigẽtes. *Cic. in prologo. Rhet.*

Poſtq; cõmoditas quædã praua uirtutis iimitatrix ſine rationabili offitio dicendi copiã conſecuta eſt, tunc ingenio freta malitia peruertere urbes ac uitas hominum labefactare cõſueuit.

Cicero libro de Oratore.

Sæpiſſime uidi in cauſis aliquid mali facere homines minime malos.

Ouid. libro primo Amorum.

Turpe reor empta miſeros defendere lingua.
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

Ouid. epiſt. Acontij ad Cydippen.

- Et mea quum ſit
Optima, non ullo cauſa tuente perit.

Aedificatio græce οἰκοδομὴ ῆσ ἡ & οἰκοδόμικοσ ου ὁ architectus, & οἰκοδόμημα ατοσ τὸ ædificium quod ædes & facio componitur. Dicitur autem ædificium omnis conſtructio, utputa quadrigæ, curſus, portus põtes nauium & aliorũ huiuſmodi. Aedificij quoque appellatione non ſolum ſuperficiem ſignificari, ſed ſolum quoq; ipſum cui ædificium ſuperpoſitum eſt Vlpianus putat.

Aegritudo græce ἀρῤῥωστία ασ ἡ & ἀῤῥωστοσ ου ὁ ægrotus dicitur, eſt opinio magni mali præſentis, cui ſubijciũtur inuidẽtia, obtrectatio, æmulatio, miſericordia, angor, luctus, mœror, ærũna, dolor, lamẽtatio, ſolicitudo, moleſtia, afflictatio, deſperatio &c. ſcdm Ciceronẽ li. Tuſcul. quæſt.

Aemulatio græce ζῆλοσ ου ὁ & ζηλόω æmulor, eſt dolor quidam quoniam bona & honorabilia quæ ipſe quoq; aſſequi poſſet nõ ſimilibus adeſſe uideantur, non quoniam alijs ſunt, ſed quoniam non ipſis quoq; ſecundum Ariſtot. libro ſecũdo Rhetoricorũ. Aemulatio dicit dupliciter ſcdm Ciceronẽ in Rhetoricis, eſt em̃ hoc nomen & in laude & in uitio. Nã imitatio uirtutis æmulatio dicitur, & tũc laudis eſt. Itẽ æmulatio ægritudo ſi eo q̃d quis concupierit alius potiat. *Heſiodus.* ζηλοῖ δὲ τε γείτονα γείτων. id eſt,

Aemulatur autem uicinus uicinum.

Aequalis græce ἰσοσ ου ὁ & ἐτεοσ ου ὁ dicitur. Et eſt medium inter defectum & exceſſum, ſecũdum Ariſtot. libro ſecundo Ethicorum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Aequalitas duplex.s. { Quãtitas quæ requiritur in iuſtitia cõmutatiua, ut quiſq; tantũ accipiat quan uni debeat & econuerſe. / Proportiõis, q̃ requritur in iuſtitia diſtributiua & in merito reſpectu præmij ex B Tho 4. ſent. diſt. 46. q. 1. art. 1.

Aequalitas græce ἰσοτησ ητοσ ἡ dicitur. Et eſt ꝓportio habentium unam quantitatem, ſecundum B. Tho. pri. ſen diſt. 19. quæſt. pri.

Phocylides.

μοῖραι πᾶσι νέμει, ἰσότησ δ' ἐν πᾶσι ἀρίστη. id eſt,

Partem oĩbus tribue, æqualitas ſane in oĩbus optima.

Aequanimitas græce ἰσοθυμία ασ ἡ dicitur, & eſt animi æquitas, atque ſedatio, unde æquãnimis, uir æqui atque ſedati animi.

Aequanimitas in tolerandis tribulationibus eſt patientia proprie dicta ex b. Th. ſuper epiſt. Rom. lectione quinta, co. tertia.

Aegras ſecundũ Cypriani q̃ græce ἰσονομία dicitur ſeruatur in { Legum congrua ad opus applicatiõe, ut ſ. potius legislatoris intentio ſeruetur q̃ eius uerba, unde Greg & hab. 22. q. 5. / Humanæ uerba deſeruire intentioni debent, non intentio uerbis. / Rerũ iuſta & debita cõmutatiõe Leu. 19 Statera, ut iuſta & æqua ſint pondera. / Bonorũ, ꝓportionata participatione, ut in omni collegio æquitas ſeruetur in laboribus & emolumentis pro officiorũ proportionata conditione, ex Archiepiſcopo Floren. 4.

Aequitas græce ἰσοθήτησ ητοσ ἡ & ἴσοσ æquus dicitur. Et eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata.

Aequitas eſt pars iuſtitiæ, & cõtinet ſub ἰσονομία ſecundum beatum Tho Scda ſecundæ q. 80.

Aequiuocum græce ὁμώνυμον ου eſt cuius nomen tantum cõmune eſt, ſed ſubſtantiæ ratio diuerſa, ut canis, nepos ſecundum Ariſtotelem libro prædicamentorum in principio.

Aequus græce ἰσονομικὸσ ἡ dicitur, & eſt æquum quo præter legem ſcriptam iuſtum eſt, ſecundũ Ariſtotelem libro primo Rhetoricorum.

Aequus uir eſt, qui exacte amplectitur ius in peiorem partem, ſed de ſuis commodis detrahi patitur, & ſi lege ſe tueri poſſit: & hic habitus & hæc bonitas & æquitas græce ἐπιείκεια dicit, nec aliud eſt quàm iuſtitia quædam ſecundum Ariſtotelem libro quinto Ethicorum.

Aequus ab aqua deducitur, quia ſumma eſt aquę æqualitas dũ quieſcit, ita ut imaginẽ tanq̃ ſpeculũ reddat. Significatq; æquus planum proprie & ꝓ metaphoram ponit pro iuſto, quia nullam in partem inclinat. Vnde æquitas dicta & æqualis.

Aer græce ἀὴρ εροσ ὁ. Eſt q; unũ quatuor elementorũ tenuiſſimũ, humidũ & calidũ, igne quidẽ grauius, terra autem & aquis leuius, reſpirationis & uocis cauſa incoloratum. ſ. ex natura colorem nõ habens, lucidũ tranſparibile, luminis enim eſt ſuſceptiuum, & tribus ſenſibus noſtris miniſtrans, per id enim uidemus & audimus & oſfacimus, Suſceptiuum fomitis & frigiditatis, ſiccitatis & humiditatis, cuius cẽs qui ſecũdum locum ſunt motus, ſcilicet ſurſum, deorſum, intra, extra, dextrorſum, ſiniſtrorſum & circularis motus, ex ſe non habens lumen, ſed à ſole & luna & ſtellis igne illuminatus.

Aeſtimatio λογισμοσ ὁ & λογίζομαι æſtimo & cogito dicitur, ab æſtimo uenit quod ſignificat appræcio, quaſi ære taxo, & quoniã æſtimatio ſine ſpeciali conſideratione fieri non poteſt, æſtimare quandoq; pro cõſiderare ponitur. Ouidius: Hęc quicunq; leget ſi quis leget ęſtimet ante. Aeſtimare autem putare & iudicare eſt, prius enim rem æſtimamus hoc eſt conſideramus. Deinde exiſtimamus hoc eſt iudicamꝰ. Ab æſtimo fit æſtimatiua uis quæ eſt potentia apprehenſiua conuenientis & nociui. Ideo comparatur ad appetitum ſenſitiuũ, ſicut intellectus practicus ad uolupratem, b. Tho. 1 parte, q. 78. art. 4.

Aeſtimatiua uis ſecundum Auicennã eſt uirtus apprehendens intẽtiones ſenſibilium, ſicut eſt in oue dĩjudicante ꝙ eſt à lupo fugiendum.

Aeſtimatiuæ ſedes ſcdm B. Thomã & Auerroym ẽ in brutis poſterior pars capitis, in hominibus media cellula cerebri uel in ſummo eius, quæ dicitur ſyllogiſtica, ſcdm uero Auicennã eſt ſummũ concauitatis mediæ cerebri, de qua uide in arbore animæ. Ab æſtimo uenit exiſtimo diphthõgo in i longã cõuerſa, quaſi ex æſtimatiõe ſtatuo atq; decerno, inde exiſtimatio, ꝙ fere ſemper paſſiue ſumitur, ut uir magnæ exiſtimationis, id eſt. de quo homines bene ſentiunt, & quẽ magnum futurum omnes arbitrantur.

Aetas græce ἡλικία ασ ἡ dicitur, quaſi euitas. Aetates ab antiqs uarie diſtinguebant. Seruius Tullius rex Romanoꝝ eos pueros appellauit, qui eſſent infra decimũ ſeptimum annum. Indeq; ad quadrageſimum ſextum iuniores dixit, quos bello idoneos elegit, ſupra uero ſextum & quadrageſimum annum ſeniores nominauit. Varro autem diuiſit ætatem in infantiam, adoleſcentiã, iuuentam, & ſeneclam. Quarum ſingulæ triſariã diuiduntꝰ, ut prima pars uiridis ſecũda adulta, ultima præceps dicatur. Verg. Iam ſenior, ſed cruda deo uiridiſq; ſenectus.

Aeternitas græce ἀιωνία ασ ἡ & ἀιώνιοσ ὁ æternus, eſt interminabilis uitæ ſimul tota & ꝓfecta poſſeſſio, ſecundũ Boethium libro 5. de conſo. Dicitur q; quaſi æuiternitas, & ſempiterna quaſi ſemper æternus. Differunt aũt æternũ & perpetuũ, ꝙ æternũ eſt ꝙ ſine principio eſt & ſine fine ut deus; perpetuũ autem quod habuit principiũ, ſed finem non eſt habiturum, ut anima.

Aetas græce διαρκὲσ ὁ dicitur & eſt menſura habentium principium & finem, ſecundum Albertum Magnum ſuper libris phyſicorum.

Affabilitas græce ὑπηρεσιηρόσου ὁ & ὑπερεσιηρόσου ὁ affabilis dicit, eſt uirtus qua homo ſe habet ad conuerſionẽ in dictis & factis delectabiliter ad oĩes nõ æqualiter. Cuius eſt principaliter conuiuantes delectare, ſed quando oportet non uereatur eos cõtriſtare propter bonum promouen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dum uel propter malum uitandum: & eſt me/dia inter adulationem & litigium.

Eccleſiaſt. 4.

Congregationi pauperum affabilem te facito.

Affectio græce διάθεσις εως ἡ & διατίθημι afficio dici tur & eſt raptus & abſtractio animæ circa mo/res, ſecundum Ariſt. libro octauo Politico.

Affectio eſt animi & corporis, ex tẽpore, aliq̃ de cauſa mutatio, ut ſunt gaudiũ, lætitia, miſeri cordia, cupiditas, metus, moleſtia & alia q̃ à no/ſtris modo affectus, modo affectiones dicũtur: græci πάθος hoc eſt morbum uocant, hinc affecta re quod eſt nimio affectu & anxie quærere.

Vergilius.

-Viamq; affectat olympo.

Ouidius libro 1. Metamorph.

Affectaſſe ferunt regnum cœleſte gigantes.

Affinitas græce συγγενεια ας ἡ & συγγενὴς ους ὁ ἡ affinis dicitur & eſt uinculum cauſatum ex carnis co/pula conſanguineorũ, hæc ex B. Thoma quar/to Sententiarum diſt. 41. art. pri.

Affines ſunt uiri & uxoris cognati, dicti ab eo q̃ duæ cognatiões q̃ diuerſæ inter ſe ſunt p nu-ptias copulant, & altera ad alterius cognatiõis finem accedit. Cõſanguinitas fit per carnis pro/pagationem. Affinitas uero per coniunctionẽ ordinata à deo, hæc ex b. Tho. ubi ſupra.

Affinitas cauſat ex oĩ coitu naturali & illicito.

Affirmatio græce κατάφασις εως ἡ dicitur, & eſt enun ciatio alicuius de aliquo ſecundum Ariſtote. li/bro primo, περὶ ἑρμηνείας.

Afflictio græce θλῖψις εως ἡ & θλίβω affligo dicitur, & eſt ægritudo cum uexatione cordis ſecundũ Ciceronem libro Tuſcu. quæſtionum.

Agonia ἀγωνία ας ἡ eſt timor mali extrinſeci cui re ſiſti non poteſt ꝓpter improuiſionẽ bea. Tho. Secunda ſecundæ quæſt. 41 art. quarto.

Agnati & cognati differunt, ut placet Paulo Iuriſconſulto ut genus & ſpecies. Nam oĩs agnatus cognatus eſt, non aũt omnis cognatus agnatus eſt. Alterum eĩ ciuile, alterum natura le nomẽ eſt. Cognatiõis origo etiam ꝓ fœminas ſolas cõtingit. Agnationis aũt ab uno patre per ſolos maſculos contingit. Phocylides.

συγγένεσι φιλότητα νέμεσσοδοίηνθ ὁμόνοιαν. id eſt.

Affinibus amicitiam tribue, ſanctamq; concordiam.

AGricultura græce γεωργικὴ ας ἡ & γεωργὸς ου ὁ agricola dicitur, & eſt agrorũ cultura. Inde a-greſtis, græce ἀγρεὺς ου ὁ ἀγρότης, τητος ἡ ruſticitas. Eſt autem agreſtis, qui uitam agit ſylueſtrem.

Exodi 22.

Si læſerit quiſpiam agrum uel uineam, & di-miſerit iumentum ut depaſcatur aliena, quic-quid optimum habeat in agro ſuo uel in uinea pro damni æſtimatione reſtituet.

Ibidem.

Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas & compræ henderit aceruos frugum, ſiue ſtantes ſegetes in agris, reddet damnum qui ignem ſuccenderit.

Exodi 23.

Sex annis ſeminabis terram tuam & congre-gabis fruges eius. Anno autẽ ſeptimo dimittes eam & requieſcere facies, ut comedant pau-peres populi tui, & quicquid reliquũ fuerit edant beſtiæ agri. Ita facies in uinea & oliueto tuo.

Hieronymus ad Ruſticanum monachum, & ha-betur de con. diſt. 5. Nunquam.

Cur in uſus tuos ſucceſſura nõ ꝓparas? uel fiſ/cellã texe iũco uel caniſtrũ lẽtis plecte uiminib. Seratur humus, areolæ æquo limite diuidant. In quibus cũ olerũ iactata fuerint ſemina, uel plan tæ per ordinẽ poſitæ, aquæ ducant irriguæ, hic pulcherrimorum uerſuum ſpectator aſſiſtas.

Ecce ſupercilio cliuoſi tramittis undam
Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, ſcatebriſq; arentia temperat arua.
Inſerantur infructuoſæ arbores, ut paruo poſt tempore
laboris tui dulcia poma decerpas.

Ariſtot. libro 1. Politicorum.

Bos pauperibus eſt pro ſeruo.

Idem lib. 6. Politi.

Agricolæ magis appetunt lucrum q̃ honorẽ. Et ideo delectabilius eſt ipſis laborare q̃ princi Pari. *Ibidem.*

Agricolæ qui non habent neceſſaria circa ope/ra morantur, & aliena non concupiſcunt.

Cic. li. 1. Offic.

Omnium aũt rerum ex quibus aliquid acqui/ritur nihil eſt agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius.

Idem libro de Senectu.

Venio nunc ad uoluptates agricolarum, quis bus ego incredibiliter delector, quæ nec ulla im pediuntur ſenectute, & mihi ad ſapientis uitam proxime uidẽtur accedere. Habet enim rationẽ cum terra, quæ nunquã recuſat imperium, nec unquam ſine uſura reddit quod accepit, licet a lias minore, plerumq; maiore cum fœnore.

Ibidem.

Ergo in hac uita Marcus Curius quum de Sa mnitibus triumphaſſet, & de Pyrrho, cõſumpſit extremum tempus ætatis.

Idem libro de Senectu.

A uilla in ſenatũ accerſebant Curius & cæte-ri ſenes, ex quo q eos accerſebãt uiatores nomi/nati ſunt. Nũ igitur ſenectꝰ miſerabilis fuit qui ſe agricolatione oblectabant? Mea quidẽ ſenten tia haud ſcio an ulla beatior eſſe poſſit, neq; ſo-lũ officio q̃ hominum generi uniuerſo cultura agrorum eſt ſalutaris, ſed oblectatiõe quam di-xi, & ſaturitate copiaq; omnium rerum q̃ ad uſ/ctum hominũ, & cultũ etiã deorũ pertinent.

Cic. libro. de Senectu.

Semper eĩ boni aſſiduiq; domini referta cel-la uinaria, olearia & penaria eſt, uillaq; tota lo-cuples eſt, abundat porco, hœdo, agno, gallina, caſeo, melle, iam hortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant. Tum conditio ra facit hæc & ſuperuacanei operis labor aucupium atq; uena tio. *Idem ibidem.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Agro bene culto nil poteſt eſſe, neculſu uberius, nec ſpecie ornatius, ad quẽ fruendũ non modo nõ retardat, uerum etiã inuitat atq; allectat ſenectus. Vbi enim poteſt illa ætas atq; caleſcere uel aprícatione melius uel igni? uel uiciſſim umbris aquisve ſalubrius refrigerari.

Valer. Max. lib. 4. tit. de paupertate.

Illi etiam prædiuites qui ab aratro accerſebãtur, ut conſules fierent uoluptatis cauſa ſterile atq; æſtuoſiſſimum pupiniæ ſolum uerſabant, delitiarumq; ignari uaſtiſſimas glebas plurimo cum ſudore diſſipabant. Imo uero quos periculo reipub. imperatores aſſerebat anguſtia rei familiaris. Quid ceſſo proprium nomen ueritati reddere, bubulcos fieri cogebant. *Ibidem.*

Attilium autem quiad eũ accerſendum à Senatu miſſi erant ad imperium populi Romani ſuſcipiendum ſemen aſpergentẽ uiderunt. Sed illæ ruſtico opere attritæ manus ſalutem publicam ſtabilierunt, ingentes hoſtium copias peſſundederunt. Quæq; modo arantium boum iugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt. Nec fuit ijs rubor eburneo ſcipiõe depoſito agreſtem ſtiuã aratri repetere. Poteſt pauperes conſolari Attilius, ſed multo magis docere locupletes, eq; non ſit neceſſaria ſolidæ laudis cupidini anxia diuitiarum comparatio.

Vitruuius de Architectura lib. 2.

Etenim natus infans ſine nutricis lacte nõ poteſt alí neq; ad uitæ creſcentis gradus perduci. Sic ciuitas ſine agris & eorum fructibus in mœnibus affluentibus non poteſt creſcere, nec ſine abundantia cibi frequentiam habere, populumq; ſine copia tueri.

Vergilius libro 1. Georgicorum.

Frigoribus parto agricolæ plerunq; fruuntur.
Mutuaq; inter ſe læti conuiuia curant,
Inuitat genialis hyems curasq; reſoluit.

Idem lib. 2. Georgicorum.

Nec uero terræ ferre omnes omnia poſſunt.
Fluminibus ſalices, craſſiſq; paludibus alni,
Naſcuntur ſteriles, ſaxoſis montibus orni.
Littora myrtetis lætiſſima, denig; apertos
Bacchus amat colles, aquilonem & frigora taxi.

Ibidem.

Primus humum fodito, primus deuecta cremato
Sarmenta & ualles primus ſub tecta referto.
Poſtremus metito. *Ibidem.*

O fortunatos nimium ſua ſi bona norint
Agricolas, quibus ipſa procul diſcordibus armis
Fundit humo facilem uictum iuſtiſſima tellus.

Ibidem.

Fortunatus & ille deos qui nouit agreſtes,
Panaq; Siluanumq; ſenem, nymphasq; ſorores.

Ibidem.

Interea pendent dulces circum ubera nati,
Caſta pudicitiam ſeruat domus, ubera uaccæ
Lactea demittunt pinguesq; in gramine læti.
Inter ſe aduerſis luctantur cornibus hœdi.

Ouidius lib. 1. de remedio amoris.

Rura quoq; oblectant animos ſtudiumq; colendi.
Quælibet huic curæ cedere cura poteſt.
Colla iube domitos oneri ſupponere tauros,
Sauciet ut duram uomer aduncus humum.
Obrue uerſata cerealia ſemina terra,
Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager.
Aſpice curuatos pomorum pondere ramos,
Vt ſua quod peperit uix ferat arbor onus.
Aſpice labentes iucundo murmure riuos,
Aſpice tondentes fertile gramen oues.
Et petunt rupes, præruptaq; ſaxa capellæ,
Vt referant hœdis ubera plena ſuis.
Paſtor inæquali moduletur harundine carmen,
Mec deſunt comites ſedula turba carnes.

Horatius in Epodo Odæ 2.

Beatus ille qui procul negotijs,
Vt priſca gens mortalium
Paterna rura bobus exercet ſuis,
Solutus omni fœnore.
Neq; excitatur claſſico miles truci,
Neq; horret iratum mare
Forumq; uitat, & ſuperba ciuium
Potentiorum limina.

Horatius Sermonum lib. 2. ſatyra 6.

Orus quando ego te aſpiciam, quandoq; licebit
Nunc ueterum libris, nunc ſomno & inertibus horis
Ducere ſolicitæ iucunda obliuia uitæ.
O quando faba Pythagoræ cognata, ſimulq;
Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo,
O nocles Oecnæq; deum quibus ipſe meiq;
Ante larem proprium ueſcor.

Horat. epiſtolarum lib. 1. epiſtola 10.

Nouiſti ne locum potiorem rure beato?
Eſt ubi plus tepeant hyemes, ubi gratior aura
Leniat? & rabiem canis & momenta leonis?
Quum ſemel accepit ſolem furibundus acutum,
Eſt ubi diuellat ſomnos minus inuida cura?

Alacritas græce φαιλρότης ητος ἡ & φαιδρός ά ὁ. alacer dicitur, & eſt mutatio quædã uultus in aliquã ſpẽ geſtientis, uenitq; ab alacer quod quãdoq; feſtinum ſignificat, qualis acer. Ter. Quid tu es triſtis? quid ve es alacris? Nonnunq; lætũ & uelut in aliquam ſpem geſtientem ſignificat.

Alecto græce ἀληκτω οος ἡ una eſt trium furiarum infernaliũ quas Orpheus in Argonauticis uniuerſo uerſu comprehendit.

τισιφόνη τε καὶ ἀληκτω, καὶ λία μέγερα, facitq; genitiuo alecto, & accuſatiuo alecto. Vergilius 6. Aeneidos: Luctificam alecto.

Alienatio græce ἀλλοτρίωσις ιος ἡ & ἀλλοτριόω alieno dicitur, & ἀλλότριος α ον, alienus. Eſt autem alienum q̃d eſt extraneum & diſſimile ſecundum beatum Thomam prima parte 31. artic. 2.

Alimẽtum græce τροφὴ ης ἡ & τρέφω alo dicitur, eſt quod præparat operationem nutritiuæ, ſecundum Ariſtotelem libro 2. de anima.

Altare græce θυσιαστήριον ου. τὸ. locus eſt in quo dijs ſacrificia fiebant. Quod ita ab ara intereſſe quidã putant, q̃ aræ ſuperis & inferis dijs conſtituebantur. Altaria uero dijs ſuperis tantum. Altare ab altitudine dictũ eſt, quoniam ueteres dijs ſuperis in ædificijs à terra erectis ſacrificabant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dijs terreſtribus in terra, dijs infernis in effoſſa terra: aræ uero dictæ ſunt quaſi anſæ, uaſa enim erant, quæ tripodes dicebantur. Propter quod Varro in libris diuinarũ rerum ſcribit aras primo anſas dictas, quod eſſet neceſſarium à ſacrificantibus eas teneri. Quoniã ergo qui immolabant non tantum deos uoce precabantur, ſed etiam manibus aras apꝑhendebant, primo anſæ dictæ ſunt, deinde arę literarum mutatione.

Virgilius.

Talibus orantem dictis, arasq; tenentem.

Idem.

Tango aras mediosq; ignes, ac numina teſtor.

Sunt qui uelint aram eſſe uocabulũ græcum, nam ἀρὰ παρὰ ἀρᾶσθαι. i. eſt oratio, imprecatio, uotum, prex.

Alteratio græce ἑτέρωσις. dicitur. Et eſt mutatio in contraria ſecundum Ariſt. lib. 8. Phyſicorum. Alteratio eſt mutatio alicuius ſubiecti ſecundum qualitates contrarias, uel medias, ipſo ſubiecto manente eodem, ſecundum Ariſtotelem libro de generatione & corruptione.

Altercatio græce ἀντιλογία. dicitur, & eſt idem ꝙd obiurgatio. Ab altercor uenit, quod iurgor, quaſi aduerſam partem tueor.

Amaritudo græce πικρία. æ. ſ. & πίκρος. ρ. ὁ. amarus dicit. Et eſt effectus rancoris & filia acediæ ſecundum. b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 35. art. 4.

Ambages q̃ & ambago dici poteſt in uno ſignificato græce, περίοδος. ου. ἡ. & περιάγω circumago, eſt circuitus, uel dubia ſeu profuſa locutio.

Lucanus libro 1.

Multaq; regens ambage canebat.

Ambitio græce φιλοτιμία. æ. ſ. & φιλότιμος. ου. ὁ. ambitioſus dicitur & eſt appetitus potentiæ ſecundum Alexan. Secunda ſecundæ tractatu de ambitione quæſtione 2.

Ambitio eſt dignitatis appetitus immoderatus ratione honoris, ſecundum beatum Thomã ſecunda ſecundæ q. 131. artic. 2.

Ambitio uenit ab ambio, quod proprie ſignificat circundo. Verg. 6. Aeneid. Qui rapidus flãmis ambit torrentibus amnis. Et ꝓ metapho ſam aliquando ambire eſt blandiri & circumuenire. Vergi. Quo nunc regina ambirẽ furentẽ. Audeat affatu. Et quoniam Romani dum honores & magiſtratus affectarent ſingulos circuire, dextras prenſare, rogare q̃ ut ſe ſuffragijs adiuuarẽt, factũ eſt ut ambire capiatur ꝓ eo, quod eſt honores & magiſtratus q̃rere. Dicimus autem ambitus & ambitio, ſed hoc intereſſe uidetur, ꝙ ambitio proprie eſt honorum & laudis immoderata cupiditas. Ambitꝰ uero quum ad publicos honores & magiſtratus turpibus ac inhoneſtis artibus, utputa blandicijs, precibus, largitione contendimus, qualis eſt quæ nunc uulgo à Simone mago Simonia dicitur. Quæcũq; autem ambitus facit, ambitio facere cõpellit.

Ad Galathas 6.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocantes, inuicem inuidentes.

Aug. ad Eudoxium, & habetur 16. q. 1. Vos autem.

Si qua opa ueſtra mater eccleſia deſideraue rit, nec elatione auida ſuſcipiatis, nec blandiente deſidia reſpuatis:

Aug. in ſermone de die conſecrationis.

Laudari à maleuiuentibus nolo & deteſtor, laudari aũt à bene uiuẽtibus, ſi dicã nolo, mentior, ſi dicã uolo, timeo ne ſim humanitatis plus q̃ ſolliditatis. Quid ergo dicã? nec plene nolo, nec uolo. Nõ plene uolo, ne in laude hũana peri cliter, nec plene nolo, ne ingrati ſint quibus prædico. *Auguſt. ſuper Pſalmos.*

Non fere quiſquam eſt, qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam,

Idem ſuper Pſalmos.

Quoties hominibus præeſſe deſidero, toties deo meo præire contendo.

Auguſt. de ciuitate dei lib. 14. cap. 11.

Diabolꝰ ruit, qa elegit potius p̃eſſe q̃ ſubeſſe.

Hieronymus, & habetur 8 q. 1. capit. Illud.

Illud inferendũ eſt aduerſus eos qui de epiſcopatu intumeſcũt & putãt ſe non diſpenſatione Chriſti, ſed imperiũ cõſecutos. Quia nõ ſtatim cũ bis his meliores ſunt quicunq; epiſcopi nõ fuerint ordinati, & ex eo quod epiſcopi electi ſunt, ſe magis æſtimẽt comprobatos. Si autem peccata filiorum ab epiſcopatu iuſtũ prohibẽt, quãto magis ſe unuſquiſq; conſiderans & ſciens quia potẽs potẽter tormenta patietur, retrahit ſe ab hoc non tam honore q̃ onere, & aliorum locũ qui magis digni ſunt nõ ambit occupare.

Idem epiſtola ad Euſtochium.

Nec ſatis religioſa uelis uideri, nec plus humilis q̃ neceſſe eſt, negligentiam fugiendo quæras. plures enim in hoc ipſo cupiunt placere, quod placere contemnunt. Et mirum in modũ laudum uitatur appetitur.

Ambroſius ſuper Lucam libro 3.

Aerugo mentis eſt appetentia dignitatum, ſi in his ſuprema ſpes uitæ præſentis locetur. Reſipiſcat unuſquiſq; à furore ſecularium dignitatũ & cupiditatum, quæ mentem animum q̃ perturbant, ut compos ſui eſſe poſſit.

Idem ſuper Lucam libro 3.

Hoc ipſo pernicioſior ambitio, ꝙ blanda eſt cõſolatricula dignitatũ, & ſæpe quos uita nulla delectat quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia ſubruere, facit ambitio criminoſos.

Ibidem.

Prope cũctorum criminum mõtes hæc tria mõſtrantur genera uitiorum, ſcilicet gula, iactãtia, & ambitio. Cauſæ autem cupiditatis ſunt carnis delectatio, ſpecies gulæ, & auiditas potẽtiæ,

Gregorius in Moralibus, & habetur 8. q. 1. capitulo. Sciendum ꝙ. Neq;

Neq; enim ſe ſub obedientia dirigit, qui ad percipienda huius uitæ proſpera libidini propriæ ambitionis ſeruit.

Idem in paſtorali, & in Moralibus.

Locꝰ regiminis quũ regẽdus offert, in ſe priꝰ neceſſe eſt quiſq; diſcutiat, ſi loco uita cõgruat, ſi ab onere actio nõ diſſentiat. Ne iuſtus omniũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rector eo post in tribulatione preces nõ audiat quo ipsa quoquo eius de quo tribulatio oritur exordia honoris ignorat. *Grego. in Pastorali.*

Pensandum ualde est, ad culmen regiminis quisq; qualiter uenia, Atq; ad hoc rite perueniens qualiter uiuat, & bene uiuens qualiter doceat, & recte docens infirmitatem suam quotidie cognoscat, ne aut humilitas accessum fugiat, aut quentioni uita cõtradicat, aut uitam doctrina destituat, aut doctrinam præsumptio extollat, uirtutibus pollẽs coactus ad regimen ueniat, uirtutibus uacuus nec coactus accedat.

Gregorius in Pastorali

Locus regiminis desiderantibus negandus est, fugientibus offerendus.

Gregorius in Registro.

Sicut is q nutatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admouendus. Sic q ultro ambit, uel importune se ingerit, est procul dubio repellendus. Nam q sic nitit ad altiora cõscendere, quid agit, nisi ut crescendo decrescat, & ascendendo exterius interius inprofunda descendat? *Ibidem.*

Ordinate ad ordines accedendũ est. Nam ea sum appetit qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta ascensum quærit.

Ibidem.

Quisquis sacerdotiũ nõ ad elationis culpã, sed ad utilitatem adipisci desiderat, prius uires suas cum eo qui dẽ subiturus onere metiatur, ut & impar abstineat, & ad id cum metu cui se sufficere existimat accedat *Gregr. sup Ezechielem.*

Quanto quisq; hic altius erigitur, tãto curis grauioribus oneratur. *Idem Moral lib. 33.*

Manu humillimæ considerationis deprimẽdus est timor elationis.

Greg. Mora. libro secũdo ante finem sup illud Iob 30.
Eleuasti me ualde, scio q, morti tradas me.

Ad hoc solum fugitiuæ fœlicitatis aura subleuat, ut repente deterius in infimis sternat.

Idem Moral. ultimo super illud Iob 38. Ecce gigantes gemunt sub aquis.

Quisquis altius erigitur, ipsis populis mẽte & cogitatiõe supponit, q bus superponitur dignitate. *Iohan Chrysosto. super Matth. homilia. 25.*

Quicũq; desiderauerit primatũ in terra, inueniet confusionẽ in cœlo. Nec inter seruos Christi computatur, qui de primatu tractauerit.

Ibidem.

Opus quidem desiderare bonum, bonũ est. Primatum aũt honoris cõcupiscere uanitas est. Primatus enim fugientem se desiderat, desideranter se onerat. *Bernard. in epist. ad Hen. Senonẽ.*

Multi non tanta fiducia & alacritate currerent ad honores, si & se sentirent onere grauari, metuerent. Nec cũ tanto labore & periculo q̃rumlibet affectarent infulas dignitatum.

Ibidem ad Eugenium libro 3.

An non limina apostolorum amplius ambitio q̃ deuotio terit. *Bernardus ibidem.*

O ambitio ambitientiũ crux, quomodo omnes torques? omnibus places? Nil acrius cruciat, nil molestius inquietat, nil tamen apud miseros mortales celebrius negocijs eius.

Bernardus in sermone quadragesimæ.

Ambitio subtile malum, secretum uirus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, uitiorum origo, tinea sanctitatis, excæcatrix cordium, ex remedijs morbos creans, ex medicina languorem generans.

Orig. super epist. ad Roma.

Omnis adeundi honoris ecclesiastici abscinderet ambitio, si se iudicãdos potius q̃ iudicaturos ij qui præesse uolunt populis cogitarent.

Innocentius de uilitate conditionis humanæ.

Ambitiosus semper est pauidus, semper attẽtus, ne dicat quod desiderat, humilitatem simulat, honestatẽ mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit, subsequitur & obsequitur, cunctos honorat, uniuersis inclinatur, frequentat curias, uisitat optimates, assurgit & amplexatur, applaudit & adulatur. Vnde nouit illud poeticum: Et si nullus erit puluer tamen excute nullum. *Ibidem.*

Ambitiosus, promptus & feruidus ubi placere cognouerit. Remissus & tepidus ubi puta uerit displicere. Improbat mala, detestat iniqua, sed alia cũ alijs probat & inprobat, ut iudicetur idoneus, ut reputetur acceptus, ut laudetur ab omnibus, ut à singulis approbetur. Sedecce grauem intra se sustinet pugnam difficilemq; cõflictum, dum iniquitas pulsat animam, ambitio continet manum, & quod illa suggerit, hæc fieri non permittit. Colludunt adinuicem mater & filia, iniquitas & ambitio, hæc uendicat sibi publicum, illa secretum. *Ibidem.*

Ambitiosus statim ut est ad honorẽ promotus, in superbiam extollitur, iactantia effrenat, non curat prodesse, sed gloriatur præesse, præfert se meliorem, quia cernit se superiorẽ, priores dedignat amicos, notos ignorat hesternos, comites contẽnit antiquos, uultũ auertit, ceruicem erigit, fastũ ostendit, grandia loquitur, sublimia meditatur, subesse non patitur, præcessa molitur, subditis onerosus, omnib⁹ infestus, præceps, molestus, arrogans, grauis & importunus. *Seneca ad Lucilium epi. 23.*

Sic est de ambitione quomodo de amica cõqueruntur homines. Si uerum affectum inspicias non oderunt, sed litigant. Videbis uoluntariam esse illis in eo moram, quod ægre ferre ipsos & misere loquuntur. Peccatores enim conqueruntur de molestijs amicæ, nec tamen dimittũt, & ambitionis, nec tamen eam dimittunt.

Idem ad Lucilium epist. 48.

Cupiditas omnis ingrata & nemo eorum q̃ in republica uersantur quos uincat, sed à quib⁹ uincatur aspicit. *Idem epist. 60.*

Illud p̃cipue nos impedit, quod nobis placemus. Si inuenim⁹ qui nos bonos uiros dicat, qui prudẽtes, qui sctõs, nõ sumus laudatiõe cõtenti, quicquid in nos adulatio sine pudore congessit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tanc̄q; debitum præhendimus, optimos nos eſſe. Sapientiſſimosq; affirmātibus aſſentimus, quū ſciamus illos ſæpe multa mentiri. Adeo quoq; indulgemus nobis, ut laudari uelimus in id cui contraria maxime facimus.

Seneca ad Lucilium epiſtola 62.

Quantulum enim eſt quod naturæ datur, partua illa pars dimittitur. Non fames nobis uētris noſtri magno conſtat, ſed ambitio. Nos itaq;, ut ait Saluſtius, uētri obedientes animalium loco numeramur, non hominum. Quoſdā uero non animalium, ſed mortuorum, uiuit is qui ſe utitur. *Idem epiſt. 74.*

Nullum habet maius malum cupiditas, quā q; grata eſt. Nemo quos uincit, ſed à quibus uincatur aſpicit. Et illis nō tam iucundum eſt multos uidere poſt ſe, q̄ graue aliquem ante ſe.

Ibidem.

Cupiditas fœlicitatem ſuā non intelligit, quia non unde uenerit reſpicit, ſed quo tendat.

Seneca ad Lucilium epiſt. 86.

Relinque ambitū, timenda res eſt, uana uentoſa, nullum habens terminum.

Ibidem.

Quæcunq; uidentur eminere in rebus humanis, quàmuis pufilla ſint in comparatione humilimorum, per difficiles tamen & arduos tramites adeuntur. Cōfragoſa in faſtigia dignitatū uia. *Idem epiſtola 95.*

Qui uirtutem ſuam publicari uult, nō uirtuti laborat, ſed gloriæ.

Seneca lib. 2. de beneficijs.

Nunc̄q; improbæ ſpei quod datur ſatis eſt, & maiora cupimus, q̄ maiora uenerunt. Multoq; concitatior eſt auaritia in magnorū opum congeſtu collocata: ut flammæ acrior uis eſt, quo maiore incendio emicuit. Aeque ambitio non patitur quicquàm in ea mēſura bonorum quieſcere, quæ quondā eius fuit impudens uotum. Nemo agit de tribunatu gratias, ſed quæritur quod non eſt ad præturam uſq; perductus. Nec̄q; hæc grata eſt, ſi deſit cōſulatus. Nec hoc quidem facit, ſi minus eſt, quod ultra ſe cupiditas porrigit, & facultatem ſuam non intelligit, quia non unde uenit reſpicit, ſed quo tendit.

Seneca Tragœdia 4.

Quiſquis ſecundis rebus exultat nimis,
Fluitq; luxu ſemper inſolita appetens:
Tunc illum magnæ dira fortunæ comes
Subit libido.-

Ibidem.

Quod non poteſt uult poſſe qui nimium poteſt.

Seneca Tragœdia 10.

Pauci reges non regna colunt,
Plures fulgor conuocat aulæ,
Cupit hic regi proximus ipſi,
Clarusq; latas ire per urbes,
Vrit miſerum gloria pectus,
Cupit hic gazis implere famem.

Ibidem.

Colit hic reges calcet ut omnes
Perdatq; aliquos nullumq; leuet,
Tantum ut noceat cupit eſſe potens.

Seneca lib. de formula uitæ.

Non aſcribas tibi, quod non es nec maior q̄ es, uideri uelis.

Ariſt. lib. Oeconomicorum.

Multo grauius fert aliquis ſi honore ſuo priuetur, quàm ſi boua ſua auferantur.

Idem li. 6. Topicorum.

Omnes honorem appetunt.

Cicero libro 1. Officiorum.

Difficile eſt poteſtatem cupienti ſeruare æquitatem. *ibidem.*

Facillime impellitur ad res iniuſtas, qui gloriæ cupidus eſt.

Idem libro Officiorum 1.

Miſerrima eſt omnino ambitio bonorumq; contemptio. *Cicero in Rhetoricis.*

Prælatio ſimulationem aperit, illis enim difficile eſt in poteſtatibus temperare, qui per ambitionē ſe eſſe probos ſimulauere: ſunt enim non ex animo ſed ex fortuna, modo humiles modo elati. Omnium em̄ rerum nihil ad prælationes tenendas melius q̄ diligi, nec alienius q̄ timeri.

Cicero lib. 1. Rhetoricorum ueterum.

Stultitia eſt immenſæ gloriæ cupiditas.

Saluſtius in Iugurtha.

Homini potentiā quærenti, egentiſſimus quiſque eſt opportuniſſimus.

Idem in Catil.

Ambitio multos mortales falſos fieri coegit.

Euripides in Hippolito.

ἔνεστι γὰρ δὴ καὶ θεῶν γένει τόδε
τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ἀπό. id eſt,

Ineſt enim ſane deorum generi hoc,
Honore affici gaudent ab hominibus.

Ouid. Triſtium lib. 1. elegia 1.

Donec eram ſoſpes tituli tangebar amore,
Quærendiq; mihi nominis ardor erat.

Horat. ſermonum lib. 1. ſatyra 4.

-Quemuis media elige turba,
Aut ob auaritiam, aut miſera ambitione laborat.

Idem ſermonum lib. 1. ſatyra 6.

Sed fulgente trahit conſtrictos gloria curru
Non minus ignotos generoſis.

Perſius Satyra 1.

-Vſq; adeone
Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter,
At pulchrum eſt digito monſtrari & dicier hic eſt.

Ibidem.

-An erit qui uelle recuſet
Os populi meruiſſe?-

Amentia græce ἀνοίας, ας. ἡ. & ἄνους ου. ὁ, ἡ. amens dicitur, & eſt ſtultitia. Dicitur autē amēs quaſi ſine mente. Differunt autem amens & demens, quod demens minus eſt quàm amens. Nam demens eſt qui nō cogitat quid agat aut loquatur. Amens uero qui prorſus inſanit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



Amicitia græce φιλία ας ης & φιλικός ὴ ὸν amicus dicitur: Et est amor mutuæ benevolentiæ fundatus super aliqua communicatione: quæ quadruplex est, secundum quadruplicem communicationem mutuã, scilicet Naturalem, Domesticam, Ciuilem & Diuinam, hoc ex b. Tho. secunda secundæ. q. 23. artic. 1.

Amicitia est humanarũ diuinarumq; rerum, cum benevolentia & charitate consensio, secundum August. epi. 45. Et Cicero li. de Amicitia.

Amicitia est uoluntas erga aliquem bonarũ rerum illiusipsius causa quem diligit, cum eius pari uoluntate, secundum Cice. 1. Rhetori.

Amicitia est benevolentia pacis non latens, secundum Arist. lib. 8. Ethicorum. *Vel sic.*

Amicitia est studiorum omniũ uoluntatumq; consensus, cuius contrarium inimicitiæ in plurali, licet etiã in singulari inueniat. Ennius: Amicitiam atq; inimicitiam in fõte promptã gero.

Amicus est qui amat & remeatur, secundum Aristot. libro 2. Rhetori.

¶ Sunt enim amici δι ὀλλέλεισι βούλονται τ' ἀγαθὸ, μὴ λανθάνοντος, ἢ δι' ἀγαθὸν, ἢ διὰ χρέσμον, ἢ δι' ἡδονή.

Amicus & amator, ut placet Donato sup Terent. differunt, quod amicus animi est, amator uero corporis. *Leuitici 19.*

Diliges amicum tuum sicut teipsum.

Prouerbiorum 3.

Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Prouerbiorum 11.

Qui deſpicit amicum ſuũ, indigens corde eſt.

Ibidem 12.

Qui negligit damnum propter amicum iuſtus eſt.

Ibidem 18.

Omni tempore diligit qui amicus eſt, & frater in anguſtijs comprobatur.

Ibidem 18.

Occaſiones quærit, qui uult recedere ab amico, omni tempore erit exprobrabilis.

Ibidem.

Vir amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit, quàm frater.

Prouerbiorum 19.

Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupere autem & hi quos habuit, ſeparabuntur.

Ibidem.

Multi colunt perſonã potentis, & amici ſunt dona tribuentis.

Ibidem.

Fratres hominis pauperis oderunt eum, inſuper & amici procul receſſerunt ab eo.

Prouerbiorum 27.

Amicum tuum & amicum patris tui, ne dimiſeris.

Eccleſiaſtici 6.

Amico fideli nulla eſt comparatio.

Ibidem.

Amicus fidelis protectio fortis: qui inuenit illum, inuenit theſaurum.

Ibidem.

Vere enim eſt amicus menſæ, & non permanet in die neceſſitatis.

Ibidem.

Noli fieri pro amico inimicus proximo.

Eccleſiaſtici 9.

Ne derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit ſimilis illi. Vinum nouum, amicus nouus. Vetereſcat, & cũ ſuauitate bibes illud.

Eccleſiaſtici 12.

Non agnoſcetur in bonis amicus, & nõ abſcondetur in malis inimicus.

Ibidem.

Non credas inimico tuo in æternum.

Ibidem 22.

Mittẽs lapidem in uolatilia deſiciet illa. Sic & qui conuiciatur amico, diſſoluit amicitiam.

Ibidem.

Fidem poſſide cum amico in paupertate illius, ut & in bonis illius læteris. In tẽpore tribulatiõis illius permane, ut & in hæreditate illius cohæres ſis.

Eccleſiaſtici 24.

Beatus qui inuenit amicum uerum.

Eccleſiaſtici 27.

Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum ſuum.

Iob 7

Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam, timorem dei derelinquit.

Auguſt. ad Vincent. Donatiſtam & Rogatiſtam & habetur 5. q. 5.

Nõ oĩs qui parcit, amicus eſt: nec oĩs qui uerberat, inimicus eſt: meliora enim ſunt uulnera amici, cũ uoluntaria oſcula inimici. Melius eſt enim cũ ſeueritate diligere, quàm cũ lenitate decipere.

Auguſtinus ſuper epiſtolam Ioannis, & habetur 23. q. 5 *Non putes.*

Non putes te tunc amare ſeruum tuũ, quãdo eum non cædis: aut tunc amare filium tuũ, quãdo ei non das diſciplinam: aut tunc amare uicinum tuum, quando eum non corrigis. Non eſt iſta charitas, ſed languor. Ferueat charitas ad emendandum & ad corrigendum.

Aug. Fauſto, & hab. 23. q. 4. *Quid faciet.*

Quid faciet eccleſiæ medicina ſalutẽ omnium materna charitate cõquirens, tam inter phreneticos & letargicos æſtuãs. Nunquid contẽnere nũquid deſiſtere uel debet uel poteſt? utriuſq; ſi neceſſe eſt, ut ſi moleſta quæ neutris eſt inimica. Nam & phrenetici nolũt ligari, & lætargici nolunt excitari. Sed perſeuerat diligentia charitatis phreneticum ligare, letargicum ſtimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, ſed ambo diliguntur. Ambo moleſtari quamdiu ægri ſunt, indignantur: ſed ambo ſanati gratulantur.

Auguſtinus epiſtola ad Hieronymum.

Neſcio utrum Chriſtianæ amicitiæ putandæ ſint, in quibus magis ualet uulgare prouerbiũ: Obſequium amicos, Veritas odium parit quã ecclеſiaſticum: Meliora ſunt uulnera diligentis, quã fraudulenta oſcula odientis.

Idem de uera religione.

Hæc eſt pfecta amicitia, qua potius potiora, & minus minora diligimus. Sapientẽ animã & perfectã diligat talẽ, qualẽ uidet ille ſtultã, non talẽ, ſed quia eſſe perfecta & ſapiẽs poteſt. Quia nõ ſeipſum debet ſtultum diligere. Nam qui ſe diligit ſtultũ, non proficiet ad ſapiẽtiam. Nec ſi et quiſq; qualis cupit eſſe, niſi ſe oderit qualis eſt.

Auguſtinus libro 38. *Quæſtionum.*

Nullius repudianda eſt amicitia ſeſe ingerentis ad amicitiam copulandã, non ut ſtatim recipiatur, ſed ut recipiendus optet, atq; ita tractetur ut recipi poſſit. Illũ em̃ in amicitiã recipere debemus, cui omnia noſtra conſilia refundere audeamus.

Ibidem.

Nihil ſic probat amicũ, quemadmodũ oneris amici ſupportatio. Nemo niſi p amicitiã cognoſcit, & ideo amicorũ mala firmiter ſuſtinemus.

Auguſt. libro. 3. *Confeſſionum.*

Qui amat, non laborat: oĩs em̃ labor non amantibus grauis. Solus amor eſt, qui nomen difficultatis erubeſcit.

Ibidem.

Amicitia eſt dulcis propter unitatem in multis animis.

Ibidem.

Bene quidam dixit de amico ſuo, dimidium animæ meæ. Nam ego ſenſi animam meam, & animam amici mei unã fuiſſe animam in duobus corporibus, propter uim ſcilicet amoris. Et ideo illo mortuo horrori mihi erat uita, quia nolebã uiuere diutius. Sed ideo forte mori metuebam, ne totus ille moreretur.

Auguſt. lib. 4. *Confeſſ. alloquens Chriſtum.*

Non eſt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Non eſt uera amicitia, niſi eam conglutines inter hærentes tibi uera charitate.

Auguſt. libro nono Confeſſionum.

Sicut amici adulantes cõuertuntur, ſic inimici litigantes plerunq; corriguntur.

Auguſtinus libro Confeſſionum.

Amor non ſentit amaritudinẽ, ſed dulcedinẽ. Quia ſoror amoris eſt dulcedo, ſicut ſoror odij eſt amaritudo.

Augu. libro pri. Soliloquiorum.

Amicitiæ legem iuſtiſſimã eſſe arbitror, qua præſcribitur, ut non minus nec plus quiſq; amicum quàm ſeipſum diligat.

Auguſtinus de uerbis domini in monte.

Omnia ſæua & immania, facilia & prope nulla efficit amor.

Hier. ad Paulinum, & habe in prolog. Bibl.

Vera enim illæ neceſſitudo eſt & Chriſti glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non præſentia tantum corporum, nõ ſubdola & palpans adulatio, ſed dei timor & diuinarũ ſcripturarum ſtudia conciliant.

Hierony. ſuper Michæam prophetam.

Amicitia parẽ aut facit aut accipit: ubi inequalitas, & alterius eminentia alterius ſubiectio: ibi non tam amicitia q̃ adulatio eſt. Vnde & alibi legimus. Sit amicus eadem anima, & Lyricus pro amico precans: Serues, inquit, animæ dimidium meæ. *Ibidem.*

Delicata eſt amicitia, quæ amicorum fœlicitatem & diuitias ſequitur.

Hieronymus ad Rufinum.

obſecro te, ne amicũ qui diu quæritur, uix inuenitur, difficile ſeruatur, pariter cum oculis mente amittas. *Idem ad Demetriaden.*

In amicis non res quęritur, ſed uoluntas. Quia & alterum ab amicis ſæpe præbetur, alterum ſola charitas tribuit. Eadem uelle & eadẽ nolle firma amicitia eſt. *Idem epiſt. 88.*

Cõcurſus ſenſuũ & unitas uoluntatũ, quaſi riuuli amicitiæ ſcaturizant. *Ambroſi lib. 1. Officio.*

Beneuolentia cõmunis quædam pars eſt omnium, quæ amicitiam connectit & copulat. In cõſilijs fidelis. In proſperis læta, in triſtibus mœſta. Vnuſquiſq; beneuolentis ſe magis q̃ ſapientis credit conſilio. *Ibidem.*

Beneuolentia circa morum ſimilitudinem facit. Inter diſpares mores & ſtudia compugnantia beneuolentia eſſe non poteſt.

Idem Officiorum libro tertio.

Solatium huius uitæ eſt, ut habeas cui pectus tuum aperias, cui arcana cõmunices, cui ſecreta tui pectoris committas: Vt colloces tibi fidelẽ uirum, qui in proſperis gratuletur tibi, in triſtibus compaciatur, in perſecutionibus adhortetur. Facilis uox & communis: tuus ſum totus, ſed paucioris eſt effectus. *Ibidem.*

Virtus eſt amicitia, nõ quæſtus: quia non pecunia paratur, ſed gratia & concertatione beneuolentiæ. Meliores ſunt amicitiæ inopũ plerunque q̃ diuitum. Et frequẽter diuites ſine amicis ſunt, quibus abundant pauperes. Non eſt uera amicitia, ubi eſt fallax adulatio. *Ibidem.*

Obiurget amicus amicũ nõ iactãtiæ ſtudio, ſed affectu charitatis. Neq; admonitio aſpera ſit, neq; obiurgatio cõtumelioſa. *Ibidem.*

Si quid uitij in amico cognoueris, corripe occulte. Si non audierit, corripe palam errantem: amicũ incorrigentẽ animo deſeras *Ibidem.*

Defer amico ut æqualis; nec te pudeat, ſi prævenias amicũ in officio. Amicitia enim ſuperbiam neſcit. Nam ſicut amoris eſt deferre, ita qui odit, quæſtiones monet: & qui amat defert reuerentiam. *Ibidem in fine.*

Pietatis cuſtos amicitia eſt, & æqualitatis magiſtra: ut ſuperior inferiori & æqualem ſe exhibeat, & inferior ſuperiori

Gregorius in Paſtorali.

Cum incaute malorum amicitijs iungimur, eorum culpis ligamur. Ab illo qui ſumme rectus eſt, eo ipſo iam diſcrepat, quo malorum amicitijs uita noſtra concordat.

Gregorius Moralium libro ſeptimo.

Cum quis in proſperitate diligitur, incertũ ualde eſt, utrum proſperitas uel perſona diligatur. Amiſſio uero fœlicitatis interrogat uim dilectionis. Nec proſperitas quippe amicum iudicat, nec aduerſitas inimicum cælat: quia & ille ſæpe proſperitatis noſtræ reuerentia tegitur, & iſte ex confidentia aduerſitatis aperitur.

Ioan. Chryſoſt. in Polycratico libro tertio.

Philoſophus ſic inter hoſtes uiuendum cenſuit, tanquam inter amicos. & ſic inter amicos, ac ſi mediis hoſtibus uiueretur.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum.

Vbi amicitia permanet, nil facile creditur, nil facile recipitur, quod diſſidium poſſit operari. Si uero ſemel inimicitiæ occupauerũt animos, omnia quæ ſunt, quæ dicunt, quæ audiuntur, ita recipiuntur, ut ad maiores proficiant inimicicias. *Iſidorus lib. 3. de ſummo bono.*

Non ſunt fideles in amicitia, quos munus, nõ gratia copulat. Nam cito amicitiam deſerunt, niſi ſemper accipiant. Dilectio enim quæ munere glutinatur, eodem ſuſpenſo diſſoluitur. Illa uera eſt amicitia quę nihil quęrit ex rebus amici, niſi ſolam beneuolentiam, ſcilicet ut gratis amet amantem. *Iſidorus Ibidem.*

Nõnunq̃ accidit, ut inter amicos aliqua redargutionis nutrita diſcordia, maiorem poſtea charitatẽ parturiat, utpote cũ corrigunt ea, quę diſplicere in amico uidentur. *Ibidem.*

Amicitia & proſperas res dulciores facit & aduerſas cõmunione temperat, & leuiores reddit. Quia dum in tribulatione amici cõſolatio adiungitur, nec animus frangitur, & minus eadem patitur. *Ibidem.*

In proſperitate incerta eſt amicitia, nec ſcitur utrum pſona an fœlicitas diligatur. Sæpe etiã p honores quorũdã mutant & mores. Et quos ante cõglutinatos charitate habuerũt poſt q̃ ad culmẽ honoris uenerunt, amicos habere deſpici

d unt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

unt. *Bernardus ſermone ſecundo.*

Sit fortis & conſtans amor tuus, nec cedens terroribus, nec ſuccumbens laboribus. Amemus affectuoſe, circunſcripte & ualide.

Bernardus ibidem.

Noli abduci blãditijs, nec ſeduci flagitijs, nec frangi iniurijs. Tota anima, toto corde, tota uirtute eſt diligere. *Hugo. lib. pri. de Clauſtro animæ.*

Viro bono neceſſe eſt habere quatuor: Primũ, vt omnes ſibi amicos faciat: Secundum, ut ſi non poteſt amicos facere, non faciat ſibi inimicos: Tertium, ut ſi non illud, diſcedat: Quartũ, ut ſi quis diſcedentem perſequitur, non uindicet. *Petrus Rauennas inſerm de ſpiritu ſancto.*

Nil durum, nil amarum, nil graue computat uerus amor. Quod ferrum, quæ uulnera, quæ pœna, quæ mortes, amorem perualent ſeparare perfectum? Amor impenetrabilis eſt lorica. Reſpuit iacula, gladium excutit, periculis inſultat, mortem irridet. Si igitur amor eſt, uincit omnia. *Boetius de Conſol. libro 2. metro octauo.*

O felix hominum genus,
Si ueſtros animos amor.
Quo cœlum regitur, regat. *Ibidem.*

Amicorum tibi fidelium mentes aſpera horribilisq; fortuna detexit. Hæc tibi certos ſodalium uultus ambiguosq; ſecreuit.

Idem de Conſol. libro tertio proſa quinta.

An præſidio ſunt amici, quos non uirtus, ſed fortuna conciliat? Sed quem fœlicitas amicum facit, infortunium faciet inimicum. Quæ uero peſtis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus. *Ibidem libro tertio.*

Amicorum quidem ſanctiſſimum genus eſt, quod non in fortuna, ſed in uirtute inuenitur.

Boet. in Muſica libro pri. cap. primo.

Amica eſt ſimilitudo, odioſa diſſimilitudo atq; contraria: amorẽ dilectionemq; ſimilitudo conciliat. *Cyprianus de Compunctione cordis.*

Is amantium mos eſt, ut amorem ſuum ſilentio tegere nequeant: Sed neceſſarijs ſuis & charis ſuis efferunt & produnt, & flammas infra pectus cohibere non poſſunt.

Seneca ad Lucilium.

Hæc amicitia eſt pręcioſiſsimum genus diuitiarum. *Ibidem.*

Poſt amititiam credendum eſt, ante iudicandum. Illi uero præpoſtere officia pmiſcent, qui cum amauerint, iudicant: & non amant, cum iudicauerint. Diu cogita an tibi in amicitiã aliquis recipiendus ſit. Cum placuerit fieri toto illum pectore admitte. Tam audacter cũm illo loquere, q̃ tecum. Cum amico omnes cogitationes tuas miſce. Fidelem ſi putaueris, facies.

Ibidem.

Si aliquem amicum exiſtimas, cui non tantum credis quantum tibi, uehementer erras & non ſatis noſti uim ueræ amicitiæ.

Seneca ad Lucilium. epiſtola ſexta.

Mõſtrabo tibi amatoriũ ſine medicamẽto, ſine herba, ſine ullius ueneficę carmine. Si uis amari, ama. Iucundius eſt amicum facere, quàm habere, quomodo artifici iucundius eſt pingere, quã pinxiſſe, *Ibidem.*

Nullius rei ſine amico iucunda eſt poſſeſſio.

Idem ad Lucilium epiſtola nona.

Qui ſe ſpectat, & propter hoc ad amicitiã uenit male cogitat. Quemadmodũ cœpit, ſic deſinet. Neceſſe eſt ut initia inter ſe & exitus congruant. Qui enim utilitatis cauſa aſſumptus eſt, tamdiu placebit, quàmdiu utilis fuerit. Hac re florentes amicorũ turba circũſedit. Circa euerſos ſolitudo eſt: nõ ueri amici fugiunt, ubi probantur. *Idem ad Lucilium epiſt. 21.*

Aliquis urbanus nobis eligendus eſt, ac ſemper ante oculos habẽdus: ut illo ſpectante uiuamus, & omnia tanquàm illo uidente faciamus.

Idem ad Lucilium epiſt. 29.

Qui amicus eſt, amat. Qui amat, non utique amicus eſt. Amicitia ſemper prodeſt. Amor aliquando nocet. Non eſt ꝙ amicum tantum uel in foro uel in curia quæras. Si diligẽter attenderis, domi inuenies. Errat enim, qui amicũ in atrio quærit, & in cõuiuio probat: pectore enim amicus, nõ in atrio inuenit. *Idem epiſt. 76.*

Nihil æque ægrum reficit, ſicut amicorũ affectus. Non uideo me mori, cum illos ſuperſtites reliquero. Puto inquã me uicturum non cum illis, ſed per illos. *Idem epiſt. 82.*

Solus ſapiens ſcit amare. Solus ſapiens amicus eſt. *Idem epiſt. 96.*

Scias amicitias ſanctas colendas eſſe.

Idem epiſtola. XII.

Præterea illud dulciſsimũ eſt honeſtiſsimum, quę, idem uelle, & idem nolle.

Seneca in Prouerbijs.

Amici uitia ſi feres facis tua, ita amicũ habeas, ut facile hunc inimicũ putes. Ita crede amico, ne ſit inimico locus. *Ibidem.*

Nulla puſilla domus quæ multos recipit amicos. *Ibidem:*

Talem diligẽtiam exhibe in amicitijs comparandis, ut incipias amare, quem deinde poſſis odiſſe. *Idem in Prouerbijs.*

Quanti tales amicos habere uoluerunt. Et ipſi tales eſſe nõ poſſunt. Tu primum exhibe te bonum, & ſic quære alterum ſimilem tui.

Seneca libro de Beneficijs.

Amicus tarde acquiritur, ſed cito amittitur.

Seneca libro de Moribus.

Amicos, ſecreto mone, palam autem lauda.

Ibidem.

Vires tuas amici magis ſentiant beneficijs, q̃ iniurijs. *Ibidem.*

Quid tibi dulcius q̃ habere amicũ, cum quo omnia ſicut tecum loqui audeas.

Senèca libro de Tranquillitate animi.

Nihil tam æque oblectat, q̃ amicitia fidelis & dulcis. *Seneca in Hercule furente, Tragœdia X.*

Odit uerus amor nec patitur moras.

Idem in Tantalo. Tragœdia ſecunda.

Reparatq; uires iuſtus amiſſus amor.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Seneca in Tantalo, Tragœ. secunda:

Quos amor uerus tenuit, tenebit
Ira cum magnus agitata cauſis.

Idem Tragedia 7.

Amar timere neminem uerus poteſt.

Idem Tragœdia octaua.

Nec regna ſocium ferre, nec tedæ ſciunt.

Ariſtot. lib. 1. Ethicorum.

Duobus amicis exiſtentibus, ſanctum eſt honorare ueritatẽ. *Idem libro octauo Ethicorum.*

Nullus eligeret uiuere ſine amicis, habens omnia alia bona. *Ibidem.*

Duo ſimul uiuẽtes, & intelligere & agere ſunt potentiores quam unus. *Ibidem.*

In infortunijs refugium eſt ad amicos. *Ibidem.*

Generantis ad genitum naturaliter eſt amicitia. *Ibidem*

Homines eiuſdem gentis naturaliter ſunt amici magis quam reliqui. *Ibidem.*

Amicitia eſt beneuolentia mutua, in qua eſt paſſio non latens. *Ibidem.*

Triplex eſt amicitia: propter bonũ utile, delectabile, & honeſtum. Amicitia propter bonũ utile, maxime uidetur fieri in ſenibus. Quia nõ curant delectabile, ſed tantum utile. Amicitia uero quæ eſt propter bonum delectabile, iuuenum eſt. Amicitia bonorum honeſtorum permanens eſt & ſtabilis. *Ibidem*

Sola amicitia bonorum honeſtorum intrãſmutabilis eſt. *Ibidem.*

Nõ eſt facile alicui credere de amico ſuo, qui multo tempore probatus eſt ab ipſo, nec unq̃ ſibi iniuſtum fecit. *Ibidem.*

ξητόρει οὐ διαλύσιμον τὴν φιλίαν, ἀλλα τὴν ἐνέργειαν. id eſt, Diſtantia loci non ſeparat amicitiam, ſed operationẽ. Nã Amicitia animorum eſt coniunctio, non corporum. *Ibidem.*

Mutua cõcordia & colloquia, factiua ſunt amicitiæ. *Ibidem.*

Perfecta amicitia nõ eſt niſi per unum. Quia quod eſt perfectum, non poteſt fieri ad plures, ſed ad unum. *Ibidem.*

τὰ τῶν φίλων πάντα κοινά. id eſt, Amicorum omnia ſunt communia. *Ibidem.*

In quibus nihil eſt cõmune, in his nec eſt amicitia, nec iuſtitia. *Ibidem.*

Domini ad ſeruum nõ eſt amicitia ſecundũ quod ſeruus, ſed ſecundum quod homo. Quia ſecundum quod ſeruus, eſt diſſimilis: ſecũdum quod homo, eſt ſibi ſimilis. *Ibidem.*

Multis eſſe amicum ſecundum perfectam amicitiam, non contingit. *Ibidem*

In communicatione omnis amicitia eſt.

Ariſtot. libro nono Ethicorum.

Amicus eſt alius ipſe. *Ibidem.*

Difficile fit, & congaudere & cõdolere multis familiariter. Nõ cõtingere uidebitur multis eſſe amicum ualde: propter q̃d nec amare plures. *Ibidem.*

οἱ φίλοι τὸν ξῆν μάλιστα ἐπὶ ὁμοῦσιν, id eſt,

Amicis eligibiliſſimum eſt conuiuere: communicatio enim amicitia eſt. *Ibidem.*

Amici exiſtentes propter bonum utile & delectabile: his ceſſantibus ceſſat amicitia. *Ibidem.*

Qui fingit ſe amicum & non eſt, peior eſt eo, qui facit falſam monetam. *Ibidem.*

Simile ſimili eſt amicum. Et ideo bonus malum amare non poteſt. *Ibidem.*

Amicus debet ſe habere ad amicum ſicut ad ſeipſum. Quia amicus eſt alter ipſe. *Ibidem.*

Beneuolentia non eſt amicitia, eſt tamẽ principium amicitiæ: unde ex beneuolentia diuturna, fit amicitia. *Ibidem.*

Concordia ad amicitiam pertinet. *Ibidem.*

Amicus ſe debet habere ad amicum ſicut genu ad tibiam. *Ibidem.*

Amicitia eſt maxima bonorum exteriorum. *Ibidem.*

Fœlix a amicis honeſtis indiget. *Ibidem.*

Amicitia bonorum augetur bonis colloquijs & operibus quibus utuntur: unde à bonis bona fiunt. *Ariſtot. libro ſecundo Politicorum.*

Amicorum communia ſunt omnia. *Ibidem.*

Amicis auxiliari uel delectari, delectatiſſimũ eſt. *Ibidem libro 5. Politicorum.*

Regnum ſeruatur per amicos. *Ariſtot. libro pri. Rhetoricorum.*

Pulchrius eſt eſſe amatorem ſociorum, quã amatorem pecuniarum. *Ariſtot. libro tertio Topicorum.*

Amicitia melior eſt diuitijs.

¶ *Plutarchus in uita Ariſtidis.*

Ὁ μὲν οὖν θεμιστοκλῆς εἰς ἑταιρείαν ἐμβαλὼν ἑαυτὸν, εἶχε πρόβλημα τὴ δύναμιν οὐκ εὐκαταφρόνητον ὥστε καὶ πρὸς τὴν εἰρήνην, καλὸς αὐτὴν ἀρχὴν ἀσφαλείας, ἔντιμος ἦ καὶ κοινὸς ἅπασι· μυδλέπω τε εἶπεν εἰς ἕτερον ἐγω καθίσαιμι θρόνον, ἐνὸ πλίον ὄνδλεν ἔξουσι δι φίλοι παρ ἐμοὶ τῶν ἀλλοτρίων. Hoc eſt,

Quocirca Themiſtocles facilitatis artibus inſtructus, adeo grandem ac popularem potentiam eſt aſſecutus, cuipiã eũ admonenti, optimo iure principem Athenienſiũ futurum ſi cunctis æqualis ac cõmunis eſſet, reſpondit: Nunq̃ profecto in ea ſella ſedere ſtatuiſſem, ex qua me iſtudioſi nihil amplius a me, q̃ alieni habituri eſſent.

Idem in Apophtheg. regum, de Philippo Macedonum rege.

Ἱππάρχου τεύθεως ἀποθανόντος λῆλ ἦν βαρέως φέρων εἴ πόν τι μέτριον· ἀλλὰ μένη ὁρᾶν ὧν ἐκεῖνος ἀπογίνεται ἑαυτὸν γε εἶπεν, ἐμοὶ δὲ ταχέως ἔφθη γὰρ τελευτῆσαι, πρὶν ἢ παρ ἐμοῦ χάριν ἀξίαν τῆς φιλίας ἀπολαβεῖν.

Laert. Diog. de uita & moribus philoſopho.

Citius ad calamitates amicorũ docebat Chilo, quam ad proſperitates, ire. *Idem ibidem.*

Amico benefac, ut amãtior fiat, dicebat Cleobulus: inimicum uero amicum facere ſtude. *Ibidem.*

Magis amicorum inuidiam, q̃ inimicorũ inſidias cauere debemus. Illud enim apertum, hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cælatum eſt malum, nocendiq; fraus, quæ non ſperatur, potentior eſt.

Laert. Diog. de uita & moribus Philoſoph.

Amicis fœlicibus & infœlicibus idem ſis, dicebat Periander. *Ibid.*

Neminẽ amicum concilies, prius quàm perconteris quo pacto ſe geſſerit erga priſcos amicos, credas & erga te huiuſmodi futurum, cuiuſmodi erga illos fuit. *Ibid.*

Aurum in igne erobamus, amicos autem in aduerſitatibus decernimus. *Ibid.*

Interrogatus Ariſtoteles, qd eſt amicus? Ait σώματα μὲν δύο, ψυχὴ δὲ μία. Id eſt: Vna anima in duobꝰ corporibus cohabitans. *Idem Ibid.*

Semper bonus amicus, grauius trafcitur,

Ibid.

Amicum lædere, nec ioco quidem oportet.

Ibid.

Pro amico occidi plus expedit, quam cum inimico uiuere. Vis experiri amicum? calamito ſus fias. *Ibidem.*

Quid eſt amicitia? æqualitas animorum, dicebat Secundus philoſophus.

Cicero lib. de Amicitia

Ego uero hortari poſſum, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. Nihil eſt enim tam naturæ aptum, tam conueniens ad res ſecundas uel aduerſas. *Ibidem.*

Amicitia nihil aliud eſt, niſi omnium diuinarum humanarumq; rerum cum beneuolentia & charitate coniunctio. *Ibidem.*

Qui autem ſummum bonum in uirtute ponunt, præclare illi quidem: ſiquidem hæc ipſa uirtus amicitiam gignit & continet: ſine uirtute amicitia eſſe non poteſt. *Ibidem.*

Quis poteſt eſſe uita uitalis, ut ait Ennius, qui non in amici mutua beneuolentia cõquieſcat?

Ibidem.

Quid enim dulcius, quam habere amicum, cum quo omnia audeas ſic loqui ut tecum?

Ibidem.

Aduerſas res uero ferre difficile eſſet ſine eo, qui illas grauius q̃ tu ferret. *Ibidem*

Amicitia plures res continet: quæ quo te uerteris, præſto eſt, & nullo loco aſcribitur: nunq̃ intempeſtiua, nunquam moleſta eſt.

Ibidem.

Secundas res ſplendidiores facit amicitia, & aduerſas partiens communicansq;, leuiores.

Ibidem.

Quod ſi exemeris ex natura rerum beneuolentiæ cognitionem, nec deinde uilla, nec urbs ſtare poterit, nec ager quidem cultus permanebit. *Ibid.*

Quæ enim domus tam ſtabilis, quæ tam firma ciuitas eſt, quæ non odijs & diſſidijs funditus poſſit euerti? *Ibidem.*

Agrigentinũ Græcum uirũ ferunt uaticinatũ, quæ in rerum natura totoq; mundo conſtarẽt, quæq; mouerentur, ea contrahere amicitiam, diſſipare diſcordiam. *Ibidem.*

In amicitia uera nihil fictũ, nihil ſimulatum, & quicquid in ea eſt, uerum & uoluntarium eſt. *Ibidem.*

Nulla eſt igitur excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaueris. Ab amicis honeſta petito, & amicorum cauſa honeſta facito.

Ibidem.

Solem è mundo tollere uidentur, qui amicitiam è uita tollunt. *Ibidem.*

Nihil enim appetentius ſimilium ſui, atque rapacius natura. *Ibidem.*

Nihil enim remuneratione amicitiæ, nihil ui ciſſitudine ſtudiorum & officiorum iucundius.

Ibidem.

Vbi enim iſtum inuenias, qui honorem amici anteponat ſuo? *ibidem.*

Ait Ennius: in re certa, certus amicus cernit,

Ibid.

Firmamentum autem & ſtabilitas eſt in amicitia quam quærimus, fides: Nihil enim ſtabile, quod infidum eſt. *Ibidem.*

Aperte enim odiſſe uelamare eſt magis ingenui, quàm fronte occultare ſententiam.

Ibid.

Nihil enim turpius, quàm cum eo bellum gerere, quo cum familiariter uixeris.

Ibid.

Verus amicus eſt alter idem.

Ibidem.

Qui ex amicitia tollit uerecundiam, maximũ eius tollit ornamentum.

Ibidem.

Sine uirtute, nec amicitiam, nec ullam rem expetendam conſequi poſſumus.

Ibidem.

Natura ſolitarium nihil deſiderat.

Ibidem.

Moleſtia eſt ueritas, ſi quidem ex ea naſcitur odium, quod eſt uenenum amicitiæ.

Ibidem.

Aliter cũ tyranno, aliter cum amico uiuit.

Ibidem.

Simulatio in omni re eſt, uitioſa: tollit enim iudicium ueri, idq; adulterat, tum amicitiæ repugnat. *Ibidem.*

Valet uerum, ſi modo id patefactum & illuſtratum eſt. Quid in amicitia fieri oportet, quæ tota ueritate perpenditur?

Ibidem.

Nulla eſt igitur hæc amicitia, cum alter audire uerum non uult, alter ad mentiendum paratus eſt. *Cicero libro 1. officiorum.*

Nam ut præclare ſcriptum eſt à Platone, Nõ nobis ſolum nati ſumus, ortusq; noſtri partem patria uendicat, partem amici.

Ibidem.

Videndũ eſt, ut ea liberalitate utamur, quæ proſit amicis, noceat nemini.

Ibidem.

Primum illud eſt in officio, ut ei plurimum tribuamus, à quo plurimum diligamur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibidem.

Magnum eſt enim habere eadē monumenta maiorum, eiſdem uti ſacris. Sed omnium ſocietatum nulla præſtātior, nulla firmior q̄ cum uiri boni ſimiles familiaritate coniuncti ſunt.

Ibidem.

Nihil enim amabilius, nihil copulatius, q̄ morum ſimilitudo bonorum. *Ibidem.*

Eſt ea iucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo morum coniugauit. *Ibidem:*

Atq; etiam in ſecundis rebus maxime eſt utē dum conſilio amicorum, hiſq; maior q̄ antea tribuenda eſt autoritas. *Ibidem.*

At mea quidem ſententia omnis ratio & inſtitutio uitæ adiumenta hominū deſiderat. In primis ut habeat, quibus cum poſſit familiares cō ferre ſermones, quod eſt difficile: niſi ſpeciem præ te uiri boni feras. *Ibidem.*

Nam ſi omnia facienda ſunt quæ amici uelint, non amicitiæ tales, ſed coniurationes putandæ ſunt. *Cicero lib. 1. Rhetorico. Veterum.*

Maxime bonum eſt amicitia, plurimæ enim delectationes ſunt in amicitia.

Cicero lib. 4. Rheto Nouorum.

Qui fortunis alicuius inducti amicitiā eius ſecuti ſunt, hi ſimul ac fortuna delapſa eſt, euolant omnes. *Ibidem.*

Cum enim receſſit ea res quæ fuit conſuetudinis cauſa, nihil ſupereſt quare poſſint in amicitia retinere. *Ibidem.*

Quē in amicitia perfidioſum cognoueris, eū quare putes inimicitias cum fide habere poſſe? *Ibidem.*

Ita ut hirundines æſtiuo tempore ſunt, frigore pulſæ recedunt, ita ficti amici ſereno uitæ tempore, præſto ſunt: ſimul ac hyemem fortunæ uiderint, euolant omnes.

Cicero libro 1. de Natura deorum,

Charū ipſum uerbū eſt amoris, ex quo amicitiæ nomē eſt ductū, quā ſi ad fructū noſtrū referemus, nō ad illius cōmoda quē diligimus, nō erit iſta amicitia, ſed mercatura quædam utilitatum ſuarū. Prata & arua, & pecudū greges diliguntur iſto modo, q̄ fructus ex eis capiuntur: hominum charitas & amicitia gratuita eſt,

Cicero libro 1. de Finibus bonorum & malorum.

Omnium autem rerum quas ad beate uiuendum ſapientia comparauit, nihil eſſe maius amicitia, nihil iucundius. Nec; uero hoc oratione ſolum, ſed multo magis uita & moribus comprobatur. Quod q̄ magnum ſit, fictæ ueterum fabulæ declarant. In quibus tam multis tamq; uarijs ab ultima antiquitate repetitis, tria uix amicorum paria reperiuntur, ut ad Oreſtem per P. Scipionis familiaritatem fuiſſe.

Cicero lib. 1. de finibus bonorum & malorum.

Nam cum ſolitudo & uita ſine amicis, inſidiarum & metus plena ſit: Ratio ipſa monet, amicitias comparare. Quibus partis, confirmatur animus & à ſpe pariendarum uoluptatum ſeiungi nō poteſt. Lætamur amicorum lætitia æque ac noſtra, & pariter dolemus angoribus.

Ibidem.

Cum autem uſus progrediēs familiaritatem effecerit, tum amorem effloreſcere tantum, ut etiam ſi nulla ſit utilitas ex amicitia, tamen ipſi amici propter ſeipſos amentur.

Ibidem.

Sunt autem qui dicunt fœdus quoddam eſſe ſapientiæ, ut ne minus amicos quidem quàm ſe ipſos diligant. *Ibidem.*

Amicitiæ uero locus ubi eſſe poteſt? Aut qui amicus eſſe cuiq̄, quem non ipſum amet propter ſeipſum? Quid autem eſt amare, ex quo nomen amicitiæ ductum eſt, niſi uelle bonis aliquem affici quàm maximis: etiam ſi ad ſe ex his nihil redeat.

Ibidem.

Vadem te ad mortē tyranno dapis pro amico, ut Pythagoreus ille fecit Siculo tyrāno: aut Pylades cum ſis, dices te eſſe Oreſtem, ut moriare pro amico. *Ibidem.*

Meipſum igitur ames oportet, non mea: ſi ueri amici futuri ſumus.

¶ *Cicero pro Roſcio Amerino.*

Idcirco amicitiæ comparantur, ut commune commodum mutuis beneficijs gubernetur.

¶ *Ibidem.*

Amicitia & fides, duæ res ſanctiſſimæ.

¶ *Ibidem.*

Qui amicitiæ fidem lædit, is oppugnat omnium commune præſidium, & quantum in ipſo eſt, diſturbat uitæ ſocietatem.

Saluſtius in Iugurtha.

Quis eſt amicitior q̄ frater fratri? Aut quem alienum fidum inuenies, ſi tuis hoſtis fueris?

Ibidem.

Non exercitus neq; theſauri, præſidia regni ſunt, uerum amici: quos neq; armis cogere, nec auro parare queas: officio & fide parantur.

¶ *Ibidem.*

Cupere eadem, eadem odiſſe, eadē metuere, homines in unum cogunt: Sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio eſt.

Ibidem.

Copia amicorum nulli unq̄ ſatis fuit.

Saluſtius in Catilinario.

Idem uelle atq; idem nolle, ea demū firma amicitia eſt. *T. Liuius libro 4. deca. 4.*

Amicitia duobus iſtis potiſſimum rebus uſo latur, ſi ſocios quis amici pro hoſtibus habeat, & cum hoſtibus ſe coniungat.

¶ Et ea cauſa fuit, cur à Nabiorum amicitia receſſerint Romani.

¶ Hoc ſignificauit & Pōpeius, cū oblata beni

¶ *Intereſſit & familiaritas maxima P. Scipioni cum Lælio, id quod teſtatur Cicero de Amicitia inquiens: Accepimus a patribus, maxime memorabilem, C. Lælij &*

Plutarchus περὶ πολυφιλίας.

καὶ ϛεῦγ ⊙ λέγονται θησεὺς καὶ πειρίθους, ἀχιλλεὺς καὶ πάτροκλ ⊙. ὀρέ ϛτ ⊙ καὶ πυλάδης, φιντίας καὶ δάμων. ἐπαμινώνδας καὶ πελοπίδας.

¶ Hoc ſignificauit & Pōpeius, cū oblata beni

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gnitate Mitylenæorum in ſua triſti fortuna uti non uellet, dicens, Satis Mitylenæos conciliaſſe ſibi inuidiæ & odij à Cæſare, ꝙ ſuam uxorem Corneliam, dum in Theſſalia gereretur bellum ciuile, hoſpitio acceperant, etiamſi ad eam inuidiam nihil ipſe ſuo hoſpitio & mora adꝛ̃ciat. Sed iam (inquiens initio libro octauo apud Lucanum) ſatis eſt feciſſe nocentes.

Val. Maxi. libro 4. tit. de Amicitia.

Proh, magnum & inexperabile tuum nu/men, Amicitia. *Euripides in Alceſti.*

φίλον πρὸς ἄνδρα χρὴ λέγειν ἐλευθέρως. Id eſt

Amicum uirum oportet alloqui libere.

Idem in Andromache.

—ἔνθ' τοῖς κακοῖς,
Οὐκ ἔστιν οὐδὲ κρεῖσσον οἰκείου φίλου. Id eſt,

—In aduerſis
Nihil eſt præſtantius noto amico.

Periander.

Φίλοις χρῶ. Id eſt, Amicis utere.

Ibidem.

ἔυφραινε φίλοις. Id eſt Delectare amicis.

Pittacus.

Φιλῶν κριτὸς μὸ γίνε. Id eſt, Amicorum iudex neſis.

Menander.

Δεῖ τοῖς φιλομένοις πίστιν, οὐ λόγους ἔχειν. id eſt,

Oportet eos qui amant fidem, non ſermones habere.

Ibidem.

ἢν τοῖς φιλοῦσι, χρημάτων κρείττων φίλος. id eſt,

In aduerſis autem, pecunijs præſtantior amicus.

Ibidem.

Μισοῦντα φιλῶ, καὶ φιλοῦντ' ὑπερφιλῶ. id eſt,

Qui te odio habet, amo: & qui te amat, deamo.

Ibidem.

νόμιζ' ἀδελφοὺς τοὺς ἀληθίους φίλους. id eſt,

Puta fratres, ueros amicos. Idem.

Φίλους ἔχων νόμιζε θησαύρους ἔχειν. id eſt,

Amicos habens, puta theſauros habere,

Theognis.

Μήποτε τὸ παρέοντα πάρεις φίλον ἄλλον ἐρέονα,
Δηλῶν ἀνθρώπων ῥήμασι πειθόμενος. id eſt,

Nunq̃ pricri poſthabito amico alium quæras.
Sontium hominum uerbis perſuaſus.

Plautus in Amphitryone.

Iræ interueniunt hoibus. Redeunt rurſum in gratiã.
Verum iræ ſi quæ forte eueniunt huiuſmodi,
nter e os rurſum ſi reuentum in gratiam eſt.
Bis tanto amici ſunt inter ſe q̃ priu-

plautus in Epidico.

Is eſt amicus, qui in re dubia iuuat, ubi re opus eſt. *Plautus in Sticho.*

Hoc tu facito cogites, ut cuiq; homini res parata eſt, firmi amici ſunt. Si res laſſę labant, itidẽ amici collabaſcunt. *Ibidem.*

¶ Næ amicũ caſtigaræ ob meritã noxiã, immane eſt facinus, uerum in ærate neceſſarium.

¶ In eãdẽ ſententiã diſputat Cicero libro pri. Officiorum, in fine: Obiurgationes, inquiens, etiam nonnunq̃ neceſſariæ, in quibur utendũ eſt fortaſſe & uocis contentione, & uerborum grauitate maiore, & cætera.

¶ In eandẽ ſententiã ſunt quædã apud Chryſoſtomum. in fine libri primi περὶ ἱερωσύνης.

Plautus in Trinumo.

Deſerere amicum & non iuuare in rebus aduerſis pudet. *Terent. in Andr.*

Nam hoc tempore obſequium amicos, ueritas odium parit. *Terent. in Eunuc.*

Errat lõge mea quidẽ ſentẽtia, q̃ imperiũ credit grauius eſſe aut ſtabilius ꝙ ui fit, q̃ illud q̃d amicitia adiungit. *Terent. Comædia 5.*

Nam uetus uerbum hoc eſt, communia eſſe amicorum inter ſe omnia.

Ouid. de Arte amandi libro pri.

Tuta frequens q̃ uia eſt, per amici fallere nomen:
Tuta frequens q̃ licet ſit uia, crimen habet.

Idem libro 2. artis.

Sit procul omne nefas: ut ameris, amabilis eſto.
Quod tibi non facies ſolaue forma dabit.

Ouid. Triſt. libro 1. elegia 4.

Si tamen hæc nauis uento ferretur amico,
Ignoraretur forſitan iſta fides.
Theſea Pirithous non tam ſenſiſſet amicum,
Si non infernas uiuus adiſſet aquas.
Vt foret exemplum ueri Phoceus amoris,
Fecerunt furiæ triſtis Oreſta tuæ.
Si non Euryalus Rutulos cecidiſſet in hoſtes,
Hirtacidæ Niſi gloria nulla foret.

Ibidem.

Scilicet ut ſuluum ſpectatur in ignibus aurum,
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.
Dum iuuat, & uultu ridet fortuna ſereno,
Indelibatas cuncta ſequuntur opes.
At ſimul intonuit: fugiunt, nec noſcitur ulli
Agminibus comitum, qui modo cinctus erat.

Ouid Triſt. libro 1. elegia 7.

Illud amicitiæ ſanctum & uenerabile nomen,
Nunc tibi pro uili ſub pedibus q̃ iacet.

Idem lib. 1. Triſt. elegia 8.

Donec eris felix multos numerabis amicos,
Tempora ſi fuerint nubila ſolus eris.
Aſpicis ut uentant ad candida tecta columbæ:
Accipiat nullas ſordida turris aues.
Horrea formicæ ueniunt ad inania nunq̃.
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.

Ouid. Triſt. libro 3. elegia 4.

Vitæ ſine inuidia, molles q̃ inglorius annos
Exige, Amicitias & tibi iunge pares.

Ouid. libro 2. Ponto.

Turpe quidem dictu, ſed ſi modo uera fatemur,
Vulgus amicitias utilitate probat.
Cura quid expediat prior eſt q̃ quid ſit honeſtum:
Et cum fortuna ſtat q̃ cadit q̃ fides.
Nec facile inuenies multis e millibus unum,
Virtutem præcium qui putet eſſe ſui.

Ibidem.

Illud amicitiæ quondam uenerabile nomen
Proſtat, & in quæſtu pro meretrice ſedet.

Ibidem.

Diligitur nemo. niſi cui fortuna ſecunda eſt,
Quæ ſimul intonuit, proxima quæq; fugat.
En ego non paucis quondam munitus amicis,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dum flauit uelis aura ſecunda meis?
Vt fera nymboſo tumuerunt æquora uento,
In medijs lacera naue relinquor aquis.
Martialis Epigr. lib. 5.
Extra fortunam eſt quicquid donatur amicis:
Quas dederis ſolas ſemper habebis opes.
Idem libro ſexto ad Marcum.
Vt Præſtem Pyladen, aliquis mihi præſtet Oreſtem.
Hoc non fit uerbis Marce, ut ameris ama.
Horat. car. libro pri. Ode 13.
Felices ter & amplius.
Quos irrupta tenet copula nec malis
Diuulſus quærimonijs
Suprema citius ſoluet amor die.
Horat. Ser. lib pri. Satyra 3.
Stultus & improbus hic amor eſt, dignuſq; notari.
Cum tua peruideas oculis mala lippus iunctis,
Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum?
Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?
Ibidem.
Vellem in amicitia ſic erraremus, & iſti
Errori nomen uirtus poſuiſſet honeſtum.
At pater ut gnati, ſic nos debemus amici.
Si quod ſit uitium non faſtidire. -
Ibidem.
Nam uitijs nemo ſine naſcitur: optimus ille eſt
Qui minimis urgetur. Amicis dulcis, ut æquum eſt,
Cum mea compenſet uitijs bona, pluribus hiſce:
Si modo plura mihi bona ſunt, inclinet: amari
Si uolet, hac lege in trutina ponetur eadem.
ibidem.
-Quanto hoc furioſius atque
Maius peccatum eſt? Paulum deliquit amicus.
Quod niſi concedas habeare inſuauis, acerbus.
Ibidem.
- Et mihi dulces.
Ignoſcent. ſi quid peccauero ſtultus, amici.
Ibidem Sat. 4.
- Abſentem qui rodit amicum:
Qui non defendit alio culpante: ſolutos
Qui captat riſus hominum, famamq; dicacis:
Fingere qui non uiſa poteſt, commiſſa tacere
Qui nequit: hic niger eſt hunc tu Romane caueto.
Idem Ser. libro ſecundo Sat. quinta.
Tibi me uirtus tua fecit amicum.
Ibidem.
Ni lego conferim incundo ſanus amico.
Horat. epiſt. libro pri. epiſt. 22.
Vilis amicorum eſt annona bonis, ubi quid deeſt.
C. Manilius Aſtronomiæ ſuæ libro ſecundo.
Iccirco nihil ex ſemet natura creauit
Pectore amicitiæ maius, nec rarius unq.
Vnus erit Pylades, unus qui mallet Areſtes
Ipſe mori: leuis una fuit per ſecula mortis,
Alter q; raperet fatum, non cederet alter:
Et duo qui potuere ſequi uix noxia pœnis.
Optauitq; reum ſponſo non poſſe reuerti:
Sponſoremq; reum timuit: ne ſolueret ipſum.
Per totq; ætates hominum, tot tempora & annos,
Tot bella & uarios etiam ſub pace labores
Cum fortuna fidem quærat, uix inuenis unq.

AMor cupidineus græce ἐρωτικὸς dicitur. Qui quid ſit, uide infra ubi deſcribitur à Seneca, ubi dicit uolucrem eſſe amorem, & reliqua.

Auguſtinus de utilitate credendi.
Sordes animi ſunt amor quarumlibet rerũ, præter animũ & deũ. A quibus ſordibus quãto quiſq; eſt purgatior, tanto uerũ facilius intuetur.

Auguſtinus de moribus eccleſiæ contra Manichæos.
Nihil tam durum atq; ferreum, quod non amoris igne uincatur.

Auguſt. lib. 15. de ciuitate dei,
Omnis creatura cum bona ſit, & bene amari poteſt & male. Bene ſcilicet ordine conſtituto: Male ordine perturbato.

Auguſtinus ſuper pſalmum 64.
Duas ciuitates duo faciunt amores. Hieruſalem facit amor dei. Babyloniam, facit amor ſeculi. Interroget igitur ſe unuſquiſq; quid amet: & inueniet unde ſit ciuis.

Auguſtinus libro de Viduitate.
Nullo modo oneroſi ſunt labores amantiũ. Sed ipſi delectant, ſicut uenantium, aucupantium, piſcantium.

Hieronymus in epiſt. ad Nepotianum.
Crebra manuſcula, & ſudariola & faſciolas, & ueſtes ori applicatas & oblata, ac deguſtatos cibos blãdas dulcesq; literas ſanctus amor non habet. *Ambroſius in ſermone de Aſſumptione.*
Hoc habet impatiens amor ut quem deſiderat, ſemper inuenire ſe credat: ignorat ſiquidem iudicium & ratiõe multoties caret. Neſcit modum; nec aliud cogitare q̃ quod amat poteſt, q̃ quod diligit. Amor non accipit de impoſſibilitate ſolatium, nec ex difficultate remediũ, nec conſilio temperatur, nec pudore frenatur, nec ratione ſubijcitur.

Ioan Chry. ſuper illud Sic dilexit deus mundum.
Nemo amatorum carnalium, etiam ſi ſit ſupra modum inſaniens, ita exardeſcere poteſt in amorem dilectæ ſuæ, quemadmodum deus effunditur in amore animarum noſtrarum.

Bernardus de præcepto & diſpenſatione.
Non enim præſentior eſt ſpiritus noſter ubi animat, q̃ ubi amat: niſi forte magis putet eſſe, ubi iunctus ex neceſſitate tenetur, q̃ quo alacri fertur uoluntate.

Seneca in Prouerbijs.
Amans quid cupiat ſcit, quid ſapiat non uidet. Amans quod ſuſpicatur uigilans, ſomniat. Amor extorqueri non poteſt, elabi poteſt. Ab amante lachrymis redimas iracundiam. Amare iuueni fructus eſt, crimen ſeni. Amor otioſæ cauſa eſt ſolicitudinis.

Seneca Tragœdia quarta.
Quiſquis in primo obſtitit pepulitq; amorem,
Tutus ac uictor fuit.
Seneca ibidem.
Quod ratio poſcit uincit, ac regnat furor,
Potensq; tota mente dominatur deus.
Hic uolucer omni regnat in terra potens,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Volitatq; cœlo pariter & terris grauis.
Seneca Tragœdia quarta.
Precibus haud uinci potest. Amore dicimus uinci feros.
Seneca Tragœdia nona.
Volucrem esse amorem fingit immitem deum
Mortalis error, armatq; telis manus,
Artusq; sacros instruit sæua face.
Genitumq; credit Venere, Vulcano fatum.
Vis magna mentis, blandus atq; animi calor
Amor est: iuuente gignitur luxu,
Otio nutritur inter læta fortunæ bona.
Quem si fouere atq; alere desistas, cadit:
Breuiq; uires perdit extinctas suas.
Seneca Tragœdia 10.
Hærere amantes post uagos ignes solent.
Ibidem.
Vicit & superos amor.
Seneca in Hippolyto
Compesce amoris impij flammas precor.
Cicero Rhetor. nouorum libro quarto.
Perditissima oratio est amorem petere, pudorem fugere, diligere formã, negligere famam.
Lucius Apuleius de Asino aureo I. brotertio.
Flamma qui amoris paruo quidem primo uapore delectat, sed fomento consuetudinis exæstuans, immodicis ardoribus totus aduritho/mines. *Euripides in Medea.*
βρότοισιν ἔρωτες ὐκ κακὸν μέγα. id est,
Mortalibus amores q̃ magnum malum.
Idem ibidem.
ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν
ἔλθοντες, οὐκ εὐλοξίαν
οὐδ' ἀρετὴν παρέλωκαν
ἀνδράσιν εἰδ' ἄλις ἔλθοι κύπρις
οὐκ ἀλλαθεὸς ἔυχαρις οὕτω.
Amores nimij
Cum accesserint, non bonam famam
Neque uirtutem attulerunt
Hominibus. Si temperata accesserit Venus,
Non alia dea adeo gratiosa.
Incertus autor.
τίς θεὸν εἶπεν ἔρωτα, θεὸν κακὸν οὐλέμον ὄμμεν
ἔργον ἐπ' ἀνθρώπων αἵματι μειλιάει. id est,
Quis deum dixit amorem? dei malum nullum uidemus
Opus. ast hic hominum sanguine ridendo gaudet.
Phocylides.
νεμνὸς ἔρως ἀρετῆς, ὃς δὲ κύπριδος ἄφρος ὀφέλλει
Venerandus amor uirtutis, sed Veneris insaniã auget.
Plautus in Asinaria.
Vt miser est homo qui amat, imo uero qui pendet multo est miserior.
Plautus in Curculione.
Aedepol qui amat, si eget, misera afficitur ærumna.
Ipsum se excruciat.
Plaut. in Cistellaria.
Qui omnes homines supero atq; ante eo,
Cruciabilitatibus animi iactor, crucior, agitor.
Stimulor, uersor in amoris uota Miser examinor,
Feror differor distrahor, diripior:
Ita nullam mentem animi habeo.
Vbi sum, ibi non sum: Vbi non sum, ibi est animus.
Plautus in Mustellaria.

Vbi amor aduenit in cór hominis, & is usq; in pectus permanauit, & cor permadescit, simul res, fides, fama, uirtus decusq; deserunt, homo fit modo nequior. *Plautus in Persa.*
Miser est qui amat.
Nihil amas, cum ingratum amas.
Plaut. in Trinumo.
Quid fecius est, aut qd interest, dare te in manus argentũ amanti homini adolescenti, an gladiũ quo se occiderit? *Ibidem.*
Amor amara dat tibi datis. Nam quem amor præcipitauit, peius perit q̃ si saxo saliat.
Ibidem.
Insanum est & malum in hospicium diuerti ad Cupidinem. *Plaut. in Truculento.*
Ab amatore poscere atq; auferre, mos est mulierum:
Nam omnes id faciunt, cum se amari intelligunt.
Plautus in Bacchide.
Celerem oportet esse amatoris manum.
Terentius in Eunucho.
In amore hæc omnia insunt uitia: Iniuriæ, suspiciones, inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rursum. Incerta hęc si postules ratione certa facere, nihilo plus agas, q̃ si des operam, ut cum ratione insanias. *Ibidem.*
Quæ res in se nec consilium neq; modum habet ullum, consilio regere non potes.
Virgil. in Bucolicis.
Quis enim modus adsit amori?
Ibidem.
An qui amant ipsi sibi somnia fingunt.
Ibidem.
Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina riuis.
Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ.
Ibidem.
Omnia uincit amor, & nos cedamus amori.
Virg. libro pri. Aeneidos.
Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?
Ouid. de Arte amandi libro pri.
Palleat omnis amans, color est hic aptus amanti.
Ibidem.
Attenuant iuuenum uigilatæ corpora noctes
Curaq; & in magno qui fuit amore dolor.
Ouid. libro secundo de Arte amandi.
Militiæ species amor est, discedite segnes,
Non sunt hæc timidis signa tuenda uiris.
Ibidem.
Quod iuuat exiguum est, plus est quod lædit amantes:
Proponant animo multa ferenda suo.
Quod lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hybla,
Cerula quot baccas Pallidis arbor habet,
Littore quot conchæ tot sunt in amore dolores,
Quæ patimur multo spicula felle madent.
Ouidius libro secundo de Remedio amoris,
Intrat amor mentes usu, dediscitur usu:
Qui poterit sanum fingere tutus erit.
Ibidem.
Quisquis amas, loca sola nocent, nocent sola cauto.
Quo fugis? in populo tutior esse potes.
Ibidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Neue puellarũm lachrymis mouedre caueto:
Vt flerent, oculos erudiere ſuos.
Ibidem.
Vt pene extinctum cinerem ſi ſulphure tangas,
Viuet, & ex minimo maximus ignis erit.
Sic niſi uitaris quicquid reuocauit amorem,
Flamma redardeſcet quæ modo nulla fuit.
Ouidius Triſt. libro 4. Elegia pri.
Sentit amans ſua damna ferens, tamen hæret in illis,
Materiam culpæ proſequiturq; ſuæ.
Ouid. epiſt. Penelopes ad Vlyſſem.
Res eſt ſolliciti plena timoris amor.
Ouid. epiſt Phedræ ad Hippolytum.
Quid deceat non uidet ullus amans.
Ouid. epiſt Hiſipyles ad Iaſonem,
Credula res amor eſt.-
Idem epiſt. Medeæ ad Iaſonem.
-Quis bene cælat amorem?
Idem epiſt. Paridis Helenam.
-Quis enim cælauerit ignem?
Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo.
Ibidem.
Sed tamen apparet diſſimulatus amor.
Ouid. epiſt. Herus ad Leandrum.
-Quis enim ſecurus amauit.
Ouid. Metamorph. lib. 2. fabula 13.
Non bene conueniunt ne in una ſede morantur,
Maieſtas & amor
Ibidem lib. tertio fabula ſexta.
-Minimum eſt quod amantibus obſtat.
Ibidem lib. quarto fabula tertia.
Quoq; magis tegitur, tectus magis æſtuat ignis.
Ibidem.
Audacem faciebat amor.
Ibidem lib. ſexto fabula ſexta.
Et nihil eſt quod non inſano captus amore
Auſit.- Ibidem.
Facundum faciebat amor.-
Idem lib. 7. fabula pri.
-Video meliora probǫ́q;
Deteriora ſequor.
Idem lib. 7. fabula 27.
-Sed cuncta timemus amantes.
ibidem.
Crudelis res amor eſt.-
Idem lib. nono Metamorph fabula 10.
Spes eſt quæ capiat, ſpes eſt quæ paſcat amorem.
idem lib 13. fabula 7.
-Proh quanta potentia regni.
Eſt Venus alma tui?
Propertius lib. pri. Elegia 3.
Hæc amor, hæc liber, durus uterq; deus.
Idem Elegia quinta.
Nec tibi nobilitas poterit ſuccurrere amanti,
Neſcit amor priſcis cedere imaginibus.
Ibidem Elegia 14.
Neſcit amor magnis cedere diuitijs.
Idem lib. ſecundo Elegi. pri.
Omnes humanos ſanat medicina dolores,
Solus amor morbi non amat artificem.
Ibidem Elegia tertia.
Ac uelut primo taurus detrectat aratra,
Poſt uenit aſſueto mollis ad arua iugo:
Sic primo iuuenes trepidant in amore feroces,
Dehinc domiti, poſthæc æqua & iniqua ferunt.
Ibidem Elegia quinta.
Omne in amore malum, ſi patiare leue eſt.
Ibidem Elegia nona.
Omnia uertuntur, certe uertuntur amores,
Vinceris, aut uincis: hæc in amore rota eſt.
Ibidem Elegia 13.
Quicunq; ille fuit primus qui pinxit amorem,
Nonne putas miras hunc habuiſſe manus?
Hic primum uidit ſine ſenſu uiuere amantes,
Et leuibus curis magna perire bona.
Idem non fruſtra uentoſas addidit alas,
Fecit & humano corde uolare deum,
Scilicet alterna quoniam iactamur in unda,
Noſtraq; non ullis permanet aura locis.
Et merito hamatis manus eſt armata ſagittis,
Et Pharetra ex humero Gnoſia utroq; iacet.
Ante ferit quoniam, tuti q̃ cernimus hoſtem,
Nec quic q̃ ex illo uulnere ſanus abit.
Ibidem Elegia 15.
Scilicet inſano nemo in amore uidet.
Idem Elegia 16.
Si neſcis oculi ſunt in amore duces.
Ibidem Elegia 17.
Turpis amor ſurdis auribus eſſe ſolet.
idem Elegia 24.
Libertas quoniam nulli iam reſtat amanti
Nullus liber erit, ſi quis amare uolet.
ibidem Elegia 27.
Multum in amore fides, multum conſtantia prodeſt,
Qui dare multa poteſt, multa & amare poteſt,
ibidem Elegia 31.
Quo fugis ah demens, nulla eſt fuga: Tu licet uſque
Ad Tanaim fugias uſq; ſequetur amor.
ibidem Elegia ultima.
Expertus dico, nemo eſt in amore fidelis.
ibidem.
Tu mihi uel ferro pectus uel perde ueneno,
A domina tantum te modo tolle mea.
Te ſocium uitæ, te corporis eſſe licebit,
Te dominum admitto rebus amice meis.
Lecto te ſolum, lecto te deprecor uno,
Riualem poſſum non ego ferre Iouem.
Propertius libro 3. Elegia quinta.
Pacis amor deus eſt, pacem ueneramur amantes,
Ibidem Elegia 21.
Ipſe alimenta ſibi maxima præbet amor.
Ibidem.
Quantum oculis, animo tam procul libit amor.
Tibullus libro pri. Elegia 2.
Audendum eſt. Fortes adiuuat ipſa Venus
En ego cum tenebris tota uagor anxius urbe,
Securum in tenebris me facit eſſe Venus.
Ibidem.
-Cælari uult ſua furta Venus.
Idem libro primo Elegia quinta.
-Nam donis uincitur omnis amor.
Idem Elegia ſexta.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem Elegia ſexta

Iuſſit amor: contra quis ferat arma deos,

Tibullus lib. 3. Elegia 8.

Nulla fides Veneri periuria ridet amantum
Iuppiter, & uentos irrita ferre iubet.

Franciſcus Petrarcha: Soneto 61.

Ben ſapea io: che natural conſilio
Amor contra di te giamai non ualſe:
Tanti laci uol tante promiſſe falſe
Tanto prouato hauea tuo fier artigillio. id eſt,
Plane ſciebam humana conſilia
Amor contra nunq̃ ualuiſſe,
Tot laqueos, tot falſa promiſſa,
Toties expertus eram tuum ferox artificium.

Idem Soneto 166.

Laci ha amor mille, & neccun tende in uano. id eſt,
Laqueos habet amor mille, & nullum fruſtra intendit.

Franci. Petrar cantil. 34. Stantia 6.

Quel chio ſo uedo, & non mingnana il uero
Malcõnoſcuto Anci mefforza amore,
Che la ſtrãda dhonore
Mai non laſſa ſequire chi tropo il crede. id eſt.
Quod facio uideo: nec me decipit ueritas
Latens: ſed amor mihi uim infert,
Qui iter honoris
Nunq̃ permittit ſequi eos, qui ſibi credunt.

Fran. Petrar. triumpho amoris cap. pri.

Queſto e collui chel mundo chiama amore,
An ore come uedi & uederai meglo,
Quando ſia tuo, cõmo e noſtro ſignore
Manſueto fanciullo & fiero ueglo.
Benſa chil proua. & ſiati coſa piana.
Anci millanni, infino adhorti ſueglo,
Et naque docio, & dilaſciuia humana,
Nutrito di penſer dolci & ſuaui.
Fãtoſi gnudr & dio de gente uana.
Tal e morto da lui, qual cum piu graui
Legi mena ſua uita aſpera & acerba,
Sotho mille cathenè & mille chiaui. id eſt,
Hic eſt ille quem orbis nuncupat amorem,
Amarus ut uides, & melius uidebis,
Quando tibi, ut nobis, dominabitur
Humanus puer & ferus uertagus.
Id ſciunt experti, & tibi palam fiet.
Ante mille annos & nunc, te admoneo,
Is natus eſt ex otio, & humana laſciuia,
Nutritus curis dulcibus & ſuauibus,
Factus dominus & deus hominum leuium.
Talis eſt mortuus ab eo, qui grauioribus
Legibus ducit ſuam uitã aſperam & acerbã,
Sub mille catenis & mille clauibus.

Fran. Pretrar. triumpho Amoris ca. 2.

So come amor ſaetra, & come uóla,
Et ſo come hor monaccia & hor percotte:
Come roba per forſa, & come inuola.
Et ſo come ſono inſtabile ſue rote,
Leſperanze dubioſe, & dolor certo,
Se promiſſe di ſe come ſon uote.
Come ne el oſſa il ſuo foco coperto,
Et ne le uene uiue occulta piaga.
Vnde e morie paleſe, e incendio aperto.

In ſumma ſo come inconſtante & uaga,
Timida & ardita uita deglamanti:
Chun pocho dulce multo amaro appaga.
Et ſoicoſtumi & lor ſoſpir & canti,
Et parlar rotto, el ſubito ſilentio,
El breuiſſimo riſo e in lon chi pianti,
Et qual el mul temprato cum laſſentio. id eſt,
Scio qualiter amor ſagittat, & quõ uolat,
Et ſcio q̃liter nũc minat, & nunc uero pcutit,
Sicut furatur ui, & quomodo dilabitur.
Et ſcio uti ſunt inſtabiles ſuæ rotæ,
Dubiæ eius ſpes, & dolor certus,
Eius promiſſa fidei qualiter ſint uacua.
Quomodo in oſſibus ſuis ignis tectus eſt,
Et in uenis uiuit antiqua plaga:
Vnde & mors patens incendium.
In ſumma ſcio, qualiter inconſtans & uaga,
Timida & audens ſit amantium uita:
Vt in modica dulcedine appareat amaritudo
Eius mores, ſuſpiria cantuſq̃, (plurima.
Sermo interruptus, ſilentium ſubitum.
Breuiſſimus riſus, & in eius oculis gemitus,
Et quale eſt mel cum abſinthio temperato.

Fran. Petrar. triumphi Amoris ca. 3.

Hor quui triumpho il ſignore gentile
Di noi & dãltri tuti, che ad un lacio
Preſi hauea, dal mar dindia a quel di Thyle.
Penſieri in grembo, & uanitate in braccio
Dilecti fugitiui & ferma tromina:
Roſe dinuerno, a mexaſtate il giaccio.
Dubia ſpeme damanti, & breue gioia
Pœnitentia & dolor doppole ſpale,
Qual nel regno di Roma o in quel di Troia. id eſt,
Iam ibi triumphauit generoſus dominus
De nobis & cũctis alijs, quos ad eundẽ laqueũ
cõprenderat, à mari Indo ad mare q̃ ad Thylẽ
Cogitationes in gremio, et in brachio uanitates:
Grati qui fugiunt, & firmum faſtigium
Roſæ hyemales, æſtate media glacies.
Dubia ſpes amantium, & breue gladium
Pœnitentia & dolor poſt dorſum ipſum
Qualis in regno Romano aut Troiano.

Fran. Petrar. Amoris cap. 4.

Triumphar uolſe, quel chel uolgo adora:
Et uidi a qual ſeruiggio, & aqual morte.
Et a cheſtraccio ua, che ſiamora.
Errori, ſogn & imagine ſmorte
Eran dintorno alcarro triumphale:
Et falſe opinion ſopra le porte.
Et ſta ubrico ſperar ſoprale ſcale.
Stancho ripoſo, & ripoſato affanno?
Et gradi oue piu ſcende chiu piuſale.
El dannoſo gaudagno, & util danno:
Chiar dis honor, & gloria obſcura & nigra,
Perfida le altate, & fido inganno,
Sollicito furor, & ragion pigra.
Carcere oue ſi uien per ſtrade aperte,
On per freta a granpœna ſi migra.
Ratte ſceſe alintrar, nl uſcir erte.
Dentro confuſion turbida & miſchia
Dicerte doglie, & dalegreze incerte.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Non bolli mai Vulcan. Lippari & Iſchia,
Stromboli & moncibello come quel loco.
Poco amaſe, chin talgiaco ſarriſchia. *id eſt.*
Triumphare uoluit is, quem uulgus ueneratur:
Et uidi ad quale ſeruitium, & qualem mortem,
Et ad quem ſpretum it, captus amore.
Errores ſomni atq; imagines paſtore obſitæ
Circunſtabant triumphalem currum:
Et falſæ opiniones in ipſis foribus.
Lubrica quoq; ſpes in ſcalarum gradibus.
Feſſa requies, & laborans requies:
Et gradus ubi plus deſcendens aſcendit magis.
Damnoſum lucrum. & damnum ipſum utile.
Clarum dedecus & gloria obſcura & nigra,
Perfida fides atq; fida deceptio,
Sollicitus furor & ratio pigra.
Carcer quo peruenitur apertis uijs,
Hucq; accelerando ad ingentem pœnam migratur.
Præcipites deſcenſus in ingreſſu, in exitu autem erecti plurimum.
Intus confuſio turbulenta atq; lis ingens
Pœnarum certarum, at gaudiorum incertitudo nulla.
Nõ ſerbuerũt ſic unq; Vulcani inſulæ Liparis, aut Inari
Strongile aut Aetna in tanta ira. (me
Parum ſeſe diligit, qui tali ludo ſe immiſcet.

AMOR DEI græce ἐροστεοῦ dicitur: qui charitas & impietas erga deũ eſſe uidetur. De qua uide infra Charitas.

Deuteronomij ſexto.

Audi Iſrael. Dominus deus ueſter, deus unus eſt. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua *Paralipomenon 6.*

Quærite dominum & uirtutem eius: quærite faciem eius ſemper. *Ad Romanos octauo.*

Diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum. *Mathæi 22.*

Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximũ & primum mandatũ. Secundũ aũt ſimile eſt huic: Diliges proximũ tuũ, ſicut teipſum. In his duobus mandatis uniuerſa lex pendet & prophetæ. *Luceæ decimo.*

Diliges dominũ deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribꝰ tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum ſicut teipſum. *Auguſt. ſuper Pſal. 64.*

Duas ciuitates, duo faciunt amores: Hieruſalem facit amor dei: Babyloniam facit amor ſeculi. Interroget igitur ſe unuſquiſq; quid amet, & inueniet unde ſit ciuis.

Hieronymus in epiſtola ad Demetriadem.

Fœlix cõſcientia illa, in cuius corde præter amorẽ Chriſti, quæ eſt ſapiẽtia, caſtitas, patientia atq; iuſtitia, nullus alius uerſatur amor, nec ad recordationem hominis aliquãdo ſuſpirat, nec uidere deſiderat, quod cum uiderit, nolit dimittere. *Auguſt. de Cathezizandis rudibus.*

Ama amorẽ illius, qui amore tui amoris deſcẽdit in uterũ uirginis, & ibi amorẽ ſuũ amori tuo copulauit. Humiliando ſe, ſublimando te, conjungendo lumen ſuæ æternitatis, limo tuę mortalitatis. *Ibidem.*

Cõſtans & perfectus debet eſſe amor noſtri: ut ſi neceſſe fuerit, amore illius moriamur, qui amore noſtri placide ac benigne mori dignatus eſt. *Auguſt. libro Confeſſionum.*

Minus domine te amat, qui aliquid tecum amat, quod propter te non amat.

Auguſt. epiſt. ad Macedonianum.

Ad deũ qui ubiq; præſens eſt, ubiq; totus eſt, non pedibus licet ire, ſed moribus: mores autem noſtri non ex eo quod quiſq; nouit, ſed ex eo quod diligit, dijudicari ſolẽt: nec faciunt bonos uel malos mores, niſi boni uel mali ſint amores.

Auguſt. contra Manichæos libro primo.

Si uoluntatem dei quiſq; noſſe deſiderat, fiat amicus deo: quia ſi uoluntatem hominis noſſe quiſq; uellet, cui amicus non eſſet, omnes eius impudentiam deriderent: non autem quiſq; efficitur amicus dei, niſi purgatiſſimis moribus.

Auguſt. libro de moribus eccleſiæ.

Modus diligẽdi deum eſt, ut diligatur quantum poteſt diligi. & quanto plus diligitur, tanto eſt dilectio melior.

Auguſt. libro octauo de Ciuitate dei.

Non dubitat etiam Plato hoc eſſe philoſophari, ſcilicet deum amare.

Auguſt. ſuper illud Hoc mandatum do uobis.

Qui diligit deũ non poteſt nõ cõtemnere prę cipientem, ut diligat proximũ: & qui ſancte ac ſpiritualiter diligit proximũ, quid in eo diligit niſi deum? *Hieronymus ſuper Ioſue homil. pri.*

Qui amicitias petit Ieſu, multorum ſibi ſciat eſſe inimicitias tolerandas. Nam cũ anima uerbo dei ſe ſociauerit, dubitare nõ debet, ſtatim ſe inimicos ſe habiturum, & eos quos ante habuit amicos, in aduerſarios eſſe uertendos.

Ambroſius de fuga ſeculi.

Cui portio deus eſt, nihil debet curare niſi deum, ne alteri⁹ impediatur neceſſitatis munere: quod enim ad alia officia cõfertur, hoc religionis cultui atque huic noſtro officio decerpitur. Hæc em̃ uera eſt ſacerdotis fuga, abdicatio domeſticorum, & quædam alienatio chariſſimorum, ut ſuis abneget, qui ſeruire deo elegerit.

Gregorius libro ſecundo Moralium.

Solent nõnulli in proſperis deum diligere, in aduerſis autem flagellantem minus amare.

Gregorius libro 5, Moralium.

Tunc plenius in dei dilectione proficimus, cũ in eiuſdẽ dilectionis gremio prius proximi charitate lactamur,

Gregorius libro 16. Moralium.

Amãti deũ dilatio imponit̃, ut ex dilato amoris deſiderio meritum retributionis augeatur.

Grego. in hom. Maria ſtabat ad monument.

Certe iam monumentum uacuum uiderat, iam ſublatum dominum nuntiauerat; quid eſt ꝙ ſe iterum inclinat, iterum uidere deſiderat: ſed amanti ſemel inſpicere nõ ſufficit, quia uis amoris intentionem multiplicat inquiſitionis.

Grego/

Gregorius in Hom. Maria ſtabat ad monumen.

Mulier quid ploras? quem queris? Interroga tur cauſa doloris, ut augeatur deſideriū quæ rentis: quàtenus cum nominaret quem quære ret, in amore eius ardentius æſtuaret.

Gregor. ſuper Ezechie.

In quantum quiſq; amat, intãtum ad ingreſ ſum regni appropinquat. In quãtum uero ama re negligit, intantum ingredi recuſat.

Bernardus ſuper Cant. ſerm. uigeſimo.

Dilexit nos deus dulciter, ſapiẽter, fortiter. Dulciter nempe dixerim, q̃ carnem induit. Sa pienter, quia culpam cauit. Fortiter, quia mor tem ſuſtinuit. Diſce ergo Chriſtiane a Chriſto, quemadmodũ diligas Chriſtum. Diſce amare dulciter, ne illecti]: prudenter, ne decepti, forti ter, ne compreſſi deficiamus. *Ibidem.*

Toto corde, tota anima, tota uirtute diligere, eſt omne quod blanditur de carne propria uel aliena, ſacroſanctæ carnis Chriſti amore poſtpo nere. *Ibidem.*

Magna res amor, ſi ad ſuum recurrat princi ium, ſi ſuæ origini reddatur, ſi refuſus ſuo fonti ſemper ex eo ſumat unde iugiter fluat.

Bernardus ſuper Cant. ſerm. 30.

Sapientia eſt deus, & uult amari nõ ſolum dul citer, ſed & ſapiẽter. Alioquin facilime zelo tuo ſpiritus illudit. Erroris enim ſcientiã negliges. Nõ enim habet callidus hoſtis medicamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quàm ſi efficere poſſit, ut in ea incaute, & non cum ratione ambuletur.

Bernardus in tractatu de diligendo deum.

O iugum ſancti amoris, quàm dulciter capis: glorioſe laqueas, ſuauiter premis, delectanter oneras, fortiter ſtringis, prudenter erudis. O fœ lix amor, ex quo oritur ſtrenuitas morum, puri tas affectionum, ſubtilitas intellectuum, deſide riorum ſanctitas, operum claritas, uirtutũ fœ cunditas, meritorum dignitas, præmiorum ſub limitas. *Ibidem.*

Prior deus dilexit nos tantus, tantum & gra tis, tantillos & tales. *Ibidem.*

Vultis à me audire, quare & quõ diligendus eſt deus? Et ego dico q̃ cauſa diligẽdi deũ, deus eſt: modus, ſine modo diligere. Ob duplicẽ cau ſam dico deum propter ſe diligẽdum: uel quia nihil iuſtius, uel q̃ nil fructuoſius diligi poteſt,

Petrus Rauennas ſuper illud: Diliges domi num deum tuum &c.

Ama ergo homo deum. Ama totus, ut poſſis omnia ſine labore uincere, & delere peccata: Teneræ militiæ, delicati conflictus eſt, amore ſolo de cunctis criminibus reportare uictoriã.

Beda ſuper Cantica.

Multũ quidẽ uexat hominẽ cum relinquitur amor mundi. Multo amplius tamen cruciat, cũ calcatur amor ſui. Veruntamen ſuper omnia tranſſigit & penetrat cor hominis, & excoquit deſiderium æſtibus amor dei: unde eſt illa uox. Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amo re langueo.

Baſilius in Hexameron.

Qui uult ueram dilectionẽ præguſta re, Chri ſtum diſcat ſuauiter amare. Quia Chriſtus a mor eſt, *Ibidem.*

Theſaurus indeficiens eſt amor diuinus: quẽ qui habet dives eſt: quo quicunq; caret, pauper eſt. *Ibidem.*

Vnguentum ſuaue & optimũ eſt amor ſum mi boni, quo peſtes mentis ſanantur, & cordis oculi illuminantur. *Caſſiod. ſuper Pſal. 41.*

Qui deũ ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota uirtute diligit, locum uitijs nõ reliquit. Non em̃ intrat diabolus, cũ deo totus occupa tus eſt animus. Diabolus em̃ uacantẽ deſiderat, nudatã perquirit. Sed ubi deũ reperit, ſub ma gna cõfuſiõe recedit. Viſibilia cũ aliquo liquo re plena ſunt, ſuperuenientiũ augmenta non ca piunt. Ita nos diuina charitas ſi totos repleat, nõ erit quo crimẽ introeat. *Hugo de ara lib. 1.*

Inter mundi & dei amorem hæc eſt differen tia: quia amor mundi a principio dulcis eſſe ui detẽ, ſed finẽ amarũ habet. Amor uero dei ab a maritudine incipit, ſed ultima eius dulcedine ple na ſunt. *Cyprianus de 12. abuſionibus.*

Mundi amor & dei pariter in uno corde ha bitare non poſſunt: quemadmodũ oculi pariter cœlum & terram nequaquam conſpiciunt.

Pittacus.

Πρὸς πάντων σεαυτὸν τὸ θεῖον. Id eſt, Ante omnia cole nu men. *Dantes Paradiſi cap. 24.*

Segli ama ben, & ben e ſpera & crede. *id eſt.*
Si is bene amat, beni q; ſperat creditq;.

Dantes Paradiſi cap. 26.

Chel bieu inquanto ben come ſintende,
Coſi accende amare: & tanto magio
Quanto piu di bonita in ſe comprehende.
Dunq; allieſſenza oue tanto uantagio
De chiaſcun ben, che ſordi lei ſi troua
Altro non e, ehe un lume di ſuo ragio. *id eſt.*
Nam bonum ſicut a cognoſcente noſcitur,
Sic & ad ſe amandum allicit: & tanto magis,
Quanto plus bonitatis in ſe continet.
Sic & diuina natura ubi tantus eſt exceſſus
Cuiuſq; boni, ut bonum quod extra ipſum eſt
Aliud non ſit, quam lumen ab illo procedens radio.

AMOR PATRIAE græce φιλοπατρίας, eſt pie tas, quæ debetur patriæ.

Auguſtinus lib. 5. de Ciui. dei, Catonem loquentem inducit.

Nolite exiſtimare, maiores noſtros armis rem pub. magnã ex parua feciſſe: ſi ita eſſet, multo pulcherrimã nos haberemus. Quippe ſociorũ atq; ciuium, præterea armorũ & equorũ maior copia nobis cũ illis. Sed alia ſunt quæ illos ma gnos fecerũt, quæ nobis nulla ſunt. Domi indu ſtria, foris iuſtũ imperiũ: animus in conſulendo liber: neq; delicto, neq; libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriã & auaritiam: publice egeſtatem, priuatim opulentiã. Laudamus diui uitias, ſequimur inertiam inter bonos & malos nul-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nullum diſcrimen,omĩa uirtutum præmia ambitio poſſidet.

Auguſt libro 2.de Ciuit.dei,Recitans uerſum Ennij poetæ.

Moribus antiquis reſtat Romana uirisq;.

Verſum hunc uel breuitate,uel ueritate,tãq; ex oraculo quodã affatum eſſe mihi uidet. Nã neq; uiri niſi morata ciuitas fuiſſet,neq; mores, niſi hi uiri præfuiſſent,aut fundare, aut tandiu tenere potuiſſent,tantam & tam longe lateq; imperantem rempublicam.

Auguſtinus libro 1.de Ciuitate dei,loquens de Scipione qui dicebat:

Non cenſeo fœlicem rempublicam ſtantib⁹ mœnibus,& ruentibus moribus.

Auguſtinus epiſtola 5.

Auerſa & peruerſa corda mortalium,felices res humanas putant,cum cęlorum ſplẽdor aſpicitur,& labes non attenditur animarum,cũ theatrorum moles extruitur,& effodiũtur fundamenta uirtutum.

Auguſtinus ſuper Pſalmo 93.

Odit ualde patriã,q̃ ſibi bñ putant,eũ pergrinari. *Auguſt.lib.2.de Ciui-dei, Recitans uersũ Ciceronis lib.5.de Repub.*

Noſtra ætas,cũ remp.ſicut picturã accepiſſet egregiã,euaneſcẽte uetuſtate,nõ modo eã coloribus ñſdem q̃bus fuerat renouare neglexit,ſed nec id quidem curauit.Quid enim manet ex antiquis moribus,quib⁹ ille dixit remp. ſtare Romanam,quos ita obliuione obſoletos uidem⁹, ut non modo non colantur,ſed etiam ignorentur. *Ambroſius hom.5.*

Hic reipub.uſus eſt,leges omnibus eſſe cõmunes,atq; obſeruari eas deuotione cõmuni, uno omnes teneri uinculo,non alñs ius eſſe,quod alius ſibi intelligat nõ licere,ſed quod uni liceat licere omnibus,& cõmunem reuerentiam,patrũ quoq; conſilio republica gubernetur. Cõmune omnibus urbis domicilium,cõmunis conuerſationis officium, unum præſcriptum omnibus eſſe,unum conſilium.

Caſſi.ſuper illud:Super flumina Babyloniś.

Nimis dulcis eſt recordatio patriæ, quę in hoſtili terra probatur exiſtere.Nã quãto hæc amara ſentitur,tanto fit illa ſuauior:de loco em̃ peregrinationis,proprij domicilij creſcit affectus.

Caſſidorus libo 1.epiſtola 20.

Vnicuiq; patria ſua charior eſt dũ ſupra oĩa ſaluã fore quæritur,ubi ab ipſis cunabulis commorat.Feris datũ eſt agros ſyluasq; quęrere,hominibus aũt fores patrias ſuper cũcta deligere. Aues ipſę per aera uagãtes,pprios nidos amant, erratiles feræ cubilia dumoſa feſtinãt: uoluptuoſi piſces cauernas ſuas perquirunt,cunctaq; animalia ibi ſe norunt refugere, ubi longiſſima cuptunt ætate conſtare.

Caſſidorus epiſtola 39.

Interdum expetit patriam negligere, ut ſapientiam quis poſſit acquirere.

Caſſiodorus libro 3.epiſtola 10.

Nobiliſſimi ciuis eſt patrię ſuæ augmẽta cogitare,ſed eorũ maxime quos reſp.ſummis honoribus obligauit. *Idem lib.5 epiſt.31.*

Vtilitatẽ publicã diuturna non conuenit ludificatione differri. *Idem lib 6.epiſt.11.*

Conſtat fœlicẽ eſſe remp. quæ multis reſplẽdet ornata concriuibus. *Idem lib.8 epiſt.30.*

Ciuis nõ habẽt,qui urbis ſuæ gratiã nõ tuẽt. *Seneca de tranquillitate animi,poſt princip.*

Non is ſolus reip. prçeſt,qui tuetur res,& de pace belloq; cenſet:ſed qui iuuentutẽ exhortat,qui in bonorũ præceptorũ inopia uirtutem inſtituit,qui ad pecuniam luxuriamq; ruentes,reſtrahit.Et ſi moratur in priuato,publicum tamẽ negotium agit. *Seneca Tragædi.6.*

Præferre patriam liberis regem decet.

Ariſtoteles libro 1.Etiicorum.

Bonũ ciuitatis,quãto cõmunius,tãto diuini⁹.

Ariſtoteles libro 2. Politicorum.

Quod plurimorũ eſt cõmune,minime curam ſortiť,quia de propriis maxime curãt homines; de communibus autẽ minus uel minime.

Idem libro 3. Politicorum.

Ciuitas non eſt una propter eoſdem muros; ſed propter eandem politiam. *Ibidem.*

Politia eſt ordo quidam inhabitantium ciuitatem in principando & in ſubijciendo.

Ibidem.

Non idem eſt bonus uir,& bonus ciuis.

Ibidem.

Quicunq; politię intẽdunt utilitatẽ cõmunẽ, recte ſunt iuſti:quicũq; aũt intẽdunt utilitatem propriã,uitioſi ſunt,& rectarum politiarũ trãſgreſſores. *Idem libro 4.Politicorum.*

Ciuitas non conſtat ex una parte,ſed ex multis:quarum una pars ſunt agricolæ:ſecũda,artifices manuales:tertia,hi qui negotiãtur circa fórum:quarta,mercenarij:quinta propugnatores & armigeri:quos in ciuitate neceſſarium eſt exiſtere,ſi non debeant inimicis ſeruire.

Ibidem.

In omni ciuitate ſunt tres ſpecies hominũ,ſcilicet diuites,pauperes & mẽdicantes:inter quas optimi ſunt mediocres, quia medium ſemper eſt optimum. *Ibidem.*

Maximum eufortunium eſt ciues mediocrẽ ſubſtantiam habere,tanquam ſufficientem eis; quia per tales bene regitur ciuitas.

Ariſtoteles libro 6.Politicorum.

Non facile eſt permanere ciuitatem ſine legibus & conſuetudinibus compoſitam.

Ariſtoteles magnorum moralium libro 1.

Oportet,ſi qs in Politijs practicus eſſe debeť, ſecundum mores eſſe ſtudioſum.

Laert.Dioge.de Vita & moribus philoſoph.

Filij eorũ,qui p̃ republica obiere,publice nũtriant̃,doceantur:dicebat Solon. *Ibid.*

Interrogatus,q̃liter ciuitas bene regi poſſet, ait:Si princeps & maiores ſecundum legem uixerint. *Ibidem.*

Interrogãti amico dũ ſenex eſſet,an ante mor

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tem in patriam uellet afferri, ut in patria more retur. Nihil neceſſe eſt; Vndiq; enim ad inferos tantundem uiæ eſt: reſpondit Pythagoras.

Ibidem.

Ciuitati conſulendum eſſe potiora, dicebat Cleobulus. *Ibidem.*

Interrogatus Socrates, de qua patria eſſet oriundus, reſpondit: Mundanus ſum. Totius enim mūdi ciuem & incolam ſe arbitrabatur: nullā ſibi approprians patriam. *Ibidem.*

Interrogatus Plato qualium locorum, uel urbium habitatio ſit uitāda, ait: Nō habites, in q̄ ſumptus lucra exuperant: & in qua mali præualent bonis, & ubi plurimum domini mentiunt.

Plutarchus in Apophthegmatibus.

Pedarectus non electus in numero trecentorum qui quidem in urbe cæteris dignitate præſtabat, hilaris ſubridensq; abibat. Gaudere ſe inquiens: ſiquidem trecētos urbs haberet ſeſe meliores. *Cicero libro 1. Officio.*

Nam ut præclare ſcriptum eſt à Platone. Nō nobis ſolum nati ſumus, ortusq; noſtri partē patria uendicat, partem amici. *Ibidem.*

Magna etiam illa cōmunitas eſt, quæ conficitur ex beneficijs ultro citroq; datis. Et infra. Omnium ſocietatum nulla eſt grauior, nulla charior q̄ ea quæ cum republ. eſt. *Ibidem.*

Vt enim tutela, ſic procuratio reipub. ad eorum utilitatem qui commiſſi ſunt: nō ad eorū, quibus commiſſa eſt, gerenda eſt.

Idem libro 2. Officiorum.

Habere enim quæſtui rempub. nō modo turpe eſt, ſed & ſceleratum & eſt nepharium.

Ibidem.

Hęc genera officiorum qui proſequētur cum ſumma utilitate reipublicæ, magnam ipſi adipiſcentur & gratiam & gloriam.

Cicero libro 3. Officio.

Neq; enim nobis ſolum diuites eſſe cupimus: ſed liberis, propinquis, amicis, maximeq; reipu. Singulorum enim facultates & copiæ diuitiæ ſunt ciuitatis. *Ibidem.*

Sed ſi quis qui apud te pecuniam depoſuerit, bellum inferat patriæ. Reddasne depoſitū? nō credo. Facies em̄ contra rempub, quæ debet eſſe chariſſima. Sic multa quæ honeſta natura uidentur eſſe, temporibus fiunt non honeſta.

Cicero libro 7. Philippicorum.

Vri ſecariq; patimur: ut membrorum potius aliquid quàm totū corpus intereat. Sic in reip. corpore, ut totum ſaluum ſit, quicquid eſt peſtiferum amputetur.

Ibidem libro 12.

Omnibus bonis expedit ſaluā eſſe rempubl. Sed in his qui fortunati ſunt magis apparet.

Cicero in inuectiua contra Catilinam.

Fuit quondam in republ. uirtus, ut uiri fortes acrioribus ſupplicijs ciuem pernicioſum, quàm acerbiſsimum hoſtem quaterent.

Cicero Tuſcu. quæſtio libro 1. circa finem.

Claræ uero mortes pro patria oppetitæ, nō ſolum glorioſæ rhetoribus, ſed etiam beatę uideri ſolent. Repetunt ab Erichtheo, cuius etiam filiæ cupidæ mortem expetiuerunt pro uita ciuium: Codrum, qui ſe in medios immiſit hoſtes famulari ueſte ne poſſet agnoſci, ſi eſſet ornatu regio: quod oraculum erat datum: Si rex interfectus eſſet uictrices Athenas fore. Menecheus uero non prætermittitur qui oraculo edito largitus eſt patriæ ſuæ ſanguinem. Iphigenia Aulidæ duci ſe immolandam iubet, ut hoſtium ſanguinis eliciat ſuo. ueniēt inde ad propria, Harmodius in ore & Ariſtogiton Lacedęmonius, Leonidas Tebanus, Epaminundas uigent. Noſtros non norunt, quos enumerare magnū eſt. Ita ſunt multi quibus uidemus optabiles fuiſſe mortes cum gloria.

Cicero Rheticorum ueterum libro 1.

Omnes leges iudices ad commodum reip. referre oportet: & eas ex utilitate cōmuni non ex ſcriptione, quæ in literis eſt interpretari. Ea em̄ uirtute & ſapientia maiores noſtri fuerūt, ut in legibus ſcribēdis nihil aliud ſibi, niſi ſalutem et utilitatem reipublicæ præponerent.

Ibidem.

Neq; em̄ ipſi quod obeſſet, ſcribere ſolebant, & ſi ſcripſiſſent, cum eſſet intellectum repudiatum iri legem intelligebant. Nemo enim leges legum cauſa eſſe ſaluas uult, ſed reipubl. quia et legibus omnem rempu. optime putāt adminiſtrari. *Ibidem.*

Quamobrem leges igitur ſeruari oportet & ad eam cauſam ſcripta omnia interpretari cōuenit, hoc eſt, quoniā reipub. ſeruiamus, ex reip. commodo atq; utilitate interpretemur.

Cicero Rhetoricorum nouorum lib. 4.

Nullum tantum eſt periculum, quod ſapiens pro ſalute patriæ uitandum arbitretur.

Ibidem.

Cum ageſ incolumitas perpetua ciuitatis, qui bonis erit rationibus præditus, profecto nullū uitæ diſcrimen ſibi pro fortunis reipub. fugiendum putabit, & erit in ea ſententia ſemper, ut pro patria ſtudioſe agat, q̄uis in magnā deſcendat uitæ dimicationem. *Ibidem.*

Nam ſapiens qui omnia reipubl. cauſa ſuſcipienda putabit, ſępe ipſe ſecum loquitur. Non mihi ſoli, ſed etiam atq; adeo multo potiꝰ natus ſum patriæ. *Ibidem.*

Vita quæ fato debetur ſaluti patriæ potiſsimū perſoluat. Aluit hæc me, tute atq; honeſte perduxit uſq; ad hanc ætatem. Munuit meas rationes bonis legibus, optimus moribꝰ, honeſtiſſimis diſciplinis. Quid eſt quod à me ei perſolui poſſit ſatis, unde hæc accepta ſunt? *Ibidem.*

Quis eſt tam tenui cogitatione præditus, cuius animus tantis inuidiæ anguſtijs contineturꝰ qui nō hunc hominem ſtudioſiſsime laudet, & ſapientiſsimū iudicet, qui p ſalute patriæ, pro incolumitate ciuitatis, pro reipu. fortunis, q̄uis magnū atq; atrox periculū ſtudioſiſsime ſuſcipiat, & libenter ſubeat? *Ibidem.*

Sapien.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sapiens itaq; nullum periculum pro repub. uitabit. Ideo (quod fæpe fit) qui pro repub. peri re uoluerit, neceſſario cum repub. pereat.

Ibidem.

Ergo qui fugiũt id periculũ, quod p rep. ſub eundum eſt, ſtulte faciunt. *Ibidem.*

At qui patriæ pericula ſuo periculo expetũt, hi ſapientes putãdi ſunt; Cũ & eum quẽ debent honorẽ reip. reddunt, & pro multis perire malunt, quam cum multis. *Vale. Max. lib. 1.*

Aeque enim uirtutis eſt, & bona patrię auxiſſe, & mala in ſe transferri uoluiſſe.

Vale. Max. libro 2. tit. de inſtitut. antiquis.

Adeo magna charitate patriæ Romani tenebantur, ut arcana conſilia patrũ conſcriptorum multis ſecus nemo ſenator enunciauerit.

Ibidem.

Apud antiquos, qui curiæ limen intrabant, abiectã priuata charitate publicam induebant.

Homerus in o Iliados.

ὧν δι ἀεικὲς ἀμυνομένοισι πέρι πάθριον τεθνάμεν. id eſt.

Non illi indecens pugnanti pro patria mori.

Ibidem in ω Odyſſeæ.

– ὡστὰρ ὀδυσσῆι ἐνὶ

κήρεσσι πνὸν ἀποθῶσκοντα νοῆσαι.

ἦ γαίης, θανέειν ἱμείρεται. id eſt,

– *Sed Vlyſſes.*

Cupidus ſaltem fumũ egredientem uiderit a ſua terra, mori cupide paciſcitur.

Idem in Odyſſeæ.

– ὄυτι ἔγωγε

ἦ γαίης λύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι. id eſt,

Neque utique ego.

Mea terra poſſum dulcius aliud uidere. Periander.

θνήσκειν ὑπὲρ πατρίδος. Id eſt, Morere pro patria.

Ouidius de Ponto libro 1. Elegia 4.

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit. & immemores non ſinit eſſe ſui.

Horatius Carminum libro 3. Ode 2.

Dulce & decorum eſt pro patria mori.

AMor proximi græce ἔρως γειτονος, idem uidetur eſſe cum charitate, qua proximũ diligere iubemur.

Exodi cap. 22.

Aduenã non cõtriſtabis, neq; affliges eum. Viduæ & pupillo nõ nocebitis. *Ibidem.*

Si læſeritis eos, uociferabunt ad me & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus: percutiam uos gladio. Et erũt uxores ueſtræ uiduæ, & filij ueſtri pupilli.

Exodi cap. 23.

Si occurreris boui inimici tui aut aſino erranti, reduc ad eum. *Ibidem.*

Si uideris aſinum odientis te iacere ſub onere, non pertranſibis, ſed ſubleuabis cum eo:

ibidem.

Peregrino moleſtus non eris. *Leui. ca. 19.*

Nõ decipiet unuſquiſq; proximũ ſuũ. *Ibidem.*

Non facies calumniã proximo tuo, nec ui opprimes eum. *Ibidem.*

Non morabitur opus mercenarij tui apud te uſque mane. *Ibidem.*

Non maledices ſurdo nec coram cæco pones offendiculũ. Sed timebis dominũ deum tuum.

Ibidem.

Non eris criminator nec ſuſurro in populis.

Ibidem.

Nõ ſtabis cõtra ſanguinẽ proximi tui. *Ibidẽ.*

Nolite facere iniquũ aliquid in iudicio, in regula, in ponderę, in menſura. Statera iuſta, & æqua ſint pondera, iuſtus modius, æquuſq; ſextarius. *Deuterono ca. 5.*

Non loqueris contra proximũ tuum falſum teſtimonium. *Ibidem.*

Non concupiſces uxorem proximi tui, non domum non agrum, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, & uniuerſa quæ illius ſunt. *Deuterono. ca. 22.*

Non uidebis bouem fratris tui aut ouem errantem, & præteribis, ſed reduces fratri tuo.

Deuterono. cã. 24.

Non negabis mercedẽ indigentis & pauperis fratris tui, ſiue aduenæ qui tecũ moratur in terra, & intra portas tuas eſt: ſed eadem die reddes ei pretium laboris ſui ante ſolis occaſum: quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuã. Ne clamet cõtra te ad dominum, & reputetur tibi in peccatum. *Deuterono. ca. 26.*

Maledictus qui clã percuſſerit proximũ ſuũ, & dicet omnis populus, Amẽ. *Tobias ca. 4.*

Quæ ab alio oderis fieri tibi, uide ne tu aliquando alteri facias. *Prouerbio. ca. 22.*

Non facias uiolentiã pauperi quia pauper eſt, neq; conteras egenum in porta: quia iudicabit dñs cauſam eius, & configet eos qui confixerũt animam eius. *Eccleſiaſtici ca. 6.*

Non deſis plorantibus in cõſolatione, & cum lugentibus ambula. *Ibidem.*

Non te pigeat uiſitare infirmũ, ex his enim in dilectione firmaberis. *Eccleſia. ca. 12.*

Si bene feceris, ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. *Matthæus cap. 5.*

Audiſtis quia dictum eſt: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuũ. Ego autem dico uobis Diligite inimicos ueſtros: Benefacite his qui oderunt uos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus uos, ut ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt, qui oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos & malos, & pluit ſup iſtos & iniuſtos. *Matt. cap. 22.*

Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis uniuerſa lex pendet & prophetæ.

Marcus cap. 4.

In qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis: & adijcietur uobis. *Lucas ca. 3.*

Qui habet duas tunicas, det nõ habẽti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat.

Lucas cap. ſexto.

Diligite inimicos ueſtros: Benefacite his qui uos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uos oderunt. *Ibidem.*

Benefacite & mutuũ date, nihil inde ſperantes: & erit merces ueſtra multa, & ciuitatis filij altiſſimi: Quia ipſe benignus eſt.

Ibidem.

Dimittite & dimittet uobis. Date, & dabitur uobis.

Ioannes cap. 13. in euang.

Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos.

Ioannes ca. 15. in euang.

Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos.

Ibidem.

Hoc mando uobis, ut diligatis inuicem.

Paulus ad Romanos ca. 12.

Nulli malum pro malo reddentes. & infra: Scriptum eſt enim, mihi uindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi.

Idem ad Romanos ca. 13.

Qui enim diligit proximum, legem impleuit: nam, non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatũ, in hoc uerbo inſtauratur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio.

Paulus primæ ad Corinthios ca. 1.

Charitas uero ædificat.

Paulus ad Galatas ca. 5.

Omnis enim lex in uno ſermone impletur, diliges proximum tuum ſicut teipſum.

Paulus ad Galatas, ca. ſexto.

Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.

Paulus ad Coloſſenſes ca. 3.

Super omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt uinculum perfectionis.

Idem ad Hebræos ca. 13.

Charitas fraternitatis maneat in uobis, & hoſpitalitatem nolite obliuiſci.

Petrus apoſt. primæ ca. 4.

Ante omnia autẽ mutuam in uobiſmet ipſis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum.

Ioannes apoſt. primæ ca 2.

Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt uſque adhuc. Qui diligit fratrem ſuum in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt. Qui autem odit fratrem ſuũ, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo eat: Quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.

Ioannes apoſt primæ ca 3.

Qui non diligit, manet in morte.

ibidem.

Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt: & ſcitis quoniam omnis homicida non habet uitam æternam in ſe manentem.

Ibidem.

Filioli mei, non diligamus uerbo neque lingua, ſed opere & ueritate.

Ioannes apoſt. pri. ca. 4.

Diligamus nos inuicem, quia charitas ex deo eſt.

Ioannes apoſtolus primæ, ca. 4.

Si quis dixerit: quoniam diligo deum & fratrem ſuum oderit, mendax eſt.

Ibidem.

Hoc mandatum habemus à deo, ut qui diligit deum, diligat & fratrem ſuum.

Auguſtinus libro de baptiſmo.

Redire dimiſſa peccata, ubi charitas nõ eſt ſuperna, dominus docet in euangelio apertiſſime de illo ſeruo, qui cum deprecanti omnia dimiſit, & ille conſeruo ſuo miſereri noluit, iuſſit, eum dominus reddere omnia quæ dimiſerat.

Auguſtinus & habetur 24 quæſt. 1. Vbi.

Vbi charitas non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia: dilectio enim proximi malum non operatur.

Auguſtinus & hab. 24. quæſt 3. Corripiantur

Sic affici debemus charitatis affectu, ut omnes uelimus ſaluos fieri.

Auguſtinus & habetur de pœnitentia, diſt. 2. cap. Charitas.

Charitas eſt aqua, de qua dominus in euangelio ait: Qui biberit aquam quam ego dabo ei, nõ ſitiet in æternum.

Auguſtinus & habetur de pœnitentia diſt. 2. cap. Charitas,

Sine charitate quomodo quis ueram cordis contritionem habere poterit? quomodo ergo delictorum remiſſionem?

Auguſtinus ſuper epiſtolam Ioannis, & habetur 23. quæſt. 5. Non putes.

Non putes tunc amare ſeruum tuum, quãdo eum non cædis: aut tunc amare filium tuũ, quãdo ei non das diſciplinam: aut tunc amare uicinum tuum, quando eum non corrigis. Non eſt iſta charitas, ſed languor. Ferueat charitas ad emendandum & corrigendum. Si ſunt boni mores, delectent: ſi autem mali, emendentur.

Ibidem, & habetur de pœnit. diſt. 2.

Radicata eſt charitas. Securus eſto, nihil mali accidere poteſt.

Auguſtinus ſuper epiſt. Ioannis, & habetur de pœnit. diſt. 2. Si quis

Si quis tantam habuerit charitatem, ut paratus etiam ſit pro fratribus mori, perfecta eſt in illo charitas.

Auguſtinus ſuper epiſt. Ioannis, & habetur de pœnit. diſt. 2. Sicut.

Sicut ſeta introducit filum, ita timor introducit charitatẽ. Creſcit charitas? Minuitur timor, & econuerſo.

Auguſt. ſuper epiſt. Ioannis cap. 7.

Si non uultis in iſta eremo ſiti mori, bibite charitatem: Fons eſt quem uoluit deus ponere, ne deficiamus: & abundantius eum bibamus, cum ad patriam uenerimus.

Auguſtis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Auguſt. ſuper Ioan. ſermone 69.

Domine ecce quem amas, infirmatur. Non dixerũt ueni: Amati em̃ tantũ nunciandũ fuit. Sufficit, ut nouerit. Nõ enim amat & deſerit.

Auguſt. ad Iulianum comitem, & habetur de pœnit. diſt. 2. Charitas

Charitas quæ deſeri poteſt, nunc̃ uera fuit.

Auguſt. ad Hieron. & habetur ibidem.

Charitas in quibuſdam perfecta, in quibuſdam imperfecta, perfectiſſima autem in hac uita haberi non poteſt.

Auguſtinus ad Martianum.

Dilectio eſt pacis unda, Ros gratiæ, Charitatis imber, ſemen concordiæ, affectus gentium, amoris fructus, & ad ſummam dilectio deus eſt.

Idem ad Macedonium.

Dilige proximum ſicut teipſum. Proximus in hoc loco nõ ſanguinis propinquitate, ſed rationis ſocietate penſandus eſt, in qua ſocij ſunt omnes homines. Nam ſi pecuniæ ratio ſocios facit, quanto magis ratio naturæ, non negotiandi, ſed naſcendi lege communis.

Aug. hom. 8. & habe. de pœni. diſt 2 Quia.

Quia radix omnium malorum eſt cupiditas, & radix omnium bonorũ eſt Charitas, & ſimul ambæ eſſe nõ poſſunt. Niſi una penitus euulſa fuerit, alia plantari nõ poteſt. Sine cauſa conatur aliquis incidere ramos, ſi radicẽ non contendit euellere. *Auguſt. in Enchiridio.*

Finis præcepti eſt Charitas. Omne enim præceptum ad charitatẽ refertur. Quod enim fit timore pœnæ, uel aliqua intentiõe carnali, ut nõ referatur ad charitatem, nondum fit quemadmodum fieri oportet, quamuis fieri uideatur.

Auguſt. libro de meritis & remiſſione peccatorum, & habetur de Con. diſt. 4. Eccleſiæ.

Eccleſiæ charitas, quæ per ſpiritum ſanctum diffunditur in cordibus, eorũ qui participes ſui ſunt peccata dimittit, eorũ qui nõ ſunt, tenet,

Auguſt. libro de doct. Chriſtia.

Sola charitas eſt, quæ uincit oĩa, & ſine qua nihil ualent omnia, quæ ubicunq; fuerit, trahit ad ſe omnia. Sciẽtia ſi ſola ſit inflat. Quia uero charitas ædificat, ſcientia non permittit inflari.

Auguſt. li. de Cathezizandis rudibus.

Charitas alios parturit, cum aliquis infirmatur, alios curat ædificare, alios contremiſcit offendere, ad alios ſe inclinat, cum alijs erigit, alijs blanda, alijs ſeuera, nulli inimica, oĩbus mater.

Idem libro de diffinitionibus.

Miſericordia eſt animi condolentis affectus, cum additamento beneficij, ut compatiamur proximo, & largiamur de proprio.

Auguſt. libro nono de Ciuita. dei.

Longe melius & humanius, & piorum ſenſibus accommodatius in Cæſaris laude locutus eſt, ubi ait: Nulla de uirtutibus tuis, nec admirabilior, nec gratior miſericordia eſt.

Auguſtinus de opere monachorum.

Multo miſericordius operatur quis circa animas infirmorum: qui bonæ famæ ſeruorũ dei conſulit, q̃ erga corpora ægrotantium, qui panem eſurientibus tribuit.

Auguſt ſuper pſalmo 103

Valde longe dirigit is, qui bene audit & male operatur. Si potes dare, da: ſi non potes, affabilem te fac. Coronat deus intus bonitatem, ubi non inuenit facultatem. Nemo dicat, non habeo. Charitas non de ſacculo erogatur.

Auguſtinus de uerbis domini ſermone 11.

Diues & pauꝑ duo ſunt ſibi contraria, & ſunt ſibi duo neceſſaria. Nullus indigeret, ſi ſe inuicẽ ſupportarent, & nemo laboraret, ſi ſe ambo iuuarent. Diues propter pauperẽ factus eſt, & pauper propter diuitẽ. Pauperis eſt orare, & diuitis erogare, & dei eſt pro paruis magna præſtare.

Hieronymus ſuper epiſt. ad Galatas.

Vide quantũ bonum eſt charitas: Si ita martyrium fecerimus ut noſtras uelimus ab omnibus reliquias honorari, & ſi opiniõem uulgi ſectantes intrepidi ſanguinem fuderimus & ſubſtantiam noſtram uſque ad mẽdicitatem propriam dederimus, huic operi non tam præmium quam pœna debetur, & perfidię magis tormenta ſunt, quàm corona uictoriæ.

Hieron. epiſt. ad Nepotianum.

Non memini me legiſſe mala morte mortuum, qui libẽter opera charitatis exercuit. Habet enim multos interceſſores, & impoſſibile eſt multorum preces non exaudiri.

Hieron. & habe. deſt. 86. Qui clementiam.

Qui clementiam non habet, nec indutus eſt uiſcera miſericordiæ & lachrymarum, quãuis ſpiritualis ſit, non adimplet legem Chriſti.

Ambroſius ſuper epiſt. 11. ad Corinthios, & habetur diſt. pri. Ficta.

Ficta Charitas, quæ deſerit in aduerſitate,

Ambroſius ſuper Beati immaculati.

Ille intelligit ſuper pauperẽ, qui largitur pauperi. Nam quid prodeſt miſereri inopis, niſi alimoniam eidem largiaris?

Ambroſius ibidem.

Hoc eſt occidere hominem, uitæ ſuæ ei ſubſidia denegare. Caue ne inter loculos tuos includas ſalutem inopum, & tanc̃ in tumulis ſepelias uitam pauperum.

Gregorius Moralium libro 7.

Quia duo ſunt præcepta charitatis, dei uidelicet & amor proximi. Per amorem dei gignitur amor proximi, & p amorem proximi dei amor nutritur. Nam qui amare deum negligit, perfecte diligere proximum neſcit. Et tũc plenius in dei dilectione proficimus, ſi in dilectionis gremio proximi charitatem colligamus.

Gregorius ibidem.

Perfectiõis uinculũ charitas dicit. Quia omne bonũ quod agitur p illam ne pereat ligatur. Attentatione nanq; citius quodlibet euellit opus, cum ſolutum à uinculo charitatis inuenitur.

Greg. Mora. lib. 19 parte 4. cap. 23. & habetur diſtin. 45. Sunt nanq;.

Sunt nanque nonnulli ita diſtricti, ut etiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

omnē manſuetudinē benignitatis amittant, & ſunt nōnulli ita māſueti ut perdāt diſtricti iura regiminis. Vnde erectis rectoribus utraq; ſummopere ſunt tenenda: ut nec in diſciplinę rigore benignitatē manſuetudinis, nec rurſus in māſuetudine diſtrictionē deſerāt diſciplinæ, quatenus nec à compaſſione pietatis obdureſcāt cum contumacē corrigunt, nec diſciplinæ rigorē molliant, cum infirmorū animos cōſolantur. Regat ergo rigor diſciplinæ māſuetudinē, & manſuetudo ornet ſermone rigorē. Et ſic alterum commendetur ex altero ut nec rigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta. *Idem ibidem.*

Vera iuſtitia compaſſionē habet, falſa uero dedignationē, quamuis & iuſti ſoleant recte peccatoribus indignari. Sed aliud eſt quod agitur typo ſuperbiæ aliud quod zelo diſciplinæ, indignantur etenim, ſed dedignātes ſunt. At contra hi qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolent, cæteros quoq; deſpiciunt, nulla infirmantibus miſericordia condeſcendunt, & quo ſe peccatores eſſe non credunt, eo deterius peccatores fiunt.

Greg. in Reg. & hab. octaua q. pri. Inſcri. ꝙ. Duo.

Duo quippe ſunt præcepta charitatis, amor dei & proximi. Per actiuam igitur uitā prodeſſe proximis cupiens Eſaias officium prędicationis appetit. Per contemplatiuam uero Hieremias amore conditoris ſedule inhærere deſiderās ne mitti ad prædicandum debeat contradicit.

Gregorius in Paſtorali.

Tunc ad alta charitas mirabiliter ſurgit, cum ad ima proximorum ſe miſericorditer attrahit. Et quæ benigne deſcendit ad infima, ualenter recurrit ad ſumma. *Ibidem.*

Nihil perfectius deo uirtute dilectionis, nihil deſiderabilius diabolo extinctione charitatis. Quiſquis igitur ſeminando iurgia dilectionem proximorum perimit, diabolo familiarius ſeruit. *Idem ſup Ezech. hom. 6.*

Adoptio filiorum ſola charitate acquiritur. Ioānis pri. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Quid hac poteſtate altiu.? Quid hac altitudine ſublimius dici poteſt? In qua poteſtate quiſque creatus efficitur filius creatoris.

Ioan. Chryſoſt. ſup illud Ioan. 15. Omnes in unum corpus baptizati ſumus.

Propterea in unum corpus ne non diſſoluamur, ſed eam quæ ad inuicem eſt conuenientia & amicitia corporis, unius conuenientiā obſeruemus. Quocirca ita procuremus proximos, ut unuſquiſq; noſtrum ſuam carnē non deſpiciat. Nullus em̄ unquàm carnē ſuā odio habuit, ſed eam nutrit & fouet. *Ioan. Chryſoſt. ſup Matth.*

Si indifferenter omnibus dederimus, ſemper miſerebimur, ſi autem diſcutere cœperimus, nunquàm miſericordiam præſtabimus.

Lactant. Firmia. diuin. inſtit. libro 6. cap ſexto.

Si hac de cauſa homines congregati, ut mutuis auxilijs imbecillitatem ſuam tuerentur, ſuccurrendum eſt igitur homini qui egeat auxilio. *Ibidem.*

Deus enim q̄ cæteris animalibus ſapientiam non dedit, naturalibus ea munimētis ab incurſibus & periculis tutiora generauit, hominē uero quia nudum fragilemq; formauit, ut cum ſapientia potius inſtrueret, dedit ei præter cætera hunc pietatis affectum, ut homo hominē tueatur, diligat, foueat, contraq; omnia pericula & accipiat & præſtet auxilium. Summum inter ſe hominum uinculum eſt humanitas, quod qui dirumpet, nefarius & parricida exiſtimāduseſt. Nam ſi ab uno homine quem deus finxit om̄es ſumus oriundi, certe conſanguinei ſumus, & ideo maximum ſcelus putandum eſt odiſſe hominem uel nocentem. *Ibidem.*

Item ſi ab uno deo inſpirati omnes & animati ſumus, quid aliud ꝙ fratres ſumus? Et quid coniunctiores animis ꝙ qui corporibus. Itaq; nō errat Lucretius cum dicit: Denicq; cœleſti ſimus om̄es ſemine oriundi. Omnibus atq; idem pater eſt, ergo pro beluis immanibus ſunt habendi qui homini nocent, qui contra ius humanitatis & fas omnes ſpoliāt, cruciant, occidunt, exterminant. *Ibidem.*

Deus enim quoniam pius, animal nos utile uoluit eſſe, ſociale. Itaq; in alijs hominibus nos ipſos cogitare debemus. Non meremur in periculo liberari, ſi nō ſuccurrimus. Non meremur auxilium ſi negamus, nam qui ſe à præſtando auxilio remouet, etiam ab accipiendo remouet neceſſe eſt, quia nulla opera indigere ſe putat, qui alteri ſuam denegat. Retinendum eſt igitur uinculum ſocietatis humanæ, quia homo ſine homine nullo modo poteſt uiuere. *Ibidem*

Conſeruanda eſt igitur humanitas ſi homines recte dici uelimus. Id aūt ipſum conſeruare, q̄d aliud eſt ꝙ diligere hominē, quia homo ſit, & idem quod nos ſumus. *Ibidem.*

Verū illud eſt Ciceronis q̄d ait, hominē naturæ obedientē homini nocere nō poſſe. Ergo ſi nocere homini cōtra naturā eſt, prodeſſe igitur homini ſcđm naturam ſit neceſſe eſt, quod qui nō facit, hominis ſe appellatiōe diſpoliat. Quia humanitatis officium eſt neceſſitati hominis ac periculo ſubuenire. *Ibidem.*

Huius enim operis & officij merces à deo eſt expetenda ſolo, nam ſi ab homine expetes, iam non humanitas erit illa, ſed bñficij fœneratio. Nec poteſt uideri bene meruiſſe, qui quod facit non alteri, ſed ſibi præſtat.

Baſilius homelia prima.

Panis eſt famelici quē tenes, nudi tunica quā in conclaui conſeruas, diſcalciati calceus qui pones te marceſcit, indigentis argentū quod poſſides. Quocirca tot iniurias agis, quot ſubuenire ualebis. *Seneca ad Lucil. epiſt. 47.*

Hæc tantū præcepti mei ſumma eſt. Sic cum inferiori uiuas, quemadmodum tecum ſuperiorem uiuere uelis. Quoties in mentem uenerit tibi quantum in ſeruum liceat, ueniat in mentem tantundem in te domino tuo licere.

Seneca in prouerbijs.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Habet in aduerſis auxilia q̄ in proſperis cō-modat. *Ibidem.*

Qui ſuccurrere perituro poteſt, cum nō ſuccurrit, occidit. *Sene. libro de beneficijs.*

Tacite danda ſunt beneficia, ut nota ſint ſolis quibus proſunt. Interdum etiam ipſe qui iuuat fallendus eſt, ut habeat, nec à quo acceperit, ſciat. *Ibidem.*

Multū intereſt inter miſericordiā beneficij & beneficium. Itaq̄ nec aurum nec argentū, nec quicquàm eorum quæ à proximis recipiuntur beneficium eſt, ſed ipſa tribuentis uoluntas. *Ibidem.*

Pleriq̄ ſunt qui bñficta aſperitate uerborum & ſupercilio in odiū adducunt, eo ſermone uſi, ea ſuperbia, ut impetraſſe pœniteat. *Ibidem.*

Tempore beneficia magna ſunt, beneficiū eſt unus in fame panis. Beneficiū eſt arentibus ſi ti monſtrare fontē eo animo quicquid debetur quo datur, nec quātum ſit, ſed à quali uoluntate perpenditur. Maius enim aut minus ſit, q̄uis idē ſit tempore, loco, cauſa. *Ibidem.*

Ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis hæſit, q̄d quis ægre dimittere uiſus eſt, & ſic dare tanq̄ ſibi eriperetur. Gratiſſima autē ſunt beneficia parata, facilia, occurrentia, ubi nulla mora fuit niſi in accipientis uerecundia. *Ibidem.*

Optimū eſt occupare anteq̄ rogemur. Quia cum homini probo ad rogandū os concurrat, & piffundat rubor, qui hoc tormentū remittit, multiplicat munus ſuum. *Ibidem.*

Non tulit gratis: qui cum rogaſſet, accepit. Nulla res charius conſtat quàm quæ precibus empta eſt. Moleſtum eñ uerbum & oneroſum eſt demiſſo uultu dicere rogo. *Ibidem.*

Nihil charius æſtimamus q̄ beneficium quod quàm diu petimus nihil ulius quàm cū accepimus, unum benepoſitum beneficiū, multorum amiſſorum damna reſtaurat. *Ibidem.*

Quàmuis omni petenti dare debeas tamē in beneficio ſpectandi ſunt mores eius cui datur, & animus erga nos, & cohabitatio uitæq̄ ſocietas, & ad noſtras utilitates officia ante collata. *Ibidem.*

Pulchrum ſane prædicandū beneficium, nulla dilatione ſuſpenſum, nullis precibus redemptum, nullis meritis comparatū. Gratius eſt eñ donum q̄ uenit ante preces. *Ibidem*

Quis ueſtrū contentus fuit, aut leuiter rogari, aut ſemel? Quis ueſtrum tñ aliquid ſuſpicatus eſt à ſe peti frontē obduxit, uultum auertit, occupationes ſimulauit, longis ſermonibus & de induſtria nō inuenientibus exitū occaſionē perendi abſtulit, & uarijs artibus neceſſitates properātes eluſit. In anguſto uero cōpreſſus aut diſtulit idē, aut timide negauit, aut p̄miſit, ſed difficulter, ſed ductis ſupercilijs, ſed maligne & uix exeuntibus uerbis. *Ibidem.*

Deos ſequamur duces quantū humana imbecillitas patitur. Demus bñficia, nō fœneremur. *Ibidem.*

Ordo beneficij per manus tranſeuntis nihil ominus ad diuitem reuertitur. *Ibidem.*

Nullum beneficium dandum eſt negligenti. *Ibidem.*

Primo neceſſaria ſunt danda, deinde utilia, deinde iucunda. *Ibidem.*

Videamus ne mittamus munera ſuperuacua, ut fœminæ arma, libros ruſtico. *Ibidem.*

Videndum eſt & conſiderandum, quid, cur, qualiter, quando, ubi, & quare ſit dandum. *Ibidem.*

Turpiſſimum genus beneficij eſt inconſulta donatio. *Ibidem,*

In dando beneficia eligendus eſt uir ſimplex, non ingratus, alieni abſtinens, nō ſui auarus, & maxime beneuolus. *Ibidem.*

Si propter utilitatē darētur beneficia, dij toe munera, quæ ſine intermiſſione diebus ac noctibus fundunt, non darent. *Ibidem.*

Cum beneficiam uulgus largiri inſtitueris, multa perdenda ſunt, ut unum bene des. *Ibidem.*

Dare debemus quomodo uellemus accipere, ante omnia libenter & cito. *Ibidem.*

Caueamus ne aliquid moræ interueniat in dando, ut deliberaſſe uideamur. *Ibidem.*

Illud beneficium eſt iucundum q̄nod alicui bui um uenit. *Ibidem.*

Tarde uelle nolentis eſt, *Ibidem.*

Beneficium ab homine duro aſpere datum, panis lapidoſus uocatur, quem eſurienti accipere neceſſarium ſit eſſe acerbum. *Ibidem.*

Dabo egenti, ſed non ut ipſe egeam, *Ibidem.*

Succurram perituro, ſed nō ut ipſe peream. *Ibidem.*

Multo grauius eſt male dediſſe beneficia, quā non dediſſe. *Seneca libro 2. de moribus.*

Succurrere paupertati amicorū ſtude, imo potius occurrere. *Sene. lib de formula uitæ.*

Clementiæ eſto cultor, ſeuitiæ deteſtator, *Ibidem:*

Cunctis eſto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus, ad iram tardus, ad miſericordiā pronus, in aduerſis firmus, in proſperis cautus & humilis. *Ibidem.*

Deum amabis, ſi illum in hoc imitaberis: ut uelis omnibus prodeſſe, nulli nocere. *Macrob. libro 2. Saturnalium.*

Beneficium dando accepit, qui digno dedit. *Cicero libro de Amicitia.*

Fructus ingenij & uirtutis omnis q̄ præſtantiæ tum maxime capitur, cum in proximum quemq̄ conferetur. *Cic. lib. 4. Tuſcul. Quæſtion.*

Cur miſereare potius q̄ feras opē, ſi id facere poſſis. *Idem libro 2. Rhet. Veterum.*

Nam beneficij magnitudo ex utilitate atq̄ honeſtate aut neceſſitudine domonſtratur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ouidi libro ſecundo de Ponto, eleg. tertia,

Mitius eſt lapſo digitum ſupponere mento
Mergere q̃ liquidis ora natantis aquis.

Ouid. de Ponto lib. 2. eleg. 9.

Regia (crede mihi) res eſt ſucurrere lapſis.
Conuenit & tanto quantus es ipſe, uiro.

De hac materia habes infra ubi beneficium, clementia & miſericordia.

Amor ſui græce φιλαυτία. Proprie dicitur φιλαυτία.

¶ De philautia diſputat in Ethicis libro nono cap. 8. Ariſtot. *Ariſtote. libro 2. Rhetorico.*

Nullus ſeipſum paruipendit.

Cicero lib. pri. Officiorum.

Quo in genere (inquit, de animaduertendis uitijs uerba faciens) non eſt incõmodum, quale quodq; eorum ſit, ex alijs iudicare, ut ſi quid de deceat in illis, uitemus & ipſi. Fit em̃ neſcio quo modo, ut magis in alijs cernamus, q̃ in nobiſmetipſis ſi quid delinquitur. Itaq; facilime corriguntur in diſcendo, quorũ uitia imitãtur emẽdandi cauſa magiſtri. *Ibidem Paulo poſt.*

¶ Vt enim pictores & ij qui ſigna fabricantur, & uerieciam poetæ, ſuum quiſq; opus à uulgo cõſiderari uult, ut ſi quid reprehenſum ſit à pluribus, id corrigatur: hinc & ſecum & cũ alijs quid in eo peccatum ſit, exquirũt? Sic aliorum iudicio permulta nobis & facienda & non facienda: & mutanda & corrigenda ſunt.

Maximus de Charitate Centuria 3. 56.

¶ Philautia omnium cogitationum adfectus inducentium cauſa conſtituitur. Ex hoc enim generantur tres cõcupiſcentiæ cogitatiões etiã fortiſſimæ, nempe crapulæ, auaritiæ & inanis gloriæ. Cæterum ex crapula naſcitur ſcortatio/niscogitatio: ex inani gloria, ſuperbiæ. At reliquę omnes unamquanq; ex tribus conſequuntur: nimirum cogitatio iracundiæ, triſtitiæ, acceptarum iniuriarum recordationis, ſocordiæ, inuidentiæ, obloquutionis & reliquæ. Illi ergo affectus rebus materialibus cõſtringunt animũ eundemq; in terram detrahũt inſtar grauiſſimi lapidis illi incumbentes, cum natura ſua igne ſit leuior & celerior. *Ibidem.*

¶ Omnium adfectuum principium eſt Philautia, finis autem ſuperbia. Porro philautia amor eſt, quo corpus complectimur, rationi non conſentaneus. Hanc qui ampurauerit, eadem opera omnes adfectus ex ea orientes abſcidit,

Periander:

σαυτὸν μὴ ὀμέλει. id eſt, Te ipſum ne negligas.

Pittacus & Chilon.

νῶθι σαυτόν, id eſt, Cognoſce teipſum. Bias.

εἰς κατοπτρον ἐμβλέψας θεοῦ
καὶ εἰ μὲν καλὸς φαίνη ἄξια τούτου
πρᾶττε εἰ δὲ αἰσχρὸς, τὸ τῆς ὄψεως
ἧττον ὠραῖξε καλοκαγαθίαις: id eſt,

In ſpeculum cum inſpicias contemplare,
Et ſi quidem pulcher appares, digna te
Fac. Si uero deformis, faciei deſectum
Illuſtra probitatibus: *Menander,*

ἑαυτὸν δ' ὃν δεῖς ὁμολογεῖ κακοῦργον: id eſt,

Seipſum nullus fatetur eſſe malum.

Amplitudo græc. ἀξιότης, ητος, ἡ. dicitur eſſe potẽtię aut maieſtatis, aut aliquarũ copiarũ magna abundantia: ſecundum Ciceronem in Rhetoricis.

Anathema græcum uocabulum eſt ἀνάθημα ατος, τὸ eſt oĩne ſeparatum à communi uſu, ſecundũ B. Tho. ſup epiſt. ad Romanos cap. nono. co. 2. fi.

Andragathema græca dictio eſt ἀνδραγάθημα τος, τὸ. ſtrenuitas latine dici poteſt. Eſt enim uirtus uiri cõmunicabilũ ad operũ inuentiua, & pars fortitudinis potentialis pertinens ad liberalitatem, uel potius ad magnificentiã, licet magis cõueniat cũ iuſtitia, ratione materiæ. *Vel ſic.*

Andragathema eſt uirtus magnorũ operum executiua, cum quadam uirili prudentia ac ſolicitudine, ut colligitur ex dictis b. Tho. Secunda ſecundæ q. 128. articulo pri.

Andragathema uenit ab ἀνδραγαθέω, quod eſt uiriliter ago.

ANgelus græca dictio eſt, ἄγγελος ου. & nuncius dicitur, ἀγγελλω λῶ enim nuncio eſt.

Angelus eſt ſubſtantia intellectualis ſpecie mobilis, arbitrio libera, incorporea, deo miniſtrãs, ſecundum gratiam eius naturã ſui immortalitatem ſuſcipiens, cuius ſubſtantiæ ſpeciem & terminum ſolus qui creator eſt nouit, ſecundum Ioannem Damaſcenum libro ſecundo capite tertio. *Exodi 23.*

Ecce ego mittã angelum meũ qui præcedat te, & cuſtodiat in uia, & introducat in locũ quem præparaui. obſerua eũ, & audi uocem eius, nec contẽnendum putes, quia non dimittet cũ peccaueris, & eſt nomẽ meũ in illo. Quod ſi audieris uocẽ eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligẽteste.

Auguſt. libro de agenda cura pro mortuis, & habetur 13 q. ult. Fatendum.

Fatendum eſt neſcire quidem mortuos quid hic agatur, dum hic agitur: poſtea uero audire ab eis qui hinc ad eos moriendo pergunt, non quidẽ omnia, ſed quæ ſinuntur etiam iſti meminiſſe, & q̃ illos quibus hæc indicantur oportet audire. Poſſunt & ab angelis qui rebus q̃ hic aguntur præſto ſunt, audire aliquid mortui, quod unumquenq; illorũ audire debere iudicat, cui cuncta ſubiecta ſunt.

Auguſt. ſuper illud: Draco iſte quem feciſti.

Præpoſiti ſunt angeli cœlorũ, ſup poteſtates aereas, unde procedit uerbum q̃d fit hic. Intuẽtur enim legem ſiam, legem æternam iubentem ſine ſcriptura, ſine ſyllabis, ſine ſtrepitu fiam, ſemp ſtantem intuentur angeli corde mundo, & ex illa faciunt quicquid hic fit.

Idem in Enchiridio

Vtiq; noſcunt angeli ſancti docti de deo, cuius ueritatis æterna contemplatione beati ſunt, quanti numeri ſupplementum de genere humano integritas illius ciuitatis expectat.

Hieronymus ſuper Matth. libro 3.

Magna dignitas animarum, ut unaquæque habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodia ſui angelum deputatum

Gr cc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Grego. & hab. dist. 40. Quælibet, ꝛ. Quid enim.

Quid enim paradiſo iucundius? quid cœlo ſecurius, & tamen homo ex paradiſo, & angelus de cœlo peccando cecidit.

Grego. ſuper Euangelium homilia 6.

Vnuſquiſq; inquantum ſufficit ſi à prauitate proximum reuocat: ſi exhortari ad bene operandum curat, ſi æternum regnum uel ſupplicium erranti denunciat, cum uerba ſanctæ annũtiationis impendit, profecto angelus exiſtit.

Gregorius in homilia.

Quia parua capiunt, ſed tñ hæc eadẽ parua pie annunciare fratribus nõ deſiſtunt, iſti in angelorum numerũ currunt. Qui ſecretorum cœleſtium ſumma capere ꝑualent & nuntiare, etiam iſti in archangelorum numerũ deputãtur. Qui amando ardent & loquendo alios accendunt, iſti ſeraphici dicuntur. *Ibidem.*

Angeli cũ ad nos ueniũt, ſic exterius implent miniſterium, ut tñ nunq; deſint interius per contemplationẽ. Mittunt ergo & aſſiſtunt, quia & ſi circunſcriptus eſt angelicus ſpiritus, ſummus tñ ſpiritus ipſe qui deus eſt, circunſcriptus non eſt. Angeli itaq; & miſſi ante ipſum, qui à quolibet miſſi ueniant, intra ipſum currunt.

Idem ſuper euang. homilia 34.

Supna illa ciuitas ex angelis & hominibus conſtat, ad q̃ tantum credimus humanũ genus aſcẽdere, quantos illic contigit electos angelos remanſiſſe, ſicut ſcriptum eſt: Statuit terminos gentium, iuxta numerum angelorum dei.

Grego. in homi. Erant appropinquantes &c.

Angelorũ uocabulum nomen eſt officij, non naturæ, nã ſancti illi cœleſtis pàtriæ ſpũs, ſemp ſunt ſpiritus, ſed ſemper uocari angeli nequaq; poſſunt. Tunc ſolũ ſunt angeli cũ per eos aliqua nuntiant. Vnde Pſal. Qui facit angelos ſuos ſpiritus. Hi ergo qui minima nuntiant, angeli: qui uero ſumma nuntiant, archangeli uocant. Græca enim lingua angeli nuntij, archangeli uero ſummi nuntij uocãtur, qui idcirco priuatis nominibus cẽſentur, ut Michael, Gabriel, Raphael, ut ſignetur & per ea uocabula quid in operatione ualeant. *Ibidem*

Timet angelus adorari ab humana natura, quam uidet in deo ſublimatam.

Idem & hab. de pœni. diſt. 2. prin. ꝛ. Nouem dixit.

Nouẽ dixit gña lapidũ, quia nimirũ ordines angelorũ ſunt 9. nam cũ per ſacra eloquia angeli, archãgeli, throni, dominatiões, uirtutes, principatus & poteſtates, Cherubin & Seraphin, aperta narratione memorantur, ſupernorum ciuium quantæ ſint diſtinctiones oſtenditur.

Gregorius libro 2. Moralium.

In hoc eſt natura angelica à naturę noſtræ cõditione diſtincta, ꝙ nos & loco circũſcribimur, & cæcitatis ignorãtia coartamur. Angelorũ uero ſpiritus loco quidẽ circunſcribunt, ſed tñ eorum ſcientiæ longe ſuper nos incomparabiliter dilatantur. Interius & exterius ſciendo diſtincti ſunt, quoniam ipſum fontem ſcientię cõtemplãtur. Quid enim de his quæ ſcienda ſunt neſciunt, qui ſcientem omnia ſciunt.

Iſidorus libro de ſummo bono.

Boni angeli ad miniſterium humanæ ſalutis deputati ſunt, ut cunctis adminiſtrent mundi, & regant omnia iuſſu dei. *Ibidem.*

Singulæ gentes præpoſitos angelos habere creduntur, omnes homines angelos habere ꝓbantur. *ibidem.*

Natura angelorum mutabilis eſt, quia ineſt illis mutabilitas in natura, ſed fecit eos incorruptos charitas ſempiterna. *ibidem.*

Angeli ſunt natura mutabiles conditi, ſed facti contẽplatione immutabiles, animo impaſſibiles, mẽte rationales, ſtirpe æterni & beatitudine perpetui. *Bernar. in ſermone de ange.*

Simus deuoti, ſimus grati tantis cuſtodib⁹, redimamus eos q̃tum poſſumus, q̃tum debemus affectuoſe, ideo angelos eius tanq; futuros aliquando cohæredes. Vos uero interim actores & tutores à patre poſitos, & præpoſitos nobis, adhuc enim paruuli ſub tutoribus & actoribus ſumus. *ibidem.*

Quoties ergo grauiſſima cernit urgere tẽtatio, & tribulatio uehemẽs imminere, inuoca cuſtodem tuum, directorem tuum, adiutorem tuum in opportunitatibus tuis. In tribulatiõe uero neq; dormitat, neq; dormit, etſi qñq; ad tempus diſſimulat. *Ibidem.*

Væ uobis, ſi qñ prouocati ſancti angeli peccatis & negligẽtijs indignos nos iudicauerint ꝑſentia & uiſitatiõe ſua, & quorũ ꝑſentia protegere nos & ꝓpulſare poterat inimicũ. Quod ſi neceſſariã habemus familiaritatẽ dignationis angelicæ, cauẽda eſt nobis eorum offenſa, & in his minime exercendũ, quibus eos nõ nouimus oblectari. Hæc aũt placent eis, q̃ in nobis inuenire delectat, ut eſt ſobrietas, caſtitas, pauptas uolũtaria, creber in cœlũ gemitus, & ſuper hæc omnia ueritatem & pacem à nobis exigunt. *Ibidem.*

Benignus es domine qui nõ es contentus noſtra fragilitate murorum, ſed ipſis hominũ cuſtodibus angelicam cuſtodiam ſupponis.

Bern. in ſerm. quadrageſimæ, ſuper illud: Acceſſerunt angeli, & miniſtrabant ei.

Tu ergo ſi uis habere miniſterium angelorũ fuge cõſolationes ſeculi, & tentatiõibus reſiſte diaboli. *Ibidem. Angelis ſuis mandauit de te.*

O q̃tum debet tibi hoc uerbũ inferre reuerentiã, afferre deuotionẽ, cõferre fiduciã, ꝓ præſentia reuerentiã, pro beneuolẽtia deuotionẽ, ꝓ cuſtodia fiduciã. Caute ergo ambula, ubi ſunt angeli, ut cuſtodiant te in omnibus uijs tuis. *Ibidem.*

Credimus angelos ſanctos aſtare orationib⁹, offerre deo uota & preces hominũ, ſi ſine deceptione leuari puras manus proſpexerint. *Ibidem.*

In quis diuerſorio, in quouis angulo reuerẽtiam exhibe tuo angelo, nec audeas illo ꝑſente quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quod me uidente non auderes. Adſunt igitur tibi non modo præſentes tecum, ſed etiam pro te adſunt, ut proregant, adſunt ut proſint.

Origines ſuper lib. Numero. homi. 97.

Agunt angeli diem feſtū, lætantes ſuper his, qui refugientes conſortia dæmonum, per exercitia uirtutum, angelicis feſtinant ſociari conſortijs. *Idem ibidem homi. 71.*

Adeſt unicuiq; noſtrū etiā minimis qui ſunt in eccleſia dei, angelus bonus, angelus dñi, q regat, qui moneat, q gubernet, qui pactibus noſtris corrigēdis & miſerationibus expoſcendis, quotidie uideat faciē patris qui in cælis eſt.

Angor græce ἄγχονη. ης. ἡ. & ἄγχω eſt ægritudo pmens, ſecundū Cic. lib. Tuſcul. quæſtionum.

Angor eſt animi & corporis cruciatus, unde anxius ſolicitus. & anxietas ſolicitudo dicitur, quæ & anxietudo dici poteſt. Artius perſuaſit mœror, anxietudo, error, dolor.

Anguſtia græce στενοχωρία. ας. ἡ. & στενὸς. ἡ. ὸν. anguſtū dicitur. Eſt uiarum ſtrictura, aut cuiuſcunq; alterius rei, unde per tranſlationem pro difficultatibus capimus. Cice. Neminemq; qui ei in eorum anguſtijs ſubueniret, habebat. Venit autē ab anguſto uerbo, quod eſt coarto, quod angulī ſemper coartentur.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

- Anima sensitiua
  - Per modum dirigentis, scilicet ostendendo quid prosequendum uel fugiendum, & hoc facit,
    - Sẽsus cõis, uirtus cui reddũtur omia sensata, et est uelut centrũ aliorũ quinq; sensuũ a quo deriuãtur sicut rami.
      - Obiecta: Sẽsibile sensatum, ut cognoscibile, cuius actus sunt
        - Distinguere ẽ inter propria sensata, ut inter colorem & sonũ.
        - Percipe cõia sensata, sicut motũ, qetẽ, in magnitudinẽ figurã numerũ. Percipere sensatiões exteriores, sicut cum sentio me uidere.
      - Obiecta: Senſibile sensatum, ut referuabile.
        - Sentire & uideo me uidere.
    - Phantasia siue imaginatiua, quæ secundũ Arist. est motus factus a sensu secundũ actũ.
      - Secũda cõcauitas cerebri uel ps imediata sequens minus humida.
        - Obiecta: Intẽtio bonitatis et malcuolentiæ, cõueniẽtiæ et discõueniẽtiæ utilitatis uel nocumẽti ut elicibilia uulpis naturaliter.
          - Retinere speciẽ uel similitudinem sensibilis q̃ accepit a sensu cõmuni i absentia ipsius sensibilis
        - Obiecta: Forma imaginata.
          - Apprehendere intẽtione (lis. sensibilũ sicut in oue cognoscẽte inimicitias lupi, uel gallinæ
    - Memoratiua uirtus cõseruatiua intentionũ, quas apprehendit æstimatiua, & in hominibus proprie est reminiscentia.
      - Postrema cerebri.
        - Intẽtio illicita ab æstimata, inquantum reseruabilis.
          - Retinere de intentionibus sensibiliũ, quod apprehẽdit æstimatiua
    - Per modũ dirigentis, scilicet ostendendo quid prosequendum uel fugiendum, & hoc facit,
      - Phantasia & sensus cõmunis ostendẽdo formas sensibiliũ prosequendorũ uel fugiendorũ, ut colorẽ, saporẽ, odorem, figurã, numerũ, et huiusmodi.
      - Æstimatiua, præsentãdo intentiões sensibiliũ sequendorum uel fugiendorũ sicut utilitatẽ, nocumentum, cõuenientiã, discõuenientiã, delectabilitatẽ uel tristitiã eorum.
        - Obiecta: Cõcupiscere.
          - Desiderare.
          - Gaudere.
          - Lætari.
          - Amare.
          - Diligere.
          - Hãc partem p̃ficiunt et moderãtur sex uirtutes morales, scilicet
            - Temperãtia.
            - Liberalitas.
            - Affabilitas.
            - Veritas.
            - Eutrapelia.
            - Philotimia.
        - Obiecta: Abominari contra desiderare.
          - Fugere respectu mali.
          - Dolere contra gaudere.
          - Tristari contra lætari.
          - Odisse contra amare.
          - Contemnere contra diligere.
      - Concupiscibilis quæ est uis imperans motum ad ea quæ æstimãtur necessaria & utilia appetitu delectandi, cuius obiectum est bonum simpliciter, & absolute, cuius actus sunt
        - Prosequi respectu boni.
        - Fugere respectu mali.
      - Per modum imperãtis, & est uirtus a philosophis dicta appetitiua, a theologis sensualitas & est duplex, scilicet
        - Motiua triplex
          - Irascibilis, quæ est uis imperans moueri ad pellẽdum a se quod æstimatur nocium aut corrumpens appetitum uincendi, cuius obiectum est bonum arduum, & expediens, & est secundum b. Tho. uelut armiger & defensatrix cõcupiscibilis, secundum duplicem dispositiõem scilicet,
            - Corroborantem, quæ sequitur cordis & uirtutis impetuosam cõfortationem ex cuius imperio fiunt actus
              - In bonum non quodcunq; sed excellẽs & honorabile, cuius actus sunt
                - Ambitio.
                - Spes.
                - Superbia.
                - Cõtemptus.
                - Dominatio.
              - In malum nõ quodcunq; sed excellens, cuius actus sunt.
                - Audacia.
                - Ira.
                - Insurrectio.
            - Debilitantẽ, quæ est dispositio impetuose cõsequens discõfortationem cordis, secundum quam p̃ modum fugæ fiunt actus
              - A bono arduo difficili non excellenti
                - Desperatio.
                - Humiliatio.
                - Reuerẽtia.
              - A malo arduo difficili uel excellenti.
                - Pœnitentia.
                - Impatientia.
                - Timor.
          - Generalis est uirtus motiua cõsequens ut supra, cuius sedes est in postrema parte cerebri & capitis, unde oriuntur nerui motiui sicut ab interiori nerui sensitiui ramificati per totum corpus.
            - Cõtractiua, ex qua si prouenit motus totius animalis de loco ad locum, sed est qua animal.
              - Contrahitur, ut conchilia & ostrea.
              - Extenditur.
            - Progressiua, est uis uel principium transeundi de loco ad locum, cuius species sunt
              - Gressiua pedibus.
              - Volatiua alis.
              - Reptatiua costis & uentre.
            - Operatiua, est principium operandi, cuius organa iuncta sunt manus in habentibus, uel os, uel cornua, uel pedes, ut in apibus & aranceis.
              - Natiua penulis, solo organo differẽtia
              - Vocatiua est principium emittendi uocem, secundum apprehensionem, indicatiua affectionum, cuius organum est pulmo, & uitalis arteria, quæ est in solis animalibus habentibus pulmonem.
      - Per modum excedentis, & est uirtus cõsequens ad affectuas diffusa in lacertis, musculis & neruis contrahens & relaxans ligamenta cõiuncta membris, at est duplex, scilicet
        - Particularis est in singulis membris suis motiua, p̃ colligamenta cõiuncta membris, at est duplex, scilicet
          - Generalis, cuius partes sunt
            - Particularis est in singulis membris suis motiua, p̃ colligamenta cõiuncta membris, at est duplex, scilicet
              - Generalis, cuius partes sunt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Anima { Vegetatiua. / Senſitiua / Intellectiua. } = { De quibus ſupra. }

ANima græce ψυχὴ ἡ. & ψυχικὸς, ἡ, ὸν. animalis dicit. Et eſt ſubſtantia creata, inuiſibilis immortali deo ſimilima, imaginē nullā habēs niſi creatoris ſui, ſecun. Au. li. diffinitiōum.

Anima eſt principiū quo uiuim⁹, ſentim⁹ & intelligimus, nutrimur, & ſecundū locū mouemur primum, ſecundum Ariſt. li. 2. de anima.

Anima eſt actus primus ſubſtantialis corporis phyſici organici in potētia uitam habens, ſecundum Ariſtot. libro 2. de anima.

Aīa uegetatiua ē prīcipiū q̄ uegetamur primū.
Aīa ſenſitiua eſt principiū quo ſentim⁹ primū.

Anima intellectiua eſt principium quo intelligimus primum, ſecundum eundem Ariſtot.

Anima, ut ait Lactant. libro de opificio dei, cap. 17. quid ſit, nondum inter philoſophos cōuenit, nec unq̄ fortaſſe conueniet.

Ezechielis 18.

Anima quæ peccauerit, ipſa morietur.

Matthæi 10.

Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt.

Marci 8.

Quid enim proderit homini ſi lucretur mundum totum, & detrimentū aīæ ſuæ faciat? Aut quid homo cōmutationis dabit pro anima ſua?

Auguſt. libro de doctrina Catholica.

O anima Chriſtiana euigila, & ſi q̄ in te ſit uirtus charitatis q̄ oīa ſuſtinet, dñi tui imitare ueſtigia. Cōſidera quot milia martyrū tricam tibi fecerūt uiā. Tranſierūt uirgines, tranſierūt martyres, tranſierūt pueri & puellę, & adhuc times? Quia docet te ille q̄ eſt uia, ueritas & uita. Via nō errans, ueritas nō fallens, uita non deficiēs. Via exemplo, ueritas in p̄miſſo, & uita in p̄mio.

Idem Confeſſionum libro 6.

Væ animæ audaci, quæ ſperauit, ſi à te receſſiſſet ſe aliquid melius habiturā. Verſa & reuerſa, in tergum & in latera, & in uentrē, & dura ſunt omnia, & tu ſolus requies, & ecce habes.

Idem ſuper Geneſim ad literam.

Sicut deus oēm creaturā, ſic anima oēm creaturā naturæ dignitate p̄cellit. Omnis aūt anima aut Chriſti ſpōſa, aut diaboli adultera eſt.

ibidem libro de ſpiritu & anima.

Fœlix aīa quam dei pietas reſpicit, humilitas ſubījcit, potentia reducit, obedientia conducit, perſeuerantia p̄ducit, deuotio introducit, charitas unit. *Idem de eccleſiaſticis dogmatibus.*

Non duas animas dicimus eſſe in hoīe uno, ſicut Iacobus & alī ſcribunt. Vnā animalem, qua anim̄etur corpus, & mixta ſit ſanguine. Alteram ſpiritualem, quæ rōi adminiſtret. Sed dicimus unā eandēq̄ animā eſſe in homine, quæ & corpus ſua ſocietate uegetet, & ſemetipſam ſua rōe diſponat. *Idem lib. 14. de Ciuitate dei.*

Dolores qui dicunt̄ carnis, animę ſunt in carne & ex carne. Quid enim caro per ſeipſam ſine anima dolet uel concupiſcit? Sed quod concupiſcere uel dolere dicīt, aut ipſe homo eſt, aut aliquid animæ q̄d carnis afficit paſſio, aut aſpera quod facit dolorē, aut lenis quod uoluptatem.

Idem ſuper Ioannem.

Spiritus deficit, ubi caro requieſcit, ut enim caro mollibus, ſic anima duris nutritur, illam blanda refouent, hanc aſpera exercent.

Hieronymus epiſt. 7. ad Damaſum Papam.

Noli deſpicere aīam p q̄ Chriſt⁹ mortu⁹ eſt.

Hieron contra Iouinia. epiſt. 9. cap. 28.

Senſus corporum quaſi equi ſunt ſine ratiōe currentes. Anima uero in aurigæ modum retinet frena currentium, & quomodo equi abſq; rectore præcipiter ruunt, ita corpus ſine ratiōe & imperio animæ in ſuum fertur interitum. Alia quoq; cōparatio animæ & corporis à philoſophis ponitur. Corpus puerum, animā pædagogum eſſe dicentibus. Vnde & hiſtoricus: Animi imperio corporis ſeruitio magis utimur. Alterum nobis cum dīis, alterum cum beluis cōmune eſt. Igitur niſi uitia adoleſcentis & pueri prudentia pædagogi rexerit, omnes conatus eius & impetus ad laſciuiam properant.

Hieronymus epiſt. 38. ad Anaſtaſium.

Alī aſſerunt q̄ formatis in utero corporib⁹ deus quotidie faciat animas & infundat. Alī faſtas iam olim, i. cum oīa deus creauit ex nihilo, nūc eas iudicio ſuo diſpēſet in corpora. Et hoc ſenſit Origenes, & nōnulli alī græcorū. Ego uero cū hæc ſingula legerim (teſte deo dico) q̄auſque ad p̄ſens certi uel diffiniti aliq̄d de hac q̄ſtione nō teneo, ſed deo relinquo ſcire quid ſit in uero, & ſi cui ipſe reuelare dignabit. Ego tñ hęc ſingula & legiſſe me nō nego, & adhuc ignorare confiteor, præter hoc quod manifeſte tradit eccleſia, deum eſſe & animarū & corporum cōditorem. *Ambro. in Hexameron.*

Qui animas rationales immortales eſſe dubitat, alienus proculdubio à ſeipſo eſt.

Ambro. ſup illud Pſal. Eloquium tuū uiuificauit me.

Hęc eſt aīæ nr̄ę uitalis ſubſtantia, q̄ alitur, & paſcit, & gubernat. Nec quicq̄ eſt aliud q̄d uiuere faciat rationalē animam q̄ eloquiū dei.

Gregorius Bonifacio Archiepiſcopo, & habetur 13. quæſt. Animæ defunctorum.

Animæ defunctorū quatuor modis ſoluuntur, aut oblationibus ſacerdotum, aut precib⁹ ſanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum. Curatio uero funeris, cōditio ſepulturæ, pompa exequiarum, magis ſunt uiuorum ſolatia, q̄ ſubſidia mortuorum.

Gregorius libro 1. Moralium.

Sic conditi miſerabiliter ſumus, ut ratio animam, & anima poſſideat corpus, ſenſus uero animæ à corporis poſſeſſione repellitur, ſi non prius anima à ratione poſſidetur.

Idem libro 26. Moralium.

Quoquo ſe uerterit aīa, ſi uigilanter intēdit, in eiſdē ipſis deū inuenit, p quæ reliquit, eiusq̄ potentiam ex eorū conſideratione cognoſcit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quorum amore deseruit, & per quæ peruerse cecidit, per hæc conuersa reuocatur.

Idem libro 4. dialogorum.

Tres uitales spūs creauit oīpotens deus, unū qui carne non tegit. Alium qui carne tegit, sed nō cum carne morit. Tertium qui carne tegit, & cum carne morit. Primus angelorū. Secundus hominum. Tertius brutorum animalium.

Ioan. Chrysost. de Reparatione lapsi.

Si animā negligamus, nec corpus saluare poterimus: Non enim anima p corpore, sed corp⁹ pro anima factum est. Qui ergo q̄ primum est negligit, & quod inferius est tollit, urrunq; corrumpit. Qui uere ordinem seruat, & quod primum est colit, etiam si negligāt quod secūdum est, per primi salutem seruabitur & secundum.

Idem super Matthæum.

Facies animæ est cōscientia. Sicut enim in cōspectu hominum gratiosa est facies pulchra, sic in oculis dei speciosa est conscientia munda.

Isido. & habetur dist. 81. Valet.

Valet interdum conuersis pro salute suae animæ mutatio loci. Plerunq; enī dum mutat locū, mutat mentis affectus. Congruum est ergo, & inde etiam corporaliter euelli, ubi quisq; illecebris deseruiuit. nā locus ubi q̄sq; praue uixerit, in aspectu mētis apponit, q̄d sæpe ibi q̄sq; cogitauit uel gessit. *Idem lib. 11. Etymologiarum.*

Anima dum uiuificat corpus, anima est: dū uult, animus est: dum scit, mēs est: dum recolit, memoria est: dum rectū iudicat, ratio est: dum spirat, spiritus: dum aliquid sentit, sensus est.

Bernar. in sermone Dedicationis.

Ad imaginem quippe dei facta anima rationalis, cæteris omnibus occupari potest, repleri omnino non potest. Capacem enim dei quicquid deo minus est non implebit.

Idem super Canti. sermone 14.

Quid indecentius q̄ curuū recto corpore gerere animum? *Idem sermone 106.*

Hæc est animæ suauissima & saluberrima requies, conscientia munda, quies secura. Sit beatæ animæ culcitra conscientiæ puritas, capitale tranquillitas, opercorium securitas, ut in hoc interim strato dormiat delectabiliter, & faciliter requiescat. *Bernardus serm. 107.*

Aduertistis tres esse sanctarum status animarum. Primū uidelicet in corpore corruptibili. Secundū sine corpore. Tertiū in corpore iā glorificato. Primū in militia. Secm in requie. Tertiū in beatitudine cōsummata. *Idem sup Can.*

Animæ desideranti dñs festinus occurrit cœlesti rore circūfusus, unguentis optimis delibutus, animam recreat fatigatā, esurientem reficit, aridam impinguat, terrenorū oblitam, suiipsi⁹ immemorem. *Ibidem.*

Paupertate, māsuetudine, fletu renouatur in anima similitudo quædam & imago æternitatis, oia tēpora complectens, dū paupertate futura meretur, mansuetudine sibi præsentia uendicat, luctu pœnitētiæ præterita quoq; recuperat.

Ibidem.

Cadit asinus, & inuenit quieum subleuet: ca dis anima, & non est qui manum apponat.

Hugo libro 1. capite 15.

In statu innocentiæ sicut deus p̄sidebat spūi, sic spūs præsidebat carni & ipsa caro iumēto spūs erat, ꝓpterea ad sessorē suum prinebat, ut iumēto suo pabulū prouideret ne deficeret, & hoc solū fortassis tūc deficere potuisset. Nūc autē p̄ter pabulū etiā freno & calcaribus indiget. Freno ut furentē & p̄cipitem à malo cohibeat. calcaribus aūt, ut ad bñ faciendū excitet pigrā.

Lactan. Firmian. libro 7. diuin. institutionum.

Quod si deus est & incorporalis & inuisibilis & æternus, ergo non idcirco interire animā credibile est, quia non uidetur post cū recessit.

Ibidem.

Maius testimoniū requram⁹. Polytes q̄dā consuluit Apollinē Mylesiū, utrum ne maneat aīa post mortē an resoluat. Et respōdit his uersib.

ψυχὴ μὲν μίχρις οὗ λεσμοῖς πρὸς σῶμα κρατεῖται,
φθαρτὰ νοῦσα πάθη θνητοῖς ἀλγηδόσιν ἴκτ',
αὐτὰρ ἐπὴν λύσιν βροτέην κατὰ σῶμα μαρανθέν
ὠκίστη πτερύγεται ἐς χιθέρα πᾶσα πορεῖται,
ἀιὲν ἀγήρα & οὖσα μένη ἐς πάμπαν ἀτερπής.
προφρονίη γὰρ ἔτο θεῦ διέταξε πρόνοια. id est,

Anima quidē quo ad uinculis corporis tenetur, corruptibiles passiones sentiens, mortalibus cedit doloribus. Cum uero humanam solutionem uelocissimam post corruptum corpus inuenerit, omnis in æthera fertur, nunq̄ senescens, & manet in æternum siue pœna. Primo genita etenim hoc diuina disposuit prouidentia.

Ibidem.

Falsa est igit Democriti & Epicuri sententia, & Dicearchi de animi dissolutione, q̄ profecto non rauderēt de interitu animarū Mago aliquo p̄sente differere, q̄ sciret certis carminibus cieri ab inferis animas & adesse, & præbere se humanis oculis uidēdas, & loqui, & futura p̄dicere, & si auderent, reipsa & documentis præsentibus uincerentur. Sed quia nō præuidebant animę rationem, quæ tam subtilis est, ut oculos humanæ mentis effugiat, interire dixerunt.

Ibidem.

Plato de aīa differens, ex hoc ait posse cognosci animas esse immortales atq; diuinas, quod in pueris mobilia sunt ingenia, & ad percipiendum facilia, quod ea quæ discūt ita celeriter capiant, uti non tunc ea primum discere illa uideantur, sed recognoscere atq; reminisci. In quo uir sapiens poetis ineptissime credidit.

Origenes super Cantica.

Vbi afforet iustitia dei, ubi bonorū merces, malorumq; iusta supplicia, si aīa mortalis esset?

Seneca ad Lucilium epistola 31.

Tutū iter est, iucundū est, ad quod natura te instruxit, dedit tibi illa, q̄ si non deseueris, pardeo cōsurges. Parē aūt deo te pecunia nō facit, deus nihil habet. Præsexta nō faciet, deq⁹ nudq⁹ est. Fama nō faciet nec oīō ratio tui. Nemo nouit deū, licet multi male de illo ꝓstimēt & impune. Nō turpa seruorū lectica tua portā tū, deus ille maximus potētissimusq; ipse uehit omnia.

Nec

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nec forma quidē & uires bonum te facere poſ/ſunt, nihil horū non patiē uetuſtatē. Quid ergo? animus. Sed hic rectus, bonus, magnus. Quid aliud uoces hūc, q̄ deū in corpore humano hoſpitem. Hic animus tam in equitem Romanū, q̄ libertinum, q̄ in ſeruum poteſt cadere.

Seneca ad Lucilium epiſtola 70.

Surſum animū uocant inicia ſua. Erit aūt ille etiā ante q̄ hac cuſtodia exoluat, ſi uitia ſua deſerit, purusq; ac leuis in cogitatiōes diuinus emicuit. *Seneca in Prouerbijs.*

Nihil magnū eſt in rebus humanis niſi animus magna deſpiciens. *Plato in Timæo.*

Ad hoc anima cōiuncta eſt corpori, ut fruatur ſcientijs & uirtutibus. Si autē cum feruore magno ſe inuenerit, benigne recipiet à ſuo creatore. Sin autem, relegabitur ad inferna.

Ariſtoteles libro 7. Metaphyſicæ

Ex ſanitate in anima fit ſanitas in corpore.

Idem libro 7. Phyſicorum.

In q̃ſcendo & ſedēdo aīa fit ſciēs & prudēs.

Idem lib. 4 de Cœlo & mundo.

Formæ eſt cōtinere, materiæ uero cōtineri.

Idem libro 1. de Anima.

Anima eſt tanq̄ principium animalium.

Ibidem.

Paſſiones animæ uariātur ſecundū uariationem ſeu diſpoſitionē corporis. Quidā duris & magnis paſſionibus nō mouentur, quidā uero mouentur paruis & debilibus. *Ibidem.*

Intellectus uel eſt phantaſia, uel non eſt ſine phantaſia. *Ibidem.*

Dicere animam gaudere uel triſtari, ſimile eſt ac ſi dicat aliquis eam texere uel ædificare.

Ibidem.

Intellectus eſt quod diuinum, impaſſibile & incorruptibile. *Ibidem.*

Non quælibet anima poteſt intrare quodlibet corpus, ſed quælibet anima habet propriū corpus, quod eſt contra Pythagoram.

Ibidem.

Egrediente anima ex corpore, corpus expirat & marceſcit. *Ibidem.*

Anima eſt ſubſtantia, id eſt, forma ſubſtantialis corporis. *Ibidem.*

Anima mouet corpus ſecundum omnē differentiam poſitionis, ſcilicet ſurſum, deorſum, ante, retro, dextrorſum, ſiniſtrorſum.

Ariſtoteles libro 2 de Anima.

Quatuor ſunt potentiæ animæ principales ſ. uegetatiua, ſenſitiua, intellectiua, & motiua, ſecundum locū. Hæc ſic ſe habent ad inuicem, quod uegetatiua poteſt eſſe ſine ſenſitiua, ut patet in plantis, & non econuerſo: & ſenſitiua ſine motiua ſecūdum locū, ut patet in quibuſdam animalibus conchilibus, & non econuerſo. Et tam ſenſitiua q̄ motiua ſecundum locum, poſſunt eſſe ſine intellectiua, ut patet in animalib. brutis, & non econuerſo. *Ibidem.*

In plantis eſt una anima in actu, multæ uero in potētia: & ideo partes earum abſciſſæ uiuūt. *Ibidem.*

Intellectus ſeparatur ab alijs potētijs animę, ſicut perpetuū à corruptibili. *ibidem.*

Anima dat uiuere uiuentibus. *ibidem.*

Omnia corpora phyſica uiuentia, ſunt animæ inſtrumenta. *Ibidem.*

Anima eſt cauſa efficiens corporum animatorum, & principium motus ſecūdum locum & alterationis. *Ibidem.*

Anima eſt cauſa corporis in triplici genere cauſarum, ſcilicet efficiens, formalis & finalis.

Ibidem.

Nihil proprie & naturaliter nutritur, niſi q̄d habet animam. *Ibidem.*

Tres ſunt potentiæ animæ uegetatiuæ, ſcilicet nutritiua, augmentatiua, & generatiua.

Ibidem.

Scientia eſt uniuerſaliū quæ ſunt in anima, ſingularia uero ſunt extra animam. *ibidem.*

Phantaſia eſt motus factus à ſenſu ſecuudum actum, ſecundum quem aliqua multum agunt & patiuntur. *Ibidem.*

Phantaſia non eſt opinio.

Ibidem.

Phantaſia ad intellectū nullo modo ptinet.

Ibidem.

Phantaſia eſt ſæpe falſorum.

Ariſtoteles libro 3. de Anima.

Intellectus eſt pars animæ. *ibidem.*

Intelligere eſt quoddam pati.

Ibidem.

Sicuti ſe habet ſenſus ad ſenſibilia, ſic intellectus ad intelligibilia. *ibidem.*

Intellectus omnia intelligit. *ibidem.*

Intellectus poſſibilis nihil eſt actu de numero entium anteqū intelligat ea.

Ibidem.

Intellectus nō habet aliquod organū in corpore, ſed eſt ſeparatus ab oī organo corporali.

Ibidem.

Anima intellectiua eſt locus ſpecierum intelligibilium. *ibidem.*

Anima non habet actu ſpecies, ſed ſolum potentia. *ibidem.*

Intellect⁹ cum intelligit ualde intelligibile, non impeditur intelligere infimum, ſed magis intelligit. *ibidem.*

Intellectus cum intelligit alia, poteſt ſeipſum intelligere. *ibidem.*

Intellectus eſt ſimplex & impaſſibilis etiam mixtus. *Ibidem.*

Intellectus poſſibilis in principio tanq̄ tabula raſa, in qua nihil eſt ſcriptum uel depictum. Eſt tamen poſſibile ſcribi uel depingi.

Ibidem.

Intellectus intelligit ſe ſicut alia, ſcilicet per ſpecies aliorum. *Ibidem.*

In ſeparatis à materia idem eſt intellectus & intellectum *Ibidem.*

Intellectus eſt potentia ſine materia.

Ibidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Duplex eſt potentia animæ intellectiuæ, a/gens & poſſibilis. *Ibidem.*

Intellectus noſter eſt ens in potentia.

Ibidem.

Sicut ſe habent ſenſibilia ad ſenſum, ita phãſmata ad intellectum. *Ibidem.*

Intellectus iudicat de futuris & de ipſis deli/berat. *Ibidem.*

Duplex eſt intellectus poſſibilis, ſ. practicus & ſpeculatiuus. Speculatiuus qui cõſiderat ue/rum ſimpliciter. Practicus qui conſiderat per cõparationem ad opus. *Ibidem.*

Sicut res habet eſſe, ſic habet intelligi.

Ibidem.

Anima quodammodo eſt omnia.

Ibidem.

Intellectus eſt ſpecies ſpecierum, id eſt, forma formarum. *Ibidem.*

Actus intellectus qui dicitur intelligẽtia ſim plicium, licet non ſit phantaſma, tamen non eſt ſine phantaſmate. *Ibidem.*

Neceſſe eſt oñe quod uiuit habere animam uegetatiuam à principio uſq; ad finem.

Ibidem.

Neceſſe eſt omne animal habere ſenſum.

Ibidem.

Impoſſibile eſt corpus animalis eſſe ſimplex elementum. *Ibidem.*

Senſus, guſtus & tactus, neceſſariũ ſunt ani/mali. Illi autem tres ſunt ad bene eſſe, uiſus, o/doratus & auditus.

Ariſtoteles lib. 2. de Animalibus.

Creatio corporis & membrorum eſt propter animam. *Idem lib. de animalibus.*

Anima nobilior eſt corpore, & animatum inanimato, & uiuum mortuo, & ens non ente.

Ibidem.

Solus intellectus intrat in os ab exterinſeco, & ipſe ſolus diuinus eſt. *ibidem.*

Anima eſt ſubſtantia, id eſt, forma ſubſtãtia/lis. *Ariſtot 1. Ethicorum.*

Bonæ animæ ſunt maxime bona.

Idem libro 2. Ethicorum.

Tria ſunt in anima, paſſiones, potẽtiæ & ha bitus. *Idem libro ſexto Ethicorum.*

Bonum uerum eſt intellectus.

Ibidem.

Quinq; ſunt in anima habitus quibus uerus dicitur, uidelicet ars, ſcientia, intellectus, ſapien/tia & prudentia.

Idem libro 9. Ethicorum.

Optimum quod eſt in homine eſt intellect⁹, quia licet intellectus q̃titate ſit minimum, eſt in potentia magnum & preciolitate maximũ.

Ariſtoteles libro 1. Politicorum.

Anima naturaliter dominatur corpori, ſicut dominus ſeruo. *Ibidem.*

Vtile eſt corpus regi a anima.

Idem libro 7. Politicorum.

Anima pretioſior eſt corpore & omni poſſeſ/ſione, & omnibus aliis bonis,

Ibidem.

Bonum animæ precioſius eſt omnibus bo/nis. *Idem 8. Politicorum.*

Anima naturaliter delectatur in muſicis me lodijs. *Temiſtius ſuper 1. de anima.*

Si ueritatem de anima cognouerimus, ualde magnum nobis erit introductorium ad oñem ueritatem, & ad omnes partes philoſophiæ inſi gnes dat occaſiones. *Ibidem.*

Intellectu nihil eſt diuinius.

Idem libro 3. de anima.

Ille intellectus qui plura intelligit non eſt no bilior, ſed qui digniora.

Themiſtius ſup lib. 3. de anima.

Conſideratio de anima eſt conſideratio natu ralis. *Ibidem.*

Intellectus non manet ſine uoluntate.

Laert. Diog. de uita & moribus philoſophorum.

Thales Mileſius primus inter philoſophos di citur de aſtrologia tractaſſe, & primus animas immortales poſuiſſe, & de natura diſputaſſe.

Macrobius libro 1. ſuper ſomnio Scipionis.

Animarum originem manare de cœlo inter philoſophantes indubitatæ cõſtat eſſe ſentẽtiæ. Et hæc eſt perfecta ſapientia, ut unde orta ſit, de quo fonte uenerit recognoſcat. *Ibidem.*

Animas uero ex hac uita cum delictorũ ſor/dibus recedentes æquandas his, quæ in abrup/tu ex alto præcipitiq; dilapſi ſunt, unde nunq; ſit facultas recedendi. Ideo ergo utendum eſt conceſſis uitæ ſpatijs, ut ſit perfectæ purgatio/nis maior facultas.

Macrobius libro 7. Saturnalium.

Tria ſunt enim quæ ex animæ prouidentia accipit corpus animalis, ut uiuat, ut decore ui/uat, & ut immortalitas illi ſucceſſione quæratur.

Cicero libro de legibus.

Quod autem ex hominum genere conſecra tos, ſicut Herculem & cæteros coli lex iubet, in dicat omnium quidem animos immortales eſ/ſe, ſed ſortium bonorumq; diuinos.

Cice. libro 1. Tuſc. Quæſtionum.

Ariſtoteles longe omnibus (Platonem ſemp excipio) præſtans, & ingenio & diligentia, cum quatuor nota illa genera principiorum eſſet cõ plexus, è quibus omnia oriuntur, quintam quã dam naturam cenſet eſſe, è qua ſit mens.

Ibidem.

Maximũ uero argumẽtum eſt naturã ipſam de immortalitate animorum tacitam iudicare. Q uod omnibus curæ ſunt & maxime quidem quæ poſt mortẽ futura ſunt. Serit arbores quæ alteri ſeculo proſint, ut ait Ennius in Synephoe bis: Q uid ſpectans niſi etiã poſtera ſecula ad ſe ptinere. Ergo arbores ſerit diligẽs agricola qua rum aſpiciet baccam ipſe nunq;. Vir magnus le ges & inſtituta reip. conſeret, Quid procreatio liberorũ? Quid propagatio nominis: Quid ad/ opti ones filiorũ? Quid teſtamentorũ diligẽtia? Quid ipſa ſepulchrorum monumenta? Q uid e logia ſignant? niſi, nos futura etiam cogitare.

Ibidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibidem.

Sin autem eſt quinta quædam natura ab Ariſtotele inducta, primum hæc & deorum eſt & animorum. *Ibidem.*

Animorum nulla in terris origo inueniri poteſt. Nihil enim eſt in animis mixtũ atq; cõcretum: aut quid ex terra natum atque fictum eſſe uideatur. Nihil ne? aut humidum quidẽ aut ſtabile aut igneum? His enim in naturis nihil ineſt quod uim memorię, mẽtis, cogitatiõis habeat, quod & præterita teneat, & futura præuideat, & complecti poſſit præſentia, quæ ſola diuina ſunt. Nec inuenitur unq̃ unde ad hominem uenire poſſit niſi à deo. *Ibidem.*

Nihil eſt animis admixtũ, nihil concretum, nihil coaugmentatũ, nihil duplex. Quod cũ ita ſit, certe nec ſecerni, nec diuidi, nec diſtrahi poteſt, nec interire igit. Eſt enim interitꝰ quaſi diſceſſus & ſecretio, ac direptus earum partiũ quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

Idem libro ulti. Tuſc. Quæſt.

Humanus autẽ animus decerptus eſt ex mente diuina, cum alio nullo, niſi cum ipſo deo (ſi hoc fas eſt dictu) comparari poteſt.

Cice. in paradoxis.

Nihil eſt animo præſtantius, nihilq; diuinius.

Idem in Catone maiore, uel de ſenectute.

Eſt em̃ animus cœleſtis ex altiſſimo domicilio depreſſus & quaſi demerſus in locũ diuinæ naturę, æternitatiq; cõtrarium, ſed credo deos immortales ſparſiſſe animos in corpora humana, ut eſſent qui terras tuerentur, quiq; cœleſtium ordinem contemplantes imitarentur eum, uitæ modo atq; conſtantia. Nec me ſolum ratio ac diſputatio impulit, ut ita crederem, ſed nobilitas etiam ſummorum philoſophorum & authoritas. *Ibidem.*

Apud Xenophontem autem moriens Cyrus maior hæc dicit: Nolite arbitrari o mihi clariſſimi filij, ne cum à uobis diſceſſero, nuſquàm aut nullum fore. Nec em̃ dum eram uobiſcum animum meũ uidebatis, ſed cum eſſem in hoc corpore, ex his rebus quas gerebam intelligebatis, Eundem igitur eſſe creditote, etiam ſi nullum uidebitis. *Ibidem.*

Mihi nunq̃ quidem perſuaderi potuit animos dũ in corporibus eſſent mortalib9, uiuere: cum exiſſent his, emori. *Saluſtius in Catilinario.*

At ingenij præclara facinora, uti anima immortalia ſunt. *Ibidem.*

Alterũ nobis cum dijs commune eſt, ſcilicet anima, alterum cum beluis, ſcilicet corpus.

Phocylides.

ψυχὴ μὲν ἀθάνατος καὶ ἀγήραος ἔμφυτος ἀνθρώποις. *id eſt,*
Anima autem immortalis & inſene ſcibilis, uiuit p omne tempus.

Menander.

Βέλτιον ἐστὶ σῶμα ψυχὴν νοσοῦσαν. *id eſt,*
Melius eſt corpus q̃ animam ægrotare.

Idem.

ψυχῆ ἐπιμέλου τῆς σαυτοῦ πλείστα δύναται. *id eſt,*
Animã̃ cura tuipſius inquantum potes. *Idem,*
ψυχὴν ἴθιζε πρὸς τὰ χρήσιμα πράγματα. *id eſt,*
Animam aſſueſce ad utilia opera.

Ouid. libro 15. Metamorph.

Morte carent animæ.

Ouid. libro Triſtium.

Singula quid referam, Nil non Mortale tenemus,
Pectoris exceptis ingenijq; bonis.

Iuuenalis ſatyra 15.

Senſum a cœleſti demiſſum traximus arce.

Lucretius.

Cedit enim retro de terra quod fuit ante
In terra, ſed quod miſſum eſt ex æteris oris
Id rurſum cœli fulgentia templa receptat.

Manilius libro quarto.

An dubium eſt habitare deum ſub pectore noſtro,
In cœlumq; redire animas, cœloq; uenire?

Franciſ. Petrar. cantil. 2.

L'alma che ſol da dio facta gentile,
Che gia d'altrui non po uenir tal gratia
Simile al ſuo' factor ſtatoritiene. *id eſt,*
Anima quæ ſolum a deo facta nobilis,
Quod aliunde non poſſit fluere talis gratia
Similem ſuo authori ſtatum tenet.

ANNVS græce ἐνιαυτὸς s. ὁ, & ἔτος dicit. Et teſte Feſto græcũ eſt. Sunt tamen qui uelint latinũ eſſe, ut Atteius Capito (teſte Macrob. libro 1. ſatur.) q annũ ipſum à circuitu temporis dictum putat, ab an quod eſt circũ, & nonas, & inde annonã deduci manifeſtum eſt. Alij ab annulo, quia in ſtar annuli in ſe redeat. Virgi. Atque in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus.

Annus lunaris mẽſis eſt, qa luna paulo minus q̃ menſem in zodiaci circuitione conſumit.

Annus ſolis dies 365. & quadrantẽ continet, quibus ſol zodiacum luſtrat, ita ut quarto quoque anno dies intercaletur, hic etiam magnus dictus eſt lunaris comparatione. Virgil. Interea magnum ſol circum uoluitur annum.

Annus magnus cõtinet duodecim milia, quingentos, & quinquaginta quatuor annos ſolares, ut teſtatur Cicero.

ANTICHRISTVS grẽcũ uocabulũ eſt, ἀντίχριστος. ου. ὁ. ἀντί enim contra eſt, & Chriſtus, cõtra Chriſtum. *Aug. li. 2. de Ciui. dei.*

Alligatio diaboli non permittit exercere totam tentationem quam poteſt uel fraudulẽter, quod ſi permitteretur in tam longo tempore, & tanta infirmitate multorũ, plures tales quales deus id perpeti non uult, & fideles duceret, & ne crederent impediret. Quod ne faceret alligatus eſt. Tunc autem ſoluetur quando & breue tẽpus erit. Nam tribus annis & ſex menſib9 legitur Satanas totis ſuis uiribus ſæuiturus.

Auguſt. libro 20. de Ciui. de Cap. 19.

Non uenier ad uiuos & mortuos iudicandos Chriſtus, niſi prius uenerit ad ſeducẽdos in anima mortuos aduerſarius eius Antichriſtus, ſed in quo dei templo ſeſſurus ſit incertum eſt.

Ibidem cap 29.

Helias qppe añ aduentũ iudicis ſaluatoris nõ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

immerito ſperatur eſſe uenturus, qui etiã nunc uiuere nõ immerito credit. Curru nanq; igneo raptus eſt de rebus humanis, quod euidẽtiſſime ſcriptura ſancta teſtatur. Cum ergo ueniret exponendo legem ſpiritualiter, quam nũc Iudæi carnaliter ſapiunt: cõuertet cor patris ad filium, id eſt corda patrum ad filios, cum intelligentiã patrum perducet ad filiorum intelligentiam.

Auguſt. de Ciui. dei libro 20. cap. ult.

In iudicio uel circa iudiciũ has res dicimus eſſe uenturas: Heliam Tesbyten, fidem Iudæorũ, Antichriſtũ perſecuturũ, Chriſtũ uenturũ & iudicaturũ, mortuorũ reſurrectionẽ, bonorũ malorumq; direptionẽ, mundi conflagrationem, eiusq; renouationem, q̃ omnia quidem uentura eſſe credendum eſt. Sed quibus modis & quo ordine ueniet, magis tunc docebit rerum experientia, cũq; nunc ad perfectum hominum intelligentia ualet conſequi. Exiſtimo tamen eo quo à me cõmemorata ſunt ordine eſſe uentura.

Auguſt. ad Heliſæum epi. 2.

Qui tenet teneat donec de medio fiat. Et tũc reuelabitur ille iniquus, quẽ dominus ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Docet nos Antichriſtũ manifeſtum futurum. Si quidẽ ipſum uidetur aliquãdo euidẽtiore ſignificatione tetigiſſe interficiendum ſpiritu oris dei Ieſu Chriſti. Sed poſt quantum temporis iſtud tempus erit, nec ſaltem obſcure locutus eſt.

Hieronymus ſuper illud Danie. Beatus qui expectat & peruenit uſque ad dies 1335.

Beatus interfecto Antichriſto dies iuq; numerum præfinitum 45, præſtolatur, quibus dñs & ſaluator in ſua maieſtate uẽturus eſt. Quare aũt poſt interfectionẽ Antichriſti 45. dierum ſilentium ſit, diuinæ ſcientiq; eſt, niſi forte dicamꝰ q̃ dilatio regni ſanctorũ patientiæ cõprobatio ẽ.

Ambro. ſuper illud 11. ad Theſſ. 2. Niſi uenerit diſſenſio primum.

Nõ prius ueniet Chriſtus q̃ regni Romani defectio fiat, & q̃at Antichriſtus q̃ interficiet ſanctos reddita Romanis libertate ſub ſuo tamen nomine. *Iſido. de ſummo bono cap. 25.*

Antecq̃ Antichriſtus appareat uirtutes ab eccleſia magnæ ceſſabũt. Quatenus eam quaſi abiectorem perſequat audacius, ob hanc em̃ utilitates ceſſabũt, ſub Antichriſto ab eccleſia miracula & uirtutes, ut p̃ hoc ſanctorũ clareat patientia, & reproborũ qui ſcandalizabunt leuitas oſtendatur, & perſequentium audacia feroc̃ior efficiatur. *ibidem cap. 26.*

Tam mira facturus eſt prodigia & ſigna dum uenerit Antichriſtus, ut etiam electis quoddam cordis ſignatur ſcrupulum quod cito exuperetur in illis ratio, per quam ſcient in deceptione reproborum & electorum probatione eadem fieri prodigia. *Ibidem.*

Grauius tũc cõtra eccleſiã deſcẽdet ſynagoga, q̃ in ipſo ſaluatoris aduẽtu Chriſtianos eſt perſecuta, dum in martyres diabolus iam exercuerit magnã crudelitatẽ etiam alligatus. Crudelior cũ erit ſub Antichriſti tẽporibus, quãdo etiã erit ſoluẽdus. Nam ſi ligatus tãta facere potuit, quanta ſolutus faciet. *Ibidem.*

Quanto breue tẽpus uiderit reſtare diabolus, ut damnetur, tanto in magna perſecutionis ira mouebitur, diuina iuſtitia permittẽte, ut gloriſicentur iuſti, ſordidentur iniqui & ut diabolo creſcat durior damnationis ſententia.

Iſidorus Etymologiarum. octauo.

Antichriſtus tẽplũ Hieroſolymis reparare, & oẽs ueteris legis cæremonias reſtaurare tẽtabit.

ANXIETAS græce ἀπορία ας ἡ & ἄπορος ὁ dicitur. Et eſt triſtitia aggrauans animum, ut nõ appareat aliquod refugium. Et quæ à Ioanne Damaſcẽ dicitur. Achos eademq; anguſtia eſſe uidet.

APPELLATIO græce προσαγορία ας ἡ dicit. Et eſt à minore ad maiorẽ iudicẽ uocatio, ſecundum Cano. 2. q. 6. Omnis oppreſſus, & ſeq. c. Placuit.

APPETITVS græce ὄρεξις εως ἡ dicit. Eſtq; inclinatio appetẽtis in aliquod ſibi ſimile & cõueniẽs, ſecundũ b. Tho. pri. parte quæſt. 80. artic. pri.

Apoſtaſia eſt tretroceſſio ab his qui bus homo cõiunguntur deo & eſt triplex. ſ.	A *ſuperrogatione, ut a clericatu & a religionis profeſsione.*
	Generalis cũ uolũtas retrocedit ũiuerſaliter a mandatis dei. Eccleſiaſt. 10. initium ſuperbiæ hominis apoſtatare a deo initiũ omnis peccati ſuperbia.
	A *fide, quãdo retroceditur omnino a fide ſuſcepta. 11. Pe. 2. Melꝰ erat ei ueritatẽ nõ cognoſcere, q̃ poſt cognitã retroire.*

APOSTASIA græcũ uocabulum, ἀποστασία ας ἡ. defectio & rebellio eſt. Et eſt temerarius à ſtatu fidei, obediẽtiæ eccleſiaſticæ uel religiõis receſſus: ſcdm Alexã. Sc̃da ſecũdę tract. de Apoſtaſia. Apoſtaſia à fide non eſt ſpecies infidelitatis, ſed eſt circunſtantia eius, aggrauans eam, ſecundum bea. Tho. Secunda ſecundæ q. 12. artí pri.

APOSTOLVS græce ἀπόστολος ὁ dicitur, nomẽ ab actu mittendi generaliter. Theologus tamen hoc nomẽ apoſtolus determinat, ad miſſos nũtios ſpeciales Chriſti, & adhuc ſingulariter ad perſonam Pauli refertur, quando ſine adiectione dicitur. *Ioh 36.*

Iudicium pauperibus tribuit.

1. ad Corinthios 1.

Stulta enim mundi elegit deus, ut confundat ſapientes. *Matthæi 11.*

Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

Matthæi 19.

Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. *Iacobi pri.*

Nonne pauperes elegit deus in hoc mundo?

Auguſt. libro 14 de Ciui dei.

Ignaros ſcientiæ ſecularis & illiteratos elegit ad apoſtolicam dignitatem, & euangelicæ prędicationis diſpenſationem, ut quicquid magnum eſſet & facerent, ipſe in eis eſſet & faceret

Idem in ſerm. apoſt. Petri & Pauli.

Quis iã nõ deſperet, aut de humilitate gr̃is-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

aut de magnitudine criminis,cum uideat ſic inundaſſe cœleſtis gratiæ fontẽ,ut & piſcatorẽ regibus præponeret, & perſecutorẽ apoſtolis coæquaret. Ille eñ dum pauperiẽ ſuã curat,alimẽta quotidiani uictus quærit in pelago,factus eſt diues in Chriſto,cui reges & nationes famulantur in ſeculo. Paulus uero dũ urget gladijs, ſanctorũ fidei ſuſcepit iugum, & magiſter factus eſt gentiũ,forma martyrum, formido dæmonum,indultor criminum,fonsq; uirtutum.

Idem in ſerm. de apoſtolis.

Dedit dominus poteſtatem apoſtolis ſuper naturã,ut eam curarent,ſuper dæmones,ut eos euerterent,ſuper elementa,ut ipſa immutarent, ſuper mortem, ut eam contemnerent,ſuper angelos,ut corpus domini cõſecrarent. Hæc etiã poteſtas data eſt eorũ ſucceſſoribus, ſecundum illud Apocal. ſexto, Hi habẽt poteſtatem claudendi cœlum & conuertendi aquam in ſanguinem. *Ibidem.*

Chriſtus Ieſus Petrũ & Andreã & alios per quos operatus eſt ſaluẽ in medio terræ,non de foro Iuſtiniani ſed de ſimplicitate piſcatoria legimus aſſumpſiſſe (inflat eñ ſapiẽtia huj⁹ mundi,& legũ uenoſa loquacitas. Elegit nõ reges, non ſenatores, nos philoſophos, ſed plebeios, pauperes,indoctos,piſcatores, ineruditos liberalibus diſciplinis,nõ peritos grãmatica,non armatos dialectica,nõ rhetorica inflatos. Piſcatores Chriſtus cũ retibus fidei pauciſſimos miſit, atq; ita ex omni genere tã multos piſces,& tam mulo mirabiliores,quãto rariores, etiam ipſos philoſophos cæpit. *Auguſt ſuper Ioan. ſerm. 50.*

Quare dominus unum proditorẽ inter duo decim habere uoluit? niſi ut malos toleremus, ne corpus domini diuidamus.

Auguſt. epiſt. ad Velutianum.

Ex pauciſſimis & imperitiſſimis & abiectiſſimis multiplicantur,nobilitantur,ſublimantur copioſiſſima agmina,clariſſima ingenia, cultiſſima eloquia doctorũ, acutorũ ac facũdorum.

Hieron. ad Nepotianum epiſt. 95:

Apoſtoli gloriantur, quod omnia dimiſerũt, & ſecuti ſunt ſaluatorẽ Et certe præter retia & nauem nihil legimus dimiſiſſe, & tamen teſtimonio futuri iudicis coronantur,quod ſe offerentes totum dimiſerunt quod habebant.

Hiero. ſuper illud Matth. 18. Quæcunque ligaueritis ſuper terram.

Poteſtatem tribuit dominus apoſtolis,ut ſciant qui dominantur, à talibus humanam ſententiam diuina ſententia corroborari.

Hiero. ſuper illud Matth. Venite poſt me.

Piſcatores illuſtrati mittuntur ad prædicandum,ne fides credentium,nõ uirtute humana, ſed eloquentia & doctrina dei fieri putaretur.

Idem epiſt. ad exuberantiam.

Nemo apoſtolis pauperior fuit. Nemo tantum prodomino derelinquit.

Ambro. in hom. & hab. diſt. 5. Fidelior.

Fideliofactus ẽ Petr⁹,potiq; fidẽ ſe perdidiſſe defleuit, atq; ideo maiorẽ gratiã reperit cũ amiſit. Tanq; enim bonus paſtor tuendũ gregem accepit,ut qui ſibi ante infirmus fuit, fieret omnibus firmamentũ,& qui ſe interrogationis tentatione mutauerat, cæteros uere fidei ſtabilitate fundaret. *Ambro. ſuper Lucam.*

Non ſapiẽtes aliquos,non diuites,nõ nobiles, ſed piſcatores & publicanos elegit, ne traduxiſſe prudentia, ne redemiſſe diuitijs:ne potentia nobilitatis autoritate traxiſſe ad ſuam gratiam uideretur,ut ueritatis ratio nõ diſputatiõis gratia præualeret. Eligitur & Iudas, nõ per imprudentiam. Quanta enim eſt ueritas quam nec aduerſarius miniſter infirmat? Voluit Chriſtus deſeri,uoluit tradi,uoluit ab apoſtolo ſuo prodi, ut eu à ſocio deſertus,à ſancto proditus, moderate ferastuũ erraſſe iudiciũ, petijſſe beneficiũ.

Greg. ſuper Euan. hom. quinta.

Multum dimiſit qui ſibi nihil retinuit.

Ibidem.

Tanta à ſequẽtibus ſunt dimiſſa, quãta à nõ ſequẽtibus cõcupiſci potuerũt. Multũ ergo dimiſit. qui omni rei poſſeſſæ omni cõcupiſcẽtiæ renuntiauit. *Greg. & hab. 16. q. 1 ex autoritate.*

Ex autoritate huius decreti q̃d apoſtolico moderamine & pietatis officio à nobis eſt cõſtitutũ,ſacerdotib. monachis, apoſtolorũ figurã tenentib⁹ liceat prædicare, baptizare, cõmunionẽ dare,pro peccatorib. orare, pœnitẽtiã imponere, atq; peccata ſoluere. *Greg. de diſcipl. ſanct.*

Omnipotens deus idcirco principem apoſtolorum permiſit cadere, ut in culpa ſua diſceret, qualiter alijs miſereri deberet.

Ioan. Chryſoſt. home. 1. de laudibus Pauli.

Paulus terram ſimul atq; mare, Græciã ſimul atq; Barbariẽ, omnemq; prorſus quãta eſt ſub ſole regionem quaſi uolutans circuit, non ſimplici labore uelut in uacuum itinera percurrẽs, ſed peccatorum ſpinas pariter euellens, uerbũ pietatis ubiq; ſeminans, errores fugans, ueritatem reducens, ex hominibus angelos faciens, quinimo ipſos homines quaſi ex dæmonibus angelos prouehens. *Ibidem*

O mirabiles nobis fluuios genuit Paulus, nõ ſecundũ paradiſi fontẽ nouẽ tantũ,ſed etiã multo plures,ac quotidie fluẽtes, nõ terrã irrigantes, ſed animas hoim ad producenda germina uirtutũ ſuſcitãtes,quis igitur ad explicãda Pauli merita ſermo ſufficiet? Quæ lingua laudibus eius inuenitur æqualis? cum oĩa quæ ſunt in hominibus bona,anima una poſſideat, & ea cuncta plene atq; cumulate, nec ſolũ hominũ,ſed & quod potius eſt angelorum. *Ibidem.*

Paulus cœli ciuis,eccleſiarũ columna,angelus terreſtris, cœleſtis homo. Sicut enim miſſum in igne ferrũ totũ profecto ignis efficit,ſic Paulus charitate ſuccẽſus totus effect⁹ eſt charitas.

Idem ſuper Matthæum,

Miſit Chriſt⁹ apoſtolos,quaſi ſol radios ſuos, quaſi roſa ſuauitates odoris ſui, quaſi ignis ſcintillas ſuas diſperſit; ut ſicut ſol in radijs appareat,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſicut roſa in odoribus ſuis ſentitur, ſicut ignis in ſcintillis ſuis aſpicitur, ſic in illorum uirtutibus Chriſti potẽtia agnoſcatur. Quis em̃ uidens diſcipulos bene inſtructos, non ſcientiam magiſtri collaudat? Faciebat em̃ mirabilia Chriſtus, faciebant & diſcipuli eius, & inter mirabiliũ operationes maior fama uirtutum creſcebat.

Iſidorus in ſerm. Petri & Pauli.

Merito apoſtolis ſanctis attribuitur, quod in ſapientiæ libris legitur. Hi ſunt uiri miſericordiæ. Sunt em̃ plane uiri miſericordiæ, ſiue quia miſericordiam conſecuti, ſiue quia miſericordia pleni, ſiue quia miſericorditer à deo donati ſunt nobis. *Ibidem.*

Scimus quod uiri iſti nec ſibi uixere, nec ſibi ſunt mortui, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, magis aũt nobis omnibus propter illum. Pro nobis facit eorum uita, eorum doctrina, & etiam mors ipſa, & in conuerſione eminentiã, in prædicatione ſapientiam, in paſſione ſua patientiã nobis beati apoſtoli contulerunt, qui etiam uſque hodie conferre nõ ceſſant miſericordia pleni, & ſanctarum orationum fructibus.

Leo papa, & habe. diſtin. 19. Ita dominus.

Ita dñs noſter Ieſus Chr̃s humani generis ſaluator inſtituit, ut ueritas q̃ antea legis & prophetarum prẽconio cõtinebat, per apoſtolicã tubam in ſalutem uniuerſitatis exiret, ſicut ſcriptũ eſt: In omnem terram exiuit ſonus eorũ, & cætera.

Leo Papa, in ſermone Petri & Pauli.

Igne ſpiritus ſancti quaſi uiuę lucis fonte Chriſtus apoſtolos ſuos perfudit, ut ipſi poſtmodũ uniuerſum mundum tanquam duodecim ſolis radijs, ac totidẽ lampades ueritatis illuminarẽt, & inebriati nouo uino repleant atq; irrigent ſcientia corda omnium populorum.

Maximus epiſ. ſerm. eorundem apoſtolorum.

Paulus ultra humana raptus eſt ad tertium cœlum. Cœleſtia ſecreta cognouit ut eccleſiarum futurus doctor inter homines prædicaret.

Baſil. ſuper illud Mat. 5. Vos eſtis lux mundi.

Veniente luce diei ægritudines alleuiantur, homines à ſomno excitantur, aues garriunt, beſtię ad latibula ſua fugiũt: ſic luce apoſtolorum ueniente mundus fuit ædificatus in credendis, fœcũdatus in operibus bonis, alleuiatus peccatis, excitatus negligẽtijs, animatus ad contẽplationem cœleſtium, ereptus à poteſtate dæmonum.

Fran. Petrar. Soneto quarto.

Quel chen finita prouidentia & arte
Monſtro nel ſuo mirabili magiſtero,
Che creo queſto & quellaltro hemiſpero
Et manſueto piu Ioue cho Marte,
Venendo in terra a luminar le charte
Chaue an mult anni gia celato il uero
Tolſe Giouanne da le reti & Piero
Et nel regno del ciel fece lor porte.
Di ſe naſcendo a Roma non fe gratia
Augidea ſi Tanto ſopra ogne ſtatu.
Humiltade exaltar ſempre li piacque
id eſt *Ille qui ſummam prouidentiam & artem.*
Oſtendit in ſuo mirabili opere.
Qui creauit & hoc & aliud hemiſpherium.
Et benigniorum Iouem Marte.
Veniens in terras ut clara redderet ſcripta.
Quæ multos annos ueritatem celauerant.
Traxit Ioannem a tribus & Petrum.
Et in regno cœli dedit eis partes.
Ex ſe ortus. Romæ non fecit gratum.
Sed Iudeæ adeo ſupra omnem conditionem
Humilitatem extollere ſemper & placuit.

APRICATIO ἡλιασμὸς, οῦ ὁ. dicitur, eſt ſtatio ad ſolem, inde apricari, ad ſolem ſtare. Dicitur aũt apricus ab à quod eſt ſine, & φρίκη, ης ἡ quod eſt horror, unde & Aphrica q̃ ea pars calida ſit.

APTITVDO ἁρμονία, ἁρμοστότης, τητος ἡ dicitur & ab aptus græce ἁρμοστὸς, ἡ, ὸν. dicitur. Et eſt conuenientia pulchritudo, elegantiaq̃.

AQVA græce ὕδωρ, ατος. τὸ. ὕδατος τοῦ τὸ eſt unũ quatuor elementorum humidum & frigidum, grue & deorſum, ductile, facile ineffuſibile, ſecundũ Ioannẽ Damaſcenũ lib. 2. cap. nono.

ARBITER græce κριτὴς οῦ ὁ. dici poteſt, & eſt ille qui eligitur, ut iudex ſcilicet ut procedat ſeuato in ſubſtantialibus ordine iudicij, ſecundũ Innocent. in c. Quinta uallis. de iureiur.

ARCHETYPVS dictio græca, nã ἀρχὴ, ῆς ἡ. principatus & τύπος, ου, ὁ forma, dici põt principalis forma

ARCHITECTVRA eſt ſcientia ędificãdi. unde archytectones & archytecti dicũtur qui ædificandi ſcientiam habent, ab ἀρχὴ, ῆς, ὁ. quod eſt principiũ, & τέκτων, ονος ὁ. faber lignarius.

ARGVTIAE ab argutus dicuntur, acute & malitioſe dicta uel facta. Eſt enim argutus qui eſt falſus, acutus & cum lepore quodam quę cupit dicens faciens q̃ quaſi acute arguens.

ARITHMETICA ſcientia eſt de numeris tractãs, dicta ab ἀριθμὸς οῦ ὁ, q̃d eſt numeris inuẽta à Phœnicib. ob mercaturas, ἀριθμία etiã numero eſt.

ARMA græce ὅπλα τὰ dicuntur, & πλίς, ίδος, ου, ὁ. armatus: Sunt arma cuiusq̃ rei inſtrumenta. Omnia bellica inſtrumẽta quibus hoſtes arceri poſſunt arma dicuntur, ab arcendo hoſte, ut Varroni placet. Quare fuſtes, ſaxa alia q̃ huiuſmodi arma eſſe Caius iuriſcõſultus affirmat, quoties his ad hoſtes arcẽdos utimur. Erunt itaq̃ arma bellica ocreæ, caligæ, lanceæ, loricæ, thoraces, ſcorpiones, baliſtæ aliaq̃ huiuſmodi quibus in bello utimur. Fraudes inſidiantis arma dicunt. Virg. Et quærere cõſcius arma. Ita ſtudioſorũ arma ſunt ſtylus, pugillares, libriq̃. Et arma hęc omnia dici reor, q̃ armis id eſt humeris oneri ſunt dũ geruntur, teſtibus Pompeio & Seruio.

ARROGANTIA græce ἀλαζονεία ας, ὁ. & ἀλαζὼν, όνος, ὁ arrogans dicitur. Eſt aũt arrogantia quędã filia ſuperbiæ, q̃ quis multum ſe exiſtimans, cæteros quos infra ſe uidet deſpicit, & quib⁹ nõ conſulendo loqui, ſed uix dominãdo dignatur, ut habetur in Decretis diſt. 47. ca p. pri. Vel ſic, Arrogantia q̃ modeſtiæ contraria eſt, per quã

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

temeritas atque impudentia uanam ſibi compa rat autoritatem.

Arrogans eſt qui ſibi attribuit quod non ha/bet, ſecundū b. Tho. ſec. q. 112. ar. 1. *Vel ſic.*

Arrogans eſt, qui ſibi temere & inſolenter tribuit quæ in eo non ſunt.

¶ αλαζονεία autore Vlpiano, eorum eſt, qui plura promittūt q̄ præſtare poſſunt. Eiq̄ cōtraria eſt εἰρωνεία, quæ id quod poteſt minuit.

¶ Lacedęmoniꝰ adeo fuit inuiſa arrogātia ſi ue iactatio ſui, ut Cteſiphontē, uirum alioqui facundum ac diſertū, qui ſe prædicaret de re quauis uel totum diem poſſe dicere, apud ſe uiuere paſſi nō ſint. Quod boni oratoris eſſe dicerent, Habere ſermonē rebus parē, ut nec breuior ſit in dicendo quàm reſpoſtulet, nec prolixior.

¶ Cicero cum ciuitatē Romanā cōiuratis ſublatis à crimine perduellionis ſiue cōiurationis liberaſſet, eiq̄ p ijs beneficijs in remp. decreti eſſent honores, ſibi iſtis honoribus ita placuit, ſeſeq̄ admiratus eſt, ut multorum amor, in quo propter beneficia eſſet, in odium erga Ciceronē conuerteretur. Autor Plutar. in Cicerone.

Arrogatio græce θέτις τοσή dicitur. Et eſt adoptio perfecta, per quam qui filius nō eſt, pro filio habetur, pene naturam imitans. Differtq̄ à ſimplici adoptione, quia adoptio ſimplex eſt qua adoptatur filius non emancipatus qui nec tranſit in poteſtatē adoptantis, nec ſuccedit in hæreditatem niſi uelit adoptans. & fieri poteſt ſine autoritate principis uel magiſtratus, quorū oppoſita ſunt in Arrogatione ex bea. Thoma 4. Senten. diſt. 42. q. 2 articulo 1.

Ars græce τέχνη ἡσή & τεχνικὸσ οῦ δ artificioſus dicitur, & eſt principium agendi in alio ſecundum Ariſtotelem libro 12. Metaphyſicæ.

Ars eſt habitus quidā faciendi cum uera ratione, ſecundum Ariſtotelem libro 6. Ethicorum.

Ars eſt recta ratio factibiliū, & habitus operatiuus, ſcđm, b. Tho. prima Secū. q 57. artic. 3.

Ars eſt operis ratio, omni adiuncta materia: Differt autem ars ab experientia, ſecundū Ariſtot. lib. 1. Metaphyſicæ: q̄ Ars eſt uniuerſaliū, Experientia uero ſingularium.

Ars eſt rei cuiuſcunq̄ ſcientia uſu uel traditione, uel ratione percepta, tēdens ad uſum aliquē uitæ neceſſarium, ſecundum Diomedem.

Ars eſt poteſtas uiam, id eſt, ordinem efficiēs, ut Cleanthes uoluit ſecundum Fabium lib. 2.

Ars eſt habitus quidam faciendi uera cū ratione, ſecundum Ariſtotelem Ethicorum libro 6.

Ars dicitur q̄ arctis præceptis & regulis cuncta concludat. uel ἀπὸ τῆσ ἀρετησ. i. a uirtute. Quare ueteres artem pro uirtute appellarūt, ſecūdum Diomedem. *Ouidius li. 1. Artis.*

Diſce bonas artes moneo Romana iuuentus.

Menander.

λιμὴν ἀτοχίασ ἐσι τοῖσ ἀοθώποισ τέχνη. id eſt.

Portus infœlicitatis eſt hominibus ars.

Idem.

τύχη τέχνην ἔυρηκασ γὰ τέχνη τύχην. id eſt.

Fortuna artem inueniſti, non ars fortunam.



Articulus græce ἄρθρον ου τὸ dicitur & ἔναρθρος ὁ ἡ articulatus. Eſt eſt coaptatio partiū diſtinctarū, ſecundū b. Tho. ſecunda Secundæ q. 1. art. 7.

As græce ἀσσάριον τὸ libra eſt ſeu pondus 12. unciarū, ut placet Varroni, cuius partes ſunt ut infra.

Sextans tis. duas uncias ſignificat, eo quia ſit ſexta pars aſſis.

Quadrans tis, tres uncias ſignificat, quia eſt quarta pars aſſis.

Triēs tis. quatuor uncias, q̄a eſt tertia pars aſſis.

Quincūx cis. quinq̄ uncias, & dicitur à quinque & uncia.

Semis maſ. ge. c̄ facit genitiuo ſemiſſis, ſex uncias ſignificat quaſi ſemi as, id eſt dimidiū aſſis.

Septunx

Septunx cis, ſeptem uncias denotat, à ſeptem et uncia. Bes uel des octo uncias denotat, dictum quod demptus ſit inde triẽs, uel quod bis ſit triens, licet dura ſit compoſitio.

Dodrãs nouem uncias ſignifiaat: dictum quaſi dempto quadrante.

Dextãs tis, decẽ uncias capit, q̃ſi dẽpto ſextãte.

Decũx cis. undecim uncias ſignificat, q̃ſi dẽpta uncia ab aſſe qui librã ſignificat, ut dictum eſt.

Aſciſmus græce γνίσμα & δ dicitur, proprie eſt qui nõ ſubeſt dominio alicuius, ſed pro pecunia homines occidit ad alicuius inſtantiã & dicit à ſcindo is. quia ſcindit animam à corpore. ſecũdum Archi. in c. pro humani. de homici. libro 6.

Aſperitas græce σκληρότης & σκληρός δ aſper dicitur. Eſt autem aſper id in quo hæc pars quidẽ ſuperat, illa uero eſt inferior, ſecundum Ariſtotelem libro prædicamentorum.

Aſperũ eſt cuius una pars ſupereminet alteri, ſecundũ b. Th ſup. 2. de anima. Le. 17. principio.

Aſſentatio græce κολακεία & κολακέυω aſſentor dicitur. Sunt autem aſſentatores qui in uita atq; omni uſu uerborum & actuum placẽdi ſtudio omnia laudant, nec aduerſantur, putantes oportere minime moleſtos ſe cuiq; eſſe, ſecundũ Ariſtot. lib. 4. Ethicorũ. Diciq; aſſentator ab aſſentor, quod eſt adulor, & quaſi in omnibus cõſenſum præſto, ut eſt illud Terentianum: Ait quis, aio, negat quis, nego. Differũt aũt hæc tria aſſentor, adulor, blandior, q̃ aſſentari proprie eſt uoce uel laudando, uel aſſentiẽdo captare. Adulari quoquo modo, uel uoce uel geſtu fauorẽ quærere. Blãdiri proprie tactu, uerũ ad alios quoq; ſenſus trãsfertur. Aſſentire ab aſſentio quod & aſſentior dicitur in actiua ſignificatione græce ὁμολογέω dicitur, eſt actus intellect⁹. Cõſentire autem eſt actus uoluntatis ſecundum b. Tho. pri. 2. q. 15. art. 1 & 3. Sen. di. 13. ¶ *Theophra. de no.*

Aſſentationẽ autẽ recte quis turpe colloquiũ & obſequium quoddam aſſentatoris, utilitatis gratia inſtitutũ eſſe arbitretur. Aſſentator uero qui dum tecũ unà profiſcitur, animaduertis, dicat, ut in te ora hominum atque oculi conuerſi ſunt? quod præter te nemini ex ciuibus euenit. Itẽ, heri in porticu maxie collaudatus es, cum eñ plus q̃ triginta homines eo ſedentes conueniſſent, ac de te ſermo incipiſſet, quiſnam cæteris maxime uirtute præſtaret, à te ipſo quiſq; exorſus, ad tui ipſius nomen ferebaſ, multaq; alia his ſimilia dicere cõſueuit & à pallio, ſi quid ſiue pilli, ſiue pulueris, ſeu hili fuerit, excutere atq; amouere, & ſi palearũ quippiã in crinem uentus abiecerit, ad paleas & fœnum ſermonem tranſferre, atq; arridendo dicere: uides ut duob⁹ diebus, quibus à te abfui, caniciem barba cõtraxit, & ſi mihi præ cæteris qui hoc ætatis ſunt, capillo nigro eſſe uidere, & quũ ille aliquid loquit, cæteris ſilentium imperet nolentem etiam & in uitum efferat laudibus, & orationẽ finienti annuat, & ſalibus utenti, uehementer arrideat, ueſtemq; in os adigat, quippe qui riſum nequeat cõtinere, ac ſi quis obuiã uenerit, eum iubet cõſiſtere, quoad ille prætereat, pueris eius mala ac pyra pretio comparata deferes, eo ſpectãte tradit, eoſq; oſculatus: o præclaram, ait, optimi patris ſobolem calceos ementi adeſt atque pedem lõge melius formatũ calceis eſſe dicit. Quumq; is ex amicis aliquem adeat, curſu aſſentator præuolet, eiq; qui aditur, ad te proficiſcitur amicus, ait; & ante q̃ aderit, reuerſus affirmat ſe nũciaſſe. Illa uero q̃ muliebris cœtꝰ ſunt, adhibere poteſt abſq; negotio, ut ſiqñ in conuiuio uerſetur, primus omniũ uina probet. quumq; is intereſt qui conuiuium ſtatuit, q̃ molliter, ait, & laute cœnas, quũ aliquid ex menſa tollit, ſtatim affirmat eſſe optimũ. rogat deinde nunquid frigore ſit affectus, ac nũquid amplius indui, & ueſtibus abs ſe amiciri uelit, atq; hæc oĩa quũ dicit, inſuſurrat in eius aurẽ. Tum in illum aſpiciens, ad alios aſtantes atq; audientes loquitur: In theatro uero puluinos miniſtro ereptos ipſe ſubſternit domum artificioſiſſime ædificatã, agrũ optime excultum, & plantis conſitum eſſe confirmat. imaginẽ petite ex illius figura imitatione ſimulatam atq; expreſſam. Et ne omnia cõplectar, aſſentatorẽ intueri licet, ad eius cuius gratificari ſe arbitretur, nutum ac uoluntatem omnia ſua & dicta & facta referentem.

Aſſiduitas προσλιπαρεία, & aſſiduus προσλιπαρών. Et eſt qui rei cuipiã indefeſſe adhæret & quaſi affixus eſt. Quantum autem poſſit aſſiduitas, oſtendit. ¶ *Heſiodus.*

¶ –ἐπὶ γὰρ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καθθείῖο,
καὶ θαμὰ τηθ ἔρδοιτσ', τάχα μεγμέγα καὶ ἔτο γένοιτο,

Ouidius libro 1. de Arte amandi.

Tempore difficiles ueniunt ad aratra iuuencæ.
Tempore lenta pati frena docentur equi.
Ferreus aſſiduo conſumitur annulus uſu,
Interit aſſidua uomer aduncus humo.
Quid magis eſt durum ſaxo, quid mollius unda?
Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.

¶ *Vegetius libro 1.*

Cottidianus uſus non laborat, etiam ſi onerоſa geſtauerit.

Aſtrologia eſt ſcientia de aſtris, & dicitur ab ἄστρον ου τὸ quod eſt ſydus, & λόγος ου ὁ ſermo. Dicitur q̃ aſtronomia ab aſtron quod eſt ſydus, & νόμος ὁ lex & norma. Hæc primum inuenta dicitur ab Antlante rege Mauritaniæ, teſte Plinio libro 7. naturalis hiſtoriæ.

Aſtutia græce πανουργία & πανοῦργος ου ὁ aſtutus dicitur. Eſtq; proceſſus ad aliquid communicãdum ſimulatis aut apparẽtibus uñs ſeu medñs, ſecundum beatum Thomam, Secunda ſecundæ quæſt. 55. artic. 3.

Aſtutia eſt excogitatio non ueræ uiæ, ſed falſæ & ſimulatæ ad aſſequendũ aliquẽ finẽ bonũ uel malum, ſecundum eundem. Dicitur autem aſtutia ab ἄστυ εος τὸ quod eſt urbs. Quoniam qui in urbibus aſſidue uerſantur fiunt callidiores,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Attritio græce ἀκθλιψις ἡ & contritio græce σύντριμμα ατος τὸ dicitur, sic differunt, quod attritio est displicentia imperfecta de peccatis commissis. Contritio autem perfecta: illud ab attero, hoc à contero dicitur.

- Auaritia duplici ter dicitur secundum beatũ Thomam secunda secundæ q. 118.
  - Inordinatus amor habẽdi diuitias, & ic diffinitũ est unũ de septẽ, & opponitur liberalitati, q̃ redditur moderatꝰ appetitus habẽdi diuitias, & opponitur iustitiæ q̃ redditur unicuiq; quod suũ est, & est peccatum
    - Mortale art. 4.
      - Cũ quis accipit & retinet iniuste res alienas, et sic opponitur iustitiæ, & ptinet ad
        - Furtum
        - Rapinam
        - Vsuram
        - Fraudẽ in emptio. et ꝯuẽdtione.
      - Cũ ẽ adeo inordinatꝰ amor diuitiarũ ꝙ ꝓfertur amori et dilectiõi dei & ꝓximi.
    - Veniale artic. 4.
      - Quando licet sit superfluus & inordinatus amor diuitiarum, non tamen propter eas quicquam ageret contra charitatem dei & proximi.
    - Capitale: qa ẽ caput aliorũ multorũ ꝑctõrum. & eñ oĩs superfluus amor habẽdi diuitias aut excedit in art. 7.
      - Retinendo, unum oritur.
        - Obduratio cõtra misericordiã q̃ etiam dicitur inhumanitas ab Augustino et Isidoro: q̃ cor hoĩs nõ emollitur, ut suis diuitijs subueniat paupi
        - Inquietudo mẽtis, q̃ ingeritur hoĩ solicitudo diuitiarũ & cura superflua.
        - Violentia, qua quis in acquirendis alienis iniuste utitur ui.
      - Accipiendo, & sic ex ea oriuntur sex, scilicet
        - Fallacia, q̃ qs utitur dolo simplici
        - Periurio, quo qs utitur do- (uerbo lo iuramenti confirmatione.
        - Fraus, q̃ qs in reb. ope fraudẽ cõmittit
        - Proditio, q̃ qs in ꝑsonis opere (tit. fraudẽ committit, ut patet de Iuda.
      - Deficit in dando, & sunt spẽs tres. s.
        - Parcus, qui parum dat.
        - Tenax, qui nihil dat.
        - Cyminibilis, qui dat cum difficultate, & de paruis magnam uim facit, quasi cymini uenditor.
    - Generale, quia multæ sunt species auarorũ secundũ philosophũ 4. Ethicorũ. Quia oĩs auarus aut art. 4.
      - Illiberaliũ operationũ operator est, ut est qui propter lucrum uilia & seruilia opera exercet.
      - Turpi ter lucrãdo
        - De meretricio pastꝰ, qui lucrat de uitiosis actibus sicut de meretricio. Terẽ. Quid leno dolis confingat auarus, uel aliqua huiusmodi.
      - Excedit in acquirendo dupliciter. s. Iniuste lucrãdo ꝙ faciunt 4 genera illiberali um. s.
        - Vsurarij, qui lucrantur de gratis concedendis.
        - Latrones, qui aliena lucrantur uiuis uim inferendo.
        - Spoliatores mortuorũ, q̃ lucrãtur mortuis uĩ inferẽdo.
        - Aleatores, qui lucrantur amicis uim inferendo.

Inordinatus amor habendi de quo dicit b. Gregor. in home. Auaritia est nõ solũ pecuniæ, sed etiam scientiæ & altitudinis, cum supra modum ambitur sublimitas. Et b. Augustinus lib. de libero arbitrio sic dicit: Auaritia quæ græce philargyria dicitur, nõ in solo argento & nummis, sed in omnibus rebus quæ immoderate appetuntur. Et sic est generale peccatum, & non est unum de septem.

AVaritia φιλαργυρία ας ἡ & φολάργυρος ου ὁ auarus dicitur. Et est quarumlibet rerum insatiabilis & inhonesta cupido, secundum Augustinum libro 3. de libr. arbi. & Theolo. in 2. Sent. dist. 22. præsertim b. Tho. secunda Secundæ q. 118. art. 2. & Albertum Magnum in Cõpendio Theologiæ libro 3. cap. 19.

Auaritia generaliter est inordinatus amor habendi, secundum beatum Thomam prima parte quæstione 63. articulo secundo.

Auaritia est opinio uehemens de pecunia quasi ualde expetenda, sic inhærens & penitus insita, secundum Cice. lib. Tuscul. quæstionum 4.

Auaritia superabundat in amando, acquirendo & retinendo, sed deficit in dando.

Exodi 12.

Non concupisces domum proximi tui.

Deuteronomij 25.

Maledictus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Maledictus qui transfert terminos proximi sui, & dicet omnis populus, Amen.

Prouerbiorum 1.

Sic semitæ omnis auari animas possidentium rapiunt. *Ibidem* 11.

Alij diuidunt propria & ditiores fiunt. Alij rapiunt non sua & semper in egestate sunt.

Ibidem.

Qui confidit in diuitijs suis corruet.

Ibidem 15.

Substãtia festinata minuetur. Quæ autẽ paulatim colligitur manu multiplicabitur.

Ibidem 15.

Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam, qui autem odit munera uiuet.

Ibidem 21.

Qui congregat thesauros lingua mendaci, uanus & excors est, et impinget ad laqueos mortis. *Ibidem* 22.

Qui calũniatur pauperẽ, ut augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori & egebit. *Ibidem* 33.

Ne erigas oculos tuos ad opes, quas nõ potes habere, quia facient sibi pennas quasi aquilæ, & uolabunt in cœlum. *Ibidem.*

Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas. Propinquus enim illorum fortis est, & ipse iudicabit cõtra te causam illorum. *Ibidem* 27.

Infernus & perditio nunquam replentur. Similiter & oculi hominum insatiabiles.

Ibidem 28.

Qui odit auaritiam, longi fient dies eius.

ibidem.

Qui festinat ditari, non erit innocens.

Ibidem.

Vir qui festinat ditari & alijs inuidet, ignorat quod egestas superueniet ei.

Ecclesiastes 10.

Pecuniæ obediunt omnia. *Ibidem* 4.

Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. *Ecclesiastici* 5.

Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis

Ibidem 10.

Auaro nihil est scelestius. *Ibidem.*

Nihil est iniquius q̃ amare pecuniam. Hic em̃ & animam suam uenalem habet, quoniam in uita sua proiecit intima sua. *Ibidem* 14.

Qui aceruat ex animo sno iniuste, alijs cõgregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Et non iucundabitur in bonis suis. *Ibidem* 31.

Qui aurum diligit, non iustificabitur.

ibidem.

Beatus diues qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eũ? fecit enim mirabilia in uita sua.

Esaiæ 23.

Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis?

Hieremiæ 6.

A minore usq; ad maiorem, omnes auaritiæ student, & à propheta usq; ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. *Idem* 8.

Propterea dabo mulieres eorum extern̄s, agros eorum hæredibus. Quia à minimo usque ad maximum omnes auaritiã sequuntur, à propheta usque ad sacerdotem cuncti faciũt mendacium. *Abacuc* 2.

Væ ei qui multiplicat non sua. Vsq; quo & aggrauat contra se densum lutum. *Ibidem.*

Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, ut sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali. *Matthæi* 16.

Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi erugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur, thesaurizate autem uobis thesauros in cœlo, ubi nec erugo nec tinea demolitur, nec fures effodiunt, nec furantur.

Marci 10.

Filioli quàm difficile est confidentes in pecunijs in regnum dei introire, facilius est camelum per foramen acus transire quàm diuitẽ intrare in regnum cœlorum. *Lucæ* 12.

Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundãtia cuiusquàm uita eius est ex his quæ possidet. *2. ad Corinthios* 12.

Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs.

1. ad Timotheum 6.

Nihil enim intulimus in hunc mũdum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui uolunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omniũ malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide & inseruerunt se doloribus multis, tu autem o homo dei hæc fuge. *Ad Hebræos* 13.

Sint mores sine auaritia cõtenti præsentibus. Ipse enim dixit: Non te deseram neq; derelinquam. Ita ut cõfidenter dicamus: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.

Augustinus & habetur dist. 6. q. 1. Quæro ergo.

Quæro ergo qs peccat grauius, aut qui nesciens, hæresim incurrerit, aut qui sciens ab auaritia, id ẽ, ab idololatria recesserit, secundũ illam regulã qua peccata scientiũ peccatis ignorãtiæ præponuntur. Auarũ conscientia uincit in scelere. Sed si forte hoc faciat in hæresi ipsius sceleris magnitudo, qd faciat in auaritia sciẽtis admissio? Hæreticus nesciens auaro scienti coæquat.

Augustinus de libero arbitrio libro 3.

Auaritia quæ græce philargyria dicitur, non in solo argento unde nomen duxisse resonat, sed in omnibus rebus quæ immoderate cupiunt intelligẽda est. Vbicũq; omnino plus uult quisque q̃ satis. Hæc aũt auaritia cupiditas est, cupiditas uero improba uoluntas est. Ergo propterea uoluntas omnium malorum causa est.

Augustinus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Auguſt. de libro arbitrio.

Cum auaritia alicui dominatur, ſubiectus malis omnibus demonſtratur, quia de auaritia omnia mala oriuntur, & peccatorũ omniũ ſpinæ producunt. *Aug. lib. de doctr. Chriſtiana.*

Auarus eſt cæcus, credendo enim diues eſt, non uidendo Amas pecuniam, o cæce, & nunquàm uidebis. Cæcus poſſides, cæcus moriturus es, quod poſſides, hic relicturus es

Auguſt. libro de uerbis domini.

Quæ eſt iſta auiditas concupiſcentiæ cum & ipſæ beluæ habeant modũ. Tunc enim rapiunt quando eſuriunt, parcunt uero prædæ cum ſenſerint ſatietatẽ. Inſatiabilis eſt ſola auaritia diuitum, ſemper rapit & nunq; ſatiatur, nec deum timet, nec hominẽ reuereretur, nec patri parcit, nec matrem cognoſcit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem ſeruat. Viduam opprimit, pupillum inuadit, liberos in ſeruitium reuocat, teſtimonium falſum profert, res mortui occupantur, quare & qui faciunt, non moriuntur? Quæ eſt illa animarum inſania amittere uitam, appetere mortem, acquirere aurum & perdere cælum? *Idem ad Bonifacium.*

Diuitiæ ſeculares ſi deſint, non per mala opera quærantur in mundo. Si aũt adſint, per bona opera ſeruentur in cœlo. Animũ uirilem Chriſtiani num debent ſi accedũt attollere? nec debent frangere ſi recedunt. *Auguſt. ad Comitem.*

Auarus uir inferno eſt ſimilis. Infernus enim quantoſcunq; deuorauerit, nunq; dicit ſatis eſt, ſic & ſi omnes theſauri confluxerint in auarum.

Auguſt. inſerm. de 10. plagis

Nemo habet iniuſtum lucrũ ſine iuſto damno, uerbi gratia: Qui furatur acquirit ueſtem, ſed perdit fidem, ubi lucrum ibi damnum. Lucrum in arca, damnum in in conſcientia.

Aug. de interpellatione Iob.

Modũ nõ habet auaritia, nec capiẽdo expleẽ, ſed incitatur hoc egentior quo plura quæſiuit.

Hieron. ad Paulin. & eſt in prologo Bibliæ.

Auaro tam deeſt quod habet, q̃ quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum eſt, infidelis autem obolo indiget.

Hiero. epiſt. ad Ruſticum.

Nos ardemus auaritia, & contra pecuniam diſputantes auro ſinũ expandimus. Et illud q̃d de Megarenſibus dicitur nobis miſeris coaptari poteſt. Aedificant quaſi ſemper uicturi, uiuunt, quaſi altera die morituri.

Amb. de eo quod ſcriptũ eſt in euang. Hominis cuiuſdam diuitis fruct. & habe. diſt. 47. Sicut.

Sicut hi qui p inſaniam mẽte translati, nõ iam res ipſas, ſed phantaſias paſſionis ſuæ uident: ita etiam mẽs auari ſemel uinculis cupiditatis aſtricta ſemp aurũ, ſemper argentũ uidet, ſemp reditus cõputat, grati' intuetur aurum & ſolem, ipſa eius oratio & ſupplicatio ad deum aurum quærit. *Ambr. ſuper libro de Nabythe.*

Inflammat lucro auaritia, nõ reſtinguitur: quaſi gradus quoſdã cupiditatis habet, & quo plures aſcẽderit, eo ad altiora feſtinat, unde ſit grauis ruina lapſuro.

Grego. & hab. diſt. 47. Bonorum.

Bonorum authori inhærere aliter non ualemus, niſi cupiditatẽ à nobis (quæ omnium malorum radix eſt) abſcindamus.

Idem in Regiſt. & hab. pri. q. pri. Cum omnis.

Cum omnis auaritia idolorũ ſit ſeruitus, quiſquis hanc & maxime in dandis eccleſiaſticis honoribus uigilanter non precauet, infidelitatis p ditioni ſubijcitur, etiam ſi tenere fidem uerbis quam negat facto uideatur.

Idem libro 10. Moralium.

Sæpe ad auaritiã cor patris allicit fœcunditas prolis. Eo enim ambitu congregandæ hæreditatis accenditur, quo multis hæredibus fœcunda tur. *Idem libro 20. Moralium.*

Auaritia latẽter orit in mẽte, ſed pũctiões peccatorum omniũ patẽter p ducit in operatione.

Idem libro 20. Moral. Et ſuper illud Iob: Si expaui ad multitudi.

Magna eſt ſecuritas cordis nil habere concupiſcentiæ ſecularis. Nam ſi ad terrena concupiſcenda cor inhiat, ſecurũ tranquillumq; eſſe nullatenus poteſt, quia aut nõ habita concupiſcit, ut habeat, aut adepta metuit, ne amittat: & dũ in aduerſis ſperat proſpera, in proſperis formidat aduerſa, huc illuc q; quaſi quibuſdam fluctibus uoluitur, ac per modos uarios rerum alternantiũ mutabilitate uerſatur. Si uero ſemel in appetitione ſupernæ patriæ forti ſtabilitate animus figitur, minus temporalium rerum perturbatione uexatur. *Idem 14. Morali.*

Omnis auarus ex potu ſitim multiplicat, qui cum ea quæ appetit adeptus fuerit, ad obtinenda alia amplius anhelat. Qui enim adipiſcendo plus appetit, huic ſitis ex potu creſcit, unde figuratur perhydropicum. *Ibidem.*

Peccatum auaritiæ mentem quã infecerit ita grauem reddit, ut ad appetenda ſublimia attolli non poſſit. *Idem 15. Moral.*

Auaritia deſideratis rebus non extinguitur, ſed augetur. Nam more ignis cum ligna quæ conſumit acceperit, excreſcit: & unde uidetur ad monumentũ flamma comprimi, inde paulo poſt cernitur dilatari. *Ibidem.*

Auarus prius anhelat concupita congregare, & cum quaſi in quodam uentre auaritiæ multa congeſſerit, ſatiatus arctatur. quia dum anxiatur qualiter acquiſita cuſtodiat, ipſa eum ſua ſatietas anguſtat. Mens auari quæ prius ex abundantia requiem cõſiderat, poſtea ad cuſtodiam grauius labõrat. *Ibidem.*

Dæmonum habitaculum ſit quiſq; in hoc ſeculo, qui propter diuitias & honores laborat, quas poſt q; conſecutus eſt, tradit ſe luxuriæ, ut quæ auaritia congregauit, luxuria conſumat. *Ibidem.*

Prius nanq; mens auari dolorem habuit in ipſa ſuæ cõcupiſcentiæ fatigatiõe, qualiter cõcupita raperet, quõ aliqua blandimentis aliqua terro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ribus auferret. At poſtq; acquiſitis rebus peruenit ad deſiderium. Alius hunc dolor fatigat, ut cum ſolicito timore cuſtodiat, cp cum graui labore meminit acquiſitum. Hinc inde inſidiatores metuit atq; hoc ſe perpeti quod ipſe facit ab aliis fieri pertimeſcit.

Greg. hom. 32. ſuper euang.

Curſum ſuum quiſq; conſideret & cognoſcet ſibi ſufficere parua quæ habet, ſed fortaſſe metuit, ne in huius uitæ itinere ſumptus deſit. Longa noſtra deſideria increpat uita breuis. Incaſſum multa portantur, cũ iuxta eſt quo pergit.

Ioan. Chryſoſt. ſuper Matthæum.

Auaritia præcipuae in uiris abundat. Fornicatio autem in mulieribus. Mulier enim inquiete ſedet incluſa. Fornicatio autẽ maxime exotio naſcitur. Vir aũt quoniam in actibus rerum diuerſarum eſt aſſiduus, in auaritiæ peccatũ facile incurrit. In fornicationẽ autem non facile, niſi multũ ſit laſciuus. Nam occupatio uirilium ſolicitudinũ uoluptatẽ plurimum excludit. Vnde proprium eſt adoleſcentium nihil agentium.

Idem ſuper Matth. hom. nona.

Qui pecuniæ ſeruit, & præſentibus compedibus conſtringitur, & futuris paratur.

Iſidorus libro Ethimologia.

Auidus dictus ab auendo. Auere enim cupere eſt, hinc auarus dictus eſt, eo quod ſit auidus auri, & nunquàm opibus expleatur.

Iſidorus de ſummo bono libro tertio.

Qui bona mundi diligit, uelit nolit, timoris & doloris pœnæ ſuccumbit.

Bernar. ſuper Cant. ſermo 38.

Currus auaritię uehitur rotis quatuor uitiorũ, quæ ſunt puſillanimitas, inhumanitas, contemptus dei, mortis obliuio. Porro iumenta trahentia ſunt rapacitas & tenacitas, his ambobus unus auriga præſidet, ardor habendi, hic auriga ad urgendũ trahentia flagellis utitur acerrimis, libidine acquirendi & metu amittẽdi, hæc ſola auaritia, quia cõducere plures non patitur uno contenta eſt ſeruitore. *Hugo lib de clau.*

Quatuor ſunt in rebus poſſeſſis obſeruanda ſ. ne licita inuſte quæramus, aut iniuſte acquiſitis illicite perfruamur, ne multa quamuis licite poſſideamus, ne licita illicite defendamus. Male eũ acquirere, aut male uti acquiſitis, de licito facit illicitũ, multa ſibi poſſidere propinquũ eſt cupiditati. Et fit quandoq; quod nimiũ diligit, male defenditur. Duo ſunt q illicite ſolent acquirere, id eſt, cupiditas & ſuperbia, & duo quę male fruunt acquiſitis, gula & luxuria. Duo aũt ſunt quæ male poſſidere uolunt, ſ. prodigus & auarus, unus ut cõgreget, alter ut diſpergat, & duo q poſſeſſa defendant, ſ. temperãtia & mundi prudentia. Superbia diabolo claudit cœlum, gula primo parẽti abſtulit paradiſum, auaritia diuiti aperuit infernum. Intemperantia uero adhuc corrumpit mundum. *Ibidem.*

Auaritia eſt gloriæ ſeu quarumlibet rerum inſatiabilis & inhoneſta cupido:

Boetius de Conſol. libro ſecundo.

Si quantas rapidis flatibus incitus
Pondus uertet harenas.
Aut quot ſtelliferis edita noctibus,
Cœlo ſydera fulgent.
Tantas fundat opes nec retrahat manum
Pleno copia cornu.
Humanum miſeras haud ideo genus
Ceſſet flere querelas. *Ibidem proſa ſexta.*
Atqui nec opes inexpletã reſtinguere auaritiã queunt

Boetius libro ſecundo de Conſo.

Senior ignibus Aethnæ
Feruens amor ardet habendi.

Ibidem.

Auaritiæ nihil ſatis eſt. *Ibidem.*

Quamuis fluente dines auri gurgite
Non expleturas cogat auarus opes,
Onereq; baccis colla rubri littoris,
Ruraq; centeno ſcindat optima boue,
Non cura mordax deſerit ſuperſtitem.

Boetius libro de ſcholaſtica diſciplina.

Nouerca eſt adunca tenacitas.

Seneca libro de beneficijs.

Demoſthenes Athenis eum qui neceſſaria funeribus uenditabat, damnauit, cum probaſſet eum magnum lucrum optaſſe: quod contingere ei ſine multorum morte non poſſet.

Seneca ad Lucilium epiſt. 74.

Vidiſti aliquãdo canem miſſa à domino fruſta panis aut carnis aperto ore captãtem? Quicquid excipit protinus integrũ demittit, & properat ad ſpem futuri. Idẽ euenit nobis Quicqd fortuna expectentibus proijcit, id ſine ulla uoluptate demittimus, & ſtatim ad rapinam alterius erecti & attenti ſtamus, hoc ſapienti non euenit.

Seneca ad Lucilium epiſt. 96.

Auarus animus nullo ſatiatur lucro.

Ibidem.

Nulli nos uitio natura conciliat, illa integros ac liberos genuit, nihil quod auaritiam noſtrã irritaret poſuit in aperto. Pedibus aurum & argentum ſubiecit, calcandumq; ac premendum dedit, illa uultus noſtros erexit in cœlum.

Seneca ad Lucil. epiſt. 180.

Deſunt inopiæ multa, auaritiæ omnia. In nullus auarus bonus eſt, in ſe peſſimus.

Idem epiſt. 121.

Qui multum habet, plus cupit: quod eſt argumentum nondum ſatis habere.

Seneca de naturalibus quæſt.

Auaritia quicquid omnibus abſtulit, ſibiipſi negat. *Seneca ad Heluam matrem.*

Auaritia eſt uehementiſſima humani generis peſtis. Cupiditati nihil ſatis eſt: Naturæ ſatis eſt & parum, quicquid deſiderio quod non ex inopia ſed uitio naſcitur congeſſeris, non finis erit cupiditatis ſed gradus. *Seneca in prouerbijs.*

Auarus ipſe miſeriæ cauſa eſt ſuæ.

Ibidem.

Auarus niſi cum moritur, nihil recte facit.

Ibidem.

Auaro

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Auaro negandi cauſa nunq̃ deficit.

Ibidem.

Pecuniæ imperare oportet non ſeruire. Pecunia ſi uti ſcias, ancilla eſt: ſi neſcias, domina.

Seneca libro de moribus.

Pecunia non ſanat auaritiam, ſed irritat: homo ſemp indiget pecunia. Mihi crede, non poteſſe eſſe diues & fœlix. *Ibidem.*

Quæ eſt maxima egeſtas? Auaritia.

Ibidem.

Pecuniæ uſum habere oportet, ſed ei ſeruire non oportet. *Ibidem.*

Quietiſſimam uitam agerent homines, ſi hęc pronomina tollerẽtur ſcilicet meum & tuum.

Seneca Tragœdia quarta.

Rupere fœdus, impius lucri furor,
Et ira præceps, quæq; ſuccenſas agit
Libido mentes.

Seneca Tragœdia ſeptima.

Audax nimium qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit,
Terrasq; ſua poſt terga uidens
Animam leuibus credidit auris,
Dubioq; ſecans æquora curſu.
Potuit tenui fidere ligno,
Inter uitæ mortiſq; uias,
Nimium gracili limite ducto.

Ariſto. libro 1. Politicorum.

Deſiderium diuitiarum uadit in infinitum. ¶Vide ibidẽ caput 6. circa finem, ubi Ariſtoteles inexplebilis huius cupiditatis reddit rõem. ¶Ex loco Ariſtotelis qui eſt ibidem ca. 3. intelligere licet, quod q̃uis per acquiſitionem poſſidemus ſeruos, opes & reliqua uitæ inſtrumẽta, non tñ acquiſitio eſt poſſeſſionis gratia, ſed faciendi ex iſs quæ poſſidemus. Quare auari fines rerum ignorant, & otioſa ſunt iſs inſtrumenta.

Cicero libro Paradoxorum.

Neq; enim unq̃ expletur, neq; ſatiatur cupiditatis ſitis, neq; ſolum ea quæ habent, libidine augendi cruciantur, ſed amittendi metu.

Ibidem.

Tu dies noctesq; cruciaris, cui non ſat eſt, q̃d eſt: ipſum quod habes ne diuturnum ſit futurũ times. *Cicero libro Officiorum.*

Vitanda tamen eſt ſuſpitio auaritiæ.

Ibidem.

Habere enim quæſtui rempubli. non modo turpe eſt, ſed & ſceleratum eſt & nepharium.

Ibidem.

Illud natura, non patitur, q̃ aliorum ſpoliis noſtras facultates & copias augeamus.

Ibidem.

Omnes autem qui ſecundum naturã uolunt uiuere, nunq̃ committent, ut alienum appetãt.

Idem libro ſecundo Officiorum.

¶Nihil æque ad conciliandos multitũdinis animos facit, q̃ ſi magiſtratus omni auaritiæ ſuſpitione careant. *Cic. lib. 1 Rhetoricorum ueterũ.*

Genus eſt omnium libidinum cupiditas, eius autem generis ſine dubio pars eſt auaritia.

Ibidem.

Nemo eſt qui non pecuniam q̃ ſapientiam malit. *Ibidem.*

Malum eſt maximũ auaritia, multos magnis incommodis afficit pecuniæ cupiditas.

Idem Rhetoricorum nouorum libro 1.

Magno malo eſt hominibus auaritia, iccirco q̃ hoĩes magnis & multis incommodis affligãtur, propter immenſam pecuniæ cupiditatem.

Idem Rhetoricorum nouorum libro 2.

Auaritia ad quoduis malum hominem perducit. *Idem libro 4.*

Auaritia eſt iniurioſa appetitio alienorum.

Ibidem.

Duæ res ſunt quæ poſſunt hominẽ ad turpe cõpendium commouere, inopia atq; auaritia.

Idem libro 4. Rhetoricorum.

Egens æque is eſt qui nõ ſatis habet, & is cui nihil ſatis eſſe poteſt. *Cic. lib. 1. de Legibus.*

Quid fœdius auaritia?

Cic lib. 1. de finibus bonorum & malorum

Cupiditates enim ſunt inſatiabiles, quæ non modo ſingulos hoĩes, ſed uniuerſas familias euertunt, totã etiam labefactant ſæpe remp. Ex cupiditatibus odia, diſſidia, diſcordiæ, ſeditiões bella naſcunt. Nec hæ ſeſe foris ſolum iactant, nec tantum in alios cæco impetu incurrũt, ſed intus etiam animis incluſæ inter ſe diſſident atq; diſcordant. Ex quo uitam amariſſimam neceſſe eſt effici, ut amputata circunciſaq; inanitate omni & errore naturæ finibus contentus, ſine ægritudine poſſit & ſine metu uiuere.

Ibidem.

Quod ſi corporis grauioribus morbis uitæ iucunditas impeditur, quãto magis animi morbis impediri neceſſe eſt? Animi autem morbi ſunt, cupiditates immẽſe, & inanes diuitiarũ gloriæ, dominationes libidinoſarum etiam uoluptatum. Accidunt ægritudines, moleſtiæ, mœrores qui animos exedunt, conficiuntq; curis.

idem libro quarto Tuſcul. Quæſti.

Nam cum eſt concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio, quaſi quædam Socratica medicina quę ſanaret eam cupiditatem, permanat in uenas, & inhæret in uiſceribus illud malum, exiſtitq; morbus, nomen eſt auaritia.

Ibidem.

Eſt aũt auaritia opinatio uehemens de pecunia quaſi ualde expetenda ſit, inhærens & penitus inſita. *Saluſtius in Catilinario.*

Pecuniæ imperiũq; libido, ſunt quaſi materies omnium malorũ, nanq; Auaritia fidem, probitatem cæteraſq; bonas artes ſubuertit: proq; his ſuperbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia uenalia habere, edocuit. *Ibidem.*

Auaritia ſtudium pecuniæ habet, quod nemo ſapiens concupiuit. Ea quaſi uenenis malis imbuta corpus animumq; effœminat. Semper infinita & inſatiabilis eſt, neq; copia, neq; inopia minuitur. *Idem in Iugurtha.*

Natura mortalium auida eſt imperiũ, & præceps

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

teps ad explendam animi cupiditatem.

Ibidem.

Animus æger auaritia facile conuertitur.

Ibidem.

Magnitudo pecuniæ à bono & honesto in prauũ abstrahit. *T. Liuius in præf. li. 1. Deca. 1.*

¶Diuitias auaritiam inuexisse testat hoc loco Liuius, dicẽs ipsam remp. Romanã tantisper fuisse magnã sanctam, & bonis exemplis diuitem dum in illam diuitiæ auaritiam inuexerint.

¶Idem Liuius eodẽ loco author est, remp. Romanã optimam & sine auaritia fuisse semp, dũ in ea paupertati honos ac parsimoniæ fuerit.

Corne. Tacitus init. lib. 16.

¶Didonem Phœnissam Tyro profugam condita Carthagine ideo opes illas abdidisse testatur, ne nouus populus nimia pecunia lasciuiret: aut reges Numidarum ei alias infensi, cupidine auri ad bellum accenderentur.

Plutarchus in uita Lycurgi.

¶Aggressus (Lycurgus scilicet) res mobiles diuidere, quo inæqualitatẽ oẽm & excellentiam tolleret, q̃m intuebat eos inique ferre manifestã ablationẽ, alia usus uia à medio sustulit hanc πλεονεξίαν, i. plus habendi cupiditatẽ. Nam ubi primũ nummum oẽm aureum & argenteũ irritum reddidisset, ferreo solum utendũ imperauit. Fecitq; ut ex uasto pondere & magnitudine uaseret parum, ita ut minaꝝ instar, & magno domi penu indigeret, iumentisq; ad agẽdum. Hoc aũt fuso, plurima iniuriarũ genera & Lacedæmone sunt eiecta. Quis enim aut furari uoluisset, aut corrũpere muneribus, aut alium priuare & rapere, quod neq; occultare poterat, neq; cum uoluntate possidere, neq; etiam utiliter incidere. Aceto enim ut fertur, igniti ferri aciem extinguẽs, abstulit ad alias res & usum & uim, quoniam infirmum & inutile redderetur.

Ibidem.

¶Agide uero regnante, influxit Spartã nummus primum, post nummum uero insatiabilis cupiditas diuitiarumq; desiderium per Alexandrum incessit, atq; per Lysandrum potiꝰ: qui cum ipse pecunijs esset insuperabilis, referfit patriam & diuitiarum studijs & delicijs. Is enim & aurum & argentum ex bello intulit, & Lycurgi leges antiquauit.

¶Lucianus in Timone, multis uerbis elegantẽr auarorum depingit ingenia: sed quia locus est prolixior, satis fuerit hic indicasse.

Quintus Curtius de gestis Alexandri.

Difficile est nos cõtentos esse, eo q̃d offert occasio. Quippe sordente prima quæq; cum maiora sperant. *Lucius Apuleius de Magia li. 1.*

Diuitiæ non melius in fundis & in fœnore q̃ in ipso hominis æstimant animo. Qui si est auaritia egenus, & ad omne lucrum inexplebilis, nec montibus auri satiatur, sed semper aliquid ante parta ut augeat mendicabit, quæ quidẽ uera est confessio paupertatis. *Ibidem.*

Omnis enim cupido acquirendi ex opinione inopiæ uenit, nec refert q̃ magnum sit, quod sibi minus est. *Ibidem.*

Non habuit tantam rem familiarẽ philosophus, quantam Lælius, nec Lælius quantã Scipio, nec Scipio quantã Crassus diues. At enim nec Crassus diues quantã uolebat. Ita cum omnes superaret, à suamet auaritia superatus est, omnibusq; potius diues uisus est q̃ sibi.

Phocylides.

πλοῦτεῖ μὴ φείδεο μέτρα· ἔτι θνητὸς ὑπάρχεις.
ἴσχε ἐν χερσὶ βροτὸν ἔλβος ἔχειν, καὶ χρήματα ἄγειν. id est,

Diuitijs ne parce, recordare q̃ mortalis es.
Nõ licet in inferno diuitias habere, & pecunias afferre. *Plautus in duobus captiuis.*
Odi ego aurũ, multa multis sæpe persuasit perperam.

Plautus in Penulo.

Male partum, male disperit.

Terentius Comedia quarta.

Ad omnia alia ætate sapimus rectius, solum hoc unum uitium affert senectus hominibus, q̃ attentiores ad rem sumus q̃ sat est.

Ibidem.

Vitium cõmune omnium est, quod nimium ad rem in senecta attenti sumus.

Virg. li. 3. Aeneid.

-Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames.-

Ouid. Amo. lib. 1 Elegia 10.

Non habet euentus sordida præda bonos.

Idem Amor. libro 2. Elegia 10.

Quærat auarus opes, & quæ lassarit eundo
Aequora periuro naufragus ore bibat.

Idem Elegia 7.

Iupiter admonitus nihil esse potentius auro.
Corruptæ prætium uirginis ipse fuit.
Dum merces aberat, durus pater, ipsa seuera,
Aerati postes, ferrea turris erat.
Sed postq̃ sapiens iu munera uenit adulter,
Præbuit ipsa sinus, & dare iussa dedit.

Propertius libro 1. Elegia 9.

Insanus medio flumine quæris aquam.

Idem libro 3. Eelegia 6.

Ergo sollicitæ tu causa pecunia uitæ es,
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu uitijs hominum crudelia pabula pascis,
Semina curarum de capite orta tuo.

Idem lib. 3. Elegia 11.

Si fas est omnes pariter pereatis auari.

Ibidem Elegia 12.

At nunc desertis cessant sacraria lucis,
Aurum omnes uicta iam pietate colunt.
Auro pulsa fides, auro uenalia iura,
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Horat. Carm. li. 2. Ode 2.

Nullus argento color est auaris
Abdito terris inimicæ lamnæ,
Crispe Sallusti, nisi temperato
Splendeat usu. *Ibidem*
Latius regnes, auidum domando
Spiritum q̃si Libyam remotis
Gadibus iungas, & uterq; Poenus
Seruiat uni. *Crescit*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops
Nec ſitim pellit niſi cauſa morbi
Fugerit uenis, & aquoſus albo
Corpore languor.
Horat. Carm. libro tertio, Ode 16.
Creſcentem ſequitur cura pecuniam.
Maiorumq; fames.
Ibidem.
-Multa petentibus.
Deſunt multa. Bene eſt cui deus obtulit
Parca, quod ſatis eſt, manu.
Horat. ſerm. libro pri. ſaty. pri.
Paruula (nam exemplo eſt) magni formica laboris,
Ore trahit quodcunq; poteſt, atque addit aceruo
Quem ſtruit haud ignara, ac non incauta futuri.
Quæ ſimul inuerſum contriſtat aquarius annum
Non usq; prorepit, & illis utitur ante
Quæſitis patiens, cum te neq; feruidus æſtus.
Dimoueat lucro, nec hyems, ignis, mare, ferrum,
Nihil obſtet tibi, dum neſit te ditior alter.
Ibidem.
At bona pars hominum decepta cupidine falſo.
Nil ſatis eſt, inquit, quia tanti quantum habeas ſis.
Ibidem.
-Quidam me moratur Athenis
Sordidus ac diues, populi contemnere uoces
Sic ſolitus, populus me ſibilat, at mihi plaudo,
Ipſe domi, ſimul ac nummos contemplor in arca.
Ibidem.
Non uxor ſaluum te uult, non filius, omnes
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ,
Miraris? cum tu argento poſt omnia ponas.
Si nemo præſtet, quem non mercaris, amorem?
Ibidem.
Eſt modus in rebus, ſicut certi denique fines,
Quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum
Horat. ſerm. lib ſecundo ſat. ſecunda.
-Ego uectigalia magna.
Diuitiasq; habeo tribus amplas regibus ergo
Quod ſuperat non eſt melius quo infumere poſſis?
Cur eget indignus quiſquam te diuite? quare
Templa ruunt antiqua deum? cur improbe charæ
Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo?
Vni nimirum recte tibi ſemper erunt res?
Horat. ſerm. libro ſecundo, ſaty. 3.
Qui nummos aurumq; recondit, neſcius uti
Compoſitis, metuensq; uelut contingere ſacrum?
Ibidem.
Nimirum inſanus paucis uideatur, eo quod
Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.
Horat. epiſt. libro pri. epiſt pri.
Virtus eſt uitium fugere & ſapientia prima
Stultitia caruiſſe. uides quæ maxima credis
Eſſe mala, exiguum cenſum, turpemq; repulſam
Quanto diuites animi capitisq; labore.
Impiger extremos curis mercator ad Indos
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa per ignes.
Ibidem.
Pars hominum geſtit conducere publica, ſunt qui
Fruſtis & pomis uiduas utentur auaras,
Excipiantq; ſenes quos in uiuaria mittant.
Multis occulto creſcit res fœnore.

Idem epiſtol. libro pri epiſt. ſecunda.
Semper auarus eget, certum uoto pete finem
Ibidem epiſt. 17.
Qui metuens uiuit, liber mihi non erit unq.
Perdidit arma, locum uirtutis deſeruit, qui
Semper qui augenda feſtinat & obruitur re-
Ibidem epiſtola 19.
Ne te ſemper inops agitet, uexetq; cupido,
Ne pauor, & rerum mediocriter utilium ſpes
Virtutem doctrina paret.
Iuuena. ſat. pri.
-Quid enim ſaluis infamia nummis?
Ibidem.
Eſt quando uberior uitiorum copia? quando
Maior auaritiæ patuit ſinus. Ibidem.
-Inter nos ſanctiſſima diuitiarum
Maieſtas, & ſi funeſta pecunia templo
Non dum habitas, nullas nummorum ereximus aras.
Idem ſat. tertia.
Protinus ad cenſus de moribus ultima fiet
Quæſtio, quot paſcit ſeruos, quot poſſidet agri
Iugera? q; multa magnaq; paropſide cœnat?
Quantum quiſq; ſua nummorum ſeruat in arca.
Tantum habet & fidei.-
Idem ſat. octaua.
-Modumq;
Pone auaritiæ miſerere inopum ſociorum.
Idem ſat. 12.
Non propter uitam faciunt patrimonia quidam,
Sed uitio cæci propter patrimonia uiuunt.
Ibidem.
I nunc & uentis animam committe dolato
Confiſus ligno, digitis a morte remotus
Quatuor aut ſeptem, ſi ſit latiſſima tæda.
Idem ſat. 14.
-Sed quæ reuerentia legum?
Quis metus aut pudor eſt unq; properantis auari?
Ibidem.
Sponte tamen iuuenes imitantur cætera, ſolam
Inuiti quoq; auaritiam exercere iubentur.
Fallit enim uitium ſpecie uirtutis & umbra,
Cum ſit triſte habitu, uultuq; & ueſte feuerum
Nec dubie tanq; frugi laudatur auarus,
Tanquam parcus homo & rerum tutela ſuarum.
Ibidem.
Et pater ergo animi fœlicis credit auaros
Qui mirantur opes, qui nulla exempla beati
Pauperis eſſe putant, iuuenes hortantur, ut illam
Ire uiam pergant & eidem incumbere ſectæ.
Ibidem.
Sed quo diuitias hæc per tormenta coactas?
Cum furor haud dubius, cum ſit manifeſta phreneſis
Vt locuples moriaris egenti uiuere fato?
Interea pleno cum turget ſæculus ore,
Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit
Et minus hanc optat, qui non habet.
Ibidem.
Curatoris eget, qui nauem mercibus implet,
Ad ſummum latus, & tabula diſtinguitur uda.
Ibidem.
Tantis parta malis, cura maiore, metuq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Seruantur miſera eſt magni cuſtodia cenſus.
Ibidem.
-Menſura tamen quæ
Sufficiat cenſus, ſi quis me conſulat, edam.
Inquantum ſitis atq; fames, & frigora poſcunt.
Lucanus libro tertio, Pharſaliæ.
Nec enim iam ſufficit ulla
Præcipiti fortuna uiro. -
Dantes inferni ca. pri.
Perchela beſtia per laqual tur credi, id eſt auaritia,
Non laſſa altrui paſſar per la ſua uia
Ma tanto lo impediſſe che luccidi
Et ha natura ſi ſaluagia & ria
Che mai non empie la bramoſa uoglia
Et dopo il paſto ha piu fame che pria. *id eſt,*
Belua etenim, propter quam clamas id eſt, auaritia
Non permittit quempiam tranſire ſuo itinere,
Sed tantum ipſum impedit, ut tandem perimat
Cuius natura tam ſylueſtris & mala eſt,
Vt nunq; repleat rabidam uoluntatem,
Et poſt epulum fameſcit plus q̃ antea.
Dantes inferni cap. 15.
Gente uara inuida e ſuperba
Da lor coſtumi fa che tu ti forbi. *id eſt,*
Gens auara, inuida & ſuperba,
Ab eius moribus fac tu te abſtergas.
Idem purgatorij capite nono.
Quel cha uaritia fa qui ſi dichiara
In purgation ee la anime conuerſe
Et nulla pœna il monte ha piu amara
Si chome lochio noſtro non ſapperſe
In alto fixo alle conſe terrene
Cuſſi iuſtitia qui a terra il merſe.
Come auaritia ſpenſe a ciaſchun bene
Lo noſtro amor onde operar perdeſſe
Cuſi iuſtitia qui ſtrecti ne tiene,
Ne piedi nele man legati e preſi,
Et quando fia piacer de del iuſto ſyre
Tanto ſtaremo immobili & diſteſi. *id eſt,*
Quid auaritia efficiat, hic declaratur.
In purgatione animarum conuerſarum,
Et nullam pœnam mons hic habet amariorem,
Sicut oculus noſter non ſe ſuſtulit
In altum fixus rebus terrenis:
Quemadmodum auaritia truſit ad bonum quodlibet
Noſtrum amorem, unde operam perderet.
Sic iuſtitia hic ſtrictos nos detinet,
In pedibus, manibuſq; ligatos, & prehenſos.
Et q̃diu placuerit iuſto domino,
Tamdiu ſtabimus immobiles & proſtrati.

AVdatia græce τολμια ης ἡ, & τολμηρότης ου ὁ. Audax dicitur, & eſt fiducia ſeu confidentia dicens motum iraſcibilis inæſtimatum non excedere facultatem, & eſt circa mala. Nam circa bona eſt ſpes, ex beato Thoma 2. Sententiarum, diſt 26. quæſt. pri art. tertio.

Home. in Odyſſ. uerba Vlyſſis.
θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων ἔργοισι τελειέται. id eſt,
Audax enim uir in omnibus operibus melior.
Menander.
ἔντολμος εὐκαίρως, τολμηρὸς δὲ μή. id eſt,
Fidens eſſe delibera, audax autem non. Idem.

τὸ πολλὰ τολμᾶν, πολλὰ ἁθματάνειν ποιεῖ. id eſt,
Multa audere, multa aberrare facit.

¶ Ariſt. lib. 3. Ethicorum capitibus 6. 7. 8. quibus, Περὶ ἀνδρείας diputat, late & prolixe de Audacia diſſerit: ὁ μὲν (inqt capite tertio) θρασὺς πρόσπεντεισι μὴ βουλόμενοι πρὸ τῶν κινδύνων κινδυνεύειν, ἐν αὐτοῖς δ' ἀφίσανται.

Phocylides.
τόλμα κακῶν ὀλοή, μέγ' ὀφιλλει δ' ἐσθλὰ πονεῦντας. id eſt,
Audacia malorum pernicioſa, multum auget uero bona laborantes.

Auerſio græce ἀποστροφὴ ῆσ ἡ. & ἀπυτρέπω auerto dicitur. Suntq; auerſio & conuerſio idem re, ſed differunt ratione, ſecundum reſpectum ad diuerſos terminos, b. Tho. 2. Senten. diſt. 42. q. 2. art. pri. Poteſt tamen conuerſio eſſe ſine auerſione, ut in peccato ueniali. b. Tho. prima Secundæ q. 72. art. 5.

Augmentatio græce ἀυξησις ιος ἡ. & ἀυξω augeo dicitur. Et eſt mutatio per quã plus nutrimẽti conuertitur in ſubſtantiam alti, quàm deperditum ſit ab anima, mediante calore naturali, ut uiuẽs ſuam debitam quantitatẽ attingat, ſecundum Ariſt. lib. de generatione & corruptione.

Augmentum eſt motus in perfectam magnitudinem ſecundum Ariſto. quinto Phyſicor.

Augmentum eſt aſſumptio maioris quantitatis, quæ proprie eſt tantum in iuuenibus, ſecundum bea. Tho. 4 Sent. diſt. 12. q ſecunda.

Augurium græce οἰωνοσκοπία ας ἡ. & οἰωνοσκοπεω auguror dicitur. Et eſt diuinatio ab auiũ garritu ſumpta, ſicut auſpicium à motu auiũ, ſecundũ b. Tho. ſecunda Secundæ q. 95. art. 3.

Augurũ eſt quod fit in conſideratione auium ad ſcientiã futurorũ, & eſt ex traditiõe malorũ angelorũ, ut habetur in Decre. 26. q. 2. Qui ſine.

Auiditas græce ἐπιθυμία ας ἡ. dicitur ab auco quod eſt cupio, quod græce dicitur ἐπιθυμέω, uel ab à ꝙ eſt ſine, & uideo, hoc eſt à nõ uidendo. Quare auidus dicitur, qui propter nimiam cupiditatẽ non uidet quid agat, ut quibuſdam placet.

Aureola ab aurum dicitur quod græce χρισιοφόρου τὸ. & eſt præmium accidentale beatorum de operibus perfectionis ſcdm perfectam uictoriam. Aurũ uero ab aura dicitur, hoc eſt à ſplendore. Aura eñ pro ſplendore aliquãdo ſumit, Horat.
Tua ne retardet *Aura maritos.*

Aurea uero eſt præmium eſſentiale reſpondens charitati, ſecundum bea. Thoma. quarto, Sententiarum diſt. 49. q 5. art. pri.

Auſteritas ἀυσηρός & ἀυσηρότης ητος ἡ. auſterus dicitur. Et eſt potentialis tẽperantia. ſ. uirtus refrenans loquacitatẽ, ſcdm b Tho. ſecũda Secũdæ q. 143.

Auſteritas animi uidetur eſſe in eo qui non uereretur alios cõtriſtare. E conuerſo: Moderatio animi eſt in eo qui abhorret omne quod poteſt alium contriſtare, ſecundum b. Thomam ſecunda Secundæ q. 157. art 3.

Authoritas ſine c & cum th ſcribi debet, græce enim dicitur αυθεντία ας ἡ. Sic & author ſcribitur, quem Græci αυθέντην dicunt. Ita & αυθέντημα authoramentum, nec non αὐθεντέλη authoritate, & αὐθέντηκον

authora-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

authoratum, quod aliqui more græco authēti cum dicunt. *Cicero libro de senectute.*

Apex aūt est senectutis authoritas. *Ibidem.*

Habet senectus honorata præsertim tantam authoritatem, ut ea pluris sit q̄ omnes adolescentiæ uoluptates. *Ibidem.*

Non cani, non rugæ, repente authoritatē afferre possunt, sed honeste acta superior ætas fructus capit authoritatis extremos. *Ibidem.*

Hæc em̄ ipsa sunt honorabilia, quæ uidentur leuia atque cōmunia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli, quæ etiam apud nos, & in alijs ciuitatibus, ut quæq; optime moratæ sunt, ita diligentissime obseruantur.

Homerus in 1. Iliados

ἀντίνυ πολλῶν ἐστὶν ἀνὴρ ὃν Ζεὺς κὴδηται φίλησι. id est,

Pro multis populis est uir, quē Iupiter corde amat

Euripides, uerba Hecubæ ad Vlyss.

τόδ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ, τὸ σὸν
πείσει λόγῳ γὰρ ἐκ τ' ἀδοκήτων ἰὼν,
κ' ἐκ τῶν δοκούντων, ἐντὸς οὐ ταὐτὸ θήσει. id est,

Authoritas uero, & si male dicat, tua
Persuadebit. Nam ab inexistimatis proficiscens oratio
Et ab existimatis eadem, haud quaq̄ tantundem ualet.

Auxiliū græce βοήθεια ας, & βοηθέω auxilior dicitur.

Menander.

ἀνὴρ γὰρ ἀνδρὶ, καὶ πόλις σωζει πόλιν.

Vir enim uirū, & ciuitas saluat ciuitatem. Idem.

Χεὶρ χεῖρα νίπτει, καὶ δάκτυλος δάκτυλον.

Manus manum lauat, & digitus digitum.

Balbus græce τραυλὸς, & τραυλίζω balbutio. Est autem balbus is qui lingua confusa & trepidanti loquitur. Balbutire quod est cū linguæ hæsitatione & confusione quadā trepidare secundum Nonium Marcellum.

Banausia est uitium contrarium paruificentiæ, & dicitur a furno qui βαλανεὺς, a græcis nuncupatur, quia sicut ignis consumit omnia, ita secundum hoc uitium fit excessus in sumptibus ad opus aliquod conficiendum maior q̄ esse debeat, secundum regulam rationis, ex hea. Tho. secunda secundæ, q. 135 arti. 2.

Baptismus græce βάπτισμὸς dicitur. Et est ablutio hominis aliqualiter consentientis, facta ab alio in aqua, simul uerba certa cum intentione debita proferente, significās efficaciter ex institutione diuina ablutionem animæ à peccato, secundū Ioan. Scotum in 4. Sent. dist. 3. q. 1.

Baptismus est ablutio corporis exterior, facta sub forma præscripta uerborum, secūdum Magist. Sent. in 4. dist. 3.

Baptismus est quoddam principium sanctissimorum mādatorum, sacrarum actionum & aliorum diuinorum eloquiorum, ad susceptiuam opportunitatem formans nostros animales habitus, ad susceptræ quietis anagogen, iter nostrum faciens, sacræ & diuinissimæ nostræ regenerationis traditio, secundum Dionysium cap. ecclesiasticæ Hierarchiæ.

Baptismus est per quem primitias spiritus accipimus, & principium alterius uitæ, ut sit nobis regeneratio & sigillum & custodia & illuminatio, secundum Ioannem Damascenum quarto, Sent. & b. Tho. 4. Sent. dist. 4. q. 1 ar. 1.

Baptismus dicitur a βάπτω, quod est immergo.

Iohannis 2.

Respōdit Iesus & dixit Nicodemo: Amē amē dico tibi, nisi q̄s renatus fuerit denuo, nō potest uidere regnū dei. Dicit ad eū Nicodemus: qōo potest homo nasci cum sit senex? nunq̄d potest in uentrē matris suę iterato introire & renasci? Respōdet Iesus: Amen amē dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest introire in regnū dei. Q uod natū ē ex carne, caro est, quod natum est ex spiritu, spiritus est.

Augustin. in hom. 80, & hab 1. q. 1. Detrahe.

Detrahe uerbum, quid erit nisi aqua? Accedit uerbum ad elementū & fit sacramentū. Vnde ista tāta uirtus aquę ut corpus tangat, & cor abluat? Nisi faciente uerbo, non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso uerbo aliud est sonus transiens, aliud est uirtus manens.

Idem lib. pri. de unico. bap. & hab. 24. q. 1. Si quem.

Si quē forte coegerit extrema necessitas, & ubi catholicū per quem accipiat nō inuenerit, & in animo pacem catholicā custodiēs per aliquem extra unitatē catholicā positū acceperit, quod in ipsa erat catholica unitate percepturus, si statim & de hac uita migrauerit, nō eum nisi catholicum deputamus. Si aūt fuerit à corporali morte liberatus cum se catholicæ congregationi & corporali præsentia reddiderit, unde nunq̄ cor de discesserat, non solum non improbamus q̄d fecit, sed & fecurissime uerissimeq̄ laudamus, q̄niam præsentem deum credidit corde suo, ubi unitatem seruabat. Et sine sancti baptismatis sacramento, q̄d ubicunq̄ inuenit, nō hominū, sed dei esse cognouit, noluit ex hac uita migrare.

Ibidem, lib. 2. & hab de Conse. dist. 4. Ostenditur.

Ostēditur illos impie facere q̄ rebaptizare conantur. *Ibidem l. b. 3 & hab. ibidem. Nūc aūt.*

Nūc aūt nō sicut heresis hæreticorū est, sic error ipsorum est, sicut etiam sacrilegium dissensionis est eorum, sic etiam baptisma quod Christi est, non debet dici ipsorum.

Ibidem lib. 4 & hab. ibidem. Satis.

Satis ostēdimus ad baptismū q̄ uerbis euāgelicis cōsecratur nō pertinere cuiuslibet dantis uel accipientis errorē, siue de patre, siue de filio, siue de spiritu sancto aliter sentiat, q̄ cœlestis doctrina insinuat. *Idem ibidem Baptismi uicem.*

Baptismi uicē aliquando implere passionē de latrone illo, cui non baptizato dictū est: hodie mecū eris in paradiso, beatus Cyprianus nō leue documentū assumpsit, q̄d etiam atq̄ etiam cōsiderans inuenio nō tantū passionem pro nomine Christi id q̄d baptismo deerat posse supplere, sed & fidē confessionem q̄ cordis, si forte ad celebrādum mysteriū baptismi in angustijs temporū succurri nō potest. Neq̄ em̄ latro ille p̄ noīe Christi crucifixus est, sed p̄ meritis facinorum suorū. Neq̄ quia credidit passus est, sed

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dum pateret credidit. Quantū itaq; ualeat etiā ſine uiſibili ſacramento baptiſmi, q̄d ait Apoſtolus: Corde creditur ad iuſtitiam, ore aūt confeſſio ſit ad ſalutē, in illo latrone declaratū eſt.

Augu. de unico bapt. & habetur de conſe. diſtin 4 Cum tantum.

Cum tantum ualeat baptiſmus per hominē contemptibilē, quantum per apoſtolum datꝰ, ita nec illius, ſed Chriſti eſſe cognoſcitur.

Aug. ibidem libro 6. & habe. ibidem Non eſt.

Non eſt aqua ꝓphana & adultera ſupra quā nomē dei inuocatur, etiamſi à prophanis & adulteris inuocetur. Quia nec ipſa creatura adultera eſt, nec ipſum nomen adulterum eſt.

Auguſt. ibidem, & habe. ibidem. Si non.

Illa cætera uerba euangelica ſine quibus nō poteſt baptiſmus conſecrari, tantum ualent, ut per illa ſic euacuentur quæcūq; in prece uitioſa contra regulam fidei dicuntur, quemadmodū dæmonium Chriſti nomine excluditur.

Auguſt. ibidem libro 8. & habetur de conſe. diſt. quarta, Solet etiam.

Solet etiā quæri utrum approbandū ſit baptiſma q̄d ab eo qui non accipit, accipiat, ſi forte hoc aliqua curioſitate didicit quō dandum ſit: & uerum nihil interſit quo aīo accipiat ille cui datur, an cū ſimulatione aut ſine ſimulatiōe. Si cum ſimulatione, ut cū fallens ſicut in eccleſia, uel in ea quæ putat eccleſia, an iocās ſicut in mimo. Veruntū ſi quis me forte in eo conſilio conſtitutum, ubi talium rerū quæſtio uerſaret non præcedentibus meritis, quorū ſententias ſequi mallem urgeret, ut dicerem quid ipſe ſentirem. Si eo modo affectus eſſem quo eram dum ea dictarem. Nequaq; dubitarem habere baptiſmū eos qui ubicunq; & à quocunq; illud uerbis euāgelicis conſecratum ſine ſui ſimulatiōe, & cum aliqua fide accepiſſent. Quamq; ad ſalutem ſpiritualem eis non prodeſſet, ſcilicet ſi charitate caruiſſent qua catholicæ inſeruntur eccleſiæ. Si enim habeam fidem ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum.

Idem lib. de bap. & habe. de conſ. diſt. 4. Nullus.

Nullus aūt negat habere baptiſmū etiam apoſtatas, quibus utiq; redeuntibus & ꝓpœnitētiam conuerſis nō redditur, quia amitti nō poſſe iudicatur, ſicut & illi qui inſacrilegiū ſchiſmatis ab eccleſiæ coīone diſcedunt, habēt utiq; baptiſmum quem prius q̄ diſcederent acceperūt.

Ibidem.

Quō exaudit deus homicidam deprecātem uel ſuper aquam baptiſmi, uel ſuper oleum, uel ſuper euchariſtiam, uel ſup capita eorum quibus manus imponitur, quę tū omnia & fiunt & ualent etiam per homicidas, aut per eos qui fratres oderunt, etiam in ipſa intus eccleſia, cū nēmo dare poſſit quod non habeat, quō homicida dat ſpiritum ſanctum, & tū intus etiam ipſe baptizat. Deus ergo dat etiam in ipſo baptiſmate ſpiritum ſanctum. Quapropter ſacramētum gratiæ dat deꝰ etiam per malos. Ipſam uero gratiam nō niſi per ſeipſum, uel per ſanctos ſuos. Et ideo remiſſionem peccatorum uel per ſeipſum facit, uel per eius columbæ membra, quibus ait. Sicut dimiſeritis peccata, dimittentur; & ſi cui retinueritis, retenta erunt.

Idem ibidem cap. Tunc.

Tunc ualere incipit ad ſalutem baptiſmus, cum illa fictio ueraci confeſſione receſſerit, quę corde in malitia uel ſacrilegio perſeuerante peccatorum ablutione non ſinebat fieri.

Idem ibidem. Eſt unitas.

Eſt unitas eccleſiæ quæ late patet in ſacramētorū uidelicet ſocietate & cōmunione, q̄ complectitur cum granis etiam paleas, quando eas corporaliter mixtas ita patitur, ut neq; illas iuſti uitent, neq; ab illis iuſte uitentur. Sic ſunt in eccleſia homines mali, ut in corpore humano humores mali, qui interdū exeunt ex corpore.

Idem ibidem. Cum pro.

Cum pro paruulis alij reſpondent, ut impleat erga eos celebratio ſacramēti, ualet utiq; ad eorum cōſecrationē, quia ipſi pro ſe reſpōdere nō poſſunt. Si pro eo qui reſpōdere poteſt, alius reſpondeat, non itidem ualet, ex qua regula illud euāgelij dictū eſt, quod oēs cum legitur natura liter monet, ætatē habet, ipſe pro ſe loquatur.

Idem ibidem, & habe. de Conſe. diſt. 4. Sicut. in ſacramentis. ℣. Non interest.

Non interest cum de ſacramenti integritate tractatur & ſanctitate, quid credat, aut qualiter ſi de imbutus ſit qui accipit ſacramentum. Interest quidem plurimum, ſed ad ſaluti uiam: ſed nihil interest ad ſacramenti quæſtionem.

Idem ibidem. ℣. Manifeſtum.

Manifeſtū eſt fieri poſſe, ut fide nō integra integrū in quoquàm maneat ſacramentū baptiſmi.

Idem ibidem. ℣. Si poſſet.

Si ꝑ poſſet fieri ut ſinguli diligenter interrogentur, tot diuerſitates opinionum forſitan inuenirentur, quot homines numerarentur. Animalis enim homo non percipit ea quæ ſunt ſpūs dei. Nunquid tamen non ideo ſacramentum integrum accipiunt, aut nunq̄d ideo ſi profecerint, & opinionum carnalium uanitatem emēdauerint, denuo quod acceperant repetendum eſt? Accipit quiſq; ſecundum fidem ſuam, ſed quantum capit gubernante miſericordia dei.

Idem ibidem. Per baptiſmum.

Per baptiſmum Chriſti id agitur, ut caro peccati euacuetur. Non autem ſic euacuatur, ut in carne concupiſcentia innata non ſit, ſed ne abſit. Nam ſi poſt baptiſmum ad ætatem naturalem perueniunt, ibi habent cum qua pugnent eam quam adiuuante domino ſuperent, ſi non gratiam in uacuum ſuſceperint.

Idem ibidem. Filius.

Filius dei carnē peccati ſuſcepit, & pœnā ſine culpa, ut in carne peccati & culpa ſolueretur & pœna. Per fidē ergo & baptiſmū eius à peccato homo per iuſtificationem, & à morte liberatur ꝑ reſurrectionē. Paruuli etiam baptizati inter credētes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

credẽtes reputant̃ per ſacramenti uirtutẽ & of-
ferentiũ reſponſionẽ. Qui uero nõ ſunt baptiza
ti, inter nõ credentes iudicãtur ex euãgelio Ioã
nis: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu
ſancto, non poteſt introire in regnum dei.

Ibidem, & hab. de Con. diſt. quarta, Si baptizata

Si baptizata eſt caro Chriſti q̃ ſine peccato
erat, quãto magis baptizanda eſt caro mortis,
propter euitandum iudicium damnationis.

Idem ibidem Regenerante.

Regenerante aũt carne tantũmodo contrahi
tur peccatum originale, regenerante aũt ſpiritu
ſancto, nõ ſolum originalium ſed etiam uolun
tariorum fit remiſſio peccatorũ. Proinde recte
poteſt dici paruulos ſine baptiſmo decedẽtes mi
tiſſimã omnium futuros ſuſtinere pœnam. Fal
lit enim & fallitur qui eos in damnatione præ-
dicat non futuros, dicẽte apoſtolo: Per unius de
lictum oẽs homines in condemnationem &c.

Idem ibidem. Quiſquis.

Quiſquis ex cõcupiſcentia carnis & lege pecca
ti & mortis carnaliter generatur, regenerari ſpi
ritualiter habet opus, ut nõ ſolum ad regnum
dei perducatur, ſed etiam à damnatione peccati
liberetur, ſic etiam per primum hominem in
peccato & morte naſcuntur, ſic etiam per Chri
ſtum in iuſtitia & uita ꝙterna, in baptiſmo renaſ
cuntur. *Idem ibidem. Paruuli.*

Paruuli fideles recte uocãtur qui fidẽ per uer
ba geſtãtium quodãmodo cõfitentur, & ꝓ eo-
rundẽ uerba diabolo & mũdo abrenuntiant & in
hoc fit in ſacramẽto diuinæ gratiæ, quam dedit
deus eccleſiæ. Paruulus aũt qui baptizatur ſi ad
annos rationales ueniens nõ crediderit, nec ab
illicitis abſtinuerit, nihil ei prodeſt q̃d paruulus
accepit. *Ibidem Nulla præter.*

Nulla præter baptiſmũ ſal⁹ infantibus pro-
mittitur, quia infantes ſi per ſacramentũ quod
ad hoc eſt diuinitus inſtitutum, in credentium
numerum non tranſeunt, in tenebris manent.

Idem ibidem Ad hoc.

Ad hoc baptiſm⁹ ualet ut baptizati Chriſto
incorporentur, ut membra eius habeantur &
conſepeliantur, & oblati per ſacramentũ chari
tatem q̃ fidelium reconcilientur deo, ut in eo ui
ui, ſalui, liberati, redempti, illuminati fiant.

Idem ibidem Quis autem.

Quis aũt neſciat credere eſſe infantibus bapti
zari, non credere autem non baptizari.

Idem ibidem. Non ex quo.

Non ex quo quiſq̃ baptizatur omnis uetus
infirmitas in eo aſſumit̃, ſed renouatio incipit ad
remiſſionẽ omniũ peccatorũ, & intelligentiã,
& operationẽ ſpiritualium. Cætera uero in ſpe
ſunt donec fiat in re, q̃d erit in reſurrectiõe, nam
in baptiſmo q̃uis fiat plena remiſſio peccatorũ,
nondum tamen plena eſt, nouitas, & perfecta
mutatio: quia adhuc remanet corruptio non ſo
lum in corpore, ſed etiã in animo qui eſt homo
interior, in quo ſi perfecta eſſet nouitas, non di-
ceret apoſtolus, quod de die in diẽ renouatur.

Idem ibidem. Hoc meminiſſe.

Hoc meminiſſe debemus, omniũ peccatorũ
plenã pfectamq̃ remiſſionẽ in baptiſmo fieri,
hominẽ uero nõ totum cõmutari cõtinuo, ſed
in bene ꝓficientibus de die in diẽ creſcẽte noui
tate cõmutari quod uetuſtũ eſt & carnale eſt, do
nec ita renouet̃ quod animalis infirmitas cor-
poris ad firmitatẽ ſpiritualẽ incorruptamq̃ per-
ueniat. *Ibidem. Sicut dicta.*

Sicut dicta, facta & cogitata iniq̃ animę cor-
pori ꝓtinent, licet aũt quantũ ad motũ iam prę-
terierunt & non ſunt, eis tamẽ præteritis reatus
eorũ manet, niſi peccatũ per remiſſionẽ ſoluat̃,
ſic non præterita, ſed adhuc manente lege con-
cupiſcentiæ reatus ei ſoluitur, & non erit, cum
fiat in baptiſmo plena remiſſio peccati.

*Au. hom. 3. de baptiſmo, & habetur de Con.
diſt. quarta, Poſtq̃ uos.*

Poſtq̃ uos credere ꝓmiſiſtis, tertio capita uŕa
in ſacro fonte dimerſimus, q̃ ordo baptiſmatis
duplici myſterij ſignificatiõe celebratur. Recte
em̃ tertio merſi eſtis, q̃ accepiſtis baptiſmũ in no
mine ſanctæ trinitatis. Recte tertio ĩmerſi eſtis,
q̃ accepiſtis baptiſmũ in nomine Ieſu Chriſti, q̃
etiã die tertia reſurrexit à mortuis. Illa em̃ tertio
repetita dimerſio typum dñicæ exprimit ſepul
turæ, ꝓ quã Chriſto cõſepulti eſtis in baptiſmo,
& cum Chriſto ſurrexiſtis in fide, pctis abſoluti
in ſanctitate uirtutũ Chriſti, uiuatis imitando.

Idem de libe. arbi. libro tertio, & hab. ibidem. Illud.

Illud ꝓſcrutari homines ſolent, ſacrũ baptiſ-
mi Chriſti, quid ꝓſit paruulis, cũ eo accepto plę
runq̃ moriuntur priuſq̃ ex ſe quicq̃ potuerint
agnoſcere. Qua in re ſatis pie rectęq̃ creditur ꝓ-
deſſe paruulo fidẽ eorum, à quibus cõſecrandus
offertur, & hoc eccleſiæ cõmendat authoritas,
ut ex eo quiſq̃ ſentiat quid ſibi proſit fides ſua,
quãdo in aliorum quoq̃ beneficio qui propri-
am nõdum habent poteſtatem commoda ſic.

*Aug. ſuper Ioan. tracta. 5. primæ partis, & hab.
de Con. diſt. quarta, Baptiſmus.*

Baptiſmus talisẽ, q̃lis ille eſt in cuius poteſta
te dat̃. Non qualis ille ꝓ cuius miniſterium datur.

Idem tracta. 6. & hab. ibidem. Cum baptizat.

Cum baptizat malus ex aliqua uel ignoran-
tia eccleſiæ uel tollerãtia, aut enim ignorantur
mali, aut tolerantur paleæ quo uſq̃ in ultimo
uentiletur area. Illud q̃d datum eſt, unum eſt,
nec impar ꝓpter impares miniſtros. Sed par &
æquale propter hunc qui baptizat.

Idem ſup. Ioan. & hab. de Con. diſt. quarta, Neceſſariũ.

Neceſſarium & uiſibile ſacramentum aquæ
ad ablutionem uiſibilis corporis, ſicut neceſſa-
ria eſt doctrina inuiſibilis fidei ad ſanctificatio-
nem inuiſibilis animæ. *Ibidem.*

Renaſcitur homo ex aqua uiſibili ſacramẽto
& ſpiritu inuiſibili, ſ. intellectu, ut ſymbolum
baptiſmi, uiſibiliter accipiat, & ſpiritualem in-
tellectum ipſius ſymboli percipiat, uel ex aqua
uiſibili & ſpiritu ſancto. *Ibidem Aliud.*

Aliud eſt baptizare ꝓ miniſteriũ, aliud bapti
zare

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

zare p poteſtatē. Item ergo baptizabāt diſcipuli eius, & ibi adhuc erat Iudas inter diſcipulos eius. Si quos baptizauit Iudas, nō ſunt iterū baptizati. Et quos baptizauit Ioānes, ſunt iterum baptizati, plane iterum: ſed non iterato baptiſmo. Quos etenim baptizauit Ioannes, quos baptizauit Iudas, Chriſtus baptizauit.

Auguſt. ad petrum Diaconem, & habe. de Conſe. diſtin. quarta, Firmiſſime.

Firmiſſime tene & nullateno⁹ dubites omnē hominem qui per concubitum uiri & mulieris concipitur, cum originali peccato naſci, impietati ſubditum mortiq; ſubiectum. Et ob hoc naturaliter iræ naſci filium. De qua dicit Apoſtolus: Eramus em̄ natura filij iræ, ſicut & cæteri, à qua ira nullus liberabitur niſi per fidem mediatoris hominis Ieſu Chriſti. Firmiſſime tene non ſolum homines ratione utentes, uerum etiam paruulos, qui ſiue in uteris maternis uiuere incipiunt, & ibi moriūtur, ſiue iam de matribus nati ſine ſacramento baptiſmi quod datur in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, de hoc ſeculo trāſeunt, ſempiterno igne puniēdos, quia & ſi peccatum propriæ actionis nullum habent, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione ex natiuitate traxerunt.

Ibidem, & hab. pri. q. pri. Firmiſſime.

Firmiſſime tene, & nullatenus dubites extra eccleſiam baptizatos ſi ad eccleſiam non redierint baptiſmo cumulari perniciem. Tantū enim ualet eccleſiaſticæ ſocietatis communio ad ſalutem, ut baptiſmo non ſaluetur, cum ibi non datur ubi oportet ut detur.

Auguſt. ad Fortunatum, & habe. de Conſe. diſt. quarta, In neceſſitate.

In neceſſitate cum epiſcopi aut presbyteri, aut quilibet miniſtrorū non inueniuntur, & ut urget periculū eius qui petit, ne ſine illo ſacramēto hanc uitam finiat, etiam laicos ſolere dare ſacramentum quod acceperunt ſolemus audire.

Idem ibidem, cap. Sanctum.

Sanctum eſt baptiſmū per ſeipſum quod datum eſt, In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Ita ut in eodem ſacramento ſit etiām authoritas traditionis per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ad apoſtolos, per illos autem ad epiſcopos & alios ſacerdotes, etiam laicos Chriſtianos ab eadem origine & ſtirpe uenientes.

Auguſt. ibidem, cap. Catechuminum.

Catechuminū quàmuis in bonis operibus defunctum uitam habere non credimus, excepto duntaxat niſi martyrij expleat ſacramentum.

Auguſt. ad Oroſium, libro ſecundo, & habetur ibidem cap. Quamuis.

Quàmuis unū baptiſma ſit & hæreticorum eorum, ſ. qui in nomine patris & filij & ſpūs ſancti baptizant, & eccleſiæ catholicæ. Tamē qui foris eccleſiā baptizant, non ſument baptiſmū ad ſalutē, ſed ad perniciem, habentes nimirum formam ſacramenti, uirtutē aūt eius abnegantes.

Auguſtinus in epiſt. ad Bonifacium, & habetur ibidem cap. Non illud.

Non illud te moueat, quod quidē nō ea fide ad baptiſmū percipiendū paruulos ferunt, ut gratia ſpirituali ad uitā regenerentur ęternam, ſed hoc eos putant remedio temporalem retinere uel recipere ſanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur, qui non ab iſtis hac intentione offeruntur.

Auguſt. ibidem & habe. ibidem, cap. Nulli.

Nulli eſt aliquatenus ambigendum tunc unumquemq; fidelē corporis ſanguiniſq; domini participem fieri, quando in baptiſmate mēbrum Chriſti corporis efficitur.

Idem libro de baptiſmo, & habetur de Conſe. diſti. quarta. Non dubito.

Nō dubito catechuminū catholicū diuina charitate flagrantē hęretico baptizato anteponere.

Idem in epiſtola ad Maximum, & habetur de Con. diſt. quarta Rebaptizare.

Rebaptizare hæreticū hominem qui hęc ſancte trinitatis ſigna ſuſceperit, q̄ Chriſtiana tradidit diſciplina, oīno peccatū eſt. Rebaptizare autem catholicum immaniſſimum ſcelꝰ eſt.

Augu. ad Valerium contra Iulianum, & habetur de Conſ. diſt. 4. Ex quo.

Ex q̄ inſtituta eſt circuncilio in populo dei, quod erat tunc ſignaculum fidei iuſtitiæ dei, ad ſanctificationem purgationis ualebat paruulis originalis ueteriſq; peccati, ſicut & baptiſmus ex illo ualere cōpit ad innouationem hominis ex quo conſtitutus eſt.

Auguſt. contra Creſcentium grammaticum, & hab. Con. diſt quarta, Si inter.

Si inter bonos miniſtros, cū ſit alius alio melior, nō eſt melior baptiſmus, q̄ per meliorē datꝰ, quādo idem baptiſmus datꝰ, nullo modo natus eſt, q̄ etiam p malum datꝰ, quādo idem baptiſmus datur. Et ideo per miniſtros diſpares, dei munus æquale eſt, quia non illorū, ſed eius eſt.

Auguſtin. de ſymbolo, & habetur de Conſe. diſt. quarta, Sicut noſtis.

Sicut noſtis fratres chariſſimi, paruuli exufflantur & exorcizātur ut pellatur ab eis diaboli poteſtas inimica, quæ decepit hominē ut poſſideret homines. Non ergo creatura in infantibus exorcizatur aut exufflatur, ſed ille ſub quo ſunt qui ſub peccato naſcuntur.

Auguſtinus de pœnitentia, & habetur de Conſe. diſt. quarta, ca. Omnis qui.

Omnis qui iam ſuæ uoluntatis arbiter conſtitutus eſt, cum accedit ad ſacramentum fideliū, niſi eum pœniteat ueteris uitæ, nouam non poteſt inchoare. Ab hac pœnitentia cum baptizantur ſoli paruuli, immunes ſunt. Nondum enim uti poſſunt libero arbitrio.

Auguſt. in Enchiridio, & habetur de Conſe. diſtin. quarta, Paruulo.

Paruulo recēter nato uſq; ad decrepitū ſenē, ſicut nullus prohibendus a baptiſmo, ita nullus eſt qui nō peccato moriat̄ in baptiſmo, ſed paruuli tantum originali. Maiores autem omnib⁹ etiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

etiam moriuntur peccatis quæ male uiuendo addiderunt originali.

Aug. in Enchiridion, & hab. de Conſ. diſt.
4. Non regenerabitur.

Nõ regenerabãtur uel renaſcebãtur, qui baptizabãtur baptiſmo Ioãnis, ſed quodã prẽcurſorio illius miniſterio q dicebat: Parate uiam dño Chro, in quo ſolo renaſci poterãt q parabant. Huius em̃ baptiſma eſt nõ in aqua tantũ, ut fuit Ioãnis, uerum etiam in ſpiritu ſancto ut de illo regenerarẽt. Si qs in Chriſtũ crediderit, de iſto Chriſtus regenerat. Qui regenerationẽ non cognouit in aqua baptizari uoluit, non ut eius iniquitas diluerẽt, ſed humanitas cõmendaretur. Itaq; baptiſma in conſih habuit, quod abluerẽtur, ſicut mors nihil inuenit quod puniret.

Idem libro ſent proſpe. & hab. ibidem. Verus.

Verus baptiſmus cõſtat nõ tã ablutiõe corporis, q̃ fide cordis, ſicut apoſtolica doctrina tradidit, dicẽs: Fide mũdans corda eorũ, & alibi: Saluos facit baptiſma, nõ carnis depoſitio ſordiũ, ſed etiã cõſcientiæ bonę interrogatio in deum.

Aug. inſer. poſt paſcha, quæ incipit Hodiernus
dies, & hab. ibidem Vos ante.

Vos ante omnia eam mulieres q̃ uiros q̃ filios in baptiſmate ſuſcepiſtis moneo, ut uos cognoſcatis fide iuſſores apud deũ extitiſſe p illis, quos niſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere, ideo q̃ ſemper eos admonete, ut caſtitatẽ cuſtodiant, iuſtitiam diligant, charitatẽ teneant. Ante omnia ſymbolum & orationẽ dominicam, & uos ipſi tenete, & illis quos accepiſtis de ſacro fonte oſtendite.

Hier. ſuper epiſt. ad Phill. libro ſecundo, & ha-
betur ibidem. Eodem modo.

Eodem modo in patre & filio & ſpiritu ſancto baptizamur, & ter mergimur, ut trinitatis unum appareat ſacramentum.

Ambro. libro de Sacra. & habe. ibid. Veniſti.

Veniſti ad fontẽ, ingreſſus es, conſidera quid uideris, quid locutus ſis diligenter. Repente occurrit tibi leuita, occurrit tibi presbyter, unctus es quaſi athleta dei, ut ad baptiſmum catechuminus accedas.

Idem libro de Sacramentis, & habe. de Conſe-
diſt. 4. Per aquam.

Per aquam baptiſmi tranſitus eſt de terrenis ad cœleſtia. Ideo paſcha tranſitus dicit, hic tranſitus eſt de peccato ad uitam, de culpa ad gratiam, de inquinamento ad ſanctificationem. Qui per hanc aquam tranſit non moritur, ſed exurgit

Idem ibidem. Venit.

Venit ſacerdos ad fontẽ, dicit precẽ, inuocat nomẽ patris & filij & ſpũs ſancti, utiq; uerbis cœleſtibus, cœleſtia ſunt uerba q̃ Chri ſunt, preſentia trinitatis adeſt, operat ſermo æternus, ubi deſcẽdit ſpũs ſanctus primo q̃ſi colũba deſcẽdit, ut increduli uocarent ad fidẽ. In principio ſignũ debuit eſſe, in poſterioribus p̃fectio, apoſtolis eñi ſpũs ſanctus datus eſt in igneis linguis, ꝓpter incredulos, nobis aũt iã in plenitudine eccleſię, non per ſigna, ſed per fidẽ ueritas eſt colligenda.

Idem ibidem. ca. Emerſiſti.

Emerſiſti ueniſti ad ſacerdotẽ, quid tibi dixit? deus inge tibi pacer omnipotens, q te regenerauit ex aqua & ſpiritu ſancto, conceſſitq; peccatorum tuorũ ueniam, ipſe te inungat in uitã æternam, uide ubi inunctus es in uitam æternam inquit. *Idem ibidem. Accepiſti poſt.*

Accepiſti poſt baptiſmũ ueſtimenta candida, ut eſſet indicium q̃ exueris uoluptatẽ peccatorum, & indueris innocentiæ caſta uelamina.

Ambro. de initiandis rudibus & habetur
pri. q pri Non ſanat.

Non ſanat baptiſmus perfidorum, non mundat, ſed polluit. Quin diluuio aquarũ ad dominum non approximabunt, quia ut per apoſtolum dicit: Quicquid nõ ex fide eſt peccatũ eſt, & ipſis qui faciunt & quibus faciunt nõ ſolum prodeſt, ſed ad iudicium eſt.

Ambro. ſuper epiſt. ad Romanos, & habe.
de Con diſt. 4. Sine pœnitentia.

Sine pœnitentia ſunt dona & uocatio dei q̃a gratia dei in baptiſmate nõ requirit gemitum, nõ requirit planctum, uel opus aliquod, ſed ſolam fidem & omnia gratis condonat.

Grego. Auguſtino Angelorum epiſcopo, &
habe. ibid. Baptizari.

Baptizari aũt uel enixam mulierẽ, uel hoc q̃d genuerit, ſi periculo mortis urgetur. uel ipſa eadem hora qua gignit, uel eadem etiã qua natũ eſt id q̃ gignitur, nullo modo prohibetur. Nedum adhuc tempus ad præbendũ redemptionis myſterium quæritur, interueniente paululum mora inueniri non ualeat, qui redimatur.

Grego. Leandro epiſcopo. & habe. ibi. De trina.

De trina immerſione baptiſmatis nil reſpõderi ueriꝰ poteſt q̃ quod ipſi ſenſiſtis: Quia in una fide nil efficit ſanctæ eccleſiæ cõſuetudo diuerſa. Nos autem q̃ tertio mergimus triduanæ ſepulturæ ſacramenta ſignificamus. Et dum tertio infans ab aquis educitur, reſurrectio triduani temporis exprimitur.

Grego. in Moral. & hab. ibid. Quod autem.

Quod autem apud nos ualet aqua baptiſmatis hoc egit apud ueteres, uel pro paruulis ſola fides, uel pro maioribus uirtus ſacrificij, uel p̃ his qui de Abraæ ſtirpe prodierunt myſterium circunciſionis.

Idem in Moralibus.

Spiritus ſanctus etiã ante baptiſma gẽtilium corda perfundit, qui nunquã in Iudæorũ mẽtibus niſi poſt aquam baptiſmatis uenit.

Grego. home. 24. & habe. de Con. diſt. 4.
Sacerdotes.

Sacerdotes cum per exorciſmi gratiam manum credentibus imponunt, & malignos habitare ſpiritus in eorum mentes contradicunt. Quid aliud faciunt niſi q̃ dæmonia eiiciunt.

Ioan. Chryſoſt. & habetur de Con. diſt. 4.
Non poteſt.

Nõ poteſt quis grãm uitę cœleſtis accipere niſi purgatus fuerit ab oĩ ſorde peccati p̃ pœnitẽtiæ con-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

confessionē,per donum baptismi salutaris domini & saluatoris nostri Iesu Christi.

Isidorus Sententi. libro pri. & hab. de Conse. dist. 4. Qui in maternis.

Qui in maternis sunt uteris ideo cū matre baptizari nō possunt, Quia qui natus adhuc scđm Adam non est, secundū Christū regenerari non potest. Neq; enim dici in eum regeneratio potest, quem generatio nō præcessit. Qui sceleratę uiuunt in ecclesia,& cōmunicare non desinunt, putantes se tali cōmunione mundari, discant nihil ad emundationem proficere sibi.

Isid. ibid. cap. Si quis. ỳ. Sed Romanus.

Romanus pontifex non hominē iudicat qui baptizat. Sed spiritū dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit qui baptizet.

Leo Papa ad Nicetem, & hab. 1 q. 1. Hanc regulam.

Hanc regulam conseruandā in omnibus ecclesijs prædicamus, ut lauacrum semel initum nulla iteratione uioletur, dicente apostolo: Vnus deus, una fides, unum baptisma, cuius ablutio nulla reiteratione uiolanda est, sed sola spiritus sanctificatio inuocanda, ut q̄ ab hæreticis nemo accipit, catholicis sacerdotibus consequat̄.

Leo Papa, & hab. de Conse. dist. 4. Hi qui.

Hi qui necessitate mortis, ægritudinis, obsidionis, persecutionis, & naufragij urgentur, omni tempore debent baptizari.

Leo ibidem ca. Hi de quibus.

Hi de quibus scripsisti, qui se baptizatos sciūt, sed cuius fidei fuerunt qui eos baptizarunt, se nescire profitentur, quolibet modo formam baptismatis acceperunt, rebaptizandi nō sunt, sed per impositionem manus uirtute spiritussancti, quam ab hæreticis accipere non potuerunt, catholicis copulanda sunt.

Leo Papa Leoni Rauennati episc. & habetur ibidem. Cum itaque.

Cum itaq; baptismi sui nihil recordet̄ qui regenerationis est cupid⁹, nec alter attestari de eo possit qui sciat se cōsecratū, nec ille qui cōsecratur. Scimus quidē inexpiabile esse sacrinus, quoties iuxta hæreticorū dogmata cōtra sanctorū patrū instituta cogitur aliquis lauacrum quod regenerandis semel tributū est bis subire: Apostolica reclamante sententia, quę nobis unam p̄dicat in trinitate deitatem, unam in fide cōfessionem, unum in baptismate sacramentum.

Leo Papa ibidem ca. Si nulla.

Si nulla extāt indicia inter propinquos & familiares, nulla inter clericos aut uicinos q̄bus hi de quibus quæritˢ baptizati fuisse doceantur, agendū est, ut renascātur, ne manifeste pereāt: in quibus q̄d non ostenditur gestū, nulla ratio finit, ut iteratum uideatur, qui autē possunt meminisse, q̄ ad ecclesiam uenichant cum parentibus, possunt recordari, eo quod eorū parentib⁹ dabatur acceperint, sed in hoc etiam ab ipsa memoria alienū est, conferendū eis uidetur, quod collatum esse nescitur, quia nō temeritas interuenit præsumptionis, ubi est diligentia pietatis.

Cassiodorus super Psalmo quinto.

In baptismo sic omnia & originalia delicta, & per pœnā cōmissa mundant̄, ut illi nos restituat puritati, in qua Adam nosc̄itur esse procreatus.

Beda sup̄ il. Luc. Posq̄ consummati sunt dies oct.

Idem, salutiferæ curationis auxilium circumcisio in lege cōtra originalis peccati uulnus agebat, q̄ baptismus agere reuelāte gratię tempore consueuit, excepto q̄ regni cœlestis ianuam necdum intrare poterat, donec aduenies benedictionē daret, qui legem dedit, ut uideri posset deus deorū in Syon, tātum in sinu Abraæ post mortem beata requie consolati supernæ pacis ingressum spe fœlici expectabant.

Dantes in paruo tracta. de sacramentis.

Io dico chel bapteſmochiaſcun freſa
Dela diuina gratia, & munda tutto
Dogni peccator, & dogni uirtu il preſa.
Quale ſol daqua & di parole tutto
Et non ſi da a neſunpiu duna uolta
Quantunque tor ni di peccato bruto.
Et ſenſa queſto ogni poſſanza e tolta
Ad eiaſcaduo dandar aduita æterna.
Ben che in ſe habia aſſai uirtu racolta. *id eſt,*
Dico baptiſmum unicuiq; notam facere
Diuinam gratiam, & abluere omne
Delictum eius, & omni uirtute eum decorat
Qui ſola aqua & uerbis conſtat,
Et nulli præter q̄ ſemel conceditur
Licet recidat in delictorum turpitudinem
Et ſine hoc omnis facultas aufertur
Vnicuiq; eundi in uitam æternam,
Quamuis multa uirtute ſit auctus.

Beatitudo græce μακάριοσύνη ὁ & μακάριοσύνη ὁ beatus, & μακαρίζω beatifico dicitur. Et est status omnium bonorum aggregatione p̄fectus secundum Boetiū libro 5. de philosophica Consolati. Beatitudo est summū bonū & ultimus finis rationalis naturæ tantum, secūdum bea. Thomam. 4. sen. dist. 49. art. 2.

Beatitudo est bonum naturæ intellectualis apprehensum per intellectum, secundum eundem, secunda parte, q. 26. art. pri. & 2.

Beatitudo est ultima perfectio hominis, secundum eundem prima secundæ q. 3 art. 2.

Beatus uir dicitur oībus uirtutib⁹ instructus, & ornatus, secundū Cicer. lib. Tuscul. quæsti.

Beatus dicendus est qui sit in bonis, nullo adiuncto malo. Beata autem uita uirtute conficitur, secundum eundem.

Beatus proprie dicit̄ qui rebus oībus ad uitæ usum ornatum q̄ spectātibus, abūdat. Dictus uti quidam uolunt quasi bene auctus. Ideo locupletes uiros aliquādo beatos uocamus. Iuuen. Vetulæ uesica beatæ.

Beare est beatum facere, eiusq; oppositum est ebeare, q̄ est beatitudine priuare.

BEllum græce πόλεμος ου ὁ & πολεμικός ου ὁ bellico sus dicitur, & est p̄prie dissensio per quam arma mouentur, hic sociale bellum dicimus bellū Romanorū cū Ethruscis uel Samnitibus.

Bellum,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Bellum & prælium ita differunt, ꝙ bellū eſt tum ipſa pugna, tum totū tēpus quo in militia ſumus, ꝙd illiterati guerram dicūt. Prælīū uero eſt ipſum tantūmodo armorum certamen. Nam pugna & certamen etiam citra arma fit. Interdum etiam nudis uerbis.

1. *Regum* 2.

Varius euentus eſt belli, & nunc hunc, nunc illum conſumit gladius.

1. *Machabæorum tertio.*

Non ēm in multitudine exercitus victoria, ſed de cœlo fortitudo eſt. *Prouerbiorum* 3.

Cogitationes cōſilijs roborātur, & gubernaculis tractanda ſunt bella. *Lucæ tertio.*

Neminem concutiatis neq; calumniam facia tis, & contenti eſtote ſtipendijs ueſtris.

Auguſt epiſt. 5 ſuper illud Lucæ tertio.

Neminem cōcutiatis, neq; calumniam facia tis, & contenti eſtote ſtipendijs ueſtris. Quibus ſtipendium proprium ſufficere præcepit, militare utique non prohibuit.

Auguſt. in ſermo. de puero Centurionis, & habetur 23. q. pri. Paratus. ℣. Nam ſi.

Nam ſi Chriſtiana diſciplina oīa bella cul paret, hoc potius cōſilium ſalutis petentibus in Euangelio diceret, ut abijcerent arma, ſeq; militiæ omnino ſubtraherēt. Dictū eſt aūt eis: Neminē concutiatis, eſtote cōtenti ſtipēdijs ueſtris.

Aug. ad Bonifaciū, & habetur 23. q. pri Noli.

Noli exiſtimare neminē deo placere poſſe qui armis bellicis miniſtrat. In his erat ſanctus Dauid, cui dominus tam magnū perhibuit teſtimonium. In his etiam plurimi illius temporis iuſti. In his erat ſanctus ille Centurio qui dño dixit: Non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum.

Aug. cont. Manich. & hab. ibid. Quid culpatur.

Quid culpatur in bello? An quia moriuntur quandoq; morituri, ut dominentur in pace uicturi: hoc reprehendiſſe timidorum eſt, non religioſorum, nocendi cupiditas, ulciſcēdi crudelitas, implacatus atq; implacabilis animus. Feritas rebellandi, libido dominādi, & ſi quæ ſimilia, hæc ſunt quæ in bellis iure culpantur.

Idem de uerbis domini tractatu 19. & habe. 23. quæſt. pri. Militare.

Militare non eſt delictū. Sed propter prędam militare peccatū eſt. Nec remp. gerere crimino ſum eſt. Sed ideo agere remp. ut diuitias auge as uidetur eſſe dānabile. Propterea ēm quadā prouidentia militantibus ſunt ſtipēdia cōſtituta, ne dum ſumptus quæritur, prædo graſſetur.

Idem de diuerſis eccleſiæ obſeruationibus, & habetur ibidem, Apud.

Apud ueros dei cultores etiam ipſa bella pacata ſunt. Quæ non cupiditate aut crudelitate, ſed pacis ſtudio geruntur, ut mali coerceantur, & boni ſubleuentur.

Idem contra quinq; hæreſes in principio.

Donabit certanti uictoriā, qui certandi dedit audaciā. Non ergo nos hoſtīū turba, nō bellantium forma, nō quaſi fulgēs uitrea terreat arma tura. Goliam magnū, robuſtū, armis terribilē, ingentiq; turba munitum Dauid ſolus paruus atq; inermis uno lapidis ictu proſtrauit, totaq; Allophylorum caſtra turbauit, atque fugauit.

Auguſt. de uerbis apoſtoli.

O homo ideo non uicīſti, quia de tuo præſumpſiſti. Qui præſumit de uiribus ſuis antecq; pugnet ipſe proſternitur.

Hieron. in epiſt. ad Theodorum monachum.

De cubiculo ad aciem, de umbra egrediēs ad ſolem, corpus aſſuetum tunica loricæ onus nō ſuſtinet. Caput opertum linteo galeam recuſat. Mollem otio manum durus exaſperat capulus. Fortior autem miles ex confragoſo uenit.

Ambr. de offi libro pri. & hab 23. q. 3. Fortitudo.

Fortitudo q̄ bello tuetur à barbaris patriā, uel domi defendit infirmos, uel à latronibus, ſocios, plena iuſtitia eſt. *Ibidem.*

Incaſſum contra exteriores bellum geritur in campo, ſi intra ipſa urbis mœnia ciuis inſidians habetur. *Ibidem.*

Vtilior eſt in conflictu lorica ferrea q̄ ſtola linea, licet oneri illa ſit. In minimis probate cōflictibus, ut q̄ uiriliter in maiore certamine ſtare poſſitis. *Ambro. & habe. 23. q. octa. Non pila.*

Non pyla quærunt ferrea, non arma Chriſti milites. *Idem, & hab. ibidem. Si in morte.*

Si in morte Longobardorum me miſcere uoluiſſem, hodie Longobardorum gens, nec regem, nec ducē haberet. Sed qui deum timeo, in mortē cuiuslibet hominis me miſcere formido. *Iſido Ety. lib. 20. & hab. 23. q. 2. Iuſtum eſt.*

Iuſtum eſt bellum quod ex edicto geritur de rebus repetēdis aut propulſandorum hominū cauſa. *Iſidorus Soliloquiorum lib. ſecundo.*

Improuiſus hoſtis fortiter opprimitur.

Bernardus de noua militia.

Si bona fuerit cauſa pugnantis, pugnæ exitus malus eſſe non poteſt, ſicut nec bonis iudicabitur finis, ſi cauſa non bona & intentio nō recta præceſſit. *Caſſiodo. libro pri. epiſt. 16.*

Mens deuota prælijs non debet alijs occupationibus occupari. *Ibidem.*

Res prælīorum bene diſponitur, cum in pace tractatur. Munitio tunc efficitur prævalida, ſi diuturna fuerit cogitatione roborata.

Caſſidorus libro. pri. epiſt. 39.

Diſcat miles otio, quid proficere poſſit in bello. *Ibidem.*

Ars bellandi ſi non præluditur, cum fuerit neceſſaria non habetur. *Ibidem.*

Animos ſubito ad arma non erigunt, niſi qui ſe ad ipſa idoneos præmiſſa exercitatione diſponunt. *Caſſiodorus libro tertio, epiſt. pri.*

Tunc ſolum utile eſt ad arma cōcurrere, cum locum apud aduerſarium iuſtitia non poteſt inuenire. *Caſſiodorus libro quinto, epiſt. tertia.*

Iuſtitiam minus diligunt, qui frequenter prælia tractauerunt.

Vegetius de re militari libro pri. cap. ſecundo.

Scientia rei bellicæ, dimicandi nutrit audaciam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ciam. *Ibidem cap. 3.*

Non parum prodeſt in dimicationibus uti conſilijs. *Ibidem.*

Nunquàm credo potuiſſe dubitari aptiorem armis ruſticam pſebem, quæ ſub diuo & in labore nutritur, ſolis patiens, umbræ negligens, balneorum neſcia, deliciarum ignara, ſimplicis animi, paruo contenta, duratis ad omnem laborum tolerantiam membris, cui geſtare fertum, foſſas ducere, onus ferre, cõſuetudo dirue re eſt. Et ſolem pulueremq; ferre non timeat.

Ibidem cap. ſexto.

Sit ergo adoleſcens Martis operi deputandus, uigilantibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris muſculoſis, ualentibus digitis, longioribus brachijs, uentre modicus, exilior crurib⁹, ſuris & pedibus non ſuperflua carne diſtentis, ſed neruorum duritia collectis. Cum hæc in tirone ſigna deprehenderis, proceritatẽ non magnopere deſideres. Vtilius eſt enim fortes miliites eſſe, quàm grandes. *Ibidem cap. 26.*

Nihil magis prodeſſe conſtat in pugna, quã ut aſſiduo exercitio milites in acie diſpoſitos ordines ſeruent.

Vegetius de re militari libro 2. cap. 22.

In omni prælio non tam multitudo & uirtus indocta, quàm ars & exercitium ſolent præſtare uictoriam. Non enim longitudo ætatis aut annorum numerus artem bellicam tradit, ſed potius exercitatio. Nam in pugna ſolet uſus amplius prodeſſe quàm uires.

Idem.

Pleriq; rei militaris ignari pleniorem uictoriam ſ redunt, ſi aduerſarios, aut locorum anguſtijs, aut armatorum multitudine circundederint, ut aditum non inueniant recedendi. Sed contra clauſis ex deſperatione creſcit audacia, & cũ ſpei nihil eſt, ſumit arma formido. Libenter cupit commori, q ſinu dubio ſcit ſe eſſe moriturum. Ideoq; Scipionis laudata ſententia eſt, qui dixit Viam hoſtibus qua fugerent inuenidam, *Ibidem.*

Magna diſpoſitio eſt hoſtem fame magis urgere quàm ferro.

Ibidem libro tertio cap. quinto.

Qui deſiderat pacem, præparat bellum, qui uictoriam cupit, milites imbuat diligenter, qui ſecundos optat euentus dimicet arte, non caſu. Nemo prouocare, nemo audet offẽdere, quem intelligit ſuperiorem eſſe ſi pugnet.

Ibidem cap. tertio.

¶ Diuitiarum non eſt ſecura poſſeſſio, niſi armorum defenſione ſeruetur.

Idem cap. nono.

Boni duces non aperto prælio in quo eſt communepericulum, ſed ex occulto ſemper attentant, ut integris ſuis quantum poſſint hoſtes interimant, certe uel terreant.

Ibidem libro tertio cap. 10.

Inter hoſtes diſcordiarum procurare cauſas ſapientis eſt ducis.

Ibidem.

Qui raro aut omnino nunquàm uiderũt homines uulnerari uel occidi, cum primũ aſpexerint, perhorreſcunt, & pauore confuſi de fuga magis quàm de conflictu incipiunt cogitare.

Ibidem cap. 14.

Ordinaturus aciem tria debet ante proſpicere ſolem, puluerem, uentum. Nam ſol ante faciem eripit uiſum. Ventus cõtrarius tua flectit ac deprimit, hoſtium adiuuat tela. Puluis fronte congeſtus oculos implet & claudit: hæc momento eo quo acies ordinantur etiam imperiti uitare ſolent.

Seneca in Hercule furente Trag. pri.

Omnis in ferro eſt ſalus.

Ibidem.

Arma non ſeruant domum, nec temperari facile nec reprimi poteſt ſtricti enſis ira, bella delectat cruor. *Ibidem.*

Quæritur belli exitus, non cauſa.

Idem in Tantalo, Tragœ. ſecunda.

Peior eſt bello, timor ipſe belli.

Idem Tragœdia tertia.

Licet omne tecum regiæ robur trahas,
Licet arma longe miles ac late explicet
Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt,
Quodcunq; Mars decernit exæquat duos
Licet impares ſint, gladius & ſpes, & metus,
Sors cæca uerſat.

Idem Tragœdia 4.

Inuenit artes bellicus Mauors nouas, & mille formas mortis. *Idem Tragœdia ſexta.*

Fœlix quiſq; bello moriens, omnia ſecũ cõſumpta uidet

Ibidem.

Quodcunq; libet facere, uictori licet.

Ibidem.

Victor feroces impetus primus habet.
Profuit multis capi. *Ibidem.*

Ariſtoteles Ethicorum 10.

Bellamus ut pacem ducamus.

Laert Dioge de uita & moribus philoſoph.

Eas optimas uictorias quæ ſine ſanguine fiunt dicebat Pyttacus. *Plutarchus in Apophtheg.*

Theopompus cum quadam in urbe murum ſibi quidam oſtẽderet, & an ſibi pulcher altusq; uideret interrogaret: Minime ſi mulierum eſt, inquit. *Ibidem.*

Chabrias dicere conſueuit formidabilius eſſe ceruorum agmen ductu leonis, quàm leonũ ceruo duce.

Plato de educatione liberorum.

O τετταλος (inquit) ἐρωτηθεὶς, τίνα εἴη ἄριστα τεττιγαλῶν ἆφι δὲ παιδιεύομενοι πολεμεῖν.

Cicero libro Officiorum.

In republica maxime conſeruanda ſunt iura belli. Nam cum ſint duo genera decertandi, unum per diſceptationẽ, alterum per uim. Cum què illud proprium ſit hominis, hoc belluarũ: confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore. *Ibidem.*

Suſcipiẽda q dẽ bella ſunt ob hãc cauſã, ut ſunt iniuria

iniuria in pace uiuatur. Parta autem uictoria conſeruandi ſunt hi, qui non crudeles in bello, non immanes fuerunt. *Ibidem.*

Nullum bellum eſt iuſtum, niſi aut pro rebus petitis geratur, aut ante denunciatum ſit & indictum. *Ibidem.*

Bellum aũe ita ſuſcipiatur, ut nihil aliud q̃ pax quæſita uideatur. *Ibidem.*

Sed cum tempus neceſſitasq; poſtulat, decet tandum eſt manu. Et mors ſeruituti turpitudiniq; anteponenda. *Ibidem.*

In euertendis autem urbibus diripiendisq; ualde illud conſiderandum eſt, ne quid temere, ne quid crudeliter fiat.

Cicero Rhetor. ueterum libro 1.

Nihil eſt crudelius q̃ urbes diruere.

Idem Rhetoricorum libro 4.

Armis Italia non poteſt uinci, nec Græcia diſciplinis. *Cicero in Philippicis.*

Cõcedo incertos exitus eſſe belli, Martemq; communem.

Cicero in oratione, de laudibus magni Pompei.

Ego em̃ exiſtimo in ſummo imperatore quatuor has res eſſe oportere, ſcilicet ſcientiã rei militaris, uirtutem, authoritatem & fœlicitatem,

Cæſar libro 6. *de bello Gallico.*

Imperatori res aduerſæ minuunt authoritatem. *Saluſtius in Catilinario.*

In prælio qui maximè timent, maximum periculum eſt. *ibidem.*

Neq; malum, neq; moleſtia uictores habent. *Ibidem.*

Imperij & diuitiarum cauſa bella fiunt. *Ibidem.*

Audacia pro muro habetur, neceſſitudo etiam timidos fortes facit. *ibidem.*

¶ Diu magnum inter mortales certamen fuit, ui ne corporis, an uirtute animi res magis militaris procederet. *Saluſtius in Iugurtha.*

In prælio quanto ſibi quiſq; minus parcit, tãto magis tutus. *Ibidem.*

Omne bellum ſumitur facile, cæterum ægerrime definit. Nõ eius poteſtate initium eius & finis eſt. *Macrobius libro* 1. *Saturnal.*

Vinculo quodã patientiæ obligandi ſunt impetus belli. *Macrobius Saturnalium libro* 2.

Nihil magis magno duci conuenit, q̃ pro omnibus cogitare.

T. *Liuius libro* 4. *ab urbe condita.*

¶ Bellorum neceſſitates non expectant humana conſilia. *Ibidem.*

¶ Bella, perſeuerantia, non impetu ſunt gerenda.

Plutarch. in Apophtheg. Laco. de Ageſilao.

θεσπήσαντος δέ τινος λάκωνα χωλὸν ἐπὶ πολεμον ἐξιόντα, νῦ ἵππον ἕξειν τοῦτον. οὐκ ἀυθάνη ἔφη ὅτι εὖ φευγόντων, ἀλλὰ μενόντων ὁ πόλεμος χρείαν ἔχει.

Liuius libro 5. *decad.* 3.

¶ In bello nihil tam leue eſt, quod non magnæ interdum rei momentum faciat.

Idem libro 6. *decad.* 3.

¶ Vetus atq; uſitata res eſt, in oppugnanda hoſtium urbe, labores ac pericula pati.

Idem libro 4. *decad.* 4.

¶ Bellum ſeipſum alit.

Ibidem.

¶ Sæpe uana p̃ueris maxime in bellis ualẽt.

Idem libro 10. *decad.* 3.

¶ Mars belli communis. Et nuſquam minus, q̃ in bello euentus reſpondet.

Cornelius Tacitus libro 1.

¶ Vbi bellum ingruit, innocentes & noxij iuxta cadunt.

Idem libro 13.

Plura in ſumma fortuna auſpicijs & conſilijs, q̃ telis & munibus geruntur.

Polybius libro 3.

¶ Errat ſi quis putat aliquod magis proprium optimi ducis officium eſſe, quàm conſilia & naturam hominis intelligere.

Quintus Curtius de geſtis Alexandri libro 8.

Rationem belli neceſſitas mutat.

Idem libro 10.

Illud ſcire debetis, militarem ſine duce turbam, corpus eſſe ſine ſpiritu.

Iulius Celſus de geſtis Cæſaris libro 4.

Expectare uero dum hoſtium copiæ augeatur ſumma dementia eſt.

Ibidem libro 6.

Multum tum in cæteris rebus, tum in re militari poteſt fortuna.

Ibidem libro 7.

Errant qui in bello omnes ſecundos rerum euentus expectant. *ibidem.*

Non minus in milite modeſtia, quàm uirtus atq; animi magnitudo deſideranda eſt.

Idem libro 8.

Nocturna bella ſunt uitanda.

Idem libro 9.

Otium conſilijs militum maximè cõtrarium eſt. *Homerus in* 1. *Iliados.*

ἀφήτωρ ἀθέμιστος ἀνίστιος ἔστιν ἑκεῖνος,
ὃς πολέμου ἐράτεαι ἐπιδήμιον ὀκυόεντος. Id eſt.

Inſociabilis ſceleſtus priuatus domo eſt ille,
Qui bellum amat in populo mortiferum.

Homerus in π. *Iliados.*

Εν γάρ χερσὶ τέλος πολέμοιο, ἐπίουρα δ' ἐνὶ βουλῇ.

In manibus enim finis belli, uerborum aũt in conſilio.

Ibidem in σ *Iliados.*

ξυνὸς ἐνυάλιος, νῶϊ κτανέοντα κατέκτα

Communis Mars eſt & interfectorem interficit.

Virgilius libro 2. *Aeneidos.*

Pulchrumq; mori ſuccurrit in armis.

Ibidem.

Dolus an uirtus quis in hoſte requirat? *Ibidem.*

-Vocat lux ultima uictos.

Idem Aeneidos libro 12.

Reſpice res belli uarias. *Terentius.*

¶ *Omnia prius experiri, q̃ armis ſapientem decet.*

Ouidius Metamorph. lib. 5. *fabula* 4.

Turpe quidem contendere erat, ſed cedere uiſum
Turpius.- *Ibidem libro* 9. *fabula* 1.

-Quis enim ſua prælia uictus
Commemorare uelit?

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibidem.

-Melior mihi dextera lingua
Dum modo pugnando ſuperem tu uince loquendo.

Idem libro 12. fabula 5.

-Quis enim laudauerit hoſtem?

Idem libro 13.

Tutius eſt igitur fictis contendere uerbis
Quam pugnare manu.-

Ouidius epiſt. Paridis ad Helenam.

Certamen præmia magna mouent.

Tibullus libro 1. elegia 10.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?
Quam ferus, & uere ferreus ille fuit.

Lucanus libro 2. Pharſaliæ.

Summum Brute nephas ciuilia bella fatemur.

Ibidem.

Nulla fides pietasq; uiris, qui caſtra ſequuntur.

Lucanus libro 4. Pharſaliæ.

-Heu miſeri qui bella gerunt.

Iuuenalis ſatyra ultima.

Solis præterea teſtandi militibus ius,
Viuo patre datur, nam quæ ſunt parta labore
Militiæ placuit non eſſe in corpore cenſus,
Omne tenet cuius regimen pater.

Benedictio græce εὐλογία ας. ἡ. & εὐλογέω benedico dicit. Eſt aũt benedictio dei donorũ eius collatio uel multiplicatio, ſecun. b. Tho. 1, par. q. 72.

Benedicere dei, eſt cauſare bonitatẽ, ſed benedicere noſtrum eſt agnoſcere beneficia eius, b. Thomas ſuper pſal. 33. co. pri. ſi.

Beneficentia græce εὐεργεσία. ας. ἡ. dicitur. Et eſt exterior amicitiæ uel charitatis actus, ſecũdum rationem cõmunem, ſicut beneuolentia eſt actus interior prſuppoſitus à beneficentia.

¶ Beneficiũ ſElectionem ſolam, ſiue ſpe ἀντιδόσεως.
præſtatur aut ob ſSpem ſVtilitatis ſ& iſtis ex dignitate ſiue κατ' ἀξίαν redden ſVoluptatis ſdum beneficium.

Beneficium græce εὐεργέτημα. ατος. τὸ. & εὐεργέτης. ου. ὁ. beneficus dicitur. Eſt autem beneficium quædã beneuola actio, gaudium tribuens capienti. In libro feu. ca. 1. ex qui ca. feu. & Pa. in c. unico de cõmo. & in c. ad audientiã. de pſcriptoribus.

¶ Beneficij æſtimationem accipientis & non dantis, eſſe: oſtendit lib. 9. Ethicorum, ca. 1. Ariſtotes. Aeſtimàtionem autem iſtam faciendam non aliunde, niſi ex utilitate accipientis, ab eodem diſputatum eſt li. 8 Ethic. ca. 13. & li. 9, ca. 1 de beneficiorum æſtimatione uerba faciens: ἀεὶ δὲ (inquit) τὸ τοσοῦτον τιμᾶν, ὅσου ἔχοντι φαίνεται ἄξιον, ἀλλ' ὅσου ποὸν ἕκαστον ἐνίμα. Accipientis officium proprium oſtendit Ariſtoteles libro 9. capite 2. Dantis autem eodem libro, capite 7.

Iſocrates ad Dæmonicum.

Μήτως χαρι ται ἀλλ' ἀρίστως χαρίσῃ. id eſt, Ne committas ut illiberaliter conferas beneficium.

¶ Hoc autem faciunt, qui liberalitates alioqui commendabiles, illiberali detractiuncula delibantes, uelut præfloratas mittunt, nec ſyceras, nec meracas mittentes. Cuiuſmodi eſt eorum factum, qui ſibi ius aliquod in res donatas recipiunt, autius repoſcentes, ſi quando benignitatis eos pœnituerit, ac huiuſmodi quidda nec candidi nec ingenui conſilij comminiſcuntur. Ac de illis dici poteſt Græcorum prouerbium, ἀπώλισας τὸν οἶνον ἐπιχέοις ὕδωρ.

Plutarchus in Apophteg.

Οὐχ ἧττον βασιλικὸν καὶ φιλανθρωπικόν, τὸ μεγάλα δωρεῖσθαι τὸ μικρὰ λαμβάνειν. id eſt, Non eſt minus regium, atq; adeo humanum, paruula accipere q̃ largiri magna. Eo in loco hoc confirmat exemplo Artaxerxis Perſarum regis, qui aquam à ruſtico oblatam æquiſſimo animo acceperit.

Seneca.

¶ Bis dat, qui cito dat.

¶ Diſputant de plus & minus dando Iurecõſulti, itaq; iudicant, ut is plus det, qui ante præſtitutum diem & citius q̃ debeat, det: Minus, qui ne tum quidem cum debet, dat, ſed tardius.

Cornelius Tacitus libro 4.

¶ Beneficia eouſq; læta ſunt, dum uidentur exolui poſſe, ubi multum anteuenere, pro gratia odium redditur.

Cleobulus.

τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὰ ποιῶ. Id eſt, Bonos beneficio affice.

Lucianus.

ὡς εἶναι χάριτες γλυκερώτεραι, ἢν μὴ βραδύνῃ, πᾶσα χάρις κενεή, κἂν μὴ λέγοιτο χάρις, id eſt, Celeres gratiæ dulciores, ſi autem tardauerit, Omnia gratia uana, nec; dicetur gratia.

Auſonius ita uertit.

Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt, gratia nanq;
Cum fieri properat, gratia grata magis.

Idem aliter.

Si bene quid facias, facias cito, nam cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Phocylides.

Μὴ κακὸν εὖ ἔξῃς, σπείρων ἰσυρὴ γὰρ ἔσῃ ἐνὶ πόντῳ. id eſt, Noli in malum uirum beneficium conferre, eſt ac ſi in mari ſemines.

De hac materia habes ubi amor proximi ſupra.

Benignitas græce ἀγαθότης. ητος. ἡ. dicitur. Et eſt habitus uoluntarie benefactiuus, & ad loquendũ dulciter, ſecundum beatum Thomam, ſecunda ſecundæ quæſtione 80.

Benignus græce χρηστός. ἡ. ὁ. eſt ſponte ad benefaciendum paratus & dulcis ad eloquium, ſecundum Iſidorum libro Etymologiarum.

A bonus uero fit benignus, i. liberalis, beneficus, clemens. *Cicero lib. 2. Officiorum.* Non ita claudenda res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit: nec ita referanda, ut pateat omnibus.

Beneuolentia græce εὔνοια. ας. ἡ. & εὐνοϊκός. ἡ. ὁ. beneuolus dicitur. Et eſt bonorum erga proximum uoluntas, cuius oppoſita ſunt odium & inuidia, ſecundum Plutarchum in libello de differentijs inuidiæ & odij.

Beneuolentia dicitur εὔνοια, id eſt, bona uoluntas. Ita & maleuolẽtia dicitur κακόνοια. ας. ἡ. quaſi mala uoluntas, & κακόνους. ου. ὁ. maleuolus.

¶ Quid inter φιλίαν & εὔνοιαν interſit diſputat Ariſtoteles libro 8. cap. 2. Ethicorum.

¶ Cic. li. 2. Officiorũ, ubi de utilitate cũ eius ſpecie/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſpeciebus diſputat, late beneuolentiæ cauſas ꝓ ſequitur, oſtendens illas aut eſſe beneuolẽtiam, aut honorem, aut metum, aut expectationem beneficij, aut pretium & mercedem.

Polybius lib. 1.

¶ Amantes ſuorũ bñuolentia decipiuntur.

Bibliopola græca dictio compoſita ex βίβλος. i. uel ex β. βλίον. τὸ. libellus, & πολέω uendo. Eſt autem bibliopola uenditor librorũ, ſicut & bibliographus qui libros tranſcribit, γράφω enim idem eſt quod ſcribo, ſic etiam bibliotheca, ꝙ teſte Vitruuio modo locum ſignificat in quo libri tenẽtur, modo copiam ipſam librorũ: quare dicim⁹ Ptolemæũ regem bibliothecam omnium pulcherrimam congregaſſe. Componiturq; ex βίβλος & θήκη. ης. ἡ. quod eſt theca uel uagina, uel repoſitorium.

Bigamia item græcũ uocabulum eſt βιγαμία. ας. ἡ. Et eſt defectus ex ſecundis nuptijs prouenientes. De hac materia uidere poteris multa infra in Matrimonium.

Bilinguium uitium eſt, in loquendo inconſtantia. Bilinguis uero græce δίγλωσσος. ου. ὁ. dicitur. Et eſt dictio compoſita ex δίς quod eſt duo & γλῶσσα. ης. ἡ. lingua. Eſt autem bilinguis is qui loquendo nõ cõſtat, ſed modo unum modo aliud loquitur, quiq; proximum præſentem laudat, abſentem que lacerat. Significat enim bilinguis nonnunquam fallacem. Virg. Tyriosq; bilingues.

Blanditiæ græce ἀφυλία. ας. ἡ. & ἀφυλῖος. ου. ὁ. blãdus dicitur. Cuius diminutiuum blandiciolus & blandicellus, unde blandicella uerba apud Neuium leguntur, blande & blandicule aduerbia & blandidicus qui blande loquitur. Nũc mihi blandidicus es, heri in tergo meo tris facile corios contriuiſti bubulos.

BLaſphemia græca dictio eſt & βλασφημία. ας. ἡ. & βλάσφημος. ου. ὁ. blaſphemus dicitur. Et eſt quando aliquis attribuit deo quod ei non conuenit, uel de eo negatur uel detrahitur quod ei conuenit, ſecundum Auguſtinum, & b. Tho. ſecunda ſecundæ, q. 13. art. 4.

Blaſphemia eſt contumelia uel conuitium in iniuriam creatoris.

Blaſphemia eſt uerbũ in cõtumeliã dei platũ.

Blaſphemia eſt per quam de deo falſa dicunt.

Leuitici 24.

Homo q̃ maledixerit deo ſuo, portabit peccatũ ſuum. Et qui blaſphemauerit nomen dñi, morte moriat. Lapibus obruet eum oĩs multitudo populi: Siue ille ciuis, ſiue peregrinus, qui blaſphemauerit nomen dñi, morte moriatur.

Iob 34.

Ne deſinas ab homine iniquitatis, qui addidit ſuper peccata ſua blaſphemiam.

Matthæi 12.

Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus aũt blaſphemię non remittetur. Et quicunq; dixerit uerbum contra filiũ hominis remittetur ei: qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro.

Marci 3.

Amen dico uobis, quoniam oĩa dimittent filijs hoĩm peccata, & blaſphemiæ quibus blaſphemauerunt. Qui aũt blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum, non habebit remiſſionem in æternum.

Auguſt. ſuper illud Matt. Blaſphemauit.

Non minus peccant qui blaſphemant Chriſtum regnantem in cælis, ꝙ qui crucifixerunt ambulantem in terris.

Idem ſuper Ioan. & hab. 23. q. 4. Quando uult.

Quando uult deus concitare poteſtatẽ aduerſus hæreticos, aduerſus ſchiſmaticos, aduerſus diſſipatores eccleſiæ, aduerſus exufflatores Chri, aduerſus blaſphematores Chri, blaſphemi nõ mirent, qa deus cõcitat, ut á Sara uerret Agar. Cognoſcat ſe Agar, ſupponat ceruicem, quæ cum humiliata diſcederet à domina ſua, occurit ei angelus & dixit: Quid tibi eſt Agar ancilla Saræ? Cum conqueſta eſſet de domina, quid audiuit ab angelo? Reuertere ad dominã tuam. Adhoc ergo affligitur ut reuertat, atq; ut non reuertatur, quia proles eius ſicut proles Iacob cum fratribus eius hæreditatem tenebit.

Hieron. ad Titum, & hab. 33. q. 5. Cum autem.

Cũ caput mulieris ſit uir, caput aũt uiri Chriſtus, q̃cunq; uxor non ſubijcitur uiro, hoc eſt capiti ſuo, eiuſdem criminis rea eſt, cuius & uir, ſi non ſubijciatur capiti ſuo. Verbum aũt domini blaſphematur, uel contemnitur dei prima ſententia, & pro nihilo ducitur, uel cum Chriſti infamatur euangeliũ, dum cõtra legem fidemq; naturæ quæ Chriana eſt, & ex lege dei ſubiecta eſt uiro, impare deſiderat, cũ etiam gentiles fœminæ uiris ſuis ſeruiant cõmuni lege naturę.

Hieron. ad Cteſiphontem de libero arbitrio, contra Pelagianos hæreticos.

Sentẽtias ueſtras, pdi diſſe ſuperaſſe eſt, patet prima frõte blaſphemia. Nõ neceſſe habet conuinci ꝙ ſua ſtatim profeſſione blaſphemũ eſt.

Idem epiſt. 32.

Blaſphemia ueniam non meretur.

Hugo de ſancto Victore.

Blaſphemia eſt cũ quadã proboſa irreligioſitate conuitionũ iacula in alterum immittere.

Rabanus ſuper Matthæum.

Mos erat Iudæis cũ aliqd blaſphemiæ audiebãt ſcindere ueſtes, ſicut Paulus & Barnabas cũ cultu diuino honorarent ſciderunt ueſtes ſuas.

Bomolochia græca dictio eſt, & βωμολοχία. ας. ἡ. & βωμόλοχος. ου. ὁ. ſcurra. Et bomolochia eſt idem quod ſcurrilitas. Quare Ariſtot. li. magnorum Moralium dicit quod bomolochus eſt qui omnia & omne quod eſt, putat oportere conuitiari.

Bonitas græce ἀγαθοσύνη. ης. ἡ. & ἀγαθότης. τητος. ἡ. & ἀγαθός. ἡ. ὸν. ὁ. bonus, unde benignus dicitur, id eſt, liberalis, beneficus, clemẽs. Quare benignam terram appellamus fructus abunde ferentem. Plinius de Aegypto: Nulla eſt benignior tellus, nullus ager feracior. Inde benignitas, liberalitas, atq; clementia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Menander.

ἀνὴρ δὲ χρηστὸς, χρηστὸν οὐ μισεῖ ποτέ. id eſt,

Vir autem bonus, bonum non odit unquam.

Idem.

γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται. id eſt,

Mentis enim bonæ uir, opera bona facit.

Idem.

ζήλου τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα καὶ τὸν σώφρονα. id eſt,

Imitare bonum uirum & ſapientem.

Leonides.

ἀεὶ δ' ἀγαθὸς ἐὼν ἀγαθὸς. id eſt,

Semper autem bonus eſt bonus.

Ex 3. *Epigramma.*

τῶν ἀγαθῶν οὐ δυσχόμεθα χόρον. id eſt,

Bonorum non capimus ſatietatem.

Cicero libro 3. Officorum.

¶ Ac uero ſi qui uelit cõplicatam animi ſui notionem euoluere, iam ſe ipſe docebit, eum bonum uirum eſſe, qui proſit quibus poſſit, no ceat nemini niſi laceſſitus iniuria.

Lucianus in Timone.

¶ Οἱ ἀγαθοὶ δυσεύρετον χρῆμα, καὶ πρὸ πολλοῦ ἐκλελοιπὸς ἐκ τοῦ βίου, ὥσπερ οὐδὲ ὁ λυγκεὺς ἂν ἐξεύροι ἐφαλίκως, ἄμαυρὸν ὄντο καὶ μικρὸν ὄν. καὶ γὰρ οἱ ἀγαθοὶ ὀλίγοι εἰσίν. id eſt,

Boni, poſſeſſio eſt quæ haud facile inueniri poteſt, ut quæ iamdudum è uita conceſſerit. Adeo obſcura atq; puſilla, ut illam uel Lynceus uix dum inueniat. Sunt enim boni perpauci.

Iuuenalis ſatyra 13.

¶ Rari quippe boni, numero uix ſunt totidem, quot
Thebarum portæ, & diuitis oſtia Nili.

Bonorum ordo tri- 1. *Animi.*
plex. Sunt enim bo- 2. *Corporis.*
na 3. *Fortunæ.*

Bonum græce ἀγαθὸν, ου. τ. & χρηστὸν, ου. ν. dicitur. Et eſt id quod oppoitur malo, eſtq; nomen gñale, & honeſta ſimul atq; utilia complectens, ut bonum animi, bonũ corporis, bonum fortunæ. Hinc ſi bonũ uirum dicimus probum ſignificamus: ſi bonum militem, fortem: ſi bonũ impẽratorem, prudentem: ſi bonũ grãmaticum, literatum: ſi bonum oratorem facundũ. Si bonum iudicem, iuſtum: ſi bonum mercatorẽ, diuitem: ſi bonam faciem, pulchram. Sic econuerſo, malum generale nomen eſt, & turpia ſimul, & detrimentoſa cõplectens. Vnde malũ uirum dicimus flagitioſum: malũ militem, imbecillẽ: malum imperatorem, imprudentẽ: malum grammaticũ, rudem: malum oratorem, infacũdum: malum iudicem, iniquum: malũ mercatorem, inopem: malam faciem, deformem.

Bonum ſummum eſt animi operatio ſecundum uirtutem optimam & perfectiſſimam in uita perfecta, ſecundum Ariſt. li. 1. Ethico.

Bonum eſt q̃ ſuiipſius gratia eſt expetẽdum, ſecundum eundem lib. 1 Rhetorico.

Alciatus.

¶ Bonoq; duplex eſt ſignificatio: Naturalis ſ. & Ciuilis. Nam cum ſenſu naturali bona dicerent, quæcunq; nobis benefaciunt, lex ciuilis ad facultates noſtras hoc traxit, quoniã & hæ proſunt. Hinc diſtinctio bonorum corporis & animi apud Philoſophos.

¶ De bonis animi diſputat Cicero in Parad. Si quid (inquit) recte fit & honeſte, & cũ uirtute, id bene fieri & recte dicitur. Et quod honeſtum & rectum, & cum uirtute eſt, id ſolum opinor bonum. *Cicero de Senectute.*

¶ Quibus nihil opus eſt in ipſis ad bene beateq; uiuẽdum, iis oĩs grauis eſt ætas. Qui aũt omnia bona à ſeipſis petunt, iis nihil poteſt malum uideri, quod naturæ neceſſitas afferat.

¶ In ſecundo ordine ſunt, robur, pulchritudo, ſanitas & reliquæ corporis dotes, q̃ late numerantur à Cicerone li. 4. Tuſcu. quæſtionum.

¶ In tertio ſunt ordine fortunæ bona, quæ à philoſophis ἁπλῶς ἀγαθὰ appellantur, propterea q̃ ſecundum ſe quidẽ bona ſunt, ſed aliorum uſu praueſcunt malaq; dicuntur, ut diuitiæ &c.

Ariſtoteles libro 4. Politic.

¶ Si bona fortunæ modum excedant in altera partem, difficile eſt ut rationi obediant.

Ibidem.

¶ Neceſſe eſt ex falſis bonis, uerum malum euenire. Inſinuat hoc loco Ariſt. hoc uſuuenire iis rebuſpub. quæ dum nimiũ tribuũt diuitiis, populoq; imponũt ut optimatum remp. conſtituant, tandem ſuo piculo diſcunt, illam opinionem quam de diuitiis habent, ſuæ reip. prodeſſe minimum, obeſſe autem plurimum.

Terentius in Heaut.

Hæc perinde ſunt, ut illius animus qui ea poſſidet
Qui uti ſcit, ea bona: illi qui non recte utitur, mala.

¶ Huc pertinet tota primi Paradoxi Ciceroniani diſputatio.

Plutarchus in Apopthegma. Laco.

¶ πυθομένου δέ τινος πόσην κεκτῆσθαι οὐσίαν, ἔφη, οὐπλείω τῆς ἐκείνης.

Breuiloquium græce βραχυλογία, ας. ἡ. & βραχυλόγος, ου. ὁ, ὴ. breuiloquus Et oppoſitum eſt multiloquio, de hac materia habes multa infra in Lingua.

Breuitas quæ græce βραχύτης, ητος. ἡ. & βραχύς, εῖα, ύ. breuis. Eſt autem breue proprie quod longo opponitur.

Achinnus græce καχασμός. ὁ. & καχάζω cachinnor dicitur. Et eſt ſolutus riſus. Perſius: Ingeminant tremidos naſo criſpante cachinnos. Inde cachinnor aris, quod eſt ſolute rideo.

Cæcitas græce τυφλότης, ητος. ἡ, & τυφλὸς ή, όν. cæcus dicit. Et eſt tam corporis q̃ animi orbitas. Eſtq; cæcum quod non habet uiſum, cum natum ſit habere, ſecundum Ariſt. lib. 6. Topicorum. Dicitur aũt cæcum quaſi oculis captum, uel q̃d ſit oculis conciſum, uel q̃d oculis careat. Eſt aũt cæcus qui caret lumine, ut diximus. Itẽ inſidioſus, occulte malus, latens, tacitus, qui uideri nõ poteſt. Vir. Cæca regens filo ueſtigia. Hinc eſt uerbum cæcutio, q̃d proprie ſignificat parũ uideo.

Cælebs græce ἄγαμος, ου. ὁ, ὴ. & ἀγαμία, ας. ἡ. cælibatus dicitur. Et is proprie dicitur Cælebs qui caret ſemper q̃

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſemperq; caruit uxore, dictus quod uitam cœleſtem agat. Abuſiue tamen pro eo ponitur, qui uxorem nō habet etiam ſi alias habuerit. Hinc cœlibatus eſt uita quæ agitur ſine uxore. Sueto. Verum amiſſa uxore Lepida duobusq; ex ea liberis, manſit in cœlibatu. Horatius: Martijs cœlebs quid agam Calendis.

¶ Plutarchus in Lycurgo autor eſt, apud Lacedæmonios tantum habitum fuiſſe honorem contugio, ut ſi quieſſent, qui cœlibem agerēt uitam, eos iuberent magiſtratus per hyemem in orbem nudos forum circumire, ubi etiā carmē in ſe compoſitum canere cogebantur, in quo erat. Iure optime eos iſta publica ignominia affici, quoniam legibus Spartanorum non parerēt. Deinde etiā bonorū & obſeruationū qua iuuenes ſeniores proſequebantur, ipſi expertes erāt.

¶ Inter reliq; capita quæ lex Popœa, ut ueteres, ſiue Papia ut recentiores uocant, hoc quoq; unum erat ad augendas cœlibum pœnas, ut qui coniuges filios non haberent, quod alter alteri legaſſet decima parte fiſco applicaretur. Cui Tiberius Cęſar & illud poſtea adiecit: Sexagenario uxorem ne ducito. Eo q; generādis filijs ętas illa penitus inutilis ſit uiſa. Quod legis caput primum Claudius Cęſar, autore Tranquillo, deinde Iuſtinianus noſter in l. Sācimus. C. de nuptijs abrogarunt. Cum etiā illa grandæua ætate non nullos procreaſſe, hiſtoriæ tradant.

Cœlum græce οὐρανός & οὐράνιος cœleſtis dicitur. Et eſt continētia uiſibilium & inuiſibilium creaturarum, ſecundum Ioannem Damaſcenū, libro 2 ca. 6 Diciturq; ſecundum Varronem & Plinium, quod uarijs ſyderibus ſit cælatum, id eſt ſculptum & inſignitum.

Calliditas græce πανουργία ας ἡ & πανοῦργος ου ὁ. calliditas dicitur. Et eſt callidus is cui tanq; manus operæ, ſic animus uſu cōcaluit, diciturq; à callus callum, eſt autem callus cutis labore uiæ pedibus, aut alio opere in manibus, uel parte alia corporis denſior facta, à quo fit calleo uerbum, quod eſt callum facio, quod ad animum nonnunquam transfertur, & callere eſt callide ſcire. Iuuenalis: Oſtrea callebat primo deprehendere morſu. Horatius: Legitimumq; ſonum digitis callem? & aure, id eſt ſcimꝰ & nouimus. Nam ſicut pes longo labore callum facit, ita mēs longa experientia facit quendam habitum in his rebus, in quibus uerſatur, unde callidus aſtutus & calliditas aſtutia per ll. geminatum. Verū per ſimplex Iuenit à calor caloris, eſtq; calidum frigidi oppoſitum, habetq; primam breuem. Virgilius: Ferrum calido in pulmone tepeſcit.

Calumnia græce διαβολὴ ῆς ἡ & διαβάλλω calumnior dicitur. Et eſt criminis impoſito falſa & malitioſa, ſecundum b. Tho. ſecunda Secundæ, q. 68. art. 3. *Vel ſic.*

Calumnia eſt alicuius in litibus per fraudem & fruſtrationē uexatio, diciturq; à caluo, quod eſt decipio & fruſtror, tractū à militibus caluis, qui omnibus ſolent eſſe deriſui.

¶ Duplex eſt calumniæ genus, quorum alterū uituperando, alterum laudando famæ ac commodis hominum inſidiatur: quorum poſtremū tanquam proprias ſedes principū aulas ſibi delegit autor Polybius libro 4.

Idem.

¶ Cū aduerſus ſocios atq; amicos aliquid narratur, res omnis diſcurrēda prius, quàm calumniæ fidem adhibeas.

Socrates in Apologia apud Platonem.

Ἀλλ' ἤ τοῦ πολλὴν διαβολὴν καὶ φθονερὰν δὴ πολλοῦ καὶ ἄλλου καὶ ἀγαθοῦ ἀνδρὸς ἤνεγκεν. εἶμαι δὲ καὶ ἐμὲ ἀνίσει.

Menander.

νίκα γὰρ ἀεὶ διαβολὴ πάντα κρίττονα. id eſt.

Vincit enim ſemper calumnia præſtantiora.

Canticum græce ᾆσμα τος τὸ & eſt exultatio mentis de æternis habita & prorumpens in uocem, & differt ab hymno, quia hymnus eſt laus dei cum cantico. Hoc ex bea. Thom. Pſal. prolo. co. 1. fin.

Græci canticum hymnum uocant. Item pſalmum. Sed propriè hymnus dicitur qui uoce naturali fit, pſalmus cum aliquo muſico inſtrumēto. Vnde pſalmodia deducitur canticū mixtū, ut cum aliquis ad cytharam, ſiue aliud muſicū inſtrumentum canit. Hinc etiam Pſalterium inſtrumentum muſicū. Pſalmus aūt ἀπὸ τοῦ ψάλλω deriuatur, quod ſignificat canto.

Chaos græca dictio eſt χάος. εος, τὸ. eſt autē ut ſcribit Sextus Põpeius ex ſententia Heſiodi, cōfuſa quædam ab initio unitas hyans patensq; in profundum, ex eo quod græci χάνειν nos hiare dicimus. Alij uolunt chaos id eſſe quod à philoſophis materia prima nuncupatur, quod uidetur ſenſiſſe. C. Maniliusaſtrologiæ li. 1. Cæcaq; materies cœlum perfecit & orbem.

Captiuitas græce ἁιχμαλωσία ας ἡ & ἁιχμάλωτος ου ὁ. captiuus eſt. Dicitur autem à capio quod eſt occupo & meum facio. Varro. Quid hic nenator non cepit. Cicero: Nauem quandam piratarū præda onuſtam cepere. Inde captiuo uerbum quo quidam iuniores uſi ſunt.

Capitalis græce κεφαλικὸς ὴ ὸν. dicitur. Eſt autē capitale uitiū quod pœna capitis punitur, uel quod eſt per ſe cauſa finalis multorum peccatorū, ſecundum b. Tho. prima Secundæ q. 84 ar 3. Hoc autem ſecundo modo acceptū ſufficienter diuiditur in ſeptem, quæ ſunt Inanis gloria. Auaritia luxuria, gula, acedia, inuidia, & ira.

Caput græce κεφαλὴ ῆς ἡ & κεφάλιον ίδιος ἡ dicitur. Diciturq; eo quod hinc capiant initiū ſenſus & nerui, ſecundum Varronem. Caro quid ſit, de quibus dicatur, & quæ eius ſint diminutiua. Vide infra in Creatio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

CHARITAS.



CHaritas græce ἀγάπη ἡ & ἀγαπητόν οῦ ὁ charitas dicitur. Et est rectissima animi affectio, q̄ diligitur deus propter se, & proximus propter deum, secundum Augustinum, & in 3. Senten. dist. 2.

Charitas est actio rectitudinis oculos semp habens in deum secundū Aug. lib. de doct. christ.

Charitas est mutuus amor hominis ad deum, uel amicitia quædam hominis ad deum, & ecōtra, fundata super cōmunicatione beatitudinis. Cuius obiectum est deus propter se dilectus, & proximus propter deum, secundum beatum Thomam secunda Secundæ, q. 23. art. 1.

Charitas dicit̄ à χάρισ τοῦ ἡ. quod est gratia. Differt aūt ita ab amore, ꝙ amor genꝰ est, charitas species. Amor ad oīa pertinet, charitas tantū ad homines & quidē pro dignitate & qualitate personarū. Maior eī charitas debetur parentibus proxima liberis, & deinceps reliquis.

Carū præterea est, quod uili contrariū est. Vnde caritas pro penuria accipitur. Quidam tamē sic caritatem à penuria separant, ut caritas sit annonæ, penuria autem cæterarū rerum, ut uini, olei, mellis, pomorū & huiusmodi. Et eo modo quo caritas uenit à careo, id est, non habeo, sine aspiratione scribit̄. Econtra charitas quæ à χάρισ deducitur, cum aspiratione scribenda uidetur.

Charitatis p̄cepta duo sunt, scilicet amor dei, & amor proximi. 8. q. 1. in scripturis ante finē.

Charitas perfectissima in hac uita haberi non potest, de pœni dist. 2. ca. 2. Charitas glo. in Cle. Ad nostrum de hære.

Charitas bene ordinata incipit à seipso. cap. qui uult ordinate. de pœnit. dist. 3.

Matthæi 22.

Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mēte tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximū tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & prophetæ.

1. ad Corinthios 8.

Charitas uero ædificat.

Ibidem 13.

Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuerim prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatē autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, nō gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nunquam excidit. *Ibidem.*

Nunc autem manent fides, spes charitas tria hæc; maior autem horum est charitas.

Ad Galathas 6.

Alter alterius onera portate.

Ad Colossenses 3.

Super omnia charitatem habete, quod est uinculum perfectionis.

1. Ad Timotheum 1.

Finis præcepti charitas est.

Ad He

Ad Hebræos 10.

Conſideremus inuicem in prouocationē charitatis & bonorū operum. *Ibidem* 13.

Charitas fraternitatis maneat in uobis.

1. Petri quarto.

Ante omnia autē mutuam in uobiſmetipſis charitatē habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. 1. *Ioannis* 4.

Diligamus nos inuicem, quia charitas ex deo eſt. *Ibidem.*

Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo.

Auguſt. libro de ſpiritu & anima.

Charitas eſt concordia mentium, & ſocietas electorum, uita beata animarū & angelorum.

Auguſt libro de doctrina Chriſtia.

Charitas eſt actio rectitudinis oculos ſemper habens in deum. *Idem li. octauo de trinitate.*

Charitas eſt uirtus copulans amātē cū amato.

Auguſt libro de baptiſmo. & habe. pri. quæſt. pri.

Multæ animæ. 2. Charitas.

Charitas q̄ operit multitudinem peccatorum proprium donū eſt catholicæ unitatis & pacis. Non eſt in omnibus donum eius, quia nec omnes ſunt eius. *Aug. libro de baptiſmo.*

Redire dimiſſa peccata. vide ſupra in amor proxi. *Auguſt. & hab. 24. quæſt pri. Vbi.*

Vbi charitas nō eſt. Vide ſupra in amor proximi. *Idem, & hab. 24. quæſt. 3. Corripiatur.*

Sic affici debemus. Vide ſupra in amor proximi. *Idem, & hab. de pœnit diſt. 2. Charitas.*

Charitas eſt aqua. Vide ſupra in amor proximi. *Idem ibidem, & habetur ibidem.*

Sine charitate quō. Vide ſupra in amor pro.

Auguſt. ſuper epi. Ioan. hab. de pœn. diſt. 2.

Radicata ē charitas. Vide ſupra in amor proximi. *Idem ibidem, & hab. de pœni. diſt. 2. Si quis.*

Si quis tantam habuerit. Vide ſupra in amor proxi. *Idem ibidem, & hab. ibidem. ca. Sicut.*

Sicut ſeta introducit filium. Vide ſupra in amor pro. *Auguſt. ſuper epiſt. Ioannis, ca. 7.*

Si nō uultis in iſta eremo. Vide ſupra in amor prox. *Augu. ad Iulianū Comitem, & habetur de pœnit. diſt. 2. Charitas.*

Charitas, q̄ deſeri poteſt, nunq̄ uera fuit.

Aug. ad Hieronymū, & habetur de pœni. diſt. 2. Charitas.

Charitas in q̄buſdam p̄fecta. Vide ſupra in amor prox. *idem ad Martianum*

Dilectio ē pacis unda. Vide ſupra ī amor proxi.

Auguſti. homilia 8. & habetur de pœnit. diſt. ſecunda Quia radix.

Quia radix omnium malorum eſt cupiditas. Vide ſupra in amor proxi.

Auguſtinus in Enchiridion.

Finis p̄cepti eſt charitas. Vide ſupra in amor prox. *Aug. lib. de meritis & remiſſione peccatorū, & hab. de Con. diſt. 4. Eccleſiæ.*

Eccleſiæ charitas q̄ per ſpiritum ſanctum. Vide ſupra in amor proximi.

idem de doctrina Chriſtia.

Sola charitas eſt quæ uincit omnia. Vide ſupra in amor proximi.

Idem libro de Cathezizandis rudibus.

Charitas alios parturit Vide ſupra in amor proxi. *Hiero ſuper epiſt. ad Galathas.*

Vide quātū bonū eſt charitas. Vide ſupra in amor prox. *Idem in epiſt. ad Nepotianum.*

Nō memini me legiſſe. Vide ſupra in amor pr. *Ambro. ſuper epiſt 11. ad Corinth. & habetur de pœnit. diſt. 1. Ficta.*

Ficta charitas quæ deſerit in aduerſitate.

Grego. Moral. libro. 7.

Quia duo ſunt præcepta. Vide ſupra in amor proxi. *idem in Paſtorali.*

Tunc ad alta charitas mirabiliter. Vide ſupra in amor prox. *Greg. ſup Ezech. hom. ſexta.*

Adoptio filiorū ſola charitate. Vide ſupra in amor prox. *Gregorius in Regiſtro.*

Honorem meum non reputo, in quo fratres meos ſuum perdere cognoſco.

Plato libro ſecundo de legibus.

Cum diſceſſerit homo à charitate ſummi dei, à ſeipſo diſceſſit.

Caſtigatio græce παιδεία ας ἡ & παιδεύω caſtigo dicitur. Caſtigo autem dicitur quaſi caſtum ago, hoc eſt honeſtū, & idem eſt quod increpo & repræhendo. Cicero: Omnis autem animaduerſio & caſtigatio contumelia uacare debet, neq̄ ad eius qui puniat aliquem, aut uerbis caſtiget, ſed ad reipublicæ utilitatem referri. Aliquando caſtigo pro puuio ponit. Virgi. Caſtigatq̄ auditq̄ dolos. Hinc caſtigatum, correctum, emendatū, probum, & honeſtum dicimus.

CAſtitas græce ἁγνεία ας ἡ & ἁγνὸς ου ὁ caſtus dicitur. Eſt autem caſtitas uirtus ſpecialis circa Venerea, ſi ſtricte ſumatur, ſicut abſtinētia circa cibos, large uero ſumpta eſt eſſentialiter omnis uirtus, ſecundum bea. Tho. ſecūda Secundæ quæſt. 191. art. pri.

Caſtitas uirtus dicta eſt à caſtigatiōe cōcupiſcentiæ tanquàm pueri, ſecundum b. Thomam.

ibidem uel ſic.

Caſtū proprie dicimus pudicū & immaculatum, quaſi caſtratū. Nā caſtrare proprie eſt pudēda amputare. Qui uero pudēdis caret neceſſario caſtus eſt. Metaphoricos, caſtū p̄ honeſto ponimus, ut cantū caſtum, in quo nihil eſt laſciuiæ, & caſtam manū à furtis & rapinis ſe continentē. Virgi. in Geor, Caſta pudicitiā ſeruat domus. Itē caſtus pro pio & religioſo ponit. Virg. Quiq̄ ſacerdotes caſti, dum uita manebat.

Caſtus & cōtinēs ſic differūt, q̄ caſtus dicit ante experientiā rei Venereæ, cōtinens uero poſt eam, ſcdm b. Tho. ſecunda Scdæ q. 160. art. 1.

Caſtitas differt à pudicitia, quia pudicitia eſt præcipue circa ſigna Venereorum, ut ſunt tactꝰ, oſcula & huiuſmodi, caſtitas uero circa Veneream commixtionem, ſecundum bea. Thomam ſecunda ſecundæ quæſt. 143.

Sapien ſexto.

O quàm pulchra eſt caſta generatio.

Matthæi ſexto.

Si enim

Si enim oculus tuus ſimplex fuerit, totũ corpus tuum lucidum erit.

1. *ad Timothe. quinto.*

Teipſum caſtum cuſtodi.

Ad Corinthios 7.

Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus nõ habẽs neceſſitatem, poteſtatem aũt habens ſuæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare uirginem ſuam, benefacit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem ſuam bene facit, & qui non iungit, melius facit.

Auguſtinus contra fauſtum.

Caſtitas eſt pulchritudo animæ ſiue filiæ regis ab intus. *Auguſt. ſuper Matt. ſerm. 57.*

Audeo dicere, ſuperbis continentibus expedit cadere, ut in eo ipſo in quo ſe extollunt, humilientur Quid enim prodeſt cui eſt continentia, ſi dominetur ſuperbia?

Auguſtinus in ſermone.

Inter oĩa certũ eſt, Chriſtianorũ duriora ſunt prælia caſtitatis. Nam ibi continua pugna, & rarior victoria. Rara enim cõcordia formæ atq; pudicitiæ. Rara auis in terris nigroq; ſimillima cygno.

Auguſt. in quæſt. Deutero. & habetur 24. quæſt. 4. Meretrices.

Meretrices eſſe, & ad meretrices accedere, phibet dñs, quarum publice uenalis eſt turpitudo.

Aug. Honorato epiſ. & hab. 32. quæſt. 5. Magis.

Magis timeamus ne ſenſu interiore corrupto pereat caſtitas fidei, q̃ ne fœminæ conſtupren/tur uiolenter in carne, quia uiolentia non uiolatur pudicitia, ſi mente ſeruetur. Quoniam nec quis in carne uiolatur, quoniam uolũtas patientis turpiter carne non utitur, ſed ſine confeſſione toleratur, quod alius operatur.

Auguſt. contra Iulianum, libro quarto.

Pudicitia res eſt animæ, uirginitas corporis, denique illa integra in anima permanente poteſt iſta de corpore ſibi uiolẽter auferri, & cum iſta integra manet corpori, poteſt illa in animo laſciui uoluntate corrumpi.

Auguſt. de diffinitionibus.

Caſtitas eſt uirtus ſubiugo rationis impetum libidinis refrenãs. *Ibidem.*

Caſtitas eſt per edomitas uitiorũ furias munda & honeſta totius corporis habitudo.

Aug. libro de bono coniuga.

Propoſitio animi permanente p quod & corpus ſanctificari meruit, nec ipſi corpori aufert ſanctitatem uiolentia libidinis alienæ, quam ſeruat perſeuerantia continentiæ ſanctæ.

Ibidem.

Sicut bonum erat quod Martha faciebat occupata circa miniſterium ſanctorũ, ſed melius quod Maria audiens uerbum deſidita & bonum Suſannæ in caſtitate coniugali laudamus, ſed bonum uiduæ Annæ, & magis Mariæ uirginis ante ponimus. *Ibidẽ.*

Murmurant quidã dicentes: Quod ſi iniquiũt oẽs homines uelint ab omni concubitu continere, unde ſubſiſtet genus humanũ? Vtinam hoc omnes uellent duntaxat in charitate, nam multo citius dei ciuitas impleretur & accelerare/tur ſeculi terminus. Quid em̃ aliud optat Apoſtolus, cum dicit: Volo oẽs homines eſſe ſicut meipſum. *Aug. de uirginitate.*

Vbi neceſſitas imponitur caſtitati, authoritas datur libidini, itaq; nec caſta eſt quæ metu cogitur, nec honeſta quæ mercede conducitur.

Idem de communi uita cleric.

Nõ dicatis uos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius.

Hiero. & hab. 34. quæſt. 5. Hoc ſolum.

Hoc ſolum nunc dico, quod quomodo abſq; cæteris operibus uirginitas ſola non ſaluat, ſic omnia ópera abſq; uirginitate, puritate, continentia, caſtitate, imperfecta ſunt.

Hiero. ad Damaſum Papam.

Conſiderandum pueris eſt, ut caſti & pudici permaneãt, & frequẽtius ad Eccleſias ſciant conuenire debere, quia frequentius ſunt armandi, quibus adhuc propter ætatem minus ſtabilem pugna diaboli futura ſit grauior. Obſeruanda illis omnia cum timore, & ante omnes cauendum à fornicatione, quæ initium ad idololatriam habet, & neceſſe eſt ut utrunq; nouerit qui ſecutus eſt alterum. *Ibidem.*

Sed quoniã caſtus timor eſt dei, & eſt caſtitas ſpecies continẽtiæ, de cõtinentia & eius uirtutibus nũc uidetur tractandũ. Eſt aũt continentia appetitus omnium rerum malarum refrenatio, malarũ addunt dicẽtes diffinitionẽ iſtam communẽ eſſe in rebus bonis & malis. Nam qui ſe à bonis retinet, nõ bene cõtinẽs, ſed à malis recte.

Idem ad Damaſ. Papam epiſt. 7. cap. 23.

Dicã & ego nuptiatoribus meis, q̃ poſt caſtitatem & diuturnam continentiã ſudant, ad canũ & pecudum morem laſciuiunt, ſic inſipientes eſtis, ut cũ cœperitis ſpiritu nũc carne cõſummini, tanta paſſi eſtis ſine cauſa. Apoſtolus q̃d cõtinentiæ quibuſdam nodos relaxat, & dimittit frena currentibus, propter infirmitatem carnis hoc facit. Contra quã ſcribens denuo loquitur dicens: Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem.

Hieron. contra Vigilantium hæret.

Hoc docuit Dormitãtius libidini frena ponit tens & naturalẽ carnis ardorẽ qui in adoleſcẽtia plerunq; ferueſcit ſuis hortatibus duplicãs (imo extinguens coitu fœminarum) ut nihil ſit quo diſtemus à porcis, quo differamus à brutis animantibus, quo ab equis de quibus ſcriptum eſt: Equi inſanientes in fœminas facti ſunt mihi, unuſquiſq; in uxorẽ proximi ſui hinniebat, hoc eſt quod per Dauid loquitur ſpũs ſanctus: Nolite fieri ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus. *Idem epiſtola 69.*

Alia peccata extrinſeca ſunt, ſ. auaritia & alia, ſola libido inſita eſt. Grandis enim uirtus eſt, q̃ natus ſis in carne, non carnaliter uiuere, tecũ pugnare

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gnare quotidie,& incluſum hoſtem Argi(ut fabulæ ferunt)centum oculis obſeruari.

Ibidem.

Quicquid ſeminarium uoluptatis eſt, uenenum puta,parcus cibus & uenter ſemper eſuriens triduanis ieiunijs præfertur.

Ambro. libro de Virginitate.

Non eſt caſta quæ metu cogitur, nec honeſta quæ mercede conducitur.

Greg. Moralium 21. ſuper illud Iob 31. Pepigi fœdus cum oculis meis.

Vt munda ſit manus in operatione à laſciuia uoluptatis, deprimendi ſunt oculi, quaſi quidã raptores ad culpam.

Gregorius, Petro ſubdiacono, & habetur diſt. 31. Ante triennium. ¶. Nullus.

Nullus debet ad altaris miniſteriũ accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata *Gregorius in Regiſtro.*

Oculi noſtri & ſi iactantur in aliquam fœminam, in nullam figantur. Neceñ quando proceditis,fœminas uidere prohibebimini. Sed appetere & ab ipſis appeti uelle criminoſum eſt.

Ioan. Chryſoſt ſuper Matthæum, & habetur 32. q. quinta. Sicut enim.

Sicut enim peccatũ opus ſine uoluntate non facit, ita & iuſtitia ex opere non cõſummatur, niſi & uoluntas affuerit. Multi enim corpore quidem caſtitati ſtudent,adulterium aũc uoluntate committunt,cum dominus dicat,qui uiderit mulierem ad concupiſcendũ eam in corde ſuo, iam mœchatus eſt eam. Ergo uoluntas ſine opere peccat frequenter, illa eſt glorioſa continentia non quã tranſgredi non poteſt neceſſitas debilitati corporis,ſed quam complectitur uoluntas ſancta propoſiti

Ioan. Chriſoſt. ſuper Pſalm. hom. 50.

Caſtitas ſine comitibus ſuis,ieiunio uidelicet & temperantia,cito labaſcit,qđ ſi his quaſi ammiculis roborata fuerit per,facile coronabit.

Iſidorus & habe. 32. q 5. Non poteſt.

Non poteſt corrumpi, niſi prius corruptus fuerit animus: munda nanq; á contagione anima, caro non peccat.

Iſidorus ſuper exodum,& habetur 32. quæſt. 5. Non Mœchaberis.

Non mœchaberis,id eſt ne quiſquam præter matrimonij fœdera alijs fœminis admiſceatur ad explendam libidinem. Nam adulterium facit,qui præter ſuam ad alteram accedit.

Iſido. libro ſecundo, de ſummo bono.

Quidã in iuuentute luxuriæ uiuentes,in ſenectute continentes fieri delectantur, & tunc eligunt ſeruire caſtitati,quando libido eos ſeruos habere contempſit, nequaquam in ſenectute continentes uocandi ſunt,qui in iuuẽtute luxuriоſe uixerunt, tales nõ habent præmium,quia laboris certamen non habuerunt,eos enim expectat gloria,in quibus fuerunt glorioſa certamina. *Bernardus in epiſt. ad Senon.*

Differũt quidẽ inter ſe homo fœlix & angelus, ſed fœlicitate non uirtute, ſed & ſi illius caſtitas fœlicior, huius tamen fortior eſſe cognoſcitur: caſtitas ſine charitate lampas eſt ſine oleo, ſubtrahe oleum,lampas non lucet, tolle charitatẽ, caſtitas non placet. *Ibidem.*

Vtinam qui continere non ualent cœlibatui cederent,ne urerentur:eſſet procul dubio melius nubere quàm uri, & ſeruari in humili gradu, quàm in ſublimitate cleri deterius uiuere.

Ibidem.

Quid caſtitate decorius? quæ mundum de immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticum, hominem denique angelum facit,

Ibidem.

Sola eſt caſtitas quę in huius mortalitatis &loco & tempore ſtatum quendã immortalis gratiæ repræſentat, in qua nec nubent nec nubentur. *Hugo. de clauſtro libro ſecundo.*

Pudicus oculus ianitor eſt cordis,ſedet ad ianuam,nec permittit intrare quod noceat, nihil nunciat,niſi quod deceat,quicquid indecens noluerit eſſe excludit & eliminat, impudicus uero quærens quod placeat per omnia diſcurrit,uolentes intrare permittit, patitur nolentes uero monet & hortatur,unde dicit ſcriptura: Oculi ſunt prima tela adulteræ.

Hugo de clauſtro animæ,libro 53.

Attende,deprecare,fuge mundum,quia uanitas eſt,fuge peccatum,quia iniquitas eſt, attẽde carnem tuam quia fragilis eſt,& quaſi uapor ad modicum parens eſt. Deprecare deum, quia miſerabilis eſt,& ipſe miſericors & clemens eſt.

Caſſiodorus ſuper Matth.

Sex ſunt quæ incorruptam conſeruant caſtitatem,ſcilicet ſobrietas,operatio, aſperitas,cultus,inhibitio ſenſuum,raritas ſermonis cum honeſtate,euitatio,opportunitas & perſonę,& loci,& temporis. *Seneca Tragœ. 4.*

Feræ ipſæ quoq; Veneris euitant nephas,
Generis legis inſcius ſeruat pudor.

Laert. Diog. de uita & moribus philoſoph.

Cum quidam ſtolidus audiente Pythagora diceret,malle ſe cũ mulieribus eſſe, cẽ cum philoſophis conuerſari. Et ſues,inquit pythagoras, libentius in cœno quàm in aqua uerſantur.

Cicero libro Officiorum.

Atq; ſi conſiderare uolumus quæ ſit in natura hominis excellentia & dignitas,intelligemus quàm ſit turpe defluere luxuria & delicate ac molliter uiuere,quàmq; honeſtum parce,continenter,ſeuere ac ſobrie.

Idem libro ſecundo de Legibus.

Ad díuos adeunto caſte, pietatem adhibẽto, opes amouento: qui ſecus facit deus ipſe uindex erit. *Ibidem.*

Caſte iubet lex adiri deos,animo uidelicet in quo ſunt omnia,nec tollit caſtimoniam corporis,ſed hoc oportet intelligi, cũ multũ animus corpore præſtet,obſeruetuŕq; ut caſta corpora adhibeãtur. Multo eſſe in animis id ſeruãdum magis. Nam illud nec aſperſione aquæ uel dierum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tum numero tollitur,animi labes,nec diuturni tate uaneſcere, nec manibus ulris elui poteſt.

Ouid.libro tertio,Amorum.uel de ſine titulo.

Si quamtetu dempto caſto eſt ea denique caſta eſt,
Nec cuſtodiri ni uelit ulla poteſt.

Tibullus libro ſecundo, epiſt. pri.

Vos quoq; abeſſe procul iubeo,diſcedat ab aris
Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus.
Caſta placent ſuperis, pura cum ueſte uenite,
Et manibus puris,ſumite fontis aquam.

Franciſcus Petrarcha Soneto 224.

Charala uita,& dopo lei mi pare
Vera honeſta che in bella dona ſia.
Lordine uogli,& non fur madremia
Senza honeſta mai coſe belle o chare.
Et qual ſe laſſa del ſuo honor priuare
Ne dona e piu ne uiua,& ſe qual pria
Appar in uiſta & tal uita aſpera & ria
Via piu che morte & di piu pene amare. id eſt,
Chara uita,& poſt eam mihi uidetur
Vera honeſtas, quæ in formoſa muliere ſit,
Ex debito ordinis, nec fuerat mater mea
Citra honeſtatem res pulchræ & charæ.
Et quæ permittit ſuo honore ſe exui.
Nec mulier eſt nec uiuit & ſi ut prius
Ita nunc in facie uidetur, talis uita aſperior
Longe eſt morte, & amarioris ſupplicij.

Franciſcus Petrarcha Soneto 226.

Laltra belta chal mundo non ha pare
Noia te,ſe non quanto il bel theſoro
Di caſtita per che ladorni & fregi. id eſt,
Altera pulchritudo, cui in orbe æqualis nulla
Tædium tibi affert niſi quod pulcher theſaurus
Caſtitatis,te & ornare, ac polire uidentur.

Caſus quando ſignificat calamitatem ſeu infortunium.græce πεμπασσιοσύ & συμφορα ἡ dicitur,eſt autem caſus cauſa per accidens, eorum quæ fiunt propter finem & in minori parte.Et ſic capitur generaliter Caſus ſi capitur ſpecialiter,eſt cauſa per accidens eorum quæ non fiunt ſcd̄m propoſitum, ſecundum finem in minori parte: ſecundum Ariſtotelem libro 2. Phyſicorum,

Caſus & fortuna ſic differũt, quia fortuna eſt cauſa per accidens ſcd̄m propoſitum extra ſemper & frequenter eorum quę propter hæc ſunt. Quare infans,inanimatũ & beſtia nihil faciũt à fortuna.Caſus aũt in plus ſe habet q̄ fortuna.

Seruius Sulpitius libro 4 epiſt. Cice.

¶ Caſus & natura in bonis dominantur.

Terent. in Hecyra.

¶ *Sæpe forte temere*
Euenium quæ non auſis ſperare –

Ouidius de Arte.

Caſus ubique ualet. Semper tibi pendeat hamus,
Quo minime credis,gurgite piſcis erit.

Cauſa græce αἰτία ασ ἡ. dicitur. Et eſt aliquid a quo aliquid dependet,uel dependebat, in eſſe, fieri, uel cõſeruari ſimpliciter, uel in eſſe tali uel tãto cõmiſſiue,ſiue omiſſiue, mediate uel immediate, poſitiue uel priuate, uel aliquid amatũ uel deſideratũ propter q̄d amatũ uel deſideratum agens aliquid producit,ſecundum Ariſtotelem libro ſecundo Phyſicorum.

Cauſa eſt quadruplex,ſcilicet materialis,formalis,efficiens,& finalis. Vel ſic.

Cauſa eſt id,ex q̄,uel per q̄d,uel à quo,uel propter q̄d aliquid fit. Vnde quatuor genera cauſarum ſcribit Ariſtot. Materialẽ, ex q̄ aliquid fit. Formalẽ,p quam aliqd tale fit.Efficientẽ,à qua aliquid fit: & finalem, cuius gratia aliquid fit.

Cauſa cauſarũ,eſt ipſe rerum omniũ opifex.

Cauſa à ratione ita differt, q̄ cauſa eſt ipſe impulſus ad aliquid agendum. Ratio uero eſt ordo gerendorum ex cauſa uenientium.

Cauſa dicitur a καῦσις quod ardorem ſiue incendium ſignificat,quoniã cauſa accẽdimur ad aliquid agendũ,uel à Chao,quia cõfuſa illa materia prima omnium rerum cauſa fuerit, uel à caſu, quoniam origines rerum caſu ueniant.

Cautio græce ἐυλάβεια ασ ἡ & ἐυλαβὴς εος ὁ ἡ cautus dicitur.Et aũt cautio q̄ ſic capiunt̄ bona,ut uitent̄ mala,quibus actus uirtutũ impediri poſſunt,ui tent̄ inquã totaliter,uel ut minus noceãt,ſcd̄m beat.Tho.ſecũda Scd̄æ quæſt.89 arti.quarto.

Cautio eſt qua diſcernimus à uirtutibus uitia, uirtutum ſpeciem prætendentia, ſecundum b. Tho.tertio,ſenten.diſt.33.quæſt.3.art.pri.

Cenſor græce τιμητής ὁ & τιμητία ασ ἡ centura dicitur. Et eſt is ad quem cura morum ſpectat,uel cenſor eſt morum reprehenſor & caſtigator,dictus à cenſendo, id eſt iudicando uel æſtimãdo, quoniam rem ſuam tanti quiſq; æſtimare ſoleret,quantum illi cenſuiſſent.Ad Cenſores enim ſpectabat uniuſcuiuſq; facultates æſtimare,ut ſecundum eam tributa penderent̄. Hinc etiam cenſura deducitur, quæ eſt ſeueritas uel correctio. De hac materia uide infra in correctio.

Cenſus græce ἐυπορία ασ ἡ & ἔυπορος ου ὁ ἡ diues dicitur & eſt facultas uel opulẽtia.Ouid. Sed q̄ nõ cenſus non magnum nomen auorum. Sed prõbitas magnos ingeniumque facit.

Cenſus etiam eſt quædã penſio q̄ de prouentibus ſoluitur,ut habetur pri.q.3. Quæſitum.

Cenſus eſt quicquid annuatim ſoluitur in quantitate uel ſumma.ff. de cenſi.L. Aetatem.

Cerimoniæ ſunt opera exteriora ad cultum dei pertinẽtia.bea.Tho.1.Secũdæ q.99.art.3.

Ceremoniæ dicuntur apud Latinos generaliter oẽs ritus ſacrificiorum: à Cerere oppido dictæ,ut placet ualerio Maximo,uel à Charitate.

Certitudo græce βέβαιωσις εως ἡ & βέβαιος ου ὁ certus & manifeſtus dicitur.Eſt autem certitudo firmitas adhæſionis uirtutis cognitiuæ ad ſuum cognoſcibile. Tho.3.diſt.26.quæſt.2.art.4.

Certum dicitur id de quo propria uel indubitata circumlocutione conſtat, ut in glo. de priuile.c.Cum & plantare. Inſti. de exhæredatione libe. ꝙ. Nominatim.

Ceruicoſitas græce ἀυθάδεια ασ ἡ & ἀυθάδης εος ὁ ἡ ceruicoſus,idem q̄ eſt quod contumatia & pertinacia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tinacia. Dicit aũt à ceruice posteriore parte colli, ex qua ẽ origo oĩbus neruis, & qm̃ neruĩ ipsi corpus erectõ ac rigidum faciunt, & in ceruice sunt collocati, dicim⁹ hominẽ ceruicosum qua si nulli omnino caput inclinare uolentẽ. Idemq; duri capitis, duræ ceruicis, duræq; mentis dicit.

Circulus græce κύκλος ου ὁ & κύκλωσις εως ἡ. Circuitus uel circulatio dicitur. Est autem circulus figura cui conuenit per se rotunditas, secundum bea. Thom. contra gen 2. ca. 54.

Circulus est prima figura plana, habens tantum unã lineã, scdm eundẽ sup lib. cœli 2. lec. 5. Circulatio est motus qui fit circa mediũ secundum Aristotelem libro 1. de cœlo & mundo.

Circunstantia græce περίστασις εως ἡ dicitur, & est accidens actus humani attingens eum extrinsece secundum b. Tho. prima Secũdæ q. 7. art. 1.

Circunspectio a circunspicio, q̃ græce περιβλέπω dicitur, & est contrariorum uitiorum cautela, cuius officium est uirtutes sic seruare, ut in uitia homo non cadat, ut habetur in morali dogmate philosophorum.

Circunspectio est attentio circunstãtiarum in negotio morali, secundum b. Tho. 22. q. 48. & à Macrobio ponitur pars prudentiæ.

Ciuitas græce πόλις εως ἡ & πολίτης ου ὁ ciuis dicitur. Est autem ciuitas societas quæ cõficitur ex pluribus pagis quæ est ex his quæ natura sunt, secundum Aristotelem libro pri. Politico.

Ciuitas est multitudo ciuium q̃ per se sufficiẽs est ad uiuendum, scdm eundem lib. 3. Politico.

Ciuitas est generũ pagorum q̃ societas uitæ perfectæ, ac per se sufficientis, & hoc est bene ac beate uiuere, secundũ eundem libro 4. Politicorũ.

Ciuitas est populus uel respublica, in qua forte magistratus declarantur, secundum eundem libro pri. Rhetoricorum.

Ciuitas est multitudo domorum agro & pecunijs sufficienter abundans ad bene uiuendũ, secundum eundem libro Oeconomicorum. Differt autẽ ab urbe, quia ciuitas proprie sunt ciues, urbs uero mœnia, & ædificia.

Clementia græce ἀνεξικακία ας ἡ & ἀνεξίκακος ου. Clemens. Et est per quã animus temere in odium alicuius concitati comitate retinetur, & est pars temperantiæ, secundum Ciceronem in Rhetor.

Clementia est lenitas superioris aduersus inferiorem in cõstituendis pœnis, secundum Senecam libro de clementia.

Clementia est animi temperantia in cõstituendis pœnis.

Clementia est uirtus moderatiua pœnarũ secundũ legẽ, scdm b. Th. secun. Sec. q. 157. art. 1.

Clementia est lenitas superioris ad inferiorẽ, sed mansuetudo est cuiuslibet ad quemlibet, secundum bea. Tho. secunda Secundæ q. 157.

Clementia est uirtus humana, ideo ei directe opponit crudelitas. Non aũt feritas aut seueritas sub bestialitate, sed uirtuti heroicæ, uel dono pietatis, secundum eundem, secunda Secundæ quæstione 159 articulo secundo.

Clemens dicitur à claritate mentis.

Clementia & mansuetudo conueniunt cũ temperantia in modo, non autem in materia. bea. Tho. secunda Secundæ quæst. 157. ar. 3.

Clementia sic differt ab ἐπιείκεια, quod clementia moderatur affectum in pœnis infligendis secundũ legem cõmunem ex dulcedine affectus. Sed ἐπιείκεια secundum intentionem legis. b. Th. secunda Secundæ quæst. 157. ar. 2.

Aug in ser. de puero Centurion.

Paratus debet esse homo iustus & plus patienter eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos quærit, ut potius numerus crescat bonorũ, non ut pari malitia se quisq; numero addat malorum. *Hugo de sancto Victore.*

Clemens dicitur animus quando est tener ad compatiendum, facilis ad remittendum, promptus ad subueniendum.

Seneca de Cle. ad Neron.

Clementia est quæ alieno sanguini tanquam suo parcit, & scit hominí nõ esse prodige utendum. *Seneca libro de cle.*

Nullus magis decet clementia q̃ principem. *Cic. libro Officio.*

Nihil est laudabilius, nihil magno & præclaro uiro dignius placabilitate atq; clementia. *Ibidem.*

Videndum est em̃ primum, ne obsit benignitas & his ipsis, quibus uidebitur benigne fieri, & cæteris deinde, ne maior sit benignitas quàm facultates. *Ibidem*

Vna enim ex reatis præcipio, ut quicquid sine detrimento accommodari possit, id tribuatur uel ignoto. Ex quo sunt illa cõmunia, non prohibere aquam profluentem, pati ab igne ignem capi. *Ibidem.*

Qui opera, id est, uirtute & industria liberales sunt & benefici, primum quo pluribus profuerint, eo plures ad benefaciendum adiutores habebunt Deinde consuetudine beneficentiæ, paratiores erunt. Et tanq̃ exercitatiores, ad bene de multis promerendum. *Ibidem.*

Omnino meminisse debemus id, quod à nostris hominibus usurpatũ sæpissime iam in prouerbij consuetudinem uenit: Largitionem fundum non habere. Cum & idem qui consueuerunt, & idem illud alij desiderent. *Ibidem.*

Liberales aũt sunt, qui facultatibus suis, aut captos à prædonibus redimũt, aut æs alienũ suscipiunt amicorũ causa, aut in filiarũ collocatione adiuuant, aut opitulant, uel in re quærenda, uel augenda. *Ibidem.*

Causa igitur largitionis est, si aut necesse aut utile. *Cicero libro 3 Tuscu. Quæst.*

Nam est innocentiæ affectio talis animi, quæ noceat nemini. *Ibidem libro quarto.*

Cur misereare potius, q̃ feras opem? si id facere possis?

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Valerius Maximus libro quinto.

Liberalitati quas aptiores comites & humanitatem & clementiam dederim? Quoniam idem genus laudis expetunt, quantum prima inopia, proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna præstatur. Humanitatis enim dulcedo etiam efferata barbarorum ingenia penetrat, orbesq; & cruces hostium mollit oculos, ac victoriæ insolentissimos spiritus flectit. Nec illi arduum atq; difficile est inter arma contraria, inter districtos cominus mucrones placidum iter reperire, uincit iram, prosternit odium, hostilemq; sanguinem hostibus lachrymis miscet.

Polybius libro tertio.

¶ Benignitate atq; clementia hostem uincere & armis præstat. *Solinus libro 4. cap 8.*

Clementiæ sunt multa indicia in leonibus. Prostratis parcũt, in uiros potius & in fœminas sæuiunt, infantes non nisi in magna fame perimunt, nec à misericordia separantur.

Terent. Comœdia 4.

Re ipsa repperi nihil esse homini melius facilitate atq; clementia.

Ouid. Tristium libro tertio, Elegia 4.

Quo quisq; est maior magis est placabilis iræ,
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,
Pugna suum finem, cum iacet hostis, habet.
At lupus & turpes instant morientibus ursi
Et quæcunq; minor nobilitate fera est.

Ouid. de Ponto libro secundo, Eleg. nona.

Regia crede mihi res est, succurrere lapsis,
Conuenit & tanto, quantus es ipse, uiro.

Ouid. Ibidem, & paulo post.

Hoc tecum commune deis, quod utrinq; rogati
Supplicibus uestris ferre soletis opem.

Ibidem.

Nam quid erit, quare solito dignemur honore
Numina? si demas uelle iuuare deos.
Iupiter oranti surdas si præbeat aures,
Victima pro templo, cur cadet ista Iouis?
Si pacem nullam pontus mihi præstet euntí,
Irrita Neptuno cur ego thura feram?
Vana laborantis si fiant uota coloni.
Accipiet grauidæ cur suis exta Ceres?
Nec dabit intonso iugulum caper hostia Baccho,
Musta sub inducto si pede nulla fluant.
Vtilitas igitur magnos homines q; deosq;
Efficit, auxilijs quoq; fauente suis.

Ouid epist Medeæ ad Iasonem.

Pendere posse fat est. si quem iuuat ipsa potestas.

Iuuenalis Satyra penultima.

Mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur.
Quæ lachrymas dedit, hæc nostri pars optima sensus.
Plorare ergo iubet causam lugentis amici,
Squalloremq; rei, pupillum ad iura uocantem
Circumscriptorem, cuius manantia fletu
Ora puellares faciunt incerta capilli.
Naturæ imperio geminus, cum funus adultæ
Virginis occurrit, uel terra claudatur infans.

Ibidem.

– Separat hoc nos
A grege brutorum, atq; ideo uenerabile soli
Sortiti ingenium diuinorum q; capaces,
Atque exercendis capiendis q; artibus apti.
Sensum a cœlesti demissum traximus arce,
Cuius egent prona, & terram spectantia Mundi
Principio indulsit communis conditor illis
Tantum animas, nobis animum quoq;, mutuus ut nos
Affectus petere auxilium & præstare iuberet.

Claudianus.

Sis pius in primis. Nam cum uincamur ab omni
Munere, sola deos æquat clementia nobis.
Nec tici quid luceat, sed quid feciſſe decebit
Occurrat, mentemq; domet respectus honesti.

Clamor græce βοή, ῆς. dicitur, & βοάω clamo. Est autem clamor filia iræ, qua quis clamat contra aliquem confuse & inordinate, aut furiose loquens, secundum beatum Thomam secunda Secundæ quæst. 238, art septimo.

Estq; clamor proprie calamorum sonus, quasi calamor. Arundines enim uento agitatæ magnum emittunt sonum. Inde clamantem dicimus eum, qui uociferando obstrepit.

Claritas græce λαμπρότης, ητος. ἡ. & λαμπρός, ου. ὁ. clarus dicitur. Est aũt clarus proprie lucidus, ut clara dies. Metaphorice etiam pro insigni & excellenti ponitur, ut qui proprio quodã fulgore resplendet. Is etiam inclytus dicitur. Verum plus est inclytus & clarus. Nam κλυτός, ου. ὁ. clarus est, cui in p̃positio addita auget, hinc pariter claritas orationis, claritas generis, claritas rerũ gestarum. Claritudo etiam pro claritate ponitur. Salustius: Cũ præsertim tam multa uaria q; sint artes animi, quibus summa claritudo parat.

Cœmiterium græca dictio est & κοιμητήριον, ου. τὸ. dicitur à κοιμάομαι quod est dormio, q̃d illic corpora dormientium, hoc est mortuorũ iacent.

Coæuitas græce ὁμηλικία, ας. ἡ. & ὁμήλιξ, ικος. ὁ. coæuus & coætaneus dicitur. Est autem coæuus eiusdem ætatis.

COgitatio græce λογισμός, οῦ. ὁ. & λογίζομαι cogito dicitur. Est autem cogitatio secundũ Ricardum inquisitio ueritatis per discursum ex multis, licet secundũ Augustinũ quandoque sumatur pro quacunq; operatione intellectus, hæc ex beato Thoma secunda Secundæ quæst. 180. articulo tertio.

Differũtq; Cogitatio, Meditatio, Cõtemplatio, & Cõsideratio hoc modo. q̃ Cogitatio est respectus animi ad euagationẽ pronus. Meditatio est intuitus occupatꝰ in inquisitione ueritatis. Cõtemplatio ẽ liber animi cõtuitus in res. Cõsideratio est oĩs operatio intellectus, uel processus rationis ex principijs pungentibus ad contẽplationem ueritatis, sicut meditatio, secũdm beatũ Thomam Secundæ q. 180. art. 3.

Cogitatiua potentia est ratio particularis collatiua intentionũ indiuidualium, secundũ beatum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

beatũ Thomam prima parte q.78. art.4.

Cogitatio & excogitatio quid differant, uide in Excogitatio. *Euripides.*

ἀι δευτέραι πῶς φρονοῦσι μᾶλλον σοφώτεραι. id eſt,

Secundæ ſane cogitationes ſapientiores.

Cognatio græce συγγένεια ἡ & συγγενὴς ὁ ἡ, cognatus dicitur. Cognatio ſpiritualis, eſt uinculum contractum ex ſtatuto eccleſiæ per ſuſceptionem ſacramentorum, dirimens matrimonium iam contractum, ſecundum bea. Tho. 4. Sentẽ. diſt. 42. q. 1. art. pri. Contrahiturq; tantum per baptiſmum & confirmationem.

Cognitio græce γνῶσις ἡ & γνωστὴς ἡ ὁ cognitor dicitur. Proprie autem cognitor dicitur, qui litem alterius ſuſcipit coram, ab eo cui datus eſt, ſicut procurator, qui abſens nomine autor fit. Cognitor à cognoſco uenit. unde etiam recognoſco, quod eſt opus compoſitũ emendandi, aut limandi, aut reprehendendi cauſa reuideo. Actus uero ipſe recognitio dicitur.

Color græce χρόα ἡ uel χρῶμα τὸ & χρωματίζω coloro dicitur. Eſt autem color extremitas perſpicui in corpore terminato, ſecundum Ariſtotelem libro de ſenſu & ſenſato.

Color eſt motiuus diaphani, ſecundũ actũ ſecundum Ariſtot. libro ſecundo de anima.

Color eſt paſſio corporis opaci alteratiua uiſus de potentia ad actum.

Color eſt qualitas ſecunda ex commixtione quatuor qualitatum primarum derelicta, alteratiua uiſus de potentia ad actum.

Color eſt lux incorporea in extremitate diaphani terminati, ſecundũ bea. Tho. primo Sentent. diſt. 17. q. pri. ar. pri.

A color uenit coloro uerbum, & diſcolor diuerſi coloris, & concolor eiuſdem coloris. Colores præterea apud Rhetores dicuntur orationis ornamenta, hoc eſt figuræ, quæ à græcis σχήματα dicuntur.

Cometes græce κομήτης ὁ & κόμη ἡ coma dicit. Et eſt exhalatio terreſtris calida & ſicca, groſſa, pinguis & uiſcoſa, cuius partes multum adinuicem circũiacent, eleuata ab iſtis inferioribus uſq; ad ſupremã regionẽ aeris, in qua propter motũ illius regiõis inflammat, & circulariter mouet ad motum ſupremæ regionis aeris, ſecundum Ariſtotelem libro primo Meteororum.

Cometen noſtri ſtellam crinitam uocant, plura genera huiuſmodi ſubito naſcentium ſtellarum pogonias uocant à barba, quæ græce dicitur πώγων. Quoniam inferiore ex parte in modũ barbæ iuba longe extenditur.

Comitas græce εὐτραπελία ἡ & εὐτράπελος ὁυ ὁ, comis dicitur. Eſt autem comitas cum moderatione iocatio ſecundum Ariſto. libro 4. Ethico.

Comitas eſt uirtus media inter ſeueritatem, & remiſſionem. In altera nec punctum quidem à uirtute diſcedimus. In altera omnia quadam animi abiectione remittimus.

Comis eſt benignus, facilis, mãſuetus, & dicit à como uerbo, quod tam eſt apud Græcos, q; apud Latinos, idem quod orno. Terentius: Noui ego ingenium mulierum, dũ moliuntur, dũ comuntur, annus eſt. Sunt em̃ capilli maximo homini ornamẽto: Quare Charilaus cur comã nutriret interrogatus: Quoniã inquit ex oĩ ornatu corporis, hic pulchri & minimi ſumptus ẽ.

Comedere græce φαγεῖν. Nam φαγω & ἐδίω comedo dicitur. Et eſt cibum ſumere per potentiam naturalem ſumentis cõuertibilem in naturam eius. Ex b. Tho prima parte q. 51. art. 3.

Comeſatio græce κώμοσις ἡ & κωμασηγέω ὁ comeſtor dicitur. Eſt autẽ comeſatio proprie cibus poſt cœnam ſumptus, ſicut Merenda cibus qui ſumitur ante cœnam, & Ientaculum cibus qui ſumitur ante prandium, quod ab ientor uerbo, de quo infra uide in ientaculum. Diciturq; comeſatio à uicis quos græce κώμους uocant, & eſum ſupino de edo, quoniam ante oppidorum conſtructionem ueteres in uicis habitantes, alij alios conuictus gratia inuitabant.

Commaternitas & compaternitas ſunt idem quod Cognatio ſpiritualis, ſecundum b. Tho. quarto Sent. diſt. 42. q. pri.

Cõmemoratio græce ἀνάμνησις ἡ & ἀναμνηστικός ὴ ὸν facile reminiſcens dicitur. Venit autẽ cõmemoratio à cõmemoro, quod eſt ad memoriã reduco. Terentius: Nam iſthæc cõmemoratio, quaſi exprobatio eſt immemoris beneficij. Cicero: Exercendæ quoq; memoriæ gratia, quid quoq; die egerim commemoro ueſperi.

Commendatio græce σύνθεσις ἡ & συνίστημι commendo dicitur. Eſtq; cõmendatio modo laudatio, modo cõmiſſio. Quia commendo iunctum datiuo, ſignificat committo, ut commendo te regi. Quando uero iungitur accuſatiuo cum apud, uel ablatiuo cũ in, ſignificat laudo, Vt commendabo te apud principẽ uel regem, uel in ſenatu. Inde literæ cõmendatitiæ dicuntur, quibus aliquis commendatur.

Commiſeratio græce οἰκτιμός ὁ & οἰκτίρμων ονος ὁ ἡ, miſericors dicit. Et eſt cõmiſeratio, dolor q̃dam ex apparenti malo corruptiuo, ac dolorẽ inferente in non dignũ pati, q̃ uel ipſe putabit, poſſe pati, uel ſuorũ aliquẽ, idq; ſic ut ꝓpinquũ uideatur, ſecundũ Ariſt. libro 2. Rhetoric.

Commiſeratio eſt cum uel aſpectu alicuius, uel oratione, uel etiam cogitatione adducimur ut eum miſeremur.

Commodatio à uerbo cõmodo uenit quod χρήζω dicitur. Et eſt alicuius rei ad alienum ſpecialem uſum gratuito facta cõceſſio, ſecundum Glo. in ca. unico de Cõmo. Itaq; commodare, eſt alicuius rei uſum ad tempus concedere. Cic. Dãdo & accipiendo, mutuandis q; facultatibus, accõmodandis nulla re egeremus. Differt autẽ hoc uerbũ à Mutuo: quod mutuamus, ut Paulus Iuriſconſultus inquit non eandẽ ſpeciem recepturi. Mutui datio in his rebus eſt, quæ ponderе, numero, mẽſura uel dari ſolent, quoniã earum rerum datione poſſumus in creditum ire,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quia magis in genere ſuo functionē recipiunt, per ſolutionem, & per ſpeciem. Nam in cæteris rebus ideo ire in creditū nō poſſumus: quia aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt.

Cōmutatio græce συνάλλαγμα ατουτὸ & ϛαπτάλλαγμα ατοσ τὸ permuto dicitur. Et eſt duplex. Altera naturalis, hoc eſt rei ad rem, uel ad pecuniam, pertinens ad Oeconomos uel Politicos.

Altera propter lucrum, pertinens ad negotiatores. Ex b. Tho. ſecunda Secundæ q. 77. ar. 4.

Commutare uerba, eſt litigare & iurgari. Terentius: Nunquàm hodie commutaturum patrem unum eſſe uerbum.

Compaſſio græce συμπάθϵια ασ ἡ quæ & a noſtris cordolium dicitur à dolore cordis. De qua uide infra in miſericordia.

Compaternitas uide ſupra in Cōmaternitas.

Compēſatio ἀντίκοπσισ ἡ. dicitur. Et (ut Modeſtinus inquit) eſt debiti & crediti inter ſe contributio, ut ff. de compenſa. libro pri.

Compunctio græce κατάνϵξισ ισσ. ἡ & καταρὸσσω compungo dicitur.

Comprehenſio græce κατάλη-ψισ ισσ. ἡ & καταλαμβάνω comprehendo dicitur. Eſt autem comprehendere propriè attingere rem ſecundum omnem modum, & omnem rationem qua cognoſcibilis eſt, ſecundum beatum Thomam prima parte quæſt. 12. artic. 7. Comprehendo & apprehēdo idem ſunt quod capio, ſed & corpore & animo hoc fit.

Conceptio græce σύλλη-ψισ ισσ. ἡ & συλλαμβάνω concipio dicitur. Eſt autem concipi, procedere à generāte, diſtinctum eſſe ab eo, & eſſe clauſum intra terminos eius, ſcdm b. Tho. 3. Sen. diſt. 8. 1.

Conceptio uiri, ſecundū Ariſtotelem, completur in 40. diebus: ſecundū Auguſtinū in 30. Mulieris uero in 60. *Verſus.*

Sex in lacte dies, ter ſunt in ſanguine trini,
Biſſeni carnem, ter ſeni membra figurant.

Concipio propriæ ſignificat apprehēdo. Quare mulier cōcipere dicitur, cum genitale ſemen apprehendit ad fœtum faciendum, unde conceptum fœtum dicimus, cum genitura coaluit.

Conceptio apud grammaticos fit, cum unum genus aliud, uel una perſona aliam concipit & apprehendit.

Cōciliatio græce λιαλλαγή ησ ἡ uel συναλλαγή ησ ἡ λιαλλάττω concilio, quando non cum re, ſed cū deo, ſiue homine iungit. Idem eſt quod placo & amicum facio. Virgilius: Tu ſceptra Iouemq; concilias. Hinc reconciliare, quod eſt in gratiā reſtituere, & in priſtinam beneuolentiam, à qua quis deciderat offenſa interueniente. Concilio mihi laudem, ſeu famam, id eſt, acquiro & comparo. Et in malam partem nonnunquàm ut tu concilias tibi inimicitias. Cōciliatus etiam pro empto ponitur. Terentius. Prodi male conciliate, hoc eſt magno pretio empte.

Concio græce ἀγορή & ἀγο ϵύω cōcionor dicitur. Eſt autē concio populi multitudo cōgregata ad audiendum aliquem orātem pro communi utilitate. Et tum ipſa oratio, tum locus, ipſe concio appellatur. Diciturq; à concio quod modo ſignificat conuoco, modo perturbo & commoueo. Idemq; qui orat concionari dicitur.

Homerus in α Iliados de Neſtore.

Ϝ μὰπὸ γλώασσ' μίλιτοσ' γλυκίων ῥέϵν ἀυδή. id eſt,

Cuius & a lingua melle dulcior fluebat oratio.

Ibidem.

ἀγορὴν κυδιάνϵιραν, id eſt,

Concionem uiros illuſtrantem.

Idem in γ Iliados.

ἀγορηταὶ
ϵθλοὶ, τουτίγϵσ'ιν ἐοικότϵσ, ὅϵτϵ καθ' ὕλην,
μϵνϵλάου καθίμϵνοι, ὄπα λϵιριόϵσσα ἰϵῖσι.

Concionatores boni cicadis ſimiles, quæ in ſilua
Arbori inſidentes, uocem delectabilem emittunt.

Homerus in Iliados.

ἀγορόϵνδϵ, ἵνατ' ἄϵ λυσ' ἀρίπρϵπέσ' τϵλέουσι. id eſt,

Concionum, ubi uires illuſtres fiunt.

Concordia græce ὁμονοία ασ ἡ & ὁμοφωνέω concordo dicitur. Et eſt ad alterum, inquantum ſcilicet diuerſorum cordium uoluntates ſimul in unum conſenſum conueniunt, unde Concordia eſt unio appetituum diuerſorum appetentium. Pax uero eſt unio appetituum unius appetentis: ex b. Thoma ſecunda Secundæ quæſt. 29. artic 1. Hinc concordo uerbum, quod eſt conuenio, & concors eiuſdem cordis, id eſt, mētis & animi. Et diſcors, qui corde & animo diſſidet.

Ariſtoteles libro de Mundo.

¶ Aequalitas concordiæ tutrix atque conſeruatrix. *Saluſtius in bello Iugurthino.*

¶ Concordia res magnæ creſcūt, diſcordia maximæ dilabuntur. T. *Liuius lib.* 2 *decad.* 1.

¶ Externus timor maximū cōcordiæ uinculū.

Concluſio græce συμπέρασμα ατοσ τὸ ϛυμπϵρα ίνω concludo dicitur. Eſt enim concludere aliquando perorare, hoc eſt, terminare orationē. Inde concluſio quæ etiam à græcis ἐπιλογὸσ ἐι noſtris peroratio, nonnunquàm cumulus uocatur. Quia ſicuti cumulus aceruus eſt: Ita in concluſione omnia, quaſi in unum aceruum colliguntur.

Concubina græce συννεῦκοσ' ου ἡ & συννεύω annuo dicitur, & συγκοίμησισ ισσ. ἡ concubitus dicitur. Eſt autē concubina mulier, quæ domi quaſi uxoris loco tenetur, a Græcis etiam dicta παλλακὴ ησ ἡ.

Concupiſcentia græce ἐπιθυμία ασ ἡ & ἐπιθυμέω concupiſco. Et eſt appetitus delectabilis ſenſitiuæ, & eſt ſubiectiue in appetitu ſenſitiuo. b. Thom. prima Secundæ q. 30. ar. 1.

Concupiſcibilitas eſt appetitus ſenſitiuæ: qui cōmuniter dicitur ſenſualitas. Cuius obiectum eſt bonum apprehenſum, ſecundum ſenſum b. Thomæ 3. Sententia. diſt. 26. q. 1.

Concupiſcentia eſt tam malarum, quàm bonarum rerum appetitus, à concupiſco ueniens, quod eſt opto & deſidero.

Concupiſcibilis uis quid ſit, uide ſupra in arbore animæ ſenſitiuæ

Concupiſcentia dicit amorem deſiderij Zelus amoris, Abominatio odij. Acedia triſtitiæ.

Præſumptio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Præſumptio ſpei, Audacia cõfidẽtię, Furor iræ, hæc ex bea. Thoma 3. Sent. diſt. 26. q. 1. art. 3.

CONfeſſio græce ὁμολογία ἀπ' ἡ & ὁμολογητής confeſſor dicitur. Eſt autem confeſſio triplex, ſcilicet actus exterior fidei uel iuſtitiæ. Actus latriæ, ſcilicet gratiarum actio & laudatio dei, & actus pœnitentiæ, ſcilicet confeſſio peccatorum, b. Tho. ſecũda Secundæ, quæſt. 3. art. pri. & 4. Senten. diſt. 17. art 2.

Confeſſio ſacramẽtalis, eſt legitima coram ſacerdote peccatorum ſuorum declaratio, ſecundum Ho. & dicitur quaſi ſimul, uel ex toto, uel undique faſſio.

Cõfeſſio ſacramẽtalis, eſt p quam morbus latens ſpe ueniæ, aperit, ut habet 4. Sent. diſt. 12. q. 3. art. 2. ſecundũ Auguſt. *Vel ſic.*

Confeſſio ſacramentalis eſt delinquentis accuſatio ex erubeſcentia, & per claues Eccleſiæ ſatisfactoria, obligans ad pœnitentiam peragẽdam iniunctam.

Cõfeſſio ſacramentalis debet habere ſedecim conditiones, infraſcriptis uerſibus contentas, ſecundũ b. Tho 4. Sent diſt. 17. q. 3. art. 4.

Sit ſimplex, humilis, confeſſio pura, fidelis,
Atq; frequens, nuda, diſcreta, libens, uerecunda,
Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſe punire parata.

Item.

Quis, quid, ubi, per quos, quoties, cur, quomodo, quãdo.

Numeri quinto.

Locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens: Loquere ad filios Iſrael, uir ſiue mulier, cum fecerint ex oñibus peccatis quæ ſolent hominibus accidere, & per negligẽtiam transgreſſi fuerint mandatum domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum ſuum.

Ioſue ſeptimo.

Fili mi da gloriam domino deo Iſrael, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abſcondas.

Prouerbiorum 28.

Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur. Qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiã conſequetur.

Eccleſiaſtici quarto.

Non confundaris confiteri peccata tua, & ne ſubñcias te omni homini pro peccato.

Ibidem 17.

Confiteberis uiuens, & uiuus, & ſanus confiteberis, & laudabis deum, & gloriaberis in miſerationibus eius. Quoniam magna miſericordia domini, & propitiatio illius cõuertentibus ad ſe.

Lucæ 5.

Vade & oſtende te ſacerdoti.

Ibidem 17

Ite & oſtendite uos ſacerdotibus.

Iacobi 1.

Confitemini alterutrum peccata ueſtra, & orate pro inuicem, ut ſaluemini.

1. Ioannis pri.

Si cõfiteamur peccata noſtra, deus fidelis eſt, & iuſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus qnoniam nõ peccauimus, mendacem facimus eum, & uerbũ eius non eſt in nobis.

Auguſt. libro de pœnitentia, & habe. de pœniten. diſt. 1. Quem pœnitet.

Quem pœnitet omnino pœniteat, & dolorẽ lachrymis oſtendat. Repræſentet uitam ſuam deo per ſacerdotes, præueniat iudicium dei per confeſſionem. Præcepit enim dominus mũdandis, ut oſtenderent ora ſacerdotibus, dicens corporali pœnitentia confitenda eſſe peccata, non per nuntium, non per ſcriptum manifeſtanda. Dixit enim ora monſtrate: & oẽs, non unus pro omnibus, non alium ſtatuatis nũtium, qui pro uobis offerat munus à Moyſe ſtatutum: ſed qui per uos peccaſtis, p uos erubeſcatis. Erubeſcentia enim ipſa partem habet remiſſionis. Ex miſericordia enim hoc præcepit dominus, ut nemi, nem pœniteret in occulto. In hoc enim ꝗd per ſeipſum dicit ſacerdoti, erubeſcentiam uincit. Timore offenſi uenia fit criminis. Fit eñ uenia, le per confeſſionẽ, quod criminale erat operatione. Et ſi nõ ſtatim purgatur, fit tamen uitale quod cõmiſerat mortale. Multũ eñ ſatisfactionis obtulit, q erubeſcentiæ dominans nihil eorum, quæ commiſerit, nuntio dei denegauit.

Auguſt. libro de Pœnitentia.

Confeſſio eſt ſalus animarum, diſſipatrix uitiorum, reſtauratrix uirtutum, expugnatrix dæmonum. Quid plura? obſtruit os inferni, & Paradiſi portas aperit.

Auguſtinus ſuper Pſal. Delictum meum cognitum tibi feci.

Non operui, ſed aperui ut operires. Non celaui, ut tegeres. Nã quando homo detegit, deus tegit. Cum homo celat, deus nudat. Cum homo agnoſcit, deus ignoſcit.

Augu. libro de pœnit. & habe. de pœnit. diſt. 5. Conſiderat. ꝗ. Cautus.

Cautus ſit pœnitẽs, ne uerecũdia ductus, diuidat apud ſe cõfeſſionẽ, ut diuerſa uelit diuerſis ſacerdotibus manifeſtare. Quędã eñ uni cælat, quæ alĩ manifeſtãda reſeruat. Quod eſt ſe laudare & ad hypocriſim tendere, & ſemper uenia carere, ad quam per fruſta putat peruenire.

Aug. lib de pœni. & hab. de pœni. diſt. 6. Qui uult.

Qui uult cõfiteri peccata ſua ut inueniat gratiam, quærat ſacerdotem ſcientem ligare & ſoluere. *Auguſt. lib. de pœnit.*

Diſcretio cõfeſſoris ualde neceſſaria eſt. Conſideret qualitatẽ criminis in loco, in tẽpore, in p; ſeuerantia, in ueritate perſonæ, cuius fuerit ætatis, cuius ſapiẽtiæ, & ordinis, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipſius multiplici executione.

Aug. libro de blaſphemia ſpiritus ſancti, & habetur pri. q. pri. Spiritus ſanctus.

Spũs ſanctus in ſancta eccleſia euã in iſto tẽpore quo uelut granũ atteritur cum palea, ſic operatur, ut nullus ueram confeſſionẽ aſpernetur, nullus ſimulatione fallat, atq; ita reprobos fugiat, ut etiã per illorũ miniſteriũ p̃bos colligat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Auguſt. ſuper Pſalm.

O homo quid times confiteri? Illud quod per confeſſionem ſcio, minus ſcio, q̄ illud quod ne ſcio. Cur confiteri erubeſcis peccata tua? peccator ſum, ſicut & tu: homo ſum, humanum à me nihil alienum. Confitere homo homini: homo peccator, homini peccatori. Elige quid uis. Si non confeſſus lates, inconfeſſus damnaberis. Ad hoc deus exigit confeſſionē, ut liberet hominē humilem. Ad hoc damnat nō confitentem, ut puniat ſuperbum.

Auguſtinus ſuper Ioannem.

Seruus peccati quo fugit? Secū ſe trahit quocunq; fugerit. Nō fugit ſeipſam mala cōſcientia. Non eſt q̄ eat, ſequit̄ ſe, imo nō recedit à ſe. Peccatum em̄ quod facit intus eſt. Vis audire cōſilium? Si uis a deo fugere, ad ipſum fuge cōfitēdo. Non ipſum aliquid latendo. cōfiteri em̄ potes, latere non potes. *Ibidem.*

Cum humiliratis cauſa mentiris, ſi non eras peccator, antequam mentireris, mentiendo efficeris quod uitaris, ueritas in te non eſt, niſi ita dixeris te peccatorem, ut te eſſe cognoſcas.

Auguſtinus in tractatu de cura malitiæ

Nemo dicat occultæ ego pœnitentiam apud deum ago. Nouit deus, qui mihi agnoſcit, quia in corde meo ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt: Quæ ſolueritis in terra erunt ſoluta in cœlo. Ergo ſine cauſa datæ ſunt claues eccleſiæ.

Hieronymus epiſtola prima.

Verum de remiſſione peccatorū ſufficere debet ſola credulitas. Quis em̄ cauſas aut rationē requirat? Vbi indulgētia principaliter eſt. Cum terreni regis liberalitas diſcuſſioni non ſit obnoxia, ab humana temeritate diſcutitur diuina largitio. Solent em̄ cum irriſiōe aduerſum nos dicere pagani, q̄ ipſi nos decipiamus, qui putemus crimina q̄ opere cōmiſſa ſunt, uerbis poſſe purgari. Et aiunt: Nunquid poteſt q̄ homicidium fecit homicida non eſſe, & adulter nō uideri qui adulterium perpetrauit? Quomodo ergo huiuſcemodi criminum reus, ſanctus nobis effici ſubito uidebitur? Sed adhęc, ut dixi, melius fide q̄ ratione reſpondeo. Rex enim eſt omnium qui promiſit, terræ cœliq; dominus eſt q̄ hęc pollicet. Non uis ut ei q̄ ex terra homines fecit credam, quod ex criminoſo me faciat innocentem? Et qui me cum eſſem cęc⁹ fecit uidere, uel cū eſſem ſurdus audire, q̄ mihi claudo geſſ·im reddidit, innocētiam mihi perditā poterit recenperare? Et tamē ueniam? ad ipſum teſtimoniū. Occidere hominē non ſemper criminoſum eſt, ſed malitia, non legibus occidere criminoſum eſt. Non ergo factum me in talibus, quia interdum & recte fit, ſed animus male cōſulens damnat. Si ergo animus in me qui criminoſus eſt effectus, & in quo fuit origo uitij corrigatur. Cur tibi uidear non poſſe innocens effici, qui prius fueram criminoſus? Si em̄, ut ſupra oſtendi, conſtat, quod non in facto, ſed in uoluntate ſit crimen, ſicut mala uolūtas autore malo dæmone peccato & morti me fecit obnoxium: Ita in bonum uoluntas mutata autore bono deo innocentiæ reddidit & uitæ. Similis cauſa & in cæteris criminibus hoc modo fides noſtra non inuenitur naturalibus rationibus aduerſari, dum remiſſio peccatorum non geſtis, quæ mutari non poſſunt, ſed animo, quē de malo in bonum uerti certum eſt, deputetur.

Ambro. libro de Paradiſo, & habetur de pœn. diſt. pri. Non poteſt.

Non poteſt quiſque a peccato iuſtificari, niſi peccatum ante fuerit confeſſus.

Ambroſius in ſermone quadrageſimæ, & habe de pœnit. diſt. pri. Ecce

Ecce nunc tempus acceptabile adeſt, in quo confeſſio animam a morte liberat. Confeſſio aperit paradiſum, confeſſio ſpem ſaluādi imbuit. Vnde ſcriptura dicit: Dic tu iniquitates tuas, ut iuſtificeris. His uerbis oſtenditur, quia non meretur iuſtificari, qui in uita ſua peccata noluit cōfiteri. Illa ergo cōfeſſio nos liberat a morte, quæ ſit cum pœnitentia.

Ambroſius de Ioſeph libro 36.

Plurimum ſuffragatur deo uerecunda confeſſio, & pœnam quam defenſione euitare non poſſumus, pudore reuelamus.

Ambroſius ſuper Beati immacul.

Quis te accuſat, & ſi peccator ſit, iuſtus eſſe incipit, quia nec ſibi parcit, & dei iuſtitias confitetur. *Ibidem.*

Ceſſat enim uindicta diuina, ſi confeſſio præcurrat humana. *Ibidē.*

Si accuſauerit ſe iuſtus. Vocem parat accuſationis, excludit, qui ſolet accuſare peccata, & uniuſcuiuſq; eſt aggregare flagitia: excuſat reum pudor ſuus. Acculat eum autorē, qui cū ſua delicta non tacuit, uidetur in ſe doluiſſe quod fecit, in diabolo perdidiſſe quod ſuaſit.

Gregor. & habe. de pœni. diſt. 6. Sacerdos.

Sacerdos ante omnia caueat, ne de his qui ei confitent peccata ſua alicui recitet, quod ea confeſſus eſt, nō propinquis, non extraneis, neque quod abſit pro aliquo ſcandalo, nam ſi hoc fecerit deponatur, & omnibus diebus uitæ ſuæ ignominioſus peregrinando pergat.

Gregorius octauo Moralium.

Qui promereri uult quod expetit, debet malum confiteri quod fecit. Valde enim facile eſt, ut peccatorem ſe quiſq; fateatur, cum nihil pro peccato ſuo patitur.

Gregorius libro 22. Moral ſup illud: Si cælauit in ſinu meo iniquitatem meam.

Mirentur in bono Iob, qui uolunt caſtitatis continentiam: mirentur integritatem iuſtitiæ, mirentur uiſcera pietatis: ego in eo non minus admiror confeſſionem humilimam peccatorū, quam tot ſublimia uirtutum.

Grego. libro 22. Moralium.

Hæc ſunt ueræ humilitatis inſignia, iniquitatem ſuam quemque cognoſcere, & cognitam uoce confeſſionis aperire.

Ibide

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibidem.

Peccatores nos in tranquillitate loquimur, ſed cum de peccatis ipſis flagello interueniente corripimur, murmuram⁹, pœna ergo nos interrogat, ſi culpam ueraciter cognoſcimus. Plerunq; grauioris certaminis eſt commiſſa peccata prodere, q̄ non admiſſa uitare.

Ibidem.

Plurimi homines cōfitentur culpam, ſed humiles non ſunt. Nam multos nouimus, qui arguente nullo peccatores ſe eſſe confitent̄. Cum uero de culpa fuerint fortaſſis correpti defenſionis patrocinium quærūt, ne peccatores eſſe uideantur. Qui ſi tunc, cum id ſponte dicunt, peccatores ſe eſſe ueraci humilitate cognoſcerēt, cum ab illis arguuntur ſe quod cōfeſſi fuerant, non negarent. Qua in re confeſſionis iudicia ſunt, ſi cum quiſq; peccatorem ſe dicit, illud de ſe dicenti etiam alteri non contradicit.

Gregorius in Paſtorali.

Vulnera clauſa plus cruciant. Nam cum putredo quæ interius feruet, eīcitur, ad ſalutem dolor aperitur.

Ioan. Chryſoſt. & habe. de pœnit. diſt. 1. ca. Quis aliquando. & Nunc autem.

Nunc aūt ſi recorderis peccatorū tuorū, & frequenter in conſpectu dei ꝓnunties, & ꝑ eis clementiā eius deprecerīs, citius illa delebis. Si aūt nunc obliuiſceris peccatorū tuorū, tunc eorum recordaberis nolēs, cū in toto mundo publicabunt̄, & in conſpectu præferent̄ oīm tam amicorum tuor⁹, q̄ inimicorum, & ſanctorū angelorū, & cœleſtium uirtutū. Non em̄ ad Dauid ſolū dicebat: Tu in ſecreto feciſti, ego cūctis manifeſtabo. Sed etiam ad omnes nos hoc dicitur.

Idem ſuper Leuiticum, homi. 2.

Peccata tua dicito, ut deleas. Illa ſi cōfunderis dicere alicui, quia peccaſti, dicito illa quotidie in anima tua. Non dico, ut cōfitearis ea ſeruo, ut exprobret. Dico deo, qui curat ea. Nec enim ſi nō dixeris, ignorat deus. Dicito ea in hac uita, ut requiem in alia habeas.

Iſidorus libro 1. cap. 12.

Confeſſio ſanat, confeſſio iuſtificat, cōfeſſio peccatis ueniam donat. Omnis ſpes in cōfeſſione conſiſtit. In confeſſione locus miſericordiæ eſt. Nulla tam grauis eſt culpa, quæ per confeſſionem non habeat ueniam.

Ibidem cap. 16.

Frequenter peccans & lugēs uix ueniam meretur. *Bernardus ſuper Cant. ſermone 3.*

Quantum diſplicet regi impudētia peccatoris, tantum placet uerecundia confitentis.

Bernardus epiſtola 14.

Abſq; confeſſione iuſtus iudicatur, & peccator mortuus reputatur. Confeſſio igitur peccatoris eſt uita, iuſti gloria, & neceſſaria eſt peccatori, & iuſtum nihilominus decet.

Bernardus de 12. gradibus humilitatis.

Iudicia ueræ confeſſionis ſunt, ſicut unuſq; ſque ſe peccatorem dicit, idde ſe dicenti alteri non cōtradicat. Nam nō peccator, ſed iuſtus uideri appetit, cum peccatorē ſe quiſq; nullo arguente confitetur. Superbiæ quippe uitium eſt, ut quod de ſe fateri quis ſua ſpōte dignatur, hoc ſibi dici ab alijs dedignetur.

Leo Papa, & hab. de pœnitentia diſt. 1. Sufficit.

Sufficit pœnitenti confeſſio, quæ primum domino offertur. Deinde ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit.

Hugo de clauſtro animæ.

Si ueniret dæmon ad capitulum confeſſionis, impetrare poſſet indulgentiam remiſſionis. Satan expulſus eſt à capitulo cœli. Adam à capitulo paradiſi. Iudas à capitulo Chriſti. In primo capitulo fuit culpa ſuperbiæ. In ſecundo culpa inobedientiæ. In tertio culpa auaritiæ.

Caſſio. ſuper illud Pſal. Vias meas annunciaui.

Mira cōpenſatio, ſtupenda uiciſſitudo, dño ſuo propria mala dicere, & ab eodē prēmia ſalutis accipere. Quis nō incitet̄ illi ad p̄mium confiteri, cui non poſſis negare quod feceris.

Caſſiodorus ſuper illud Pſal. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.

O ingenioſa ſimplicitas, & mille tergiuerſationibus cautior puritas. Manifeſtare delictum, illis non iudex, ſed aduocatus eſt Chriſtus, qui ſe propria confeſſione damnarunt.

Caſſiodorus ſuper Pſal. 77.

O beata confeſſio, quæ æternū tollit opprobrium. Nam quicquid reatuum inuenerit pœnitentia, perpetuis ſeculis reddit abſolutum.

Boetius lib. 1 de Philoſophica Conſolatione.

Si operam medicantis expectas, oportet ut uulnus tuum detegas.

Anſelmus ſuper Pſal. 6.

Medicus ægroto confitenti ſuā infirmitatem medicinam negare non debet, ut perſuadeat animæ, in q̄ mala ſe præcipitauit. Et ideo etiam ut ex difficultate ſanationis magis ſibi caueat. Quod enim facile ſanatur, nō multum cauetur.

Seneca libro de moribus.

Vbi eſt confeſſio, ibi remiſſio.

Seneca ad Lucilium epiſtola 28.

Initium eſt ſalutis notitia peccati. Nam qui peccare ſe neſcit corrigi non uult. Ideo quātum potes teipſum coargue.

Idem ad Lucilium epiſtola 54.

Quare uitia ſua nemo confitetur? quia etiam nunc in illis eſt. Somnium narrare uigilātis eſt, & uitia ſua confiteri ſanitatis indicium eſt. Expergiſcamur ergo, ut mores noſtros coarguere poſſimus. *Idem epiſtola 57.*

Oia uitia in apto leuiora ſunt. Morbi quoq; ad ſanitatem tunc inclinant, cū ex abdito erumpunt, ac uim ſuā proferunt, & auaritiam, & ambitionem, & cætera uitia mentis humanæ, tunc perniciosa ſcias eſſe, cum ſimulata ſanitate ſubſidunt. *Ouid. Metamor. libro 10. fabu. 9.*

Numen confeſſis aliquod patet.

Confidentia græce θαῤῥαλεότης. ητος. ὁ. & θαῤῥέω confido dicitur. Et eſt per quam magis &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

honeſtis rebus animus multũ in ſe fidentiæ collocat, ſecundum Cicero. lib. 2. Rhetoricorum.

Confidentia & fiduria ſic differunt, ut placet Donato ſuper Terentio, q̃ confidentia interdũ in bona ſignificatione, interdum in mala. Fiducia uero ſemper in mala, Sed utrunq; modo in malam, modo in bonam partem accipitur.

Conformitas græce συμμόφωσις ι©ρ.ε̃ι. & συμορφός cõformis dicitur. Eſt autem conformitas, idem quod ſimilitudo, quam cauſat unitas qualitatis, ſecundum b. Tho. 1. Sent. diſt. 48. q. prima.

Coniectura græce τεκμήριον ν.π̃. & τεκμαίρομαι coniecto dicitur. Eſt autem coniectura per aliqua ſigna alicuius rei cognitio, imperfecta tamen ſecundum b. Thomam prima Secundæ quæſtio. 112. art 5.

Coniectus eſt directio quædam rationis ad ueritatem, à quo dicta eſt cõiectura, à quo apud Rhetores dictus eſt ſtatus coniecturalis.

Coniuratio græce συνωμοσία ας.ἡ. & συνωμοτός ὲ.ὁ. cõiuratus dicitur, & συνωμόω coniuro. Et eſt quando aliqui rebelles autoritati in unum ſe colligendo, iuramenta inter ſe dederunt, ut habetur 11. q. 1

Coniurationum. Vnde coniurare, eſt ſimul & in unum iurare.

Coniuratio & cõſpiratio pro uno & eodem crimine accipiuntur. 11. qu. 1. Coniurationum. Conſpirare, eſt ſimul uel in idem ſpirare, ſecundum Glo. in c. Conſtitutionẽ, de ſen. ex lib. 6.

Coniuro proprie, eſt in alicuius perniciem iuro. Vnde coniuratio. Capiuntur nonnunq; cõiuratio & conſpiratio in bonam partem. Licet perraro. Horatius: Coniurat amice.

Coniurati ſunt hi, qui coniurauerunt, & conſpirationem fecerunt.

Conſanguinitas græce ὁμαιμογενία ας.ἡ. & ὁμαιμ©ν.ὁ.ἡ. conſanguineus dicitur. Eſt autem conſanguinitas uinculum ab eodẽ ſtipite propinquo deſcendentium, carnali propagatione contractum, ſecundum beatum Tho. 4. Sent. diſt. 41.

Conſanguinitas eſt propinquitas quædam à naturali communicatione, fundata ſuper actũ generationis, qua natura propagatur.

Ibidem.

Cõſanguinitatis línea, eſt ordinata collectio perſonarum cõſanguinitate coniunctarum, ab eodem ſtipite deſcendentiũ, diuerſos continẽs gradus, b. Tho. 4. Sen. diſt. 40. q. 2. art. 1.

Conſanguinitatis gradus eſt habitudo perſonarum diſtantium, qua cognoſcitur quanta diſtantia perſonæ inter ſe differunt.

Conſcientia græce συνείδησις ι©ν.ἡ. & συνειδώς. οτ©ν.ὁ. conſcius dicitur. Et non eſt potentia, nec habitus, ſed eſt actus, ſcilicet applicatio ſcientiæ, & quandoq; ponitur pro Synteresi, quia eſt actus eius, b. Thomas 1. parte q. 89. art. 13.

Conſcientia eſt regula in ratione. Synteresis uero eſt in uoluntate inueſtigando eam ad bonũ & ſtimulando. Ex Alex. in 3. parte ſummæ.

Conſcientia modo de pluribus eſt, mõ de uno. De pluribus. Saluſtius: Tum ſcelerum ſuorum in primis q̃ conſpirationis conſcientia ſolliciti, quo ſe uerterent non uidebant. De uno.

Cicero in Catone maiore.

Conſcientia bene actæ uitæ, multorumq; beneſactorum recordatio iucundiſſima eſt.

Menander.

βροτοῖς ἀπάσιν ἡ συνείδησις θεός. id eſt,
Mortalibus omnibus conſcientia deus.

Conſenſus græce ὁμόνοια ας.ἡ. & ὁμονοέω conſentio dicitur. Et importat iudicium de eo, in quod cõſentitur, b. Tho. prima ſecundæ q. 73, art. 7.

Conſequentia græce ἀκολουθία ας.ἡ. & συνακολουθέω cõſequor dicitur. Eſt autem conſequentia ex præcedentibus illatio.

Conſeruatio græce συντήρησις ι©ρ.ε̃ι. & συντηρέω conſeruo dicitur. Eſt autem conſeruatio ineſſe, influentia uniuoci eſſe, prius influxi. Bea. Thomas prima parte quæſt. nona art. ſecundo.

Conſideratio græce σκέψις ι©ρ.ε̃ι. & σκέπτομαι conſidero dicitur. Et eſt omnis operatio intellectus, uel proceſſus rationis ex principijs pertingentibus ad contemplationem ueritatis, B. Thomas ſecunda Secundæ q. 180, art. 3.

Conſidero à ſiderum contemplatione dicitur, à quo conſideratus, qui agenda conſiderat. Et conſideratio contemplatio. Quid differant conſideratio, cogitatio, contemplatio, & meditatio vide ſupra in Cogitatio.

Conſiliarius græce σύμβολ©ν.α.ὁ. & συμβολία.ας.ἡ. cõſultatio. Eſt autem conſiliarius, qui alij conſilium dat, qui & conſultus dicitur. Ille uero qui conſilium petit, dicitur conſultor.

Homerus in β. Iliados.

δυχρὴ παννύχιον εὐδειν βουληφόρον ἀνδρα. id eſt,
Non oportet p noctem dormire conſiliarium uirum.

Heſiodus.

ἐσθλὲ κακὴ βουλὴ, τῷ βουλεύσαντι κακίστη: id eſt,
Malum conſilium, conſultori peſſimum.

Menander.

ἐν νυκτὶ βουλὴ τοῖς σόφοισι γίγνεται. id eſt,
In nocte conſilium ſapientibus fit.

COnſilium græce βούλευμα, ατ©ν.τ̃. & βουλεύω docõſilium dicitur. Eſt autem cõſilium appetitus inquiſitiuus de rebus utilibus, ſecundum Damaſcenum libro 3. capite 33.

Conſilium eſt appetitus faciendi excogitata ratione, ſecũdum Ciceronem libro primo Rhetoricorum.

Conſilium eſt inquiſitio eorum tantum quę ſunt ad finem operabilium à nobis, nõ minimorum, nec determinatorum, b. Tho. ſecunda Secundæ q. 52. art. 3.

Fit aũt conſilium à con & ſalio, q̃d in unam ſententiam pluresrões conſaliant, id eſt ſimul ſaliant & conueniant. Hinc fit cõſulo, quod accuſatiuo iunctum ſignificat cõſilium peto. Iuuenalis: conſulit ante phalas delphinorum q̃ columnas. Si uero datiuo, ſignificat cõſilium do. Aliquando cõſulo ponitur pro delibero, & tũc caſum nullum requirit, ut conſulunt Senatores.

Prouerbiorum 19.

Audi conſilium, & ſuſcipe diſciplinam.

Ibidem 33.

Aſtutus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Astutus omnia agit cum consilio.
Eccl. si stici 6.
Consiliarius tibi sit unus de mille.
Ibidem.
Audi fili, & accipe consilium.
Ibidem 8.
Cum extraneis consilium non habeas.
Ibidem 27.
A zelantibus te absconde consilium.
Ibidem 36.
Quàm speciosum caniciæ iudicium & à presbytero cognoscere consilium.
Ibidem 37.
Ante omnem actum consilium stabile.
Ibidem.
A malo consiliario serua animam tuam.
Augustinus in tracta. de lapsu.
Quærimus consiliū? habemus copiam non sapientis, sed ipsius sapientiæ, qui Christus est.
Augustinus homilia 1.
Corda sequentium delectatiōem indebitam, & fugientium tristitiam debitam, sæpius seducuntur. *Ambrosius in Hexameron.*
Prima senectus est in consilijs utilior.
Ambrosium libro 3. Officiorum.
In acquirendis consilijs plurimum adiungit uitæ probitas, uirtutum prærogatiua, beneuolentiæ usus, facilitas gratia.
Ibidem.
Quis in cœno fontem quærat? Quis in aqua turbida potum petat? ubi luxuria, ubi intemperantia, & uitiorum confusiō, quis non horrendum æstimet? Quis non despiciet morum colluuionem? Quis utilem alienæ causæ iudicet, quem uidet inutilem esse suæ?
Ambrosius libro de Officijs.
Pecunia facile consumitur, consilia exhauriri nesciunt, hæc usu augentur. Pecunia minuit, & cito deficit, consilium autem collatum quo in plures diffunditur, eo redundantius manet, & in suum fontem recurrit. *Ibidem.*
Quomodo potes iudicare eum in consilio superiore, quem uides moribus inferiorem? Supra me debet esse, cui me committere puto. An uero putabo idoneum, qui mihi det cōsilium, qui nō dat sibi, & mihi eum uacare credam, qui non uacat sibi?
Gregorius libro 30. Moralium.
Iuuenes dici solent, qui nulla cōsiliū gratitate deprimuntur. Senes uero non eos sacra scriptura uocare consueuit, qui sola temporum quantitate, sed qui morum gratitate maturi sunt. Vnde in libro Sapientiæ: Senectus honorabilis est, non diuturna neq; annorum numero computata. Cani enim sunt sensus hominis & ætas senecta, uita immaculata.
Gregorius libro 1. Registri.
Nullus fidelior tibi ad consilium potest esse, q̄ qui non tua sed te diligit.
Cassiodorus libro 6. epistola 19.
Omnis prouidens consilium quærit.
Seneca tracta. de uirtutibus.
Si prudens esse cupis, in futura prospectum intende, & quæ possunt contingere animo tuo cuncta prospice. Nihil tibi subitum sit, sed totū ante prospicias. Qui enim prudens est, nō dicit: Non putaui hoc fieri, quia non dubitat, sed expectat: non suspicatur, sed cauet. Cuiuscunq; facti causam require. Cum initia inueneris, exitum cogita.
Seneca in prouerbijs.
Sunt enim duo contraria consilio, festinatio scilicet & ira. *Ibidem.*
Deliberandum est diu, quicquid statuēdum est semel. *Seneca lib. de beneficijs 3.*
Sapiēs non mutat consiliū, oībus illis manentibus quæ erant. *Seneca Lucil. epist. 23.*
Pauci sunt, qui consilio se suaq; disponant.
Seneca libro de benefi. ijs.
Velox consilium sequitur pœnitentia.
Ibidem.
Non est turpe remutare consilium.
Seneca ad Lucilium epistola 38.
Errant consilia nostra, quia non habent, quo dirigantur, *Ibidem.*
Scire debet quid petat, qui sagittam uult mittere, & tunc dirigere ac moderari manu telum. Similiter ignorans quem portum petat, nullius uentus est suus. *Seneca ad Lucil. epist. 102.*
Quicquid consilio prospici potest, prospice.
Seneca Tragœdia 7.
Lenis est dolor qui capere consilium potest.
Aristo. libro 1. Politicorum.
Consiliū mulieris est inualidū, pueri aūt imperfectum. *Arist. li. 1. Rheto. & 3. Ethicorum.*
Consilium nō est de fine, sed his quæ sunt ad finem. *Aristoteles libro 6. Ethicorum.*
Consiliata oportet operari uelociter, consiliari autem tarde. *Ibidem.*
Consilium debet esse in his, quæ possunt aliter se habere. *Ibidem.*
Consilium non est de p̄teritis, sed de futuris. Quia quod factū est, nō potest esse nō factum.
Ibidem.
Prudentis est bene consiliari.
Commentator super 6. Ethicorum.
Bona consiliatio est habitus coniecturatiuus operabilium, secundum rationem optimi.
Ibidem.
Duo sunt consiliarij insipientes, delectatio & tristitia. Hæc enim multos præcipitant.
Aristoteles libro 1. Rhetoricorum.
De necessarijs, & impossibilibus aliter se habere nō consiliamur. Sed de contingentibus q̄ possunt aliter se habere quę in potestate nostra sunt. *Salustius in Catilinario.*
Priusq; incipias consulto: & ubi consulueris, mature facto opus est.
Aulus Gellius libro 18. Noctium Atticarum.
Malum est consiliū, quod mutari nō potest.
Cicero libro de senectute.
Non enim uiribus aut uelocitatibus, aut celeritate corporis res magnæ geruntur, sed consilio, authoritate atq; sententia.

Cicero

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cicero libro 1. Officiorum.

Parua sunt arma foris, nisi sit consilium domi.

Cic. lib. 1. Rhetoricorum ueterum.

Melius accurantur, quæ consilio geruntur, & quæ sine consilio administrantur.

Ibidem.

Domus ea quæ ratione regitur omnibus est instructior, & apparatior rebus, & ea quæ temere & nullo consilio administratur.

Ibidem libro 2.

Suo quemq; officio consulere oportet.

Idem libro 3. Rhetoricorum nouorum.

Dij non sunt auxilio his, qui se inconsulto in periculum mittunt.

Qu. Curtius de gestis Alexandri libro 7.

Consilio, non impetu, opus est.

Hesiodus.

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ, τῷ βουλεύσαντι κακίστη. id est,

Consultum male consultori pessima res est.

Hom. in 1. Ilia. Verba sunt Vlyssis ad Achil.

-δυλέτι μῆχος

ῥεχθέντος κακοῦ ἐστ' ἄκος ἔυρεῖν ἀλλὰ πολὺ πρὶν φράζευ. id est,

-Neq; ullus modus,

Facti mali est remedium inuenire. Igitur multo prius cõsilium cape.

Periander.

συμβούλερε ἀναίτιος, id est, Consule sine damno.

Menander.

βουλῆς γὰρ ὀρθῆς δυσλιπὲς ἀσφαλέστερον. id est,

Consilio enim recto nihil tutius.

Ibidem.

βούλῃ δὲ παντὸς πράγματος προλάμβανε. id est,

Consilium autem ante omnem rem cape.

Ibidem.

ἱερὸν ἀληθῶς ἐστὶν ἡ συμβουλία. id est,

Sacrum quid uere est consilium.

Virgilius Aeneid. libro 12.

- Quantum ipse feroci

Virtute exuperas, tanto me impensius æquum est

Consulere, atq; omnes metuentem expendere casus.

Ouid. de Ponto libro quarto, Eleg. 12.

Crede mihi miseros prudentia prima reliquit,

Et sensus cum re consiliumq; fugit.

Horat. Carminum libro 3 Ode. 4.

Vis consilij expers, mole ruit sua.

CONsolatio græce παράκλησις, ιος ὁ, & παράκλητος ου, consolator dicitur. Compositum ex con & solor, quod est quasi solidum redintegro à quo solatium & solamen quo poetæ frequẽter utuntur. Virgi. Solamenq; mali de collo fistula pendet. Solamen à consolatione quidam sic distinguunt. Quod solamen re fit, consolatio uerbis. Vnde carmen consolatorium dicimus.

Homerus in ω. Iliad.

οὐ γὰρ τις πρηΰτερος πέλεται κρυεροῖο γόοιο.
ὡς γὰρ ἐπεκλώσανο θεοὶ δλοῖσι βροτοῖσι,
ζώειν ἀχνυμένους, αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες ἐσσι. id est,

Non enim aliquis effectus est frugi luctus.
Sic sane decreuerunt dei miseros mortales.
Viuere tristitia affectos. ipsi uero sunt sine tristitia.

Idem ibidem.

καὶ γὰρ τ' ἠϋκόμου Νιόβη ἐμνήσατο σίτου,
τῆπερ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο. Id est,

Etenim pulchri coma Niobe non oblita est cibi,
Quamuis ipsi duodecim filij in domibus perierint.

Homerus in 1. Odysseæ.

ἀλλ' οὐ γάρ τις πρῆξις ἐγίνετο μύρομένοισιν. id est,

Sed nullus effectus sit lugentibus.

Phocylides.

μήδε παροιχομένοισι κάκοις ἐρύχου τεὸν ἦτορ
οὐκ ἔτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον. id est,

Neq; præteritis malis affligas tuum cor,
Non amplius enim potest factum esse non factum.

Palladas.

Προσδοκία θανάτου, πολυώδυνος ἐστὶν ἀνίη,
τοῦτο δὲ κερδαίνει θνητὸς ἀπομύμενος.
μὴ τοίνυν κλαύσῃς ἀποιχόμενον βιότοιο,
ἀυλέρι γὰρ θανάτου λύτερον ἐστὶ πάθος. id est,

Expectatio mortis, multi doloris est tristitia,
Hoc autem lucratur mortalis mortuus.
Ne igitur fleas defunctum uita,
Nulla enim mortis secunda est passio.

Idem.

ῥῖψε γόους, μὴ κάμνε τοσὸν χρόνον ἐνθάδε μίμνων
ὡς πρὸς ἐκεῖνον τὸν μετὰ ταῦτα βίον.
πρὶν τοίνυν σκολιὰ βάλῃ, τυμβοις ἔπυθεῖναι,
μὴ λαμάσῃς ψυχὴν ζώην ἔτι κρινομένην. id est,

Abijce luctus, ne labora, quantum tempus hic manens,
Si respicias ad illam totam post hæc uitam.
Anteq; igitur ad uermes proijciaris, sepulchrisq; ipona
Ne domes animam uiuere etiam addictam. (ris,

Euripides in Medea.

κούφως φέρειν χρὴ θνητὸν τὸν ὄντα συμφοράς. id est,

Leuiter ferre oportet mortalem existentẽ calamitates.

De hac materia habes multa infra in more & in patientia.

Constantia græce βεβαίωσις. ιος ἡ. & βέβαιος ου. ὁ. cõstans dicitur. Est autem constantia uirtus faciẽs firmiter persistere in bono cõtra difficultatem, quæ prouenit quibuscunq; impedimentis exterioribus, alijs ab impedimento diuturnitatis. Quia contra hoc est perseuerantia. Ex be. Thoma secunda secundæ q. 173 art. 3.

Constantia est stabilitas animi firmi, & in proposito perseuerans.

Constantia & firmitas sic differunt. Quod firmitas est uirtus faciens permanentiam in opere. Sed constantia in proposito, ex beato Thoma 3. Sententia. dist. 33. quæst. 3. art. 3.

Constare aliquando significat compositum esse, aliquando stare, aliquando conuenire, aliquando manifestum esse, nonnunq; suppeditare. Item consistere & firmum esse. Inde constans hoc est firmus & tenax propositi, & constantia animi firmitudo dicitur.

Horat. libro 3 Carminum.

Iustum, & tenacem propositi uirum
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non uultus instantis tyranni,
Mente quatit solida, neque auster
Dux inquieti turbidus, Adriæ.
Nec fulminantis magna manus Iouis.
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

De

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

De hac materia habes infra in fortitudo & perseueratia.

CONsuetudo grece ἔθος. Græce ἔθος consuetudo dicitur. Venit autem à cõsuo, id est, simul suo. Consuesco enim quasi applicor atq; describor ad aliquid agendum, ita ut consuetudinem faciam. Inde consuetudo, & consuetio. Plautus quoq; consuetionem pro consuetudine usurpat.

Consuetudo est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. c. consuetudo distinct. 1.

Prouerbiorum 22.

Adolescẽs iuxta uiam suam, etiam cũ senuerit, non recedet ab ea. *Ecclesiast. 7.*

Noli facere mala, & non te aprehendent. Discede ab iniquo, & deficient mala abs te.

Hieremiæ tertio.

Bonum est uiro cũ portauerit iugum ab adolescentia sua. *I. ad corint. quinto.*

Nescitis quia modicum fermentũ totam massam corumpit. *Ad Galathas 5.*

Modicũ fermentũ totam massam corrumpit

Augustinus ad Casulanum presbyterum, & habetur distin. 11. Consuetudinem.

Consuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem catholicã nihil usurpare dignoscitur.

Idem ibidem, & habetur ibidem ca. In his.

In his rebus de quibus nil certi statuit diuina scriptura, mos populi dei & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.

Aug. libro 2 Confess. & habe. dist. 8. Quæ contra.

Quæ contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diuersitate sunt uitãda, ut pactum inter se gentis aut ciuitatis consuetudine, uel lege firmatũ, nulla ciuis aut peregrini libidine uioletur. Turpis est enim omnis pars uniuersi suo non congruens. Cum aũt deus aliquid contra morem, uel contra pactum quorum libet iubet fieri, & si ibi nunq; factum est, tamen faciẽdum est. Et si omissum est, restaurandum est. Et si statutum non erat, instituendum est.

Aug. lib. 2. de unico bapt. & hib dist. 8. Veritate.

Veritate manifesta consuetudo cedat ueritati. Plane quis dubitet ueritati manifestæ consuetudinem cedere. *Ibidem.*

Nemo consuetudinẽ rõi & ueritati p̃ponat. Quia consuetudinẽ ratio & ueritas sp̃ excludit.

Augustinus libro de baptismo paruulorum, & hab. dist. 8 Qui contempta.

Qui contempta ueritate p̃sumit consuetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est, & malignus, q̃bus ueritas reuelatur, aut circa deum ingratus est, inspiratiõe cuius ecclesia eius instruitur. Nam dominus in euãgelio. Ego sum inquit ueritas. Non dixit ego sum consuetudo, itaq; ueritate manifestata cedat consuetudo ueritati.

Augustinus in libro ex dictis Basilij, & habetur dist. 11. Ecclesiasticarum.

Ecclesiasticarum institutionum quasdam in scriptis, quasdam uero apostolica traditiõe per successores in ministerio cõfirmatas accepimus. Quasdam uero cõsuetudine roboratas approbauit usus. Quibus par ritus, & idem utriusq; pietatis debetur affectus.

Augustinus ad Ianuarium, & hab. dist. 12. illa autem. ℣. Quod enim.

Quod enim neq; contra fidẽ catholicam neq; contra bonos mores esse conuincitur, indifferẽter est habendum, & pro eorum inter quos uiuitur societate est seruandum.

Aug. ad Ian. & hab. dist. 12. illa aũt. ℣. Mater.

Mater mea Mediolanũ me secuta, inuenit ecclesiam sabbatho nõ ieiunantẽ. Cœperat fluctuare q̃dagenus. Tunc ego consului de hac re beatissimæ memoriæ Ambrosium episcopum. Ac ille ait: Cum Romam uenio, sabbathũ ieiuno. Cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic & tu ad quamcunq; forte ecclesiam ueneris, eius morem serua. Si cuiq; non uis esse scandalum, nec quenq; tibi. Hoc cum matri renũtiassem, libenter amplexa est.

August. libro 1. ad Ianuarium.

Ipsa mutatio consuetudinis etiam quæ utilitate adiuuat, tamen nouitate perturbat. Quæ propter quæ utilis non est, perturbatione instructuosa consequenter noxia est.

august. libro 6. de Musica.

Consuetudo, quasi secunda & quasi affabricata natura dicitur.

Augustinus libro doctr. Christia.

Solet recta opinio prauã corrigere consuetudinẽ, & praua opinio rectã deprauare naturam

Ibidem libro 3.

Quisquis prætereuntibus rebus restrictius utitur, q̃q; se habent mores eorum, cum quibus uiuit, aut intemperãs, aut superstitiosus est. Quisquis autem eis sic utitur, ut metas consuetudinis bonorum inter quos uersatur excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnib⁹ enim talibus non usus rerum, sed libido mentis in culpa est.

Augustinus super Psal. 30.

Vincere consuetudinem dura est pugna.

Augustinus super psal. 69.

Omne peccatum consuetudine uilescit, & fit homini quasi nullum.

Hieronimus in Leuitico, habetur 24. quæst. 3. Qui negligunt.

Qui negligunt oris maledicti consuetudinẽ resecare, etiam si non corde maledicant, tamen in immunditia labiorum, secundum Esaiæ uerbum, & inquinamentum oris incurrunt.

Hieronymus in epist. ad Celantiam.

Asperam nobis & insuauẽ uirtutum uiam nimia facit uitiorum consuetudo, quæ si in alterã partẽ transferaẽ, inuenitur semita iustitiq; leuis.

Gregorius uniuersis episcopis Numidis & habetur dist. 12. Nos consuetudinem.

Nos consuetudinem quæ contra fidem catholicam nil usurpare dignoscitur, immotam permanere concedimus.

Grego

Greg. & hab. diſtin. 12. Quemadmodum.

Quemadmodum quæ illicita ſunt perpetra re non patimur, Sic quæ ſunt cõſuetudinis nõ negamus. *Gregor. libro 4. Moralium.*

Cum culpa in uſum uenerit, ei iam animus, & ſi appetat debilius reſiſtit. Quia quot uicib⁹ prauæ frequentationis aſtringitur, quaſi tot uin culis ad mentem ligatur.

Gregorius libro 11. Moralium.

Sæpe nonnulli exire à prauis actibus cupiũt. Sed quia eorundem actuum pondere premun tur, in malæ conſuetudinis carcere incluſi à ſe/metipſis exire non poſſunt.

Gregorius libro 15. Moralium.

Tenent prauæ conſuetudines, quẽ ſemel' coe/perunt, atque quotidie duriores exiſtunt, & nõ niſi cum peccatoris uita finiuntur.

Gregor. ſuper Euan. home. 31.

Vſitata culpa obligat mentẽ, ut nequaquàm ſurgere poſſit, ad rectitudinem conatur & labi/tur. Quia ubi diu ſponte perſtitit, ibi & cum no luerit coacta cadit.

Iſid. in Synonymis libro 2. & ha. diſt. 11. Vſus.

Vſus autoritati cedit. Prauum uſum & lex & ratio uincat. *Iſido. in Synonimis libro ſecundo.*

Cum nec ſacris canonibus, nec humanis legi bus conſuetudo obuiare monſtratur, inconcuſ ſa ſeruanda eſt.

Iſidorus Soliloquiorum libro 1.

Difficile eſt peccati conſuetudinem uincere. Prauus uſus uix aboletur. Aſſidua conſuetudo uitium in naturam conuertit. Animus ſceleri/bus aſtrictus uix ab eis diuelli poteſt.

Ibidem.

Vulnus iteratum tardius ſanatur.

Iſidorus Soliloquiorum libro ſecundo.

Vſus difficile uincitur. Conſuetudinis uincu la uix ſoluuntur. *Bernard. ſuper Cant.*

Abſcinditur ferro acutæ compunctionis ul⁹ cus inueteratæ conſuetudinis. Si eſt acerbus do lor, leniatur unguento deuotionis.

Beda de tẽplo Salomonis libro ſecundo, & eſt gloſa ſuper illud Prou. 22. Adoleſcens iuxta uiã ſu/am, etiam cũ ſenuerit non recedet ab ea.

Græca narrat hiſtoria Alexandrũ potentiſſi/mũ regẽ orbisq; dñatorem in moribus & inceſ ſu Leonidis pædagogi ſui nõ potuiſſe carere ui tijs quibus paruulus adhuc fuerat imbutus.

Cyprianus, & habet. diſti. octaua, Conſuetudo.

Conſuetudo quæ apud quoſdam irrepſerat impedire non debet, quo minus prævaleat ue/ritas & uincat. Nam conſuetudo ſine ueritate uetuſtas erroris eſt, propter quod relicto errore ſequamur ueritatem. Scientes quia apud Eſ/dram ueritas uincit, ut ſcriptum eſt: Veritas ua/let & inualeſcit, & uiuit in æternnm, & obtinet in ſecula ſeculorum.

Cyprianus ibidem. 2. Neq; enim.

Neq; enim hominis cõſuetudinem ſequi o/portet, ſed dei ueritatem, cũ per Iſaiam prophe/tam loquatur deus, & dicat: Sine cauſa colunt me, mandata & doctrinas hominum docẽtes.

Seneca ad Lucieium. epiſt. 85.

Diu in iſtis uitijs iacuimus, euelli difficile eſt, non enim inquinati ſumus, ſed infecti. Non eſt morbus inter uitia contemnendus.

Seneca libro de moribus.

Educatio & diſciplina mores facit, & id ſa/pit unuſquiſq; quod didicit. Itaq; bona conſue/tudo excutere debet, quod mala inſtruxit. Be/ne docet loqui. Bene docet facere.

Seneca in prouerbijs.

Bonarum rerum nimia conſuetudo peſſima eſt. Grauiſſimum eſt imperium conſuetudinis.

Seneca libro de uera uita in principio.

Argumentum peſſimi turba eſt. Quæram⁹ quod optime factũ ſit, non quid uſitatiſſimum, & quod nos in poſſeſſione fœlicitatis æternæ conſtituet, non quod uulgo ueritatis peſſimo interpreti probatum ſit.

Seneca in Tantalo, Tragœ. ſecunda.

Iam tempus illi fecit ærumnas leues.

Seneca Tragœ. 6.

Dediſcit animus ſero, quod didicit diu.

Ariſtot. libro 2 Ethicorum.

Ex actu multoties iterato fit habitus.

Ibidem.

Non parum differt ſic uel à iuuentute aſſueſ/ci, imo multum.

Ariſtot. libro 7. Ethicorũ.

Difficile eſt reſiſtere cõſuetudini, quia aſſimi latur naturæ. *Ibidem.*

Facilius eſt conſuetudinem immutare quã naturam. *Ibidem.*

Conſuetudo eſt altera natura.

Ibidem.

Operationes prauæ beſtiæ ſunt ex natura, o/perationes uero prauorum & malorum homi num, ex conſuetudine.

Ariſtoteles Ethicorũ libro 10.

Non facile eſt homines ex antiqua conſuetu dine tranſmutari per ſermones.

Ariſtot. libro ſecundo, Politicorũ.

Leges inhoneſtas, licet maxime ſint in uſu, a/boleri licet. *Ariſt. lib. de Memoria & Reminiſc.*

Antiquum in natura iam tanq; conſuetudo eſt, Conſuetudo eſt altera natura.

Ariſt. libro 1. Rhetoricorum.

Quod conſuetum eſt, ueluti innatũ eſt. Quia conſuetudo eſt ſimilis naturæ. *Ibidem.*

Omnes conſueta ſeruant.

Ariſt. libro ſecundo, Metaphyſicæ.

Conſuetum ſemper notius eſt.

Ibidem.

Quantam uim habeat, quod conſuetum eſt, leges oſtendunt, in quibus fabularia & puerilia magis ualent ueritate propter conſuetudinem.

Commentator ſuper 1. Poetriæ.

Suaue eſt hoĩ quod conſueuit tota uita ſua.

Commentator ſuper 3. Phyſi.

Quidam homines tantũ aſſueti erant come/dere uenenum, quod uenenum erat eis cibus.

Ibidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibidem.

Quidam per conſuetudinem audiendi falſa, negant principia uera per ſe nota, ut ex nihilo nihil fit. *Macrobius libro 7. Saturnal.*

Conſuetudinem ſecundum naturā pronunciauit uſus. *Cic. Tuſc. Quæſt. libro pri.*

Qui in compedibus corporis ſemper fuerūt, & cum ſoluti ſunt tardius ingrediuntur.

Idem libro ſecundo.

Conſuetudo enim laborum perpeſſionē dolorum efficit faciliorem. *Ibidem.*

Conſuetudinis magna uis eſt. Pernoctant uenatores in niue, in montibus uri ſe patiunt. Inde pugiles cæſtibus contuſi ne ingemiſcūt quidem. *Cicero Tuſcul. Quæſt. libro tertio.*

Vſus docet minora eſſe ea, quæ ſint uiſa maiora. *Cicero libro tertio Rhetor. nouorum.*

Solis exortus, curſus, occaſus, nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt. At eclipſes ſolis admirantur, quod raro accidunt. Et ſolis eclipſes admirantur magis quàm lunæ, propterea quod hæc crebriores ſunt.

Cicero libro 4. Rhetor. nouorum.

Optima uiuendi ratio eſt eligenda, quam iucundam conſuetudo reddet.

Cicero libro pri. de Legibus.

Tanta eſt corruptela malæ conſuetudinis, ut ab ea tanquàm igniculi extinguantur à natura dati, exoriantuŕq; & confirmentur uitia contraria. *Cicero libro ſecundo de Legibus.*

Mos maiorum tum ut lex ualebat

Saluſtius in Iugurtha.

Benefacere ex conſuetudine in naturam uertitur. *Paulus Oroſius de Ormeſta libro pri.*

Perpetuo in uita ſua tranquillitatem & deliciarum ſereno aſſuefacti, ad oīe uel modicum obductæ ſolicitudinis nubilum cōmouentur.

Terent. Comœd 3

Quam mulę a iniuſta & praua fiunt moribus.

Terentius Comœdia ulti.

Quam inique comparatum eſt, ut hi qui minus habent ſemper aliquid addant ditioribus.

Virgi. Georgi. libro ſecundo.

-Adeo in teneris aſſueſcere multum eſt.

Virg. Aeneidos libro octauo.

-Tua cernere facta

Aſſueſcat, primis & te miretur ab annis.

Ouid. Metamor libro ſecundo fabula 2.

Nam mortem fecerat uſus-

Idem libro 10. fabula 5.

-Longáq; alit aſſuetudine flammas.

Ouid. epiſto. Didonis ad Aeneam.

Dum freta miteſcunt, & amor dum temperat uſum,

Fortiter ediſco triſtia poſſe pati.

Ouidius Artis libro ſecundo

Fac tibi conſueſcat. Nil conſuetudine maius.

Quam tu dum capias tædia nulla fuge.

Ouid. Triſtium libro pri. Elegia 5.

Fœmina ſeu princeps omnes tibi culta per annos.

Te docet exemplum coniugis eſſe bonæ.

Aſſimilemq; ſui longa aſſuetudine fecit.

Grandia ſi paruis aſſimilare licet.

Idem Triſtium libro 5.

Adde quod ingenium longa rubigine læſum

Torpet, & eſt multo, q̄ fuit ante, minus.

Idem de Ponto libro ultimo.

Gutta cauat lapidem, conſumitur anulus uſu.

Et teritur preſſa uomer aduncus humo.

Catullus Elegia 10.

Difficile eſt longum ſubito deponere amorem,

Difficile eſt. Verum hoc quod lubet efficies.

Horat. epiſt libro primo epiſt 2.

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem.

Teſta diu-

Iuuena. ſatyra 2.

Nemo rapente fuit turpiſſimus.

Idem ſatyra 7.

-Laqueo tenet ambitioſi.

Conſuetudo mali.

Conſumptio græce ἀναλωσις.εως.ἡ. & ἀναλόω conſumo dicit. Eſt autē conſumere proprie deſtruere aliquid exiſtēs. Sed improprie eſt impedire aliquid ne fiat. bea. Tho. 3. Sentent. di. 5. q. 3. art. 3.

Contactio græce συναφία.ας.ἡ. & συναφή contactus dicitur eſtq́ contactio ſiue contactus coniunctio terminorum duarum quantitatum. bea. Tho. 4. diſt. 10. art. 4. quæſt. pri.

Contemplatio græce θεώρησις.εως.ἡ. & θεωρέω contemplor dicitur. Et eſt liber animi contuitus in res. b. Tho. ſecunda Secundæ quæſt. 180. art. 3.

Contemplatui dicuntur, non qui cōtemplantur, ſed qui contemplationi totam uitam ſuam deputant. b Tho. ſecunda Secundæ q 81 art. 1. Quomodo cōtemplatio, cogitatio, meditatio & cōſideratio differāt, uide ſupra in Cogitatio.

Contemptus græce καταφρόνησις.εως.ἡ. & καταφρονέω cōtemno & καταφρονητής.οῦ.ὁ. cōtemptor dicitur. Eſtq́ transgreſſio legis, ex hoc quod uoluntas renuit ſubijci legi, uel regulæ. bea Tho ſecunda Secundæ quæſt 186 art. nono.

Contemno compoſitum à con & temno, idemq́ eſt quod ſperno, τέμνω græcum eſt incido & reſeco, quia quæ ſpernimus amputare & reſecare cōſueuimus Sunt qui ita diſtinguāt contemno ā deſpicio, ut deſpicere grauius ſit, quàm contemnere. Item ſpretus ſit, qui refutatus eſt. Contemptus uero, qui inutilis reputatus eſt. Terentius: Quot modis cōtemptus, ſpretus facta, tranſacta, omnia. *Eccleſiaſtes 2.*

Vidi in omnibus uanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole.

Ibidem.

Cuncta ſubiacent uanitati, & omnia pergūt ad unū locum: de terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur. *Iſaiæ 40.*

Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quaſi flos. *1. Ad Corinthios. 7.*

Præterit enim figura huius mundi.

1. Ioannis. 2.

Nolite diligere mundū, neq́ ea quæ in mūdo ſunt Si quis diligit mundū, non eſt charitas patris in eo Quoniam oīe quod eſt in mūdo, aut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eſt cõcupiſcentia carnis, aut cõcupiſcentia oculorum, aut ſuperbia uitæ. Quæ nõ eſt ex patre, ſed ex mundo eſt. Et mundus tranſit, & concupiſcentia eius.

Auguſt. de uerbis Domini, ſermo. 13.

Diuitiæ corporales paupertate plenæ ſunt, & ſemper obnoxiæ caſibus. Quales enim diuitiæ ſunt, propter quas latronẽ times, propter quas times ſeruum tuum, ne te occiſo auferat & fugiat. Si ueræ diuitiæ eſſent, ſecuritatem tibi præſtarent. Illæ ergo ueræ diuitiæ ſunt, quas cũ habemus perdere non poſſumus,

Ibidem.

Seculum eſt quaſi mare, unicuiq; autem ſua cupiditas eſt tempeſtas. Amas deum? ambulas ſupra mare. Sub pedibus tuis eſt ſeculi timor. Amas ſeculũ? abſorbet te. Amatores ſuos uocare nouit, non portare. Sed cum fluctuat cor tuum cupiditate, inuoca Chriſti diuinitatẽ, ut uincas tuam cupiditatem.

Auguſt ſupra. Ioannem ſermo 7.

Lætitia ſeculi eſt uanitas, cum magna expectatione ſperat ut ueniat, & nõ poteſt teneri, cũ uenerit. *Auguſt. ſup. Ioannem in ſermo 7.*

Tota uita, iſta intelligentibus tribulatio eſt. Sunt enim hic duo tortores animæ non ſimul torquentes, ſed cruciatus alternantes, ſcilicet timor & dolor. Quãdo tibi bene eſt, times: quando tibi male eſt, doles. Seculi huius quẽ non deſpicit proſperitas? non frangit aduerſitas?

Hiero. ad Cteſiphon. de libe. arbi. epiſt. 29:

Quæ enim eſt uita noſtra? Aura eſt enim fluens uapor paululum apparens.

Hieron. lib. 2. contra Pelagianos, epiſt. 28.

Ne glorieris in craſtinum. Neſcis enim quid adueniens pariat dies. Vnde ſcriptũ eſt: Ne beatum dixeris quempiam ante mortem. Quãdiu enim uiuimus, in certamine ſumus, & q̃ diu in certamine, nulla ẽ certa uictoria, q̃ etiã apoſtolo fortiſſime p̃lianti in futuro ſeculo reſeruat.

Hieronymus ad Heliodorum.

Multi capti uanitatis uia, capti ſeculi uoluptatibus de medio itinere reuertuntur. Facilius ſeculum quàm uoluptas cõtemnitur. Multi diuitias relinquentes, uitia relinquũt. Chriſtum ſequi cupiens, ſi habes in poteſtate rem tuã, uende. Si uero non habes, à magno onere liberatus es. Totum enim dedit, qui ſeipſum obtulit. Facile contẽnit mundũ qui ſe cogitat moriturũ.

Gregorius lib. 3. Moralium.

Omnes huius ſeculi dilectores in terrenis rebus fortes ſunt, in cœleſtibus debiles. Nam pro temporali gloria uſq; ad mortẽ deſudare appetũt, & pro ſpe perpetua, nec parũ in labore ſubſiſtunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerãt, pro cœleſtij mercede uel tenuiſſimi uerbi cõtumelias ferre recuſant. Terreno iudici etiã tota die aſſiſtere parati ſunt: In oratiõe uero coram dño, uel unius horæ momento laſſantur. Sæpe nuditatẽ, delectionẽ, famẽ, & alia pro acquirendis diuitijs tolerant, & earũ rerũ ſemper abſtinentia cruciant, ad quas adipiſcẽdas feſtinant. Superna aũt laborioſe quærere tanto magis diſſimulãt quanto magis ea retribui putãt.

Gregorius lib. 13. Moralium.

Iuſtus tanto altius temporalia deſpicit, quanto his abunde etiam malos credit. Quam etiã deſpicienda cõſiderat, quę deus etiam peruerſis præſtat. Si enim ueraciter magna eſſent, nequaquã hęc cõditor aduerſarijs ſuis tribueret. Vnde & indignum ſibi eſſe perpendit, ut illa bona appetat, quæ abundare cõſpicit & malos. Sed ad percipienda cœleſtia mentẽ ſuam dirigit, q̃ ſibi cum reprobis cõmunia eſſe non poſſunt.

Gregorius 25. Moralium.

Quod enim ſumus hodie, nouimus: Quid autem poſt paululum eſſe poſſumus, neſcimus. Hi uero quos fortaſſe deſpicimus & tarde poſſunt incipere, & tamen uitam noſtram feruentioribus ſtudijs anteire. Timendũ itaq; eſt, ne etiam nobis cadentibus ſurgat, qui nobis ſtantibus irridetur. Quamuis ſtare iam non nouit, qui non ſtantem nouit irridere.

Gregorius in Regiſtro ſuper illud: Suſtollam te ſup altitudines terræ.

Super altitudines terræ ſuſtollitur, qui etiam ipſa quæ glorioſa præſentis uidentur ſeculi per mentis deſpectum calcat.

Gregorius in Regiſtro.

Humanierrores & gratiæ fumo ſunt ſimiles, qui leui aura raptus euaneſcit. Hoc certiſſime ſcio, q̃ placere deo & prauis hominibus nemo poteſt. In tanto igitur ſe exiſtimet deo placere, quãto ſe peruerſis hoibus diſplicuiſſe cognouerit. *Gregorius in Homilia.*

Si cõſideramus fratres chariſſimi, q̃ & quãta ſint, quæ nobis promittuntur in cœlis, uileſcẽt animo omnia quæ habentur in terris. Terrena nanq; ſubſtantia ſupernæ fœlicitati comparata pondus eſt, nõ ſubſidium: temporalis uita æternæ uitæ cõparata, mors eſt potius dicenda quã uita. Ipſe enim quotidianus defectus corruptionis, quid eſt aliud q̃ quædã prolixitas mortis.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper epiſtola ad Hæbreos, ſermone 25.

Contemne diuitias, & eris locuples: contẽne gloriam, & eris glorioſus: contemne ſupplicia inimicorum, & tunc eos ſuperabis: contẽne remiſſionem & quietem, & tunc eam recipies.

Iſidorus Soliloquiorum lib. 1.

Vita iſta lachrymis plena eſt: uita iſta à fletib9 inchoat. Flẽtes proijcimur in hanc miſerã uitã.

Bernardus libro Meditatio.

Dic mihi ubi ſunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiſcũ fuerunt? Nihil ex eis remanſit niſi cineres & uermes. Attẽde diligẽter quid ſunt & fuerũt, hoĩes fuerũt, ſicut tu. Comederunt & biberunt, riſerunt: duxerũt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcenderũt. Hic caro eorũ uermib9, illic aĩa eorũ ignibus deputat, donec rurſ9 infœlici collegio colligati ſempiternis ignibus inuolant. Qui ſocij fuerũt in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in uitijs, ſocij erũt in pœnis: una namq; pœna illos implicat, quos unus amor in crimine ligat.

Boet. de Conſolat. libro 2. metro. 3.

Rara ſi conſtat ſua forma mundo,
Si tantas uariat uices.
Crede fortunis hominum caducis
Bonis crede fugacibus.
Conſtat, æterna poſitumq; lege eſt,
Vt conſtet genitum nihil.

Boet de Conſolat. libro 3. proſa 9.

Atqui uideo nec opibus ſufficiẽtiam, nec regnis potẽtiam, nec dignitatibus reuerentiã, nec celebritati gloriam, nec uoluptatibus lætitiam poſſe contingere.

Lactan. Firmian. diuinarum inſtitut. libro 1.

Quis tam ſtultus, tamq; ineptus eſt, ut corporis uires diuinum, uel etiam humanum bonum iudicet? cum ſint & maiores pecudibus attributæ, ut uno morbo ſæpe frangantur, uel ipſa ſenectute minuantur & corruant.

Ibidem libro 7.

Nihil eſt humanis rebus laboratũ, quod nõ ab humanis eque uiribus deſtrui poſſit. Quoniam mortalia ſunt opera mortalium.

Ibidem.

Quæcunq; hic expetunt, nõ tãtum negligat, ſed effugiat quiſq;, potiorem q; animã ſuam iudicet, q; bona iſta fallacia, quorum incerta & caduca poſſeſſio eſt. Migrant em̃ quotidie & multo uelocius exeunt, q; intrauerant. Et tamen ſi nobis uſq; ad ultimum liceat iſtis frui, alijs certe relinquenda ſunt. Nihil nobiſcum ferre poſſumus, niſi uitam bene atq; innocenter actam.

Ibidem.

Quiſqs em̃ corruptelas terræ uirtute calcauerit, hũc arbiter ille ſummus & uerax ad uitam, lucem q; ppetuam ſuſcitabit. Nemo diuitijs, nemo faſcibus, nemo regia poteſtate confiſus ſit. Immortalẽ iſta nõ faciunt. Nã quicunq; rationem hominis abiecerit, ac præſentia ſecut⁹ in humũ ſeipſe proſtrauerit, deſertor dñi & impe/ratoris & patris ſui punietur. Intẽdamus igitur iuſtitiæ, quæ nos inſeparabilis comes, ad deum ſola perducet. Et dũ ſpiritus hos reget artus, in fatigabili militia deo militemus, ſtationes, uigilias q; celebremus. Congrediamur cum hoſte quem nouimus, fortiter, ut victores: ac deuicto aduerſario triumphantes præmium uirtutis, quod ipſe promiſit, à deo conſequamur.

Lactan. Firmian. de ira Dei, libro 9.

Proinde uniuerſos oportet, qui ſapiẽtes, qui homines merito dici uolũt, fragilia contẽnere, terrena calcare, humilia deſpicere, ut poſſint cũ deo beatiſſima neceſſitudine copulari.

Baſil. in libro de modo legendi gentilium libros.

Nos quidẽ o fili hanc humanã uitam nihil oĩno eſſe arbitramur, nec bonũ quicq; exiſtimandum, neq; appellandũ quod utilitatẽ nobis huc uſq; ſuppeditet. Non itaq; dignitatem, non amplitudinem maiorũ, nec corporis uires, nõ formam, nõ ipſum imperiũ, non magnitudinem, non à cunctis hominibus habitos honores, nõ quicquid dici poteſt in hac uita excellens. Sed longius noſtræ proceduntſpes, & ad alterius uitæ præparationem cuncta molimur.

Ibidem.

Quæſo mihi qualis perfect⁹ eſt in pulchritudine carnis ſuæ. Nõne ſicut æſtatis fœnũ percuſſum areſcit, & paulatim priſtinum decorẽ amittit, ſuccedente em̃ ſenectute corporis omnis decor priſtinus floridæ iuuentutis deperit, & qui ante etiam mortem carnis exardeſcebat, poſtea in odium eius conuertitur. Et quando mors uenerit, quãtam remanebit recognoſces. Quia uanum eſt, quod ante inaniter diligebas. Cum enim uideris totum corpus intumeſcere, & in fœtorem eſſe conuerſum, nonne claudes nares tuas, non ſuſtinens fœtorem fœtidiſſimum?

Seneca ad Lucilium epiſtola 60.

Iſta q̃ ſic petis tanq; datura lætitiam ac uoluptatẽ, cauſæ dolorum ſunt. Omnes inq; illi tendunt ad gaudium. Sed unde ſtabile magnum q; conſequantur, ignorant. Ille ex conuiuijs & luxuria. Ille ex ambitione circunfuſa clientũ turba. Ille ex amica, alius ex ſtudiorũ liberalium uana oſtentatione, & nihil ſanantibus literis. Omnes iſtos oblectamẽta fallacia & breuia decipiunt. Sicut ebrietas quæ unius horæ hilarem inſaniam longi temporis tædio penſat.

Ibidem epiſtola 63.

Breuiſſima ad diuitias per contemptum diuitiarum uia eſt. *Ibidem epiſtola 75.*

Non enim beatũ eſt, niſi quod increpidũ. Inter ſuſpecta male uiuit. Quiſq; ſe multũ fortunis dedit, ingentẽ ſibi materiam perturbationis & inexplicabilem fecit. Vna hæc uia eſt ad tuta uadenti, & externa deſpicere & honeſto contẽtum eſſe. *Ibidem epiſtola 82.*

Abſtrahunt à recto diuitiæ, honores, potentia, & cætera quæ opinione noſtra chara ſunt, præcio ſuo uilia. *Ibidem epiſtola 83.*

Inſuperabili loco ſtat animus, qui externa deſeruit: inexpugnabilis eſt, quem multis machinis laceſſitum fortuna non tranſit. Nunq; maior eſt, q; ubi aliena diſpoſuit, & fecit ſibi pacẽ, nil timendo diuitias, nil concupiſcendo.

Ibidem epiſtola 85.

Facile contemnit omnia, qui ad contẽptum ſui uenit. Vis ergo habere omnia? contemne omnia. *Ibidem epiſtola 87.*

Quid ad rem pertinent mulæ ſaginatæ, unius omnes coloris? Quid iſta uehicula cælata?

Infrenati oſtro alipedes pictiſq; tapetis,
Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent,
Tecti auro, fuluum mandunt ſub dentibus aurum.

Iſta nec dominum meliorem facere poſſunt, nec malum. *Seneca epiſtola 89.*

Quid proſunt multa cubicula.

Idem epiſtola 90.

Mihi crede fœlix illud ſeculum ante architectos fuit. Iſta nata ſunt, nam naſcente luxuria in quadratũ tigna decidere, & ſerra per deſignata

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

currente certa manu trabē ſcindere. Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum.

Seneca ad Lucilium epiſtola 91.

Quicquid lōga ſeries multis laboribus, multa deinde diligentia ſtruxit, id unus dies ſpargit & diſſipat. *Ibidem.*

Caſura omnia exeant. *Ibidem.*

Quid regere inquis? ſecundum opus eſt? Nā nemo illā bene rexit, niſi qui non cōtempſerat.

Idem epiſtola 120.

Maximum inq; mi Lucili argumentum eſt animi abaltiori uenientis ſede, ſi hæc in quibus uerſatur humilia iudicat & anguſta, ſi exire nō metuit. Scit enim quo exiturus eſt, qui unde uenerit, meminit. *Idem epiſtola 124.*

Quid excolis formam? cum omnia feceris, à multis animalibus decore uinceris. Quid capillum ingenti diligentia comis? Cum illū uel effuderis more Parthorū, uel Germanorum more uinxeris, uel ut Scythæ ſolent ſparſeris, in q̄ libet equo denſior iactabitur iuba, horrebit in leonū ceruice formoſior. Cum te ad uelocitatē paraueris, par lepuſculo nō eris. Vis tu relictis, in quibus uinci te neceſſe eſt, dum in aliena niteris, ad bonū reuerti tuum? Quod hoc eſt? Animus ſcilicet, emūdatus & purus, æmulator dei, ſuper humana ſe extollēs, nihil extra ſe ſui ponens. *Seneca libro 2. de beneficijs.*

Intolerabilis res poſcere nummos & cōtemnere. *Idem libro 3. de beneficijs.*

Fabritius Pyrrhi regis aurum repulit, magnumq; regnū iudicauit regias opes poſſe contemnere. *Ibidem.*

Regnum eſt, nolle regnare, cum poſſis.

Seneca libro de Moribus.

Nondū felix es, ſi nō te turba deriſerit. Si beatus uis eſſe, cogita hoc primum, contēnere, ab aliꝭ contemni. *Seneca in Prouerbijs.*

Sunt multi qui plurimū uerbis non re contemnunt, ſed ipſa quæ ſpernunt clam furantur.

Seneca de remedijs fortuito.

Magnam pecuniam habet? hominem illum iudicas? arca eſt. *Ibidem.*

Multum quis habet? utrū auarus aut prodigus eſt, ſi prodigus, non habebit. Si auarus non habet. Multi illum comitantur? Mel muſcæ ſequuntur, cadauera lupi, frumenta formicæ: iſta turba ſequitur prædam, non hominem.

Seneca in Hercule furente.

Nulla lux unquam mihi ſecura fulſit,
Finis alterius mali gradus eſt futuri.

Seneca in Tantalo, Tragœdia 2.

Nulla ſors longa eſt. Dolor & uoluptas
Inuicem cedunt. Breuior uoluptas.

Ibidem.

Ima permutat breuis hora ſummis.

Ariſtotelis epiſtola ad Alexandrum.

Magni res eſt animi contemnere magna.

Ariſtoteles libro 4. Phyſicorum.

Omnia quæ ſunt ſub cœlo tabeſiunt, ſeneſcunt, & ſordeſcunt ſub tempore.

Commentator ſuper 2. poetriæ.

Res nullæ ſtabiles ſunt, quæ cum fluxu huius temporis confluxibiles ſunt.

Laert. Diog. de uita & moribus philoſopho.

Neminem q̄ diu uiuit, dicas eſſe felicem, eo quod uſq; ad ultimum uitædiem poſſit fortuna mutari.

Plutarchus in Apophthegmate.

Et cum in bono agro Philippus foret caſiea poſiturus, audiretq; illic pabulum iumentis nō eſſe. Cuiuſmodi inquit noſtra eſt uita, ſi ad aſinorum commodum nobis uiuendum eſt.

Cicero libro 1. Officiorum.

Nihil enim eſt tam anguſti, tamq; parſimi q̄ amare diuitias. Nihil honeſtius magnificentiusq; q̄ pecunias contemnere.

Cicero Tuſcul. Quæſt. libro 4.

Quid em̄ uidetur ei magnū in reb⁹ humanis, cui æternitas omnis totiusq; mūdi nota ſit magnitudo. Nā quid aut in ſtudijs humanis, aut in tā exigua uitę breuitate magnū ſapienti uideri poteſt? Qui ſemp aīo ſic excubat, ut ei nihil improuiſum accidere poſſit, nihil inopinatū, nihil aīo nouū, atq; idem ita acrem in oēm partem aciem intendit, ut ſemper uideat ſedem ſibi, ac locū ſine moleſtia atq; angore uiuendi, ut quēcunq; caſum fortuna inuexerit, hūc apte & quiete ferat. Quod qui faciet non ægritudine ſolū uacabit, ſed etiam perturbationibus reliquis omnibus. *Cicero ibidem lib. ultimo.*

Non ſunt igit ea bona dicenda nec habenda, quibus abundantē licet eſſe miſerrimū. An dubitas quin p̄ſtans ualetudine, uiribus, forma, acerrimis integerrimisq; ſenſibus. Adde etiā ſi libet pernicitatē & uelocitatē. Da diuitias, honores, imperia, opes, gloriā. Si fueris is q̄ hæc habet iniuſtus, intēperans, timid⁹, hebeti ingenio, atq; nullo. Dubitabis ne, eū miſerū dicere. q̄lia igit iſta bona ſunt, quæ qui habeat miſerrimus eſſe poſſit? *Cicero in Paradoxis.*

Nunq; hercule ego neq; pecunias, neq; facta magnifica, neq; opes, neq; imperia, neq; uoluptates in bonis rebus expetendis eſſe duxi.

Cicero lib. de creatione cœli & mundi.

Oīs em̄ coaugmētatio corporis, uel caloris uel frigoris, uel aliqua impulſione uehemēti labefactatur & frangitur, & ad morbos ſenectus temq; compellit. *Valer. Max. libro 5.*

Vbi ſunt ſuperbæ Carthaginis alta mœnia? ubi maritima gloria inclyti portus? ubi cunctis litoribus terribilis claſſis? ubi tot exercit⁹? ubi tātus equitatus? ubi immēſo Africæ ſpatio non contenti ſpiritus? Omnia iſta duobus Scipionibus fortuna partita eſt.

Q. Curtius de geſtis Alexandri lib. 7.

Quid tu ignoras arbores magnas diu creſcere, una hora extirpari? *Ibidem.*

Nihil tam firmum eſt, cui periculum nō ſit, & ab inualitudine.

Paulus Oroſius de Ormeſta libro 2.

Quicqd em̄ eſt ope & manu factū, labi & cōſumi ue

mi uetuſtate capta cõfirmatur, cuius ut primũ imperium, ac potentiſſimum extitit, ita & primum ceſſit, ut ueluti quodam iure ſuccedentis ætatis debita poſteris traderetur hæreditas, ipſis quoq; eandem tradendi formulã ſeruaturis.

Plautus in Amphytrione.

Ita diis eſt placitum, uoluptati ut mœror comes conſequatur. Plautus in Ceſtellaria.

Nil eſt perpetuum datum.

Plautus in Moſtell.

Vnum hoc ſcito, nimio celerius uenire, quod moleſte q̃ illud quod cupide petas. Ibidem.

Inſperata accidunt magis ſæpe, nam quæ ſperes.

Plautus in Mercatore.

Dic mihi an boni quid uſquam eſt, quo quis uti poteſt ſine malo omni. Aut ne laborem capias, cũ illo uti uoles?

Virgilius in Bucolicis Egloga 2.

O formoſe puer nimium ne crede colori,
Alba liguſtra cadunt uaccinia nigra leguntur.

Vergilius Georg. libro 3.

Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui
Prima fugit, ſubeunt morbi triſtisq; ſenectus,
Et labor & duræ rapit inclementia mortis.

Horatius Carm. libro 4 Ode 7.

Quo pius Aeneas? quo diues Tullus & ancus?
Puluis & umbra ſumus.
Quis ſcit an adijciant hodiernæ craſtina uitæ
Tempora dij ſuperi? Ibidem.
Cum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos
Fecerit arbitria.
Non Torquate genus, non te facundia, non te
Reſtituet pietas.

Horatius ſermo libro 1. Satyra 9.

- Nil ſine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Horatius epiſt. 2. epiſtola 2.

Singuli de nobis anni prædantur euntes.
Eripuere iocos, Venerem, conuiuia, ludum.

Iuuenalis ſatyra 9.

- Feſtinat enim decurrere uelox
Floſculus, anguſtæ miſereq; breuiſſima uitæ
Portio, dum bibimus, dum ſerta, unguenta, puellas,
Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus.

Dantes purga. cant. cap. 10.

O ſuperbi Chriſtian miſeri, laſſi,
Che de la uiſta de la mente infermi
Fidanza haueti ne ritroſi paſſi,
Non ua corgeti uoi che noi ſiam uermi
Nati a formare langelica forſalla
Che uola a la iuſtitia ſenza ſchermi. ideſt
O ſuperbi Chriſtiani miſeri & pigri,
Qui uiſione mentis ægroti,
Fiduciam ponitis in uitioſis paſſibus,
Non aduertitis uos, quod ſumus uermes,
Nati ad formandum angelicam naturam
Quæ uolat ad iuſtitiam abſq; defenſione.

Dantes purgatorij cant. cap. 11.

Non e il mundan romor altro chum fiato
Di uento chor uien quinci, & or uien quindi
E muta nome perche mutolalo. id eſt,
Non eſt mundanus rumor niſi flatus quidam
Venti, qui flat modo hinc, modo inde,
Et mutat nomen, quoniam mutat regionem & latus.

Dantes purgatorij cant. cap. 12.

Hor ſuperbite e uia col uiſo altero
Figlioli deua, e non chinati il uolto
Sicche uegiate il uoſtro mal ſentero. id eſt,
Modo ſuperbitis, & cum uiſu elato
Filij Euæ, & non inclinatis uultum
Vt uideatis ueſtrum malum iter.

Franciſcus Petrarcha ſoneto 271.

Hor cognoſco io che mia fera uentura
Vol che uiuendo & lachryma impari
Come nulla quha giu dilecta & diura. id eſt,
Nunc cognoſco quod mea immitis fortuna
Vult ut uiuendo & lachrymando diſcam,
Vti nulla res hic delectat ſimul & durat.

Franciſcus Petrarcha ſoneto 279.

Miſero mundo inſtabile e proteruo
Dil tutto e cieco, chiu te pon ſua ſpeme. id eſt,
Miſer mundus inſtabilis, & proterue,
Omnino cæcus eſt, qui in te ponit ſuam ſpem.

Franciſcus Petrarcha ſoneto 304.

Iuo piangendo i mei paſſati tempi
I quai poſi in amar coſe mortale,
Senza leuar me a uolo habiando lale
Per dare forſo di me non baſſi exempi. id eſt,
Incedo plorans mea elapſa tempora,
Quæ poſui in amando res caducas,
Nequaq̃ me uolatu tollens, cum habuerim alas ad hoc
Dans forſitan mei non leuia exempla.

Franciſcus Petrarcha cant. 37. ſtantia 5.

Ogne coſa al fin uola. id eſt,
Quicquid eſt, ad finem euolat.

Franciſcus Petrarcha cant. 37. ſtantia 6.

Ahi nulla altro che pianto al mundo dura. id eſt,
Heu nil aliud q̃ gemitus in mundo permanet.

Franciſcus Petrarcha cant. 46.

Quanto era menlo alzar da terra lalle
Et le coſe mortali,
Et quæſte dolce tue fallace ciance,
Librar cum iuſta lanze. id eſt,
Quanto erat melius tollere e terra alas,
Et res ipſas mortales,
Et hos dulces tuos ac fallaces iocos,
Librare cum iuſta bilance.

Idem cant. 47. ſtantia 2.

O poco mel, e molto aloe cum felle,
In quanto amaro ha la mia uita aueza
Cum ſua falſa dolceza. id eſt,
O parum mellis, & plurimum cum felle aloës,
In quanta amaritudine uitam meam aſſuefeciſti, i
Cum ſua falſa dulcedine.

Fran. Petrar. triumpho temporis cap. 1.

Et pareami terribil uan tade
Fermare in coſe el cor chel tempo preme. id eſt,
Et uidebatur mihi horrenda uanitas
Firmare ſpem in rebus, quibus tempus dominatur.

Fran. Petrar. triumpho temporis, cap. 1.

Et quanto paſſo al ſine mapparechio
Penſando il breue uiuer mio, nel quale
Sta mane era un fanciullo, & horſon uechio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Che piu cha un giorno e la uita mortale?
Nubila breue, fredda & pien di noia
Che po bella parere, ma nulla uale.
Quhi lhumana speranza, & quhi la gioia,
Quhi miseri mcrtali alzan la testa
Et nussun sa quanto si uiua o moia.
Vegio hor la fuga del mio uiuer præsta
Anzi di tutti, & nel fugir del Sole
La ruina del mundo manifesta.
Hor ui reconfortate in uostro sole
Giouani, & mesurati il tempo, largo
Ma piaga antiueduta assai men dole,
Forso chendarnomie parole spargo.
Ma io annuntio che uoi seti offesi
Dum grauo & mortifero letargo.
Che uolan lhore, igrioni glanni e mesi
Insiome con breuissimo interuallo.
Tutti hauemo a cerchare altri paesi.
Non fati contra uero al cor un callo
Come sete usi. Anci uolgete gliochi
Mentre emendar potete il uostro fallo.
Non aspectate che la morte scohi,
Come fa la piu parte. Che per certo
Infinita e la schiera de li siochi. *id est,*
Et quantum possum ad finem meipsum præparo,
Cogitans breuem uitam meam, in qua
Hoc mane puer eram, & nunc sum senex.
Quid nisi dies unus est uita hæc mortalis?
Nubilus, breuis, frigidus, & plenus tædio?
Quæ potest palchra uideri, si d nihil ualet.
Hic humana spes, & hic lætitia,
Hic miseri mortales superbiunt,
Et nemo scit quamdiu uiuat, uel moriatur.
Video iam uitæ meæ fugam celerem.
Imo cunctorum hominum, & in cursu solis
Ruina mundi huius manifestatur.
Iam reconfortamini in uestris uitijs
Iuuenes, & mensurate largum tempu,
Verum, uulnus præuisum antea minus lædit.
Fortassis frustra mea uerba profundo,
Sed uobis nuncio, uos læsos esse,
A quodam graui & mortali letargo.
En uolant horæ, dies, anni & menses.
Vna breuissimo spacio
Omnes quæsituri sumus diuersam patriam.
Nolite contra uerum cor durum facere,
Vti consueuistis, sed uertite oculos
Quousq; uester error corrigi potest.
Nolite spectare, ut mors in uos sagittas dirigat.
Sicut facit maior pars, nam reuera
nfinita ast acies imprudentium.

Francis. Petrar. triumpho temporis ca. 1.

Vn dubio uerno instabile & sereno
E uostra fama, & pocha nebia il rumpe.
El gran tempo ai gran nomi e gran ueneno.
Passum uostri triumphi, & uostri pompe,
Passan le signorie, passan li regni
Ogna cosa mortal tempo interrumpe.

Ibidem.

Quanti felici son gia morti in fasse?
Quanti miseri in ultima uechieza?
Alcun dice, Beato e chi non nasce. *id est,*
Dubia quædam hyems, instabilis, ac serena
Est uestra fama, & parua nebula inuertit.
Ingens tempus ut ingens nomen habet, sic & uenenum
Transeunt uestri triumphi, & uestræ pompæ, Cingẽs.
Transeunt & dominia, & regna simul.
Quicquid mortale est, corrumpit tempus.
Quot felices in fascijs uitam finiunt?
Quot miseri in ultima senecta?
Quispiam asserit fœlicem esse, qui non nascitur.

Contentio græce ἔρις.ιδος.ἡ. & ἐρίζω contendo dicitur. Est aũt contentio proprie impugnatio ueritatis cũ confidentia clamoris, secundũ Amb. Large autem est etiam sine impugnatione ueritatis, de qua dicitur 46. dist. in principio. Nihil est impudẽtius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem autoritatẽ putant. Contentio in uerbis. Rixa est in factis, de qua differentia uide infra in rixa.

A contentione quæ certatio est, uenit contẽtiosus plenus rixæ. Contentio & intentio uehementiam quandam significant, ab arcu tracta similitudine uel cythara. Nam quanto illius nerui uehementius intenduntur, tanto uehementiorem sonum efficiunt. Hesiodus.

ἄφρονδ' ὃς ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν,
νίκης τε στέρεται, πρὸς τ' ἄχεσιν καὶ λώβεα πάσχει. id est,
Stultus qui uult aduersus potentiores contendere
Victoria; priuatur, ultrag; dedecus dolores patitur.

Contiguitas græce συνάφεια.ας.ἡ. & συναφὴς.ἐος.ὁ. cõtiguus dicitur. Est autem contiguum cuius extrema se contingunt. Differt autem à continuo, quod continuum est sine medio. Contiguum uero cum medio.

Continentia græce ἐγκράτεια.ας.ἡ. & ἐγκρατέω contineo, & ἐγκρατὴς.ἐος.ὁ. continens dicitur. Et est continẽtia appetitus oĩm rerum malarũ refrenatio, secundum Hiero. in epi. ad Damasum Papam.

Continentia est per quam cupiditas consilij gubernatione regitur, secundum Ciceronem in Rhetor. & est pars temperantiæ.

Continentia est habitus inuictus à delectatione, secundum Andro.

Continentia & cohibitio gulæ, luxuriæ, cupiditatis, auaritiæ, ambitionis q; & superbiæ.

Continẽtia proprie est tm̃ circa concupiscentias tactus, secundũ b. Tho. secũda secun. q. 143.

Continentia dicit à contineo, q̃d est quasi in uitũ & repugnantẽ teneo. Cuius cõtrarium est incontinentia, sicut temperantiæ intẽperantia.

Continens ita differt à tẽperante, q; cõtinens prauas quidẽ cupiditates habere potest, à q̃bus tm̃ uinci non finit. Temperans uero huiusmodi cupiditates habere nõ potest, quia in eo habit? quidã est refrenãs illas, qui in cõtinente nõ est.

Continẽs ab obstinato sic differt, q; obstinatus est ille qui persistit in ratione peruersa, abstinens à bonis. Continens uero q; prie est, qui persistit in ratione recta, à prauis concupiscẽtijs abstinens, b. Tho. secunda secundæ q. 155. art. 1.

Chylon.

ἐγκράτεια ἄσκει. id est, Continentiam exerce.

De

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

De hac materia uide ſupra in abſtinentia, & infra in temperantia.

Continuus græce συνέχεια & συνεχὲς continuus dicitur. Eſt autem continuum, quod eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia, ſecundum Ariſtote. lib. primo de cœlo & mundo.

Continuum eſt, quod eſt in infinitum diuiſibile, ſecundum Ariſtotelem lib. 3 Phyſicorũ.

Continuũ eſt cuius partes copulant ad aliquẽ terminum cõmunem. Ariſtot. lib. Prædicamen.

Continuum eſt, cuius eſt unus modus ſecundum ſe, & non eſt poſſibile aliter.

Continuũ dupliciter diffinitur, formaliter à logico p unitatẽ termini ad quẽ partes copulãtur; & materialiter à Phyſico, per diuiſibilitatẽ in infinitũ. b. Tho. ſuper epiſto. Pauli ad Phil. 3.

Contractus græce συνάλλαγμα ατος τὸ & συναλίσω contraho dicitur. Eſt autẽ contractus ultro citroq; obligatio, ex uoluntate, & pacto ſurgens partium, ſecundum Glo. Ray. in titu. de negotijs ſecularibus, quaſi in principio. Contrahere, eſt colligere. Virgi. Contrahimuſque uiros.

Contrahere, agere, & gerere, ita diuidit Vlpianus, ut actum generale uocabulũ ſit: ſiue uerbis quid agatur ut in ſtipulatiõe: ſiue re, ut in numeratione. Contractum uero ultro citroq; obligatio ueluti emptio, uenditio, locatio, conductio, ſocietas. Geſtum ſit res facta. Alij ſic diuidunt acta à geſtis, q; geſta ſint in adminiſtratiõe magiſtratus, aut in bello, & in maioribus rebus, ut geſta Cæſaris, geſta Alexãdri. Acta uero ſint priuatarum perſonarum, & rerum domeſticarũ.

Contradictio græce ἀντιλογία ατος ἡ & ἀντιλέγω contradico dicitur. Eſt autem contradictio oppoſitio, cuius non eſt medium, ſecundum Ariſtotelem libro pri. Poſteriorum.

Contradictio ſeptem cõditiones requirit, ſcilicet idem ſubiectum, idem prædicatum, non ſequiuoce, ad idem, ſimiliter, tunc & ibi, ex b. Thoma ſuper libro περὶ ἑρμηνείας lect. nona.

Contrarietas græce ἐναντίκμα ατος τὸ uel ἐναντίωσις ἡ & ἐναντίος ου ὁ contrarius dicitur. Sunt autem contraria, quæ in eodem genere multum a ſe inuicem diſtant ſecundum Ariſtotelem libro prædicamentorum.

CONtritio græce σύντριμμα ατος τὸ & συντρίβω contero dicitur. Eſt autem dolor uoluntarie aſſumptus pro peccatis, cũ propoſito confitendi, & ſatis faciendi, ſecundũ S. Bon. in 4. Sent. diſt. 16 q. pri. art. 1. primæ partis.

Contritio rei materialis eſt alicuius duri & integri comminutio, ex hea. Tho. 4. Senten. diſt. 17. q. ſecunda articulo pri.

Contritio ſpiritualis, eſt dolor pro peccatis aſſumptus, cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi *Ibidem.*

Contritio eſt dolor cordis, & animæ amaritudo pro peccatis, quæ quis commiſit. Quid autem ab attritione differat, vide ſupra in Attritio. *Dauid Pſalm. 50.*

Cor contritũ & humiliatũ deus nõ deſpicies. *Dauid Pſalm. 125.*

Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. *Auguſt. li. de pœn.*

Recte pœnitentem quicquid poſt purificationem contraxit ſordis, oportet ut abluat, ſaltem lachrymis mentis. Sciat ſe culpabiliter durum, qui deflet mortem amici, uel damna rei temporalis, & dolorem peccati non oſtendit in lachrymis. Non eſt ergo ut quia ſe excuſet, ſe non habere fontem lachrymarum, q; lachrymis oſtendit dolorem temporalium. *Ibidem.*

Ad pœnitentiam agendam non ſufficit moresim mutare in melius, & a factis malis recedere, niſi etiam de his quæ facta ſunt, ſatisfaciat p pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitũ, per contriti cordis ſacrificium cooperantibus eleemoſynis. *Ibidem.*

Sicut pœnitentiæ comes dolor eſt, ita lachrymæ teſtes ſunt doloris. *Ibidem.*

O humilis lachryma, tuum eſt regnum. Tua eſt potentia, Aſpectum iudicis non uereris. Inimicis accuſantibus ſilentium imponis. Sola intras ad regem, ſed ſola non recedis, uincis inuincibilem, & ligas omnipotentem. *Aug. de ciui. dei li. 20.*

Quãto eſt quilibet ſanctior, & deſiderij ſancti plenior, tanto ẽ in orando fletus uberior. *Auguſt. libro de pœnitentia, & habetur de pœni. diſtin. 2. Charitas.*

Sine charitate quomodo quis ueram cordis contrionem habere poterit? quomodo ergo delictorum remiſſionem? *Hier. & hab. de pœn. diſt. 1. Menſuram.*

Apud deum non tam ualet menſura temporis, quam doloris. *Amb. ſup Lucam, & hab. ibidem. Petrus.*

Petrus doluit & fleuit, qui errauit ut homo. Non inuenio quid dixit. Scio q; fleuit, lachrymas eius lego, ſatisfactionem non lego. Sed q; defendi non poteſt, abluí poteſt, lachrymæ ueniam non poſtulant, ſed merentur. *Gregorius li. 8. Moralium.*

Alia eſt compunctio ſiue contritio, quæ per amorem naſcitur. Alia quæ per timorem. Quia aliud eſt ſupplicia fugere, aliud præmia deſiderare. *Ibidem.*

Sæpe quod torpentes latuit, flentibus innoteſcit, & afflicta mẽs certius inuenit malum quod fecerat & reatum ſuum, cuis ſecura non meminit, hunc in ſe commota deprehendit. *Greg. li. 17 Moralium.*

Quo uberius culpa fletur, eo altior cognitio ueritatis attingitur. Quia ad uidendũ internum lumen, polluta dudum conſcientia lachrymis baptizata renouatur. *Gregorius li. 21. Moralium.*

Qui neſcit lugere q; grauat, non ualet proferre quod ſubleuat. Vis cõpunctionis poros cordis aperit, & pennas uirtutum fundit. Cumquè

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſe ſtudioſe mens de pigra uetuſtate redarguit, alacri nouitate iuueneſcit.

Gregorius libro 3. Dialogor.

Compunctionis duo ſunt genera, quibus anima deum ſitiens prius timore compũgitur, poſt amore. Prius enim in lamentis ſe afficit. Quia dum malorum ſuorum recolit, pro his perpeti ſupplicia æterna pertimeſcit. At uero cum longa moris amaritudine fuerit formido conſumpta quædam, iam de præſumptione ueniæ ſecuritas naſcitur, & in amore cœleſtiũ gaudiorum animus inflammatur. Et qui prius flebat, ne duceretur ad ſupplicium, poſtea flere incipit, quia differtur à regno.

Gregorius libro 23. Morali.

Quatuor ſunt qualitates, quibus iuſti uiri anima in compunctione uehementer afficitur. Cũ aut malorum ſuorum reminiſcitur, conſiderãs ubi fuit: aut iudiciorum dei ſententiã metuens, & ſecum quærens conſiderat, ubi erit. Aut cũ mala uitæ præſentis attendens ſolerter mœrẽs cõſiderat ubi eſt: aut cum bona ſupernæ patriæ contemplatur, quæ quia necdum adipiſcitur, lugens conſpicit ubi non eſt.

Bernardus de noua militia.

Quiſquis ergo uerbum confeſſionis in ore habet, & in corde nõ habet, aut doloſus eſt aut uanus. Qui uero in corde, & non in ore, aut ſuperbus eſt aut timidus. *Bern. ſup Cant.*

Vnguentũ eſt contritionis, eſt unguentũ deuotionis, eſt unguentũ pietatis. Primũ pungitiuum dolorẽ faciens: ſecũm temperatiuũ dolorẽ leniens, tertium ſanatiuum morbum expellẽs.

Ioan. Chryſ. in libro de compunctione cordis.

Sola compunctio eſt quæ facit animam horreſcere purpuram, deſiderare ciliciũ, amare lachrymas, fugere riſum. *Ibidem.*

Sicut impoſſibile eſt, ut ignis inflammetur in aqua, ita impoſſibile eſt compunctionẽ cordis uigere in delitijs. Contraria enim hæc ſibi ſunt nuicẽ & peremptoria. Illa enim mater fletus, hæc mater eſt riſus. Illa cor cõſtringit, iſta diſſoluit. *Ioan. Chryſ. ſup Matth. hom 23.*

Nõ dolere q̃a peccaueris magis indignari atq̃ iraſci facit deũ, q̃ idipſum q̃ ante peccaueras.

Caſſiodorus ſuper pſalmum 6. Laborauì in gemitu meo,

Gemitus dictus geminatus luctus, quẽ merito fideles appetunt, quoniam diligentes conſolatur, pœnitentes emundat. Diabolum effugat, Chriſto conciliat: amaritudo dulcis, lachrymæ fœlices, ſalutaris afflictio.

Caſſiodorus ſuper illud Pſalm. Ad dominum cum tribularer clamaui.

Dominus neſcit differre, quem compuncto corde ſibi ſenſerit ſupplicare.

Seneca ad Lucil epiſt. octaua.

Argumentum eſt in melius translati animi, quod uitia ſua q̃ adhuc ignorabat, uidet. Quibuſdam ægris gratulatio eſt, cum ipſi ægros ſe eſſe ſenſere. *Seneca ad Lucil. epiſt. 55.*

Magna pars bonitatis eſt uelle fieri bonum.

COnuerſatio græce συναναστροφὴ ἔστι & συναναστροφομαι conuerſor dicitur. Venitq̃ à conuerſor, quod eſt utor & conſuetudinem habeo.

Dauid Pſalm. 17.

Cum ſancto ſanctus eris, & cum uiro innocẽte innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris.

Prouerbiorum 13.

Qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit. Amicus ſtultorum ſimilis efficietur.

Eccleſiaſtici 13.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui cõmunicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam.

Matthæi 13.

Non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua. *Marci 6.*

Non eſt propheta, &c. *Ioannis 4.*

Non eſt propheta &c.

1. ad Corinthios 5.

Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam cõrrumpit.

Auguſt. lib. de doctrina Chriſtiana.

Diuerſis obſeruationibus nulla diſciplina melior graui & prudenti Chriſtiano, niſi ut eo modo ageret, quo agere uiderit eccleſiam, ad quam forte deuenerit addiſcendum, quod opus eſt.

Hieronymus ad Demetria.

Semper in comitatu tuo graues fœminas habeas, mors enim & ſtudia dominarũ plærunq̃ ex ancillarũ & comitantium moribus iudicant. Qualis enim quæq̃ ſit, taliũ conſortio delectat.

Greg. lib. 1. Moral. ſup illud. Vir erat in terra.

Non ualde laudabile eſt, bonum eſſe cũ bonis, ſed bonũ eſſe cum malis. Sicut enim grauioris culpæ eſt inter bonos bonum nõ eſſe. Ita im menſi ẽ p̃coniũ, bonũ etiã inter malos extitiſſe.

Ioan. Chryſ. lib. 3. de ueſtigijs phil.

Philoſophus ſic inter hoſtes uiuendum cenſuit, tanquàm inter amicos: & inter amicos, ac ſi in mediis hoſtibus uiueretur.

Iſidorus lib. 2. Soliloquio.

Sancta conuerſatio confundit inimicum, ædificat proximum, glorificat deum.

Hugo de diſciplina monachorum.

Diſciplina eſt conuerſatio bona & honeſta, cui parum eſt non malũ facere, ſed ſtudet etiã in his quæ bene agit irreprehenſibilis apparere.

Ibidem.

Diſciplina honeſtæ conuerſationis ex quatuor perpendi poteſt: ex geſtu, motu, affatu, & cõuictu. Geſtus autem repræhẽſibilis eſt ſi eſt aut mollis, aut diſſolutus, aut tardus, aut citatus. Mollis ſignificat laſciuiam, diſſolutus negligentiam, tardus pigritiam, citatus ſiue impetuoſus inconſtantiam. *Ibidem.*

Geſtus hominis in omni actu debet eſſe gratioſus, ſine mollitiæ: quietus, ſine diſſolutione: grauis ſine tarditate: alacer ſine inquietudine: matutus ſine proteruia: & ſine turbulentia ſeuerus. *Ibidem.*

Tempe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Temperanda eſt etiam facies & modificanda in geſtu ſuo. Ita ut nec proterue exaſperet, nec molliter diſſoluatur. Sed ſemp habeat rigidam dulcedinem & dulcem rigorem, ſecundum illud Eccleſiaſt. decimo nono; Ex uiſu cognoſcitur uir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus Amictus corporis, & riſus dentiū, & inceſſus hominis enuntiant de illo, ſcilicet qualis ſit, quia per illud quod foris ſiue bene, ſiue male agitur interior animi qualitas intuentium oculis patenter indicatur. *Ibidem.*

In motu corporis cauendum eſt, ne in tardationibus adeo molli greſſu utamur, ut pompatum ferculis ſimiles eſſe uideamur, aut infeſtinationibus nō ſuſcipiam⁹ nimias celeritates: quæ cum fuerint, anhelitus mouentur, uultus mutantur, omnia torquentur, quæ ſigna ſunt incōſtantis animi. *Cyprianus epiſt. 2.*

Quod poteſt redimi, non timetur. Eſſe iam inter nocentes innoxium, crimē eſt. Malos quiſquis non imitatur offendit. Cōſenſere iura peccatis, & cœpit licitum eſſe, quod publicum eſt.

Seneca ad Luci. epiſt. 5.

Id agamus, ut meliorem uitam ſequamur cū uulgus, non ut contrariā. Alioqui quos emendare uolumus fugamus & à nobis auertimus.

Idem ad Luci. epiſt. 6.

Nulla res magis animos induit honeſtos, & in prauū inclinabiles reuocat ad rectum, quam bonorum uirorū conuerſatio. Paulatim enim deſcendit in pectora, & uim præceptorum obtinet frequenter aſpici, frequenter audiri.

Idem epiſt. 7.

Auarior redeo, ambitioſior, luxurioſior, imo crudelior, & inhumanior, qa inter hoīes ſui.

Ibidem.

Nil damnoſius bonis moribus cū in ſpectaculo deſidere. Quia tunc facilius uitia ſurrepunt.

Idem ad Lucilium epiſt. 35.

Si quid in aliquibus, ex ſordida cōuerſatione ſeruile eſt, honeſtorum conuictus excutiet.

Idem epiſt. 82.

Salutare eſt non conuerſari diſſimilibus, & diuerſa cupientibus. Turba & ſi non mutat te, impedit tamen. Multum aūt nocet etiam qui moratur. In uitia alter alterum trudimus. Quomodo autem reuocari poſſint ad ſalutem quos nemo retinet, populus impellit.

Idem epiſt. 97.

Si cum inferiore uiuas, quemadmodum ſuperiorem tecum uiuere uelis.

Seneca de quatuor uirtutibus.

Oēs tibi pares facies, inferiores ſuperbiendo non contēnas. Superiores recte uiuēdo non timeas. In reddēda officioſitate neq; exactor, neque negligēs appareas. Cūctis eſto benignus, nemini blādus. Paucis familiaris, oībus æqu⁹. Seuerior eſto iudicio, cū ſermone, uita quàm uultu; clemētiæ cultor, ſæuitię deteſtator. Famę bonæ, neque tuæ ſeminator, neq; alienæ inuidus rumoribus, criminibus, ſuſpicionibus minime credulus, uel malignus, ſed potius q̄ per ſpeciem ſimplicitatis aliquibus ad nocendum ſurrepſerit optatiſſimus. Ad iram tardus. Ad miſericordiam pronus. In aduerſis firmus. In proſperis cautus, occultator uirtutum, ſicut a'ĵuitiorum, uanæ gloriæ contemptor & honorū, quibus præditus es non acribus exactor. Nullius imprudentiam deſpicias. Rari ſermonis ipſe, loquentium patiens. Seuerus ſeueri, ſed hilares non aſpernans.

Seneca de 4. uirtutibus.

Si tempus locos exigit, hos quoq; cum dignitate ſapientiæ gere, ut te nec grauet quiſquàm tanquàm aſperum, nec contēmnat tanquàm uilem. Non erit tibi ſcurrilis, ſed grata urbanitas. Sales ſui ſine dente ſint: ioci ſine utilitate: riſus ſine cachinnatione: uox ſine clamore: Inceſſus ſine tumultu: quies tibi non deſidia erit. Et cum ab aliis luditur, tu ſancti honeſtiq; aliquid tractabis. *Valerius Maximus libro 7.*

Cum quidam ſtolidus audiente Pythagora diceret. Malle ſe cum mulieribus eſſe, q̄ cum philoſophis conuerſari Et ſues, inquit, in cœno libentius quàm in pura aqua uerſantur.

Q. Curtius de geſtis Alexandri libro ſexto.

Feras beſtias captas & incluſas, quia ipſarum natura non poteſt, longior dies mitigat.

L. Apulcio de deo Socratis.

Conuerſatio enim perpetua cōtemptum parit. Raritas autem admirationem conciliat.

Menander.

σύφοισ' ὁμιλῶν καὶ αὐτὸσ ἐκβήσῃ σοφόσ. id eſt.

Cum ſapientibus conſuetudinem habens, & ipſe eſtu des ſapiens. *Idem.*

ὁμιλιασ' δὲ τὰσ γεραιτέρασ φίλει, id eſt,

Conſuetudines autem ſeniores ama.

Idem.

κακοῖσ' ὁμιλῶν, καὶ αὐτὸσ ἐκβήσῃ κακόσ. id eſt,

Cum malis conſuetudinem habens, & ipſe euades malus. *Idem.*

φθείρουσιν ἤθη χρὴσ' ὁμιλίαι κακαί id eſt,

Corrumpunt mores bonos conſuetudines malæ.

Ouid. epiſt. Canaces ad Machareum.

Scilicet eſt aliquid cum ſæuis uiuere uentis.

Iuuenalis ſatyra 2.

- Dedit hæc contagio labem
Et dabit in plures, ſicut grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit, & prurigine porci.
Vuaq; contacta lituorem ducit ab uua.

Ibidem.

Aſpice quid faciant commercia.

CONuerſio græce στροφὰ ἀλλοσὶ & στρέφω conuerto dicitur. Deducituriq; conuerto, & hinc conuerſor & conuerſatio deſcendunt. Differt autem conuerſio ab auerſione, ut patet ſupra in Auerſio.

Eccleſiaſt. 5.

Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito em̄ ueniet ira illius, & in tempore uindictæ diſperdet te.

Eccleſiaſtici

Eccleſiaſt. 27.

Conuertere ad dñm & relinque peccata tua. Precare ante faciẽ domini, & minue offendicula. Reuertere ad dominum & auertere ab iniuſtitia tua. *Eſa. 30.*

Si reuertamini & quieſcatis ſalui eritis.

Ieremiæ 3.

Vulgo dicitur, ſi dimiſerit uir uxorẽ ſuam & recedens ab eo duxerit uirum alterũ. Nunqd reuertetur ad eam ultra? Nunquid non polluta erit, & contaminata mulier illa? Tu autẽ fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit dominus, ego ſuſcipiam te. Leua oculos tuos in directum, & uide ubi nunc proſtrata ſis. *Ierem. 25.*

Reuertimini unuſquiſq; à uia ſua mala, & à peſſimis cogitationibus ueſtris, & habitabitis in terra, quam dedit dominus uobis, & patribus ueſtris à ſeculo & uſq; in ſeculum.

Ezechiæ 33.

Nolo mortẽ impĩj, ſed ut conuertatur impius à uia ſua & uiuat. Conuertimini à uijs ueſtris peſſimis. *Ibidem.*

In quacunq; hora ingemuerit peccator, ſaluus erit. *Ionæ 3.*

Conuertat uir à uia ſua mala, & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorũ. Quis ſcit, ſi conuertat & ignoſcat deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus. *Ioelis 2.*

Conuertimini ad me in toto corde ueſtro.

Iacobi 6.

Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ ſuæ, ſaluabit animam ſuam à morte.

Actuum apoſto. 3

Pœnitemini igitur & conuertamini, ut deleantur peccata ueſtra.

Auguſtinus libro 4. de unico bapt. & habetur de Conſe. diſt. 4. Baptiſmi.

Conuerſio aũt cordis poteſt quidẽ eſſe nõ percepto baptiſmo, ſed contẽpto non poteſt. Neq; ullo modo dicenda eſt conuerſio cordis ad dominum, cum Dei ſacramentum contemnitur.

Auguſt. de Magdalena.

Quis nõ admiretur ſubitam peccatricis mutationem. Quæ uenerat ſordida, & in fõte ſaluatori ſuper niuem dealbata eſt.

Auguſt. de uerbis domini ſermone 16.

Quid differs in craſtinũ dicẽs, longa uita erit, ipſa longa bona ſit, & ſic melior erit q̃ ſi longa bona nõ ſit. Si uero breuis ſit, unde factum eſt, ut bona ſit? Quare uis habere longum malum?

Auguſt. libro de pœn. & habetur de pœn. diſt. ult. Nullus.

Nullus expectet quando peccare nõ poteſt. Arbitriũ em̃ quærat libertatem, ut delere poſſit commiſſa, non neceſſitatem. Qui prius utique à peccatis relinquitur, quàm ipſe relinquat ea, nõ libere, ſed quaſi neceſſitate condemnat.

Idem ibidem & hab. ibidem.

Illi aũt qui cum potuerũt, nunq̃ cõuerti uoluerunt, confitentes, cum iam peccare nequeũt, nec ſic facile acquirunt q̃d uolunt. Oportet ut pœnitẽtia fructificet, ut uitã mortuo impetret, ſcriptum eſt, ſine charitate neminẽ ſaluũ eſſe.

Auguſt in ſermone de pœn.

Surgamus & ad illum redeamus, a quo peccãdo receſſimus. Ibi eſſe noſtrum non habet mortem. Ibi uelle noſtrum non habet errorem. Ibi amare noſtrum non habet offenſionem.

Auguſt. libro de pœn.

Per uoſmetipſos peccaſtis, puos erubeſcatis. Erubeſcẽtia em̃ ipſa partẽ habet remiſſionis. Ex miſericordia em̃ hoc præcepit dominus, ut nemo pœniteret in occulto. In hoc q̃ per ſeipſum dicit ſacerdoti, & erubeſcentiam uincit timore offenſi. *Auguſt. ſuper Pſalm. 51.*

In inferno erit pœnitentia, ſed ſera, ergo infructuoſa. Vis ut ſit fructuoſa, non ſit ſera. Hodie te corrige, qui uiuus es. Nam qui iudex tuus futurus eſt, ipſe hodie tuus aduocatus eſt.

Auguſt. ſuper Pſalm. 70.

Vt ſit homo aliquid cõuertat ſe ad illũ, à quo creatus eſt. Recedendo em̃ frigeſcit, accedendo ferueſcit. Recedeno tenebreſcit, accedendo clareſcit. A quo enim habet, ut ſit apud illũ, habet ut bene ſit. Ergo qui uult ſimul eſſe cum deo, non ab illo recedat, ſed ad illum accedat.

Auguſt. ſuper Pſalm. 94.

Si ardes conſcientia delicti, lachrymis extingue flammã peccati. Plora ante deum: ſecurus plora ante eum, qui te fecit. Non em̃ opus manuum tuarũ contemnit in te. Noli putare, quia potes à te refici, à te deficere potes. Tu teipſum reficere non potes. Ille te reficit, qui te fecit.

Auguſt. de uerbis domini ſermone 4.

Conferamus nos ad te, & bene nobis erit de te malum eſt nobis de nobis, quia dimiſiſti te. Dimiſiſti nos nobis.

Auguſt. de uerbis domini ſermone 16.

Nemo deum timẽs cõuerti differt, niſi qui putat, q̃ plus habet uiuere. Ipſa enim eſt res, quæ multos occidit, cum dicunt cras, cras, & ſubito oſtium claudit. Remanſit foris cum uoce coruina, qui nõ habuit gemitum columbinum. Cras cras, corui uox eſt. Geme ut columba, & tunde pectus. *Aug. libro contra No.*

Deus enim recte animam uiſitans, ipſam mouet, ipſam docet, ſibiq; ſpondet ueniam, ſi conuerti uelit. ipſam dormientem excitat, pigritantem ſtimulat, ſibiq; manum porrigit, ſemitam oſtendit, & mercedem promittit.

Aug. contra quinq; hæreſes.

Quæramus lapidem, quo percutiatur incredulus, & percuſſus quaſſetur: quaſſatus, comminuatur: comminutus, in puluerem cõuertatur: conuerſus in puluerem, compluatur: compluatus ſeratur: ſatus, faciat fructum. Non quod igne conſumatur, ſed quod horreo condatur.

Aug. libro de uera innocentia.

Remedia conuerſionis ad deũ nullis ſunt cunctationibus differenda, ne tempus correctionis pereat tarditate. Qui enim pœnitenti indulgentiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tiam promiſit, diem craſtinum non ſpopondit.

Hieronymus de Magdalena.

Diſcite pœnitentes à Magdalena ſalutarẽ peccatorum abſolutionem per lachrymas fieri.

Hieronymus ad Lætam.

Nunquam eſt ſera conuerſio, latro de cruce tranſiuit ad paradiſum.

Hieronymus in epiſtola ad Heliodo.

Quid agis in paterna domo delicate miles? Ecce aduerſarius in pectore tuo Chriſtũ conat occidere. Licet paruulus ex collo pẽdeat nepos, licet ſparſo crine, & ſciſſis ueſtibus ubera, quibus te lactauerat mater oſtendat. Licet pater in limine iaceat, per calcatũ pge patrẽ, ſine lachrymis ſiccis oculis ad uexillum crucis euola. Solum pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem.

Hieronymus de ſancta Paula, recitans eius uerba.

Affligendum eſt corpus, q̃d multis uacauit delicijs. Longus riſus perpetuo cõpenſandus eſt fletu; mollia linteamina & ſerica prætioſiſſima aſperitate cilicij cõmutanda. Quæ uero & ſeculo placui, nunc Chriſto placere deſidero.

Hieronymus ad Paulam de morte Bleſillæ.

Secura eſto mi Bleſilla, confidimus probantes uera eſſe quę dicimus. Nunquam ſera eſt cõuerſio, uox hæc primum in latrone dicta eſt.

Ambroſius de Magdalena.

Quis dubitet de uenia? Ecce quid eccleſia prępoſuerit nobis ad eleuandam ſpem ad ueniam, Dauid pſalmiſtam, Matthæum euangeliſtam, Paulum diuinam ubique tubam reſonantem, & Mariam Magdalenam ſuo exemplo clamantem: diſcite à me o peccatores, in fonte lachrymarum redire ad fontem ſalutis.

Ambroſius in ſermone de eleemoſyna & ieiunio.

Si aurũ tibi offerã, non mihi dicis cras ueniã, ſed iam exigis. Nemo differt, nemo excuſat. Redemptio animæ promittitur, & nemo feſtinat.

Gregorius libro 2. Moralium.

Solent etiã electi in quibuſdã ſuis cogitationibus & actibus ſuperbire. Sed q̃a electi ſunt, cunctis diebus ſuperbire non poſſunt. Quia priuſquã uitã firiãt ab elatione ad humilitatẽ corda cõmutant. Impius uero cunctis diebus ſuperbit. Quia ſic uitam terminat, ut tamen ab elatione non recedat. Circũſpicit q̃ temporaliter floret, in uita carnis fiduciam ponit, eamq; diu permanere æſtimat, quam ad præſens tenet.

Gregorius libro 24. Moralium.

Vitam prius uniuſcuiuſq; conuerſi, & inchoatio blanda permulcet, & aſpera medietas probat, & plena poſt perfectio roborat.

Ibidem.

Prius ergo ſuauitatem ſentiunt, ſecuri prius pacis quiete nutriuntur. Poſt cognitã uero dulcedinem, tanto iam tolerabilius tentationũ certamina ſuſtinent, quanto altius in deo cognouere quod amant. *Ibidem.*

Plerunq; conuerſus quiſq; talibus tentationũ ſtimulis agitatur, qualibus ante cõuerſionis gratiam nunquam pulſatum ſe eſſe reminiſcitur. Non quia tunc hęc eadem tentationis radix derat, ſed quia non apparebat.

Gregorius libro 33. Moralium.

Quãto q̃s minus uidet ſe, tãto minus ſibi diſplicet. Et q̃to maioris gratiæ lumẽ percipit, tãto amplius reprehenſibilem ſe eſſe cognoſcit.

Gregorius homilia 10. ſuper illud Matthæi Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem.

A regione noſtra ſuperbiendo, inobediendo, uiſibilia ſequendo, cibum uetitum guſtãdo diſceſſimus. Sed ad eam neceſſe eſt flendo, obediẽdo, uiſibilia contemnendo, atq; appetitum carnis refrenando redeamus. Per aliam ergo uiam ad regionem noſtram regredimur, quãdo quiã paradiſi gaudijs per delectationẽ receſſimus, ad hæc per lamenta reuocamur.

Gregorius ſuper euangẽ hom. 34.

Maius de peccatore conuerſo, q̃ de iuſto fiãte gaudium fit in cœlo. Quia & dux in prælio plus eum militem diligit, qui poſt fugam reuerſus hoſtem fortiter premit, quam illum qui nũquam terga præbuit, & nunq; aliud fortiter fecit. Sic agricola illam amplius terrã amat, quæ poſt ſpinas uberes fruges profert, quam eam quæ nunquam ſpinas habuit, & nunquam fertilem meſſem produxit.

Grego. in hom. tractans illud: Et ſi in ſecunda uigilia, & ſi in tertia uigilia uenerit, &c.

Prima uigilia, eſt pueritia, ſecunda adoleſcentia, tertia ſenectus. Qui ergo in prima uigilia uigilare noluit, ſecundam cuſtodiat, ut qui cõuerti à prauitatibus ſuis in pueritia neglexit, ad uias uitæ ſaltem tẽpore iuuentutis euigilet. & qui ad uias uitæ iuuentutis tempore nõ euigilat, ſaltẽ in ſenectute reſpiſcat. Nã quos diu ut cõuertantur tolerat, non conuerſos durius damnat.

Gregorius libro 3. Dialogorum.

Compunctionis duo ſunt genera. Vide in Cõtritio. *Gregorius in Heſt. 4.*

Sero quæruntur ſalutis remedia, cum mortis imminet periculum. Vnde Salomon: Tunc inuocabunt, & non exaudiam. Mane ſurgent, & non inuenient me.

Iſidorus de ſummo bono libro 2. capite 10.

Multos remiſſa conuerſio in priſtinos errores reducit, ac uiuendi tempore reſoluit.

Ibidem.

Valet interdũ cõuerſis p animę ſalute mutatio loci, plerunq; eñ dũ mutat̃ locus, mutat̃ mẽtis affectus. Congruũ eſt eñ inde etiã corporaliter euelli, ubi quiſq; illecebris deſeruiuit. Nã locus ubi quiſq; prauc uixit hoc aſpectui mẽtis opponit, quod ſemper ibi uel cogitauit uel geſſit.

Iſidorus de ſummo bono libro 3. cap. 8.

Primordia cõuerſorũ blandis reſouẽda ſunt modis, ne ſi ab aſperitate incipiant exterriti, ad priores lapſus recurrãt. Qui eñ cõuerſum ſine lenitate erudit, exaſperare potius q̃ corrigere nouit. *Iſidorus de ſummo bono libro 3. cap. 8.*

Vtile eſt dei ſeruo poſt cõuerſionẽ tẽtari, q̃tenus à tempore negligentię ſolicitãtibus uitijs ad uirtutes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uirtutes animum per exercitium præpararet uitiorum. *Bernardus de Meditatione.*

Quanto homo magis mala ſua intelligit, tanto amplius ſuſpirat & gemit.

Bernardus ſuper Cantica ſermo. 36.

Cõuertimini ad me in toto corde uestro. Corporis cõuerſio ſi ſola fuerit, erit nulla. Forma ſiquidem conuerſionis eſt non ueritas uacuã uirtutem gerens & ſpeciem uirtutis.

Bernardus ſuper Cantica.

Dico omnes ignorare deum, qui nolũt cõuerti ad eũ. Neq; em̃ ob aliud procul dubio renuunt, niſi q̃a grauẽ & ſeuerũ imaginantur, qui pius eſt. Durum & implacabilem, qui miſericors eſt. Ferum & terribilem qui amabilis eſt, & mentitur iniquitas ſibi, formans ſibi idolum pro eo quod non eſt ipſe. *Ibidem.*

Solet inter primordia conuerſionis acrius insurgere tentatio prauæ conſuetudinis, & uix poſſunt extingui iacula ignita diaboli.

Hugo de clauſtro animæ libro 3. cap. 10.

In illa ætate quando flaueſcũt crines, caro niteſcit eburnea, oculorum gẽmis facies roſea decoratur, ualetudo corpori uires ſubminiſtrat, iuuenilis ætas longioris uitæ ſpatium repromittit, quando uiget ratio, uigẽt etiam corporis ſenſus, uiſus acutior, auditus promptior, inceſſus rectior, uultus iucundior. Qui in hac ætate ſe domant, & deo ſe ſociant, præmium Ioannis expectant. *Ibidem.*

Tales offerũt hoſtiã uiuentem, deo placẽtem, immaculatam, non aure, non oculo, non pede, non cauda carentem. Audiat hoc ſenũ ſera conuerſio, q̃bus ex defectu ſenectutis aures obturãtur, oculi turbantur, & ut cũcta breuiter perſtringã, ipſi i ſe p̃ ſe deficiũt. Hi nõ offerũt agnũ maculatũ, ſed ut ita dicam porcum cruentatũ. Sicut enim porcus in immunditijs, ſic ſenex iacuit in uitijs: & ſicut porcus ſiliquis paſcitur, ſic ſenex fabulis & rumoribus delectatur.

Lactan. Firmia. diui, inſtitut. libr. 6. cap. 24.

Nemo poteſt eſſe tam prudens, & tã circumſpectus, ut in aliquo nõ labatur. Et idcirco deus imbecillitatem noſtrã ſciens pro ſua pietate aperuit homini portũ ſalutis, ut huic neceſſitati cui fragilitas noſtra ſubiecta eſt, medicina pœnitentiæ ſubueniret. Ergo quicũq; aberrauerit referat pedẽ, ſeq; q̃ primum recipiat ac reformet. Sed reuocare gradum ſuperasq; euadere ad auras, hoc opus hic labor eſt. Deguſtatis em̃ male iucũdis uoluptatibus uix diuelli ab his poſſunt. Facilius recta ſequerentur, ſi earũ ſuauitates nõ attigiſſent. Sed ſi eripiãt ſe malæ ſeruituti cõdonabitur his error omnis, ſi errorẽ ſuum uita meliore correxerint. Nec lucrari ſe quiſq; putet, ſi delicti conſcium nõ habebit. Scit ille omnia in cuius conſpectu uiuimus. Nec ſi uniuerſos homines cælare poſſumus deum poſſumus, cui nil abſconditum, nil poteſt eſſe ſecretum.

Saluſtius in Iugurtha.

Quem pœnitet delicti gratiam meretur.

Franciſcus Petrarcha ſoneto 22.

Piu gloria uel regno de li electi
Dum ſpiritu conuerſo, & piu ſi ſtima
Che di nouanta noue altri perfecti. *id eſt,*
Plus gloriæ eſt in regno electorum
Vnius ſpiritus conuerſi, & pluris ſit,
Quam nonaginta nouem aliorum perfectorum.

Franciſ. Petrar. canti. 19. ſtantia. 1.

Chryſmarita ha la ſtrada torni in dietro. *id eſt.*
Qui iter perdidit, retrocedat.

Conuitium græce λοιδορια ας. ἡ. & λοιδορέω conuitior, aris dicitur. Eſt autem conuitiũ maledictũ cum contumelia. Cicero: Maledictũ autẽ nihil habet propoſiti præter contumeliam, quę ſi petulantius iactatur conuitiũ, ſin facetius urbanitas nominatur. Nec Labeoni iuriſconſulto aſſentiendum puto, qui conuitium putat à uocũ concitatione, uel conuentu deriuatum: & id eſſe, quod cum clamore publice fiat. Vt dicit text. in. l. Item apud Labeonem. ϛ. Conuitium. ff. de iniur. Quid autem à contumelia differat conuitium, uide infra in Suſurratio.

Conuiuium græce συμπόσιον. ὁ. τὸ & συμποσιαστραὶ conuiuæ dicuntur. Et eſt accubatio epularum ſecundũ Ciceronẽ, qui in li. qui Cato maior dicitur, uel de ſenectute dicit: Bene em̃ maiores noſtri accubationem epularũ, quia uitæ coniunctionem haberet, cõuiuium nominauerũt, melius q̃ græci, qui hoc ipſum modo cõporationem hoc eſt συμποσιον, modo cœnationem, quæ συνδειπνον. ὁ. uocant. Ab hoc conuiuor, quod eſt conuiuium facio, & conuiua, qui ad conuiuium uocatur. Conuiuiones uero hoc & compotores, non à conuiuendo, uel conueniendo, ſed à combibendo dicti ſunt, quaſi combibiones.

Conuiuium laudatur, dummodo detractionibus & fabulis, & plauſibus turpibus non miſceatur. 44. diſt. conuiuia & cap. ſeq.

Conuiuium clericorum debet præcedere mẽſæ benedictio, infra menſam lectio, poſt mẽſam gratiarum actio. 44. diſt. quando autem.

In conuiuio non cibus, ſed cibi auiditas reprobatur. de Con. diſt. 5. Sint tibi.

Conuiuia hæreticorũ et ſchiſmatorũ præcipue clerici debent uitare. 24. q. 4. Clericus.

Conuiuia prohibentur cum ſacerdotalis ſenſus tenuis eſſe debeat, ne pinguis uẽter groſſam mentem generet. 44 diſt. cap. ultimo. & ſe. 34. ϛ. diſt. Presbyteri.

Conuiua nec epiſcopus, nec clericus abſq; neceſſitate in eccleſia facere debet. 41. diſt. Non oporteat. el. 2. & cap. ſe.

Conuiuium triplex eſt, ſcilicet animæ Eccleſiæ & beatorum, & quodlibet eorum habet tres epulas. b. Tho. ſuper I. ſai. 25. fi.

In conuiuijs clericus ſuperflue expendens, & in alijs, peccat mortaliter. b. Th. quodli. 6. 12. 4.

Feſta mundanorum ſunt in epulis & delitijs corporum, ſed feſta ſpiritualium ſunt in delectatione ſpiritus. b Tho. ſuper Ioannẽ 7. lect. 1. in fin. *Proverbiorum 33.*

Noli

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Noli esse in cõuiuijs potatorum, nec in come sationibus eorum, qui carnes ad uescendũ conferunt, quia uacãtes potibus, & dantes symbola consumentur.

Ecclesiastes 5.

Melius est ire ad domum luctus, q̃ ad domũ cõuiuij: in illa enim finis cunctorum ammonet hominum, & uiuens cogitat quid futurum sit.

Hesiodus.

τὸν φιλέοντ' ἐπὶ λαῷ καλέειν τὸν δ' ἐχθρὸν ἐάσαι.
τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν ὅστις σεῦ ἐγγύθι ναίει. id est,

Amicum ad conuiuium uoca, inimicum dimitte,
Sed hunc maxime uoca, qui te prope habitat.

Idem.

μήδε πολυξείνων λαῖτος ἀνυσπέμφελος εἶναι,
ἐκ τοῦ πλείη δὲ χάρις, λασπάντη δ' ὀλιγίη. id est,

Neq; multorum sociorum conuiuij perturbator sis.
Ex cõmuni plurima grata, sumptus autem pauciſſimus.

Menander.

ἄτακτον εἶναι τ' ἀλλότρια δειπνοῦντα δεῖ. id est,

Bene compositum esse aliena conuiuantem oportet.

Aulus Gellius libro 13. Noctium Atticarum

Marcus Varro dicit conuiuarũ numerũ incipere oportere à gratiarum numero, & progredi ad Musarum: id est proficiſci à tribus, & cõsiſtere in nouem, ut cum pauciſſimi cõuiuæ sunt, nõ pauciores sint q̃ tres: cum plurimi, non plures quàm nouem. Nam multos inquit esse non conuenit, quod turba plerunq; est turbulenta.

¶ Opheli Stoici huiusmodi de Affabilitate est præceptum.

Discite non inter lances mensasq; nitentes,
Cum stupet insanis acies fulgoribus, & cum
Accliuus falsis animus meliora recusat:
Verum hic impransi mecum disquirite.

¶ Conuiuium tribus constare debere, ex Menalippa Varronis adducit: lectis uiris, lecto loco, lecto tempore.

Cicero de Senectute.

¶ Bene maiores nostri accubationem epularum, quod amicorum & uitæ coniunctionẽ haberet, conuiuium nominarunt, melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem uocant: ut quod in eo genere minimum est, id maxime probare uideantur.

Martialis.

μισῶ μνήμονα συμπώτην. Id est. Odi memorẽ cõpotorẽ.

¶ Tiberius ad eum modum & in hanc sententiã, pro Cotta Messalina, qui ob uerba quædã inconsideratius per prandiũ effusa præhensus ad imperatorem q̃uocauerat, rescripsit, posiulans, ne ei uerba praue detorta, neue conuiualium fabularum simplicitas in crimẽ duceretur, ut est author Tacitus libro 5.

¶ *Homerus Odyss. 14.*

Ὁ ὦ γὰρ ἔγωγε τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι,
ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα,
δαιτυμονες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ,
ἧ μὲνοι ἑξείης, παρὰ δὲ τιλήβωσι τράπεζαι,
σίτου καὶ κρειῶν, μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
οἰνοχόος φορέῃσι, καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσιν
τοῦτο τί μοι κάλλιον ἐνὶ φρεσὶν εἰδέται εἶναι. id est,

Illa quidem longe est finis gratissima rerum,
Perpetuo uacuam curis traducere uitam.
Vt si cum populi conuiuia læta frequentent,
Auscultent cytharæ lusus, iuuenesq; canentes,
Stentq; cibis, iuxta mensæ dapibusq; repletæ,
Insuper adferrens pleno & cratere minister
Infundat pateris dulcissima munera Bacchi.
Hoc mihi nil quicquam iucundius esse uidetur.

Ouidius.

αὐτοτσθελὲσσ' ἄλισσα' εἰ πάτσοῦσσ δέ κα ἀνάγκη,
ὑβρισὴσ' οἶνω τ' ἐσὶ καὶ οὐκ ἐπίτε.
τὸν μὲν γὰρ γαίη προχέῃ κρύφα, τὸν δ' ὑπὸ γαίῃ
πολλάκι πρὸσ λήθησ' ἤγαγε πικρὸν ὕδωρ.
πουλυμεθεῖσ' χάριτε. τὸ δ' ὄπποσσ' ἦν ἠδὺ ποθῆναι
μέτρον, ἐμοὶ πάσησ' ἄρκιον εὐφροσύνησ.

Copula & de sui natura ponit inter separata uel diuersa glo. est in ca. quærelã. de sim. & in cle. in pleriſq; in uer. Et populo. de elect. & in rubri. ff. de iuris & facti igno. & ubi ponit idẽ importantia, exponitur pro id est, ut in cap. monasteria in fi. & ita ibi declarat Panor. de ui. & hone. cleri. probatur. & in. l. p'i. ff. de transact.

Copula de sui natura copulat æque principaliter. glo. est indi. ca. querelam, & ibi Panor. declarat, & ponit aliud exemplũ ultra illud quod illic ponitur post Ioan. Andr.

Copula requirit cõcursum utriuſq; copulati ꝛ. penul. insti. de hære. insti. l si hæredi. plures ff. de condi. institut. glo. in cap. 2. de rescriptioni.

Copula si apponatur in determinatione temporis continuationẽ temporis denotat. exemplum si testis deponat Titium possedisse à decẽ annis. & citra cap. licet causa de prob. et ibi Bal. col. 4. post Hosti.

Copula auget dispositionẽ, quæ continet in præcedenti copulato. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. exemplum: si lego uxori aurum, argentũ, & quæ eius causa parata sunt, ueniũt in legato, & uestes & alia parata, si tamen omitteretur copula secus esset, ut no. in. d. l. Ea tamen.

Copula qualitatẽ præcedentis dispositionis reperit in sequẽti. Exemplum, lego fundum instructum, & domum. certe intelligitur, quòd etiam domus instructa legata sit. l. Seiæ. ꝛ. Caio & ibi Bar. de fundo instruct.

Copula & quãdo exponitur inter æque principia ia exponitur pro alternatiua. Abb. in ca. 2. de ui. & hone. cle.

Coquina græce μαγειρεῖον ου τ & μαγειρσοῦ ὁ. coquus dicit. Et est locus in ædibus, in quo obsonia coquuntur, à coquendo dicta, eademq; culina dicitur, quod locupletiorem in ea ignem colimus, ut placet Marcello: ut uel alij, quod dij penates illic colerent; uel à colluuie, hoc est, à labe uel immunditia quod illic immunda lauantur, ut postea coquantur, & uasa & alia id genus. Iuuenalis contentum pro continente posuit: Sequitur sua quemq; culina. Hinc culinor. aris. & coquinor aris: id est, culinam uel coquinam exerceo, & ars coquinaria dicitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



Corpus græce σῶμα ατος τὸ & σωματικὸν ου τὸ corporalis dicitur. Est autem corpus, quod omniquaq; diuisibile est secundum Aristotelem libro 1. de cœlo & mundo.

Corpus ẽ magnitudo, q̃ ad tria diuidit; ut ibi d.

Corpus est omne id quod habet trinam dimẽsionem, scilicet longum, latũ & profundũ, secundum Albertum Magnum in principio suæ philosophiæ super libris Physicorum.

Corpus est, in quo est aptitudo intelligendi duas lineas intersecantes se ad angulos rectos, & tertiã lineã intersecantem ambas illas ad angulos rectos, secundũ Algazelem & Auicennam.

Corpus a græcis sic describitur, τὸ τριχῆ διαστατὸν id est, triplici dimensione distans.

Corpus à Lucretio hoc uersu describitur:

Tangere enim aut tangi nisi corpus nulla potest res.

Corpus simplex est quodcunq; habet principium motus secundum naturam, pura ignis, & huic cognata, secundum Aristotelem libro. 1. de cœlo & mundo.

Corporum tria genera esse affirmat Põponius: unũ quod una specie continetur, ut homo, lignũ, lapis. Alterũ quod ex cõtingentibus, hoc est pluribus inter se cohærentibus cõstat, ut ædificium, nauis. Tertium quod ex distantibus cõpactum est, ut puta ex pluribus corporibus uni nomini subiectis, ut populus, legio, grex.

Cor græce καρδία, ας. ἡ. dicitur quod pro mente sæpe ponitur, unde recordor, quasi in corde, hoc est in mente reuoco, unde recordatio fit. Et sic cors quasi sine corde, & Secordia ignauia.

Et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Et concors, qui unius mentis & animi eſt, Et concordia, de qua ſupra in Concordia.

Cor primo generatur, ſecundum. b. Tho. ſecunda Secundæ q. 122. ar. 2.

Cor eſt primum principium motus in animali, prima Secundæ q. 17. ar. 9.

Cor eſt primum principium membrorum & uirium uitalium quantum ad eſſe. Sed caput eſt principium ſenſuum & motus, ſecundum b. Thomam 3. q. 90. ar. 3.

COrrectio græce ἐλεγχωστικὸς & ἐπανορθόω corrigo dicitur. Eſt autẽ correctio fraterna admonitio charitatiua fratris de emendatione peccatorum, ex fraterna charitate procedẽs, ſecundum b. Tho. 4 Senten. diſt. 19. q. 2. art. 1. Dicitur q̃ à corrigo, quod eſt emendo.

Leuitici 19.

Non oderis fratrem tuum in corde tuo. Sed publice argue eum, ne habeas ſuper illo peccatum. *Deuteronomij 25.*

Pro menſura peccati, erit & plagarum modus. *Prouerb. 3.*

Quem diligit dominus, corripit. & quaſi pater in filio complacet ſibi. *Ibidem cap. 10.*

Qui increpationes delinquit, errat.

Ibidem cap. 12.

Qui odit increpationes inſipiens eſt.

Ibidem 13.

Qui illuſor eſt non audit, cum arguitur.

Ibidem.

Egeſtas & ignominia ei, qui deſerit diſciplinam, qui autem acquieſcit arguenti glorificabitur. *Ibidem.*

Qui parcit uirgæ odit filium qui autem diligit illum, inſtanter erudit. *Ibidem 15.*

Stultus irridet diſciplinam patris ſui, qui autem cuſtodit increpationes aſtutior fiet.

Ibidem.

Qui increpationes odit, morietur.

Ibidem.

Auris quę audit increpationes uitæ, in medio ſapientium commorabitur. *Ibidem.*

Qui abiicit diſciplinam, deſpicit animam ſuam, qui autem acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis. *Ibidem cap. 17.*

Plus proficit correctio apud prudentem, q̃ centum plagæ apud ſtultum. *Ibidem 22.*

Stultitia colligata eſt in corde pueri, & uirga diſciplinæ fugabit eam. *Ibidem 23.*

Noli ſubtrahere à puero diſciplinam, ſi enim percuſſeris eum uirga, non morietur. Tu uirga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. *Ibidem cap. 17.*

Melior eſt manifeſta correctio, quàm amor abſconditus. Meliora ſunt uulnera diligentis, q̃ fraudulenta oſcula odientis.

Ibidem 28.

Qui corripit hominem, gratiam poſtea inueniet apud eum, magis quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit. *Ibidem cap 29.*

Virga atq; correctio tribuit ſapientiam, puer autem qui dimittitur uoluntati ſuæ confundet matrem ſuam. *Ibidem.*

Erudi filium tuum & refrigerabit te, & dabit delicias animæ ſuæ.

Eccleſiaſtes 1.

Peruerſi difficile corriguntur, & ſtultorũ infinitus eſt numerus. *Ibidem cap. 7.*

Melius eſt à ſapiente corripi, q̃ ſtultorum adulatione decipi. *Eccleſiaſtici 10.*

Vir prudens & diſciplinatus, non murmurabit correctus *Eccleſiaſtici 19.*

Corripe primum antequàm commineris.

Ibidem cap. 30.

Qui diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella, ut lætetur in nouiſſimo ſuo. *Ibidem.*

Equus indomitus euadet durus, & filius remiſſus euadet præceps. *Ibidem.*

Curua ceruicem filij in iuuentute, & tunde latera eius dum infans eſt: ne forte induret, & nõ credat tibi. *Matthæi 18.*

Si autem peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipſum ſolum; ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem non te audierit, adhibe tecum adhuc unum uel duos, ut in ore duorum uel trium teſtium ſtet omne uerbũ Quod ſi nõ audierit eos, dic eccleſiæ: Si aũt eccleſiam nõ audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus. *Lucæ 6.*

Quid aũt uides feſtucam in oculo fratris tui, trabem aũt qui in oculo tuo eſt, nõ conſideras?

Idem.

Hypocrita eijce primũ trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies, ut educas feſtucam de oculo fratris tui. *Lucæ 17.*

Si peccauerit in te frater tuus, increpa illũ, & ſi pœnitentiã egerit, dimitte illi. Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te dicens, pœnitet me: dimitte illi.

1. ad Timotheum 5.

Peccantes coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant.

2. ad Timoth. 4.

Prædica uerbũ, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina. *Iacobi 5.*

Si quis ex uobis errauerit à ueritate, & cõuerterit quis eum, ſcire debet qm̃ qui cõuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ ſuæ, ſaluabit animã eius a morte, & operit multitudinẽ peccatorũ.

Auguſt. ad Aurel. epiſ. & hab. di. 44. Commeſſationes.

Seueritas autem exercenda eſt in peccata pauorum, & ſi quidem minamur, cum dolore fiat, de ſcripturis cõminando uindictam futuram, ne nos ipſi in noſtra poteſtate, ſed deus in noſtro ſermone timeatur.

Auguſt. in Enchiridion, & hab. diſtin. 45.

Et qui emendat uerbere, in quem poteſtas datur, uel coercet aliqua diſciplina, & ẽ peccatũ eius q̃ ab illo læſus aut offenſus eſt, dimittit ex corde uel orat, ut ei dimittat, non ſolũ eo q̃ dimittit ex corde atq; orat, uerum etiam in eo q̃

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

corripit & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemosynã facit, quia misericordiam præstat. Multa enim bona præstant inuitis, quãdo eorum consulitur utilitati, non uoluntati, quia ipsi inueniuntur sibi inimici.

Aug. in hom. de pœnit. & hab. 2. q. 7. Plerunq;.

Plerunq; boni uiri propterea sufferunt aliorum peccata & tacent, quia sæpe deseruntur publicis documentis, quibus ea quæ ipsi sciunt, iudicibus probare non possunt.

Augst. in sermone de puero Centurionis, & habetur 21. q. 1. Paratus.

Agenda sunt aũt multa cum inuitis quadã benigna asperitate plectendis, quorũ potius utilitati cõsulendũ est, q̃ uoluntati. Nã corripiẽdo filiũ quemlibet aspere, inunq̃ profecto paternꝰ amor amittit. Fiat tamen quod nolit, & doleat, qui etiam inuitus dolere uidetur sanandus.

Aug. contra Parmenia. & hab. 33. q. 2. Quisquis.

Quisquis uel q̃ potest arguẽdo corrigit, uel quod corrigere non potest, saluo pacis uinculo excludit, uel q̃d saluo pacis uinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat: hic est pacificus, & ab isto maledicto immunis, de quo scriptura dicit: Væ his qui dicũt, quod nequã est bonũ, & quod bonum est nequam: omino liber, prorsus securus, penitus est alienus. Quomodo inquit Parmenianus incorruptus poteris p̃manere, qui corruptis sociaris?

Augustinus de uerbis Euangelij. & habetur 23. q. 4. A malis.

Duobus modis nõ te maculat malus, si ei nõ consentias, & si redarguas: hoc est non communicare, non consentire.

Aug. de uerbis domini, super illud Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus.

Quæ peccantur corã omnibus, corã omnibus corripienda sunt, ut omnes timeãt. Qui secreto peccauit in te, secreto corripe. Nã si solus nosti, & eum uis corã omnibus arguere, nõ es corrector, sed proditor. Nã si solus nosti, tũc uere solum in te peccauit: sed si multis audientibus tibi iniuriã fecit, eam in illos peccauit, quos testes suæ iniquitatis fecit. Ergo corrigenda sunt corã omnibus, quæ peccantur coram omnibus, ipsa corrigenda sunt secretius, quæ peccantur secretius: ubi contigit malum, ibi moriatur.

Augst. de uerbis domini, sermone 16.

Amando debemus corripere, non nocendi auiditate, sed studio corrigendi. Si peccauerit in te frater tuus, quare illũ corripis? quia doles q̃ peccauit in te. Si amore tui id facis, nihil facis: si amore illius, optime facis.

Augustinus de uerbis domini.

Foris terribilis p̃sonet increpatio, intus lenitatis teneat dilectio, neq; consentientes sitis malis, ut approbetis: neq; negligentes, ut nõ arguatis: eq; superbientes, ut insultanter arguatis.

Augustinus in sermone domini, in monte.

Accusare uitia officiũ est bonũ, tamen mali faciũt, alienas partes agunt. Cogitemus ergo, cũ aliquem reprehendere nos necessitas coegerit, utrum tale sit uitium, quod nunc̃ habuim⁹, & tunc cogitemus nos homines esse, & habere potuisse, uel q̃ tale habuimus, & iam non habemus, & tunc tangat memoria communis fragilitatis, ut illam correctionẽ, non odium, sed misericordia præcedat. Si aũt inuenerimus nos in eodem esse uitio, nõ obiurgemus, sed ingemiscamus, & ad æqualiter deponendum inuitemus.

Aug. in sermone domini, libro 2.

Raro & magna necessitate obiurgationes adhibendæ sunt. Ita tamen, ut in his etiam ipsis, non nobis, sed deo seruiatur instemus.

Aug. lib. 1. de ciuitate dei.

Nam si propterea obiurgandis & corripiendis male agentibus quis parcit, quia opportunũ sibi tempus inquirit, uel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, uel ad bonam uitam & piam erudiendos impediant, alios q̃ infirmos premant, atq; auertant à fide; non uidetur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis. *Ibidem.*

Plerunq; ab eis admonendis, obiurgandis, & corripiendis male dissimulatur. Ne uel eos offendamus, uel ut eorum inimicitias deuitemus, ne impediant, & noceant in istis temporalibus rebus, quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas, siue quas amittere formidat infirmitas.

Ibidem.

Ad hoc spectatores & populorum principes in ecclesijs constituti sunt, ut non pereant, obiurgando peccata. Nec ideo tamẽ ab huiusmodi culpa penitus alienus quilibet præpositus sit, cum in eis cum quibus uitæ necessitate coniungitur, mala arguenda & monenda nouit, & negligit, deuitans eorum offensiones.

Augustinus Vincentio Donatistæ, & habe. 23. q. 4 Nimium.

Nimium sunt inquieti, quos per ordinatas à deo potestates seculares cohiberi atq; corrigi mihi non uidetur inutile. Nam de multorum iam correctione gaudemus.

Augst. ad Vincen. & hab. 22. q. 7. Quicunq;

Quicunque uos & occasione huius legis imperialis, non dilectione corrigendi, sed odio inimicandi prosequitur, displicet nobis.

Augustinus ibidem. ℣. Sed nec.

Sed nec facile ista monstratis, nonnullos tolleramus quos corrigere, uel punire nõ possumus. Neq; propter paleam relinquimus aream domini, neque propter pisces malos rumpimus retia domini, neque propter hœdos in fine segregandos discernimus gregem domini: neq; propter uasa facta in cõtumeliam, migramus de domo domini.

Augustinus ad Vincentium Donat.

Non omnis qui parcit amicus est, nec oĩs qui uerberat inimicus. Qui phreneticum ligat & lethargicũ excitat, ambobus molestus, ambos amat, ambos sanat. Ambo quamdiu ægri sunt, indignantur: sed ambo sanati gratulantur.

Augustinus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Auguſt. ad Lothar. & hab. 23. q. 5. Qui uitijs.

Qui uitijs nutriendis parcit & fouet ne con/triſtet peccantium uoluntatem, non tam eſt miſericors, quàm qui nõ uult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, & non timet, ne uulnuratum doleat, uel extinctum.

Auguſtinus de communi uita & regula clericorum, & hab 5. q 5. Non uos.

Non uos iudicetis eſſe maleuolos, quãdo crimen altius indicatis. Magis quippe nocẽtes nõ eſtis indicãdo crimen, quàm ſi fratres ueſtros, quos corrigere poteſtis tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus uulnus habeat in corpore quod uult occultari, cum timet ſecari, nõ ne crudeliter à te ſiletur, ac miſericorditer indicatur: quanto ergo potius debes manifeſtare crimen, ne deterius putreſcat in corde.

Auguſtinus & hab. de pœnit. diſt. 1. Sed &.

Ideo nobis peccãtibus indignatur dominus Ieſus, ut indignationis ſuæ terrore nos conuertat. Indignatio ergo eius non ultionis executio, ſed magis abſolutionis operatio eſt.

Auguſtinus ad Bonifacium.

Moleſtus eſt medicus furenti, & phrenetico, & pater indiſciplinato filio: ille ligando, iſte cædendo, ſed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant, iſta potius falſa manſuetudo crudelitas eſt.

Auguſtinus ad Marcellum.

Magis amat obiurgator ſanans, quàm adulator diſſimulans.

Auguſtinus ad Macedonium epiſt. 64.

Plurimum intereſt, quo animo quiſq; parcat. Sicuti enim eſt aliquando miſericordia puniens, ita & crudelitas parcens

Auguſtinus de charitate, ſermo. 7.

Non putes te amare ſeruũ, quando eum nõ cædis, aut tunc amare filiũ, quando ei non das diſciplinã: aut tunc amare filium tuum, quando eum non corripis. Non eſt iſta charitas, ſed languor. *Auguſtinus de Trinitate libro 1. ca. 3.*

Malo me reprehendi à reprehenſore falſitatis q̃ ab eius laudatore laudari. Ab illo enim quamuis ego non recte reprehendar, qui hoc nõ ſenſit, tamen error ipſe recte uituperat. Ab hoc autem non recte laudor, de quo hoc exiſtimo, hoc ſenſiſſe, quod uituperat ueritas, nec etiam ipſa ueritas laudatur.

Auguſtinus ſuper epiſtolam ad Galathas.

Quicquid lacerato animo dixeris, punientis eſt impetus, non charitas corrigentis: dilige, & dic quicquid uoles.

Hieron. in Iere. & habe. diſt 45. Recedite.

Boni rectores ex ſua infirmitate aliorũ infirmitates penſantes, magis per humilitatis & mãſuetudinis ſeuamentũ ſtudent peccãtes ab erroris laqueo eruere, q̃ per auſteritatẽ in foueam perditionis nutantes propellere. Vnde doctor gentium, Factus ſum, inquit, infirmus infirmis.

Hieron & habe. diſt. 45. Sed illud.

Sed illud non otioſe tranſcurrendum eſt, q̃ uno peccante ira dei ſuper omnem populũ uenit. Hoc quomodo accidit? Quãdo ſacerdotes, qui populo prẽſunt, erga delinquentes benenoli uideri uolunt: & uerentes peccantiũ linguas, ne forte mala de eis loquantur. Sacerdotalis ſeueritatis immemores, nolunt complere q̃d ſcriptum eſt Peccantem coram omnibus argue, ut cæteri metum habeant.

Hieronymus ſuper Eccleſiaſticum.

Nemo audet accuſare maiorẽ, propterea quia ſi ſancti & beati, & in præceptis dei ambulantes augent peccata peccatis Difficilis eſt accuſatio in epiſcopum, etenim ſi peccauerit, nõ creditur, & ſi conuictus fuerit non punitur.

Hiero. ſuper illud ad Ephe. Magis arguite.

Inter cætera mandata peccantes poſſe arguere maximæ libertatis eſt. Sed ille poteſt facere, qui non meretur audire, Hypocrita eĳce primum trabem de oculo tuo.

Hieronymus ad Ripparium, & hab. 23. q 8. Legi.

Non eſt crudelitas crimina pro deo punire, ſed pietas. *Hieronymus ſuper epiſt. ad Tit.*

Quomodo poteſt præſes eccleſiæ auferre malum de medio eius? qui in delictum ſimilẽ corruerit, aut qua libertate corripere peccantẽ poteſt, cum tacitus ipſe ſibi reſpondeat, eadem ſe admiſiſſe quæ corripit?

Ambro. lib. de Offi. & ha. 23. q. 4. Eſt iniuſta.

Si quis latronẽ filĳs deprecantibus motus & lachrymis coniugis eius inflexus abſoluendum putat, cui adhuc latrocinandi aſpirat affectus: nõne innocentes tradet exitio, qui liberat multorum exitia cogitantẽ? Certe ſi gladium reprimit, uincula diſſoluit, laxat exilium: Cui latrocinandi qua poteſt clementiori uia non eripit facultatẽ? qui uoluntatem extorquere nõ potuit.

Ambro. in Paſtor ſiue libro de digni. ſacerdo.

Qui cordis ſui domũ excolere nõ ualet, quomodo plurimorũ adhibebit diligẽtiã? Et q̃ peccati trabẽ ex ſuo nõ poteſt eruere oculo, q̃modo ex alterius oculo poterit amputare feſtucã?

Ambroſius ſuper caput 21. Matth.

Grauiſsimus nodus in ligno nõ poteſt expediri, niſi grauiſsimo oppreſſorio.

Ambroſius ſuper Lucam.

Plus proficit amica correctio, quàm accuſatio turbulenta. Illa pudorẽ incutit, hęc indignationem mouet. *Ibidem.*

Nouit deus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum.

Ambroſius ſuper epiſt. 1. ad Corinth. tractans illud, Modicum fermentum, &c.

Peccatum unius, quod cognitum nõ arguitur, multos cõtaminat. Imo omnes qui norũt, & non deuitant, aut cum poſſunt arguere, diſſimulant. Non enim ſibi uidetur peccare, quando à nullo corripitur, uel uitatur.

Ambroſius in ſermone ad uinculaPetri.

Non oſculatur ſemper pater filiũ, ſed aliquãdo caſtigat. Ergo quãdo caſtigatur, qui diligit, tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

amor plagas ſuas,quæ dulciores ſunt, cũ amarius inferuntur. Dulcior enim eſt religioſa caſtigatio,quàm blanda remiſsio.

Greg. Ioanni epiſcopo Conſtantinopolitano, & hab. de Con. diſt. 45. Quid autem.

Quid autẽ de epiſcopis, qui uerberibus timeri uolũt,canones dicãt, bene fraternitas ueſtra nouit. Paſtores enim facti ſumus,non percuſſores. Egregius prædicator dicit: Argue,obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina. Noua uero atq; inaudita eſt iſta prædicatio, quæ uerberibus exigit fidem.

Gregorius in Paſtorali cap. 38.

Nonnunquàm qui inter flagellorum duritiam remanent incorrecti dulci ſunt admonitione mulcendi. Nam plerunq; quos cruciamenta non corrigunt ab iniquis actibus, lenia blandimenta compeſcunt. Quia & ægros quos fortis pigmentorum potio curare non ualuit,ad ſalutem priſtinam tepens aqua reuocauit.

Gregorius in Paſtorali cap. 49.

Si quis eſt domini, iungatur mihi: ſi ille dei dicitur,qui ad feriẽd. uitia zelo diuini amoris excitatur,profecto ſe eſſe dei denegat,qui inquantum ſufficit, uitam carnaliũ corrigere recuſat. Fit plerunq; deo gratior amore ardẽs poſt culpam uita,quàm ſecuritate torpens innocentia.

Gregorius in Paſtorali.

Tunc proteruos melius corrigimus,cum ea quæ bene egiſſe credũt male acta monſtramus, ut unde adepta gloria creditur, inde utilis confeſsio ſubſequatur. *Ibidem.*

Maior culpa,quo citius,quia culpa eſt,agnoſcitur,eo etiam celerius emendatur. Minor uero dum quaſi nulla creditur,eo peius, quo & ſecurius in uſu tenetur. *Ibidem.*

Iuuenes plerunq; ſeueritas admonitionis ad profectum dirigit: ſenes uero ad meliora opera deprecatio blanda componit.

Gregorius in Paſtorali & Morali.

Sæpe hoc magnis doctoribus mirandisq; cõtingit,ut quo alta charitate feruent, modũ correctionis exaggerent, ut lingua aliquid, quod nõ debet,dicat. Quia mentem dilectio quantũ debet, inflammat. *Gregorius in Paſtorali.*

Sicut laudabile decretum eſt reuerẽtiam & honorẽ debitum exhibere maioribus. ita rectitudinis & dei timoris eſt,ſi quid in eis correctione indiget,nulla diſſimulatione poſtponere. Ne totum corpus(quod abſit)incipiat morbus inuadere, ſi languor nõ fuerit curatus in capite.

Gregorius libro 6. Moralium.

Mundus eſſe à uitijs debet,quia aliena corrigere curat. Quatenus quanto perſpicatius alijs fugienda uideat, tanto hoc ipſe per ſcientiam & uitam uerius declinat: quia nequaquàm pure in membro maculam cõſiderat oculus, quẽ puluis grauat,& ſuperiectas fordes tergere non ualent manus, quæ lutum tenent.

Gregorius libro 10. Moralium.

Cum quis proximorum mala corrigere non ualet,taceat. Sed quę corrigi loquẽdo poſſunt, ſilentio conſenſum pertimeſcat.

Ibidem.

Corda iuſtorum inflammantur, cum nõ correcta creſcere conſpiciũt acta malorũ,eorumq; culpæ ſeſe participes credunt, quos in iniquitate creſcere ſilendo permittunt.

Gregorius libro 18. Moralium.

Sunt nonnulli qui dum malefacta hominũ laudibus efferunt,augent quæ increpare debuerant. *Idem libro 21. Moralium.*

Si ab increpatiõe idcirco reticemus, quia cõtra nos inſurgere deriſionis odia formidamus, non iam lucra dei, ſed noſtra quærimus.

Greg. lib. 22. Moralium, ſuper illud Iob 31.

Si abſcondi in ſinu meo.

Multi homines & culpam confitentur, & humiles non ſunt. Nam multos nouimus, qui arguente nullo,peccatores ſe cõfitentur. Cum uero de culpa ſua fuerint fortaſſe correpti, patrocinijs defenſionis quærunt, ne peccatores eſſe uideantur. *Gregorius lib. 26. Moralium.*

Si is qui corrigere nititur, ira ſuperat, opprimit antequàm corrigat. Nam dum plusquàm debet, accenditur, ſub iuſtæ ultionis obtentu ad immanitatem crudelitatis effrenatur.

Idem libro 27. Moralium.

Piorum conſcientiæ grande ſibi præmiũ credunt, cum mundæ quibuſdã ſuis illicitis actionibus arguunt. Ponunt ergo ante oculos cordis,quia diſtrictũ iudicium tanto breuius ſuper eos mitigabit, quanto acrius homine arguente prœuenitur. Et temporalem iram ſuper ſe lucris computant, per quam ſe æternam euadere nõ ignorant. *Idem libro 26. Moralium.*

In correptione quippe uitiorũ ſubeſſe debet iracundia, non præeſſe. Vt executionẽ iuſtitiæ non dominãdo præueniat, ſed ſimulando ſubſequatur. *Gregorius in Regiſtro.*

Qui non corrigit reſecanda, committit,& facientis culpam habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emendare. *Ibidem.*

Manifeſta peccata nõ ſunt occulta correctione purganda,ſed palam ſunt arguendi,qui palã nocent, ut dum aperta obiurgatione ſanantur, hi qui eos imitando deliquerant corrigant. Dũ enim unus corripitur, plurimi emendantur. Et melius eſt, ut pro multorum ſalute unus condẽnetur, q̃ per unius licentiam multi periclitẽt.

Gregorius ſuper Ezech. hom. 2.

Si autẽ aliter aut quid loquatur, aut quibus dicatur, non uigilanter conſpicitur, ualde periculoſum eſt. Verecundiæ enim mentes ſi quas fortaſſe culpas admiſerint, leuiter arguẽdę ſunt. Quia ſi aſperius arguantur, franguntur potius, q̃ erudiantur. At contra mentes aſperæ & impudentes ſi increpatæ leniter fuerint, ad maiores culpas ipſa lenitate prouocantur.

Grego. ſup Ezech. hom. 6.

Paulus arguit Petrũ, Petrus uero laudauit Paulũ. Amicus ergo ueritatis laudauit, quod repræ

henſus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

henſus eſt. Neq; etiam minori fratri ad conſen ſum dedit, quatenus qui primus erat apoſtola/ tus culmine, eſſet & primus humilitate.

Ibidem.

Ecce à minore ſuo reprehenditur, & reprehẽ di non dedignatur. Non ad memoriam reuo/ cat, quod primus apoſtolatu uocatus eſt, non quod claues regni cœleſtis accepit.

Grego. ſuper euangelium homilia 6.

Verba ſapientum quaſi ſtimuli. Clauis atq; ſtimulis uerba ſapientiũ cõparantur: q̃a culpas delinquentium neſciunt calcare, ſed pungere.

Ioannes Chryſoſto in ſuo dialogo li. 2.

Non uniformiter ſecundũ menſuram deli/ ctorum increpationes quoq; oportet inferri, ſed diligenter inſpicere eorum q̃ deliquerunt uires atq; propoſitum. Ne forte uolens rupta ſarcire, maiorem operetur diruptionem: & cupiẽs eri gere collapſa, caſum inferat grauiorem.

Ioan. ſuper illud Matt. 13. Digito aũt ſuo. &c.

Circa uitam tuam eſto auſterus, circa aliorum benignus: audiant te homines parua mandan/ tem, & grauia facientem.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum.

Omnis correptio ſimilis eſt cæteris tentatio/ nibus. Sicut em̃ omnis tentatio fideles eos idem ædificat magis, infideles autẽ ampliꝰ eſtruit. Sic & omnis increpatio religioſum hóminem meliorem facit, irriſorem autem & malum cõ/ tundit, & ad deteriora ire compellit.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Ioannem.

Cum arguũtur uitia, & inde ſcandalũ oritur, ipſe ſibi ſcandali cauſa eſt qui fecit, quod argui debeat, non ille qui arguit.

Iſidorus de Summo bono, libro 3. cap. 32.

Non debet uitia aliena corripere, qui adhũc uitiorum contagionibus fuerit inuolutus. Im/ probum em̃ eſt arguere quicquã in alio, quod adhuc reprehendit in ſeipſo. Qui enim ueraci/ ter fraternã uult corripere ac ſanare infirmita/ tem, talem ſe præſtare fraterne utilitati ſtudeat, ut eum quem corripere cupit, humili corde ad/ moneat. Sicut enim uiri ſpiritualem alieni pec cati emendationem expectant, & quantum in ipſis eſt inſanabiles putant.

Iſidorus ibidem cap. 46.

Qui blando uerbo caſtigatus non corrigit, acrius neceſſe eſt arguatur. Cum dolore ſunt ab ſcindenda, quæ leniter ſanari non poſſunt.

Iſidorus de Sum. libro tertio, cap 91.

Qui delinquentem ſuperbo uel odioſo ani/ mo corripit, non emẽdat, ſed percutit. Quicqd enim proteruus, uel indignans animus protule/ rit, obiurgantis furor eſt, non dilectio corrigen tis. *Iſidorus libro 3. cap. 96. de Sum. bo.*

Qui admonit9 ſecreto de peccato corrigi ne gligit, publice arguẽdus eſt: ut uulnus quod oc culte ſanari neſcit, manifeſte debeat emendari.

Ibidem.

Facilius reprehẽdimus uitia aliena q̃ noſtra. Nam ſæpe quæ peruerſa in alijs iudicamus, in nobis nocibilia eſſe minus ſentimus.

Iſidorus libro tertio in fine.

Plerunque princeps iuſtus malorum errores diſſimulare nouit: non quod iniquitati eorum conſentiat, ſed quod aptum tempus correctio/ nis expectet, quando eorum uitia uel emenda/ re ualeat, uel punire.

Bernardus tractans illud Matth. 23: Duces cæci ex/ Colantes culicem, camelum autem glutientes.

Prælati noſtri culicem ligant, & camelum de glutiunt, dum maiora præmittentes minora di ſcutiunt optimi rerum æſtimatores q̃ magnam in minimis, & paruam aut nullam in maximis adhibent diligentiam.

Bernardus ſuper Cant. ſerm. 43.

Non eſt contemnenda increpatio, quæ ruina peccati, ſanitas cordis eſt, nec non & dei uia ad animam. *Ibidem ſuper Cantic.*

Magna crimina & tarde credenda ſunt cum audiuntur, & citius punienda, cum uera agnoſ/ cuntur. *Idem de conſideratione libro tertio.*

Impunitas, incuriæ ſoboles, inſolẽtiq; mater, radix impudicitiæ, tranſgreſſionum nutrix eſt.

Leo Papa, & habetur diſtin. 45. Licet.

Licet nonnunquam accidant quę in ſacerdo talibus ſunt reprehẽdenda perſonis, plus tamẽ erga corrigendos agat benevolentia, q̃ ſeueri/ tas plus exhortatio, q̃ comminatio plus chari tas, q̃ poteſtas. *Caſſiodo. lib. pri epiſt. 15.*

Malum cũ perſeuerat, augetur. & remedia/ bile bonum eſt accelerata correctio.

Caſſiodo. libro 5. epiſtol. 10.

Pudoris ſuſtinere iacturã neſciunt, q̃ ſe priꝰ iu. dice corriguntur. *Idem ſup pſal. 38.*

Iniquitas quippe morialiũ more putredinis ſine fine uagaretur, ſi eam medicinalis increpa/ tio minime deſecaret.

Origines ſuper Leuiticum cap. 33. Tractans illud.

Si uideris fratrem tuum peccare, argue eum inter te & ipſum.

Non uult te dominus, ſi forte uideris pecca/ tum fratris tui, cõtinuo euolare ad publicum, p̃clamare paſſim, & diuulgare aliena peccata: quod eſſet utique nõ corrigentis, ſed potius in/ famantis. Solus inquit inter te & ipſum corripe eum. Vbi em̃ ſeruari ſibi myſterium uiderit, il/ le qui peccat, ſeruabit & ipſe emendationis pu/ dorem. Si uero diffamari uiderit, illico ad dene gandam impudentiam conuertetur, & non ſo/ lum nõ emendaueris peccatum, ſed & duplica ueris. *Origines ſuper Leuiticum.*

Si aſſumpſeris peccatorem, & monendo, do cendo, inſtruendo, abduxeris ad pœnitentiam: ab erroribus correxeris, à uitijs emendaueris, & feceris eum talem, ut ecõuerſo propitius fiat illi deus prõ delicto, repropitiaſſe diceris. Si ergo talis fueris ſacerdos, & talis fuerit doctrina tua, & ſermo tuus, pars tibi datur eorum quos cor/ rexeris, ut illorum meritum tua merces ſit, & il lorum ſalus tua ſit gloria coram deo.

Innocentius Papa, & habetur di. 83. Error.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Error cui non reſiſtitur, approbat, & ueritas cum minime defenſatur, opprimit. Negligere quippe cum poſſis perturbare puerſos, nihil eſt aliud quàm fouere. Neq; caret ſcrupulo ſocietà tis occulte, q manifeſto facinori deſinit obuiare.

Rabanus ſuper illud Matthæi 18. Si peccauerit in te frater tuus.

Ita peccat, qui uidet fratrem peccare & tacet, ſicut qui pœnitẽti nõ indulget. Nam q dixit: Si peccauerit, dimitte, præmiſit: Si peccauerit, increpa: ne difficilis ſit uenia, & remiſſa indulgẽtia.

Rabanus ſuper illud Mat. Surge & ſurrexit.

Leuis leuiori, & occulta culpa ſecreta indiget pœnitentia. *Seneca epiſtola 40.*

Audebo peccanti mala ſua oſtendere, uitia eius ſi non excidero inhibebo. Nõ deſinent, ſed intermittent. fortaſſe autem deſinẽt, ſi intermittendi conſuetudinem fecerint.

Seneca libro de beneficijs.

Iniuſti iudicis eſt bene agentem non remunerare, & negligentem non corripere.

Seneca in Prouerbijs.

Amici uitia ſi feras, facis tua. *Ibidem.*

Cum his conuerſare, qui te corrigant.

Ibidem.

Secreto admone amicos, palam lauda.

Seneca libro de moribus.

Vitia tranſmittit ad poſteros, qui præſentib⁹ culpis ignoſcit. *Ibidem.*

Bonis nocet, qui malis parcit. *Ibidem.*

Nemo prudens punit, quia peccatum eſt, ſed ne peccetur. Res enim optima eſt, nõ ſceleratos extirpare, ſed ſcelera. *Ibidem.*

Nobilis equus umbra uirgę regitur, ignau⁹ nec calcaribus cõcitari poteſt, *Ibidem.*

Vulgi imperitiã ad res iuſtas ſola conſtringit neceſſitas. *Seneca libro de clem. ad Neronem.*

In iudicãdo ſiue corrigendo hęc tertia lex ſecuta eſt, quã princeps quoq; ſequi debet: ut aut eum quem punit, emendet: aut pœna eius cęteros meliores reddat, aut ſublatis malis ſecuriores cæteri uiuant. *Seneca Tragœ. 6.*

Qui non uetat peccare cum poſſit, iubet.

Ariſtotẽles libro ſexto de Animalibus.

Bonum eſt, quod parẽtes corrigãt filios ociоſos, ut res ocioſas à ſe ẽjciant. Et ideo rectores apum ocioſos à ſe ẽjciunt.

Ariſtoteles libro decimo Ethicorum.

Oportet bonos puocare ad uirtutes per præmia, malos autem per pœnam, inſanabiles aũt exterminare. *Ariſto. lib. 4. Politicorum.*

Non ſolum oportet puritiam à principio inſtruere, ſed etiam ipſam oportet corrigere.

Laer. Dioge. de uita & moribus Philoſopho.

Non ſolum peccantes, ſed peccatores plecti oportet, dicebat Periander. *Ibidem*

Radices diſciplinæ eſſe amaras, fructus uero dulces, dicebat Ariſtoteles. *Ibidem.*

Idem dicebat, ex parentib⁹ honorabiliores eſſe eos, qui inſtruunt, & qui generant. Quoniam hi quidẽ dant uiuere, illi uero bene uiuere.

Ibidem.

Sicut in bonis actibus laudari uis, ita in delictis patienter accipe, ſi culperis: dicebat Xiſtus Pythagoricus. *Plutarchus in Apophtheg.*

Cato ſenior àiebat, malle pro collato beneficio gratiam nõ recipere, quàm pro illata iniuria ſupplicium non ſubire, & his ſemper omnibus qui deliquerũt, præterquàm ſibi, ueniam dare.

Macrobius Satur libro 7.

Ergo ſi opportunitas neceſſariç reprehẽſionis emerſerit, ſic à philoſopho proficiſcet, ut & recta & efficax ſit. Dolor enim ſemper repræhenſionem uel iuſtam ſequitur.

Cicero in Paradoxis

Nec eñ peccata rerum euentu, ſed uitijs hominum metienda ſunt. Nõ quomodo fiant, ſed à quibus. In quo peccatur, id poteſt eſſe alio maius, aut minus. Ipſum quidem peccatum quo quo te uertetis unum eſt.

Cicero Rhetori. nouorũ libro 3.

Vlciſci male meritos oportet.

Cicero Rhetori. nouorũ libro 4.

Qui adoleſcentium peccatis ignoſci putant oportere, falluntur propterea, quod illa ætas nõ eſt impedimento bonis ſtudijs. *Ibidem.*

Ac ſi ſapienter faciunt, qui adoleſcentes maxime caſtigant, ut quibus uirtutibus omnem uitam tueri poſſint, eas in ætate maturiſſima ualeant comparare. *Saluſtius in Iugurtha.*

Hortor ne ignoſcendo malis, bonos perditũ eamus. *Ibidem.*

Bonus tantummodo fit ſegnior, ubi negligas, malus uero improbior. *Ibidem.*

Imperator, phibendo à delictis, magis quàm uindicando, melius exercitum confirmat.

Vale. Max. libro 2. titu. de diſciplina militari.

Aſpero enim & abſciſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget.

Paulus Oroſius de Ormeſta libro 8.

Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere. *Plautus in Curculione.*

Qui monet, quaſi adiuuat.

Plautus in Trinumo.

Si tu examicis certis mihi es certiſſimus, ſi qd me ſcis feciſſe inſcite, aut improbe. ſi id me nõ accuſas, tute ipſe obiurgandus es. *Terent. in Andria.*

Pro peccato magno paululũ ſupplicij ſatis eſt patri.

Terentius Comœdia 3.

Deteriores nos omnes ſumus licentia.

Ibidem.

Mala docet te facilitas multa.

Ouidius Metamor. libro 1. fabula 6.

Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile uulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.

Ouidius Metamor. libro 2. fabula 1.

–Dum resq; ſinit tua corrige uota.

Idem Amorum libro 2. elegia ulti.

Quodlibet eueniat, nocet indulgentia nobis,
Quod ſequitur fugio, quod fugit ipſd ſequor.

Idem lib. 3. de Ponto, elegia ultima.

Corrigere at res eſt tanto magis ardua, quanto

Magnus

Magnus Ariſtarcho maior Homerus erat.

Horatius in arte poetica.

Quicquid præcipies eſto breuis, ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.

Ibidem.

Sunt delicta tamen quibus ignouiſſe uelimus.
Nam neq; chorda ſonũ reddit, quẽ uult manus & mens,
Poſcentiq; grauem per ſæpe remittit acutum.
Nec ſemper feriet quodcunq; minabitur arcus.

Horatius Sermonum libro 1. ſatyra 3.

Stultus & improbus hic amor eſt, dignuſq; notari,
Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum,
Quam ut aquila, aut ſerpens Epidaurius? *Ibidem.*
Adſit regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas,
Nec ſcutica dignum horribili ſectere flagello.

Horatius Epiſtolarum libro 1. epiſt. 1.

Feruet auaritia miſeraq; cupidine pectus?
Sunt uerba & uoces, quibus hunc lenire dolorem.
Poſſis & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, quæ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, uinoſus, amator,
Nemo adeo ferus eſt, ut non miteſcere poſſit,
Si modo culturæ patientem commodet aurem.

Menander.

ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί,
αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες οὐ γινώσκομεν. id eſt,

Omnes ſumus in admonendo ſapientes,
Nos uero ipſos aberrantes non cognoſcimus. *Idem.*
ῥᾴον παραινεῖν ἢ πάσχοντα καρτερεῖν. id eſt,
Facilius admonere quam patientem tolerare.

CORreptio græce ἐπίληψις, ιος, ἡ. uel ἔλεγχεια, ας, ἡ. & ἐλέγχω corripio dicitur. Eſt autem proprie corripere, oſtendere turpitudinem peccati, hortando ad emendationẽ. Sed corrigere eſt cogere ad hoc per pœnas: licet quandoq; alterũ pro altero ponatur. Ex beato Tho. 4. Sen. diſt. 19. quæſt. 2. articulo 1.

Corruptibile græce φθαρτόν, ή, όν. & φθείρω corrũpo dicitur. Eſt autem corruptibile id, quod prius quidem ens, nunc autem non ens, aut contingens quando q̃, poſterius non eſſe, ſecundum Ariſtot. libro 1. de Cœlo & mundo.

Corruptio græce φθορά, ᾶς, ἡ. & φθορὶμαῖος corrupti dicitur. Et eſt corruptio, mutatio ex ente, in nõ ens, ſecundum Ariſt. lib. 2. de Gene. & Corrup.

Coruſcatio græce λοτραπή, ῆς, ἡ. & λοτραπτω coruſco & fulguro. Et eſt exhalatio ſicca extruſa è nubibus, quæ ſecũdum multas partes ignitur ſubtili ac debili ignitione: & fit poſterius tonitruo, ſed uidetur prius, quia uiſus anticipat auditum ſecundum Ariſto. libro 2. Metaphy.

Duæ partes mũdi, ut idẽ Ariſt. ait, in imo iacẽt terra & aqua: utraq; ex ſe reddit aliq̃d. Terrenũ uapor ſiccus eſt, & fumo ſimilis: hinc uẽtos, fulmina, tonitrua facit. Aquæ uero halitus humidus eſt, hic nubes, pluuias, niues creat. Sed ſiccus ille terrarũ uapor, cũ coaceruatus eſt coitu nubiũ, uehementer à latere eliditur, & latius nubes proximas ferit, hic plaga cum ſono incutit, q̃lis in noſtris ignibus reddit, cum flãma uitio lignorum urentiũ crepat. & illic ſpũs habens aliquid humidi ſecũ conglobatus rũpit in flãma. Eodẽ modo ſpũs ille qui ex colliſis nubibus exprimitur, alijs impactis neq; rũpi, neq; exilire ſilentio poteſt. Diſſimilis uero crepitus fit propter nubiũ diſſimilitudinem, q̃re aliæ maiorẽ ſonum habent, aliæ minorẽ. Cæteræ illa uis expreſſi ſpiritus ignis eſt, qui cũ leui impetu accẽſus, & late explicitus eſt, fulguratio ſiue fulgur, ſiue fulgetrũ, ſiue coruſcatio dicit: cũ uero coactus eſt huiuſmodi ignis & impetu actus, fulmen appellatur. Siquidẽ nubiũ inter ſe cõpræhenſarum anguſtiæ mediũ ſpiritũ eijciunt, & hoc ipſo inflãmant, ac tormenti modo emittunt, ut baliſtas ſcorpionesq; tela cum ſono emittere uidemur.

Crapula græce κραιπάλη, ης, ἡ. & κραιπαλίω crapulor dicit. Et eſt ſupfluitas ciborum, ut habetur in c. de crapula. de ui. & ho. cle. & eſt uocabulũ græcũ, licet aliq uelint, q̃ dicat quaſi cruda epula.

CReatio græce κτισις, ιος, ἡ. & κτίστης, ου, ὁ. creator dicitur, & eſt creatio, emanatio uniuerſalis entis ex nihilo, ſecundum Thomam 2. Senten. diſt. 1. q. 1. articulo 2.

Creatio differt à generatione, quia creatio nihil præſupponit: generatio autẽ præſupponit materiam, & ab omni alia mutatione, quia præſupponit ſubiectum. b. Tho. ibidem.

Creatio à uerbo creo dicit, q̃d uenit ab hoc noſte caro, q̃d græce κρέας, ατος, τὸ. dicitur. Eſt aũt creare, producere, q̃ſi carnem facere. Dicitur aũt caro, non tantũ de cæteris aĩalibus, ſed etiam de piſcibus, pomis, & alijs ſimilibus. Cuius diminutiuũ eſt caruncula & carnicula, quæ græce κρέας, ατος, τὸ. dicitur. *Eſdræ 3. cap. 8.*

Solus enim es domine, & una plaſmatio nos ſumus manuum tuarum. *Iob 12.*

Quis ignorat, quod omnia hæc manus domini fecerit? in cuius manu anima omnis uiuentis, & ſpiritus uniuerſæ carnis hominis.

Auguſtinus ſuper Ioannem.

Intelligat qui poteſt, iudicet quæ poteſt. Maius ſit iuſtos creare, q̃ impios iuſtificare. Certe enim etſi æqualis eſt utraq; potentia, hæc maioris eſt miſericordiæ. *Ibidem.*

Ex perpetuitate creaturarũ intelligit creator æternus, ex magnitudine oĩpotens, ex ordine & diſquiſitione ſapiẽs, ex gubernatiõe bonus.

Auguſt. lib. 2. de Ciuitate dei, cap. 21.

Tria q̃dam maxime ſciẽda de creatura nobis oportet intimari: quis eã fecerit, per quid fecerit, quia fecerit. Si ergo q̃rimus quis fecerit? Deus eſt. Si p quid? dixit, Fiat: & facta ſunt. Si quare fecerit? q̃a bona eſt. Nec eĩ autor excellentior eſt deo, nec ars efficatior dei uerbo, nec cauſa melior q̃ ut bonũ creatura deo hono: hanc etiam cauſam condendi mundum Plato iuſtiſſimam dicit, ut à Deo bono opera bona fierent.

Auguſt. libro 2. de Trinitate cap. 7.

Nõ eſt fas angelos, neq; bonos neq; malos putare creatores. *Auguſt. l. Supportat. parte 3. c. 1.*

Iuſtum

Iustum est, ut creatura laudet deũ creatorem. Ipse enim ad laudandũ se creauit, q nostris non indiget laudibus. Est aũt uirtus incõprehensibilis, nullius indigẽs, ipsa sibi sufficiẽs, magnus ẽ dominus noster & laudabilis ualde. Hunc itaq; mens diligat, lingua canat, scribat manus, atq; in his sanctis studijs fidelis animus se exerceat.

Augustinus ad Orosium quæst. 26.

Plus uidetur in deo creatura, q̃ in seipsa uideatur. Plus in arte qua facta est, quam in seipsa quæ facta est.

Augustinus de Trinitate libro 15. cap. 13.

Deus creaturas non nouit, quia sunt: sed ideo creaturæ sunt, quia nouit eas.

Anselmus de Misericordia dei.

Admoneo te, ut sine intermissionibus recorderis, q̃ dulcis & q̃ bonus sit erga te creator tuus, quanta bonitas eius fuit, quod te cum non esses creauit: & quod te non pecus aut creaturam insensibilem, sed eam creaturam fecit, quę eum posses intelligere & amare, & cum eo suam æternitatem æternaq; & fœlicia possidere.

Bernardus in sermone.

Considera septẽ in beneficio creatiõis: Quod creauit te commodo non suo, cui Psal. ait: Bonorum meorũ non eges. Sine merito tuo. Quia nihil pmeruit qui penit⁹ nihil fuit. Cogita qualem fecit: secundum corpus, egregiam creaturam; secũdum animam magis egregiam, utpote imaginem creatoris insignem, rationis participem, beatitudinis sempiternæ capacem. Considera & dominationis potestatem. Terror eñ hominis super cuncta animantia imminere decernitur. Considera ergo largitatis administrationem. Quanta tibi largitus est ad sustentationem, quanta ad eruditionem, quanta ad consolationem, quanta ad correctionem, quanta ad delectationem. Quid ni gratias agas?

Idem de diligendo deo.

Si totum me debeo per me facto, quid addã iam pro me refecto hoc modo. Nec enim tam facile refectus q̃ factus. In primo ope nec mihi dedit. In secũdo se, & tibi se dedit. Me mihi reddidit. Datus ergo & redditus per me pro me debeo, & bis debeo: sed quid domino pro se retribuam. Nam & si me millies rependere possem, quid sum ad dominum meum?

Aristoteles libro 3. Metaphysicæ.

Impossibile est aliquid fieri ex non ente.

Idem libro 1. Physicorum.

Secundum omnes philosophantes, ex nihilo nihil fit.

Idem libro 1. de Generatione & corruptione.

Ex nihilo nihil fit.

CRedulitas a credo, q̃ græce πιστεύω & ταχυπιθὴς ὁ ἡ. credulus dicitur: unde credulitas, q̃ est facilitas in credendo. Et est duplex, scilicet temeraria & leuis: de hac Ouidius:

Sed quia credulitas damno solet esse puellis.

Quædam uero probabilis & discreta.

Credere est cum assensũ cogitare, b. Tho. secunda secundæ quæst. 2. art. 1.

Credere est actus intellectus assentientis diuinæ ueritati, ex imperio uoluntatis motæ à deo per gratiam b. Tho. secunda secundæ q. 2. ar. 9

Credere est dictis uel factis fidem habere, unde credulus & credulitas: aliquando est fidei cõmittere, nonnunq̃ seruandum committere, aliquando confidere. Interdum mutuare: hinc creditores proprie dicuntur, quibus mutuata debetur pecunia. Martialis.

Dimidium donare Lino, quam credere totum
Qui mauult, mauult credere dimidium.

Creditores tamen dicit Vlpianus eos esse q̃bus debetur ex quacunq̃ actione, uel prosecutione, uel iure ciuili, sine ulla exceptionis perpetuæ remotione, siue honorario, siue ordinario, siue extraordinario, siue pure, siue in diem, siue sub conditione.

Creditum etiã à credo deducit, & significat id q̃ nobis debet. Differt q̃ hoc à mutuo, quo genus à specie. Nam creditũ consistit extra eas res, quæ pondere, numero, mẽsurave continentur sicuti si eandem rem recepturi sumus, creditum est, non aũt mutuum. Item mutuum non potest esse nisi pecunia, aut alia res proficiscat. Creditum aũt fit interdum, etiam si nihil proficiscatur, ueluti si post nuptias dos promittatur.

Phocylides.

μὴ πίστευε τάχιστα πρὶν ἀρετὴν πεῖρας ἔτι, id est,
Noli credere celerrime, anteq̃ uere finem uideas.

Hesiodus.

πίστις δ' οὐκ ἔσθ' ὁμῶς ἠδὲ ἀπιστίαι, αἳ λέσθαι ἀνάλφες. id est,
Crudelitates sane simul & incredulitates pdiderunt uiros.

Menander.

μὴ πάντα πείθου πᾶσι πιστεύειν ἀεί. id est,
Ne omnia conare omnibus credere semper.

Criminatio græce διαβολή. ἧς ὁ διάβολος ὁ ἡ. accusator dicitur. Et est contentiosa contumelia. Est enim crimen proprie, quod per contentionem alicui obijcitur: & à cerno crimen dicitur, ut à discerno discrimen. Cernere autem est contendere. Plautus: Propria Amphytrio dum cernit cũ hostibus: hinc per metaphoram aliquando crimen pro delicto ponitur. Seneca: Vitam agens simplicem, rectam sine crimine.

CHristus græca dictio est, nam χριστὸς ὁ ἡ. unctus & χρίω ungo & χρίσις ἡ. unctio dicitur.

Christi aduentus græce χριστοπαγεσία & προσέλευσις, a duenio dicitur.

Christi aduẽtus triplex: in carne, per incarnatiõem, de qua infra in Christi incarnatio, in mẽte per gratiã. Ad iudicium, de quo infra, in iudicĩ finale. Ex b. Tho. sup Isaiæ prolo. col. 2. fin.

Genesis 49.

Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec ueniat qui mittendus est. Et ipse erit expectatio gentium: ligans ad uineam pullum suũ, & ad uitem o fili mi asinam suam. Lauabit in uino stolam suam, & in sanguine uuæ pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius uino, & dentes eius lacte candidiores.

Matthæus in euangelio cap. 20.

Filius hoĩs nõ uenit ministrari, sed ministrare & dare

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& dare aĩam ſuam redemptionem pro multis.

Auguſt. ſup Ioan. & in gloſ. 1. Timo ca. 1.

Nulla cauſa ueniendi Chriſto dño, niſi peccatores ſaluos facere. Tolle morbos, tolle uulnera & nulla cauſa eſt medicinę. Venit ergo de cælo magnus medicus, qa per totũ ubiq; iacebat ægrotus. Genus ergo humanũ totum pierat, ex quo peccauit unus, in q̃ totum erat: ideo uenit unus ſine peccato, qui ſaluos faceret omnes ſine peccato. Non enim eum de cælo ad terram merita noſtra, ſed peccata traxerunt.

Auguſt. ſuper Iohannem.

Pater & filius & ſpiritus ueniũt ad nos, dum uenimus ad eos: ueniunt ſubueniendo, ueniũt illuminando, ueniunt obediendo, ueniunt metuendo, ueniunt implendo, uenimus capiẽdo.

Hieron. ſuper Matthæum.

Signum aduentus dominici eſt in toto orbe euangelium prædicari, ut nullus ſit excuſabilis, quod aut iam completum eſt, aut breui credo complendum. Non enim puto aliquam remanſiſſe gentem, quæ Chriſti nomen ignoret.

Ambroſ. ſuper Lucam.

Hoc tempus non ſine cauſa domini aduentus uocatur. Ideo enim ſancti patres celebrare cœperunt aduentum, ut ſe unuſquiſq; præpararet fidelis & emendet, ut digne dei ſui natiuitatem ualeat celebrare.

Ibidem.

Ille iuſtus uenit ad nos peccatores, ut ex peccatoribus faceret iuſtos. Pius uenit ad impios, ut nos pios: humilis uenit ad ſuperbos, ut ex ſuperbis faceret humiles.

Idem ſup 1 Theſſa. ca. 1. Si diſſenſio uenerit &c.

Non prius ueniret dominus, q̃ regni Romani defectio fiat & appareat antichriſtus, qui interficiat ſanctos, reddita Romanis libertate ſub ſuo tamen nomine.

Bernardus in ſermone de aduentu.

Dignum eſt fratres, ut tota deuotione domini celebremus aduentum, delectati tanta conſolatione, ſtupefacti tãta dignatione, inflammati tanta dilectione. Nec ſolum cogitemus aduentum quo uenit, & quare? Quia ſaluum facere quod perierat. Sed & illum nihilominus quo ueniet, & aſſumet nos ad ſeipſum, ut circa hos duos aduentus iugi meditatione uerſemur, ruminantes in cordibus noſtris, quantum in prio re præſtiterit, quantum promiſerit in ſecundo.

Beda ſup Cant. li. 3. ſup illud. Veni in hortũ meũ.

Venio, ut errantes corrigã, & infirmates adiuuem, & dubitantes in fine affirmẽ, & gẽtium fructibus perfectis q̃ſi ſu auiſſimis, & certantes ab hoſtium defendã inſidijs, & uictores hoſtiũ perpetuæ uiſionis meæ corona remunerem.

Dantes Paradiſi canti. 7.

L humana ſpecie ĩfeꝛma giacque
Giu per ſe culi multi in grande errore,
Fin chal uerbo di dio deſcendere piacque, *Id eſt,*
Humana ſpecies infirma iacuit
Infra ſeculis multis in magno errore,
Quouſq; uerbo diuino deſcendere Placuit.

CHriſti aſcenſio χριστοῦ ἀναβασις & ἀναβαινω aſcendo dicitur. Chriſti aſcenſio fuit ſecundum utranq; naturam. Ex b. Tho. 3 parte, q. 57 arti. pri. & 3. Sen. diſt. 22. quæſt. 3. art. 1.

Marcus Euangel. in cap. ultimo.

Et dominus quidẽ Ieſus poſtq̃ locutus eſt diſcipulis, aſſumptus eſt in cælũ & ſedet à dextris dei. *Auguſt. in ſerm. de aſcenſionẽ.*

Aſcenſio dei catholicæ fidei cõfirmatio fuit, ut ſecuri in poſterum crederemus & miraculi illius donum, cuius etiam in præſenti percipere mus effectum. *Ibidem.*

Nos Chriſti mors uiuificauit, nos reſurrectio erexit, nos Chriſti aſcenſio conſecrauit.

Ibidem.

Reſurrectio domini, ſpes noſtra eſt. aſcenſio, glorificatio noſtra. Si ergo recte, ſi fideliter, ſi deuote aſcenſionem domini celebramus, aſcendamus cum illo, & ſurſum corda habeamus.

Auguſt. de fide & ſymbolo.

Vbi & qũo ſit in cælo corpus dominicum, curioſiſſimum & ſuperuacuum eſt quærere. Tantummodo in cælo eſſe credendum eſt.

Idem de agone Chriſtiano.

Corpus non aſcendit, ſed leuatum eſt in cælum, illo leuante qui aſcendit. Si enim quiſq; deſcendat (uerbi gratia) nudus in monte: cum autem aſcendat ueſtiat ſe, & iterum aſcendat ueſtitus. Ratione utiq; dicimus: Nemo aſcendit niſi qui deſcendit

Auguſt. in ſermone de Reſurrectione.

Quoꝝ in ſepulchra paſſione dñi ſunt pateſacta hoꝝ corpora Chriſto reſurgente de puluere ſunt ſuſcitata. Decebat eñ, ut ille prius reſurgeret, deinde illi: Sicut dicit apoſtol⁹ Paulus: Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientiũ. Et ſicut cum dño ſurrexerunt, ita cum eo aſcendente, etiam ipſi aſcendiſſe creduntur.

Augſt. & eſt in gloſa Apocalypſis 12. ſuper illud, Raptus eſt filius eius ad thronum eius.

Raptus eſt dei filius ab humanitate ad diuinitatem, in transfiguratione, à paſſibilitate ad immortalitatem, in reſurrectione: à minoritate ad patris æqualitatem, in aſcenſione, quia quanto fuit deſcẽſus à ſinu patris ad patibulum crucis, tantus fuit aſcenſus à patibulo crucis uſq; ad dextram patris.

Aug. tractans illud Actum primo, Eleuatus eſt in cœlum.

Cum audis eleuatum, agnoſce militiæ cæleſtis obſequium non auxilium, ſeruitium, non ſubſidium: miniſterium, non adiutorium.

Hieronymus ſup illud, Attollite portas principes ueſtras.

Virtutes miniſtræ præcedentes Chriſtũ in aſcenſione ad alias uirtutes clamant, ut iam dño uenienti aperiant, eiq; occurrant. Referate (inquiunt) cæleſtes aditus, uenienti domino æternalis ingreſſus pateat, aperiantur ætherei ianuæ, & æternarũ ædiũ ualuæ, & introibit rex gloriæ in cælum

cælum,ut ad dexteram patris interpellet p nobis.Ipſe enim uirtutes angelicæ nouo myſterio carne induti ſtupæfactæ quærunt cum admiſtratione. Quis eſt iſte rex gloriæ? Quibus reſpondent aliæ:Dñs uirtutum &c. Licet eñ multi ſcirent ipſum eſſe hominem, non tñ ſciebant humanam naturam ſupra ſe exaltandam.

Grego. homilia 29. ſuper euangelium, tractans cant. 2. Ecce uenit in montibus.

Vultis eius ſaltus cognoſcere? de cælo uenit in uterum,de utero uenit in præſepium,de præſepio in crucem, de cruce uenit in ſepulchrum, de ſepulchro rediit in cælum.

Idem in homilia.

Saluator noſter qui cum in ea carne q̃paſſum plit,aſcenderit in cælum, peregre profectus eſt. Quia locus carnis proprie terra eſt, q̃ quaſi ad peregrina loca deducit,cum in cælo collocat.

Idem homilia 29.

Illo reuertebatur Chriſtus, ubi erat: & inde redibat,ubi remanebat:quia eum per humanitatem aſcenderit in cælum, per deitatem ſuam & terram pariter continebat & cælum.

Ibidem.

Oportet fratres chariſſimi,ut illud ſequamur corde, ubi Chriſtum credimus corpore aſcẽdiſſe.Et ſi adhuc hic tenemur infirmitate corporis, ſequamur tamen eum paſſibus amoris. Quia is qui placidus aſcendit,terribilis redibit.

Ibidem.

In hac ſolẽnitate deletum eſt chirographum noſtræ damnationis:mutata eſt ſentẽtia noſtrę corruptiõis. Illa em̃ natura cui dictum eſt:Terra es & in terram ibis,hodie in cælum iuit.

Ioan. Chryſoſt. in homilia hodierna.

Natura cuius cauſa paradiſus à Cherubin cuſtodiebat, hodie ſuper Cherubin cum ſummo honore ſuſcepta eſt. Et natura,cui dictũ eſt: Terra es & in terram reuerteris, hodie in cælum iuit, & ſine termino ſuper cælos regnat.

Ioan. Chry tractans illud,Aſcendit ad cœlos.

Refrena iram,expue malitiam, expugna luxuriam,& de peccatis uirtutibus feciſti gradum, qui ducit in cælum.

Bernardus in ſermone Aſcenſionis.

Aſcendimus duobus modis:meditatione& oratione. Meditatio quidem quid deſit, docet; oratio ne deſit, obtinet.

Bernardus ſuper Canti.

Aſcenſionis quatuor dicimus eſſe gradus: prima ad cor, ſecunda in corde, tertia de corde, quarta ſupra cor. In prima tenetur dominus. In ſecunda auditur conſiliarius. In tertia deſiderat ur ſponſus. In quarta uidetur deus.

Bernar. tractans illud Pſal. Dixit dominus &c.

Domino meo datum eſt ſingulariter ſedere à dexteris patris in gloria coeq̃li,in eſſentia conſubſtantiali,pro generatione conſimili,mateſtate non diſpari,æternitate non poſteriori.

Leo Papa in ſermone hodierno.

Non ſolum hodie cæli poſſeſſores firmati ſumus,ſed ſuperna cælorum in Chriſto penetrauimus,ampliora recepturi per ſuam ineffabilẽ gloriam,q̃ per diaboli perdideram⁹ inuidiam. Quia quos diabolus de primi habitaculi fœlicitate eiecit,hos dei filius ſibi comparatos ad patris dextram collocauit.

Ibidem.

Non otioſe inter reſurrectionẽ & aſcenſionẽ xl. dies trãſiere diſcurſu: ſed magna cõfirmata ſunt ſacramenta,magna reuelata myſteria. In eis diræ mortis auferetur metus, uerbi ſimul & carnis immortalitas declaratur. In his inſufflatio ſpũſſancti infunditur. In his beato Petro ſuper cæteros ouilis dominici cura mandatur.

Beda tractans illud Ioan. 3. Fuit homo ex Phariſæis.

Nemo aſcendit in cælũ, niſi qui deſcendit de cælo. Quiſq; ergo in cælũ aſcẽdere deſiderat, ei qui de cælo deſcendit,& eſt in cælo, ſe uera fidei & dilectionis unitate coniungat: aperte intelligens,quod nullo alio ordine,niſi p eum qui de cælo deſcendit, in cælum aſcendere poſſit.

Hilarius 10. de Trinitate.

Fit caro uerbum.i.homo deus,& qui homo eſt, in cælis eſt:& qui deus eſt, de cælis eſt. Aſcẽdit deſcendens, ſed deſcendit non deſcendens. Eſt qui erat,& quod eſt non erat.

Chriſti crux,græce χριστοῦ σταυρός,σταυρόω crucifigo dicitur. Quid autem ſit crux & unde dicatur,uide infra in crux.

Paulus ad Galatas ca. 6.

Mihi autem abſit gloriari,niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt,& ego mundo.

Auguſt ſuper Ioannem,ſermo. 3.

Crux non ad impotentię documentũ,ſed ad exẽplum patiẽtię ſuſcepta eſt. Ibi tua uulnera curauit,ubi ſua pertulit. Ibi à morte ſempiterna te ſanauit,ubi temporaliter mori dignatus eſt.

Auguſt. in ſermone de paraſceue.

Crux chriſti nobis totius cauſa beatitudinis eſt:hæc nos à cæcitate liberauit erroris,hæc à tenebris reddidit luci,hæc debellatos reddidit q̃ eti, hæc alienos deo cõiunxit, longe cõſtitutos p̃ximos p̃ſentauit,hæc peregrinãtes ciues oſtendit,hæc diſcordiæ amputatio eſt,hæc pacis firmamentũ,hæc donorũ oĩm abunda largitio.

Ibidem.

Hodie crux fixa eſt, & ſeculum ſanctificatũ eſt. Hodie crux fixa eſt, & dæmones diſperſi ſunt. Hodie crux fixa eſt, & mors ſubuerſa eſt. Hodie crux uicit,& mors uicta eſt. Hodie diabolus uinctus eſt, homo ſolutus eſt, & deus glorificatus eſt.

Auguſt. ſuper illud ad Galat. 6. Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti.

Crucẽ,ut in ea gloriemur,dñs ſuo geſtans humero pro uirga regni nobis commendauit: q̃d eſt grande ludibrium impĩs, grande myſteriũ pĩs? & unde mundi philoſophus erubuit,ibi apoſtolus theſaurum reperit:quod illi uiſum eſt ſtultitia,apoſtolo factum eſt ſapiẽtia & gloria.

Auguſt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Auguſtinus ſuper Ioannem.

Signum crucis à nobis expellet exterminatorem ſi tamen cor noſtrum Chriſtum habeat in habitatorem. *Amb. in ſerm. de Paſſione.*

Author pietatis in cruce pendens teſtamentū condidit, ſingulis pietatis opera diſtribuens, Apoſtolis perſecutionem, Iudæis corpus, patri ſpiritum, uirgini paranymphū, latroni paradiſum, peccatori infernum, Chriſtianis uere pœnitentibus crucem commendauit.

Grego. in hom. Si quis uult uenire poſt me.

Duobus modis crux tollitur, cum aut per abſtinentiam affligitur corpus, aut per compaſſionem proximi affligitur animus.

Ioan. Chryſoſto. in homilia de cruce.

Crucem reliquit Chriſtus in terra, ſed ſecum eam leuabit ad cœlum. Tanta autem erit gloria crucis, quod ſolis lumen reddatur obſcurū, & ſicut imperatorem regalis pompa præcedit, & militaris ordo p̄eundo uexilla humeris portare conſueuit, & his eius declaratur aduentus: ſic domino de cœlo ueniente, angelorū cœtus ſignum illud humeris portatum è cœlis regalē nobis aduentum annuntiat.

Bernardus ſuper Cantica, ſermone 65.

Chriſtus in paſſione patientiam exhibet, humilitatem commendat, obedientiam implet, charitatem perficit. His uirtutum gemmis quatuor cornua crucis ornant. & eſt ſup omnia charitas, à dextris obedientia, à ſiniſtris patientia, in profundo radix uirtutum humilitas.

Bernardus de floribus.

Circuire poſſum domine cœlum & terram, mare ad aridam, & nuſquam te inueniã niſi in cruce: ibi dormis, ibi paſcis, ibi cubas in meridie. Crux enim tua fides eſt, cuius latitudo charitas, longitudo lōganimitas, altitudo ſpes, profundum timor. In hac cruce te inuenit, quicūq; te inuenit: in hac cruce ſuſpendit anima, & dulcia poma de ligno decerpit.

Caſſiodorus ſuper illud Pſalm. Signatum eſt ſup nos lumen uultus.

Crux eſt humiliū tutio inuicta, ſuperborum deiectio: uictoria Chriſti, perditio diaboli: infernorum deſtructio, cœleſtium cōfirmatio: mors infidelium, uita iuſtorum.

Damaſcenus libro 4.

Crux Chriſti clauis eſt Paradiſi: hæc infirmorum baculus, paſtorum uirga, conuertentium manuductio, perficientium perfectio. Animæ ſalus & corporis, omnium malorū auerſio: bonorum omnium datrix.

Rabanus de laude crucis.

Tu ſancta crux peccatorū es remiſſio, pietatis exhibitio, meritorū argumentū. Infirmorū remediū, laſſorū refugium, ſanorū incolumitas, deſperatorū ſecuritas, infortunatorū fœlicitas.

Oroſius ſuper epiſt. Ad Romanos, libro quinto.

Tanta uis eſt crucis & mortis Chriſti, q̄d ad ſanitatem & remediū non ſolum præſentis & futuri, ſed etiam p̄teritorū ſeculorum, & ſolum non huic modo ordini, ſed etiam cœleſtibus uirtutibus ſufficiat.

Oroſius ſuper epiſt. ad Romanos, libro ſexto.

Tanta eſt uis crucis, ut ſi ante oculos ponatur, & in mente fidelium habeat, ita ut ipſam mortem Chriſti intentis oculis mentis aſpiciat nulla cōcupiſcētia, nulla libido, nullus furor, nulla ſuperare poſſit inuidia. Sed cōtinuo ad eius præſentiā totus ille peccati & carnis fugat exercitus.

CHriſti incarnatio græce χρις τ̃ σαρκ ὁ σ ενσαρκ ὶ ω, incarno dicit. Chriſti incarnatio eſt principium omnium meritorum humanorum. Ex beato Thoma 3. Sententiarum, diſtinctione 4. quæſt. 3. artic. 1.

Ioannis cap. 1.

Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. *Auguſtinus de uerbis apoſtoli.*

Non liberaretur humanum genus niſi ſermo dei dignaretur eſſe humanus: nam & ille homo dicitur eſſe humanus, qui ſe exhibet eſſe hominem, & maxime hoſpitio ſuſpicit hominem. Si ergo humanus dicit, qui in domo ſua ſuſcipit hominem quàm humanus eſt, qui in ſeipſo ſuſcipit hominem? *Ibidem.*

Si ergo hō nō perīſſet, filius hoīs non uenīſſet. *Auguſt. de incarnatione domini contra Iudæos.*

Iudæe cytharam reſpice, ut muſicum melos ſonisq; dulcib9 reddat. Tria pariter adeſſe uidētur, ars, manus, chorda, & tamen unus ſonus auditur. ars dictat, manus tangit, chorda reſonat. Tria pariter operātur, ſed ſola chorda reſonat, nec ars, nec manus ſonum reddunt, ſed cū chorda pariter operātur. Sic nec pater, nec ſpiritus ſanctus ſuſceperunt carnem, & tamen cum filio pariter operantur: ſonum ſola chorda excutit, carnem ſolus Chriſtus accepit, operatio in tribus conſtat. Sed quomodo pertinet ad ſolam chordā ſoni redditio, ſic pertinet ad ſolū Chriſtum carnis humanæ ſuſceptio.

Ibidem.

Dicat mihi Iudæus incredulus, quemadmodum arida uirga fronduit & floruit, & nuces p tulit, & ego dicam illi, quomodo uirgo concepit & peperit, ſed profecto Iudæus nec uirg̃ potuerit explicare conceptum, nec ego uirginis partum. *Auguſtinus contra Fauſtum.*

Formam uiri aſſumendo, & de fœmina naſcēdo, utrunq; ſexum hoc modo honorandum indicauit. *Auguſt. epiſt. 2. ad Volutianum.*

Si ratio quæritur nō erit mirabile: ſi exemplū poſcit, nō erit ſingulare. Demus deū aliquid poſſe q̄d nos fateamur inueſtigare non poſſe, in talibus rebus tota ratio facti eſt potentia

Gregorius homi. 39. ſuper illud Cant. 1. Ecce iſte uenit ſaliens in montibus.

Vultis inquit eius ſaltus agnoſcere? de cœlo uenit in uterum, de utero uenit in præſepiū, de præſepio uenit in crucem, de cruce uenit in ſepulchrum, & de ſepulchro rediit in cœlum.

Gregorius libro 2. & 6. Moralium.

Deus pater unicū filiū ſuum in utero uirginis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

humanæ naturę coniungens, deum ante ſecula ſibi coæternum fieri uoluit hominem in fine ſeculorum, & quem ſine tempore genuit, ſaluandis hominibus cum tempore oſtendit.

Gregorius libro tertio Moralium.

Mediator dei & hominum, ut culpas noſtræ tranſgreſſionis extingueret, uenit mortalitatis noſtrę flagella tolerare. Et qui patri æqualis eſt per diuinitatem, propter nos uenit ad flagella per carnem, quæ nimirum flagella non ſuſcipe/ret, niſi formam hominis damnati redimendo ſumpſiſſet, & niſi primus homo delinqueret, ſecundus ad paſſionum p:obra minime ueniret.

Ibidem.

Chriſtus in carne natus de uirgine, contagio culpæ inquinatus non eſt, & tamen ultione culpæ depreſſus eſt: admiſſa propria nō habuit, & tamen pœnam carnalium ſine culpa ſuſcepit.

Ioan. Chryſoſt. homelia 5.

Scio quod caro uerbum factum eſt, & quomodo factum ſit, neſcio: miraris ga ego neſcio, omnis creatura ignorat.

Bernardus ſermone 10.

Tria opera tres mixturas fecit omnipotens illa maieſtas in aſſumptione noſtræ carnis, ita mirabiliter ſingularia, & ſingulariter mirabilia, ut talia nec facta ſint, nec facienda amplius ſuper terram. Coniuncta quidem ſunt ad inuicem deus & homo, mater & uirgo, fides & cor humanū. Verbum enim, anima, & caro in unam conuenere perſonam, & hęc tria unum, & hoc unum tria ſunt, nec in confuſione ſubſtantiæ, ſed in unitate perſonæ. Hæc eſt prima & ſuperexcellēs mixtura Secunda eſt uirgo & mater, utique & admirabilis, & ſingularis à ſeculo non eſt auditum, q̄d uirgo eſſet, quæ peperit: & mater eſſet, quæ uirgo permanſit. Tertia eſt fides & cor humanum, & hæc quidem inferior, ſed nō minus forſitan fortis. Mirum enim quomodo cor humanum his duobus fidem accōmodauit, quomodo credi potuit, q̄ deus homo eſſet, quod uirgo fuerit, quæ peperiſſet. Sicut ferrum & teſta iungi non poſſunt, ſic hęc duo nequeūt commiſceri, ſi nō miſceat glutinum, ſpiritus ſcilicet dei. Et hæc quidem mixtura excellens, ſecunda excellentior, ſed tertia excellentiſſima.

Bernardus ſermone 22.

Quanti fecit te deus, ex his, quæ pro te factꝰ eſt, agnoſce. Vt appareat tibi benignitas eius in humanitatem, quāto enim minorem ſe fecit in humilitate, tanto maiorem exhibuit in bonitate: & quanto pro me uilior, tanto mihi charior. Aduerte homo quia limus es, & non ſis ſuperbus, & quia deo iunctus es, non ſis ingratus.

Hugo libro de Sacramentis.

Nulla cauſa ueniendi fuit, niſi peccatores ſaluos facere. Tolle morbos, tolle uulnera, & nulla cauſa eſt medicinæ.

Dantes Floren. paradiſi cap. 7.

Voſtra natura quando pecco tota.
Nel ſeme ſuo, da quæſte dignitati
Come de paradiſo fu remota.
Ne recoprar poteaſi ſe tu badi
Ben ſot ilmente, per alcuna uia
Senza paſſar per unde queſti gradi:
O che dio ſolo per ſua corteſia
Dimeſſo haueſſe, o che lhom per ſe iſſo
Hateſſe ſatisfacto a ſua follia.
Ficca molochio per entro labyſſo
Del æterno conſiglo quanto poi,
Al mio parlar diſtinctamente fiſſo.
Non potra lhomo no termini ſoi
Mai ſatisfar, per non poter ir giuſo
Cum humilatade ubediendo poi,
Quanto diſubediendo intenſeir ſuſo.
Equeſta elaragion, perche lhom fue
Da poter ſatisfar de ſe diſchiuſo.
Dong̃ adio conuenia cum le uie ſue
Riparar lhomo a ſua intera uita,
Dico cum luna, uer con ambe due.
Ma per che lopra tanto e piu gradita
Del oper ante quanto piu apreſenta
De labonta del core unde e uſcita:
La diuina bonta chel mondo imprenta
Di proceder per tutte le ſue uie:
A rileuarui ſuſo, fu contenta.
Ne tra lultima nocte el primo die
Si alto o ſi manifeſto proceſſo,
O per uno, per latro ſuo fie.
Che piu largo ſu dio a darſe ſteſſo,
In far lhomo ſufficiente a releuarſi,
Che ſe lhaueſſe ſol da ſe dimeſſa,
Et tuti glaltri modi erano ſcarſi
Alla giuſtitia, ſel figlol de dio
Non fuiſſe humiliato ad incarnaſi. id eſt,
Veſtra natura quando peccauit tota
In ſemine ſuo, ab his dignitatibus
Sicut e paradiſo amota fuit.
Nec recuperari poterat, ſi aduertis
Probe ac ſubtiliter, aliqua ratione
Niſi tranſiſſet p aliquem horum graduum:
Vel deus ſolus ſua bonitate
Remiſiſſet, uel homo per ſeipſum
Satisfeciſſet ſuo crimini.
Immitte iam oculum intra abyſſum
Aeterni conſilij quantum potes,
Meis uerbis diſtincte fiſſus manens:
Non poterat homo in ſuis terminis manens
Vnq̃ ſatisfacere, eo q̄ declinare nequibat
Per humilitatem obediendo poſtea.
Quantum rebellis deo eſt conatus aſcendere
Et hæc eſt ratio, q̄ homo fuerat
A ſatis faciendo a ſe excluſus.
Idcirco deo conueniebat at medijs proprijs
Reparare hominem ad ſuam uitam inter
Dico cum uno, uel ambobus ſimul (nam,
At quoniam actio tanto eſt grata magis
Agentis, quanto plus in ſe habet,
Bonitatis cordis, unde exijt:
Diuina bonitas quæ mundum implet,
Procedendo per omnes uias ſuas

Ad

Ad reuelandum uos ſurſum, contenta fuit.
Nec inter ultimam noctem, & primum diem
Tam altus & tam magnificus proceſſus,
Aut per unum, aut alterum fuit, & fiet.
Nam largior deus fuit ad ſeſe dandum,
Ad faciendum hominem potentem ad reſurgendum.
Quam ſi ſolum a ſe dimiſiſſet.
Et omnes alij modi erant amari
Iuſtitiæ, ſi filius dei
Non ſeſe humiliaſſet ad incarnandum.

CHriſti natiuitas græce χριστοῦ γενέτη ποτὲ uel γένεσις τοῦτο dicitur. Natiuitas eſt exitus a generante coniuncto, à quo habet principia ſufficientia. Et dicitur oriri, ratione primi, naſci ratione ſecundi, & gigni ratione tertij. Ex beato Thoma prima parte quæſtione 27 articulo 2. & 3. Senten. diſtin. 8. quæſt. 1.

Lucæ cap. 2.

Dixit paſtoribus angelus: Nolite timere, ecce enim euangelizo uobis gaudium magnũ, quod erit oĩ populo: quia natus eſt nobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus in ciuitate Dauid.

Auguſtinus in ſermone de Epiphania.

Aurum igitur ſoluit, quaſi regi magno: Thus immolatur, ut deo: Myrrha præbetur tanq̃ pro ſalute omnium morituro. Habuit enim prædicatores angelos, narrantes cœlos, adorantes magos.

Auguſtinus ſuper Ioannem.

Nobilitas fuit Chriſti naſcentis, in uirginitate parientis: nobilitas parientis in diuinitate naſcentis.

Ambroſius contra hæreticos.

Mihi em̃ impoſſibile eſt generationis ſcire ſecretũ: Mens deficit, uox ſilet, non mea tantũ, ſed & angelorum. Supra poteſtates, ſupra Cherubin, & ſupra Seraphin, & ſupra omnẽ ſenſum eſt. Quia ſcriptum eſt: Pax Chriſti ſupra omnẽ ſenſum eſt: Quomodo nõ eſt ſupra omnem ſenſum tãta generatio? Tu ergo ori manum pone, ſcrutari nõ licet ſuperna myſteria. Licet ſcire q̃ natus ſit, nõ licet ſcire quomodo natus ſit. Hoc em̃ quærere metus eſt, ineffabilis enim eſt illa generatio, unde Iſaias ait: Generationẽ eius quis enarrabit? Hæc humanum ſenſum & intelligentiam mundi excedit, hoc non capit humanæ intelligentiæ ratio, ſed prudẽtię fidelis profeſſio.

Gregorius homilia 10. Cum natus eſſet Ieſus in Bethlehem.

Nato regi aurum offerimus, ſi in conſpectu illius claritate ſupernæ ſapientiæ reſpiẽdemus. Thus offerimus, ſi cogitatiõe carnis per ſancta orationum ſtudia in ara cordis incendimus, ut ſuaui odore per cœleſte deſiderium redolere ualeamus. Myrrham offerimus, ſi carnis deſiderta per abſtinentiam mortificamus.

Gregorius Moralium libro 27.

Cœli rege nato angelorũ chori in eius annũtiatione prodeunt, hymnũ dicũt, & deuicta prauæ uitæ diſcordia, nos quos dudũ deſpexerãt ciues agnoſcũt, cõſono ore prædicantes, Gloria in excelſis deo &c. ac ſi dicãt, quos à nobis malitia diſiunxerat, iam nunc in terra bonitas coniungat.

Ioan. Chryſ. ſuper Matth. 2. Intrantes domum inuenerunt puerum.

Nunquid inuenerũt palaciũ marmoribꝰ ſplẽdidum? nũquid aulam regiam diuerſis populis perſonãtem? nũquid haſtatas ſiue clypeatas militum cateruas? Nũquid equos regalibus phaleris inſignes? nũquid currus auro oſtroq; fulgentes? nũquid matrẽ eius diademate coronatam? aut in lecto eburneo recumbentẽ? nũquid puerum byſſo & purpura inuolutum? utiq; nõ. Sed potius anguſtum & humile tugurium, uile ſqualidum? præſepium, & magis animalibus q̃ hominibus aptum, puerum uilibus pannis inuolutum, matrem uix tunicam habentem unam, non ad ornatum corporis, ſed ad tegmentum.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum 13.
Nonne hic eſt fabri filius.

Non illius eſt fabri filius, quem putatis, ſed fabricatoris omnium, qui fabricatus eſt auroram & ſolem. Nonne Dauid filius fuit agricolæ? & tamen radix fuit ſtirpis regiæ. Cur ergo Chriſtũ propter parentum ignobilitatem contemnũt?

Bernardus ſuper Cantica.

Fratres generationem iſtam quis enarrabit? Angelus nuntiat, uirtus obumbrat, ſubuenit ſpiritus, uirgo credit, uirgo parturit, uirgo permanet. Quis non miretur, naſcitur uerbum infans, & agnoſcitur longitudo breuis, latitudo anguſta, altitudo ſubdita, profũditas plana, ibi agnoſcitur lux nõ lucens, uerbum infans, aqua ſitiens, panis eſuriens.

Caſſiodo. ſuper illud Pſalm. Ego hodie genuite,

Coæternitatem ſuæ maieſtatis oſtẽdit. Hodie enim apud deũ nullo initio incœpit, nullo fine cõcludit. Nõ enim ibi fuit uel erit, ſed ſemp̃ manet, ſemper eſt, & quicqd dixeris illi hodie eſt.

Caſſiodorus ſuper illud Pſalmi: Hæc eſt dies quam fecit dominus.

Licet deus cunctos dies creauerit, ſingulariter tamen hunc diem feciſſe dicitur, qui Chriſti domini natiuitate ſacratus eſt, in quo merito exultari conuenit & lætari, quoniam in eo & diabolus ius perdidit, & ſalutem mundus accipit.

Leo Papa in ſermone de Apparitione.

Adorant Magi in carne uerbum, in infantia ſapientiam, in infirmitate uirtutem, & in hominis ueritate dominum maieſtatis: ut ſacramentum fidei ſuæ intelligentiæq; manifeſtẽt, quod cordibus credunt, muneribus proteſtant, thus deo, myrrham homini, aurum offerunt regi.

Fulgentius ad Probam.

Hæc ſtella nunquàm ante apparuit, quia nunquàm eam puer iſte creauit, & Magis ad ſe ueni entibus præuiam deputauit.

Beda ſuper Lucam libro 1.

Non mediocre hoc tibi fidei uideatur exemplum, non uilis perſona paſtorum: certe quo uilior ad prudentiam, eo pretioſior ad fidẽ. Non ſapientes, ſed ſimplices quiſq; care audita neſcirent. dominus ſui præcones elegit, nõ rherores, ſed piſcatores ad euangelizandum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Maximus episcopus in sermone de Natali.

Generationem eius quis enarrabit? Fratres generatio Christi sic enarrari non potest, si lingua deficit, fides proficit. Magnus enim profectus est fidei, cum tantum de deo suo potest concipere, quantum sermo non potest parturire.

CHristi Passio græce χρισοῦ πάθημα & πάχω patior dicit. In Christi passione quatuor cogitanda sunt, scilicet dilectio eius, reamando, amaritudo eius, compatiendo. fortitudo eius, aduersa patiẽter sustinendo. & utilitas eius, gratias agendo. Ex beato Thoma in opusculo de uenerabili sacramento altaris.

Genesis 49. de iniqua consolatione.

Simeon & Leui uasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non ueniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt uirum, & in uoluntate sua suffoderunt murum.

Psalmo 2. de uario consensu populorum.

Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ & principes conuenerunt in unum, aduersus dominum & aduersus Christum eius.

Psalmo 21. de perforatione manuum.

Foderunt manus meas, & pedes meos. Dinumerauerunt omnia ossa mea. ipsi uero considerauerunt & inspexerunt me: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem. *Psalm. 34. de falsa accusatione.*

Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me.

Psalm. 40. de discipuli proditione.

Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.

Psalmo 60. de Amara potatione.

Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

Isaiæ 50. de corporis flagellatione.

Corpus meum pedi percutientibus & genas meas uellentibus: faciem meam nõ auerti ab increpantibus & conspuentibus in me.

Esaiæ 53. de morte uoluntaria.

Non est species ei neq; decor, & uidimus eũ, & nõ erat aspectus: & desiderauimus eũ despectum & nouissimum uirorũ, uirũ dolorum & scientẽ infirmitatem. Et quasi abscõditus uultus eius & despectus, unde nec reputauimus eũ. Vere lãguores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit & nos reputauimus eum, quasi leprosum, & percussum à deo & humiliatũ. ipse aũt uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eũ, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisq; in uiam suam declinauit. Et posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum, oblatus est, quia ipse uoluit, & nõ aperuit os suum, sicut ouis ad occisionem ducetur: & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum.

Isaiæ 53. Quod propter peccata nostra.

Propter scelus populi mei percussi eum.

Ibidem.

Et cum sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

Ieremiæ 11.

Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad uictimam, & non cognoui, quia cognouerunt super me consilia, dicẽtes: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra uiuentium, & nomen eius non memoretur amplius.

Danielis 9.

Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est. *Zachariæ 11.*

Appenderunt mercedem meam triginta argenteos. *Zachariæ 13.*

Percute pastorem & dispergentur oues.

2. ad Corinthios 8.

Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi quoniam propter uos egenus factus est, cum esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis.

Ad Hebræos 9.

Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis uitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationẽ carnis, quãto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundauit cõscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum deo uiuenti. *Aug. libro Prognosticorum.*

Quid est q; Christus in morte turbatus est, nisi quia infirmos suæ infirmitatis uolũtaria similitudine consolatus est, aut si qui suorum adhuc imminente morte turbantur, ne hoc ipsi se putantes reprobos peiore desperationis morte absorbeantur. *Augustinus super Ioannem.*

Vbi Iesus nõ respondebat, ibi & ouis silebat: hoc est, sicut agnus innocens non aperuit os suum ubi uero respondebat, ibi sicut pastor docebat. *Ibidem.*

Fratres ut in peccato sanemur, Christũ crucifixum intueamur. Quomodo, qui intuebanẽ serpentem æneum in deserto, non peribãt morsibus serpentum. Sic qui intuentur fide Christi mortem, sanantur à morsibus peccatorum.

Augustinus libro de uirginitate.

Inspice uulnera pendentis, sanguinem morientis, pretium redimentis, cicatrices resurgẽtis. Caput habet inclinatum ad osculãdum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplexandam, totum corpus expositum ad redimendum. Hæc quanta sint cogitate, hæc in statera uestri cordis appendite, ut totus uobis figatur in corde, qui totus pro nobis fixus fuit in cruce. *Aug. in sermone de Natali domini.*

Homo factus est hois factor, ut sugeret ubera regens sidera: ut esuriret panis, ut sitiret fons, dormiret lux, ab itinere uia fatigaretur, falsis testibus ueritas occultaretur. Iudex uiuorum & mortuorum, à iudice mortali iudicaretur, ab iniustis iustitia damnaretur, flagellis disci-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

plina cæderetur, ſpinis botrus coronaretur, in ligno fundamentum ſuſpẽderetur, uirtus infirmaretur ſalus uulneraretur, uita moreretur.

Auguſt. in ſerm. de Quadrage.

Congruit noſtræ deuotiõi, ut qui domini crucifixi paſſionem celebraturi ſumus, reprimenda rum carnalium uoluntatum crucem nobiſpſis etiam faciamus. *Auguſt. ſuper Pſal. 70*

Chriſto crucifixo uelum templi ſciſſum eſt, quia per ipſius paſſionẽ omnium myſteriorum ſecreta patuerunt.

Auguſtinus libro contra quinq; hæreſes.

Fuſus eſt ſanguis medici, & factum eſt medicamentum phrenetici. *Aug. de uerbis domini.*

Quem uis contemnere, pretium eius attende, & cum morte Chriſti totum mundum appẽde.

Auguſtinus de uerbis apoſtoli.

Non ulla res officiorũ laborem ad portanda onera aliorũ facit libenter appendi: niſi cum cogitamus, quanta pro nobis pertulit dominus.

Auguſtinus libro de octo uirtutibus charitatis.

Filius dei ad crucem ducit, expalmat, qui eſt uera palma uictoriæ: ſpinis coronat, qui peccatorum ſpinas uenit cõſtringere: ligatur, qui ſoluit compeditos: ligno ſuſpẽditur, qui erigit elisos. Aceto potatur fons uitæ, diſciplina cædit, ſalus uulnerat, uita morit, occidit ad tempus ui tam mors, ut in perpetuũ à uita occideret mors.

Hieron. ſuper illud Matthæi 27. Deſcendat de cruce, & credimus ei.

Fraudulenta promiſſio: Maius fecit ſurgens de ſepulchro, & non creditis, nec ſi de cruce deſcenderet, crederetis.

Hieronymus ſuper Matth

Omnis creatura compatitur Chriſto morienti, ſol obſcuratur, terra mouetur, petræ ſcinduntur, uelum templi diuiditur, ſepulchra aperiuntur, ſolus miſer homo nõ compatitur, pro quo ſolo Chriſtus patitur. *Ibidem.*

Traditus eſt Ieſus militibus uerberandus, & illud ſacratiſſimum corpus pectusq; dei capax flagella ſumpſerunt.

Ambroſius ſuper Beati immaculati.

Noli tantũ amittere beneficium o homo. Propterea Chriſtus damnationi mortis ſe ſubdidit, ut te à iugo dãnationis erueret. ille ſuſcepit mortis ſeruitutẽ, ut tibi tribueret uitæ æternæ libertatẽ. *Ambroſius ſup illud Matthæi 26. Cum gladijs & fuſtibus.*

Stultũ eſt cum gladijs quærere eũ, q ultro ſe offert, & in nocte proditorẽ inueſtigare, quaſi latentem, qui quotidie in templo docet. Sed factum congruit tempori & perſonis, quia cum eſſent tenebræ, in tenebroſo tempore tenebroſum opus exercebant.

Ambroſius ſuper illud Matthæi 28. Si rex Iſrael eſt deſcendat, &c.

O ſtulte & cæce grex ſacerdotũ, nunqd impoſſibile erat ei de paruo ſtipite ligni deſcẽdere, qui deſcendit à cœlorum altitudine? Nunquid tua uincula poſſent illum tenere, quẽ cœli non poſſunt capere? Nõ uenit, ut ſe liberaret, q ſub ſeruitute non erat: ſed ut nos de ſeruitute redimeret.

Ambroſius ſuper Lucam libro 5.

Clamauit Ieſus uoce magna: Deus deus meus &c. Clamauit homo diuinitatis ſeparatiõe moriturus. Nam cũ diuinitas mortis libera ſit, utiq; mors eſſe non poterat, niſi uita diſcederet, quæ diuinitas eſt.

Ambroſius ſuper Lucam.

Doles domine, nõ tua uulnera, ſed mea non tuam mortem, ſed noſtram infirmitatem.

Ambroſius in ſermone de Paſſione.

Author pietatis in cruce pendens teſtamentum cõdidit, ſingulis pietatis opera diſtribuens: Apoſtolis perſecutionem, Iudæis corpus, patri ſpiritum, uirgini paranymphum, latroni paradiſum, peccatori infernum, Chriſtianis pœnitentibus crucem.

Gregorius libro 20. Moralium.

Cum enim poſſet nobis etiam moriendo ſuccurrere, uoluit tamen hoĩbus moriendo ſubuenire, quia nos uidelicet minus amaſſet, nec uim ſuæ dilectionis nobis oſtenderet, niſi hoc quod à nobis tolleret ad tempus, ipſe ſuſtineret.

Ioannes Chryſoſt. ſuper Matthæum cap 3.

Verè deſerta erat Iudæa, uacua iuſtitia plena peccatis, quã deus plantauerat, omnes prophetæ coluerãt illa autem nullum fructum produxerat, niſi ſpinas acerrimas, quibus dominum ſuum coronauerat.

Ioannes Chryſoſt. ſuper Matth. cap. 27.

Quæ nobis erit contumelia? poſtquam Chriſtus hæc paſſus eſt, nec enim una particula, ſed totũ corpus iniurias patiebatur. Caput per coronam, manus per arundinem, os per acetum, facies inſpuebatur, genu uelabantur & tandem totum corpus in cruce extenditur, & pforatur.

Bernardus ſuper Cant. ſermo 15.

Quàm dulciter domine Ieſu cum hominibus conuerſatus es? quàm abundanter multa & magna bona hominibus largitus es? quàm fortiter, tam indigna, tam aſpera & dura p hominibus paſſus es? dura uerba, duriora uerbera, duriſſima ſupplicia. *Ibidem.*

O duri & indurati, & obdurati filij Adam, quos non emollit tanta flamma, tanta benignitas, tãm ingens ardor amoris, tam uehemens amator, qui pro uilibus ſarcinulis, tam præcioſas merces expendit.

Bernardus ſuper Cantica, ſermone 20.

Dilexit nos deus dulciter, ſapienter, fortiter. Dulciter nempe dixerim, quod carnem induit: ſapienter, quod culpam uitauit: fortiter, quod mortem ſuſtinuit. Sed ſup omnia reddit te mihi amabilem bone Ieſu, alix quem bibiſti, opus noſtræ redemptionis: hoc em̃ omnino amorem noſtrum ſibi uendicat. Hoc (inquam) noſtram deuotionem blandius allicit, iuſtius exigit, arctius ſtringit, & uehementius afficit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Bernardus super Cantica.

Passio tua domine ieſu ultimum eſt refugium, singulare remedium, indeficiens sapientia: iustitia non sufficiente, succumbentibus merita illa succurrit. Cum enim defecerit uirtus mea, non conturbor, non diffido: scio quid faciam, calicē salutaris accipiam, scio quod merita mea non sufficiunt. Ego uero fideliter quando ex me mihi deest, usurpo ex uisceribus domini, quoniam misericordia affluunt, nec desunt floramina p quæ foderunt manus meas & pedes, latusq; lancea forauerūt. Et per has rimas, licet mihi sugere mel de petra, oleum de saxo, & gustare & uidere quàm suauis est dominus.

Bernardus super Cantica sermone 23.

Pater ignosce eis, quia nesciunt quid faciunt. Christus flagellis cęsus, spinis coronatus, clauis cōfossus, patibulo affixus, opprobrijs saturatꝰ, omnium tamē dolorum immemor ait: ignosce illis. Hinc multę miseriæ corporis, hinc dolores, hinc miserationes, hinc oleū exultationis, hinc gutte sanguinis decurrentis in terram.

Bernardus super Cantica sermone 62.

Quid tam efficax ad curanda consciētię uulnera, necnon ad purgandam mentis aciem, q̄ Christi uulnerum sedula meditatio?

Bernardus super Cantica, sermone 63.

In passione domini tria specialiter conuenit intueri: opus, modū, causam. Nam in opere q̄dem patientia, in modo humilitas, in causa charitas commendatur. Patientia singularis, humilitas admirabilis, sed charitas inæstimabilis.

Bernardus sermone 76.

Et nobis assumpsit, quæ pro nobis sustinuit nasci, lactari, mori sepeliri: mea est mortalitas, nasci: mea infirmitas paruuli: mea expiratio, crucifixi: mea dormitio sepulti.

Leo Papa in sermone septimi mensis.

Effusio pro iniustis sanguinis iusti, tam potēs fuit ad priuilegium, tam diues ad pretium, ut uniuersitas captiuorum, in redemptorem suum crederet, nullum tyrannica uincula retinerent.

Cassiodorus super Psal. 50.

Vbi princeps tanta afflictione plangebat, quis illo flente non fleret, quis illo dolēte non gemeret? Quando pro gemmato diademate rex cinerem gestabat in capite, canus puluere nō ætate.

Damascenus libro 3. cap. 26.

Si sole superlucente in ligno securis incideret lignum soli impassibilis permaneret. Multo magis diuinitas secundum hypostasim carni unita, carne patiente manet impassibilis. Et quemadmodum si quis ignito ferro superfūdit aquam, quod quidem aptum natum est pati ab aqua, ignis extinguitur, innocuum autē permanet ferrum: sic carne passa, impassibilis diuinitas māsit.

Rabanus de laude crucis.

Passio Christi cœlum sustentat, mundum regit, tartarum perfodit: in ea cōfirmantur angeli, redimuntur populi, conteruntur inimici: stabiliuntur sublūtentia, animantur uiuentia, consentiunt sententia, illustrantur intelligentia.

Dantes paradisi cap. 7.

La pœna donque che la crocie porce,
Se a la natura assumpta si misura,
Nulla giamai si giusta mente morse.
Et cusi nulla fu de tanta ingiuria
Guardando a la persona che soufferse,
In se era contracta tal natura. id est,
Pœna igitur, quam crux attulit,
Si naturæ assumptæ mensuratur,
Nulla unquam tam iuste momordit.
Et sic nulla fuit tantæ iniuriæ,
Si respicis personam, quæ se obtulit,
In qua coniuncta erat talis natura.

CHristus greca dictio est, nam χρισόω ὁ unctus dicitur adiectiue. Quod nomen filio Mariæ Ieſu optime conuenit, tum quia in humanitate est unctus oleo gratiæ, præ alijs: tum quia hoc nomen exprimit unitatem personę in duabus naturis, exprimit enim dignitatem regiam & sacerdotalem. Ipse enim est rex & sacerdos summus in æternum, secundum ordinem Melchisedech: ut ait propheta.

Ioannis 3.

Exaltari oportet filium hominis, ut omis qui credidit in ipso nō pereat, sed habeat uitam æternam. Non enim misit dominus filium suum in mundū ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum.

Ioannis 8.

Ego sum lux mundi, qui sequitur me, nō ambulat in tenebris.

Ad Romanos cap. 10.

Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. *Augustinus libro de uera religione.*

Tota uita Christi in terris per hominem quē gessit disciplina morum fuit.

Augustinus libro de Cathechizandis rudibus.

Omnia bona terrena contempsit homo Christus, ut ea contemnenda mōstraret, & omia terrena mala sustinuit, quæ sustinēda percipiebat, ut nec in illis quæreretur fœlicitas, nec in istis timeretur infœlicitas. In ciuitate uili est natus, cuius patria erat cœlestis. Pauper est Christus factus, cuius sunt omnia, ne de terrenis uitijs quisquàm extolleretur. Noluit rex ab hominibus fieri, quia humilitatis uiam ostendebat miseris. Esuriuit, qui omnes pascit: sitiuit, qui est fons sitientium: fatigatus est ex itinere, qui uiam facit nobis in cœlum: obmutuit & obsurduit, per quē mutus locutus est, & surdus audiuit uinctus est, qui infirmitatum uincula soluit: mortuus est, q mortuos suscitauit. A more itaq; eius similia patiamur, ut clamat Paulus ad Philippēses secundo. Hoc em̄ sentite in uobis, quod & in Christo Ieſu, & cætera.

Augustinus super Matthæum, capite 55. & contra Felicianum.

Iacebat Christus quantū ad carnē mortuus in sepulchro, mortuos suscitās in inferno, uitā ciuibus uniuersis in cœlo. Nō mundū dimittēs ad cœlum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ad cœlum aſcẽdit; nec cœlum deſerẽs uenit ad nos. Sed uno atq; eodem tempore totum tot9 impleuit. *Auguſt. ſuper Matth. cap. 55.*

Ego ſum uia ueritas & uita: tanquam diceret quam uis ire? Ego ſum uia, quo uis ire? Ego ſum ueritas, ubi uis permanere? Ego ſum uita.

Ibidem.

Ideo permittitur inimicus iuxta uiam ponere laqueos, ne ſecuratæ exultatiõis uia deſeratur: & in inſidias incidatur. Via Chriſtus humilis, Chriſtus ueritas & uita, Chriſtus excelſus & deus. Si ambulas in humili puenies ad excelſum.

Auguſtinus ſuper Ioannem.

Ambulare uis? ego ſum uia. Falli nõ uis? ego ſum ueritas. Mori non uis? ego ſum uita.

Ibidem.

Attulit Chriſtus ueritatem, ut rector: manſuetudinem ut liberator. iuſticiam, ut cognitor.

Auguſtinus contra Felicianum.

Erat Chriſtus uno & eodem tempore totus in inferno, totus in cœlo: illic patiẽs iniuriã carnis, hic non relinquens gloriam deitatis. Erat apud inferos reſurrectio mortuorũ, & apud cœlos uita uiuentium.

Hieronymus ſuper Matthæum lib. 1.

Hoc intelligendum eſt, quod tantæ paupertatis fueris Chriſtus, & ita nulli adulatus ſit, ut in urbe maxima nullum hoſpitem, nullam inueniret manſionem. *Ibidem ad Paulinam.*

Chriſtus ſanctificatio eſt, ſine qua nemo uidebit filiũ dei, ſeu faciẽ dei. Chriſtus redẽptio: i. redemptor & pretiũ. Chriſtus omnia, ut q̃ omnia propter Chriſtum dimiſerit, unum inueniat p omnibus, & poſſit libere clamare, Pars mea dñs.

Hieron. epiſt. 1. ad Laurentium Papam.

Solus eſt enim Chriſtus, qui peccati maculã neſcit. *Ambroſius ſuper Lucam libro 4.*

Chriſtus oĩbus omnia factus eſt. Pauper pauperibus. Diues diuitibus. Flens flentibus. Eſuri entibus eſuriens. ſitiens ſitientibus. Profluus abundantibus. In carcere cum paupere eſt. Cum Maria flet, cum apoſtolis epulatur, cum ſamaritana ſitit. In deſerto eſurit, ut cibus primi hominis quẽ præuaricatione guſtauerat, ieiunio domini ſolueretur. *Ambro. ſuper Lucam lib. 5.*

Nemo tibi Chriſtum poteſt auferre, niſi te illi auferas. *Grego. lib. 30. Moralium.*

Studebant oĩes ſuperbi ab Adam ſtirpe geniti proſpera uitæ præſentis apperere, aduerſa deuitare, opprobria fugere, gloriam ſequi. Venit inter eos incarnatus dominus aduerſa appetens, proſpera ſpernens, opprobria amplectẽs, gloriam fugiens. *Ioan. Chryſ. ſt. ſuper Matthæum.*

Tria ſunt quæ relinquere debet qui uenit ad Chriſtũ. actus carnales, qui ſignificant p retia piſcationis ſubſtantiã mundialẽ, quæ ſignificatur per nauim, parentes, qui ſignificantur per patrẽ. Reliquerunt igitur Iacobus & Ioannes nauim, ut fierent eccleſiaſticæ nauis gubernatores. Retia ut non piſces afferrent, ſed ciuitatem ſupernam. Vnum patrem, ut ſpirituales omnium fierent. *Bernardus ſuper Cantica.*

Gemina dulcedo ſuauitatis exuberat in pectore domini Ieſu longanimitas in expectando & facilitas in donando. Nomen Ieſu quàm charum, quàm uile, uile ſed ſalubre. Si uile nõ eſſet, mihi non effunderetur. Si ſalubre non eſſet, me non lucraretur. Ieſus mel in ore, melus in aure, iubilus in corde.

Ibidem.

Nomen Ieſu lucet prædicatum, paſcit recogitatum, lenit & ungit inuocatum, qui ita exercitatos reparat ſenſus, uirtutes roborat, uegetat bonos mores atq; honeſtos, caſtas fouet affectiones. *Ibidem.*

Nihil ita ſicut hoc nomen Ieſus iræ Impetũ cohibet, ſuperbiæ tumorem ſedat, liuoris uulnus ſanat, luxuriæ fluxũ reſtringit, libidinis flãmam extinguit, ſitim auaritiæ temperat, ac totius indecoris pruriginem fugat.

Ibidem.

Dignus plane morte, q̃ tibi Chriſte recuſat uiuere Et qui tibi non ſapit, deſipit: & qui curat eſſe niſi propter te, pro nihilo ẽ, & nihil eſt. Propter teipſum deus feciſti omnia. Et qui eſſe uult ſibi, & non tibi, nihil eſſe incipit inter omnia.

Ibidem.

Ne mundi gloria ſeu carnis uoluptatibus abducaris, dulceſcat tibi pro his ſapiẽtia Chriſtus: ne reducaris ſpiritu mẽdaci, & erroris, luceſcat tibi ueritas Chriſtus. Ne aduerſitatibus fatigeris, confortet te uirtus dei Chriſtus.

Ibidem.

Habemus Chriſtum Ieſum ex patre naſcentem, in patre cubantem, cum patre ſedentem, ſub patre pendentem, à patre ambulãtem, pro patre ſtantem, ſine patre morientem.

Damaſcenus tractans illud Matthæi 16.
Tu es Chriſtus filius dei uiui.

Nomen enim Chriſti exprimit unitatem perſonæ in duabus naturis, exprimit etiam dignitatem regiam & ſacerdotalem, & gratiæ pleni/tudinem propter unctionis prerogatiuam.

Dantes paradiſi cant. ca. 20.

Hora cognoſci quanto charo coſta.
Non ſequir Chriſto cum ſe ſperienza
Di quæſta dolce uita, & de loppoſta. *id eſt,*
Nunc uoſcas, quam chare emptum ſit
Non ſequi Chriſtum experientia
Huius dulcis uitæ, & ei oppoſitæ.

CHriſtianus a Chriſtus dicitur χριστός, de quo ſupra. Et is dicitur, qui Chriſti eſt, id eſt, qui fidem Chriſti habet, q̃ ſpiritu Chriſti uiuificat operatur, & ad imitationem Chriſti peccatis moritur. Ex beato Thoma ſecunda ſecundæ quæſtione 124 articulo 5.

Auguſtinus libro de uita Chriſtiana.

Ille uere Chriſtianus eſt, qui oĩbus miſericordiam facit, qui nulla omnino mouetur iniuria qui alienum dolorẽ tanq̃ propriũ ſentit, cuius mentiam nullus pauper ignorat, q̃ corã hominibus inglo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bus inglorius habetur, ut coram deo & angelis glorietur, qui terrena cõtemnit, ut possit habere cœlestia, qui opprimi pauperem se presente nõ patitur, qui miseris subuenit, qui ad flectum flectibus prouocat alienis. Quod bene faciebat Paulus: Quis infirmatur, & ego non infirmor?

Augustinus de doctrina Christiana.

Christiani nomẽ ille frustra sortit, qui Christum minime imitatur. Quid enim tibi prodest, uocari quod nõ es, & nomen usurpare alienũ? Sed si Christianum te esse delectat, quę Christianitatis sunt gere, & merito tibi Christiani nomẽ assume. *Augustinus super Psalm. 32.*

Ipse est Christianus, qui & in domo sua peregrinum se esse cognoscit. Patria nostra sursum est, ibi hospites non erimus.

Ambrosius in sermone habito in dominica de Abraam, & habetur 23. q. 5. Cauete.

Mendacium nanq; est Christianum se dicere, & opera Christi non facere.

Gregorius libro 28 Moralium.

Non quæritur in Christianis initiũ, sed finis.

Cyprianus de duodecim abusionibus.

Christianus nemo dicitur recte, nisi qui Christo moribus prout ualet, coæquatur.

Dantes par adisi cant. ca. 19.

Aquæsto regno.
Non sali mai che non credete in Christo.
Ne prima, ne poi, che si cheauasse al legno,
Ne uedi, molti cridan Christo Christo
Che Saran in iuoicio assai men prope
Allul. che tal, che non cognobbe Christo.
Et tai Christiani damnara lethiope,
Quando si partirano in dui cocegi,
Luno in æterno richo, & laltro inope. id est,
Ad hoc regnum
Nunquam ascendit, qui non credidit in Christum,
Nec ante, nec postquam affixus ligno fuit.
At respice, multi clamant Christe Christe,
Qui erunt in iudicio minus prope
Illum, quam quispiam, qui Christum nunquam nouit.
Et tales Christianos damnabit Aethiops,
Quando separabuntur in duo collegia,
Vnum perpetuo diues, & inops alterum.

CRudelitas græce ὠμότης ητος ἡ & ἠμόν ὸς crudelis dicitur. Et est atrocitas animi in pœnis exigendis, secundum Senecam lib. de Clementia.

Crudelitas est uitium, humanũ excedens modum puniendi culpas, beat. Thom sec. se. q. 175. artic. 1. *Prouerb. cap. 25.*

Auferimpietatem de uultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius.

Ecclesiastici cap. 38.

Qui offert sacrificiũ ex substãtia pauperis, q̃ si qui uictimat filium in conspectu patris.

Augustinus ad macedonium, & habetur. q. 5.

Quid dicam.

An crudelior est, qui subtrahit aliquid, uel eripit diuiti, q̃ qui trucidat pauperem fœnore?

Aug. Cõtra Manichæos. & ha. 23. q. 1. Quid culpatur.

Quid culpatur in bello? an quia moriuntur quã doq; morituri? ut dominentur in pace uicturi: hoc reprehendisse timidorum est, non religiosorum. Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas. Implacatus atq; implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi & si qua similia.

Hieronymus super Isaiam & habetur. 23. quæst. 5. Non est.

Non est crudelis, qui crudeles iugulat, sed crudelis ideo uocatur, quia crudelis patientibus esse uidet. Nam latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat. *Idem super 12. prophe.*

Sicut misericordia sursum eleuat ad deum, ita deorsum crudelitas in infernum deijcit.

Idem ad Ripparium, & hab. 23. q. 8. Legi.

Non est crudelitas crimina pro deo punire, sed pietas *Ambro. de Officijs lib. 3. cap. 3.*

Considera homo unde nomen tuum assumpseris, ab humo utiq;, quæ nihil quicq̃ eripit, sed omnia largitur omnibus, & diuersis in usus, omnium animantium usus ministrat. Inde appellatur humanitas, specialis & domestica uirtus hominum, quæ consortem adiuuat: subuenire non habenti humanitas est.

Idem de officijs libro 3. cap. 5.

Si nõ potest alteri subueniri, nisi alter lędat, cõmodius est neutrũ iuuare q̃ grauare alterũ.

Cassiodorus super Psalmum persecutus est hominem inopem.

Persequi facit homines aut diuitiarũ ambitus, aut superbiæ odiosa iactantia. Pauperem & mendacium insequi sola sæuitia est, uel crudelitas, cuius nec honor quæritur, nec abundantia facultatis ambitur. *Ibidem.*

Quid prodest crudelibus persequi, quos uidetur persecutionibus semper augeri?

Seneca libro de moribus.

Euitabis crudelitatem, & ministram crudelitatis iram. *Seneca lib. de Clementia ad Neronem*

Non tam omnibus ignoscere est crudelitas, q̃ nullum modum tenere. *Ibidem.*

Crudelitas nihil aliud est, q̃ atrocitas animi in pœnis exigendis. Crudeles uocabo, qui puniendi causam habent, modum non habent.

Ibidem.

Plerunq; homines in suis domibus squalissimi tyranni, in alienis humillimi serui sunt.

Plato libro de legibus.

Crudelitas in Barathrum tartari abijcit, unde nunquam egrediuntur.

Aristoteles ad Alexandrum.

Parce effundere humanum sanguinem: quia hoc illius est qui nouit secreta cordium.

Cicero in Catone maiori, alias de Senectute.

Importunitas autem & inhumanitas omni ætati molesta est. *Idem Offic. lib. 3. cap. 15.*

Nec est unquam utile quod est crudele.

Virgilius lib. 8. Aeneidos de Mezentio.

Mortua quin etiam iungebat corpora uiuis.
Componens manibus q̃ manus, atq; oribus ora.
Tormenti genus, & sanie tabeq; fluentes,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Complexu in miſero longa ſic morte necabat.

Ouidius triſtium libro 3. Elegia 4.

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,
Pugna ſuum finem cum iacet hoſtis habet.
At lupus, & turpes inſtant morientibus urſi,
Et quæcunq; minor nobilitate fera eſt.
Maius apud Troiam forti habetur Achille?
Dardanij lachrymas non tulit ille ſenis.

Tibullus libro 1. Elegia 10.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?
Quam ferus & uere ferreus ille fuit.

Crudus græce ὠμοσὸν ὁ dicitur. Crudũ eſt proprie recens atq; acerbum, ut crudũ uulnus, hoc eſt, recens & quaſi adhuc cruentum. Hinc recrudeſcere, quod eſt ad priſtinam acerbitatem redire, & renouari. Crudum item non coctum, à ſimilitudine crudæ carnis, quæ adhuc cruenta eſt: & cruda poma, imatura: ſic crudus homo, qui truci eſt aſpectu: quia facies crudum habentis animum cruda & aſpera fit & fœda facies, ut crudum & indigeſtum cibum habentis in ſtomacho, hinc crudelis & crudelitas.

Cruor græce λύθρον οὖ τὸ & λυθρόω cruento dicitur.

Differt aũt à ſanguine, q̃ ſanguis dicit̃ in corpore, cruor extra. Inde cruentus & incruentus, ut uictoria incruenta, id eſt, ſine hominũ cæde parta: & cruẽtacio, id eſt, ſanguinario fœdatio.

Crux græce, σταυρός οῦ ὁ & σταύρωσις τος ἡ crucifixo dicitur. Eſt autem crux patibulum, in quo figuntur damnati: dictum à græco κρούειν q̃ eſt ferire, pulſare: hinc crucio & cruciatus deſcendunt.

Culpa græce, ἔγκλημα ἄτος τὸ & ἐγκαλέω culpo dicitur. Et eſt uoluntaria inordinatio uel priuatio boni ex b. Tho 2, 2 quæſt. 34. art. ſecundo.

CVpiditas græce, ἐπιθυμία ας ἡ ἐπιθυμέω concupiſco dicitur. Et eſt improba uoluntas ſecundum Auguſt. libro tertio de liber. arbitr. Cupiditas eſt inordinatus amor pecuniæ. Vel efferenatus habendi appetitus, quæ & cupido fœminino genere dici poteſt. nã cupido in maſculino genere deum amoris ſignificat. Sunt q̃ cupiditatem à cupidine ita diſtinguãt, ut cupiditas leuior ſit ac temperior: cupido aũt grauior. Lucilius: Cupiditas ex homine cupido nũq̃ tollitur, Hæc omnia ex cupio dicuntur, quod eſt opto & deſidero.

Paulus ad Timoth. 1. cap. ſexto.

Radix omniũ malorũ eſt cupiditas: quã quidã appetẽtes, errauerũt à fide, & inſeruerũt ſe doloribus multis. *Aug. de Doctrina Chriſtiana.*

Quod agit indomita cupiditas ad corrumpẽdum animum & corpus ſuũ, flagitium uocat̃: quod autem agit ut alteri noceat, facinus dicit̃: & hæc duo ſunt genera omnium peccatorum.

Auguſt. ad quendam Comitem.

Superbia & cupiditas intantũ unũ malũ ſunt, ut nec ſuperbia ſine cupiditate, nec ſine ſuperbia cupiditas poſſit inueniri *Aug. lib. Confeſſionum.*

Non eſt in carendo difficultas, niſi cum fuerit in habendo cupiditas.

Auguſt. de Conflictu uitiorum & uirtutum.

Cupiditas dicit̃, ualde ſine culpa es, q̃ quidem habenda concupiſcis, quia multiplicare nõ appetis, ſed egere pertimeſcis: & quod malus aſſus retineret, ipſe melius expendis.

Aug. & hab. 23. ca. q. 7 Quod autem.

Vſq; adeo aũt calumniandi cupiditate cęcantur, ut non attendant q̃ ſint inter ſe contraria q̃ loquuntur. *Ambroſi. libro de uirginitate.*

Qui moderari neſcit cupiditatibus, is quaſi equis raptus indomitis uoluitur, laniatur, affligitur. *Idem libro Officiorum primo.*

Cum augere opes, aggregare pecuniã, occupare terras poſſeſſionibus cupimus p̃ſtare diuitijs: iuſtitiæ formam exuimus, beneficentiam omnem amittimus. *Io. Chryſ ſup Matt. homil. 9.*

Qui ſemel Chriſti ſeruus effectus eſt, nõ erit Mammonę famulus. Cuius certe regionis ſit dominus; illa eĩ ut fugientem ſequi, ita fugere cõſueuit ſequentem: nullum hic honorat, ut contemptorem ſui nec ira irridet aliquẽ, ut eos quĩ nimium concupiſcunt eam. *Ibidem.*

Appoſitio diuitiarũ maiorẽ accẽdit flammã & uehementior fit cupido. *Bern. in ſermo. 6.*

Nihil in hac uita laborioſus, quàm deſideriis terrenis æſtuare: & nihil hic quietius, q̃ huius ſeculi nihil appetere. *Leo Papa in ſermo.*

Virũ catholicum & prȩcipue domini ſacerdotem, ſicut nullo implicari errore, ita nulla oportet cupiditate uiolarie: mens enim pecuniæ auida, nec ahſtinere nouit à uetitis, nec gaudere cõceſſis, nec pietati adhibere conſenſum.

Orig homil. 19. ſup. illud Leui. Quid faciam deſtruam.

An non tibi uideẽt in terra deuorari ille, q̃ ſemper de terra cogitat, qui ſemp̃ terrenos habet actus. Qui de terra loquit̃, qui de terra litigat, terram deſiderat, & omnẽ ſpem ſuã ponit in terra, qui ad cœlum non reſpicit, qui futura non cogitat, qui iudicium dei non metuit, nec beata eius promiſſa deſiderat, ſed ſemper de præſentibus cogitat, & ad æterna non ſuſpirat. Talem cum uideris, dicito: quia deuorauit eum terra.

Baſilius ĩ homi. ſup illud, Omniũ malorũ radix eſt cup.

Quis nõ talem miſereat̃? quis nõ infelicitatẽ eius doleat̃? auguſtat̃ ex abundantia, cõſtringit & triſtatur ex opulentia: infelix in præſentibus bonis, infelicior in futuris. Et ideo ager ei non reddit̃? largiores, quã gemit̃ attulit grauiores.

Innocent. de utilitate conditionis humanæ.

Radix malorum eſt cupiditas: hæc ſacrilegia committit & furta, rapinas exercet & prædas, bella gerit & homicidia, ſimonias uendit, emit, inique petit & recipit, iniuſte negotiatur & fœneratˇ, inſtat dolis & imminet fraudibus, diſſoluit pactum & uiolat iuramentũ: corrumpit teſtimonium & peruertit iudicium. *Ibidem.*

Tria maxime ſolẽt homines affectare, opes, uoluptates, honores. De opibus praua, de uoluptatibus turpia, de honoribus uana procedũt. Nam opes generant cupiditatem & auaritiam, uoluptates pariunt gulam & luxuriam, honores nutriunt ſuperbiam & iactantiam.

Ibidem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibidem.

O ignis inextinguibilis, cupiditas insatiabilis, quis unquam pro uoto fuit cõtentus: cum adiscitur quod optauerat, desiderat ampliora: semper in habendis, & nunquam in habitis finem constituit. Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes: affer affer. Nam crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Seneca ad Lucilium epistola. 13.

Vidisti aliquando canem missa à domino frusta panis aperto ore captantem? Quicquid accipit protinus integrum deuorat, & semp ad spẽ futuri inhiat. Idẽ euenit nobis. Quicquid expectãtibus fortuna proiecit, sine ulla uoluptate demittimus, statim ad rapinã alterius erecti & attenti: in Epicuri illud chaos incidimus, quod in ne sine termino est; *Idem epistola. 19.*

Qualem dicimus esse seriem causarũ, ex quibus nectitur fatum, talem dicimus esse cupiditatem: altera ex fine alterius nascit. In eam dimissus es uitam, quæ nunbuam tibi miseriarũ terminum ac seruitutis ipsa factura sit. Plurima & undique ingesta non satiant. Verum autem mauis, exinopia saturitatem, an in copia famem?

Idem epist. 31.

Turpe est nunc deos fatigare: & quid uotis opus est? parem autem deo pecunia non faciet te: deus nihil habet.

Ibidem epist. 74.

Nullum malum cupiditas maius habet, quàm q̃ ingrata est. Nemo eorum qui in repub. uersantur, quos uincat, sed à quibus uincatur aspicit, & illud non tantũ iucundũ est multos post se uidere q̃ graue aliquem ante se. Habet hoc uitium omnis ambitio, nõ respicit: nec ambitio tantum instabilis est, uerum cupiditas omnis, quia incipit semper à fine.

Ibidem.

Cupiditas fœlicitatem suam non intelligit: quia non unde uenerit respicit, sed quo tendat.

Idem in prouerbijs.

Alienum nobis, nostrum plus alijs placet. Effugere cupiditatem, regnum est uincere.

Ibidem.

Cupiditati tarda est celeritas. Valerius auidissimum quemq̃ egentissimum esse dicebat.

Cicero libro Paradoxorum.

Laudetur uero hic imperator, aut etiam appelletur, aut hoc nomine dignus putetur. Quo modo aut hic, cui tandem libero imperabit qui non potest suis cupiditatibus imperare? Refrenet primũ cupiditates, spernat uoluptates, iracundiam teneat, coerceat auaritiam, & cæteras animi labes repellat: tum alijs incipiat imperare, cũ ipse improbissimis dominis dedecori aut turpitudini parere desierit. Dum quidẽ his obediet, non modo imperator, sed liber habendus omnino non erit. *Ibidem.*

Quid iam illa cupiditas quæ uidetur esse liberalior, honoris, imperij, prouinciarum: quàm dura est domina, q̃ imperiosa, quàm uehemẽs.

Ibidem.

Quid cum dominatio cupiditatis excessit, & alius est dominus exortus in conscientia peccatorum timor, quàm est illa misera, quàm dura seruitus. *Cicero ibidem.*

Quem intelligimus diuitem, aut uerbum hoc in quo homine ponimus? opinor in eo cui tanta possessio est, ut ad liberaliter uiuendũ facile, contentus sit: qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus oportet tuus se iudicet diuitem, non hominum sermo, nec q̃ possessiones tuę. Qui nihil deesse sibi putat, nihil curat amplius satiatus est, aut etiã contentus sine pecunia: cõcedo, diues est. Sin autem propter auiditatem pecuniæ nullum quæstum turpem putas, cum isti ordini ne honestus quidẽ possit esse ullus, si quotidie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, aufers, eripis. Si socios spolias, ærarium expilax. Si testamẽta expectas amicorum: at ne expectas quidem, at ipse supponis: hæc utrum abundantis an egentis signa sunt? Animus hominis diues, non arca, appellari solet: quàmuis illa plena sit, dum te inanem uidebo, diuitẽ nõ putabo. *Ibidem.*

Qui igitur non plures filias sed innumerabiles cupiditates habuerit, q̃ breui tempore magnas copias exhaurire possit, hunc quomodo ego appellabo diuitẽ, cum ipse egere se sentiet?

Ibidem.

Diuitiarum fructus in copia est. Copiam aũt declarat saietas rerum atq; abundantia: quam tu: quoniam nunquã assequere, nunquam omnino futurus es diues. *Cic lib. Officior.*

Expetuntur autem diuitiæ tum ad usus uitæ necessarios, tum ad perfruendas uoluptates.

Ibidem.

Nec uero rei familiaris amplificatio nemini nocens uituperanda, sed fugienda iniuria semper est. *Ibidem.*

Nihil est tam augusti tam q̃ parui animi, quã amare diuitias. *Cicero ibidem*

Nihil honestius magnificentius q̃, quàm pecuniam contemnere, si non habeas: si habeas, ad beneficentiam liberalitatem q̃ conferre.

Iuuenalis satyra. 14.

Sensit Alexander, testa cum uidit in illa,
Magnum habitatorem: quanto fœlicior hic, qui
Nil caperet, q̃ qui totum sibi poscere orbem.

Ibidem.

–Mensura tamen quæ
Sufficiat census, si quis [illegible] sulat, edam.
In quantum sitis atq; fames, & frigora poscunt.

Ibidem.

Si nondum impleui gremium, si panditur ultra,
Nec crœsi fortuna unquam, nec Persica regna
Sufficient animo.–

Horatius Car. libro tertio ode prima.

Desiderantem quod satis est, neque
Tumultuosum sollicitat mare.

De hac materia habes multa supra ĩ Auaritia.

Cura græce φροντὶς, λυσσή & φροντίζω curo dicitur.

Est aũt

Eſt autem cura mẽtis, curatio autem medicinę, curatura uero diligentiæ. Terẽtius: Reddũt curatura iunceas: hæc tamen ſæpiſſime confundũtur. Differunt item cura & ſolicitudo: quod cura proprie eſt in ſpe bonorum, ſolicitudo autẽ in metu malorum. A cura ueniunt curioſitas & curioſus, de quibus infra.

CVrioſitas græce πολυπραγμοσύνη uel πολυπράγμων ονος curioſus dicitur. Eſt autem curioſitas ſtudium perſcrutandi ea ſcire quæ nulla eſt utilitas, ſecundum Anſelmum libro de ſimilitudinibus.

Curioſitas eſt ſuperflua indagatio ad ſe non pertinentium, ſecundum Hugonem.

Curioſitãs ẽ uitiũ circa cognitionẽ intellectus & ſenſuũ ad peccandũ, & circa inſpectionẽ ludorum & mulierum ad cõcupiſcendum, & ſpectaculorũ, ex b. Tho. ſecunda Secundæ. q. 167.

Curioſus & ſtudioſus ita differũt: quia curioſus eſt cupidus cognoſcẽdi ea quæ nihil ad ſe attinent: Studioſus uero quæ ad animum nutriendum liberaliter et ordinaliter pertinent intentiſſime requirit.

Eſdræ quarti cap 4.

Si fueris plurimum ſcrutatus, frequenter miraberis. *Eccleſiaſtici cap. 3.*

In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter: & in pluribus eius operibus non eris curioſus. *Ibidem.*

Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris *Auguſt contra Manichæos lib. 1.*

Compeſcat ſe humana temeritas, & id quod non eſt non querat, ne illud quod eſt, non inueniat. *Idem lib. 10. Confeſſionum.*

Curioſum genus hominum ad cognoſcendũ uitam alienam, deſidioſum ad corrigendũ ſuam. *Idem in epiſtola ad Dioſcorum.*

Humilitati ſaluberrimę qua dominus noſter Ieſus Chriſtus (ut docet) humiliatus eſt, maxime aduerſatur quædam (ut ita dicã) imperitiſſima ſcientia: dum nos ſcire gaudemus quid Anaximenes, quid Anaxagoras, quid Pythagoras, qd Hemocritus ſenſerit, & cæteri huiuſmodi, ut docti eruditiq; uideamur: cum à doctrina & uera eruditione longe abſit.

Auguſtinus de moribus eccleſiæ.

Sunt qui deſertis uirtutibus, neſcientes qd ſit deus, & quanta ſit maieſtas ſemper eodẽ modo manentis naturæ, magnum aliquid ſe agere putãt, ſi uniuerſam iſtam corporis molem, quam mundum nũcupamus, curioſiſſime perquirãt: unde etiam tanta ſuperbia gignit, ut in ipſo cœlo, de quo ſæpe diſputant, ſibimet habitare uideantur. *Idem libro de Vera religione.*

In conſideratione creaturarum nõ eſt uana & peritura curioſitas exercenda, ſed gradus ad immortalia & ſemper manentia faciendus.

Hieronymus in epiſtola de duobus filijs.

Nugas tenemus, & fonte ueritatis amiſſo, opinionum riuulos conſectamur.

Greg. homi. ſuper illud, Iuga boum emi quinq;.

Graue curioſitatis eſt uitium, quæ dum cuius libet mentem ad inueſtigandã uitam proximi exterius ducit, ſemper ei intima ſua abſcondit: ut aliena ſciens, ſe neſciens ſit. Et curioſus animus, quanto peritus fuerit alieni, tanto fiat ignarus ſui. *Bernardus ſuper Cantica.*

Doctrina ſpiritus non curioſitatem acuit, ſed charitatem accendit.

Idem de gradibus ſuperbiæ.

Primus ſuperbiæ gradus eſt curioſitas.

Ibidem.

Si uideris monachum euagari, caput erectũ, aures portare ſuſpenſas, curioſum cognoſcas.

Proſper de Vocatione gentium.

Quæ deus occulta eſſe uoluit, non ſunt ſcrutanda. Quæ autem manifeſtãda fecit, non ſunt negligenda: ne & in illis illicite curioſi, & in his damnabiliter inueniamur ingrati.

Ariſtoteles libro 8. Ethicorum.

Speculari magis poſſumus proximos quàm noſmetipſos, & illorum actiones q̃ proprias.

Menander.

πολυπραγμονεῖν ἀλλότρια μὴ βέλτιον κακά. id eſt,

Multum curare aliena ne uelis mala.

πολλοὶ σχολὴν ἄγουσιν εἰς τὰ χείρονα id eſt,

Multi otium conterunt in peiora.

τὰ πολλὰ πράττειν ἐστὶ παντα χοῦ σαπρόν id eſt,

Multa facere eſt ubiq; putridum.

τὰ πολλὰ πράττειν, μὴ λυπᾶς πολλὰς ἔχει

Multa facere & triſtitias multas habet.

Plautus in Sticho.

Curioſus nemo eſt, qui non ſit maleuolus.

Terentius in Heautontimorumeno.

Ita comparatam eſſe naturam omnium hominum, ut aliena magis iudicent quam ſua. Ibidem.

Tantum ne ab ira tua eſt otij tibi, aliena ut cures, & ea quæ nihil ad te attinẽt? Idem in Hecyra.

Tua quod nihil refert, percunctari deſinas.

DAEmonium græca dictio. Ab illis ẽm δαιμόνιον τὸ & δαιμονοφόρητος ὁ dæmoniacus dicitur. Eſt autem dæmonium animal genere, mente ratione, animo paſſiuum, corpore aereum, tempore æternũ. ſecundũ L. Apuleiũ de deo Socratis, ex b. Tho. prima parte b 51. art. 1. Scribit præterea idem Apuleius dæmones irritari iniurijs, obſequijs q̃ ac donis placari, gaudere honoribus, uarijs ſacrorum ritib9 obiectari: ad eos ptinere diuinatiões augurũ, aruſpicum, uatũ ac ſomniorũ: necnon magorũ miracula. Homerus ꝓpterea deos oẽs dæmones uocat, & aliq̃n ipſum Iouẽ. Verũ noſtræ religionis hoĩes dæmones appellãt ſpiritus in cœlo ab oĩm rerum opifice creatos, q̃ de cœlo ipſo delecti, partim in terræ infimo, partim in hoc aere tanq̃ ſibi congruo carcere dãnati ſunt: nocẽdi ſemper cupidi, à iuſtitia alieni, ſuperbia tumidi, inuidentia liuidi fallacia callidi, humana quandoq; corpora ingrediẽtes, uel uiuentia adhuc uel iã mortua, & ſub humana ſpecie mulieres aliquando ineuntes, q̃ tunc incubi dicuntur: modo uiris ſe

ſubijcir

ſubñcientes, & tunc ſuccubi appellantur.

Damnatio græce κατάκρισις ινος ἡ & κατακρίνω damno dicitur. Damnatio & damnum, Paulus iuriſcõ ſulcus ab ademptiõe & quaſi diminutione patrimoniꝫ dicta eſſe affirmat: ſimiliter dãno uerbum, quod nunc ſignificat damno afficio, unde & condemno dicitur. Et qui nullo damno afficitur, indemnis appellatur.

DAmnum græce ἀποβολὴ ἤτοι ἡ uel ζημία ας ἡ. Differunt autem damnum & malum: q̃ damnum eſt rei, malum uero hominis ipſius. Quare Terentius in Andria: Quid feceris illi qui dederit damnum aut malum? Ex Donato ſuper Terentio. *Prouerbio cap. 12.*

Qui negligit damnum propter amicum, iuſtus eſt. *Aug. in ſerm. de ſancto Stephano.*

Non ſic ſapit lucrum, quomodo dolet damnum. Fortior in confeſſione Chriſti qui damna non timuit, quàm qui lucra contempſit.

Idem de charitate.

Vis ut ille non damnet, tu damna. Vis ut ille ignoſcat, tu ignoſce. Nemo niſi per indebitam miſericordiam liberatur: & nemo niſi per debitum iudicium damnatur.

Auguſtinus libro de uera religione.

Eſt pulchritudo uniuerſæ creaturæ per hæc tria inculpabilis: damnatione peccatorum, exercitatione iuſtorum, perfectione bonorum.

Auguſtinus Donatiſtis & habetur 2. q. 6. Quod errauerat.

Quod errauerat, inquit dñs, nõ reuocaſtis: & q̃d perierat, nõ requiſiſtis: hoc uobis ipſe deus per nos facit ipſe obſecrando, ipſe minando ſiue corripiẽdo, ſiue damnis ſiue laboribus, ſiue per ſuas occultas admonitiones uel uiſitatiões, ſiue poteſtatum temporalium leges.

Ambro. lib. de Officijs, & habetur 14. q. 5. Denicꝫ.

Denicꝫ ſi non poteſt ſubueniri alteri niſi alter lædatur, cõmodius neutrum iuuari, q̃ grauari alterum. Ideoq; in cauſis pecuniarijs interuenire non eſt ſacerdocale, in quibus non poteſt fieri quin frequenter lædatur alter qui uincitur: quoniam interceſſoris beneficio ſe uictum arbitratur. Sacerdotis eſt igitur nulli nocere, prodeſſe uelle omnibus: poſſe autem ſolius eſt dei.

Greg. & habetur 6. q. 1. Exmerito. ℣. Deteriores.

Deteriores ſunt qui uitam moresq; bonorum corrumpunt his, qui ſubſtantias aliorum prædiaq; diripiunt. *Ibidem in Moralibus.*

Apertus damnationis teſtis eſt ipſe timor iniquitatis. Quia & timetur quod agitur, et tamen malum non uincitur quod timetur.

Caſſiodo. epiſtolarum lib. 4

Melius eſt præſentia damna contẽnere, q̃ exiguo quæſtu perpetua commoda non habere.

Seneca in Prouerbijs.

Damnum niſi ex abundantia raro uenit.

Debilitas græce ἀσθένεια ας ἡ & ἀσθενόω debilito dicitur. Eſt autem debilitare infirmiorem facere. Debilis dicitur quaſi parum habilis, hoc eſt, malæ habitudinis.

Debitum græce ὀφείλημα ατος τὸ & ὀφείλω debeo dicitur, quod eſt obligatus ſum: quo uerbo cõmunis actio comprehenditur, ut ſentit Vlpianus ſiue ciuilis ſit, ſiue honoraria, ſiue fidei commiſſi perſecutio. Inde fit debitor, qui ut Modeſtinus inquit, is proprie dicitur, à quo inuito exigi pecunia poteſt. Et debitũ id quod debetur, & debitio ipſe actus. Cicero: Perquam diſſimilis eſt pecuniæ debitio & gratiꝫ. Nam qui pecuniam diſſoluit, ſtatim nõ habet id quod reddidit: qui autem debet, æs retinere alienũ. Gratiam autem & qui refert habet, & qui habet, in eo ipſo quod habet refert. *Menander.*

λαβὼν ἀπόδοσ' ἄνθρωπε, μὴ λῆψιν πάλιν — id eſt,

Cum acceperis redde homo, & capias rurſus

Idem.

τὰ χρέα λύουσι, τοῦτ' ἐλευθέρους ποιεῖ. — id eſt,

Debita ſeruos illos, qui ſunt liberi, faciunt.

Deceptio græce ἀπάτη ης ἡ & ἀπατεὼν deceptor dicitur, & ἐξαπατάω decipio: Eſt autem deceptio, corruptio ſcientiæ ſecundũ beat. Tho. Prima Secundæ quæſt. 53. art. 1. Decipere eſt deludere, de fraudare. Inde decipula, quod eſt genus laquei ad decipiendas & capiendas feras.

DEcima græce δεκάτη & δέκα decem dicitur. Eſt autem decima portio una ex decem. Veteres ex unaquaq; re decimam offerre dijs ſolebant. Plautus. Vt decimam ſolueret Herculi. Ab hoc autem uerbo decimo deducitur, quod eſt, decimam partem detraho.

Decima enim eſt omniũ bonorum iuſte quæſitorum pars deo debita, extra. A tua nobis. Quidam ſic diſtinguũt primitias à decima, quod primitiæ ſunt frugum, aliorum uero dicitur decima. *Exodi cap. 22.*

Decimas & primitias non tardabis offerre. Primogenitum filiorum tuorũ dabis mihi, de bobus quoq; & ouibus ſimiliter facies.

Exodi cap. 23.

Primitias frugũ terræ tuæ deferes in domum domini dei tui. *Leuitici cap. 27.*

Omnes decimæ terræ, ſiue de pomis arborũ, ſiue de frugibus domini ſunt.

Numeri cap. 18.

Omnia quæ auferetis ex decimis & in donaria domini ſeparabitis, optima & electa erunt cuncta. *Ibidem.*

Et non peccatis ſuper hoc, egregia uobis & pinguia uobis reſeruantes, nec polluatis oblationes filiorum Iſrael, & moriamini.

Auguſt. & habetur 16. q. 1. Decimæ.

Decimæ tributa ſunt egentiũ animarum: q̃d ſi decimam dederis, non ſolum abundantiã fructuum recipies, ſed etiam ſanitatẽ corporis conſequeris. Non igitur dominus deus præmiũ poſtulat, ſed honorem. *Ibidem.*

Hæc eſt enim iuſtiſſima cõſuetudo, ut ſi tu decimas non dederis, tu ad decimã reuoceris. Dabis impio militi, quod non uis dare ſacerdoti.

Ibidem.

Decimæ etiã ex debito requirunt. Et qui eas dare non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dare noluerint, res alienas inuadunt. Et quanti pauperes in locis ſuis ubi ipſe habitat, illo decimas nõ dante, fame mortui fuerint, tãto homicidiorũ reus ante ęterni iudicis tribunal apparebit, qui rem à deo pauperibus delegatã ſuis uſibus reſeruauit. Qui ergo ſibi aut præmiũ comparare, aut peccatorũ deſideratę indulgentiam ꝓmereri, reddat decimã, etiam de nouem partibus ſtudeat eleemoſynam dare pauperibus.

Auguſtinus in ſermone de Decimis.

Attende ꝙ creatura decima intellectuales creaturas eſt homo, quia angeli in nouem ordinibus, decimus autem ordo eſt hominum. Et ideo eſt hominis decimam ſoluere, ut ruinam angelorum ualeat ſupplere.

Hiero ſuper Malach. & hab. 16. quæſt. 1.

Si qñ fames & penuria rerum omniũ egeſtas opprimit mundum, ſciamus hoc ex ira dei deſcendere, qui ſe in pauperibus, ſi non accipit eleemoſynã, fraudari loquitur, ut ſuas poſſeſſiones poſſimus decimas & primitias interpretari.

Hieronymus Damaſo Papæ, & habetur 16. quæſt. 1. Quoniam quicquid.

Quoniã quicquid habent clerici, pauperum eſt, & domus illorum oĩbus debent eſſe cõmunes, ſuſceptioni peregrinorũ & hoſpitũ inuigilare debẽt maxime curandũ eſt illis, ut de decimis & oblatiõibus, cœnobijs & xenodochijs qualẽ uoluerint & potuerint ſuſtentationem impendant. *Ambro. in ſermo 40.*

Quicunq; recognouerit in ſe, ꝙ fideliter nõ dederit decimas ſuas, modo emendet quod minus fecit. Quid eſt fideliter dare decimas, niſi ut nec peius nec minus aliqñ offerat grano, aut de uino, aut de fructibus arborum atq; pecoribus, aut de horto, aut de negotio, aut de ipſa uenatione ſua. *Gregorius in Regiſtro.*

Presbyter ſi per pecuniã eccleſiã obtinuerit, non ſolum eccleſia priuetur, ſed etiam ſacerdotẽ honore ſpolietur. Quia altare & decimas eſt ſpiritum ſanctum emere uel uendere, ſymoniacam hæreſim eſſe nullus fidelium ignorat.

Ioan. Chryſoſtomus ſuper illud Matth. 23. Qui decimas.

Iuſtitiam, miſericordiam & fidem, propter ſuam gloriam mandauit, ſed decimas propter ſacerdotes. *Ibidem.*

Sacerdotes qui propter decimas corripiunt populum, & maiora peccata tacent, docent colare culicem & deglutire camelum, id eſt, à modico abſtinere, & maiora committere.

Declaratio græce δήλωσις. ιος. ἡ. & δηλόω declaro dicit, quod eſt aperio, manifeſto: unde declaratio uenit. & declaratus à clar⁹, quod eſt lucid⁹.

Declinatio græce κλίσις. ιος. ἡ. & κλίνω declino dicitur

Decliuis uel decliuus (utroq; enim modo dicitur) & tertiæ & ſecundæ inflexionis, græce dicitur κατωφερής. ἐς. ὀν. Eſt autem decliuis inclinatus atq; incuruus. Ita & accliuis & accliuus græce κατανταής. ἐς. ὀν. & eſt arrectus, & in cliuum acumina tus.

Decrementum græce μείωμα. ατος. τὸ. & μειόω decreſco dicitur, quod eſt diminuor: ſicut accreſco adaugeor. Eſt autem decremẽtum motus à perfecta magnitudine in imperfectam magnitudinem, ſecundum Ariſt. 3. Phyſicorum.

Decrepitus græce παρήλιξ. κος. ὁ. & παρηλικίωσις. εως. ἡ. decrepitas dicitur. Sunt autem decrepiti ſenes, in dubio uitæ conſtituti. Crepera enim res dubia eſt, ut Nonius inquit, unde crepuſculum. i. lux dubia, & creperum bellum anceps. Vel decrepiti dicuntur, quod nec mouere ſe propter ſenectutem, nec ullum facere crepitum poſſunt. i. ſonum. Eſt enim crepitus ſonus proprie cymbalorum, tympanorum, & aliorum huiuſmodi.

Dedecus græce αἶσχος. εος. τὸ. & αἰσχύνη. ης. ἡ. turpitudo dicitur. Eſt autem dedecus ignominia & uelutí infamia quædam. Ita dedecet pro eo accipitur, quod eſt inueniens, ineptum & turpe. Vnde dedecoro quod fœdo, & contumelia atq; ignominia afficio. Cicero: Magiſtratum ipſum dedecorabat. Huius oppoſitum eſt decoro media producta, quod eſt orno. Et decorum quando ſubſtantiuum eſt, quod ſignificat decentiam quandam rebus, perſonis, temporibus & locis, ſiue in agendo ſiue in loquendo accõmodam.

Defectus græce ἔκλειψις. ιος. ἡ. & ἐκλείπω deficio dicitur.

Definire & diffinire quid ſint, & quomodo differant, uide infra in definitio.

Defenſio græce ἀντίληψις. ιος. ἡ. & παραλαμβάνω defendo dicit. Defendo & offendo contraria ſunt. Eſt enim offendere, incurrere in aliquid atq; incidere. Terentius: Offendi aduenientem quendam mei loci hinc atq; ordinis hominem, hoc eſt, incidi. Defendere uero eſt depellere. Virgi. Solſtitium pectori defendite. i. depellite. Et quoniam qui incidunt in aliquid ſolent ſæpe lædere id in quod incidũt: econuerſo, qui depellunt, tuentur: factum eſt, ut offendere pro lædere uſurpetur, & defendeee pro tueri, & quaſi uim depellere.

Degener græce ἀγενὴς. ους. ὁ. ἡ. dicitur. Eſt ꝙ idem quod ignobilis. Venit autem à degenero as, qđ eſt à generis nobilitate deſciſco. Virg. Degeneres animos timor arguit.

Delectatio græce τέρψις. ιος. ἡ. τέρπω delecto dicitur. Eſt autem delectatio operatio habitus ſecundũ naturam ſine impedimento, ſecundum Ariſto. libro 7. Ethicorum.

Delectatio eſt ſuperfluitio quædam naturæ, ſecundum Commentatorem ſuper 10. Ethico.

Delectatio eſt uoluptas ſuauitate auditus uel aliorum ſenſuum animum deliniens, ſecũdum Ciceronem libro 4. Tuſc. quæſt.

Delectatio eſt motus in apparenti animali, conſequens apprehenſionem boni naturalis ꝓportionis per ſenſum, ſecũdum beatum Thomam, prima ſecundæ q. 11. art. 1,

Delectatio eſt q̃tatio cognita in re cõuenienti, ut b. Tho. ibidem. Differunt aũt delectatio à gaudio, qđ delectatio cõtingit ſecundũ ſenſum exteriorẽ & interiorẽ: Gaudiũ uero ſecundũ interiorẽ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

teriorem tm̃, ex b. Tho. 4. Sent. di. 49. q. 3. art. 1. Dicitur autem delecto à delicio uerbo, quod proprie eſt attraho & duco. Et quoniam quæ grata & iucunda ſunt nos attrahere atq; allicere ſolent, factum eſt ut delectare ſit gratum eſſe & iucunditate afficere. Vnde delectatio, delectamentum & delectamen.

Deliberatio græce βούλευσις, ιος. ὁ. & βουλεύομαι delibero dicit. Eſt aũt liberale particulare uerbum quod ſignificat libertate donare. Interdum uniuerſale, quod eſt abſoluto. Liberare etiam pro eo uſurpamus q̃d eſt addicere. Vnde in licitationibus rem q̃ uenalis propoſita eſt, plus offerẽti addicere uel liberare dicimur. Et non modo qui uendit, ſed etiã q̃ emit rem ipſam ſic uenditam, liberare dicit. Hinc liberationis uocabulũ Paulus iuriſcon. affirmat eandem uim habere, quam ſolutiõis: liberata à ueteribus pro effata, hoc eſt, locuta uſurpari ſolebat. A lib. fit delibero hoc eſt decerno, ſtatuo: nã capto cõſilio, mẽs à cogitatiõe liberat. A delibero fit deliberatio.

DElitię grçce ἐμφ. ης. ἡ. & ενυφερός, ὸν. delicioſus dicit. Sunt aũt delicioſi, q̃ nõ poſſunt ſuſtinere aliquos labores, nec aliquid minuens delectationem, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 138. art. 1. Differunt autem delitię & mollities, quia mollities proprie reſpicit defectum delectationum, ſed delitiæ reſpiciunt cauſam impeditiuam earum, ſcilicet laborem uel aliquid tale: ideo delitiæ ſunt quædam mollities, ex b. Tho. ſecunda ſecundæ q. eadem.

Delitiæ dicuntur à delicio, de quo uerbo uide ſupra in delectatio. Hinc delicatus plenus delitijs, uel in delicijs uiuere aſſuetus. Sunt aũt proprie delicię, quę maximè nobis uoluptati ſunt, à deliciendo nos, hoc eſt, ab alliciendo nos ad uoluptatem. *Eccleſiaſtes 2.*

Dixi ego in corde meo: Vadam & affluã delicijs, & fruar bonis. Et uidi quod hoc quoq; eſſet uanitas. *Auguſt. ſuper Ioannem.*

Si habẽt animus unde oblectetur extrinſecꝰ ſine delicijs manet interius.

Auguſt. ſuper epiſtolam Ioannis, & habetur diſtinct. 41. Delicię.

Deliciæ quælibet ſi abſq; deſiderio percipiantur, non officiũt: & uiles cibi appetenter accepti, impediunt profectum abſtinentiæ.

Gregorius in homilia.

Corporales deliciæ cum non habent, graue in ſe deſiderium accẽdunt, cum uero habitæ exhauſtæ fuerint, comedentẽ protinus in faſtidium uertunt. At contra, ſpirituales deliciæ cum non habent, in faſtidio ſunt, cum habent in deſiderio. In illis appetitus ſaturitatẽ, ſaturitas faſtidium generat. In iſtis aũt ſaturitatem appetitus, ſaturitas appetitum parit, augent enim ſpirituales deliciæ deſiderium in mente dum ſaciant.

Ioan. Chry. de Compunctione cordis.

Sicut impoſſibile eſt ut ignis inflammet in aqua, ita impoſſibile eſt cõpunctionem cordis uigere in delicijs. Cõtraria eñ hæc ſibi ſunt inuicẽ & peremptoria. Illa eñ mater eſt fletus, hæc mater eſt riſus. Illa cor conſtringit, iſta diſſoluit.

Ioannes Chryſoſt. de Reparatione lapſi.

Centũ ſi placet annos demus delicijs, & adde & alios centũ ſi libet, adde & decies centum, q̃ eric ex his ad æternitatẽ compenſatio? Nonne omne tempus huius uitæ quo delicijs frui uidemur, & indulgere libidini, quaſi noctis unius ſomnium ad æternitatis cõparationem uidet.

Caſſiodorus epiſt. lib. 4.

Facile onus afflictionis ſentiunt, qui utiſuauibus delicijs conſueuerunt.

Seneca epiſt. 52. ad Lucilium.

Nullum laborem recuſant manus, quæ a ratro ad arma transferuntur. In primo puluere deficit unctus & nitidus.

Horatius epiſtolarum libro 6. epiſt. 1.

- Vis recte uiuere? quis non.
Si uirtus hæc una poteſt dare, fortis omiſſis
Hoc age delicijs.

Delictum græce πλημμέλημα. ατος. τὸ. & πλημμελέω delinquo dicitur. Eſt autem delictum boni deſertio.

Quid aliud ſonat nomen niſi derelictum? Et quis deliquit niſi qui ſummum bonum dereliquit, ſecundum Auguſt. in quæſt. ſup. Leuiticо.

Delictũ cõmuniter ſignificat quãcunq; omiſſionẽ, ſed ſtricte omiſſionẽ pertinentiũ ad deũ: uel q̃n ſcienter & cum contemptu omittit homo id quod facere debet, ſecundum b. Tho. ſecun. q. 79. ar. 4. A linquo fit oppoſitũ delinquo, quod proprie ſignificat prætermitto. Quoniã uero præmittere ea q̃ præmitti non debẽt, peccare eſt, delinquere etiam pro peccare uſurpatur. Hinc delicta peccata dicuntur, quę aut ꝓpoſito, aut impetu, aut caſu fiunt. Propoſito delinquitur à latronibus, factionẽ habentibus. Impetu ab ebrijs, ad ferrum uenientibus. Caſu, cum in uenatu telum in feram miſſum hominem interimit. De hac materia uide infra in peccatum.

Deluſio græce κατάπαιγμα. τος. τὸ. & καταπαίζω deludo dicitur. Eſt autem deludere & eludere, deridere atq; decipere. Plautus.

Quid me deluditis, & nocte excluditis foras?

Dementia græce ἄνοια. ας. ἡ. & ἄνους. ὁ. ἡ. demens dicitur, qui quaſi deorſum à mẽte dicitur. Quomodo aũt differat ab amente, uide ſupra in amẽs.

Democratia græca dictio eſt δημοκρατία. ας. ἡ. Et eſt principatus populi uel popularis ſtatus, & eſt, cum ad commodum egenorum reſpublica à pauperibus gubernatur, ſecũdum Ariſtotelem libro 4. Politicorum.

Demonſtratio græce ἀπόδειξις. εως. ἡ. & ἀποδεικτικός. ἡ. ὸν. demonſtratiuus dicitur, & ἀποδείκνυμι demõſtro. Eſt autem demonſtratio, certis ac neceſſarijs rationibus alicuius rei probatio.

Denominatiuum græce παρώνυμον. ου. τὸ. dicitur. Dicuntur autem denominatiua quæcunque aliquo ſolo differentia cauſa habent appellationem, ſecundum Ariſtotelem libro Prædicamentorum.

Depoſi

Depoſitum græce παρακαταθήκη, ης'ὴ. dicitur. Et eſt quod cuſtodiendum alicui datum eſt, ut habe/tur. ff. depoſiti. l. in prin. Differt autē à mutuo, quia depoſitum datur ad utilitatem dantis: ſed mutuum ad utilitatem accipientis, b. Tho. ſe/cunda ſecundæ q. 62. ar. 6.

Deponere eſt apud ſequeſtrum collocare. Hinc depoſitum dicitur.

Deprecatio græce δέησις, ιῶ. ὁ. dicitur, uenit ꝙa de precor, quod quandoq; ſignificat uehementer precor, aliquando deteſtor & propulſo, & qua ſi precando depello. Ouidius:

Sæpe precor mortem, mortem quoq; deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum contegat oſſa ſolum.

Deriſio græce καταγέλασις, ιῶ. ὁ. & καταγελάσης, ου. ὁ. ri diculus & καταγελάω derideo dicitur. Eſt autem deri-ſio, cum aliquis malum alicuius perſonę uel de fectum in ludum uel riſum ponit, ut erubeſcat & uerecundet. Deriſionis finis eſt ut erubeſcat.

Conuitiatoris uero, ut tollat honorem, bea. Tho. ſecunda ſecundæ q. 57.

Deriſio de re notabili eſt peccatum mortale. Et eſt grauius ꝙ contumelia. Sed grauiſſimum deriſio dei: Secundo, parentum: Tertio, iuſto/rum, ſecunda ſecundæ q. 75. ar. 2.

Derideo, illudo, contemno, & de aliquo ri/deo ſiue riſum moueo: à quo deriſor & deriſus quartæ declinationis.

Derogare & abrogare quid ſint, & quomodo in ter ſe differant, uide ſupra in abrogatio.

Deſcriptio græce καταγραφή, ῆς, ἡ. καταγράφω deſcri-bo dicitur. Eſt autem deſcriptio rei propoſitæ p quaſdam proprietates declaratio. Quid autem differat à definitione, uide infra in definitio.

Deſiderium græce ἔφεσις, ιῶ. ὁ, & ἐφίεμαι deſidero di citur. Eſt autem deſiderium libido eius quod nō dum adſit, ſecundum Cic. Tuſcul. quæſt.

Deſiderium eſt motus appetitus in amabile & inchoatio amoris ex bea. Tho, ſecun. Senten. diſt. 29. q. 1. ar. 3.

Deſiderium differt ab amore, quia deſideri/rium eſt de bono non habito: ſed amor eſt de bono abſolute, ſecundum eundem, prima par/te q. 20. ar. 1.

Deſidia græce ῥαθυμία, ας, ἡ. & ῥᾳθύμος, ου. ὁ. deſidioſus dicitur. Eſt autem deſidia ignauia, & deſidioſus piger & ignauus: ita & deſes deſidis à deſido, quod eſt otioſus ſedeo.

Deſpectio græce ἐξουθένωσις, ιῶ. ὁ. & ἐξουθενέω deſpicio dicitur. Eſt autem deſpectio ſiue deſpicientia ſi/ue deſpectus quartæ declinationis, idem quod contemptus: quoniam ea quæ contemnimus, quaſi deorſum & ante pedes noſtros proiecta aſpicere ſolemus. De hac materia uide ſupra in contemptus humilium.

Deſperatio græce ἀπόγνωσις, ιῶ. ἡ. & ἀπογινώσκω de-ſpero dicitur. Eſt autem deſperatio ægritudo ſine ulla rerum expectatione meliorum, ſecun dum Cice. libro 4. Tuſcu. quæſt.

Deſperatio eſt, quando exfalſa exiſtimatione propter peccata quæ fecit, uel bona quæ omi/ſit, deſpat de dei miſericordia, credēs deū nolle uel nō poſſe ſibi parcere, uel in gratiā recipere.

Deſperatio non importat ſolam priuatiōem ſpei, ſed receſſum à re deſiderata propter impoſ/ſibilitatem exiſtimatam, b. Tho 22. q. 40. art. 4. De hac materia uide ſupra ubi ſpes.

Regum ſecundi cap. 2.

An ignoras quod periculoſa ſit deſperatio?

Auguſtinus de utilitate agendi pœnitentiæ.

Nemo deſperet, Iudam traditorem non tam ſcelus quod commiſit, ꝙ indulgentiæ deſpera/tio fecit penitus interire. *Ibidem.*

Ne deſperando augeamus peccata, propoſi/tus eſt pœnitentiæ portus. Rurſus ne ſperando augermus, datus eſt dies mortis incertus.

Auguſtinus de pœnitentia.

Quicqd feceris, quantumcunq; peccaueris, adhuc in hac uita es: unde te oīno ſi ſanare nol/let, deus auferet. Qui enim clamando tibi per/ſuaſit ne recederes, parcendo clamat ut redeas.

Auguſtinus ſuper Pſalm. 55.

Noli dicere. Nunq̄ talem hoēm deus corre/pturus eſt, tam malum tam peruerſum. Noli deſperare: quem roges attende, nō pro ipſo quo ores: magnitudinem morbi uides, potentiā me dici non uides. *Aug. libro de Symbolo.*

Latro agnouit, Petrus negauit. In Petro de/monſtrat, iuſtum nō debere de ſe præſumere. In latrone, nullum impiū debere, diffidere con uerſum: timeat ergo bonus, ne pereat per ſuper biam: & malꝰ, ne deſperet per multā malitiam.

Hieron. in epiſt. ad Abidam.

Deus em̄ cuſtos æquali ſorte generauit, & de dit arbitrij libertatem, ut faciat unuſquiſq; ꝙd uult, ſiue bonū ſiue malum. Quid ergo poteri/mus dicere, Niſi ille qui uult dānari, dānetur: & qui uult ſaluari, ſaluetur. Quę nam fuit ſalua tionis cauſa in Petro, & in Iuda ſuæ damnatio nis? Nempe uterq; liber erant. Sed Petrus poſt trinā negationem dñi egreſſus foras fleuit ama re: Iudas uero poſt traditionem pœnitentia du/ctus, deſperās de miſericordia dei laqueo ſe ſuſ pendit. *Ambro. ſuper Lucam.*

Incumbit uirtuti ſeculi, qui deſperat adiuto/rio dei. *Ibidem.*

Nemo diffidat, nemo ueterum conſcius pec/catorum præmia diuina deſperet. Nouit domi nus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum. *Grego. in Paſtorali.*

Quibuſdā ſæpe magnitudo uirtutis occaſio fuit ꝓditionis, ut cū de confidentia uiriū inordi nate ſecuri eſſent, ꝓ negligentiā inordinate mo rerent. Mater em̄ negligētiæ ſolet eſſe ſecuritas. Vidēdo ergo meretricē. i. Magdalenam de tua liberatione non deſperes. Sed etia Iudam iudi cādo ſecurus eſſe non debes. Confidētia ſtatim euertit, & deſperatio poſt lapſum exurgere nō dimittit. *Ioan. Chryſ. de Reparatione lapſi.*

Ianuas ęternę ciuitatis nobis deſperatio clau dit, ſpes aperit, fiducia latum prębet ingreſſum.

Iſidorus de Summo bono libro 2. cap. 14.

Nullus debet deſperare uenīā, etiā ſi circa finē

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uitæ ſuæ conuertatur ad pœnitentiam: unumquemq; enim dominus de ſuo fine, non de uita iudicat. *Ibidem.*

In uita hominis finis quærendus eſt: quoniã deus non reſpicit quales ante uixerimus, ſed q̃les circa finem uitæ fuerimus. *Ibidem*

Perpetrare flagitium aliquod, mors eſt animæ, ſed deſcendere eſt in infernum deſperẽde. *Leo Papa, & habetur 32. quæſt. 2 Ancillam.*

Nemo enim deſperandus eſt, dum in hoc corpore conſtitutus eſt: quia nonnunq̃ quod diffidẽtia ꝙtis differtur, cõſilio maturiore perficitur. *Hugo libro de uera ſapientia.*

Prima ſalus eſt, declinare culpã: Secunda, nõ deſperare ueniam. Quia ipſe ſe in æternum punit, qui apud uerum iudicem ad pœnitentiam non recurrit. *Boetius libro Diuiſionum.*

Quis non uideat plurimum ad bonarum artium effectũ ualere, ſi apud mẽtes hoĩm nunq̃ ſit deſperatio diſcendi. *Seneca Tragœdia 7.*

Qui non poteſt ſperare, deſperet nihil. *Quintus Curtius de geſtis Alexandri libro 5.*

Vt opinor ignauiam quoq; neceſſitas acuit: & ſæpe deſperatio ſpei cauſa eſt. *Idem libro 7.*

Deſperatio magnum ad honeſte moriẽdum incitamentũ eſt. *Vegetius de re militari libro 2.*

Neceſſitas enim quædam uirtutis eſt deſperatio. *Valerius Max. libro 2.*

Humanꝙ igitur imbecillitatis efficaciſſimum duramentum eſt neceſſitas.

Virgilius Aeneidos libro 2.

- Moriamur & in media arma ruamus.

Vna ſalus uictis nullam ſperare ſalutem.

Deſponſatio græce μνηστεία, ας, ἡ. & μνηστεύω deſpõdeo dicitur. A ſponte aũt uenit ſpondeo, quod ueteres pro dico uſurpabant. Nã qui ſpondet, ſponte, hoc eſt, uoluntarie dicit. Poſtea uero uſurpari cœptum eſt pro ſponte promitto. Vnde qui puellam ſpondet, promiſſor dicitur: puella quę ſpondetur, ſponſa: cui ſpondetur, ſponſus appellatur. Hinc deſponſatio uenit.

Deſtinare eſt dirigere aliquid in aliquid, uel mente proponere, b. Tho. prima parte q. 23. ar. 1. Deſtino à de ſto compoſitum uidetur, & idem eſt quod delibero, aſſigno, deputo, addico, qua ſi ſtare facio. *Virgilius.*

-Et me deſtinat arte.

Deſuetudo græce ἀσυήθεια, ας, ἡ. & ἀσυήθεω deſueſco dicitur. Venit autem deſueſco à deſuo, quod eſt diſſoluo. Dicimus autem diſſuo, diſſueſco, diſueſacio & deſuo, deſuefacio in eadem ſignificatione. Eorum oppoſita ſunt conſuo, conſueſco, cõſuetudo, & alia huiuſmodi.

DEtractio græce κακολογία, ας, ἡ. & κακηγόρημα maledicus dicitur. Et eſt detractio, denigratio alienæ famæ per occulta uerba, ſecũdum b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 73. ar. 4.

Detractio eſt ſeminatio mali occulte in proximi iniuriam. Differt autem detractio à contumelia: Quia contumelioſus per aperta dicta intendit honori derogare: Detractor uero in ſententia proximi eius famam lædit, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 73.

Detraho quæ eſt occulta maledictio ad denigrationem famæ per impoſitionem falſi, p̃ ductionem mali, per reuelationẽ mali occulti, & per deprauationem intentionis: de ſe eſt peccatum mortale, ex leuitate uero eſt uenialeꝙ̃ſi ſit de graui, ſed propter bonum cum debitis circunſtantijs nullum eſt peccatum, ex b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 73. ar. 1. Quomodo autẽ hæc differant, ſcilicet detractio, contumelia, deriſio, & ſuſurratio, vide infra in ſuſurratio.

Detraho aliquando ſignificat tollo, extraho. Teren. Accurrunt ſerui, ſoccos detrahunt. Aliquando ſignificat derogo, unde detractio & detractores, qui famæ alienæ derogare nituntur. *Exodi ca. 22.*

Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. *Prouerbio. cap. 4.*

Remoue à te os prauum, & detrahentia labia ſint procul à te. *Prouerb. cap. 23*

Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurũ obligat. *Ibidem 24.*

Ventus aquilo diſſipat pluuiam, & facies triſtis linguam detrahentem. *Ibidem.*

Cum detractoribus non commiſcearis. *Ibidem 26.*

Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & ſuſurrone ſubtracto, iurgia conquieſcunt. *Ibidem.*

Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima cordis. *Eccleſiaſtes 10.*

Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. *Ibidem.*

In cogitatione tua regi non detrahas. *Sapientiæ ca. 1.*

Quoniam auris cæli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſcondetur. Cuſtodite ergo uos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ. *Eccleſiaſtici ca. 5.*

Non appelleris ſuſurro in uia tua, & lingua tua ne capiaris & confundaris. *Ibidem.*

Suſurrator autem, odium & inimicitia & cõtumelia. *Ibidem cap. 11.*

Bona in mala conuertens inſidiatur, & in electis ponit maculam. *Ibidem cap. 27.*

Suſurro coinquinabit animam ſuam, & in omnibus odietur. *Paulus. 1. ad Corin. ca. 6.*

Nec maledici nec rapaces, regnum dei poſſidebunt. *Ibidem ca. 10.*

Neq; murmuraueritis, ſicut quidam patrum ueſtrorum murmurauerunt, & perierũt ab exterminatore. *Paulus ad Romanos. 1.*

Detractores deo ſunt odibiles. *Iacobus in epiſtola ca. 4.*

Nolite detrahere alterutrũ fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, & iudicat legem. *Aug. de Conflictu uitiorum & uirtutum.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Detractio dicit: Quis poteſt ſuſtinere, qs poteſt ſilentio tegere, quãta illa uel illa praua committit, niſi forte qui conſentit? Libertas iuſte increpans reſpondet. Nec tacenda ſunt mala proximi, nec conſentienda ſed charitate fraterna in facie proximus redarguendus eſt. Nonnunq; etiã errata ad tempus delinquentiũ ſilentio tegenda ſunt, ut apto tempore corrigantur.

Auguſtinus in epiſtola ad Hipponenſes.

Cum ipſam ſcripturæ ueritatẽ criminari aut obſcurare non poſſunt, hos per quos prædicat inducũt in odiũ: de quibus effingere quicqd in mentem uenerit, poſſunt: unde iam apoſtolicæ prophetiæ tempus uidetur inſtare. Erit tempus in quo ſanam doctrinam non ſuſtinebunt.

Auguſt ſuper illud Pſalm. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi.

Plus nocent in membris detrahentes Chriſto, qui animas credentium interficiunt, quàm qui eius carnem mox reſurrecturam peremerunt.

Idem libro de Paradiſo.

Bilinguis ſerpens habetur atq; mortalis, eo q̃ diaboli miniſter aliud lingua loquatur, aliud corde meditetur.

Auguſt. in menſa hos uerſus dicitur habuiſſe.

Quiſquis amat dictis abſentum rodere uitam,
Hanc menſam indignam nouerit eſſe ſibi.

Hieronymus epiſtola ad Nepotianum.

Caue ne linguam aut aures habeas pruriẽtes: ut a liſs detrahas aut, alios detrahentes audias.

Ibidem.

Non licet tibi uituperationem alterius patienter audire. Quia nec ab aliis optas recipi tuã. Nemo inuito auditori libenter refert detractoria. Sagitta in lapide non infigitur, ſed interdũ reſiliens percutit dirigentem. Diſcat detractor dum te uidet non libenter audire, non facile detrahere. *Ibidem.*

Plus peccat detractor qui amorem proximi à corde alterius minuit, q̃ qui uictũ ab ore pauperis rapit: nã ſicut anima pretioſior eſt quàm corpus, ſic grauius eſt animæ uictum auferre q̃ corpori. *Ibidẽ.*

Cauendũ eſt ne quis ſiniſtrum aliquid de aliquo loqui præſumat, niſi propter eius emendationem faciat. *Hieron. ad Celantiam.*

Nulli unq̃ omnino detrahas, & aliorũ uituperatione non te laudabilem uideri uelis; magis uitã tuam ornare diſce, q̃ alienam carpere. Et ſemper memor eſto ſcripturę dicẽtis: noli diligere detrahere, ne eradiceris pauci etẽ ſunt, qui huic uitio renuntient. *Ibidẽ.*

Rarum inuenies qui reprehenſibilem uitam ſuam exhibere uelit, ut is non libẽter reprehendat alienam. Tantaq; huius mali libido mẽtes hominum inuaſit, ut etiam qui procul ab aliis uitiis receſſerunt, in iſtud tamen quaſi in extraneum laqueum diaboli incidant.

Hiero. in epiſtola ad Ruſticum Monachum.

Sicut ſagitta ſi mittatur contra durã materiã, nõnunquam in mittentem reuertitur, uulnerat uulnerãtem: ita detractor, cum triſtem faciem uiderit audientis (imo non audientis) ſed obturantis aures ſuas ne audiat ſanguinem, ilico cõticeſcit: pallet uultus, hærent labia, ſaliua ſiccatur. *Idem epiſtola 34.*

Cum detractoribus non commiſcearis: quoniam repente uenit perditio, tam eius qui detrahit, quàm eius qui accommodat aurem.

Idem epiſtola ad Ruſticum monachum.

Nulli detrahas. Nec in eo te ſanctum putes, ſi alios laceras. Accuſamus ſæpe quę facimus, cõtra nos ipſos deferri in noſtra uitia inuehimus, inuiti de eloquentibus iudicantes.

Idem ſuper Eccleſiaſten.

Serpens & detractor æquales ſunt: Quomodo enim ille mordens uenenum infert, ſic iſte detrahẽs pectoris uirus ſui in fratrem effundit, & nihil habet amplius à ſerpente.

Greg. Natali epiſcopo, & habetur diſtinct. 44, Conuiuia. ỳ. Sciendum.

Sciendum eſt, quia tunc ex charitate cõuiuia ueraciter prodeunt, cum in eis nulla abſentium uita mordet, nullus ex irriſione reprehenditur.

Idem & hab. 6. q. 1. Ex merito.

Deteriores ſunt qui uitam mores q̃ bonorũ corrumpũt his qui ſubſtantias aliorũ prædiaq; diripiunt. Caueat itaq; unuſquiſq;, ne aut linguam aut aures habeat prurientes, ne aut ipſe aliis detrahat, aut alios detrahentes audiat.

Ibidẽ

Parcant ſinguli detractioni linguæ, cuſtodiantq; ſermones ſuos, & ſciant, quia cuncta quæ de aliis loquuntur, ſua ſententia iudicabuntur.

Greg. ſuper Ezechiel. homil 9.

Hi quorũ uita in exemplo imitationis eſt poſita, debent ſi poſſunt detrahentiũ ſibi uerba cõpeſcere, ne eorum prædicationem aut audiant qui audire poterant, & in prauis moribus remanentes bene uiuere contemnant. *Ibidẽ.*

Quid aliud detrahentes faciunt, niſi quod in puluerem ſufflant, & in oculos ſuos terram excitant. Et unde puluis detractionis perflauerit, minus inde ueritatis uideant. *Ibidẽ.*

Linguas detrahentium ſicut noſtro ſtudio excitare nõ debemus, ne ipſi pereãt: ita per ſui mala iniã excitatas æquanimiter tolerare, ut meritũ nobis accreſcat: aliquando etiam compeſcere, ne dum de nobis mala diſſeminant, eorum qui audire nos ad bonam poterant cordis innocẽtiam, corrumpant. *Ibidẽ.*

Cum linguæ derogantium corrigi nequeũt, æquanimiter ſunt per omnia tolerandæ, nec detractionis ſermo timẽdus eſt: ne dum uituperatio peruerſorum metuitur, recti operis uia deſeratur. *Gregorius in Paſtorali.*

Non maledices ſurdo, &c. Surdo maledicere eſt, abſentiac nõ audiẽti derogare. Coram eo offendiculum ponere eſt, diſcretam quidem rem agere, ſed tamen ei qui lumen diſcretionis non habet, ſcandali occaſionem præbere.

Iſidorus de ſummo bono. lib. 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nõ solũ ille reus est qui falsum de alio pfert, sed & is qui cito aurem criminibus præbet.

Bernardus libro de consideratone.

Detrahere aut detrahentẽ audire, quid horũ sit damnabilius, non facile dixerim. *Ibidẽ.*

Omnẽ qui palam uereẽ dicere quod in aure loquitur, suspectum habeas. Quod si coram te indicare ille renuerit, delatorem iudices, nõ accusatorem. *Bern. super Cant. serm. 24.*

Detractores aũt quodã simulatæ uerecundiæ fuco conceptã malitiã quã retinere nõ possunt, adũbrare conant. Videas à detractore alta præmitti suspiria, sicq; cũ quadam grauitate & tarditate uultu mœsto, demissis supercilijs & uoce plangenti egredi maledictionẽ: & quidẽ tanto psuasibiliorẽ, quanto creditur ab his qui audiunt corde non auido, & magis condolenti affectu cũ malitiose proferri Doleo (inquit) uehementer pro eo q diligo eum factis, & nunq; potui de hac re corrigere eum, & alias mihi quidẽ bene compertum fuerat de eo istud, sed per me nunq; innotuisset. At quoniã per alterum patefacta res est, ueritatem negare non possum, reuera ita est. *Cassiodorus super Psalm. 3.*

Dentes dicti sunt à demendo. Ideo pulchre linguæ detrahentium dentes uocant. Quia sicut illi ciborũ partes demũt, ita & isti opiniones hominum corrodũt. *Idem super Psal. Dixi custodiã.*

Quis hominum sic cautus est, ut si inter æmulos loquatur, nullum uerbum eius incurrat aliquam quæstionem. Nam menti furore ebriæ omne quod rectum dicitur, peruersum uidet.

Glosa Romanorum 1.

Differentia est inter susurronẽ & detractorẽ. Quia susurro inter amicos discordiã seminat, detractor aliorũ bona minuit uel negat. Ne autem leuia putentur peccata susurratio & detractio, quia in uerbis fiunt, ideo Apostolus dicit, detractores & susurrones deo odibiles.

Laertius Diogenes de Vita & mori. philosop.

Cum Xenocrates esset cum quibusdam detractoribus & taceret: quærente uno, cur solus taceret: Quia dixisse me inquit aliquãdo pœnituit, tacuisse nunq;. *Cicero in officijs.*

Detrahere igitur aliquid alteri, & hominis incommodum augere, magis est contra naturam quàm mors, cũ paupertas, dolor, cũ cætera quæ possunt aut corpori accidere aut rebus externis. Nam principio tollunt conuictum hominum & societatem. *Ibidẽ.*

Arbitrari debemus, magis esse contra naturam hominem homini detrahere sui cõmodi causa, cũ omnia incommoda subire, uel externa uel corporis. *Valerius Maximus libro 4.*

Nulla tã modesta fœlicitas est, quæ malignãtes dentes uitare possit. *Terent. comedia ultima.*

Nihil est Antipho, qn male narrando possit depraua-
rier. *Ouidius Metamorpho libro 13. fabula 1.*

-Neq; enim benefacta maligne
Detractare meum est. *Ouidius de Ponto.*
-Lædere uiuos,
Liuor iniusto corpore dente soler.

Horatius Sermonum lib. 1 satyra 4.

-Absentem qui rodit ãmicum,
Qui non defendit alio culpante, solutos
Qui captat risus hominum famamq; dicacis:
Fingere qui non uisa potest, commissa tacere
Qui nequit, hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Horat epistolarum lib. 1. epist. 19.

Arcanum neq; tu scrutaberis ullius unquam,
Commissumq; teges, & uino tortus & ira.
Nec tua laudabis studia, aut aliena reprendes.

DEVS & dea græce θεὸς, ὁ, & θεὰ, ας. Vel οῦ. ἁ. diuinus dicit. Est autẽ deus animal sempiternum & optimum, secundum Aristotelẽ lib. 11. Metaphy.

Deus est incorporalis mens, quæ per omnem rerum naturam diffusa & intenta, uitalem sensum cunctis animãtibus tribuit, secundum Pythagoram, ut est apud Lactant. libro de ira dei. Deus, ut idem Lactan. ait ibidem, tantus est, ut ab hoie non possit aut uerbis enarrari, aut sensibus æstimari: unus enim (idem ait) est princeps, & origo rerũ deus, sicut Plato in Timæo & sensit & docuit: cuius maiestatem tantã esse declarat, ut nec mente comprehẽdi, nec lingua exprimi possit. Socrates apud Xenophontẽ ait formam dei nõ oportere conquiri. Plato in libris Legum ait: Quid omniuo sit deus, nõ esse quærendum: quia nec inueniri possit nec enarrari.

Deus quid sit scire non possumus. b. Tho. prima parte quæst. 1. artic. 7.

Deus non habet diffinitionem, ibidem.

Dei cognitio per essentiam est naturalis soli deo, angelo autem per similitudinem, nobis uero per speculum, id est per speciem aliorum, b. Tho. prima parte, q. 56. art. 3.

Deus (ait Cic. li. 1. de Natura deorũ) quid aut qualis sit roges me, autore utar Simonide: de q̃ cum quæsisset hoc idem tyrãnus Hiero, deliberãdi causa sibi unã diem postulauit. Cum idem ex eo postridie quæreret, biduũ petiuit. Cũ sæpius duplicaret numerũ dierũ, admiransq; Hiero, quæreret cur ita faceret: Quia quãto ingt diutius considero, tanto mihi res uidetur obscurior.

Deus, pprie diffiniri nõ potest: tũ qa deus non est sub genere, sed est sup omne genus, tum qa nõ est cõpositus ex genere et differẽtia, nec exaliq; alio, sed est purus actus & summe simplex.

Deus licet facilius sit dicere quid non sit, quam quid sit: ita tamen ab aliquibus describitur:

Deus est mens uniuersi.

Deus est quicquid uides totum, & quicquid non uides totum.

Deus est animus per immensas mũdi partes oẽmq; naturã cõmeans atq; diffusus, ex quo omnia quæ nascuntur animalia uitam capiunt.

Deus est infinita mẽs, quæ p seipsam mouet.

Deus est præstans quædam natura, qua nihil est melius, cuius prouidẽtia mundũ quem condidit, assidue gubernat.

Deus ut quidã putãt, dictus est à dãdo: qa hoĩbus da

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bus dat quicquid cõmodum eſt, uel dicitur eo quod nihil ei deſit. Vel à θεὸς quod deum ſignificat, uel ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν q̃d eſt uideo & ſpeculor, quia peruigil omnia contemplatur & uidet. Vel ἀπὸ τοῦ δείδειν id eſt timeo, quod mortalibus ſit timendus. Statius; Primus in orbe deos fecit timor. *Geneſis 50.*

Num dei poſſumus reſiſtere uoluntati?
Exodi 15.

Quis ſimilis tui in fortibus dñe? quis ſimilis tui? magnificus in ſanctitate, terribilis atq; laudabilis & faciens mirabilia? *Ibidem.*

Dominus regnabit in eternum & ultra.
Exodi 34.

Dominator domine deus miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis ac uerax, qui cuſtodis miſericordiam in milia, qui aufers iniquitatem & ſcelera atq; peccata, nullusq; apud te per ſe innocens eſt; q̃ reddis iniquitatem patrum in filijs ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem. *Numeri 13.*

Non eſt deus quaſi homo, ut mentiatur, nec ut filius hominis, ut mutet. Dixit ergo, & non faciet? locutusq; eſt & non implebit? *Iſaiæ.*

Date magnificentiam deo noſtro. Dei perfecta ſunt opera, & oẽs uię eius iudicia. Deus fidelis abſq; iniquitate iuſtus & rectus. *Ioſue pri.*

Confortare & eſto robuſtus. Noli metuere, & noli timere, quoniam tecum eſt dominus deus tuus in omnibus ad quæcunq; perrexeris.
Ioſue ſecundo.

Dominus deus ueſter ipſe eſt deus in cœlo ſurſum, & in terrã deorſum. *Ibidem.*

Hoc diligentiſſime præcauete, ut diligatis dominum deum ueſtrum. *1. Regum 2.*

Non eſt ſanctus ut eſt dominus, neq; enim eſt alius extra te; & non eſt fortis ſicut deus noſter.
1. Paralipomenon 17.

Domine nõ eſt ſimilis tui, & non eſt alius deus abſque te. *Ibidem cap. 21.*

Dixit Dauid ad Gad: Ex oĩ parte me angustiæ premunt, ſed melius mihi eſt, ut incidam in manus domini, quia multæ ſunt miſerationes eius, cẽ in manus hominum. *Ibidem 22.*

Præparate igit̃ corda ueſtra & animas ueſtras, ut quæratis dominum deum ueſtrum.
2. Paralipomenon cap. 2.

Magnus eſt enim deus noſter ſuper omnes deos. *2. Eſdræ cap. octauo.*

Virtus domini erit cum eis, qui inquirunt eum in omni affectu. *3. Eſdræ octauo.*

Solus enim es, & una plaſmatio nos ſumus manuum tuarum. *Tobiæ 3.*

Iuſtus es domine, & omnia iudicia tua uera ſunt, & omnes uiæ tuæ miſericordia, ueritas & iudicium. *Tobiæ 4.*

Omni tempore benedic deum, & pete ab eo, ut uias tuas dirigat, & omnia cõſilia tua in ipſo permaneant. *Heſter 13.*

Domine dñe rex omnipotens, in ditione eñ tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit tuæ reſiſtere uoluntati. *Ibidem.*

Tu feciſti cœlum & terram, & quicquid cæli ambitu continetur. Dominus omnium es, nec eſt qui reſiſtat maieſtati tuæ. *Iob 34.*

Abſit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas, opus enim hominis reddet ei, & iuxta uias ſingulorum reſtituet eis. *Iob. 37.*

Digne eum inuenire non poſſumus, magnus fortitudine, iudicio & iuſtitia, & enarrari non poteſt, ideo timebunt eum uiri, & nõ audebũt contemplari omnes qui ſibi uidentur eſſe ſapientes. *Pſalmo 32.*

Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. *Pſalmo 126.*

Niſi dominus ædificauerit domum, in uanũ laborauerunt qui ædificant eam. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilat qui cuſtodit eam. *Pſalmo 127.*

Beati omnes qui timent dominum, qui ambulant in uijs eius, *Pſalmo 134.*

Omnia quæcunque uoluit dominus fecit in cœlo & in terra, in mari & omnibus abyſſis.
Pſalmo 144

Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in ueritate.
Ibidem.

Cuſtodit dominus omnes diligentes ſe, & omnes peccatores diſperdet. *Eccleſiaſtes octauo.*

Intellexi quod omnium operum dei nullam poſſit homo inuenire rationem eorũ quæ ſunt ſub ſole, & quanto plus laborauerit ad quærendũ, tanto minus inueniet. Etiã ſi dixerit ſapiens, ſe noſſe, non poterit reperire. *Ibidem.*

Quomodo ignoras quæ ſit uia ſpiritus, & qua ratione compingantur oſſa in uentre pregnantis: ſic neſcis opera dei, qui fabricator eſt omnium. *Sapientiæ 15.*

Noſſe enim deum, cõſummata iuſtitia eſt, & ſcire iuſtitiam & uirtutem ſuam, radix eſt immortalitatis. *Sapientiæ 16.*

Tu es domine qui uitæ & mortis habes poteſtatem, & deducis uſq; ad portas mortis & reducis. *Eccleſiaſtici pri.*

Timenti dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur.
Eccleſiaſtici 33.

Timenti deum nõ occurrunt mala, ſed in tentatione deus illum conſeruabit, & liberabit à malis. *Iſaiæ 55.*

Quærite dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt. Derelinquat impius uiam ſuam, & uir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dominum, & miſerebitur eius, & ad deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum. *Matthæi. nono.*

Qui amat patrem aut matrem plusquàm me non eſt me dignus. *Matthæi 14*

Si q̃s uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me.
Marci 10.

Nemo bonus niſi unus deus. *Ibidem. 12.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Primum omnium mãdatum eſt: Audi Iſrael, dominus deus tuus unus eſt, & diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. *Lucæ 5.*

Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus deus? *Ioannis 3.*

Deum nemo uidit unquàm.

Ad Romanos pri.

Inuiſibilia dei à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas.

Ad Romanos 4.

Quæcunque promiſit deus, potens eſt & facere. *Ibidem ca. octauo.*

Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum.

1. Ad Corinthios cap. 2.

Animalis aũt homo nõ percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. *Ibidem 10.*

Siue ergo manducatis ſiue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite.

2. Ad Corinthios 3.

Nõ ſufficientes ſumus cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. *2. Ad Corinthios octauo.*

Scitis enim gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter uos, egenus factus eſt, cũ eſſet diues, ut illius inopia uos diuites eſſetis.

Ad Philippen. 2.

Deus eſt enim qui operatur in uobis, & uelle & perficere bona uoluntate.

1. Ad Timotheum 2.

Deus omnes homines uult ſaluos fieri, & ad cognitionem ueritatis uenire.

Ad Hebræos 12.

Etenim deus noſter ignis conſumens eſt,

Actium cap. 10.

Aperiẽs Petrus os ſuum dixit: in ueritate comperi, quia nõ eſt perſonarum acceptor deus, ſed in omni gente qui timet deum & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. *Iacobi 1.*

Omne datum optimum & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec uicciſſitudinis obumbratio. *2. Petri 3.*

Vnus dies apud dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies unus:

Auguſt. lib. de Trinitate, & habetur de Conſe. diſtin 3. Omnes quos.

Omnes quos potui legere, quante me ſcripſerunt de trinitate quæ deus eſt, diuinorum librorum ueterum & nouorum catholici tractantes hoc intenderunt ſecundum ſcripturas docere: Quod pater & filius & ſpiritus ſanctus unus ei uſdemq; ſubſtãtiæ inſeparabili æqualitate diuinam inſinuant unitatẽ: ideoq; non ſunt tres dij, ſed unus deus, quia pater filiũ genuerit, & ideo filius non ſit qui pater eſt, filiusq; à patre ſit genitus. Et ideo pater nõ ſit qui filius, ſpiritusq; ſanctus nec pater ſit nec filius, ſed tantummodo patris & filij ſpiritus, & patri & filio etiam ipſe coæqualis, & ad trinitatis pertinens unitatem, nõ tamen eandem trinitatem natam de uirgine Maria, & ſub Pontio pilato cruciſixam, & ſepultam, tertia die reſurrexiſſe, & in cœlum aſcendiſſe, ſed tantummodo filium.

Ibidem.

Pater & filius & ſpiritus ſanctus ſicut inſeparabiles ſunt, ita inſeparabiliter operantur.

Auguſt. de trinitate libro pri.

Nec periculoſius alicubi erratur, nec laborioſius aliquid quæritur, nec fructuoſius aliquid inuenitur quàm trinitas.

Auguſt. epiſt. ad Macedonium.

Deꝰ perpauca in hoc ſeculo punit, ne diuina prouidentia non eſſe credatur, & multa ſeruat ultimo examini, ut futurum iudicium commẽdetur. *Ibidem epi. 2.*

Non ego meo ingenio uel merito, ſed eiꝰ dono ſum, ſi quid laudabile ſum; nam quædã acutiſſima & excellentiſſima ingenia tãto in maiori errore errant, quanto confidentius tanquam ſuis uiribus cucurrerint, nec ſupplicit ac ueraciter deum ut uiam ſibi oſtenderet petiuerunt.

Auguſt. libro Meditationum.

Quid eſt Ieſus, niſi ſaluator, igitur propter te metipſum eſto mihi Ieſus. Noli domine noli ſic attendere malũ meum, ne obliuiſcaris bonum tuum. O bone dñe ſi ego admiſi unde me damnare potes, tu nõ amiſiſti, unde me ſaluare ſoles

Auguſt. lib. Supportationum, parte 3. cap pri.

Iuſtum eſt ut creatura laudet deũ creatorẽ, ipſe enim nos ad laudandum ſe creauit, qui noſtris non indiget laudibus. Eſt autem uirtus incomprehenſibilis, nullius indigens, ipſa ſibi ſufficiens magnus enim dominus noſter & laudabilis ualde. Hunc itaq; mens diligat, lingua canat, ſcribat manus, atq; in his ſanctis ſtudijs fidelis animus ſe exerceat.

Auguſt libro 7. Confeſſionum.

O æterna ueritas & uera charitas, & chara æternitas, tu es deus meus ubi ſuſpiro die ac nocte. *Auguſt. libro 12. Confeſſionum.*

Es gaudium q̃d non datur impijs, ſed eis qui te gratis colunt, quorum gaudium tu es ipſe, & ipſa eſt uita beata gaudere à te, de te, propter te. Ipſa eſt & nõ altera, bona quippe uita eſt gaudium de ueritate, hoc eſt enim gaudium de te, qui es ueritas.

Auguſt. ſuper illud: Pater noſter &c.

Deus eſt in ſeipſo, ſicut alpha & o: in mũdo, ſicut rector & author: in angelis ſicut ſapor & decor: in eccleſia, ſicut paterfamilias in domo: in anima, ſicut ſpõſus in thalamo, in iuſtis, ſicut adiutor & protector: in reprobis, ſicut pauor & horror. *Auguſtinus de creatione.*

Si aliquando dominus tardius dat, commendat dona, non negat: diu deſiderata dulcius obtinẽtur. Cito autem data uileſcunt. Seruat tibi deus quod nõ uult cito dare, ut & tu diſcas magna magne deſiderare.

Auguſt. libro octauo de ciuitate dei.

Platonici

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Platonici dicunt beatum eſſe hominem fruentem deo, non ſicut corpore uel ſeipſo fruitur animus, aut ſicut amicus amico, ſed ſicut luce oculus. *Ibidem.*

Quicunq; philoſophi de deo ſenſerunt, q; rerum creatarum ſit effectiuum, & lumẽ cognoſcendarum, & bonum agendarum, q; ab illo nobis ſit principium naturæ, & ueritas doctrinæ, & fœlicitas uitæ, illos cęteris anteponimus, eoſquè nobis propinquiores fatemur.

Auguſt. ſuper Geneſim libro 5.

Omnia priuſquàm fierent, in notitia facientis erant, & ubiq; ibi meliora ubi ueriora.

Ibidem libro octauo.

Deus ſolus dñs eſt, quia illi animo non ad ſuam, ſed ad noſtrã utilitatẽ ſeruimus: nam ſi nobis indigeret, eoipſo non uerus dominus eſſet, cum p nos eius adiuuaret neceſſitas, ſub qua etiam ipſe ſeruiret. *Auguſt. ſuper Ioan. ſerm. 3.*

Cum deus immortalitatem tribuit, dona ſua coronat, non merita noſtra.

Auguſt. ſuper Ioan. ſerm. 19.

Deus tibi totum eſt: ſi eſuris panis eſt: ſi ſitis aqua tibi eſt: ſi in tenebris es, lumen tibi eſt: ſi nudus es, immortalitate tibi ueſtis eſt.

Auguſt. ſuper Ioan. ſerm. 50.

Quare dñs unũ p ditorẽ inter duodecim habere uoluit? niſi ut malos toleremus, nec corp⁹ dñi diuidamus. *Auguſt. ſuper Pſal. 26.*

Quicquid præter deũ eſt dulce non eſt: Quicquid mihi uult dare dñs meus, auferat totum, et ſe mihi det. *Auguſt. ſup Pſal. 54.*

Siue tribulemur & anguſtiemur, ſiue lætemur & exultemus, ille laudandus eſt, qui & in tribulationibus erudit, & in lætitia conſolatur. Laus enim dei à corde & ore Chriſtiani recedere non debet, non ut laudet in proſperis, & maledicat in aduerſis, ſed quemadmodum Pſalmus ille ſcribit: Semper laus eius in ore meo. Gaudes, agnoſce patrẽ blandiẽtem: tribularis, agnoſce patrem emendantem: ſiue blandiatur ſiue emendet, eum erudit cui parat hæreditatẽ.

Auguſt. ſuper Pſal. 74.

Non eſt quo fugias à deo irato, niſi ad deum placatum. *Auguſt. ſuper Pſalm. 126.*

Deus totus oculus eſt, quia omnia uidet: totus manus eſt, quia omnia operatur: totus pars eſt, quia ubique eſt.

Auguſt. de uerbis domini ſer. 3.

Chriſtus filius dei q nos fecit, liberat nos non à barbaris ſed à diabolo: non à corporis captiuitate, ſed ab animæ iniquitate. Solus eſt qui ſic liberat, nemo ſe liberum dicat, ne ſeruus remaneat: ſed non remanebit in ſeruitute anima noſtra, quia quotidie dimittuntur debita noſtra.

Ibidem.

O magna dei bonitas, cui pro cõditione reddere debemus obſequia, utpote ſerui dñi, famuli deo, mãcipia redẽptori. Amicitiarũ nobis præmia repromittit, ut à nobis obſequia debitæ ſeruitutis extorqueat, ut quos nolle ſeruire conſpicit, ſponte beneficiorum ſuorum poſſit promiſſionibus inuitare. *Auguſt. lib. de Pœnit.*

Quo ibo a ſpiritu tuo? nemo fugit ab illo, niſi ad illum: ab eius ſeueritate, ad eius bonitatem. Qui enim locus te excipiet fugientem? niſi eius præſentiam ibi inuenias: ſi aſcenderis in cœlum, ibi eſt: ſi deſcenderis in infernum, adeſt.

Idem de Catechuminis.

Quicquid homo fecerit laudabilem in ſuis factis deũ inuenit. Si recte egit, laudabilem inuenit per inſtrumentũ præmiorum: ſi peccauerit, laudabilem inuenit p iuſtitiam ſuppliciorum: ſi peccata confeſſus ad recte uiuendũ redierit, laudabilem inuenit iuſtitiam indulgentiarum.

Auguſt. libro de uera religione.

Nullum peccatum committi poteſt, niſi dũ appetunt ea, quæ Chriſtus Ieſus cõtempſit, aut fugiunt quæ Chriſtus ſuſtinuit, tota itaq; uita eius in terris per hominem quẽ ſuſcipere digna tus eſt diſciplina morum fuit.

Idem libro de ſpiritu & anima, cap. 4.

Nemo de dei pietate diffidat, quia maior eſt ſua miſericordia, quam noſtra miſeria: & quiſquis ad deum toto corde clamauerit, exaudiet illum, quia miſericors eſt.

Auguſt. in hom. de obedientia.

Nihil deus iubet quod ſibi p ſit, ſed cui iubet.

Idem de decem chordis in principio.

Gaudemus ad dei miſericordiam, ſed timeamus ad dei iudicium.

Auguſt. libro 2. de Trinitate.

Natura dei eſt inuiſibilis, poteſt tamen uideri in aliqua ſpecie, quam ipſe elegerit, non quam natura formauit. *Auguſt. libro de Trinitate.*

Beata trinitas pater & filius & ſpiritus ſanctus eſt unus deus & ſummum bonum, quod nõ niſi purgatiſſimis mentibus cernitur, mentis em̃ humanæ acies inualida in tam excellentem lucẽ non figitur, niſi per iuſtitiam dei emundetur.

Auguſt. libro octauo de Trinitate.

Duo autem mutuo ſe amantes ſunt pater & filius, amor autem qui eſt eorũ nexus, eſt ſpiritus ſanctus, ergo tres perſonæ in diuinis.

Auguſt. 4. ſuper Geneſim, ad literam.

Virtus dei ab his quæ creata ſunt regendis ſi aliquando ceſſaret, ſimul & illorum ceſſaret ſpecies, omnisq; natura concideret.

Hieronymus epiſt. 1.

Deus ſecũm q opinor poteſt humana mens, naturæ ipſius uel ſubſtãtiæ, quæ eſt ſup omnia appellatio eſt. Pater, arcani & ineffabilis ſacramẽti uocabulũ eſt. Dẽũ cũ audis ſubſtantiã intellige, ſine initio, ſine fine ſimplicẽ, ſine ulla admixtione inuiſibilem, incorporeũ, inæſtimabilem: in quo nihil adiutum, nihil creatum ſit & ſine authore: eſt em̃ ille qui eſt omnino omnium author. Patrẽ cum audis, filij intellige patrem. Qui filius ſupra dictæ eſt imago ſubſtãtiæ, ſicut enim nemo dicit dñs niſi habeat uel poſſeſſionẽ, uel ſeruũ cui dominet. Et ſicut nemo magiſter dicit, niſi diſcipulũ habeat, ita & pater nullo pacto

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pacto quis dici poteſt, niſi filium habens, hoc igitur ipſo nomine quo deus pater appellatur, cum patre pariter ſubſiſtere etiam filius demonſtratur. Quō autem deus pater genuerit filium nolo diſcutias, nec te curioſius ingeras in pfundo arcani, nec forte dum inacceſſę lucis fulgorē pertinacius perſcrutaris, exiguū ipſum qui mortalibus diuino munere conceſſus eſt, perdas eſpectum. *Hieronymus epiſt. pri.*

At ſi putas in hoc omni indagationis genere utendum. Prius tibi propone quæ noſtra ſunt, quę ſi conſequenter ualueris expedire, tūc à terreſtribus ad cœleſtia, & à uiſibilibus ad inuiſibilia properato. Expedi primo ſi potes quomodo mens quæ intra te eſt generet uerbum, & quid ſit in ea memoriæ ſpiritus. Quomodo hęc cum diuerſa ſint rebus & actibus, unum tamen ſint uel ſubſtantia uel natura, & cum è mente procedant nunquàm tamen ab ipſa ſeparentē. Et hæc quàmuis in nobis & maxime in noſtra ſubſtantia habeantur, tamen tanto nobis occulta uidentur, quanto aſpectui corporeo inuiſibilia.

Ibidem.

Scito adhuc diuinæ generationis myſterium tanto eſſe differētius & eminentius, quāto creator creaturis potentior, quāto artifex opere ſuo præſtantior, quāto ille qui ſemper eſt, eo qui ex nihilo cœpit eſſe, nobilior. Credendus eſt ergo deus eſſe pater unici filij ſui domini noſtri, non diſcutiendus. Neque enim fas eſt ſeruo de natalibus domini diſputare.

Ibidem.

Nihil ibi dicas impoſſibile ubi aderat uirtus altiſſimi, nihil de humana fragilitate cogites, ubi plenitudo inerat diuinitatis. *Ibidem.*

Etenim (ut breuiter aliqua etiam de ſecretioribus perſtringamus) ab initio deus cū feciſſet mundum, præfecit ei, & præpoſuit quaſdā uirtutum cœleſtium poteſtates, quibus regeretur & diſpenſaretur mortalium genus.

Ibidem.

Deo autem qui ubiq; eſt, & nuſquàm deeſt, quid infernum eſt, aut quid ſupernum?

Hieronymus epiſt. 4.

Vna eſt dei ſola natura quæ uere eſt, ad id enim quod ſubſiſtit nō habet aliunde, ſed ſuum eſt. Cætera quæ creata ſunt etiam ſi uidentur eſſe non ſunt, quia aliquando nō fuerunt, & poteſt rurſum non eſſe quod non fuit. Deus ſolus qui æternus eſt, hoc eſt qui exordium non habet, eſſentiæ nomen uere tenet.

Idem epiſt. 5.

Quod ſi deus tantus uenifſet, ut claritatē ſuam & poteſtatem hoībus oſtenderet, forſitan oīs creatura inualida & caſura ſuccumberet. Sed ſaluare uenerat filius Dei: ita humano ſumpto corpore deus in poteſtate docebat ut magiſter, perſuadebat ut frater, efficiebat ut deus, eligebat ut præſcius, curabat ut medicus, ut humanus compatiebatur. Et iam peractis oībus ac impletis, quæ aut lex aut prophetæ prædixerant, aut ſalus hominis exigebat. In nouiſſimo pro morte hominis immortalis moriebatur, ut ſublata mortalitate hominibus immortalitatē donaret. *Idem epiſto. 6.*

Omnipotens deus pater & filius & ſpūs ſanctus unus atq; trinus, unus uidelicet in natura, trinus in pſonis: ſolus inuiſibilis, ſolus immēſus atq; incōprehenſibilis: ſolus incircumſcriptus, ſolus incorporeus & immortalis: ubiq; præſens ſed latens: ubiq; totus, ſed immēſus. Inuiſibilis ē, quia in eſſentia ſua uideri nō poteſt, apoſtolo teſtāte qui ait: Quē uidit nullus hominū, ſed nec uideri poteſt. Et in euangelio: Deum nemo uidit unq;. Incorporeus eſt, quia nullis mēbrorū lineamentis compoſitus eſt, ſiue cōpactus exiſtit, ſicut ueritas in euangelio dicit: Spiritus eſt deus, & qui adorat eum, in ſpiritu & ueritate oportet adorare. Immenſus eſt, quia quantitas ei⸗us uel qualitas à nullo metiri poteſt.

Hierony. contra Iouinianū. epiſt. 9. cap. 16.

Neque enim poſſumus ſcire iudicia, & ex noſtro arbitrio illius ſententiæ præiudicare.

Hieronymus epi. contra Rufinum, & habe. diſt. 55. Naſci de adulterio.

Deus corporis creator & animæ eſt. Noli deſpicere bonitatē figuli, id eſt qui te plaſmauit & fecit ut uoluit, ipſe eſt dei uirtus & dei ſapientia, qui in utero uirginis Mariæ ædificauit ſibi domum. *Idem in epiſt. ad Habidiam.*

Deus eī cunctos æquali ſorte generauit, & dedit arbitrij libertatē, ut faciat unuſquiſq; q̄ uult, ſiue bonum ſiue malū. Quid ergo poterimus dicere, niſi ille q uult damnari damnet, & qui uult ſaluari ſaluetur. Vide ſupra in deſperatio. *Hieron. contra Pelagium.*

Deus ſemper largitur, ſemp donator eſt: non mihi ſufficit, quod ſemel dedit, niſi ſemper det. Peto ut accipiam, ut cum accepero rurſus peto, auarus ſum ad accipienda dei beneficia. Nec ille deficit in dando ipſa, nec ego ſatior in accipiendo: quanto plus bibo, tanto plus ſitio.

Hieronymus in Matthæum.

Erubeſcant qui putant ſaluatorem timuiſſe mortem & paſſionis pauorē, cum dixit: Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Nam ipſe tradendum ſe nouit, & tamen non declinauit inſidias, territus fugit in tantum, ut etiam cæteris iræ nolentibus pergat intrepidus.

Ibidem.

Dominus ut ueritatē aſſumpti probaret hominis quidem cōtriſtatus eſt, ſed ne paſſio in animo illius dominaretur prope paſſionem cœpit contriſtari. Contriſtabatur enim non timore paciendi, quia ad hoc uenerat ut pateret, & Petrum timiditatis arguerat, ſed propter infœliciſſimum Iudam & omnium apoſtolorum diſperſionē, & reiectionem populi Iudæorum, & euerſionē miſeræ Ieruſalem.

Hierony. in homi. Cum apropinquaſſet Ieſus.

Prauā animā multis modis deus uiſitare conſueuit, nā aſſidue hāc uiſitat præcepto, aliquando aūt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quando autem flagello, aliquãdo miraculo, ut & uera quæ neſciebat audiat, & adhuc ſuperbiens, aut contemnens, aut dolore compuncta ſe deat, aut beneficijs deuicta malum quod fecit e, rubeſcat. *Hieronymus ſuper Naum.*

Si crudelis & rigidus deus, q̃ in diluuio delenuit genus humanum, ſuper Sodomam ignem & ſulphurem pluit, Aegyptios ſubmerſit fluctibus, Iſraelitarum cadauera proſtrauit in deſerto: ſcitote ideo eum ad præſens reddidiſſe ſupplicia, ne in æternum puniret, quia non in idipſum bis iudicat dominus.

Ambroſius de Iſaac.

Adeſt deo qui exit de ſeculo: adeſt deo qui illum cogitat, qui eum intuetur, qui in ipſo ſperat: adeſt ille, iuxta deum eſt, qui extra ſe nõ fuerit. *Idem de uirginitate libro 10.*

Oñia Ieſus Chriſtus eſt nobis ſi uolumus: curari deſideras, medicus eſt: ſi febribus æſtuas, fõs eſt: ſi grauaris iniquitate, iuſticia eſt: ſi auxilio indiges, uirtus eſt: ſi mortem times, uita eſt: ſi iter deſideras, uia eſt: ſi tenebras fugis, lux eſt: ſi cibum appetis, alimentum eſt: Guſtate igitur & uidete, quoniam ſuauis eſt dominus.

Idem libro de ieiunio.

Iugum & onus Chriſti leue eſt, & non conterit colla: honeſtat, nõ alligat ceruicem uinculis, ſed mentem gratia.

Ambroſius ſuper Beati immaculati.

Deus interuallo locorum nõ relinquitur, ſed prauitate morum geſtorum unuſquiſq; ſuis ſtudijs, aut ſe deo iungit aut ſeparat.

Ibidem.

Dominus Ieſus ueniens in hunc mundum per uirginis partum ſubiecit curæ noſtræ omnes cõtrarias poteſtates, ut fide tua, uerbo tuo & operibus tuis conterantur. Si ergo non conteris aduerſarium, tua culpa eſt, qui permiſſa poteſtate non uteris. In nobis igitur aut ſubijciatur aduerſarius, aut reſulcet.

Idem ſuper Lucam libro 1.

Non in loco deus uidetur, ſed mundo corde: nec corporalibus oculis deus quæritur, nec circunſcribitur uiſu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec ſentitur inceſſu, & cum abſens eſt uidetur, & cum præſens eſt non uidetur.

Ambroſius ſuper Lucam cap. 15.

Impios quæſiuit dominus qui eum non quærebant, & pro eis uoluit mori: quomodo clamãtes ad ſe non exaudiet?

Ambroſius ſuper Lucam libro 5.

Vberior eſt dei gratia, quàm precatio: ſemper enim plus tribuit dominus quàm rogatur, nã latro rogabat, ut memor eſſet ſui dominus, cum ueniret in regnum ſuum, Dominus autem ait: hodie mecum eris in paradiſo.

Gregorius in homilia ſuper illud Lucæ 7. Ecce cœperunt ſimul excuſare.

Offert deus q̃d rogare debuerat, nõ rogatus dare uult q̃ uix credi poterat, ut largiri dignaret etiam poſtulatus. Magna em̃ pietas dei oñi potentis ſuper nos afficitur, quæ ſe deſerentes non deſerit. *Greg. in hom. de uno martyre.*

Sicut arte medicinæ, calida frigidis, frigida calidis curantur, ita dominus noſter contraria oppoſuit medicamenta peccatis, ut lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis manſuetudinem, elatis præciperet humilitatem.

Gregorius libro 2. Moralium.

Creator omnium deus pater omnipotẽs ubique eſt & ubiq; totus eſt: in parte non eſt, quoniam ubiq; eſt: & tunc minus inuenitur, quando is qui ubiq; totus eſt, in parte quæritur.

Gregorius ibidem ſuper Ezech. hom. 8.

Nunquam deeſt, & tamen ab iniquorum cogitationibus longe eſt: nec tamen ibi deeſt, ubi longe eſt: quoniam ubi non eſt per gratiam, ad eſt per uindictam. Deus ubiq; præſens eſt & uix inueniri poteſt, ſtantem ſequimur, & apprehendere non ualemus. *Ibidem.*

Ponamus ante oculos quæ ſit illa dei natura, quæ tenet omnia, implet omnia, complectitur omnia ſuper excedit oĩa, ſuſtinet omnia. Nequaq; aũt deus ex una parte ſuſtinet, atq; ex alia ſuperexcedit, neq; ex alia parte implet, atq; ex alia parte circumplectitur: ſed circumplectẽdo implet, implendo, circumplectitur: ſuſtinendo, ſuperexcedit, ſuperexcedendo, ſuſtinet, ſine inquietudine ſuperius regens, ſine latitudine inferius ſuſtinens, interius ſine extenuatione penetrans, exterius ſine extenſione circundãs. Eſt ita que inferior & ſuperior ſine loco, & amplius ſine latitudine, eſt ſubtilis ſine extenuatione. Et q̃ per molem corporis nuſquàm eſt, per incircumſcriptam ſubſtantiam ſuam nuſquam deeſt.

Gregorius ibidem, & in Moral.

Deus manet intra omnia, ipſe extra omnia, ipſe ſupra omnia, ipſe infra omnia. Superior eſt per potentiam, inferior per ſuſtentationem, exterior per magnitudinem, interior per ſubtilitatem. Surſum regens, deorſum continens, extra circundans, interius penetrans.

Idem Moralium libro 15.

Deus idcirco laudes ſuas nobis indicat, ut ualeamus eum audientes cognoſcere, cognoſcentes amare, amantes ſequi, ſequẽtes adipiſci, adipiſcẽtes uero eius uiſione perfrui, unde Pſalmiſta: Virtutẽ operum ſuorum annuntiabit populo ſuo, ut det illis hæreditatẽ gentium, ac ſi aperte dicat. Idcirco fortitudinẽ ſuæ operationis inſinuat, ut eum qui audierit, donis dicet.

Idem libro 19. Moralium.

Deus uitam malorum tolerat, ut cũ aduerſarius noſter diabolus tentare nos nititur, eorum moribus quaſi cõtrarijs armis utatur per ipſos quippe uiuos ſæuiens cruciat, uel neſcius purgat. *Gregorius libro 18. Moralium.*

Deus bona facit & ordinat, mala non facit, ſed ab iniquis facta, ne inordinate ueniant ipſe diſponit. *Gregorius libro 26. Moralium.*

Deus nõnulla peccata, & nõnulla multa derelinquit. Quia ſi nulla reſecaret, q̃s deũ res humanas curare

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

curare crederet. Et rursus si hæc cuncta percuteret, extremum iudiciū undereſtaret.

Idem libro 33. Moralium.

Deus primo elegit indoctos, poſtmodū philoſophos: & per oratores docuit piſcatores, ſed per piſcatores ſubegit oratores.

Gregorius in Regiſtro.

Deus in hac uita electis ſuis nō promiſit gaudia delectationis, ſed amaritudines tribulationis, ut medicinæ more per amarū poculum ad dulcedinē æternæ ſalutis redeant.

Grego. lib. 9. Moralium ſuper illud Iob 9.
Si æquitas iudicij quæritur.

Ille cauſas examinat, qui eas per alienū teſtimonium non explorat.

Ioan. Chryſoſt. ſuper Matthæum.

Deus gaudet non de ſuo lucro, ſed de noſtra ſalute: triſtatur non de ſua iniuria, ſed de noſtra perditione. *Ioan. Chryſoſt. in homi. de Cruce.*

Ieſum Chriſtum habemus magiſtrum, ut nō peccemus: & defenſorē ſi peccauerimus: & confeſſorem, ſi conuerſi fuerimus: & interpellatorem pro nobis, ſi quod boni à domino deſideramus, & datorem cum patre eorum quæ imperamus. *Idem de reparatione lapſi.*

Deus cum pœnas infert & punit, non cum ira paſſibili, ſed omni clementia ineffabili facit mentis non perimentis affectu.

Bernardus in ſermone Natiuitatis.

Quid tam neceſſarium perditis? quid tam optabile miſeris? quid tam utile deſperatis? Chriſtus ſalus ſingulis, forma exemplaris, uita ſalutaris ſalus infirmantium, forma ſuſpitantium, uita ſperantium.

Bernardus in ſermone de Natiuitate.

Venit medicus ad ægros, uenit redemptor ad uenditos, uenit uia ad errātes, uenit uita ad mortuos, uenit cum ſalute, cum unguentis, cum gloria, nec ſine ſalute Ieſus, nec ſine unctione Chriſtus, nec ſine gloria uenit dei filius.

Idem de Conſideratione libro 5.

Non parum apprehendiſti, ſi hoc tibi de deo compertum ſit quod nuſquàm ſit, qui non claudatur in loco & nuſquā non ſit, qui non excluditur loco. *Ibidem.*

Deus non partibus conſtat, ut corpus: nō affectibus diſtat, ut anima: non formis ſubſtat, ut omne quod factum eſt: nunquid uerendum ne cogitatio tranſuolet illum, quantumcunq; in altum proſpiciat ultra eſt. In terra q̄ homo cogitare poſſit altiſſimum quærere ridiculū eſt, ſtatuere ipſum ultra non citra quærendus eſt.

Bernardus in ſermone 57.

Quàm diues eſt in miſericordia, q̄ magnificus in iuſtitia, q̄ munificus in gratia, domine deus noſter, non eſt qui ſimilis ſit tibi. Munerator copioſiſſime, remunerator æquiſſime, liberator piiſſime, gratis reſpicis humiles, iuſte iudicas innocentes, miſericorditer etiā ſaluas peccatores.

Hugo de clauſtro animæ libro 1.

Sicut nullum eſt momentū, quo homo non utatur uel fruatur dei bonitate & miſericordia. Sic nullum debet eſſe momentū, quo eum præſentem non habeat in memoria. Omne tēpus in quo de beo non cogitas, hoc te computa perdidiſſe. *Caſſiodorus ſuper Pſal. 39.*

Ieſus Chriſtus pauper eſt de noſtro, de ſuo diues. Qui deo indignam humanitatis inſumpſit naturam, ut abundantiæ ſuæ nos participes faceret: *Caſſio. ſuper Pſal. Magnus dominus.*

Virtus inexplicabilis, pietas incomprehenſibilis, ſapientia ineffabilis, cuius diffinitio eſt finem in ſanctis laudibus non habere.

Boetius de Conſolatione lib 3. metro 9.

O qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum cœliq; ſator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, ſtabilisq; manens, das cuncta moueri,
Tu namq; ſerenum. *Ibidem.*

Tu requies tranquilla piis, te cernere finis
Principium, uector, dux, ſemita, terminus idem.

Ibidem libro 3. proſa 10.

Deum rerum omnium principem bonum eſſe communis humanorum cōceptio probat animorum: nam cum nihil deo melius excogitari queat, id quo melius nihil eſt, bonū eſſe quis dubitat? *Ibidem.*

Ne in infinitum ratio procedat confitendū eſt ſummum deum ſummi perfectiq; boni eſſe pleniſſimum, ſed perfectū bonum ueram eſſe beatitudinem conſtituimus, ueram igitur beatitudinem in ſummo deo ſitam eſſe neceſſe eſt.

Ibidem lib. 3. proſa 12.

Deus per ſe regit omnia quæ homini eſſe conſenſimus, & hic eſt ueluti quidam clauus atq; gubernaculū quo mundana machina ſtabilis atque incorrupta ſeruatur. *Ibidem.*

Nihil eſt quod naturam ſeruans deo cōtraire conetur. *Ibidem lib. 4 proſa 6.*

Omnium generatio rerum cunctoſq; mutabilium naturarū progreſſus, & quicquid aliquo mouetur modo cauſas, ordinē formas ex diuinæ mentis ſtabilitate ſortitur.

Idem libro 4. proſa 6.

Fortiſſimus in mundo deus cuncta regit, cū omnia ſecula præuideat ac proſpicit. Necq; enim fas eſt homini cūctas diuini operis machinas ingenio comprehendere, uel explicare ſermone, hoc tantum proſpexiſſe ſufficiat, quod natura rum omniū proditor deus, idē ad bonū dirigēs cuncta diſponat.

Ibidem metro 6.

Sedet interea conditor altus,
Rerumq; regens flectit habenas,
Rex & dominus fons & origo,
Lex & ſapiens arbiter æqui.
Ibidem.

Hic eſt cunctis continuus amor,
Repetuntq; boni fine teneri:
Quia non aliter durare queunt.
Niſi conuerſo rurſus amore
Refluant cauſæ, quæ dedit ipſe.

Lactan. Firmia. diuin. inſtit. lib. 1. cap. 2.

Stoici

Stoici docuerunt nec fieri mundum ſine ratione potuiſſe, nec conſtare, niſi ſumma ratione regeretur. *Ibidem.*

Nemo eſt enim tam rudis, tã feris moribus, qui non oculos ſuos in cælum tollens, tametſi neſciat, cuius dei prouidentia regatur: hoc eſt omne quod cernitur, aliquam tamen eſſe intelligat ex ipſa rerum magnitudine, motu, diſpoſitiõe, conſtantia, utilitate, pulchritudine, temperatione. Nec poſſe fieri quin id quod mirabili ratione conſtat, niſi conſilio maiore aliquo ſit inſtructum. *Ibidem cap 3.*

Nemo eſt qui deum ſapiat ratiõemq; ſecum putet, qui non unum eſſe intelligat, qui & condiderit omnia, & eadem quæ condidit uirtute moderetur. Quid enim multis opus eſt ad mundi regimen ſuſtinendum, niſi forte arbitremur, ſi plures ſint, minus habere ſingulos neruorum atq; uirium. *Ibidem.*

Deus aũt qui eſt æterna mens, ex omni utiq; parte pfectę cõſummatæq; uirtutis eſt. Quod ſi uerum eſt, unus ſit neceſſe eſt *Ibidem.*

Quis dubitet contẽtiſſimum eſſe regem qui totius orbis habet imperium: neq; immerito, cum illius ſint, quæ ubiq; ſunt omnia: cum ad eum ſolum omnes undiq; copiæ cõgregantur. *Ibidem.*

Qui autem putat hanc tantam magnitudinem non poſſe ab uno regi, fallitur. Nec enim quanta ſit poteſtas diuinæ maieſtatis intelligit, ſi exiſtimat ſingularem deum, qui facere mundum potuit, eundem regere non poſſe quem fecit. *Ibidem.*

At ſi concipiat animo quãta ſit diuini huius operis immẽſitas, cum antea nihil eſſet, tamen uirtute atq; conſilio dei ex nihilo eſſe conflatã. Quod opus niſi ab uno inchoari perficiq; non potuit, iam intelliget multo facilius ab uno regi, quod eſt ab uno conſtitutum.

Lactan. Firmia. diuina inſti. libro 1. cap. 3.

Nam ſi deus eſt nomen ſummę poteſtatis, incorruptibilis eſſe debet, perfectus, impaſſibilis, nulli rei ſubiectus. Ergo dij nõ ſunt, quos parere uni maximè deo neceſſitas cogit. *Ibidem.*

Nemo poteſt eſſe tam cæcus, qui non uideat ingerentem ſe oculis diuinam claritatem. *Ibidem.*

His igitur tot & tantis teſtib⁹ comprobatur unius dei poteſtate ac prouidentia mũdum gubernari, cuius uim maieſtatemq; tãtam eſſe dicit in Timæo Plato, ut eam neq; mente concipere, neq; uerbis enarrare quiq; poſſit, ob nimiam & inæſtimabilem poteſtatem. *Ibidem.*

Dubitet ergo aliquis an quicq; difficile aut impoſſibile ſit deo, qui tanta tamq; mirifica opera prouidentia excogitauit, uirtute conſtituit, ratione perfecit: nunc autem ſpiritu ſuſtentet, poteſtate moderetur; inexcogitabilis, ineffabilis, & nulli alij ſatis notus quàm ſibi.

Lactant. Firmia. diuina inſtit. lib. 1. cap. 11.

Iuuare, hominis eſt opis aliquid conferẽtis in eum qui eſt alienus & exigui beneficij. Nemo ſic deum precatur, ut ſe adiuuet ſed ut ſeruet, ut uitam ſalutemq; tribuat, quod multo plus ac maius eſt q̃ iuuare. Et quoniam de patre loquimur, nullus pater dicitur filios iuuare, cum eos generat aut educat. Illud em̃ leuius eſt, q̃ ut eò uerbo magnitudo paterni beneficij exprimat. Quanto id magis conueniens eſt deo qui uerus eſt pater, per quẽ ſumus, & cuius toti ſumus, à q̃ fingimur, animamur, illuminamur, q̃ nobis uitam impartit, ſalutẽ tribuit, uictũ multiplicem ſubminiſtrat, nõ intelligit beneficia diuina, qui ſe iuuari tantummodo à deo putat. Ergo nõ imperitus modo, ſed & impius eſt, qui nomine Iouis uirtutem ſummæ poteſtatis imminuit.

Lactan. Firmia. diuin. inſtit. lib. 2. cap. 1.

Equidem ſicut oportet de ſumma rerum ſæpenumero cogitãs admirari ſoleo maieſtatem dei ſingularis, quæ cõtinet regitq; omnia, in tantam ueniſſe obliuionem, ut quæ ſola coli debeat, ſola potiſſimum negligatur. *Ibidem.*

Quam ſibi ueniam ſperare poſſunt impietatis ſuæ qui non agnoſcunt cultum dei, quẽ prorſus ignorari ab homine fas non eſt: nam & cum iurant, & cum optant, & cum gratias agunt, nõ Iouem aut deos multos, ſed deum nominant. A deo ipſa ueritas cogente natura, etiam ab inuitis peccatoribus erumpit. Quod quidem nõ faciũt in proſperis rebus, nam tum maximè deus ex memoria hominum elabitur, cum beneficijs eius fruentes honorem dare diuinæ indulgentiæ debent. *Ibidem.*

At uero ſi qua neceſſitas grauis preſſerit, tunc deum recordãtur: ſi belli terror infremuerit, ſi morborum peſtifera uis incubuerit, ſi alimẽta frugibus longa ſiccitas denegauerit, ſi ſęua tempeſtas, ſi grando ingruerit, ad deum cõfugitur, à deo petitur auxilium, deus ut ſubueniat oratur. Si quis in mari uento ſæuiente iactat, hunc inuocat, ſi quis aliqua ui afflictatur, hunc potius implorat, ſi quis ad extremam mendicandi neceſſitatem deductus uictum precibus expoſcit, deum ſolum obteſtatur, & per eius diuinum atq; unicum nomen hominum ſibi miſericordiam quærit: nunquid igitur dei meminerunt, niſi dum in malis ſunt, poſtq̃ metus deſerunt & pericula receſſerunt, tum uero alacres ad deorum templa concurrunt his libant, his ſacrificant, hos coronãt. Deo autem quem in ipſa neceſſitate implorauerunt, ne uerbo quidem gratias agunt.

Lactan. Firmian. diuina. inſtit lib. 2. cap. 4.

Non placebat Perſio q̃ autea uaſa tẽplis inferant, ſuperuacuũ putans eſſe inter religiones quod nõ ſanctitatis, ſed auaritiæ ſit inſtrumentum. Illa enim ſatius eſt deo, quem recte colas inferre pro munere: Compoſitum ius, faſq; animi, ſanctoſq; receſſus, mentis & incoctum genero ſo pectus honeſto. *Idem lib. 2. cap. 5.*

Quãto igit rectius eſt omiſſis inſenſibilib⁹ &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uanis, oculos eo tendere, ubi ſedes, ubi habita/tio eſt dei ueri, qui terram ſtabili firmitate ſuſpēdit, qui cælum diſtinxit aſtris fulgentibus, qui ſolem rebus humanis clariſſimum, ac ſingulare lumen, in argumentum ſuæ ac unicę maieſtatis accendit. Terris autem maria circumfudit, flumina ſempiterno lapſu fluere præcepit.

Iuſſit & extendi campos, ſubſidere ualles,
Fronte tegi ſyluas, lapidoſos ſurgere montes.
Ibidem.

Satis eſt homini ad plenam perfectamq; prudentiam, ſi deum eſſe intelligat, cuius intelligētiæ uis, & ſumma hæc eſt: Suſpiciat & honorificet coēm parentem generis humani, & rerum mirabilium fabricatorem. *Ibidem.*

Ineſt ergo ſyderib⁹ ratio ad peragendū meatus ſuos, ſed dei eſt illa ratio, qui fecit & regit omnia. *Lactan. Firmia. lib. 2. cap. 9.*

Nemo quærat ex q̄bus iſta materiis tam magna, tam mirifica opera de⁹ fecerit, omnia fecit enim ex nihilo. Nec audiēdi ſunt poetæ, qui dicunt chaos in principio fuiſſe, id eſt confuſionē rerum atq; elementorum: poſtea uero diremiſſe omnem illam congeriem, ſingulisq; rebus ex confuſo aceruo ſeparatis in ordinemq; diſcerptis, inſtruxiſſe mundum pariter & ornaſſe. *Ibidem.*

Credibilius eſt materiā potius à deo factam, quia deus omnia poteſt, q̄ mundum à deo non eſſe factam, q̄a ſine mente, ratiōe, conſilio nihil fieri poteſt. *Ibidem.*

Deniq; cum a periret homini ueritatem deus ea ſola ſcire nos uoluit, quæ interfuit hoīem ſcire ad uitam conſequendam. Quæ uero ad curioſam & prophanam cupiditatem pertinebant reticuit, ut arcana eſſent. Quid ergo quęris, qui nec potes ſcire? nec ſi ſcias beatior fias? Pateſacta eſt in homine ſapientia, ſi & deum eſſe unū, & ab ipſo facta eſſe uniuerſa cognoſcat. *Lactan. Firmian. diuina. inſtit. lib. 2. cap. 10.*

Vnde autem uel quomodo deus hæc duo principalia ignem & aquam uel accenderit, uel eliquauerit, ſolus ſcire poteſt qui fecit. *Idem lib. 2. cap. 12.*

Qui enim dicit omnia ſua ſponte eſſe nata, nihilq; diuiuæ prouidentiæ tribuit, hic p̄fecto rationem non aſſerit, ſed euertit. Quod ſi neq; fieri quicq̄ ſine ratione, neq; naſci poteſt, apparet diuinam eſſe prouidentiam, cuius eſt prorium, quod dicitur ratio. *Ibidem.*

Deus igitur rerum omniū machinator fecit hominem, quod Ciceroq̄ quis expers cæleſtium literarum uidit tamen, qui libro de Legibus primo, hoc idem tradidit quod p̄phetæ, cuius uerba ſubieci: Hoc animal prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & cōſilij, quem uocamus hominem, præclara q̄dam conditione generatum eſſe à ſummo ſolum. Et enim ex tot animantium generibus atq; naturis particeps rationis & cogitationis, cum cætera ſint omnia expertia. *Ibidem.*

Deus ergo ueri patris officio functus eſt, ipſe corpus effinxit, ipſe animam, q̄ ſpiramus infudit: illius eſt totum quicquid ſum⁹. Quomodo id fecerit, ſi nos oporteret ſcire, docuiſſet: ſicut docuit cætera quæ cognitionem nobis & priſtini erroris, & ueri luminis attulerunt.

Ibidem lib. 2. cap. 17.

Nam deus neq; nomine cum ſolus ſit eget, neq; angeli cū ſint immortales, dici ſe deos aut patiuntur aut uolunt, quorum unum ſolumq; officiū eſt ſeruire nutibus dei, nec omnino quic quàm niſi iuſta facere. *Ibidem.*

Dicet aliquis: Cur ergo deus hæc fieri patit̄, nec tam malis ſuccurrit erroribꝰ, ut mala cum bonis pugnēt, ut uitia ſint aduerſa uirtutibus, ut habeat alios quos puniat, alios q̄s honoret. Vltimis enim tēporibus ſtatuit de uiuis ac mortuis iudicare, de quo iudicio mihi erit in ultimo libro diſputatio. Differt ergo donec ueniat tēporum finis, quo effundat iram ſuam in poteſtate ac uirtute cæleſti, ſicut uatum prædicta priorum terribili monitu horrificant, nunc autem patit̄ homines errare, & aduerſum ſe quoque impios eſſe ipſe iuſtus & mitis & patiens. Nec enim fieri poteſt, ut non is in quo perfecta ſit uirtus, ſit etiam perfecta patiētia. Vnde quidam putant ne iraſci quidē deum omnino, qui affectibus qui ſunt perturbationes animi, ſubiectus nō ſit, quia fragile eſt omne animal quod afficitur & commouetur. Quæ perſuaſio ueritatem atq; religionem funditus tollit.

Idem lib. 2. cap. 19.

Calcanda terrena, ut cæleſtia conſequamur: ita enim res ſe habet, ut quiſquis qui animam ſuā ſuā cuius origo de cælo eſt ad inferna & ima p̄ſtrauerit, eo cadat, quo ſe ipſe deiecerit. Ideoq; oportet rationis ac ſtatus memorē, non niſi ad ſupna niti ſemper ac tendere. Quod qui fecerit, hic planè ſapiens, hic iuſtus, hic homo, hic cælo deoq; dignus iudicabitur, quē ſuus parens non humilem, nec ad terram more quadrupedum, ſed ſtantem potius ac rectum, ſicut eum fecit, agnouerit. *Ibidem.*

Vellem igitur Ciceronem pauliſper ab inferis ſurgere, ut uir eloquētiſſimus ab homunculo non diſerto doceret̄, ſicut unus eſt huius mūdi conſtitutor & rector deus, una ueritas, ita unam eſſe ſimplicem ſapientiam neceſſe eſt, quia quicquid eſt uerum ac bonum, id perfectum eſſe non poteſt niſi fuerit ſingulare.

Idem lib. 3.

Eſt enim deus qui ſolus poteſt honorare uirtutē, cuius merces immortalitas ſola eſt, quam qui nō appetunt, nec religionē tenent, cui æterna ſua iacet uita, p̄fecto neq; uirtutis uim ſciunt cuius præmiū ignorant, nec in cælum ſpectant quod ipſi ſe facere putāt, cū res non inueſtigabiles q̄runt, quia ratio in cælum ſpectandi nulla eſt alia, niſi aut religionē ſuſcipere, aut animam ſuam immortalem eſſe credere. Quiſquis enim aut colendū deum eſſe intelligit, aut immortalitatis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tatis ſpem propoſitã ſibi habet, animus eius in cælo eſt, & licet id non aſpiciat oculis, animi tamen lumen aſpicit. *Ibidem.*

Omnis ſapiẽtia hominis in hoc uno eſt, ut deum cognoſcat & colat, hoc noſtrum dogma, hæc ſumma eſt, quanta itaq; uoce poſſum, teſtificor, proclamo, denuntio. Hoc eſt illud quod philoſophi omnes in tota ſua uita quæſiuerunt, nec unquàm inueſtigare, comprehendere, tenere ualuerunt, quia religionem aut prauam reti nuerunt, aut totam penitus ſuſtulerunt.

Ibidem.

Qui uult igitur ſapiens ac beatus eſſe, audiat dei uocem, diſcat iuſtitiam, ſacramentum natiuitatis ſuæ noſcat, humana contemnat, diuina ſuſpiciat, ut ſummum illud bonũ ad quod natus eſt poſſit adipiſci.

Lactan. Firmia. diuin. inſtitut. lib. 4. cap. 3.

Nam ſi diuinitas quæ gubernat hunc mundum incredibili beneficio genus humanum ſuſtentat, & quaſi paterna indulgentia fouet, uult profecto gratiam ſibi referri, & honorem dari. Nec conſtare homini ratio pietatis poteſt, ſi cæleſtibus beneficijs extiterit ingratus, quod non eſt utiq; ſapientis. *Ibidem.*

Vnus ergo colendus eſt, qui poteſt uerus pater noſter dominari, idem etiam diuinus ſit neceſſe eſt. Quare ſicut poteſt indulgere, ita etiam coercere: pater ideo appellandus eſt, quia nobis multa & magna largitur: dominꝰ ideo, quia caſtigandi & puniendi maximam habet poteſtatem. Dominum uero eundem eſſe qui ſit pater, etiam iuris ciuilis ratio demonſtrat.

Idem lib. 4. cap. 4.

Deus autem qui unus eſt, quoniam utrãque perſonam ſuſtinet, & patris & dei, & amare eũ debemus, quia filij ſumus & timere, quia ſerui.

Ibidem.

Fons autem ſapientiæ deus eſt, à quo hi duo riui, ſi aberrauerint areſcant neceſſe eſt. quẽ qui neſciunt, nec ſapientes eſſe poſſunt, nec religioſi. Sic ſit, ut philoſophi & qui deos colunt ſimiles ſint aut filijs abdicatis, aut ſeruis fugitiuis, quia neque illi patrem quærunt, neq; hi dominũ: & abdicati hæreditatem non aſſequuntur, & fugitiui impunitatem. *Ibidem.*

Solus pater uocandus eſt q̃ creauit, ſolus dominus nuncupandus qui regit, qui habet uitæ & necis ueram ac perpetuam poteſtatem. Quẽ qui nõ adorat & inſipiens ſeruus eſt, qui dominum ſuum aufugit, & impius filius, qui ſuũ uerum patrem uel occiderit uel ignoret.

Idem lib. 4. cap. 13.

Sũmus igitur deus, ac parens omniũ, eũ religionẽ ſuam trãsferre uoluiſſet, doctorẽ iuſtitiæ miſit è cęlo, ut nouis cultoribus nouam legem in eouel per eũ daret, non ſicut ante fecerat p hominem, ſed tamẽ naſci eum uoluit, tanq̃ hom, nem, per omnia ſummo patri ſimilis exiſteret. Ipſe enim deus pater & origo, & principium rerũ ſquoniã & parentibus caret, ἀπάτωρ atq; ἀμήτωρ id eſt, ſine patre atq; matre à Triſmegiſto ueriſſime nominatur, quod ex nullo ſit procreatus.

Idem libro 4. cap. 25.

Deus nobis uiam ſuperandæ carnis & aperiẽ & oſtendit, qui uirtus perfecta & omnibus uinculis abſoluta coronam uincẽtibus et mercedẽ expetendæ nobis immortalitatis impartit.

Idem libro 4 cap. 26.

Hos enim recte mortuos exiſtimaueris, q̃ datorem uitæ deum neſcientes, atq; animas ſuas à cælo in terram deprimẽtes in laqueos æternæ mortis incurrunt. *Ibidem.*

Deus nanq; (ſicut ſuperius dixi) cũ ſtatuiſſet hominem liberare, magiſtrum uirtutis legauit in terram, qui & præceptis ſaluatoribus formaret homines ad innocentiã, & operibus ſacrisq; præſentibus iuſtitiæ uiam panderet, qua gradiens homo & doctorem ſuum ſequens ad uitã æternam intraret. *Ibidem cap. 28.*

Apparet nullam aliã ſpem uitæ homini eſſe propoſitam, niſi ut abiectis uanitatibus & errore miſerabili deum cognoſcat, & deo ſeruiat, niſi huic temporali renuntiet uitæ, ac ſe rudimentis iuſtitiæ ad cultũ religionis inſtituat. Hac emancipatione gignimur, ut generati nos deo iuſto & debita obſequia præbeamus, hũc ſolum noueramus, hunc ſequamur. Hoc uinculo pietatis obſtricti deo & relegati ſumus, unde ipſa religio nomen accepit. *Idem libro 5. ca. 7.*

Sed deus ut parens diligẽtiſſimus, appropinquante ultimo tempore nuntium miſit, qui ueterem illud ſeculum fugatam iuſtitiã reduceret, ne humanũ genus maximis & perpetuis agitaretur erroribus. Redijt ergo ſpecies illius aurei temporis & reddita quidem terræ, ſed aſſignata paucis iuſtitia eſt, quæ nihil aliud eſt quam dei unici ſola, pia, & religioſa cultura.

Idem libro 5. ca. 11.

Ad placandum enim deum quem colas his rebus opus eſt, quibus illum gaudere & delectari ſcias. *Ibidem cap. 15.*

Deus enim q̃ homines generat, & inſpirationes æquos, id eſt, pares eſſe uoluit, eandem cõditionẽ uiuendi omnibus poſuit, oẽs ad ſapientiam genuit, omnibus immortalitatẽ ſpopondit. Nemo enim à beneficijs eiꝰ cæleſtibus ſegregatur. Nam ſicut omnibus unicũ ſuum lumẽ æqualiter diuidit, emittit omnibus fontes, uictũ ſubminiſtrat, quietẽ ſomni dulciſſimã tribuit, ſic omnibꝰ æqualitatem uirtutemq; largitꝰ. Nemo apud eũ ſeruus eſt, nemo dominus: ſi enim cunctis idẽ pater eſt, æquo iure omnes liberi ſumus. Nemo deo pauper eſt, niſi qui iuſtitia indiget: nemo diues, niſi qui uirtutibus plenus: nemo deniq; egregius, niſi qui bonus & innocens fuerit: nemo clariſſimus, niſi q̃ opera miſericordiq; largiter fecerit: nemo perfectiſſimus, niſi qui omnes gradus uirtutis impleuerit.

Idem libro 5. cap. 20.

Nã ſi is q̃ in hac terreſtri militia regi ſuo fidẽ ſeruat in aliq̃ egregio facinore: ſi poſtea uixe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rit, acceptior fit & clarior: ſi perierit, ſummã cõ ſequitur gloriã, quod pro duce ſuo morte oc/ cubuerit. Quanto magis imperatori omnium deo fides ſeruanda eſt, qui non tantum uiuenti bus, ſed & mortuis præmium poteſt uirtutis ex oluere. Igitur dei cultus quoniam militiæ cæle, ſtis eſt, deuotionem maximam fidemq; deſide/ rat. Quomodo enim deus aut amabit colẽtem, ſi ipſe non ametur ab eo: aut præſtabit precãti quicquid orauerit, cum ad precandum neq; ex animo, neq; obſeruanter accedat?

Lactan. libro 5. cap. 23.

Deus inquit Seneca, homines pro liberis ha/ bet, ſed corruptos & uitioſos luxurioſe ac deli/ cate patiẽ uiuere, qa nõ putat emendatione ſua dignos: bonos autem quos diligit, caſtigat ſæpi us, & aſſiduis laboribus ad uſum uirtutis exer/ cet. Nec eos caducis ac mortalibus bonis corrũ pi ac deprauari ſinit: unde nemini debet mirum uideri, ſi pro noſtris ſæpe delictis caſtigamur à deo. Imo uero cum uexamur ac premimur, q̃ maxime gratias indulgentiſſimo patri agere de bemus, qui corruptelam noſtram non patitur longius ꝓcedere, ſed plagis ac uerberibus emẽ dat. Ex quo intelligimus nos deo eſſe curæ, quo niam cum peccamus iraſcitur.

Lactan. Firm. diuin inſtit lib 6. cap. 1.

Nihil em̃ ſancta & ſingularis illa maieſtas alí ud ab hoie deſiderat, q̃ ſolã innocẽtiã, quam, ſi quis obtulerit deo, ſatis pie religioſeq; litauit.

Idem libro 6. cap. 3.

Deus qui cæleſtis uiæ dux eſt, immortalitatẽ nulli homini nato negat.

Idem libro 6 cap. 6.

Fõs aut bonorum deus eſt, malorũ uero ille: ſcilicet diuini nominis ſemper inimicus: ab his duobus principijs bona malaq; oriũtur. Quæ ue niunt a deo, hãc habent rationem, ut immorta litatem parent, quod eſt ſummum bonum; quæ aũt ab illo altero id habẽt officium, ut à cæleſti bus auocatum, terrenisq; demerſum interficiãt ſempiternum, quod eſt ſummum malum.

Idem libro 6. cap. 8.

Quiſquis autẽ rectum iter uitæ tenere nititur non terram debet aſpicere, ſed cælum, & (ut a/ pertius loquar) nõ hominẽ ſequi debet, ſed deũ: non his terreſtribus ſimulacris, ſed deo ſeruire cæleſti, non ad corpus inferre omnia, ſed ad mẽ tem; non huic uitæ operam dare, ſed æternæ.

Ibidem.

Vnusq; erit cõmunis magiſter & imperator omniũ deus, ille legis huius inuentor, diſcepta/ tor, ſator, cui qui nõ parebit, ipſe ſe fugiet ac na turam hominis aſpernatus hoc ipſo licet maxi/ mas pœnas, etiam ſi cætera ſupplicia quæ pati/ tur, effugerit. *Idem lib. 6. cap. 9.*

Huius legis caput eſt primũ ipſum deũ noſſe, ſoli obtẽperare, ſolũ colere: nõ poteſt em̃ ratio/ nem hominis obtinere, qui parentẽ animæ ſuæ deum neſcit, quod eſt ſummũ nefas. Quæ igno ratio facit ut dijs alienis ſeruiat, q̃ nihil ſcelera/ tius committi poteſt, hinc procliuis eſt ad mali tiam gradus per ignorantiam ueri ac ſingularis boni, quia deus quem noſſe refugit, fons eſt ipſe bonitatis. *Ibidem.*

Omnis doctrina & uirtus philoſophorũ ſine capite eſt, quia deũ neſciunt, qui eſt uirtutis ac doctrinæ caput, quem qui non agnoſcit, licet ui deat, cæcus eſt: licet audiat, ſurdus: licet loquat, elinguis eſt: cum uero conditorem rerum parẽ tem̃q; cognouerit, tũc & uidebit & audiet & lo quitur. Habere em̃ caput cœpit, in q̃ ſunt ſen/ ſus omnes collocati, hoc eſt, oculi, auris & lin/ gua: nam profecto is uidet qui ueritatẽ in qua deus eſt, deum in quo ueritas eſt, oculis cor/ dis aſpexerit: is audit qui diuinas uoces ac præ/ cepta uitalia pectori ſuo affigit, is loquitur, qui cæ leſtia differẽs, uirtutem ac maieſtatẽ dei ſingu/ laris enarrat. Quare non eſt dubiũ, quin imꝑ/ ſit, quiſquis deũ nõ agnouerit, oẽsq; uirtutes ei/ q̃s habere aut tenere ſe putat, in illa mortifera uia reperiuntur quæ eſt tota tenebrarum.

Ibidem.

Ergo in dei agnitione, & cultu rerũ ſumma uerſatur, in hoc eſt ſpes omnis & ſalꝰ hominis, q̃ eſt ſapientiæ gradus primus, ut ſciamus quis ſit nobis uerus pater. Eumq; ſolũ pietate debita proſequamur, huic pareamꝰ, huic deuotiſſime ſeruiamus, in eo promerẽdo actus omnis & cu ra & opera collocetur.

Idem libro 6. cap. 12.

Qui apud deum diues eſt, pauper eſſe nunq̃ poterit. *Idem libro 6. cap. 13.*

Deus enim purgari homines à peccatis maxi me cupit, ideoq; agi pœnitentiam iubet. Agere autem pœnitentiam, nihil aliud eſt quam profi teri & affirmare ſe ulteriũs non peccaturũ. Ig/ noſcitur itaq; his qui ad peccatum ignorãter in cauteq; labuntur. Veniam non habet qui ſciẽs peccat.

Idem lib. 6. cap. 20.

Ad ultam enim deus inſpirat animam, nõ ad mortem. *Idem libro 6. cap. 23.*

Hinc diuinæ legi ſumma deuotione parendũ eſt. Sint oẽs q dei diſcipulos ſe profitebunt, ita morati & inſtituti, ut imperari ſibi poſſunt, nã qui uoluptatibus indulgent, qui libidini obſe/ quuntur, hi animam ſuam corpori mancipant, ad mortemq; condemnant, qui ſe corpori addi xerunt, in quo habet mors poteſtatẽ. Vnuſquiſ que igitur quãtum poteſt formet ſe ad uerecũ/ diam, pudoremq; colat, caſtitatem mente & cõ ſcientia tueatur. Nec tantum legibus publicis pareat, ſed ſit ſuper omnes leges, qui legem dei ſequitur. Quibus bonis ſi aſſueuerit, iam pude/ bit eum in deteriora deſcendere, modo placeãt recta & honeſta, quæ melioribus iucundiora ſunt, quam praua & inhoneſta peioribus.

Idem lib. 6. cap. 25.

Verbo enim ſacrificare oportet deo, ſi quidẽ deus uerbum eſt, ut ipſe confeſſus eſt.

Lactan. Firmian. lib. 7. cap. 2.

Nam ſi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nam ſi mundum cum oīibus quæ ſunt in eo contemplari uelis, intelliges, ꝓfecto quantū dei opus humanis corporibus anteſtet. Ita quantū inter opera diuina & humana intereſt, tm̄ diſtare inter dei hominisq; ſapientiā neceſſe eſt. Nam quia deus incorruptus atq; immortalis, & ideo perfectus qa ſempiternus eſt, ſapientia quoq; eius pinde ut ipſe perfecta eſt, nec obſtare illi qcq̄ poteſt, quia nulli rei deus ipſe ſubiectus eſt.

Ibidem.

Deo enim ſola opera nota ſua ſunt, homo autem non cogitando aut diſputando aſſequi ea poteſt, ſed diſcendo & audiendo ab eo qui ſcire ſolus poteſt & docere.

Idem libro 7. cap. 9.

Ante omnia quoniam deus ab homine uideri non poteſt, ne quis tamen ex ipſo putaret deum non eſſe quia mortalibus oculis non uideretur, inter cætera inſtitutorū ſuorū miracula fecit etiam multa: quorum uis quidem apparet, ſubſtātia tamen non uidetur, ſicut eſt uox, odor, uentus, ut harū rerum argumento & exemplo etiā deum licet ſub oculos nō ueniat, de ſua tm̄ ui & effectu & operibus cernimus. Quid uoce clarius? aut uento fortius? aut odore uiolentius? hæc tamen cum per aerem feruntur ad ſenſus q; noſtros ueniunt & eos potentia ſua impellunt, nō cernuntur acie luminum, ſed alijs corporis partibus ſentiuntur. Similiter deus nō aſpectu nobis alioue fragili ſenſu comprehendendus eſt, ſed mētis oculis intuendus: cum opera eius præclara & miranda uideamus.

Idem libro 7. cap. 23.

Pater enim noſter ac dominus qui cōdidit firmauitq; cœlum, qui ſolē cum cæteris ſyderibus induxit, qui libra tam magnitudine ſua terram uallauit, montibus mare circūdedit amnibusq; diſtinxit, & quicquid in hoc opere mundi cōſtauit atq; perfecit è nihilo: perfectis erroribus hominum, ducem miſit qui nobis iuſtitiæ uiā panderet. Hunc ſequamur omnes, hunc audiamus, huic deuotiſſime pareamus: quoniam ſolus (ut Lucretius:)

Veridicis hominum purgauit pectora dictis,
Et finem ſtatuit torpedinis atq; timoris
Expoſuitq; bonum ſummum quo tendimus omnes.
Quid foret atq; uiam monſtrauit limite prono.
Qua poſſemus ad id recto contendere curſu.

Non monſtrauit tm̄, ſed etiam præceſſit ne qs difficultatis gratia iter uirtutis horreret. Deſeratur ſi fieri poteſt uia perditionis & fraudis, in q̄ mors uoluptatis illecebris ad opera celatur. Et quanto quiſq; annis in ſenectutem uergentibus appropinquare cernit illū diē quo ſit ei ex hac uita migrandū, cogitet q̄ purus abſcedat, q̄ innocens ad iudiciū ueniat. Non ut faciunt quidā cæcis mentibus nixi, qui iam deficientibus corporis uiribus in hoc admonent inſtātis ultimæ neceſſitatis, ut cupidius & ardentius hauriendis libidinib⁹ intendāt, ex uoragine liberet ſe quiſque dum licet, dū facultas deeſt, ſcq; ad deū tota mente conuertat, ut illū diem ſecurus expectet, quo princeps dominusq; mundi deus de ſingulorum factis cogitationibusq; iudicabit.

Lactan. Firm. de ira dei.

Hoc differt ab humanitate diuinitas, q humanitatis eſt ignorātia, diuinitatis ſciētia, unde nobis aliq̄ lumine opus eſt ad depeliendas tenebras, quibus effuſa eſt hominis cogitatio, qm̄ in carne mortali agentes noſtris ſenſibus diuinare nō poſſumus. Lumen aūt mentis humanæ deus eſt, quem qui cognouerit & in pectus admiſerit, illuminato corde myſterium ueritatis agnoſcet. Remoto autem deo cœleſtiq; doctrina omnia erroribus plena ſunt. Rectoq; Socrates cum eſſet omnium Philoſophorū doctiſſimus, tamē ut cæterorū argueret inſcientiā, qui ſe aliquid tenere arbitrabant, ait: Se unum ſcire, q nihil ſciret. Intellexit enim doctrinā illam nihil habere in ſe certi, nihil ueri. *Ibidem ca. 4.*

Quid tam dignum, tam ꝓprium deo, q̄ prouidentia. Sed nihil puider, amiſit omnem dignitatem. Qui ergo totam deo ſubſtantiā tollit, quid aliud dicit, niſi deum omnino non eſſe?

Idem de ira dei cap. 7.

Multū enim refrenat homines cōſcientia ſi credamus nos in conſpectu dei uiuere, ſi non tm̄ quæ gerimus uideri deſuper, ſed etiam quæ cogitamus aut loquimur, audiri à deo putemus.

Ibidem cap. 11.

Tantus eſt deus, ut homine non poſſit aut uerbis enarrari, aut ſenſibus æſtimari.

Ibidem.

Vnus eſt igitur princeps & origo rerum deus, ſicut Plato in Timæo & ſenſit & docuit, cuius maieſtatem tantam eſſe declarat, ut nec mente comprehendi, nec lingua exprimi poſſit.

Idem de ira dei cap. 12.

Timor igitur dei ſolus eſt qui cuſtodit hominum inter ſe ſocietatem, per quem uita ipſa ſuſtinetur, munitur, gubernatur.

Idem lib. de ira dei cap. 21.

Deus non thure, non hoſtia, non pretioſis muneribus, quæ omnia ſunt corruptibilia, ſed morum emendatione placatur.

Lactan. de ira dei cap. ultimum.

Quapropter nemo uaniloquētia philoſophorum inductus ad cōtemptum ſe dei erudiat, qd̄ eſt maximū nephas. Debemus hunc omnes & amare q pater eſt, & uereri qd̄ dñs, & honorificare quod beneficus, & metuere quod ſeuerus, utraque perſona in eo uenerabilis. Quis ſalua pietate nō diligat animæ ſuæ parentē, aut quis impune cōtemnat eum, qui reg̃ dominatū habeat in omnes ueram & æternam poteſtatem.

Lactantius Fir. de Opificio dei cap. 16.

Et miratur aliquis, ſi diuina mens dei per uniuerſas mundi partes intenta diſcurrit, & oīa regit, oīa moderat, ubiq; p̄ſens, ubiq; diffuſa cum tanta ſit uis ac poteſtas mentis humanæ intra mortale corpus incluſæ, ut ne ſeptis quidē grauis huius ac pigri corporis, cui illigata eſt, coer-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ceri ullo pacto poſſit, quo minus ſibi liberam uagandi facultatem quietis impatiens largiatur.

Anſelmus ſuper Pſalm. 25.

Deus hominem mirabiliter creat foris, ſed mirabilius intus recreat. Maius em̄ fuit de Saulo p̄ſecutore diſcipulum facere, quàm Lazarū dormientem de monumento ſuſcitare.

Anſelmus lib. Cur deus homo ca. 15.

Deum impoſſibile eſt honorem ſuū perdere, aut enim peccator ſoluit ſpōte quod debet, aut deus ab inuito accipit. Sicut autem homo peccando rapit quod dei eſt, ita deus puniendo auferet quod hominis eſt.

Idem lib. 2. cap. 9.

Quid miſericordius intelligi ualet, q̄ꝫ q̄ꝑ peccatori æternis tormentis damnato, & non habēti unde ſe redimat, deus pater dicit, accipe unigenitum meum & da pro te, & ipſe filius, tolle me, & redime te. Quaſi enim hoc dicunt cū ad Chriſtianam fidem nos trahunt.

Seneca ad Lucilium epiſt. 40.

Ita dico Lucili, ſacer intra nos ſpiritus ſedet, bonorū malorumq̄ noſtrorū obſeruator & cuſtos. Hic prout à nobis tractat, ita & nos tractat ipſe, bonus uero uir ſine deo nemo eſt. An poteſt aliquis ſupra fortunam niſi ab illo adiutus exurgere? Ille dat conſilia magnifica & erecta in unoquoq̄ bonorum uirorum.

Idem epiſt. 92.

Quis dubitare poteſt mi Lucili, quin deorū immortalium munus ſit, quod uiuimus.

ibidem.

Summa illa & pulcherrima omniū natura q̄s periculo eximit, nec periculoſos quidem fecit. Primus eſt deorum cultus deos credere, deinde reddere illis maieſtatem ſuam, reddere bonitatem, ſine qua nulla maieſtas eſt. Scire illos eſſe q̄ præſident mundo, qui uniuerſa ut ſua temperant, qui humani generis tutelam gerunt.

Seneca libro de beneficijs.

Dij quoq̄ multa ingratis tribuunt.

ibidem.

Deus quidē munera uniuerſo humano generi dedit, à quibus excluditur nemo.

ibidem.

Inſita ſunt omnium artium nobis ſemina, magiſterq̄ ex occulto deus producit ingenia.

ibidem.

Quid enim eſt aliud natura q̄ꝫ deus? & diuina ratio toti mundo partibusq̄ eius inſerta. Ergo nihil agis ingratiſſime mortalium, qui te negas deo debere, ſed naturæ, qa nihil natura ſine deo eſt, nec deus ſine natura, ſed idem eſt uterq̄, nec diſtat officio.

Plato in Timæo.

Genitorem uniuerſitatis tam difficile eſt inuenire, quàm inuētum impoſſibile digne profari.

Idem lib. de legibus.

Bonus quidem deus, & quidem deus cauſa bonorū, malorum autē omniū non cauſa.

Plato in Timæo.

Mundus à deo factus eſt.

ibidem.

Deus author maximus eſt.

ibidem.

Charitas dei fuit cauſa factionis mundi & originis omnium rerum. *ibidem.*

Deus eſt ſummū bonū, ſupra omnem ſubſtantiam omnemq̄ naturā, quod cuncta expetunt, cū ipſe ſit plenæ perfectionis, & nullius ſocietatis indigus. *Plato in Phædro.*

Imperfectus quidem & immundus in infernū abiens, perfectus & purgatus hinc tranſiens cum deo habitabit.

Ariſt. lib. 1. Metaphyſicæ.

Deus uidetur omnibus eſſe cauſa & principiū quoddam. *ibidem lib. 2.*

Infinitum non eſt ſcibile.

idem lib. 9. Metaphy.

In æternis nō eſt malū, nec corruptio, nec peccatum. *Idem lib. 11. Metaph.*

Primus motor eſt actus purus ſine omni potētia, ſubſtantia ſine omni accidente, ſimplex ſine omni cōpoſitione. *Ibidem.*

Primus motor mouet ſicut amatum & deſideratum. *ibidem.*

A primo principio dependet cœlum, & tota natura. *ibidem.*

Primus motor nullam habet magnitudinem corporalem. *ibidem.*

Etiam bonum uniuerſi conſiſtit in principio primo, ad quod omnia ordinantur.

Ibidem.

Entia nolunt male diſponi, nec eſt bonū pluralitas principantiū, unus ergo princeps.

Idem lib. 12. Metaphyſicæ.

Deus eſt animal, hominis beneficum, metaphorice ſumitur hic animal. *Ibidem.*

Dicimus deum eſſe animal ſempiternum optimum, quare uita & duratio cōtinua & æterna exiſtit, in hoc enim deus. *Ibidem.*

Illud eſt magis ſimplex, quod eſt propinquiſſimum ſimpliciſſimo. *Ibidem.*

Quod igit eſt ſubſtantia ſempiterna & immobilis ſeparata a ſenſibilibus manifeſtū eſt ex his.

Ibidem.

Principiū & primū entiū eſt immobile, & ſecundū ſe & ſecundū accidens.

Idem libro 3. Phyſicorum.

In perpetuis non differt poſſe & eſſe.

ibidem.

Contingit aliquid dare ſecundū ſpeciē quod ſimul mouet & mouet, & aliquid quod tantū mouetur, ergo erit dare aliquid quod tantū mouet, & non mouetur.

Ariſt. lib. 8. Phyſicorum.

Primus motor tantum unus eſt & æternus.

Ibidem.

Primus motor nullam habet magnitudinē, nec finitam nec infinitam, unde ipſe eſt incorporeus, indiuiſibilis & æternus.

Ariſt. lib. de cœlo & mūdo.

Nihil

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nihil eſt perfectum niſi trinitas.

Ibidem.

Deus & natura nihil faciunt fruſtra.

Idem libro 11. *de Animalibus.*

Debemus inſpicere formas, & delectari in artifice qui eas facit.

Ariſtoteles libro 7. *Ethicorum.*

Deus eſt aliquid honorabilius uirtute.

Ibidem.

Sicut beſtiæ nō eſt uirtus, ſi nec malitia deo.

Idem libro de regimine principum.

Deo nihil eſt difficile, & ſine eo nihil eſt poſſibile fieri uel poſſideri.

Ibidem.

Deus glorioſus nihil otioſum ſiue uacuum fecit in natura *Idem libro de Bona fortuna.*

Deus bene uidet p̄ſentia, præterita & futura.

Idem libro 2. *Topicorum.*

Iuſtitiā facere nō ineſt deo: Quia iniuſtitiā facere idē eſt q̄d ſponte nocere, deo non eſt ergo.

Laertius Diog. de uita & moribus philoſoph.

Interrogauit Thaletem Mileſium quidam: ſi lateret deos homo iniuſte agens, ſed nec cogitans inquit. *Ibidem.*

Interrogatus Secūdus philoſophꝰ ab Adriano impatore q̄d eſt deus, ſcripſit: Deꝰ eſt immortalis mēs, inconcēplabilis celſitudo, forma multiformis, multiplex ſpūs, incogitabilis inquiſitio, inſopitus oculus, oīa continens, lux bonū.

Macrobius ſuper ſomnium Scipionis lib. 1.

Sic Plato cum de deo loqui eſſet aīatus, dicere quid ſit non eſt auſus, hoc ſolum de deo ſciens, q̄ ſcire quale ſit ab hoīe non poſſit. Solem uero ei ſimilimū de uiſibilibus ſolū reperit, & p eius ſimilitudinē uiā ſermoni ſuo attollendo ſe ad cōprehēſibilia patefacit. Nā deus qui prima cauſa eſt, & uocaī unus oīm quæq̄ ſunt & quæ uidentur eſſe, princeps & origo eſt. Hic ſuperabundāti candidate maieſtatis de ſe mentē creauit. Hæc mens quæ νῦς uocatur, qua patrem inſpicit, plenam ſimilitudinem ſeruat autoris.

Cicero lib. 1 *de Natura deorum.*

Plato in libris legum quid ſit omnino deus inquiri oportere non cenſet.

Ibidem.

Oībus fere in rebus maxime in phyſicis, q̄d nō ſit citius q̄ quid ſit, dixerim. Roges me quid aut qualis ſit deus, authore utar Simonide, qui cū quæſiuiſſet hoc idē tyrannus Hiero, deliberandū ſibi unum diē poſtulauit. cum idem ex eo poſtridie quæreret, biduū petiuit, cum ſæpius duplicaret numerū dierū, admiranſq̄ Hiero q̄reret cur ita faceret, quia quanto (inquit) diutius conſidero, tanto res mihi uidetur obſcurior.

Cicero lib. 2. *de Natura deorum in principio.*

Quid eī poteſt eſſe tam apertum tamq̄ perſpicuū, cum tælum ſuſpeximus cæleſtia q̄ contemplati ſumus, q̄ eſſe aliquod numen præſtātiſſimæ mentis, quo hæc regantur.

Ibidem.

Vndiq̄ oīmi ratione concluditur, mente con ſilioq̄ diuino omnia in hoc mundo ad ſalutem omnium conſeruatiōemq̄ admirabiliter adminiſtrari. *Ibidem.*

Eſſe igitur deos perſpicuum eſt: ut id qui neget, uix eum ſanæ mentis exiſtimem.

Ibidem.

Dico igitur, prouidencia deorum mundum, & omnes mundi partes & initio conſtitutas eſſe, & omni tempore adminiſtrari. *Ibidem.*

Nihil eſt aūt prēſtantius deo, ab eo igitur neceſſe eſt mundū regi. Nulli igitur eſt naturæ obediens aut ſubiectus deus: oēm ergo regit ipſe naturam. Etenim ſi concedimus intelligentes eſſe deos, concedimus etiam prouidentes & rerum quidem maximarū. Ergo utrum ignorent quæ res maximæ ſint, quoquo hq̄ modo tractādæ ac tuendæ, an uim nō habent, qua tantas res ſuſtineant & gerant. At & ignoratio rerū alienā, à natura deorum eſt, & ſuſtinendi muneris propter imbecillitatē difficultas minime cadit in maieſtatē deorum, ex quo efficitur id quod uolumus, deorum prouidētia mundum adminiſtrari. Atqui neceſſe eſt cum ſint diī, ſi modo ſint, ut profecto ſunt, animātes eſſe, nec ſolum animantes, ſed rationis cōpotes, inter ſeq̄ quaſi ciuili conciliatione & ſocietate coniunctos, unum mundum, ut communem rempublicam atq̄ urbem aliquam regentes, ſequitur ut in his ſit eadē quæ in genere humano ratio, eademq̄ ueritas utrobiq̄ ſit, eademq̄ lex, quæ eſt recti p̄ceptio prauiq̄ depulſio, ex hoc intelligitur, prudentiam quoq̄ & mentem à deis ad homines peruenisſe, ob eamq̄ cauſam maiorum inſtitutis mens, fides, uirtus, concordia, conſecratæ & publicæ dedicatæ ſunt.

Ibidem in fine.

Nemo unq̄ uir magnus ſine aliquo afflatu diuino fuit. *Ibidem.*

Magna diī curant, parua negligunt. Magnis aūt uiris proſpere eueniunt ſemper omnes res.

Ibidem.

Mala enim & impia conſuetudo eſt contra deos diſputandi, ſiue ex aīo id ſit, ſiue ſimulate.

Ibidem.

At obſcurum deo nihil eſſe poteſt.

Ibidem.

At Diagoras cū Samothraciā ueniſſet, Atheus ille qui dicitur, atq̄ ei quidā amicus: Tu qui deos putas negligere humana, nōne animaduertis ex tot tabellis pictis, q̄ multi uotis uim tempeſtatis effugerint, in portūq̄ ſalui peuenerint? ita ſit inquit, illi enim nuſq̄ picti ſunt, qui naufragium fecerunt, in mariq̄ perierunt.

Cicero lib 2. *de Diuinatione.*

Nec enim ignorare poteſt deus qua mente quiſquis ſit.

Franciſcus Petrarcha libro 1. *de Vita ſolitaria.*

Videt igit deus nos, audit q̄ prius & q̄ loquamur. Ipſe eſt enim q̄ tacito Moyſi ait: Quid clamas ad me? præuenit uerba noſtra & affectus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

anticipat, cogitationes noſtras intelligit de lon ginquo, hoc eſt multo antequã fiant. Preces no/ ſtras exaudit antequã ſonent. Neceſſitates noſtras aſpicit antequã ueniant. Exitus noſtros ſpecula/ tur antequã nati ſumus. Sed ita nos aſpicit, ut in/ dignos licet inueniat miſereatur. Tamẽ niſi fore te (quod procul abſit à nobis) contumacia per/ tinaciaq; miſericordiam expellamus.

Lucius Apuleius de deo Socratis.

Summus deus infinitus eſt, non ſolum loci excluſione, ſed etiam naturæ dignitate.

Ibidem.

Dij ab hominibus differunt loci ſublimita/ te, uiæ perpetuitate, naturæ perfectione.

Ibidem.

Nihil deo eſt perfectius & potentius.

Ibidem.

Deus ab omnibus animi paſſiõibus liber eſt, unde nec dolere, nec lætari poteſt. *Ibidem.*

Nihil eſt deo ſimilius & gratius, quã uir animo perfecto bonus, qui hominibus cæteris antecel/ lit, quod ipſe à dijs immortalibus diſtat.

Ibidem.

Quapropter debet deus nullam perpeti uel operis uel amoris temporalem perfectionem, & idcirco nec indignatione, nec miſericordia contingi, nullo angore contrahi, nulla alacrita te geſtire, ſed ab omnibus animi paſſionibus li/ ber nec dolere unq;, nec aliquando lætari, nec aliquid repentinum uelle uel nolle.

Plautus in duobus captiuis.

Eſt profecto deus, qui quæ nos gerimus au/ dit, uideq; is uti tu me hic habueris, proinde illum illic curauerit. Bene merenti, bene profu erit: male merenti par erit.

Homerus en α Iliadis. Verba ſunt Achillis ad Palladem.

χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε θεὰ ἔπος ἠρύσασθαι
καὶ μάλα περ θυμῷ κελώμενον: ὧς γὰρ ἄμεινον
ἔσσεται θεοῖς ἐπιπειθόμενα μάλα τ' ἔκλυον αὐτῆς. id eſt,

Oportet quidem noſtrum o dea uerbum obſeruare, & quamuis ualde animo iratum, ſic enim melius qui de/ is paruerit, dij certe exaudiunt ipſum.

Idem in γ Iliados.

παρὰ γὰρ θεοὶ εἰσι καὶ ἡμῖν. id eſt,

Dij autem adſunt & nobis. *idem in λ Iliados.*

χαλεπὴ δὲ θεὸς ἐπιμήνις. id eſt,

Moleſta autem dei eſt ira. *Ibidem.*

οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσι ἀίθοπα οἶνον,
τοὔνεκ' ἀναίμονες ἦσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται: id eſt,

Non enim cibum edunt, non bibunt calidum uinum, ideo circo ſine ſanguine ſunt, & uocantur immortales.

Homerus in μ Iliados.

θεῶν δ' ἀέκητι τέτυκτο
ἀθανάτων, τῶ καὶ οὔτι τολὺν χρόνον ἔμπεδον ἦεν id eſt,

Dijs inuitis factum eſt
Immortalibus, idcirco nõ ad multũ tempus firmum du/ rauit. *Homerus in ξ Iliados.*

ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ πάντα θεοὶ δόσαν ἀρεσσάμενοι. id eſt,

Sed nondum ſimul omnia dei dederunt hominibus.

Homerus in π Iliados.

ἀλλ' ἄγετε Διὸς κρείσσων νὸος ἤπερ ἀνδρῶν,
ὅστε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φόβῃ, καὶ ἀφείλετο νίκην. id eſt,

Sed ſemper Iouis potentior meas quam uirorum,
Qui & uirum fortem terrefacit & priuat uictoria.

Homerus in α Odyſſeæ.

θεῶν δ' ὕπο λείσατε μῆνιν. id eſt.

Deorum autem euitare iram.

Idem in γ Odyſſeæ.

ῥεῖα θεὸς γ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαώσαι. id eſt,

Facile deus uolens, & procul exiſtens uirum ſaluaret.

Ibidem.

οἱ δ' ἀεὶ βούλοντο θεοὶ μέμνησθαι ἑφετμέων. id eſt,

Semper uoluerunt dij eſſe in memoria ſua præcepta.

Homerus in δ Odyſſeæ.

θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασι. id eſt,

Dei autem omnia ſciunt.

Homerus in ζ Odyſſeæ.

Ζεὺς δ' ἄυτὲς νέμει ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν,
ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖς, ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ. id eſt,

Iuppiter ipſe diſtribuit diuitias olympius hominibus bonis atq; malis, quomodo uoluerit unicuiq;.

Homerus in ι Odyſſeæ.

θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. id eſt,

Sed dij omnia poſſunt.

Homerus in ξ Odyſſeæ.

οὐ μὲν σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσιν,
ἀλλὰ δικὴν τίουσι, καὶ ἄσσα τ' ἔργ' ἀνθρώπων. id eſt,

Non enim mala opera dei beati amant,
Sed iuſtitiã honorant & decentia opera hominum.

Homerus in ο Odyſſeæ.

ὡς ἀεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον. id eſt,

Sane ſemper ſimilem ducit deus ad ſuum ſimilem.

Phocylides.

πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας. id eſt,

In primis uenerare deum, poſt uero tui parentes.

Pittacus.

πρὸ πάντων σέβε τὸ θεῖον. id eſt,

Ante omnia cole numen.

Heſiodus.

ἔστι πῆ ἐστὶ Διὸς νόον ἐξαλέασθαι. id eſt,

Nunq; ſane poſſibile eſt Iouis mentem decipere.

Ibidem.

μηδέποτ' ἐξ ἧφιν Διὶ λάβρον ἄιθοπα οἶνον,
χερσὶν ἀνίπτοισι, μήδ' ἄλλαις ἀθεμίστοις,
δὺ γὰρ τοι τελέουσι ἀποπρὸ θύσαι δ' ἐπ' ἄρᾳς. id eſt,

Nunq; matutinis horis Ioui libare ueles, calidum ui num manibus illotis, neq; alijs immortalibus, non enim ipſi exaudiunt, ſed reſpuunt preces.

Euripides in Medea.

πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοὶ. id eſt,

Multa autem præter ſpem faciunt dei.

Menander.

θεὸς θέλοντ' κ' ἂν ἐπὶ ῥίπτ' πλέοις. id eſt,

Mens enim nobis in unoquoq; eſt deus. *idem.*

πάντα γὰρ ἐστι πάντα τε βλέπει θεὸς. id eſt,

Vbiq; enim eſt, omniaq; inſpicit deus.

Virgilius libro 1. Aeneidos.

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma
At ſperate deos memores fandi atq; nefandi.

Virgilius libro 2. Aeneidos.

Iupiter omnipotens precibus ſi flecteris ullis
Aſpice nos.

Idem

Videm 3 Aeneid.
Fata viam inuenient, aderit q; vocatus Apollo.
Idem 4 Aeneid.
-Ante genitor cum fulmina torquens,
-Ne quicquam horremus, cæciq; in nubibus ignes
Terrificent animos, & immania murmura miscent.
Claudianus de laudibus Stiliconis.
Est igitur procul nostræq; imperula menti
Vis adeunda deis.
Silius Italicus libro 4.
Heu primæ scelerum causæ mortalibus ægris
Naturam nescire deum.
Ouidius Metamor. libro 8. fabula sexta.
-Immensa est finemq; potentia cœli
Non habet, & quicquid superi voluere peractum est.
Ouid. Metamo libro 13 fabula 1.
Aspiciunt oculis superi mortalia iustus.
Ouidius epistola Phillidis ad Demophoonta
Si de tot læsis sua numina quisq; deorum
Vindicet, in pœnas non satis unus eris.
Idem Tristium libro 2. elegia 1.
Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat
Iuppiter exiguo tempore inermis erit. ibidem
Iure igitur genitorq; deum rectorq; vocatur,
Iure capax mundus nil nisi maius habet. ibidem
Sed solet fieri interdum placabile numen,
Nube soluta pulsa candidus ire dies. ibidem
Sed tamen ut fuso taurorum sanguine centum,
Sic capitur minimo thuris honore deus.
Idem Tristi. libro 4. elegia 7.
Nil ita sublime est, sit præq; pericula tendit,
Non sit inferius, suppositumq; deo.
Idem de Ponto libro 2. elegia 8.
Est aliquid spectare deos, & adesse putare
Idem libro 3. elegia 6.
Crede mihi miseris cœlestia numina parcunt,
Nec semper læsos & sine fine premunt.
Ouidius Fastorum libro 3.
-Sæue flectitur ira Iouis
Idem libro quinto.
Sæpe deos aliquis peccando fecit iniquos,
Et pro delictis hostia blanda fuit.
Sæpe Iouem audi, cum iam sua mittere uellet
Fulmina, thure datum sustinuisse manum.
At si negligitur, maius iniuria pœnis
Soluitur, & iustum præterit ira modum.
Propertius libro 2. elegia 27.
Nec sic de nihilo fulminis ira cadit.
Horatius Carmin. libro 3. ode 5.
Cœlo tonantem credimus Iouem
Regnare Iuuenalis satyra 10.
Nil ergo optabunt homines si consilium uis
Permittes ipsis expendere numinibus, quid
Conueniat nobis, rebusq; sit utile nostris.
Nam pro iucundis aptissima quæq; dabunt dij.
Charior est illis homo quam sibi.
Dantes Inferni ca. 19.
O summa sapienza quante larte
Che mostri in cælo, in terra, e nel mal mundo id est,
Et quanta giusta tua virtu comparte.
O sum na sapientia quanta estars
Quam monstras in cælo, in terra, & in inferno,
Et quam iuste tua virtus diuidit.
Dantes Floren. purgatorij cap. 3.
Matto e che spera che nostra ragione
Possa transcorrer linfinita uia
Che tiene una substantia in trep rsone
State conte humana gente al quia
Che se possuto hauer ueder tuto
Mester non era paturir Maria,
Horribil furon li peccati mei.
Mala bonto infinita infinita ha si gran bracia
Che prende cio che si riuolge a lei. id est,
Amens est qui sperat quod nostra ratio
Possit transcurrere immensam uiam, rationemq;
Quæ retinet unam substantiam in tribus personis
Sit tibi satis o humana gens nosse sic esse,
Quoniam si potuisses uidere totum,
Haud opus erat Mariam ipsam parere
Horrenda fuerunt peccata mea.
Sed bonitas immensa dei tam grandia habet brachia
Vt apprehendat quicquid ad se reuoluitur.
Idem purgatorij cap. 14.
Ma uoi prendete lesca si chelhamo
De lantico auersaro ad se ui tira
Et per o pocho ual freno, o richiamo
Chiam auil cielo e intornoi si gira.
Monstrandoni le suæ belleze æterne
Et lochio uostro pur a terra mira,
Vnde uoi batte chi tutto discerne. id est,
Verum uos si escam apprenditis ut hamus
Antiqui hostis ad se se trahat,
Et idcirco parū prodest aut frenū, aut ipsa reuocatio.
Vos uocat cœlum, & circum uos reuoluitur,
Ostendens uobis suas pulchritudines æternas,
Et oculus uester adhuc in terram aspicit,
Vnde uos excutit, qui cuncta conspicit
Dantes Florenti paradisi ca. 1.
La gloria di collui che tuto moue
Per luniuerso penetra resplende
In una parte piu, e meno altroce. id est
Gloria eius, qui cuncta mouet
Per uniuersum penetrat, & resplendet,
In una parte plus, & minus alibi.
Dantes Florenti paradisi ca. 1.
Per che appressando se ad suo disire
Nostro intellecto si profunda tanto
Che dietro la memoria non po ire. id est,
Quoniam sese iungens suo fini
Noster intellectus se tantum profundit,
Vt ipsum sequi nequeat memoria.
Idem cap. 7.
Nostra quando pecco tota.
¶ Vide supra in Christi incarnatio.
Idem cap. 14.
Quel uno, e due, e tre, che semper uiue,
E regna sempre in tre, e due, & uno,
Non circumscripto, & tuto circunscriue. id est,
Ille unus & duo, & tres qui semper uiuit,
Et regnat semper in tribus, & duobus, & uno,
Non circunscriptus, & totum circunscribit.
Idem cap. 22.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

La ſpada di quba ſu non tagliá in fretta
Ne tardo mai al parer de coſtui
Che diſtando o temendo laſpetta.
Enſis dei non cito percutit
Nec tarde unquam ut ei uidetur,
Qui cupiens, aut timens præſtolatur eundem.
Idem Paradiſica 31.
Che la luce diuina e penetrante
Per luniuerſo ſecundo che degno
Si che nulla le pote eſſer obſtante.
Nam lux diuina penetrat
Per uniuerſum uti dignus eſt
Sic ut nihil ſibi obſtare poſſit.
Fran. Petrar. Cantilena 16 ſtantia 5.
Tutte le coſe di che il mondo e adorno
Vſcir buone di man del maſtro eterno.
Cuncta quibus mundus ornatus eſt
Exierunt bona ab æterno opifice.
Idem Triumpho æternitatis.
Ma tarde non fur mai gratie diuine
En quelle ſpero chen me anchor farano
Alte operatione & peregrine. id eſt,
Seá tardæ nunquam fuerunt gratiæ diuinæ,
In eis ſpero ut in me adhuc facient
Dignas ac nobiles operationes.

DEVOTIO græce ἐυσεβεια. as. ra θεοσεβης. ὁ deuotus ſeu religioſus dicitur. Eſt autem deuotio uoluntas prompta faciendi, quod ad dei ſeruitium pertinet, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 82. ar. 1.

Deuotio eſt ſpecialis actus uolũtatis prompte tradẽdi ſe ad famulatum dei, ſecundum b. Tho. ibidem ubi ſupra. Dicitur autẽ deuotio à uoueo, quod eſt aliquid deo ſancte promitto. Vnde & huiuſmodi promiſſio uotum dicitur. Deuoueo, deſtino, imprecor: hinc deuotor, qui aliquid imprecatur, & deuotũ deſtinatũ, quod modo ad proſperũ, modo ad aduerſum refertur. Virgilius.

Præcipue infelix peſti deuota futuræ.

Auguſtinus ſuper Pſalmum 85.

Non putreſcit cor ſi leuetur ad deum. Frumentũ tuũ ſi haberes in inferioribus, ne putreſceret, leuares illud ad ſupiora: frumẽto tuo q̃ris mutare locum, & cor permittis in terra putreſcere. Frumentum leuares ad ſuperiora, cor leua iu cęlũ. Et unde iniquis poſſum? Qui funes? quæ machinæ, quæ ſcalæ opus ſunt? Gradus affectus eſt. Iter tuum uoluntas tua eſt. Amando aſcendis, Negligendo deſcendis. Stans in terra in cælo es, ſi deum diligis.

Auguſtinus ſuper Ioannem.

Si habet animus unde oblectetur extrinſecus, ſine delicijs manet interius.

Ibidem.

Neſcio quid incorporaliter & ſpiritualiter in nobis facit deus. Quod nec ſonus ſit qui aurem percutiat, nec color qui oculis diſcernatur, nec odor qui naribus capiatur, nec ſapor qui faucibus iudicetur, nec durum & molle q̃ tangendo ſentiatur. Et tamen aliquid eſt quod ſentire facile eſt, explicare non poſſibile.

Auguſtinus libro de Virginitate.

id eſt, Anima deo deuota ſic actus corporis & terrenos exuit mores ut ueſtiat quõ ſe uelit induere. Conſuetudo enim boni uſum ueteris prauitatis amiſit. *Ibidem libro de Viduis.*

Hæc eſt uera fortitudo, quæ naturæ uſum, ſexus infirmitatẽ mentis deuotiõe tranſgreditur.

Ibidem de Fœmina diuite.

id eſt, Maiores noſtri ideo copijs oĩbus abundabãt, quia deo decimas dabãt, & cæſari cenſum reddebant. Modo aũt quia receſſit deuotio dei, acceſſit inductio fiſci. Hoc tollit fiſcus q̃d non tollit Chriſtus. Hoc turpibus datur, quod pauperibus non erogatur. *Bernardus ſuper Cantica.*

id eſt, Temporis præteriti fructus eſt compunctio: futuri, flos eſt deuotio.

Ibidem.

Mel in cera deuotio in litera, alioquin litera occidit, ſi abſq; condimento ſpiritus glutieris.

Ibidem.

Eſt unguentũ contritiõis & unguentũ deuotionis, eſt unguentũ pietatis, primũ pungitiuũ dolorẽ faciens, ſecundum tẽperatiuum dolorẽ leniens, tertium ſanatiuum morbũ expellens.

Ioannes Caſſia. in colla. Ioan. abbatis.

Melius eſt deuotum in minoribꝰ, q̃ indeuotum in maioribus profeſſionibus inuenirí.

DIABOLVS græca dictio eſt διάβολος ου ὁ calũniator & διαβολὴ ῆς ἡ calumnia & κατὰλαλία crimior dicitur. Quid autem ſit diabolꝰ uide ſupra in dæmonium. Sane cœpit ille malignus ſpiritus diabolus dici poſtq̃ homini inuidit.

Geneſis cap. 3.

Ipſe enim hoſtis calcaneo ſemper inſidiatur id eſt fini hominum.

Paulus ad Corinth ſecunda cap. 11.

Timeó autem ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus ueſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto.

Ibidem.

Ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis. *Paulus ad Epheſ. capite 6:*

Induite uos armaturã dei, ut poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus. Propterea accipite armaturam dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare.

Petrus apoſtolus primæ cap 5.

Sobrij eſtote & uigilate, quia aduerſarius ueſter diabolus tanq̃ leo rugiens circumit quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide.

Iacobus capite quarto.

Reſiſtite diabolo, & fugiet à uobis.

Auguſtinus in ſermonibus communibus ſermo. 4.

Quid prauius? q̃d malignius? quid ue noſtro aduerſario nequius? qui poſuit in cælo bellũ, in paradiſo fraudem, odium inter primos fratres

&

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& in omni noſtro opere zizania ſeminauit. Nā in comeſtione poſuit gulam, in generatione luxuriam, in exercitatione ignauiam, in conuerſatione inuidiā, in gubernatiōe auaritiā, in correctione iram, in præſulatu ſiue dominatione ſuperbiam. In corde poſuit cogitationes malas, in ore poſuit locutiones falſas, in mēbris operationes iniquas, in uigilando mouet ad praua opera, in dormiēdo ad ſomnia turpia. Lętos mouet ad diſſolutionē, triſtes autem ad deſperationē. Sed ut breuius loquar, Oīa mala mūdi ſua ſunt prauitate cōmiſſa. *Aug. ad Iulianū comitem.*

Diabolus eſt angelus p ſuperbiā ſeparatus à deo, qui in ueritate non ſtetit, & doctor mendaciī, quia ab ipſo primum inuentum eſt mendacium. Ipſe eſt aduerſarius effectus generis noſtri, inuentor mortis, ſuꝑbiæ inſtitutor, radix malitiæ, ſcelerum caput, princeps omnium uitiorū, perſuaſor turpium uoluptatū. Hinc ergo ut cū illum primum hominē à deo factum Adā patrē oīm noſtrum intueretur, uideretq; hominē ex limo terræ ad imaginem dei factum, pudicitia ornatum, temperantia compoſitum, charitate circundatum, immortalitate ueſtitum, æmulus atq; inuidus tantam beatitudinem hominē æternum accepiſſe, quod ipſe dū eſſet angelus perſuperbia agnoſcit amiſiſſe. Inuidit ſtatim inſatiabilis homicida, primum parentem noſtrum tantis & talibus bonis expoliauit, & nos interemit. *Aug. ſuper Geneſi lib. 12.*

Spiritualium rerum corporalium ſimilitudines in animo noſtro quemadmodū innoteſcāt ſpiritibus immundis, uel quid obſtaculi patiat anima noſtra ex iſto terreno corpore, ut eas inuicem noſtro ſpiritu uidere nequeamus, explicare difficile eſt. Certiſſimis tamen indiciis conſtat enuntiatas dæmonibus cogitationes hominū, qui tamen ſi uirtutum internam ſpeciem in hominibus cernere poſſent, multos nō tentarent. Sicut in Iob mirabilem patientiam ſi poſſet diabolus cernere, nollet à tentato utiq; ſuperari.

Auguſtinus de Ciuitate dei libro. 9.

Chriſtus ſe tātum dæmonib9 innotuit quantum oportuit. Innotuit igitur dæmonibus non per id quod eſt uita æterna & lumen incommutabile quod illuminat pios: ſed per quædā temporalia ſiue uirtutis officia, & per occultiſſima ſigna ſuæ potētię, quæ angelicis ſenſibus & malorum ſpirituum potius q̄ infirmitati hominū poſſent eſſe conſpicua. Deinde quando ea paululum ſubducendo indicauit, & aliquando altius latuit, dubitauit de illo princeps dæmonum eumq; tentauit an Chriſtus eſſet.

Idem de Diffinitionibus eccleſiaſticorum dogmatum.

Internas animi cogitationes diabolum nō uidere certi ſumus. Sed motu eas corporis ab illo & affectionum indiciis colligi, & experimento didicimus. Secreta autem cordis ſol9 ille nouit ad quem dicitur: Tu ſolus noſti corda filiorum hominum. *Auguſtinus ſuper homil. 3.*

Diabolus nō inualeſceret contra nos, niſi ei uires ex uitiis noſtris præberemus, & locum ei introeundi & dominandi nobis peccando faceremus: unde, Nolite locum dare diabolo.

Auguſtinus libro de Natura dæmonum.

Sciendum eſt hanc eſſe naturam dæmonum, ut aerij corporis ſenſu terrenorum corporū ſenſum facile præcedant, celeritate etiam propter aerij corporis ſuperiorem mobilitatem, non ſolum curſus quarumlibet rerum, ut hominū uel ferarum, uerū etiam uolatus auium incomparabiliter uincant. Quibus duabus rebus quātum ad aereū corp9 attinet præditi, hoc eſt acumine ſenſus & celeritate motus multo ante cogitata nunciant, quę homines pro ſenſus & terreni tarditate mirentur. *Auguſt. contra Fauſtum.*

Nullus homo tanta tuſtitia eſt prædituſ, cui non ſit neceſſaria tentatio tribulationis, ad perficiendam uel probandam uirtutem.

Aug. li. 1. Retract. & hab. 26. q. 5. Quodam loco.

Quodā loco dixi dæmones aliqn̄ hominū diſpoſitiones nō ſolū uoce prolatas, uerum etiā cogitationes cōceptas, cū ſigna quædā ex animo exprimuntur in corpore tota facilitate prædicere. Rem dixi occultiſſimam audaciori aſſertiōe q̄ debui. Nam peruenire iſta ad notitiā dæmonum per nonnulla etiā experimenta cōpertum eſt. Sed utrū quædam ſigna dent ex corpore cogitantiū illis ſenſibilia, nos aūt latētia, an alia ui ſpirituali iſta cognoſcant, aut difficilime poteſt ab hominibus, aut omnino nō poteſt inueniri.

Auguſtinus de doctrina Chriſtiana. cap. 49.

Non omnes malæ cogitationes noſtræ ſemper diaboli inſtinctu incitānt, ſed aliquoties ex noſtri arbitrij motu emergunt. Bonæ autem cogitationes ſemper à deo ſunt.

Hieronymus ſuper Matthæum.

Impoſſibile eſt humanam animā non tentari. Vnde in oratiōe dominica dicimus: Ne nos inducas in tentationem, quam ferre non poſſumus, non tentationem pariter refutātes, ſed uires ſuſtinendi in tentationibus deprecantes.

Ibidem epiſtola. 5.

Diabolo hoc nomē eſt poſtq̄ homini inuidit.

Hier. contra Iouinianum epiſtola 9. cap. 39.

Vnuſquiſq; uero tentat à concupiſcentia ſua abſtractus et illectus. Dehinc cōcupiſcentia cū conceperit, parit peccatum, peccatum uero cū conſummatū fuerit, generat mortē, liberi arbitrij nos cōdidit deus. Nec ad uirtutes, nec ad uitia neceſſitate trahimur, alioquin ubi neceſſitas eſt, nec damnatio nec corona eſt. Sicut in bonis operibus perfectior eſt deus, (non eſt enim uolentis neque currentis, ſed miſerantis & adiuuantis dei) ut peruenire ualeamus ad calcem: ſic in malis atque peccatis ſemina noſtra ſunt incentiua & perfectio diaboli. Cum uiderit nos ſuper fundamentum Chriſti ædificare fœnum, ligna, ſtipulam, tunc ſupponit incēdium. Aedificemus ergo aurum, argentum, lapides pretioſos, & tentare non audebit, quanquam in hoc non ſit certa & ſecura poſſeſſio. Sedet quippe leo

leo in insidijs,ut in occultis interficiat innocentem. Et uasa figuli probat fornax,homines autem iustos tentatio tribulationis. Et in alio loco scribitur: Fili accedens ad seruiturem dei præpara te ad tentationem.

Idem epistol 34.

Dicimus quoq; & iudicium futurum,in quo iudicio unusquisq; recipiet propria corporis,p ut gessit,siue bona,siue mala. Quod si homines recepturi sunt pro operibus suis,quanto magis & diabolus qui omnibus existit causa peccati. De quo sentimus illud quod scriptum est in euangelio,Quia & ipse diabolus & omnes angeli eius cum his qui opera eius faciūt, & criminantur fratres cum ipso pariter ęterni ignis hæreditatem patientur. Si quis autem negat diabolū ignibus æternis mancipandum non esse, partē hæreditatis dei cum ipso,sed eā in igne accipiat,& sentiat uerum esse quod negauit.

Ambro.de uita beata,& habetur.15.q.1.

Non est quod cūiquam.

Non est quod cuiquam nostram ascribamus ærumnam nisi nostrę uoluntati. Nemo nostrū tenetur ad culpam,nisi uoluntate propria deflexerit. Non habent crimen quæ inferuntur relu ctantibus, uoluntaria tantum commissa sequitur delectorum inuidia,quā in alios deriuamus. Voluntarium sibi militem eligit Christus, uoluntarium seruū sibi diabolus auctionatur. Neminem iugo seruitutis astrictū possidet,nisi sei prius peccatorum ære uendiderit.

Idem super Lucam.

Anima nunquam a corpore uinceretur, nisi prius a diabolo teneretur. Nam nisi si qs porci more uixisset, nunquam accepisset in eo diabolus potestatē. Aut si accepisset nō ut perderet, sed ut probaret. Sine permissione dei diabolū nocere nō posse cognoscas,ne potentiā diaboli magis timeas,quam diuinitatis offensam.

Gregorius libro 2.Moralium.

Satanæ semper uoluntas iniqua est,sed nunquam potestas iniusta,quia a semetipso uolūtatem habet,sed potestatē à deo. Quod enim inique ipse facere appetit, hoc deus nō nisi iuste facere permittit. Iniuste igitur formidari non debet,qui nil nisi permissus ualet.

Idem 14.Moralium.

Quædam qualitatis morum sunt certis uitijs uicinæ. Nam mores asperi aut crudelitati aut superbiæ solent esse coniuncti. Mores autē blandi & paulo amplius cęp decet lætiores,nōnunq; cōiuncti sunt luxuriæ & dissolutioni. Intuetur ergo inimicus generis humani uniuscuiusq; mores,cui uitio sint propinqui,& illa ponit ante faciem ad quę cognoscit facilius inclinari mentē, ut blandis & lætis moribus sæpe luxuriam,nō nunquam uanam gloriam,asperis uero mentibus iram,superbiam & crudelitatem opponit.

Idem in libro 18. Moralium.

Purgator meus malignus,spiritus q uiuētem quemcunq; accendit ad uitia, morientē trahit ad tormenta. *Gregor.lib.24.Moralium.*

Diabolus dicitur iumentum, draco & auis. Humanum genus tribus uitijs ualde tētat,luxuria, malitia & superbia. In eis igitur quos excitat ad luxuriam iumentum est: ad nocendi malitiam draco est,ad superbiam auis est.

Ibidem.

Fili accedens ad seruitutē, sta in timore. Hostis enim noster quanto magis nos sibi rebellare conspicit,tanto amplius expugnare contendit. Eos autē pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. *Ibidem.*

Diabolus contra illos diuersis tentationibus insistit,qui possunt etiam alijs sua utilitate prodesse, ut dum illi impediuntur, non proficiant qui docendi sunt.

Gregor.lib.29. Moralium super illud Iob. Diuiditur æstus super terram.

Prius cōplexionem uniuscuiusq; aduersarius perspicit,& tūc tētationis laqueos opponit. Alius nanq; lætis,alius tristibus,alius timidis, alius elatis moribus existit. Quo ergo aduersarius occultius facile capiat,uicinas cōplexionib9 deceptiones parat: quia lætitiq uoluptas iuxta est,lętis moribus luxuriā proponit. Et quia tristitia in iram facile labitur, tristibus peccatū discordiæ porrigit: ga timidi supplicia formidant, patientibus terrores intētat. Et quia elatos extolli laudibus conspicit,eos ad quæcunq; uoluerint blādis fauoribus trahit: Singulis igitur hominibus uitijs conuenientibus insidiatur.

Greg.super illud Iosue homi.8. In matutino interficiebant omnes peccatores terræ.

Dæmones debemus interimere,non eorum substantiam perimentes, sed quia opus eorum et studium est, ut nos peccare faciant, sine dubio eorum interitus est,si non peccamus.

Ibidem.

Si omnes nos hostes destruxerimus,tunc dię festum domino celebramus.

Grego.in Moral. super illud Iob 40.Cartilago illius quasi laminæ ferreæ.

Hostis noster tanta se arte palliat, ut culpas nostras uirtutes fingat,ut inde quis quasi expectet præmia,unde dignus est æterna subire tormenta. Plerunq; enim in ulciscendis uitijs crudelitas agitur,& iustitia putatur, atq; immoderatio iusti zeli ira meritum creditur. Similiter effusio misericordię tenacitas, parcitas, & pertinacia constantia reputatur.

Isidorus de Summo bono lib.1.

Dæmones triplici acumine præscientæ uigent,s.sublimitate naturæ,experientia temporum,reuelatione superiorum potestatum.

Ibidem.

Quanto propinquius finem mundi diabolus uider,tanto crudelius persecutiones exercet, ut qui se continuo damnandum conspicit socios sibi multiplicet,cū quibus gehennæ ignibus addicatur. *Ibidem.lib.3.*

Diabolus qñ decipere quenquā quęrit,prius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

naturã uniuſcuiuſq; intẽdit,& inde ſe applicat, unde aptum hoiem ad peccandum inſpexerit.

Ibidem.

Diabolus ſerpens eſt lubricus, cuius ſi capiti id eſt,primæ ſuggeſtioni non reſiſtetur,totus in intima cordis dum non ſentitur,illabitur.

Ibidem.

Tunc contra eũ quẽ poſſidet diabolus acrius ſæuit, qñ ſe diuina uirtute ab eo expellendum cognoſcit. *Leo Papa ſermo. 8. Natiuitatis.*

Multa ſolicitudine p̃cauendum eſt Chriſtianis, ne diabolicis iterum capiant inſidijs, & eiſdem rurſum q̃bus renunciauerũt erroribus implicent. Non enim deſinit hoſtis antiquus trãsfigurãs ſe in angelum lucis, deceptionũ laqueos ubiq; protẽdere,& ut quoquo modo credentiũ mentes corrumpat inſtare. Nouit cui adhibeat æſtus cupiditatis, cui illecebras gulæ ingerat, cui apponat incitamenta luxurię, cui infundat uirus inuidiæ. Nouit quẽ mœrore cõturbet, quẽ fallat gaudio, quẽ metu opprimat, quẽ admiratione ſeducat, oĩm diſcutit conſuetudinẽ, uentilat curas, ſcrutat effectus,& ibi cauſas quærit nocẽdi, ubi quenq; uiderit ſtudioſius occupari.

Lactan. Firm. Diuinarum inſtitut. libro. 3.

Eſt aũt quidem prauus ac ſubdolus ſpũs qui eſt inimicus hoĩs, hoſtis q; iuſtitiæ, hic inſidiat uniuerſis, non fortuna: & eos qui deũ neſciunt error impedit, ſtultitia obruit, tenebris circũfundit, ne quis poſſit ad diuini noĩs notitiam peruenire. In quo uno & ſapientia continet & uita perpetua. Eos aũt qui deum ſciunt dolis & aſtu aggredit, ut cupiditate aut libidine inueniat, aut pctis deprauatos impellat ad mortẽ, uel ſi dolo nihil profecerit, uiolentia deĵcere conat: uulgi igitur & imperitorũ opinionibus credunt qui fortunam putant eſſe quæ tribuat hominibus bona & mala.

Ibidem cap. 6.

Scit ergo aduerſarius ille noſter quãta ſit uis huius cupiditatis, quã quidem neceſſitatẽ dicere maluerunt, eamq; à recto bono, & ad malũ & ad prauũ transferũt. Illicita eñ deſideria immittit ut aliena cõtaminet, quibus habere ꝓpria ſine delicto licet. Obĵcit quippe oculis irritabiles formas, ſuggeritq; fomẽta & uitĵs pabulũ ſubminiſtrat, tum intimis uiſceribus ſtimulos oẽs conturbat & cõmouet, & naturalem illum incitat atq; inflãmat ardorẽ, donec irretitũ hoiem implicatum q; decipiat. Ac ne quis eſſet qui pœnarũ metu abſtineret alieno, lupanaria quoq; cõſtituit, & pudorẽ infœlicitũ mulierum publicauit, ut ludibrio haberet tam eos q̃ faciunt, q̃ quas pati neceſſe eſt. His obſcœnitatibus aĩas ad ſanctitatẽ genitas, uelut in cœni gurgiti demerſit, pudorẽ extinxit, pudicitiã fugauit. Idẽ etiam mares admiſcuit, & nephandos coitus cõtra naturam, contraq; inſtitutũ dei machinatus eſt. Sic imbuit homines & armauit ad nefas omne.

Beda ſuper Matthæum.

Vtile eſt ſanctis tentationum flammis examinari, ut uel tentari, quia fortes fuerunt apparent, uel cognita per tentationes ſua infirmitate fortiores fieri diſcãt. Et ſic cum probati fuerint, accipiant coronam uitæ.

Dantes Florentinus inferni ca. 23.

Io udi già dire a Bologna
De diauol uitij aſſai. Tra quali udij
Chello e bugiardo e padre di menzogna. *id eſt,*
Audiui quondam dicere Bononiæ
De diaboli uitijs plurimis, inter quæ audiui
Eum mendacem eſſe, atq; mendacij patrem.

Dialectica græca dictio eſt, & dicitur ἀπὸ τ̃ διαλέγεσθαι hoc eſt a d ſerendo Nam διαλέγομαι diſputo & diſſero dicit. Eſt aũt dialectica ars diſcernendi uerũ à falſo, ſecundum Hugonem lib. 1. Didaſco.

Dialogus a διὰ quod eſt per, & λόγος ſermocinatio, quæ & ſermonem & rationem comprehendit, & eſt tam multorum q̃ duorum.

Diaphanus græca dictio eſt διαφανὴς ἐος. ἐς. & διαφαίνω interluceo dicitur. Eſt autem diaphanum ſuſceptiuum coloris alieni, non habens proprium colorem, ſecundum beatum Thom. ſuper lib. de Anima, lect. 14. col. 1. fin.

Diaphanum eſt quod eſt uiſibile, non quidẽ ſecundum ſe, ſed propter extraneum colorem, ut aer, aqua, & multa ſolida, ſecundum Ariſto. libro 2. de Anima commento 68.

Dicacitas græce λοιδορία. ας. ἡ. & λοίδορος. ου. ὁ. ἡ. dicax & conuitiator dicit. Eſt autẽ dicax, cuius ſermo cum riſu aliquem inceſſit. Ideo Demoſthenem urbanum fuiſſe dicunt, dicacem regãt. Differt q; ab urbano, quia urbanus is eſt qui in uerbis & ſono & riſu proprium quendam præ ſe fert uerbis geſtum & ſumptam ex conuerſione doctorum eruditionem. Denic; cui contrarius eſt ruſticus, hoc eſt inepte & barbare loquens. Hinc urbanitas, illinc dicacitas deſcendit.

Diffamatio græce διαφημία. ας. ἡ. & διαφημίζω diffamo dicitur. Eſt autem diffamare alicuius famã detrahendo maculare.

Differentia græce διαφορά. ας. ἡ. & διαφέρω differo dicitur. Eſt autem differentia qua ſpecies abundat à genere, ſecundum Ariſtotelem libro Prædicamentorum.

Differentia eſt q̃d p̃dicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale, ſecun. Ariſto.

Ibidem.

Differentia eſt qua differunt à ſe ſingula, ut ibidem. Differentia eſt quod genus ad eſſe, ſcilicet ſpecificum conducit, & quod eſt pars eius, quod eſt eſſe rei, id eſt, eſſentiæ.

Differunt autem indiuidua ab indiuiduis ſeptem modis, uerſus:

Forma, figura, locus, tempus cum nomine ſanguis,
Patria, ſunt ſeptem, quæ non tenet unus & alter.

Difficultas græce δυσχέρεια. ας. ἡ. & δυσχερὴς ἐος. ἐς. difficilis dicitur. Eſt autem difficile quod cum labore aut multo tempore fit, ſecundum Ariſtotelem libro 1. Rhetoricorum.

Difficile eſt id q̃d tranſcendit potentiã ſecundum naturam uel propter impedimentum, b.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tho. prima parte quæſt. 62. artic. ſecundo. Eius oppoſitum eſt facile.

Difficiles terræ quæ ſunt pene ſteriles, & non ſine difficultate ferunt fructum.

Virgilius

Difficiles primum terræ. colles q; maligni.

Diffidentia græce ἀπιθία, ας. ἡ. & ἀπιθέω. diffido dicitur. Eſt autem diffidentia motus iraſcibilis in ęſtimatã ſuperare facultatem, ſed in bonum eſt deſperatio, in malum eſt autem timor, b. Tho. 3. Sent. diſt. 26. q. 1. art. 3. Eſt autem diffidere credulitatem deponere ſiue deſperare.

Diffinitio græce ὁρισμός. & ὁρίζω diffinio dicitur. Eſt autem diffinitio oratio quæ quid eſt quod diffinitur explicat quid ſit, ſecundum Ciceronem in Topicis.

Diffinitio eſt patefactio quaſi rerum opertarum, cum quid quicq; ſit aperitur, ſecundũ Ciceronem in principio ſecundi libri de Finibus bonorum & malorum.

Diffinitio eſt ratio ex differentijs unitatem habens, ſecundum Ariſt. lib. 7. metaphyſicæ.

Diffinitio eſt ratio quæ ex differẽtijs. ſ. tantũ & ex finali harum ſecũdum rectum diuiſarum id eſt, per ſe, & non à latere & per accidens.

Diffinitio eſt terminus qui rem totaliter includit, & nihil rei eſt extra cui non conueniat, nec aliquid eſt intra cui conueniat, b. Tho. ſuper lib. Perihermenias lect. 4. prin.

Diffinitio duplex, q̃d rei & q̃d nominis. Diffinitio quid rei eſt, quando res cõcipitur per aliquam formam in ipſa re, reſpondens ei per omnia, b. Tho. contra Gent. libro 3. cap. 49.

Diffinitio q̃d nominis importat quaſi expoſitionẽ ſignificationis nominis, non tamẽ ſemper indicat eſſentiam, quia diffinita non ſemper habent eam, b. Tho. ſecun. Sent. di. 32. q. 2. art. 1.

Diffinitio eſt rei propoſitæ propria & diluci da & breuiter cõprehenſa uerbis enũciatio, quę conſtat maximè genere, ſpecie, differentijs propꝛijs, ut homo eſt animal rationis capax, morti obnoxium. Differt autem à deſcriptione, quod deſcriptio eſt rei propoſitæ per quaſdã proprietates declaratio, ut homo eſt corpus bipes, capput erectum habens ſpectansq; in cælum.

Diffinitiones naturales & dialecticæ differũt, quia phyſicꝰ ſiue naturalis diffinit per cauſam finalem, ſed dialecticus diffinit per genus & differentiam: & talis diffinitio ab antiquis uocatur diffinitio formalis.

Diffinitio à definitione differt, quia definire eſt quaſi finem dare: diffinire uero eſt hoc ab illo finiendo ac partiendo diſtinguere.

Nihil perfecte diffinitur, niſi ſubſtantia, ex b. Tho. 2. Sent. di. 35. q. 2. ar. 1.

Cicero libro 1. Officiorum.

Omnis enim quæ à ratione ſuſcipit de aliqua re inſtituto, debet à diffinitione proficiſci, ut intelligatur quid ſit id de quo diſputatur.

Digeſtio græce πέψις. & πέπτω digero dicitur. Eſt autem digeſtio perfectio à naturali calido ex oppoſitis paſſiuis facta, ſecundum Ariſtotelem libro 4. Meteororum.

Digero eſt idẽ quod ordino, diſpono, unde digeſtio, ordinatio. Virg. Digerit in numerum.

Dignitas græce ἀξιότης, ητος. ἡ. & ἀξίωμα, ατος. τὸ. dicitur, & ἀξιάω dignor, uel dignum puto dicitur. Eſt autem dignitas alicuius honeſta & culta & honore & uerecundia digna autoritas, ſecundum Ciceronem in Rhetoricis.

Dignitas eſt adminiſtratio rerum eccleſiaſticarum cum iuriſdictione, ſecundum Archidiaconum in c. 1. conſue. libro 6.

Dignitas uel maxima eſt propoſitio, quam neceſſe eſt habere quemlibet docentem, ſecundum Ariſtotelem libro 1. Poſteriorum.

Dignitas uenit à dignus, & ſignificat honorem nobis propter merita uel impenſum debitum. Frequenter etiam ponitur pro decore, ut dignitas oris, dignitas habitus & huiuſmodi. Differunt autem dignitas & uenuſtas, quod dignitas uiris, uenuſtas uero eſt fœminis attributa. Cicero. Venuſtatem muliebrem dicere debemus, dignitatem uirilem.

Dilectio græce ἀγάπησις. ἡ. & ἀγαπητός dilectꝰ dicitur.

Diligere enim eſt amare, quia eum quem amamus diligere uidemur quaſi noſtra dignum beneuolentia. hinc etiam diligens diligentior & diligentiſſimus, & diligentia, de qua infra.

Cantica canticorum. cap. 8.

Fortis eſt ut mors dilectio.

Ioan. in Euang. cap. 3.

Sic deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret.

Ibidem cap. 13.

Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem. *Ibidem cap. 15.*

Hoc eſt præceptum meũ, ut diligatis inuicẽ.

Ibidem.

Hæc mando uobis ut diligatis inuicem.

Aug. libro de doctrina Chriſtiana.

Illi deum diligunt, qui non aliud q̃ unde nomen eius glorificetur exercent.

Auguſtinus ſuper illud 1. Ioannis. In hoc manifeſti ſunt filij dei & filij diaboli.

Dilectio ſola diſcernit inter filios dei & filios diaboli. Signent ſe oẽs ſigno crucis. Reſpondeant oẽs, amen, cantent omnes alleluia, baptizẽtur oẽs, intrent eccleſias, impleant parietes baſilicarum, non diſcernunt filij dei à filijs diaboli, niſi charitate. Qui habẽt charitatẽ nati ſunt ex deo, qui non habent charitatẽ nõ ſunt ex deo.

Idem libro de ſpiritu & anima.

Miſer ego q̃tum deberem diligere deũ meum qui me fecit, cũ non erã, redemit cum periram. Non enim eram & de nihilo me fecit, non lapidem, non arborẽ, non aliquod de animalibus, ſed hominẽ uoluit me eſſe, dedit mihi uiuere, ſentire, deſcernere. Redemit de ſeruitio, uocauit me nomine ſuo, ut memoriale ſuũ ſemp eſſet apud me. Vnxit me oleo lætitiæ quo ipſe erat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

erat unctus, & ab uncto essem unctus, & à Christo dicerer Christianus.

Augustinus libro de Doctrina christiana.

Omnes homines æque diligendi sunt. Sed cū oībus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum & temporum uel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam sorte iunguntur.

Augustinus super illud Cant. 2. Ordinauit in me charitatem.

Primo diligendus est deus, secundo parētes, inde filij, post domestici, qui etiam si boni sint, malis filijs præponēdi sunt. Inimicos autē non sicut teipsum, sed simpliciter. Sufficit enim q̄d odio non habeas.

Ambrosius super Beati immaculati.

Vere diligit qui sine tristitia, sine timore uoluntario potius studio quàm coacto præcepta conseruat. *Grego in Registro.*

Pro magno diligi nō debet quicquid sine cōcluditur. Illa appetēda, illa summopere diligenda, quæ nec inuenta transeunt, nec adepta deficiunt. *Idem in Pastorali.*

Nihil est pretiosius deo uirtute dilectionis. Nihil est desiderabilius diabolo extinctiōe charitatis. *idem lib. 21. Moralium.*

Inimici dilectio ueraciter custoditur, cum non de profectu deijcimur, nec de ruina eius lętamur. Nemo enim amat aliquem quem non uult esse meliorem, & eum stantem uoto persequitur, quem cecidisse gratulatur.

Bernard. super illud Psal. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi.

Quando ignorabam, me instruxit, quando errabam, me reduxit: q̄n peccabam, me correxit: quando steti, me tenuit: quando cecidi, me erexit: q̄n iui, me duxit: quando ueni ad ipsum, me susscepit. Et subdit: Nec pro his omnibus q̄p rependam habeo, nisi tantum ut diligam. Non enim melius nec decentius q̄p per dilectiōem rependi potest, quod per dilectionem datum est.

idem super Canticum.

Non abduci blanditijs, nec seduci fallacijs, nec iniurijs frangi toto corde, tota anima, tota uirtute diligere est.

Cassiodorus super Psal. Diligam te deus.

Diligere quasi de omnibus eligere. Ignis est charitas dei, uirtutum progressionibus crescēs, quæ quanto magis concupiscitur, tanto efficatius ampliatur.

Prosper lib. 1. de Vita contemplatiua.

Ordinem dilectionis illi peruertunt, nec modum diligēdi custodiunt, q̄ aut mundū qui cōtēnendus est diligūt, aut corpora sua minus diligenda plus diligūt, aut proximos suos nō sicut seipsos, aut deū plus q̄p seipsos forte nō diligūt.

Seneca in Prouerbijs.

Nihil est quod nō toleret, qui perfecte diligit.

Cicero lib. 2. de Finibus Bonorum & malorum.

Omne enim aīal, ut ortum est, & seipsum & oēs partes suas diligit. De hac materia uide, supra in Amor proximi & charitatis.

Diligentia græce ἀκριβεία, ας. ἡ. ἀκριβής. ίᾱ. ές. diligēs dicitur. Est autem diligentia idem quod solicitudo. Ideo requiritur in omni uirtute, sicut etiam solicitudo, secundum b. Tho. secūda secundæ q. 54. art. 1. huius contrarium est Indulgentia, id est, incuria.

Menander.

εἰ μὴ φυλάξεις μικρὰ ἀπολεῖς τὰ μείζονα. id est,

Ni custodies parua, perdes maiora.

Idem.

τῆς ἐπιμελείας πάντα ῥᾴδια γίγνεται. id est,

Diligentiæ omnia subdita, fiunt.

Diluculum aurora est, quasi parua diei lux, à quo diluculo aduerbiū, hoc est summo mane.

Diminutio græce ἐλάττωσις. ίᾱ. ἡ. & ἐλαττόω diminuo dicitur. Est autem diminutio maioris quantitatis in minorem mutatio.

Disciplina græce μάθημα. ατος. τὸ & μαθητής. οῦ. ὁ. discipulus dicitur, & μαθητεύω doceo dicitur. Est autem disciplina morum ordinata coreptio, & maiorum præcedentium patrum regularum obseruatio, secundum Cyprianum.

Disciplina obseruatio bona & honesta, cui parum est malū facere, sed studet & his qui bene agunt per cuncta irreprehensibilis appare re, secundum Hugonem de sancto Victore.

Disciplina est pars potentialis iustitiæ contenta sub humanitate. secundum b. Tho. secunda secundæ q. 80. art. 3.

Disciplina à discere dicitur. Discere enim proprie est rem ignorā assequi, quod uel meditādo fit, uel ab alio discendo, unde qui docet doctor, qui discit, discipulus dicitur, à quo disciplina ipsa ars appellatur. Et disciplinosus qui facile discit. *Prouerbiorum cap 1.*

Audiens sapiēs sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit, Anīaduertet parabolam & interpretationem, uerba sapientum & ęnigmata eorum. *Ibidem ca. 3.*

Disciplinam domini ne abijcias.

Ibidem ca. 4.

Tene disciplinam, ne dimittas eas, & custodi illam, quia illa est uita tua.

Ibidem ca. 14.

Noli subtrahere à puero disciplinam.

Sapientiæ ca. 3.

Sapientiā enim & disciplinam qui abijcit infœlix est. *Ecclesiastici ca. 7.*

Filij tibi sunt, erudi illos à pueritia.

Ibidem.

Filiæ tibi sunt, serua corpus earum.

Ibidem ca. 10.

Vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus. *Ibidem ca. 6.*

Antequam loquaris disce.

Ibidem cap. ultimo.

Congregate uos in domo disciplinæ.

Paulus ad Hebræos ca. 12.

In disciplina perseuerate.

Paulus ad Romanos ca secundo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Qui alios doces teipſum doces.

Auguſt. epiſtola ad Hieron.

Ad diſcendū quod opus eſt nulla ætas ſera uideri poteſt, ꝙ etſi ſenes magis decet docere q̄ diſcere, magis tamen decet diſcere q̄ ignorare.

Auguſt. de Ciuitate dei libro 12.

Si pro uiribus ſuis alatur infans, fiet ut creſcēdo plus capiat, ſi modum ſuæ capacitatis excedat, deficit anteqū creſcat.

Auguſt ſuper Ioannem hom. 50. ſuper illud 13. Qui mihi miniſtrat.

Vos pro modo uestro miniſtrate Chriſto bene uiuendo, eleemoſynam faciendo, nomē doctrinam q̄ eis quibus potueritis prædicando. Et unuſquiſq̄ paterfamilias hoc nō ignorat, paternum effectum ſuæ familiæ ſe debere pro Chriſti & uita æterna: omnes moneat, doceat, corripiat, impendat beneuolentiam, exerceat diſciplinam. Ita in domo ſua eccleſiaſticum & quodammodo temporale officium impleat miniſtrans Chriſto, ut in æternum ſit cum eo.

Auguſt. ad Auxilium epiſcopum, & habetur 24. quæſt. Si habes.

Senex à iuuene & epiſcopus tot annorum à collega necdum anniculo, paratus ſum doceri, quomodo poſſim uel deo uel hominibus iuſtam reddere rationem.

Auguſt. libro de Moribus eccleſiæ.

Diſciplina ad duo diuiditur, in correctionē & inſtructionem: quorum primum timore, ſecundum amore perficitur.

Auguſt. lib Sermonum ſerm. 52.

Nō enim ſuperbia niſi ubi negligitur diſciplina. Nam diſciplina eſt magiſtra religionis & uerę pietatis, quæ nec ideo increpat ut lædat, nec ideo caſtigat ut noceat. Denicq̄ mores hominū irata corrigit, inflammata cuſtodit.

Idem ſermone 58.

Bonitas malitiā uincit, diſciplina uoluptatē, & ultima caſtigat, ſciētia illuminat cæcitatem.

Auguſtinus ad Comitem.

Quæſo mi frater quod oībus tibi ſubiectis à maiore uſq̄ ad minorem, & dulcedinem regni cælestis & amaritudinem ac timorem gehēnæ annunties, & de eorū ſalute ſolicitus & uigil exiſtas: quia pro oībus tibi ſubiectis quiin domo tua ſunt, rationem deo reddes. Annuntia & ſuade eis ut caueant à ſuperbia, detractione, ebrietate, fornicatione, ira, luxuria, periurio & cupiditate, quæ eſt radix omnium malorum.

Hieron. epiſtola 36.

Habet neſcio quid latētis energiæ uiua uox, & in aures diſcipuli de doctoris ore transfuſa fortius ſonat.

Hieron. in epiſtola de Inſtitutione filiæ.

Nihil aliud diſcat audire uel loqui, niſi quod pertinet ad timorem domini, turpia non intelligat, cantica mundana ignoret, adhuc tenera lingua pſalmis dulcibus imbuatur, procul ſit laſciuia puerorum. Puellæ & pediſſequæ à ſecularibus conſortijs arceantur.

Ibidem.

Si ſolicita & prudens es, ne filia percutiatur à uipera, cur non eadem cura prouides ne feriat à malo iræ, ne egrediatur cum Diana, ne ludat, nec trahat cantus. Poſtq̄ grandiuſcula eſt, pergat ad templum cum parentibus, nec inter turbas inueniatur.

Idem de Continentia uirginali.

Creſcat in te ætas cum animis, cum ætate iuſtitia, & fides eo perfectior quo ſenior.

Ibidem.

Omne tempus in quo te meliorem non ſenſeris, hoc te æſtiua perdidiſſe.

Gregorius libro 3. Moralium.

Cor q̄d ſine diſciplina eſt, exaltari nō ualet, quia humana mēs ſicut male eleuata in infimis premit, ſic bene preſſa in ſublimibus leuatur.

Idem Regiſtro 7.

Peto ut paruulos dños quos nutris p̄cipue in moribꝫ inſtruere cures. Et eunuchos q̄ eis deputati ſunt admone ut ea illos loqui doceant, quæ eorū mentes in charitate circa ſe inuicē, & erga ſubditos in manſuetudinē compungant.

Ibidem.

Verba nutrimentum aut lac erunt, ſi bona, aut uenenum, ſi mala.

Greg. Moralium libro 31. ſuper illud Iob 32. Ab infantia creuit mecum miſeratio.

Electis cum foris ætas corporis, intus ſi dici licet, creſcit ætas uirtutum.

Grego. libro 20. Moralium ſuper illud Iob 20. Cum ſederem quaſi rex.

Miſcenda eſt lenitas cum ſeueritate, & faciendum eſt quoddam temperamentum, ut nec multa aſperitate exulcerentur ſubditi, nec nimia benignitate ſoluantur.

Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth. homilia 49.

Sicut terra fructuoſa eſt iuuentus, quæ ſi negligitur, multas producit ſpinas.

Ibidem.

Immittamus ignem, cōburamus pernitioſas concupiſcētias. Aremus ut eas noſtras ad ſeminis ſuſceptiōem, in iuuentute ſobrietas fulget. Quia inopinabile hoc, ſcilicet tranquillitatem fluctuationibus potiri, in camino non combuſti, & in iuuentute non impudicum eſſe.

Ioan. Chryſoſt. in Prologo ſuper Matth.

Adoleſcentibus in ludo literarū poſitis, non tam placent ſolida q̄ picta, quæq̄ potius pulchra quam utilia ſectantur. Nec tam agētia diligunt q̄ ſonantia, magis gaudēt foliorum amœnitate conſpergi, q̄ fructuum ubertate nutriri.

Bernardus epiſtola 113.

O q̄ compoſitum reddit oēm corporis ſtatum, necnō & mentis habitū diſciplina. Ceruicē ſubmittit, ponit ſupercilia, cōponit uultū, ligat oculos, cachinnationes cohibet, moderat linguam, frenat gulā, ſedat irā, format inceſſum.

Idem ſuper Cantica.

Iugo diſciplinæ inſolētia morū domanda eſt, quouſq̄ duris ac diuinis ſenioꝝ attrita legibus humi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

humiliter,& ſanetur cerulcoſa uolũtas,bonũq; in ſe naturæ quod ſuperbiendo amiſerat obedi endo recipiat. *Hugo de inſtitutione nouitiorum.*

Quamuis in nullo loco diſciplinam ſuã ho mo deſerere debeat, diligentius cñ ibi cõſeruan da eſt ubi uel neglecta pluribus generat ſcanda lum,uel cuſtodita bonæ imitationis exẽplum.

Hugo libro 3. Didaſcalicon.

Sapiens quidem cum de modo & forma diſ cendi interrogaretur,inquit:

Mens humilis,ſtudium quærendi uita quieta.
Scrutinium tacitum,paupertas,terra remota,
Hæc reſerare ſolent multis obſcura legendi.

Audierat puto q̃d dictũ eſt,mores ornãt ſcien tiam. Et ideo præceptis legẽdi, præcepta quo q; uiuendi adiungit, ut & modũ uitæ ſuæ,& ſtu dij ſui rationẽ lector agnoſcat. Illaudabilis em̃ eſt ſciẽtia quam uita maculat impudica. Et idcir co ſummopere cauendũ eſt ei qui quærit ſcien tiam,ut non negligat diſciplinam. *Ibidem.*

Multos hoc decipit, q̃ ante tẽpus ſapiẽtes ui deri uolunt,ut iam & ſimulare incipiant q̃d nõ ſunt, & quod ſunt erubeſcere. Et eo longius à ſapientia recedunt, quo non eſſe ſapientes, ſed putari putant. *Ibidem.*

Ab oĩbus libenter diſce,quod tu neſcis, quia humilitas cõe tibi facere poteſt quod cuiq; pro priũ fecit:ſapientior omnibus eris, ſi ab omnibus diſcere uolueris. Qui ab oĩbus accipiunt,omni bus ditiores ſunt. Audi Chryſippum in Prouer biis: Quod tu non noſti fortaſſis nouit aſellus. *Ibidem.*

Quid eſt quod ex tanta turba diſcentiũ quo rũ multi & ingenio pollẽt, & exercitatione ui gẽt tam pauci inueniant quibus ad ſcientiã per uenire cõtingat? Sciendum eſt q̃ in quolibet ne gotio duo ſunt neceſſaria, opus uidelicet & ra tio operis: quæ ita ſibi annexa ſunt, ut alterum ſine altero aut inutile ſit, aut minus efficax. Ve runtamen melior(ut dicitur) prudẽtia eſt forti tudine. Quia & apponenda aliquando q̃ uirib. mouere nõ poſſumus,arte leuamus. Sic nimirũ eſt in omni ſtudio, qui ſine ordine & diſcretiõe operatur,laborat quidem, ſed non perficit, & quaſi aerem uerberans uires in uentum fundit.

Idem in ſumma diſciplinali.

Nunc ſuſtineant in audiendo uerecundiam, qui nolunt in faciendo habere diſciplinam.

Hugo de 12. abuſionibus.

Secunda abuſio eſt diſcipulus inobediens.

Boetius de Scholaſtica diſciplina.

Diſcipuli ſubiectio in tribus conſiſtere debet, in attentione,beneuolentia,& docilitate, ut.ſ. ſit docilis ingenio, attẽtus exercitio, beneuolus animo. Intentus inq; ad audiendum,docilis ad intelligendum,beneuolus ad retinendum.

Ibidem.

Non ſit ſcholaris diſcholus. Dicitur autem diſcholus quaſi à ſchola diuiſus. Schola enim græce uacatio latine: unde diſcholus quaſi à ua catione diuiſus.

Seneca epiſtola 88.

Quid horũ ad uirtutẽ uiam aſtruit? ſyllabarũ enarratio, & uerborũ diligentia, & fabularum memoria,& uerſuum lex,ac modificatio? Quid ex his metũ demit,cupiditatẽ eximit,libidinem frenat? Muſica demonſtrat mihi,q; ſint modi flebiles. Mõſtret potius qũo inter aduerſa nõ emit tam flebilem uocem. Metiri me Geometres do cet latifundia:potius doceat qũo metiar,quan tum homini ſatis ſit. Doces me qũo nihil per dam ex finibus meis, & ego diſcere uolo qũo totos hilaris amittam. Scis rotunda metiri,ſi ar tifex es metire hominis animum. Dic q̃ magn⁹, dic q̃ puſillus ſit. Scis quæ recta linea, quid tibi prodeſt? ſi quid in uita rectum ſit ignoras.

Ibidem.

Hoc ſcire quid pderit? ut ſolicitus ſim, cum Saturnus & Mars ex contrario ſtabũt,aut cum Mercurius ueſpertinũ faciet occaſum, uidente Saturno: potius hoc diſcã, ubicunq; ſunt iſta p pitia eſſe,ne poſſe mutari. *Ibidem.*

Quid q̃ iſta liberaliũ artium cõſectatio mo leſtos,uerboſos,intẽpeſtiuos,ſibi placentes fa cit,& ideo nõ diſcentes neceſſaria, q̃a ſuperua cua didicerũt. Quare ergo liberalibus ſtudijs fi lios erudimus non q̃a uirtutẽ dare poſſunt, ſed quia aĩm ad accipiendam uirtutem pr̃parant.

Ibidem.

Innumerabiles q̃ſtiones ſunt de aĩo tantum, unde ſit, qualis ſit, q̃n eſſe incipiat, quandiu ſit, an aliunde de alio tranſeat, & domicilĩ mutet ad alias aĩalium formas, aliasq; conjectus? an nõ amplius q̃ ſemel ſeruiat,& emiſſus uageť in toto? q̃d ſit facturus,cum per nos aliquid facere deſierit? q̃o libertate ſua uſurus,cum ex hac ef fugerit cauea,an obliuiſcatur priorũ? Hæc tam multa, tam magna, ut habere poſſint liberum hoſpitium,ſuperuacua ex animo tollẽda ſunt. Non dabit ſe in has anguſtias uirtus. Expellan tur omnia,totum pectus illi uacet.

Ibidem.

Non multa nocebit tibi iſta tranſiſſe, q̃ nec licet ſcire,nec prodeſt. Quicquid enim non me liores beatosq; facturum eſt, aut in aperto, aut in proximo natura poſuit. *Ibidem.*

Quatuor milia librorum Didymus grãmati cus ſcripſit. Miſer erat, ſi tanta legiſſet ſupuacua.

Seneca epiſtola 45.

Lectio certa pdeſt,uaria delectat. Qui q̃ deſti nauit peruenire uult unã ſequatur uiam,nõ per multas uagetur. Non ire iſtud,ſed errare eſt.

Seneca epiſtola 77.

Quid aũt eſt ſtultius, q̃ quia diu non didice ris non diſcere? Omnis ætatis hoĩes hæc ſchola admittit,tandiu diſcendum eſt q̃ diu neſcias,& ſi prouerbio credimus, quandiu uiuas: etiam ſe ni diſcendum eſt. *Ibidem.*

Mores primum, mox ſapientiam diſce, quæ ſine moribus male diſcitur.

Idem in Prouerbijs.

Debent hoĩes uiaticũ ſenectutis literarum eru

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ditione parare diſcendo ne defecerint inſipien/ti animo. Literas tanq̃ baculum infirmo corpo ri repertas eſſe, eundem finem eſſe diſcendiq̃ & uiuendi. *Seneca libro de Moribus.*

Educatio & diſciplina mores facit. Et illud ſapit unuſquiſq̃ quod didicit.

Idem libro de ira dei.

Præceptores, pædagogosq̃ placidos pueris conuenit dari.

Lucius Apuleius de deo Socratis.

Nihil æque miror q̃ cum oẽs cupiant opti/me uiuere, & ſciant non alia re uiui q̃ aĩo. Nec fieri poſſe, quin ut optime uiuas aĩus colendus ſit. Tamen homines animum ſuum nõ colunt.

Menander.

ὡς ὄυλλεν ἡ μάθησις ἐι μὴ νοῦς πάρη. id eſt,

Quam nihil diſciplina niſi mens adſit.

Iſocrates.

Σωκράτης ἔφη, χρῆ τοὺς μὲν μισθοὺς λαμβάνειν παρὰ τῶν μαθητῶν, παρὰ μὲν τῶν εὐφυῶν: ὅτι πολλὰ μανθάνουσιν, παρὰ δὲ τῶν ἀφυῶν, ὅτι πολλοὺς κόπους παρέχουσι. id eſt,

Socrates dixit Oportet magiſtros multas mercedes capere a diſcipulis ab ingenioſis quidem, quia multa diſcunt, a rudibus uero quia multos labores exhibent.

Ouidius libro 1. de arte amandi.

Diſce bonas literas moneo Romana iuuentus.

De hac materia uide infra in doctrina & magiſter.

Diſcordia græce διαφονία.ας.ἡ. & διαφανός.ὄν.ὁ. diſcors dicitur. Eſt autem diſcordia, ira acerbior intimo odio & corde concepta, ſecundum Cic. libro 4. Tuſcu. quæſt.

Diſcordia eſt quædam uoluntatum diſgregatio, qua uoluntas unius fertur in unum, & uoluntas alterius fertur in aliud.

Diſcordia eſt aliquorum diuerſio quos prius amoris uinculum colligauit, ſecundum Iſidorum libro Etymologiarum.

Diſcordia importat diſgregationẽ quandam uoluntatũ in diuerſa, b. Tho. ſe. secũ. q. 37. ar. 1.

Diſcors is eſt, qui corde & animo diſſidet, à quo diſcordia, *Prouerbiorum. cap. 6.*

Sex ſunt quæ odit deus, & ſeptimum deteſtatur anima eius. Primo oculos ſublimes. secũdo linguam mendacem. Tertio manus, effundentes innoxium ſanguinem. Quarto cor machinans cogitationes peſſimas. Quinto pedes ueloces ad currendum in malum. Sexto proferentẽ mendacia falſum teſtem. Septimo eum qui ſeminat inter fratres diſcordiam.

Idem. cap. 20.

Honor eſt homini qui ſeparat ſe à contẽtionibus. Omnes aũt ſtulti miſcentur contumelijs.

Eccleſiaſtici 4.

Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertens domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi.

Ibidem cap. 8.

Non litiges cum homine potẽte, ne forte incidas in manus illius. *Ibidem.*

Non litiges cũ homine linguato, & non ſtruas in ignem illius ligna.

Ibidem.

Non contendas cum uiro locuplete, ne forte conſtituat litem tibi.

Ibidem ca. 25.

In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo, quę ſunt probata coram deo & hominibus. Cõcordia fratrum & amor proximorum, & uir & uxor ſibi bene conſentientes.

Hieremias cap. 15.

Vę mihi mater mea, quia genuiſti me uirum rixæ, uirum diſcordiæ in uniuerſa terra.

Matthæ. cap. 12.

Omne regnum diuiſum contra ſe deſolabit, & omnis ciuitas uel domus diuiſa contrà ſe nõ ſtabit. *Matth. 12. & Luc. 11.*

Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet.

Matthæum cap. 13.

Inimicus homo ſuperſeminauit zizania.

Auguſtinus de uerbis domini cap. 1.

Concordare cum aduerſario tuo. Neſcitis quũ uia finiatur. Cum uia finita fuerit iudex reſtae & miniſter & carcer. At ſi ſeruaueris aduerſario tuo bonam uoluntatem, & cum eo cõſenſeris, pro iudice inuenies patrem, pro miniſtro ſæuo angelum tollentem in ſinu Abrahæ, pro carcere paradiſum.

Hieron. ſuper Pſalm. 82. Quoniam cogitauere unanimiter.

Infelix populus dei nõ poteſt in bono tantã habere concordiã, quantã mali habẽt in malo.

Hieron. ſuper epiſtola ad Romanos.

Laudent nomen eius in choro.

Quiſquis corpus affligit, ſed concordiam deſerit, deum quidem laudat in tympano, ſed nõ laudat in choro. *Ibidem.*

Vbi diſſenſio ẽ, ibi inuidia ẽ, ibi choro nõ eſt.

Hieron. ſuper illud Prouer. 29. Qui uehementer emungit, elicit ſanguinem.

Qui modeſte alloquitur proximũ, gratum accipit reſponſum, & quaſi de uberibus in quibus lac quærebat, butyrum exprimit. Sed qui incepto uerbo rixam & diſcordiã ex fraterno corde prouocat, quaſi neceſſaria ultra modum emungens ſanguinem elicit.

Ambroſius libro de Patriarchis.

Melius eſt emigrare cum gratia, q̃ cohabitare cum diſcordia. Melius eſt ſine lite abire quã cum iugio reſidere.

Ibidem.

Nulla ſpatia poſſunt eſſe ſatis diſcordibus, quietis & pacificis etiam anguſta abundant. Diſſonis moribus etiam ſpatioſa arctantur.

Ibidem.

Contentio eſt impugnatio ueritatis cum cõfidentia clamoris. *Gregorius in Paſtorali.*

Diſcordes tamdiu nullũ boni operis ſacrificiũ immolant deo, q̃diu à proximorũ charitate diſcordant. Si Cain pacem habuiſſet in pectore, non irruiſſet in fratrem, ſi Abſalon intra ſe pacem tenuiſſet, non irruiſſet in patrem. Si animum Iudæ, ſeruaſſet conſcientiæ tranquillitas,

non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

non confugiſſet ad laqueum.

Idem Moralium libro 19.

Peruerſæ mentes ſi ſemel ad ſtudium contra rietatis eruperint ſiue prauũ, ſiue rectum quid à contradicentibus audiant, aduerſis hoc reſponſionibus impugnant: quia cum perſona per contrarietatem diſplicet, nec recta quæ protulerint placent. *Gregorius Moralium libro 33.*

Sicut noxium eſſe ſolet ſi unitas deſit bonis, ita pernitioſum eſt, ſi ſit in malis. Peruerſos qp pe unitas corroborat dum concordant, & tanto magis incorrigibiles, quanto unanimes fecit.

Gregorius in Paſtorali.

Si dei uocantur filij, qui pacẽ faciunt: procul dubio ſatanæ ſunt filij, qui pacem cõfundunt.

Ibidem.

Sicut nihil eſt prætioſius deo uirtute dilectionis, ita nihil eſt deſiderabilius diabolo extinctione charitatis. Quiſquis ergo ſeminando iurgia dilectionem proximorum perimit, hoſti dei familiarius ſeruit. *Iſidorus libro Etymologiar.*

Diſcordia eſt aliquorum diuerſio, quos prius amoris uinculum colligauit. Concordia eſt cõuenientium in rectitudine animorum indirupta quædam & unita complexio. ſeditioſus eſt qui diſſenſionem animarum facit, & diſcordias gignit. *Iſidorus de ſummo bono, libro tertio.*

Concordia malorũ contraria eſt bonorum, & ſicut optandum eſt ut boni pacẽ habeant ad inuicem, ita optandum eſt, ut mali ſint diſcordes. Impeditur enim iter bonorũ, ſi unitas non diuiditur malorũ. *Idem Soliloqui libro 2. ca. 22.*

Si contriſtaueris in aliquo fratrem tuum ſatis facili: ſi peccaueris in eum, age pœnitentiam coram illo. Si offenderis quenquã repropitiare eum pace, perge uelociter ad reconciliationem proximi tui offenſioni tuæ cito ueniam poſtula, non requieſcas niſi reconciliatus fueris fratri.

Caſſiodorus epiſt. 22.

Decet regalis apicis curam generalitatis cuſtodire concordiam, quæ ad laudem regnantis trahitur, ſi ab hominibus pax ametur. Quid enim eſt quod principem melius prædicet, quàm quietus populus, concors ſenatus, & tota reſpublica morum honeſtate ueſtita.

Idem libro 1. epiſt 1.

Cogi debet ut ſit quietus, qui ſuo uitio renuit eſſe pacificus. *Boet. de philoſ. Conſo. lib. 4.*

Noſtine igitur, quod omne q̃deſt, tandiu manere atq; ſubſiſtere cũdiu ſit unum: ſed interire atq; diſſolui, pariter quando unum eſſe deſierit.

Beda ſuper Lucam.

Si malorum unitas noxia non fuiſſet, nequaquàm diuina prouidentia ſuperbientiũ turbas in tanta diuerſitate diſſipaſſet.

Seneca libro de Moribus.

Quietiſſimam uitam agerent homines in terra, ſi hæc duo uerba à natura omnium rerũ tollerentur meum & tuum.

Seneca in Hercule furente, Tragœ. 1.

Si æterna ſemper odia mortales agent,
Nec cœptus unquam cedat ex animis furor.
Sed arma fœlix teneat, infœlix pereat,
Nil relinquent bella, tum uaſtis ager
Squallebit armis, ſubdita tectis face,
Altus ſepultas obruet gentes cinis.

Ariſtot. libro 5. Politicorum.

Nobilitas generis & diuitiæ, principia & fontes ſunt ſeditionum. *Ibidem.*

Minores ut fiant æquales, ſeditionem faciunt: æquales uero ut fiant maiores, ſeditionem faciunt & ipſi. *Ibidem.*

Omnis diuerſitas uidetur facere ſeditionem.

Laert. Diog. de uita & moribus philoſoph.

Nec contendere cum ſuis præſentibus alienis, debemus: dicebat Cleobulus. Nam illud q̃dem amentiam, hoc uero maniam ſignificat.

Plutarch. in Apophtheg.

Scilurus cum relictis maribus filijs octoginta diem eſſet obiturus haſtarum faſcem cuiq; obtendens, ut illum confringerent iubebat: id auctem ſingulis ſe poſſe negantibus, ipſe ſingulatim eductas haſtas facile cõfregit. Ita docẽs illos ubi una eſſe pſeuerarent, firmos ac potẽtes fore: imbecillos autem ſi ſeparentur ac diſſiderent.

Cicero libro pri. Officiorum.

Expetenda magis eſt decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo: ſed cauẽdum, ne illud bellandi magis fuga, q̃ utilitatis faciamus ratione. Bellum autem ita ſuſcipiatur, ut nihil aliud q̃ pax ipſa quæſita uideatur.

Cicero libro 1 de finibus bonorum & malorum.

Neq; em̃ ciuitas in ſeditione poteſt eſſe beata, nec in diſcordia dominorũ domus, quo manus animus à ſeipſo diſſidens, ſecumq; diſcordans guſtare partem ullam liquidæ uoluptatis & libere poteſt. At qui pugnantibus & contrarijs ſtudijs cõſilijſq; ſemper utens nihil quiete uidere, nihil tranquille poteſt.

Saluſtius in Iugurtha.

Ego uobis regnum firmum trado, ſi boni eritis. Sin mali, imbecillum. Nam cõcordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.

Ibidem.

In omni certamine qui opulentior eſt, etiamſi accipit iniuriam, tamen quia plus poteſt facere uidetur. *Ibidem.*

Omne bellum facile ſumitur, cæterum ægerrime definitur. Non in eiuſdem poteſtate initium & finis eſt. *Valerius Maximus libro 2.*

Conuiuiũ etiam ſolenne maiores inſtituerũt, idq; chariſtiã uocauerunt, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur, ut ſi quę inter neceſſarias perſonas querela eſſet orta, apud ſacra menſæ, & inter hilaritatẽ animorum & fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur.

Quintus Curtius de geſtis Alexandri libro nono.

Seditionis interdum nõ remedia, q̃ principia maiora ſunt: in tumultu feſtinatio q̃q; carda ẽ. Vnũ eſt temeritatis ſolatium ꝑpetua fœlicitas.

Paulus Oroſius de Ormeſta libro quarto.

Diſcordia infœliciter exagitante nulla unq̃ tẽ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pora uel proſpera uel domi quieta dicuntur.

Iulius Cæſar, libro ſeptimo.

Magna ex diſſenſiõibus incõmoda oriri ſolẽt.

Virg. in Bucolicis, Aeglo. I.

- En quo diſcordia ciues
Perduxit miſeros!

Idem Aeneid. li. 7. Furiam Alecton alloquitur.

Tu potes unanimes armare in prælia fratres
Atque odijs uerſare domos, tu uerbera tectis
Funereasq; inferre faces, tibi nomina mille,
Mille nocendi artes.-

Horatius libro I. epiſtola 7.

- At uos
Seu calidus ſanguis, ſeu rerum inſcitia uexat
Indomita ceruice feros, ubicunque locorum
Vinitis, indigni fraternum rumpere fœdus.

Iuuenalis ſatyra octaua.

Curandum in primis ne magna iniuria fiat
Fortibus & miſeris. Tollas licet omne, quod usq; eſt
Auri atq; argenti, ſcutum gladiumq; relinques,
Et iacula & galeam, ſpoliatis arma ſuperſunt.
Quod modo propoſui non eſt ſententia, uerum
Credite me uobis folium recitare Sibyllæ.

Diſcretio græce Διάκρισις ιος ἡ & Διάκριτος ὁ, diſcretus dicitur. Eſt autem diſcretio, quæ rerum conſequentium continet perſpicuam dilucidamq; cum grauitate expoſitionẽ, ſecundum Iſidorum in Synonymis.

Diſcretio eſt non tam uirtus q̃ quædam moderatrix uirtutum, ordinatrixq; affectuum, & morum doctrix. Tolle hanc, & uitium uirtus erit: ſecundum b. Bernardum ſuper Cantica.

Diſcretio pertinet ad prudentiam, & eſt genitrix, cuſtos, moderatrixq; uirtutum: ſecundum b. Tho. 3. Senten. diſt 33. q. 2. art. quinto.

Diſcretus in actiua ſignificatione eum ſignificat, qui perſonarum qualitates, & rerum momenta diſcernit. Hinc diſcretio deſcendit.

Diſcretum græce Διακεκριμένον & Διακρίνω diſcerno dicitur. Eſt autem diſcretum, cuius partes non copulantur ad aliquem terminum cõmunem, ſecundum Ariſto. libro Prædicament.

Ad Hæbreos 5.

Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali.

Gregorius Moralium libro 20.

Virga tua & baculus tuus &c. Virga enim percutimur, & baculo ſuſtentamur. Sit ergo diſcretio uirgæ quæ feriat, & ſit conſolatio baculi quæ ſuſtentet. *Ibidem libro 29.*

Aliquãdo in exercitatione uirtus, cum per diſcretionem prætermittitur, reſeruatur, ut tanto poſt uitia ualenter feriat, quanto à percuſſione interim prudenter ceſſat. *Ibidem.*

Plerũq; uirtus cum indiſcrete tenetur, amittitur: cum diſcrete intermittitur, plus tenetur.

Idem Moralium libro 31.

Sanctorũ prouida diſcretio, dum ſolicite circumquaq; conſpicit in altum poſita, priuſquàm ueniat, culpam deprehendit, eamq; quo uigilan ter prænotat, eo fortiter declinat.

Ibidem.

Sæpe dũ noſmetipſos plus iuſto diſcutimus, de ipſo diſcretiõis ſtudio indiſcretius erramus, & mentis noſtræ acies quo plus cernere nititur, obſcuratur: quia qui importune ſolis radios aſpicit, tenebreſcit.

Iſidorus libro de Synodis.

Quicquid boni cum diſcretione feceris, uirtus eſt: quicquid ſine diſcretiõe geſſeris, uitium eſt. Virtus enim indiſcreta pro uitio deputatur.

Iſidorus in Synonymis.

Diſcretio eſt in diiudicandis rerum cauſis prouida humanarum mentium, ratio moderatrix.

Ibidem.

Ratio eſt gerendorum ordo, ex cauſa uenientium, ut quid quo loco facias & dicas, intelligas.

Bernar. ſuper Cant. ſerm. 24.

In cunctis nobis ſemper debet præeſſe diſcretio, & quaſi moderando ſingulas diſcernere uoluntates, ne opinio ueriſimilis fallat, ne decipiat ſermo uerſutus, ne quod bonum eſt malum, ne quod malum eſt bonum eſſe credatur.

Bernard. ſuper Cantica.

Diſcretio quippe omni uirtuti ordinem ponit, modũ tribuit, decorem & perpetuitatẽ confert. Ergo eſt diſcretio non tam uirtus q̃ quædam moderatrix uirtutũ, ordinatrix affectuũ, & doctrix morum: tolle hanc, & uirtus uitium erit. Ipſa q̃ affectio naturalis in perturbationem magis conuertetur, exterminium què naturæ.

Diſpenſatio græce Διοίκησις ιος & Διοίκεσις diſpenſo dicitur. Eſt autem diſpenſatio communis iuris relaxatio, ex b. Tho. 4. Senten. diſt. 44. q. pri.

Diſpenſatio portat commenſuratam diſtributionem, uel applicationem alicuius communis ad ſingula: ex bea. Tho. prima ſecundæ q. 97. artic. quarto. & ibidem quæſt. 88. art. decimo.

Diſpendo modo expẽdo, unde diſpendium & diſpenſo, diſpenſatio & diſpenſator, q̃ pecunias domini expẽdit & neceſſaria in familiã diſtribuit. Interdum diſpendo ſignificat expando, & tunc nõ à pendo, ſed à pando uenit. Plautus: Diſpendito hominem diuerſum atq; diſtendito.

Diſpoſitio græce Διάθεσις ιος ἡ & Διατίθημι diſpono dicitur. Eſt autem diſponibidem q̃d ordino, à quo diſpoſitio, quæ eſt rerum in ordinẽ collocatio.

Diſpoſitio eſt habitus imperfectus, ſecundũ bea. Tho. 4 Sen. diſt. 4. art. pri.

Diſputatio græce Διάλεξις ιος ἡ & Διαλέγομαι diſputo dicitur. Eſt autem diſputatio actus ſyllogiſticus unius ad alterum ad propoſitum oſtẽdendum, ſecundum b. Tho opuſc. de fallacijs.

Diſputo idẽ eſt quod diſcepto, diſſero: à quo diſputatio, cuius diminutiuũ eſt diſputatiuncula, componiturq; ex dis & puto. Putare enim ueteres dicebant deputare, hoc eſt uacantia quæcũq; & non neceſſaria, aut etiã non obſtantia & aliena auferre atq; excidere, ſicquè putari arbores atq; uites dicunt. Et putamina dicunt ſarmẽta, & alia q̃ auferuntur. Hinc factum eſt, ut putare pro

cogitare

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cogitare atq; animo uoluere capiamus. Nā cogitando reſecamus mente quæ falſa ſunt, aut inutilia, aut ſuperuacanea, & quod uerum eſt ac bonum, ei cogitando hæremus.

Diſſenſio græce διχοστασία uel διαφωνία ας & διχόσταω diſſentio dicitur. Dicitq; diſſenſio quandam retinentiam ad aliquid futurum, ſecundū bea. Tho. 4 Senten. diſt. 16. q. 1. art. 2.

Diſſidium, ij. æcce διχοστασία dicitur Eſtq; diſcordia, unde & diſſidioſus, cōtentioſus. Dicuntur autem à diſſideo, quod eſt diſcordo.

Diſſolutio græce διαλυσις εως & διαλύω diſſoluo dicitur. Venitq; à diſſoluo, quod idē eſt quod diſcingo, religo, libero. Vnde diſſolutos dicimus, qui moribus legibusq; ſoluti luxū uitæ ſequuntur, quos græci ἀκόλαστους, id eſt incontinentes & luxurioſos uocant.

Diſſonantia græce διαφωνία ας & διαφωνέω diſſono & diſcordia dicitur. Vnde diſſonus, diſcors & diſſonantia, cuius oppoſitum eſt conſonantia.

Diuerſitas græce διαφορά ας & διάφορος ου ὁ diuerſus dicitur. Venitq; à differo, quod eſt ſeparo deflecto: à quo diuerſio, remotio, ſeparatio, deflexus, diuerſus, uarius, & diuerticulū, ubi deuia iter flectitur, & diuerſitas, uarietas.

Diuinatio græce μαντικὴ ας & μαντισμὸς ὁ uatesq; dicitur. Eſt autē diuinatio uis cognoſcens, & uidēs & explicans ſigna quæ à dijs hominibus portenduntur, ut uoluit Chryſippus, ſecundū Ciceronem libro 2. de diuinatione.

Diuinatio eſt uſurpatio prænuntiandi futuros euētus, ſcd m. b. Th. ſecun. Sec. q. 95 art. 1.

Diuinatio eſt futurorū præuidentia, dicta à diuino, quod eſt auguror. Diuino autē dicitur a diuus, propriū em eſt dei futura prædicere.

Diuini auxilij imploratio ad tria facit, ga auxiliante quilibet fauet, auxiliatur & dirigit. ex beato Thoma ſuper Pſalmum 43. columna 2. fin.

Pſalmo 19.

Hi in curribus, & hi in æquis, nos autē in nomine dei noſtri inuocabimus.

Iſaiæ 55.

Quærite dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt.

Ad Romanos 10.

Non eſt diſtinctio Iudæi & græci, nam idem dominus omnium, diues in omēs qui inuocant illum. Omnis em quicunq; inuocauerit nomē dñi, ſaluus erit: quomodo ergo inuocabunt in quem nō crediderunt? aut quomodo credēt ei, quem non audierunt? *Ad Coloſſenſes 3.*

Omne quodcunq; facitis in uerbo, aut in opere, oīa in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, gratias agentes deo & patri per ipſum.

Aug. lib. de Ciui. dei, & hab. 29. q. 2 Qui ſine.

Qui ſine ſaluatore ſalutem uult habere, & ſine uera ſapientia exiſtimat ſe, prudentem fieri poſſe: non ſanus, ſed æger: non prudens, ſed ſtultus: in ægritudine aſſidua laborabit, & in cæcitate noxia ſtultus & demens permanebit.

Ambroſius ſuper Lucam cap 2.

Vbiq; diuina uirtus ſtudijs cooperatur humanis, ut nemo poſſit ædificare ſine deo, nemo cuſtodire ſine deo, nemo quicq; incipere ſine deo.

Ambroſius libro de Virginitate.

Omnis anima accedat ad Chriſtum, quia oſa Chriſtus eſt nobis. Si uulnere carere deſideras, medicus eſt; ſi febribus æſtuas, fons eſt: ſi grauaris iniquitate, iuſticia eſt: ſi auxilio indiges, uirtus eſt: ſi mortē times, uita eſt: ſi cœlum deſideras, uia eſt: ſi tenebras fugis, lux eſt: ſi cibum quæris, alimentum eſt. *Iſidorus de ſummo bono.*

Sciant liberi arbitrij defenſores, nihil poſſe in bonum ſua prævalere uirtute, niſi diuinæ gratiæ iuuamine ſuſtententur.

Ioannes Chryſoſto. in tractatu de paſſione.

Nullas omnino habet metas diuina clementia, ſit qui inuocet, erit qui exaudiet, ſit qui poeniteat, erit qui indulgeat.

Bernardus ſuper Cantica.

Nomen Ieſu lucet prædicatū, paſcit recogitatum, lenit & unguit inuocatum. Quid ſit exercitatos reparat ſenſus, uirtutes roborat, uegetat bonos mores atq; honeſtos, caſtas fouet affectiones. *Boetius de Philo. Conſol. lib. 1.*

Nec conueniebat uiliſſimorum me præſidia ſpiritum captare, quæ tu in hanc excellentiam componebas, ut conſimilem deo faceres.

Ibidem.

In minimis quoq; rebus diuinum auxiliū implorari debet. Inuocandum enim omnium patrem rerum, quo prætermiſſo nullum rite ſumatur exordium. *Plato in Timæo.*

In maximis ſiue minimis, diuinum debet implorari auxilium.

Saluſtius in Catilinario.

Non uotis neq; ſupplicijs mulieribus auxilia deorum parantur, ſed uigilando, agēdo, bene conſulendo, proſpere cedunt omnia. Vbi ſocordiæ te atq; ignauiæ tradideris, ne quicquam deos implores, iraci enim infenſiq; ſunt.

Cicero libro 2. de legibus.

A dijs immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia.

Seneca in Hercule furente, Trag. 1.

O magne olympi rector & mundi arbiter,
Iam ſtatue tandem grauibus ærumnis modum
Finemq; cladi.

Terentius Comœdia 5.

Dij uortant quod agas.

Virg. Aeneid. lib. 4.

Aderitq; uocatus Apollo.

Idem Aeneid. libro 7.

Dij noſtra incepta ſecundent.

Idem Aeneidos lib. 9.

Tu dea, tu præſens noſtro ſuccurre labori.

Ouidius Metamorph. lib. 15 fabula ult.

Funeribus faſſi, poſtquam mortalia ceſſunt
Tentamenta nihil, nihil artes poſſe medentum
Auxilium cœleſte petunt.

Diuiſibile græce διαιρετὸν οῦ τὸ & διαιρέω diuido dicitur.

Diuiſibile

Diuiſibile ſecundū unū dicitur linea: quod uero ſecundum duo, ſuperficies: oīno uero tripliciter diuiſibile ſecundū quantitatē, corpus: ex Ariſtot. lib. 5. Metaphyſicæ. Diciturq; à diuido, & diuido dicitur à uiduo, quod eſt priuo: unde & uiduæ. Viduare eī dicitur quaſi iduare, quod lingua Aetruſca diuidere ſignificat.

Diuitiæ græce πλοῦτος ου ὁ & πλουτέω ditor dicitur. Dicitur autem dives à diuus, nam qui dives eſt, quaſi deus nullo indigere uideī, teſte Varrone, à quo fit diuito uerbū, quod eſt diuitem facio, unde diuitiæ, quæ ab opibus ita differūt, ꝙ diuitiæ ſunt ut utamur: opes, ut alijs opitulemur; ſecundum Cicero. libro de Amicitia. Sunt eī diuitiæ ad neceſſariū uſum, opes ad magnificentiā. Dicimus præterea dito ditas, diteo dites, unde diteſco & diuito diuitas, teſte Marcello. Actius Aſtyanacte: Nil credo auguribus qui aures uerbis diuitant alienas, ſuas ut locupletent domos.

Prouerbiorum 11.

Qui confidit in diuitijs ſuis, corruet.

ibidem.

Non proderunt diuitiæ in die ultionis.

ibidem cap. 15.

Melius eſt parum cum timore domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles.

ibidem 19.

Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupere autem & hi quos habuit ſeparantur.

Eccleſiaſtes 4

Conſiderans reperi & aliam uanitatem ſub ſole. Vnus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitijs, nec recogitat dicens: Cui laboro & fraudo animam meam bonis. In hoc quoq; uanitas & afflictio peſſima.

ibidem cap. 5.

Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum nō capiet ex eis. Ex hoc ergo uanitas, ubi multæ ſunt opes. Multi & qui comedūt eas, & quid prodeſt poſſeſſori? niſi quod cernit diuitias oculis ſuis.

Eccleſiaſtes 6.

Eſt & aliud malum quod uidi ſub ſole, & quidem frequēs apud homines: Vir cui dedit deus diuitias, & ſubſtantiam & honores, & nihil deeſt animæ ſuæ ex oīibus quæ deſiderat, nec tribuit ei poteſtatem deus ut comedat ex eo, ſed homo extraneus uorabit illud, hoc uanitas & magna miſeria eſt. *ibidem* 10.

Pecuniæ obediunt omnia.

Eccleſiaſtici 5.

Quid prodeſt ſtulto habere diuitias, cū ſapientiā emere non poſſit? *ibidem.*

Qui amat diuitias, fructum non capit ex eis.

ibidem.

Noli eſſe anxius in diuitijs iniuſtis.

Eccleſiaſtici 11.

Si dives fueris, non eris immunis à delicto.

Sapientiæ 5.

Quid nobis profuit ſuperbia noſtra, & diuitiarum iactura contulit nobis?

1. *Ad Thimot.* 6.

Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum, ſed in deo uiuo. *ibidem.*

Qui enim uolunt diuites fieri, incidunt in uarias tentationes, & in laqueum diaboli.

2. *Ad Corinthios cap.* 4.

Quæ enim uidentur, temporalia ſunt; quæ autem non uidentur, æterna ſunt.

Matthæi 19.

Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum.

Iacobi 5.

Agite nunc diuites, plorate ululantes in miſerijs ueſtris, *Lucæ* 6.

Væ uobis diuitibus, qui habetis hic conſolationem ueſtrā. *Marci* 10

Filioli quàm difficile eſt confidentes in pecunijs, in regnum dei introire, facilius eſt camelū per foramen acus tranſire, ꝙ diuitem intrare in regnum dei. *Auguſtinus epiſtola* 140.

Diuitiæ ſeculares, ſi deſunt per mala opa, quærantur in mundo. ſi autem adſunt per bona opera, ſeruentur in cœlo. Animum uirilem & Chriſtianum nec debent, ſi accedant extollere, nec debent frangere, ſi recedunt.

Auguſtinus ſuper Matthæum.

Veræ illæ diuitiæ, quas cum habuerimus, perdere non poſſumus.

Auguſtinus ſermone 29.

Morbus diuitiarū eſt ſuperbia, nam grandis animus eſt, qui inter diuitias iſto morbo nō tentatur. Maior animus diuitias ſuas uincēs contēnendo. Magnus eſt ergo dives, qui non ſe ideo magnum putat, quia dives eſt. Superbus qui & egenus eſt, in carne crepat, in corde mendicat, intus non eſt plenus. *ibidem.*

Difficile eſt ut non ſit ſuperbus qui dives eſt, tolle ſuperbiam, diuitiæ non nocebunt.

Auguſtinus de uerbis domini.

Aurum eſt materia laborum, periculum poſſidentium, aurū enervatio uirtutum, auīū malus dominus, proditor ſeruus.

Ibidem.

Aurum amplius cruciat, apud quem largius fuerit. Aurum amanti ſe nihil de ſua poſſeſſione permittit, refundens ei reatum ſuum, cui uiſum negat. *Auguſt. in homi. de diuite.*

Ideo rogans dives non exauditur in tormentis, quia rogantem pauperem non exaudiuit in terris. *Auguſtinus ſuper Pſalmum* 61.

Ille igitur qui nō habet, non ambiat: is qui habet non ſuperbiat: & non dicit, nolite habere, ſed cor apponere. Non enim damnat diuitias unde mereamur cœlum, ſed cor appoſitō, quod ſcilicet non expendit, ſed recondit.

Auguſtinus ſuper Pſalmum 68.

Non diuiſim, nō ſeparatim, tēpore meſſis hoc faciet: diuites intellige ſuperbos, pauperes humiles, ha-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

les, habeat multas pecuniarum facultates, ſi in eis non extollitur, pauper eſt, nō habet aliquid & cupiat & inflet̃. Inter diuites reprobos eū deputat domin⁹, quia diuites & pauperes in corde interrogat deus, non in arca aut in domo.

Auguſtinus ad Probam.

Sufficientiā uitæ non indecenter uult, q̄ ſquis eam uult, & non amplius, quæ quidem nō appetitur propter ſeipſam, ſed ꝓpter ſalutem corporis, & congruentē habitum perſonæ hominis, ut non inconueniēs eis cum quibus uiuendum eſt. Iſta ergo cum habēt̃ur: ut teneant̃, cum non habentur, ut habeantur orandum eſt.

Idem de uerbis domini ſermone 13.

Diuitiæ corporales paupertate plenæ ſunt. Vide in contemptus.

Aug. de doct. Chryſt. & hab. 1. q. 3. Totum.

Totum quicqd homines habent in terra, oīa quorū domini ſunt pecunia uocat̃: ſeruus, uas, ager, arbor, pecus, quicquid horum eſt, pecunia dicitur. Ideo autē pecunia uocata eſt, quia antiqui habebant in pecoribus quod habebant.

Auguſtinus de uerbis domini.

Recole diues primordia tua, dic rogo quid attuleris, aut ſi dicere erubeſcis, audi apoſtolū. nihil, inquit, intulimus in hunc mundum, utiq; quando nati ſumus: ſed nec auferre quid poſſumus, utiq; quando de mundo exibimus. Nihil attuliſti, nihil auferes, quid te contra pauperem inflat? certe quādo aliquo caſu aliqua ſepulchra franguntur, oſſa diuitum non agnoſcuntur.

Auguſtinus libro 1. de Ciuitate dei.

Placuit diuinæ clementiæ in poſterum bona ſeparare iuſtis, quibus non fruent̃ iniuſti, & mala impijs, quibus non cruciabūtur boni. Iſta, uero temporalia & bona & mala utriſq; uoluit eſſe communia, ut nec bona cupidius appetātur, quæ mali quoq; habere cernuntur, nec mala turpiter euitent̃, quibus boni plerunq; afficiuntur.

Auguſtinus libro 22. de Ciuitate dei.

Quid amor ipſe ut rerum uariarum atq; noxarum & ex hoc mordaces curæ, perturbationes, mœrores, formidines, inſana gaudia, diſcordiæ, lites, bella, inſidiæ, iracūdiæ, inimicitiæ, fallaciæ adulatio, fraus, furtum, rapina, perfidia, ſuperbia ambitio, inuidentia, homicidia, parricidi, crudelitas, ſæuitia, nequitia, luxuria, petulantia, impudentia, impudicitia, fornicationes, adulteria, inceſta, & cōtra naturā utriuſq; ſexus tot ſtupra atq; immunditiæ, quas turpe eſt dicere. Sacrilegia, hæreſes, blaſphemiæ, periuria, oppreſſiones innocentium, calumniæ, circumuentiones, præuaricatiōes, falſa teſtimonia, iniqua iudicia, uiolentiæ, latrocinia, & quicquid taliū malorum in mentē non uenit, & tamen de iſta uita hominum non recedit.

Auguſtinus ſuper Pſalm. 66.

Si deus bona temporalia ſolum bonis daret, putarēt mali propter hoc deū colendū. Rurſus, ſi ſolis malis darent, timerent infirmi conuerti, ne uel forte deeſſent: permixtim igit̃ data ſunt & bonis & malis. Rurſus, ſi ſolis malis auferentur, ipſa ſola putaretur eſſe pœna, qua mali puniantur. Qui ergo dat eas bonis, conſolatur itinerantes, ꝙ dat eas: amouet bonis, ut alia deſiderent, quæ non habent cum malis communia.

Auguſtinus de uerbis domini ſerm. 12.

Quid prodeſt arca plena bonis, ſi inanis ſit cō-ſcientia? bona uis habere, & tu bonus eſſe non uis: erubeſcere debes de bonis tuis, ſi domus plena bonis te malum habet dominum.

Ibidem.

Quid ꝓdeſt ei ꝙ habet, qui eum qui oīa dedit non habet? *Idem de uerbis domini, hom. 33.*

Amor temporalium, uiſcus eſt ſpiritualium pennarum. *Aug. lib. 1. Serm. ſermone 11.*

Pauper enim eſt, qui uult eſſe diues.

Idem lib. de quæſt. Euangelij.

Diuitiæ iniquitatis dicunt̃ propter inæqualitatē, quia non oīmibus æqualiter diſtributæ ſunt. Vnus pinguedine crepat, alter neceſſitate deficit.

Hiero. lib. 1. ſuper illud Matt. Non poteſtis deo ſeruire & Mammonæ.

Qui diuitiarum ſeruus eſt, diuitias cuſtodit ut ſeruus: qui autem ſeruitutis diſcuſſerit iugum, diſtribuit eas ut dominus.

Hieronymus in epiſt. ad Saluiam.

Vnumquodq; non hominum, ſed rerū ponderet iudicandum eſt, nec diuiti obſunt opes, ſi bene utatur, nec pauperem egeſtas commendabiliorem facit. *Hieron. epiſt. 69.*

Omnis diues aut iniquus, aut hæres iniqui eſt.

Hier. & hab. 12. q. 2. Gloria epiſt. ad Amico.

Crates ille Thebanus hō quondā ditiſſimus, cū ad philoſophū Athenas pergeret, magni auri pondus abiecit, neq; putauit ſe poſſe uirtutes & diuitias ſimul poſſidere. Nos ſuffarcinati auro Chriſtum paupere ſequimur, & ſub prætextu eleemoſynę priſtinis opibus incubātes, quomodo poſſumus aliena fideliter diſtribuere, qui noſtra timide reſeruamus? Plenus uenter facile de ieiunijs diſputat: non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene uixiſſe laudandum eſt.

Hieronymus ad quendam ſuum Leuitam, & habe. 12. q. 1. Duo ſunt.

Nihil enim miſerius eſt, quàm propter nummum deum contemnere.

Hieronymus in epiſtola ad Pammachium.

Facile eſt uiro opes contemnere pecuniā diſſipare, & proijcere, quæ in momēto & perdi & inueniri poteſt. Nam facile abijcitur quod extrinſecus hæret. hoc fecit Crates Thebanus. Antiſthenes Fecerunt plurimi philoſophi, quos uitioſiſſimos legimus. *Ambr. ſup Lucam li. 8.*

Diuites diſcant non in facultatibus crimē haberi, ſed in eis qui uti neſciunt. Nam diuitiæ ut impedimenta ſunt improbis, ita bonis ſunt adiumenta uirtutis. *Idem ſuper Beati immacu.*

Iſtæ diuitiæ iniuſtæ dicuntur, nō quia aurū & argentū iniuſtum ſit, ſed quia iniuſtū eſt eas putare diuitias, quæ nō auferunt egeſtatē auaritiæ.

Ambroſius de Nabuchodonoſor hiſtoria.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Neſcit natura diuites, quæ omnes pauperes generat, neq; enim ueſtimentis naſcimur, nec cū auro argentoq; generamur. Nudos fudit in lucem, gẽtes cibo, amictu, poculo: nudos recipit terra quos ædidit, neſcit fines poſſeſſionum, ſepulchro includere, ceſpes anguſtus quæ & pauperi abundat & diuiti, & terra, uiuẽtis quæ non cœpit affectum, iam diuitem capit.

idem in Hexameron.

Audi, omnes naſcimur nudi & morimur, nulla diſtinctio inter cadauera mortuorū, niſi forte quia grauius fœrent corpora diuitum diſtenta luxuria. *Ambroſius ad Coepiſcopos.*

Vacate & uidete, niſi uacaueritis à terreſtribus, nihil cognoſcere poteritis de cœleſtibus.

idem de bono mortis.

Quid boni eſt in hac uita homini, qui in umbra uiuit, nec expleri poteſt cupiditatibus, & ſi impleatur diuitijs, fructū quieris amittit. Quia cogitat cuſtodire, quod miſera cupiditate acquiſiuit, ut miſerius ea poſſideat, quæ ſibi prodeſſe non poſſunt. Quid enim miſerius, quàm ut cuſtodia torqueat, quarum abundantia nihil proſit? Ideoq; ſi plena eſt omnis uita, utiq; finis eius alleuiamento eſt: alleuiamentum autem bonum, mors aut finis eſt: mors ergo bonum eſt.

Gregorius Moralium libro 18.

Diuitiarum modus eſt primo habere quod neceſſe eſt, diues cum dormierit nihil ſecū afferet: res ſuas cum moritur ſecum affert, qui cum uenerit eas petenti contulit. Nam terrena omnia quæ ſeruando amittimus, largiendo ſeruamus: patrimonium noſtrum retentum perditur, manet erogatum. Diu enim cum rebus noſtris durare non poſſumus, quia nos aut illas, aut illæ nos uiuẽtes quaſi deſerunt pereundo. Agendū eſt ergo nobis, ut res abſolute perituras, in non pereuntem cogamus tranſire mercedem, culpā autem rerum nobiſcum ducimus, q̃uis hæc omnia pro quibus perpetrata ſunt relinquam⁹.

Ibidem.

Qui terrenorum amore utitur, nullatenus in deo delectatur. Eſſe ſine delectatione animā nō quàm poteſt, nam infimis delectatur, aut ſuperioribus, & quāto altiori ſtudio exercet ad ſumma, tāto maiori faſtidio torpeſcit ad infima, quā to⁹ acriori cura ardeſcit ad infima, tanto damnabilius frigeſcit à ſummis.

Idem libro 22. Moralium.

Magna eſt ſecuritas cordis, ſi nihil habet concupiſcentiæ ſecularis: nam cum ad terrena concupiſcenda cor inhiat, ſecurum tranquillumq; eſſe nullatenus poteſt, quia aut non habita cōcupiſcit ut habeat, aut adepta metuit ne amittat.

Gregorius in homilia ſuper illud. Exijt qui ſeminat, &c.

Solæ diuitiæ uerę ſunt, q̃ nos diuites uirtutib. efficiūt: ſi ergo fratres diuitis eſſe cupitis, ueras diuitias amate. Si culmē ueri honoris quæritis, ad cœleſte regnū tēdite. Si gloriā dignitatū diligitis, in illa ſupna angelorum curia aſcribi feſtinate. *Bernardus libro de Conſideratione.*

Aurum & argentum & cætera huiuſmodi, quantum ad animi bonum ſpectant, nec bona ſunt nec mala: uſus tamē horum bonus, abuſio mala, ſolicitudo peior, quæſtus turpior.

Bernardus ſermone 4

Filij Adam genus auarum quid uobis cū terrenis diuitijs, quæ nec ueræ nec ueſtræ ſunt? Aurum & argentū uere terra eſt rubra & alba, quā ſolus error hominum facit, auc magis reputat prętioſam. Deniq; ſi ueſtra ſunt, tollite ea uobiſcum. *Ibidem.*

Veræ ergo diuitiæ non opes ſunt, ſed uirtutes, quas ſecum cōſcientia portat, ut in perpetuum diues fiat. *Ioannes Chryſoſt. ſuper Ioannē.*

Non accuſo domos habētes & agros, & pecunias & mancipia, ſed cum cautela hæc poſſideri uolo, & cum decētia in ordine dominorum, & non ſeruorum, ut poſſideāt ea, & non poſſideātur ab eis, ut utantur eis, & non abutantur.

Idem ſuper illud Matthæi 6. Vbi erugo & tinea demolitur.

Omnia bona mundi triplex interitus tollit: Aut exſeipſis ueteraſcunt: aut luxu dominorū ſuorum conſumūtur: aut ab extraneis dolo, uel uiolentia uel calumnia diripiuntur.

Boetius de philo. Conſol. lib. 2. proſa 5.

Diuitiæ ne uel ueſtri uel ſui natura prætioſæ ſunt, quid harū potius aurūne an uis cōgeſta pecunię. Atqui hæ fundendo magis q̃q; coaceruando meliusnitēt: ſiquidem auaritia ſemper odioſos, claros largitas facit. Quid ſi manere apud quenq; non poteſt, quod trāsfertur in alterum: tunc eſt prætioſa pecunia cum trāslata in alios uſu largiēdi deſinit poſſideri. At eadem ſi apud unum quanta eſt, ubiq; gentium congeratur: cæteros ſui inopes fecerit: & uox quidem tota pariter multorum replet auditum: ueſtræ uero diuitiæ niſi comminutæ, in plures tranſire non poſſunt, quod cum factū eſt, pauperes neceſſe eſt ut faciant, quos relinquunt. O igitur anguſtas inopesq; diuitias, quas nec habere totas plurib. licet, & ad quemlibet ſine cæterorum paupertate non ueniunt. *Ibidem.*

An gemmarum fulgor oculos trahit? ſed ſiqd eſt in hoc ſplendore præcipui, gemmarum eſt lux ille non hominum, quas quidem mirari homines uehementer admiror. Quid eſt enim cadens animæ motu, atq; membrorum compage, quod animatæ rationabiliq; naturæ pulchrum eſſe iure uideatur, quæ tametſi cōditoris opera ſuiq; diſtinctione poſt remæ aliquid pulchritudinis trahunt, infra ueſtram tamen excellentiem collocatæ admiratione nem ueſtram nullo modo merebantur. *ibidem.*

Quid inanibus gaudijs raperis? quid bona externa pro tuis amplexaris? Nunquid tua faciet eſſe fortuna, quæ à te natura rerum fecit alienas? *Ibidem.*

Sed ſi q̃d naturæ ſatis eſt, replere indigentiā uelis, nihil eſt, quod fortunæ affluentiā petas: paucis enim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cis enim minimis q̃ natura contenta eſt, cuius ſatietatem ſi ſuperfluis urgere uelis, aut iniucundum quod fuderis fiet, aut noxium.

Boetius de phil. Con. lib 2. proſa. 5.

Quid autem tanto fortunæ ſtrepitu deſideratis? Fugare credo indigentiã q̃ritis copia. Aut qui hoc uobis in contrariũ cedit. Plurimus q̃pe adminiculis opus eſt ad tuendã prætioſæ ſupellectilis uarietatẽ. Verumq̃ illud eſt, permultis indigere eos, qui multa poſſidẽt: contraq̃ minime indigere, qui abundantiã ſuã naturę neceſſitate, non ambitus ſuperfluitate metiantur. Ita ne autem nullum eſt proprium uobis atq̃ inſitum bonum, ut in externis ac ſepoſitis reb⁹ bona ueſtra quæratis? Sic rerum uerſa cõditio eſt ut diuinum merito rationis animal nõ aliter ſibi ſplendere, niſi inanimateq̃ ſuppellectilis poſſeſſione uideatur, & alia quidem ſuis rebus contenta ſunt, uos autẽ deo mente conſimiles à rebus infimis excellentis naturæ ornamenta captatis: nec intelligitis, quantam cõditori ueſtro faciatis iniuriam. Ille genus humanum terrenis omnibus præſtare uoluit, uos dignitatem ueſtram infra quæq̃ infima detruditis.

Ibidem.

Ego uero nego illud eſſe bonum quod nocet habenti, num id mẽtior? minime inquies. At qui diuitiæ poſſidentibus perſæpe nocuerunt, cum peſſimus quiſq̃ æris alieni magis eo auidius, quicquid uſquã auri gemmarumq̃ eſt, ſe ſolum qui habet digniſſimũ putat. Tu igitur qui nunc cõtum gladiumq̃ ſolicitus pertimeſcis, ſi uitæ huius callem uacuus uiator intraſſes, corã latrone ſecurus cantares. O præclara opũ mortalium beatitudo, quam cum adeptus fueris, ſecurus eſſe deſiſtis.

Boetius de Conſolat. lib. 2. metro 5.

Vtinam modo noſtra redirent
In mores tempora priſcos,
Sed ſeuior ignibus Aethnæ
Feruens amor ardet habendi.
Heu primus quis fuit ille,
Auri qui pondera tecti,
Gemmasq̃ latere uolentes
Prætioſa pericula fodit.

Ibidem lib 3 proſa 3.

Primum igitur teipſum qui paulo ante diuitijs affluebas interrogo, inter illas abundantiſſimas opes, nunquam ne animum tuum concepta ex qualibet iniuria cõfudit anxietas? Atqui inquam, tam libero me fuiſſe animo, quin aliq̃d ſemper urgeret reminiſci nequeo.

Ibidem.

Opes igitur nihilo indigentẽ ſufficientem q̃ ſibi facere nequeũt, & hoc erat quod promittere uidebantur. *Ibidem.*

Quis aũt modus eſt, quo pellat diuitijs indigentia num enim diuites eſurire nequeũt? num ſitire non poſſunt? num frigus hybernum pecunioſorũ mẽbra non ſentiunt? Sed adeſt inquies opulentis, quo famem satiẽt, quo ſitim frigusq̃ depellant. Sed hoc modo conſolati quidem diuitijs indigẽtia poteſt, ſed auferri penitus nõ poteſt. Nã ſi hæc hians ſemper atq̃ alij⁹ poſcens opibus expletur, maneat neceſſe eſt, quæ poſſit expleri. Taceo quod naturæ minimũ quid, auaritiæ nihil ſatis eſt. Quare ſi opes nec ſubmouere indigentiam poſſunt, & ipſæ ſuam faciunt, q̃d eſt quod eas ſufficientiam præſtare credatis?

Boetius de philoſophica Conſola. lib. 3. metro 3.

Quam fluente dives auri gurgite,
Non expleturas cogat audax opes
Oneretq̃ baccis colla rubri littoris,
Ruraq̃ centeno ſcindat opima boue,
Nec cura mordax deſerit ſuperſtitem,
Defunctumq̃ leues non concomitantur opes.

Boetius de phil. Con lib 4.

Diuitiæ quãtis implicitæ ſint malis, breuiſſime mõſtrabo. Quid emẽ pecuniã congregare conaberis, ſed eripies habẽti. Dignitatib⁹ fulgere uelis, danti ſuplicabis, & qui præire cæteros cupis poſcẽdi humilitate uileſcis. Potentiam deſiderabis, ſubiectorum inſidijs obnoxius, periculis ſubiacebis. Gloriã petis, ſed per aſpera quæq̃ diſtractus ſecurus eſſe deſiſtis, uoluptuariã uitã degas, ſed quis non ſpernat atq̃ abijciat uiliſſimæ fragiliſſimæq̃ rei corporis ſeruum eſſe.

Beda ſuper illud Lucæ 16. Cuiuſdam diuitis hominis. &c

Nõ reprehendit diues, q̃ terrã coluerit uel fructus in horrea cõgregauit: ſed q̃ fiduciam uitæ in illis poſuerit, nec pauperibus erogauerit, ut ab eis reciperetur in æternis tabernaculis.

Beda ſuper Eſdram, libro 1.

Familiaris res eſt humanum cor opibus ac liberrate diſſolui, grũnis uero ac paupertate ad ſe metipſum recolligi.

Rabanus ſuper Matth. 6. Vbi ærugo & tinea demolitur.

Omne terrenum, uel ęrugine conſumitur, ut aurum & argentum: uel putredine & uermib⁹ ut ueſtis. Et quod ab his immune eſt, à furibus tollitur, ut lapides prætioſi. In his ergo omẽ genus auaritiæ reprehenditur.

Rabanus ſuper illud Matt. 28. Homo quidam dives ab Arimathia.

Magnæ dignitatis fuit apud ſeculum, ſed maioris meriti apud deum: quia non erat diues diuitiarum amore, ſed tãtummodo poſſeſſione, ideo diuites non excluduntur à diſciplinatu ſaluatoris. Iſte enim diues erat & diſcipulus, quia non pecuniæ amator, ſed ipſius diſtributor.

Seneca epiſt. 5. ad Lucilium.

Magnus ille eſt, qui fictilibus ſic utitur, quemadmodum argento, nec illo minor eſt, q̃ ſic argento utitur, quemadmodum fictilib⁹. Infirmi eſt animi pati non poſſe diuitias.

Idem epiſt. 13.

Is maxime diuitijs fruitur, qui minime diuitijs indiget. Nemo autẽ ſolicitus bono fruitur, & illis aliquid ſtudet adijcere: dum de incremẽto cogitat, oblitus eſt uſus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Seneca ad Lucilum epist. 63.

Breuissima ad diuitias per cõtemptum diuitiarum uia est: cõtemnere aliquis omnia potest, habere oñia nemo potest. Necessarium est paruo assuescere. Quicquid uult, nemo habere potest: illud autem potest nolle, quod non habet.

Idem epistola 91.

Omnia ista nobis accedant, non hæreãt: ut si auferantur sine ulla nostri laceratione discedãt. Vtamur illis non gloriemur, & utamur parce tanquam depositis apud nos.

Seneca epistola 112.

Turpe est beatam uitam in auro & argento reponere, æque turpe est in aqua & polenta.

Idem epistola 121.

Neminem pecunia diuitem fecit. Imo contra ouili non maiorem sui cupiditatem incussit.

Seneca de remedijs fortuitorum.

Multum quis habet, aut auarus aut prodigꝰ est. Vide supra in Contemptus.

Ibidem.

Si uis inquit Phitocleam diuitem facere, nõ pecuniæ adijciendum, sed cupiditatibus detrahendum est. *Seneca libro de Moribus.*

Quæ sunt maximæ diuitiæ? non desiderare diuitias. *Cicero libro paradoxorum.*

Quem intelligimꝰ diuitẽ. Vide supra in Cupiditas. *Cicero libro 1. Officiorum.*

Nihil est tam angusti, tamq; parui animi, quã amare diuitias: nihil honestiꝰ magnificentiusq;, quàm pecunias contemnere.

Cicero. Tusc. Quæst. libro ultimo.

Omitto diuitias, quas cum quiuis, quamuis indignus, habere possit, in bonis non numero. Quod enim est bonum, id nõ quiuis habere potest. *Ibidem.*

Lacon glorianti cuidam mercatori, ꝙd multas naues in omnem oram maritimam dimisisset. Non sane optabilis inquit, ista etiam quidẽ prudẽtibus, apta fortuna. An dubium est nihil sic habendum in genere, quod uita beata cõplectit, si id possit amitti. Nihil enim inueterascere, nihil extingui, nihil cadere debet eorũ in quibus uita beata consistit. Nam qui timebit, ne qd ex his disperdat, beatus esse non poterit. Volumus enim eum qui beatus sit tutum esse, inexpugnabilem, septum atq; munitum non ut paruo metu præditus sit, sed ut nullo.

Cicero lib. de Senectute alias in Catone maiore.

Non eñ habere aurum præclarũ mihi uidetur, sed his qui habẽt imperare: decebat Curiꝰ.

Cicero in paradoxis

Potestne bonum cuiquam malo esse, aut potest esse quisquam in abundantia bonorum, ipse non bonus? *Ibidem.*

Nihil est neq; meum, neq; cuiuspiam, quod auferri, quod eripi potest.

Ibidem.

Neq; ego unquàm dicam bona illum perdidisse, si quis pecus aut supellectilem amiserit.

Cicero libro de Amicitia.

Neque altum neque diuinum illi suscipere possunt, qui suas omnes cogitationes in rem humilem & contemptam abiecerunt.

Cicero libro Officiorum.

Expetuntur autem diuitiæ. Vide in cupiditas. Nec uero rei familiaris amplificatio. Vide in Cupiditas. *Ibidem.*

Nihil honestius. Vide in Cupiditas.

Cicero in Paradoxis.

Quis igitur si quidem ut quisq;. Vide in Cupiditas. *Salustius in Catilina.*

Diuitiæ & imperia, bella atq; certamina, inter mortales excitant. *Ibidem.*

Diuitiarum & formæ gloria fluxa atq; fragilis est. *Valerius Maximus libro 3.*

Locuples est qui non multa possidet, sed modica desiderat. *Valerius Maximus libro 6.*

Caduca nimirum & fragilia pueribusq; consentanea crepundijs sunt istiæ, quæ uires atq; opes humanę uocantur: affluunt subito repente dilabuntur; nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus cõsistunt. Sed incertissimo flatu fortunæ huc atq; illuc acta, ꝙs in sublime extulerũt, improuiso decursu destitutos in profundo cladium miserabiliter immeugũt, itaq; neque existimari neq; dici debent bona quæ inflictorum malorum amaritudine desideriũ suum duplicant. *Idem libro 7.*

Etenim densissimis tenebris inuoluta mortalium mens in quam lata patentem errorem cæcas precationes tuas spargis. Diuitias appetis quæ multis exitio fuerunt: honores cõcupiscis qui complures pessundederunt.

Laertius Diog. de uita & moribus Philosophorum.

Interrogauit quidam Pythagorã: si cuperet esse diues? qui ait: Diuitias contemno habere, quæ liberalitate perduntur & parcitate putrescunt. *Aristoteles libro 1. Politicorum.*

Duplices sunt diuitiæ, scilicet naturales & artificiales. Naturales possessiones rerum. Artificiales uero possessiones pecuniæ.

Ibidem.

Desiderium diuitiarum uadit in infinitum.

Aristoteles libro 4. Politicorum.

In omni ciuitate, sunt tres species hominum, scilicet diuites, pauperes, mediocres. Inter quos optimi sunt mediocres: quia medium est semper optimum. *Ibidem.*

Maximũ eufortunium est, ciues mediocrem substantiam habere tanquam sufficientes eis, quia per talꝭ bene regitur ciuitas.

Aristoteles libro 2. Elenchorum.

Diuitiæ simpliciter sunt bonæ, sed insipienti & non recte utenti non sunt bonæ.

Aristoteles libro 2. Rhetoricorum.

Peiores sunt nuper ditati q̃ ditati ab antiquo.

Aristoteles libro 12. Ethicorum.

Moderate ditati non minus agunt bona, quã potentes. Imo etiam magis.

Aristoteles epistola ad Alexandrum.

Non faciunt equum meliorem aurei freni.

Hesiodus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Heſiodus.

πλοῦτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ. id eſt,

Diuitias autem uirtus & gloria comitantur.

idem.

χρήματα δ' ὁσ κ' ἅρπαξ ταθεὸς λαῷ πολλὸν ἀμείνων. id eſt,

Pecuniæ non raptæ, a deo datæ multo meliores.

Idem.

σοὶ δ' εἰ πλούτου θυμὸς ἐλλίεται ἐν φρεσίν ἧσι,
ὥς δ' ἔρδειν, ἔργοιο δ' ἐπ' ἔργῳ ἐμπάζεσθαι. id eſt,

Tibi uero ſi diuitias animus cupit in mentibus tuis,
Sic facias, operam ſupra operam operare. idem.

χρήμασι γὰρ ψυχὴ πέλεται λειλοῖσι βροτοῖσιν. id eſt,

Pecuniæ enim anima ſunt miſeris mortalibus.

Menander.

βουλόμεθα πλουτεῖν πάντες, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα. id eſt,

Volumus diteſcere omnes, ſed non poſſumus.

Idem.

δύναμις πέφυκε τοῖς βροτοῖς τὰ χρήματα. id eſt,

Vis ſunt mortalibus diuitiæ. idem.

ἢν δ' ἔχωμεν χρήματα ἕξομεν φίλους. id eſt,

Si autem habebimus pecunias, habebimus amicos.

idem.

μίμνητο πλουτοῦν τοὺς πένητας ὠφελεῖν. id eſt,

Recordare diues exiſtens, pauperes iuuare.

idem.

μὴ σπεύδε πλουτεῖν μὴ δι' ὀλίγου πόνου γένῃ. id eſt,

Ne feſtina diteſcere, ne cito pauper fias.

idem.

πλούτῳ πεποιθὼς ἄλλα μὴ πείρῳ πονεῖν. id eſt,

Diuitijs confiſus iniuſta ne conare facere.

idem.

βάθυμος ὢν σὺ πλεῖσος πένης ἔσῃ. id eſt,

Piger exiſtens tu diues, pauper eris. idem.

χρυσὸς δ' ἀνοίγει παντὸς, κ' ἀΐδι. ῥ πύλας. id eſt,

Aurum autem aperit omnia, & inferni portas.

Palladas.

χρυσὲ πάτερ κολάκων, ἀλυπίας καὶ φροντίδων σύνι,
καὶ τὸ δέος σε φόβος, καὶ μὴ ἔχειν σ' ὀλύνει, id eſt,

Aurum pater adulatorum doloris & curæ fili,
Et habere te timor, & non te habere dolor eſt.

idem.

φεύγετε τοὺς πλουτοῦντας ἀναιδέως οἱ κοτυράνους,
μιτοῦντας πενίην μητέρα τοφροσύνης. id eſt,

Fugite diuites impudẽtes, habitãtes domos tirãnorũ
Odio habentes paupertatem matrem modeſtiæ.

Euripides.

χρυσὸς δὲ κρείσσων μυρίων λογων βροτοῖς. id eſt,

Aurũ aũt potentius infinitis ſermonibus hominibus.

Virgilius libro 3. Aeneidos.

-Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?
Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Ouidius libro 1. Faſtorum.

In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper ubiq; iacet.

Propertius libro 3. Elegia 5.

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas,
Nudus ad infernas ſtulte uehere rates.

Tibullus libro 3 Elegia 3.

Nam graue quid prodeſt pondus mihi diuitis auri?
Aruaq; ſi findant pinguia mille boues?
Quidue domus prodeſt Phrygijs innixa columnis?

Ibidem.

Et quæ præterea populus miratur in illis,
Inuidia quæ falſo plurima uulgus amat.
Non opibus mentes hominum curæq; leuantur,
Nam fortuna ſua tempora lege gerit.

Ibidem.

Nec me regna iuuant, nec Lydius aurifer amnis,
Nec quas terrarum ſuſtinet orbis opes.
Hæc alij cupiant, liceat mihi paupere cultu,
Securo chara coniuge poſſe frui.

Horatius Carmi. lib 3. Ode 1.

Sed timor & minæ,
Scandunt eodem quo dominus, neq;
Decedit ærata triremi, &
Poſt equitem, ſedet atra cura.

Ibidem.

Cur inuideudis poſtibus & nouo
Sublime ritu, moliar atrium?
Cur ualle permutem Sabina
Diuitias operoſiores?

idem epiſt. lib. 2. epiſtola 2.

Sit proprium cuiquam? puncto quod mobilis hora
Nunc prece, nunc pretio, nunc ui, nunc ſorte ſuprema
Permutet dominos, & cædat in altera iura.
Sic quia perpetuus nulli datur uſus & hæres
Herculem alterius, uelut unda ſuperuenit undam,
Quid uici proſunt? aut horrea? quidue Calabris
Saltibus adiecti Lucani, ſi metit Orcus?

Et parum infra.

Sunt qui non habeant, eſt qui non curat habere.

Iuuenalis ſatyra 10.

Sed plures nimia congeſta pecunia cura
Strangulat, & cuncta exuperans patrimonia cenſus.
Quanto delphinis balæna Britannica maior.

Ibidem.

Pauca licet portes argenti uaſcula puri
Nocte iter ingreſſus gladium contumq; timebis,
Et motæ ad lunam trepidabis harundinis umbram.
Cantabit uacuus coram latrone uiator.

ibidem.

Prima fere uota, & cunctis notiſſima templis
Diuitiæ ut creſcant & opes, ut maxima toto
Noſtro ſit arca foro, ſed nulla aconita bibuntur
Fictilibus tunc illa time, cum pocula ſumes
Gemmata, & lato ſetinum ardebit in auro.

Iuuenalis ſatyra 14.

-Nam diues qui fieri uult
Et cito uult fieri.- ibid m.
-Miſera eſt magni cuſtodia cenſus.

ibidem.

-Menſura tamen quæ
Sufficiat cenſus, ſi quis me conſulat, edam:
In quantum ſitis atq; fames & frigora poſcunt,

Dantes inferni Cantica. cap. 7.

Ho poi ueder figliol lacurta buffa
De ben che ſont commeſſi alla fortuna.
Per che lhumana gente ſi rabuffa:
Che tuto loro che ſotto la luna.
Et che fu gia de quæſte anime ſtanche

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nonne potebre far poſſar pur una. id eſt,
Iam potes uidere fili breuem turbinẽm
Bonorum, quæ ſunt commiſſa fortunæ,
Propter quæ homines ſeſe commouent:
Nam totum aurum quod infra lunam eſt,
Et quod unquam fuit & his animabus feſſis
Non poſſet nec unam quidem quietem facere.

De hac materia habes, ubi ſupra Cupiditas & paupertas.

Diuortium græce Διχόνοια ας ή & Διχοτομέω in duas partes diuido dicitur. Et eſt proprie matrimonij diſtractio, differtq; à repudium, quia repudium inter nondum cõiunctos fit, diuortium uero cõiunctorum eſt. Quare (ut ait Modeſtinus) diuortium inter uirum & uxorem fieri dicitur: repudium uero ſponte remitti uidetur, quod in uxoris perſonam non cadit.

Docilitas a doceo uenit, quod græce Διδάσκω dicitur, & Διδακτός ή docilis dicitur. Et autem docilitas prudentia erudiendi imperitos, ſecundum Iſidorum in Synonymis.

Docilitas eſt aptitudo bene acquirendi rectã opinionem ab alio, ſicut ſolertia à ſeipſo: ſecundum b. Tho. ſecunda Secundæ q. 48.

Docilitas eſt pars prudentiæ, qua homo ſolicite, frequenter & reuerenter applicat animum ſuum documentis maiorum, nõ negligẽs ea propter ignorantiam, nec contemnens propter ſuperbiam. b. Tho. ſecunda ſecundæ, q. 49. art. 3.

Docere nihil aliud eſt, quàm diſciplinæ, uel alterius cuiuſcunq; rei cognitionem dare. Virg. Docuit poſt exitus ingens.

Docilis & docibilis ita differunt: quia docilis eſt, qui facile docetur: docibilis uero, qui natura aptus eſt doceri.

DOctrina græce Διδασκαλία ας ή. & Διδάσκαλος doctor & magiſter dicitur. Doctrina modo pro actu ipſo docendi, modo pro diſciplina ſumitur: ut, Plinius uir in omni doctrinarum genere excellens.

1. Eſdræ 7.

Imperitos docete libere.

Prouerbiorum 8

Doctrinam magis quàm aurum eligite.

Ad Romanos 2.

Qui alios doces, teipſum doces.

Ibidem cap. 15.

Quæcunq; enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.

Auguſt. libro de doctrina Chriſtiana.

Debet diuinarum ſcripturarũ & doctor fidei ac debellator erroris, & bona docere, & mala dedocere, & hoc opere & ſermone conciliare aduerſos, remiſſos erigere, neſcientibus quod agitur, quid expectare debeant, intimare.

ibidem.

Doctor & ductor id agere debent, ut non ſolum intelligenter, uerum & libenter & obedienter obediatur.

Auguſt. lib. 3. de doctrina Chriſtiana.

Sicut gratus eſt qui cognoſcenda enubilat, ſi oneroſus, qui cognita inculcat. Nam delectandi gratia etiam nota dicuntur: ubi nõ ipſa, ſed modus quo dicuntur, attenditur.

Auguſtinus ſuper Ioannem.

Doctrina per malos palmes in ſepe, botrus in ter ſpinas. Caute lege, ne dum quæris fructum, laceres manum: & cum audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem

Auguſt. ibi in Eccleſia. 14.

Si me poſſes docere quod neſcio, non ſolum te uerbis, ſed & pugnis cedẽtem deberem patientiſſime ſuſtinere.

Auguſt. ſuper Eccleſia. 40.

Da & accipe, & iuſtifica animam tuam. i. uerbum doctrinæ proximis impende, & bonorum operũ exempla relinque, ut recipias præmiũ uitæ æternæ. Tibiæ & pſalterium ſuauem facient melodiam, & ſuper utraq; lingua ſuauis.

Hieronymus ad Demetriadem uirginem.

Multi iuxta ueterem elogium, cũ loqui neſciãt tacere non poſſunt: docentq; ſcripturas quas nõ intelligunt: & cum alij peruaſerint, eruditorũ ſibi aſſumunt ſupercilium: prius imperitorum magiſtri, quàm doctorum diſcipuli.

Ambro. ſuper Beati immaculati.

Ante uita quàm doctrina quærenda eſt. Vita bona ſine doctrina gratiam habet. Doctrina ſine uita, integritatem non habet.

Gregorius ſuper illud Prouerbio. 25. Doctrina uiri per patientiam noſcitur.

Tanto quiſq; minus oſtenditur doctus, quanto minus patiẽs. Neq; enim poteſt ueraciter bona docẽdo impendere, ſi uiuendo neſcit aduerſa æquanimiter tolerare.

Grego. ſuper illud Cant. 2. Neq; ſuſcitetis &c.

Si ſubditi aliquid peccãt propter quod doctores à quiete ſurgere cogantur, nõ tantum pœnã illius peccati iucurrunt, ſed etiã puniuntur pro inquietudine doctorum. Quia qui doctores cœleſtibus intentos inquietare præſumunt, etiam uirtutes quas habere ſe credebant, perdunt.

Idem libro 9. Moralium.

Quantacunq; doctrina mens polleat, grauis eius imperitia eſt, uelle docere meliorem.

Gregorius libro 24. Moralium.

Hoc habet propriũ doctrina arrogãtium, ut humiliter neſciant inferre quæ docent, & recta quæ ſapiũt, & recte miniſtrare non poſſunt. In uerbis em̃ eorum perduntur, qui cum docent, quaſi in quodã ſibi uident ſummitatis culmine reſidere, eoſq; quos docent, ut longe infra ſe poſitos, uelut in imo reſpiciunt. Quibus non conſulendo loqui, ſed uix dominando dignantur.

Ioan. Chryſ. lib. de Compunctione cordis.

Docere & non facere, non ſolum lucri nihil, ſed & damni plurimũ confert. Grandis cõdemnatio eſt componenti quidem ſermonem ſuũ, uitam uero ſuam atq; operam negligenti,

Ioan. Chryſ. in Polycratico, libro 6.

Si artẽ uſum̃q; diſſocies, utilior eſt uſus expers artis, q̃ ars quæ ſui uſum nõ habet. Ars infœcunda eſt

da eſt ſine uſu,& uſus temerarius ſine arte.

Idem ſuper illud Matth.23.Sup cathedram Moſi.

Qui male ſederit iniuriam cathedræ facit.In iudicio ſedens ſi bene uixeris & bene docueris, omnium iudex eris; ſi male uixeris & bene docueris,tui ſolius:Nam bene docendo populum inſtruis, quomodo populus debeat uiuere: ſed male uiuendo doces deum, quomodo te debeat condemnare.

Ioan. Chryſoſt ſuper illud Matt.23. Quæcunq; dixerint uobis facite.

Si bene uixerint,eorum eſt lucrum:ſi bene docuerint,ueſtrum eſt. Nolite diſcutere quod alienum eſt.Frequenter enim de malo homine bona doctrina procedit, ſicut terra uilis prætioſum aurum producit. Nunquid propter uilem terram prætioſum aurum contemnitur? Igitur ſicut aurum eligit & terra relinquitur, ſic & uos doctrinam accipite & mores relinquite.

Ibidem.

Doctrinam accipiamus, non mores. Apibus herbæ non ſunt neceſſariæ,ſed flores. Sic & uos flores doctrinæ colligite, & conuerſationes relinquite.

Ibidem.

Fidem prędicant,& infideliter agunt.Pacem alijs dant,& ſibi non habent.Veritatē laudant, & mendacia diligunt.

Iſidorus de ſummo bono libro 3

In lectione non uerba, ſed ueritas eſt amāda: ſæpe autē reperitur ſimplicitas ueridica, & falſitas compoſita,quæ hominem ſuis erroribus allicit, & per linguæ ornamenta laqueos dulces aſpergit.Nihil enim aliud agit amor mundanę ſcientiæ,niſi extollere laudib⁹ hominem. Nam quanto maiora fuerint ſtudia tanto animus arrogantiæ faſtu inflatus maiori intumeſcit iactā tia.

Ibidem.

Sicut inſtruere ſolet collatio,ita deſtruit contentio Hæc em̄ relicto ſenſu ueritatis lites generat, & pugnando uerbis etiam in deo blaſphemiam facit,inde hæreſis & ſchiſma, à quibus fides ſubuertitur, ueritas corrumpitur, charitas ſcindit.Contentionum ſtudium non pro ueritate,ſed pro appetitu laudis certatur. Tantaq; eſt in his peruerſitas,ut ueritati cedere neſciant, ipſamq; rectam doctrinam euacuare cōtendant. In diſputatione fidelium cauēda eſt propoſitio, artificioſa ſubtilitas,quæ callidis obiectionibus recta tendit.Ita enim uerſutis aſſertionibus praauorum diſputatio innodatur,ut recta eſſe ſimulent,quæ peruerſa perſuadent

Iſidorus libro Etymologiarum 2.

In phyſica cauſa quærēdi, in Ethica ordo uiuendi,in Logica ratio intelligendi uerſatur.

Bernardus ſuper Can.

Doctrinæ ſpecies non curioſitatem acuit, ſed charitatem accendit.

Ibidem.

Non minus pium eſt docere animum ſapientiam, quàm præbere eſcam corpori.

Hugo in Didaſcalicon libro 3.

Sunt quidam qui nulli arti quod ſuum eſt tribuere norunt, ſed in ſingulis legunt omnes. In grammatica de ſyllogiſmorum ratione diſputant.In dialectica inflexiones caſuales inquirūt: & quod magis irriſione dignum eſt in titulo totum ponunt. Legunt librum,& incipiunt, tertia uix lectione expediunt. Non omnia dicēda ſunt quæ dicere poſſumus,ne minus utiliter dicantur ea quæ dicere debemus.

Ibidem.

In omni doctrina breue aliquid & certū colligę quod in arcula memoriæ recondatur:unde poſt modum cum res exigit,aliqua deriuentur, hoc etiam ſæpe replicare, & de uentre memoriæ ad palatum reuocare,neceſſe eſt, ne longa intermiſſione aboleat.

Hugo lib.5.Didaſcalicon.

Lectio duobus modis animo faſtidium ingerere ſolet & affligere ſpiritum,& qualitate uidelicet,ſi obſcurior fuerit.& quantitate,ſi prolixior extiterit, in quo utroq; magno uti moderamine oportet,ne quod ad refectionem quæſitū eſt ſumatur ad ſuffocationem.

Caſſiodorus ſuper Pſalm.2.

Rudis dicitur nouus. Eruditus quaſi à rudi ſublatus,ab ignorantia diuiſus,& in doctrinæ finibus collocatus.

Origenes homilia 38 ſuper Leuiticum.

Clauſum habeat os peccator. Quia qui ſeipſum non docuit,alium docere non poteſt.

Beda de templo Salomonis.

Fruſtra ſibi officium doctoris uſurpant, qui diſcretionem catholicæ fidei ignorant: neq; ſanctuarium domino,ſed ruinam ſibi ædificāt,qui docere alios regulam quam ipſi non didicere, conantur.

Hilarius libro 4.de Trinitate.

Intelligentia dictorum eſt ex cauſis aſſumenda,quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus.

Seneca epiſtoli 34.

Omnia facta & dicta noſtra inter ſe congruant ac reſpondeant ſibi. Non eſt hic animus in recto,cuius dicta & acta diſcordant.

Seneca epiſt.27.

Eligamus non eos qui uerba magna celeritate præcipitant,& cōmunes locos uoluunt, & in priuato circulant̄, ſed eos qui uitā docēt, qui cū dixerint quid faciendum ſit, probant faciendo quod faciendum ſit: nec unquam in eo quod dixerint,fugiendum deprehenduntur.

Seneca ad Lucilium epiſt.27.

Cupio omnia quæ ſcio in alīū transfundere, & in hoc aliquid gaudeo diſcere ut doceā. Nec me ulla res delectabit, licet ſit eximia & ſalutaris,quam mihi uni ſecuturus ſilentium hac exceptione detur ſapientia, ut illam incluſam teneam, nec enuntiem,ſed reſpiciam.Nullius boni ſine ſocio iucunda eſt poſſeſſio.

Idem epiſt.35.

Eum exige doctorem, quem magis admireris cum uideris q̄ cum audieris.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idẽm epiſtola 45.

Quod ſentimus loquamur, quod loquimur, ſentiamus. Concordet ſermo cum uita. Ille promiſſum ſuum impleuit, qui cum uideas illum & cum audias, idem eſt.

Seneca de quatuor uirtutibus.

Quæ noſti, ſine arrogantia poſtulanti imparties. Quæ neſcis, ſine occultatione ignorantiæ tibi poſtula impartiri

Cicero libro 1. Rhetoricorum.

In omni genere cauſarum neceſſe eſt beneuolum, attentum, docilem efficere auditorem: Auditorũ enim beneuolentia captabitur, ſi res ab eis geſtæ fortiter, ſapienter, manſuete, magnifice proferentur. Attentos autem faciemus, ſi demonſtrabimus ea quæ dicturi ſumus magna, noua, incredibilia eſſe: aut ad illos qui audiunt, aut ad homines illuſtres, aut ad deos immortales, aut ad ſummã reipub. pertinere. Dociles audidores faciemus, ſi aperte & breuiter ſummã cauſæ exponemus. *Ibidem.*

Multos imitatio breuitatis decepit, ut cũ ſe breues putent eſſe, longiſſimi ſint: cum dent operã: ut res multas breuiter dicant. *Ibidem.*

Sæpe res minus eſt intellecta longitudine, magis q̃ obſcuritate narrationis.

Cicero libro 2. Rhetoricorum.

Peritia dicendi in tribus conſiſtit, natura, doctrina & uſu. Natura, ingenio: doctrina, ſciẽtia: uſu, aſſiduitate. Hęc ſunt em̃ quæ non ſolũ in oratore, ſed in unoquoq; homine artifice expetuntur, ut aliquid efficiat. *Ibidem.*

In exordiendo cauſam, ſeruandũ eſt ut leuis eſt ſermo, ut uſitata uerborũ conſuetudo, ut nõ apparata oratio uideatur. Vitioſum exordiũ eſt, quod nimis apparate cõpoſitum eſt, aut nimiũ eſt longum, & quod nõ ex ipſa cauſa notum uidetur, ut proprie cohæreat cum narratione: & quod neq; beneuolum, neq; docilem, neq; attẽtum facit auditorem. *Ibidem.*

Prouerbium eſt ſententia generalis, cui cõſuetudo fidem attribuit, opinio communis ſenſum accommodat, incorruptę ueritatis integritas acquieſcit.

Ariſtot. libro 1. Metaphyſicæ.

Hi ſoli docent, qui cauſas de ſingulis dicunt.

Ariſtoteles libro 6. Ethicorum.

Omnis doctrina eſt ex præcognitis.

Ariſtoteles libro 1. Poetriæ.

Doctrina naturaliter procedit de homine ad hominem, ſecundum comparationem quam habet doctor ad diſcipulum.

Ariſto. libro 1. Poſteriorum in principio.

Omnis doctrina & omnis diſciplina intellectiua, ex præexiſtenti fit cognitione.

Ariſtoteles libro 1 Elenchorum.

Oportet diſcentem credere.

Horat. epiſt. lib. 1. epiſtola 19.

Virtutem doctrina paret.

Dantes floren. inferni. cap. 10.

O uoi chaucti lintellecti ſani,
Mirate la doctrina, che ſafconde
Sottol uellame de liuerſi ſtrami. *id eſt,*
O uos qui habetis ſanos intellectus,
Miramini doctrinam, quæ abſconditur
Sub uelamine uerſuum allegoricorum.

De hac materia habes ſupra, ubi Diſciplina, & infra ubi Magiſter.

DOlor græce ἀλγεσ· εσσ τὸ & ἀλγέω doleo dicitur. Eſt autem dolor motus aſper in corpore & ſenſibus alienus, ſecũdum Ciceronem libro 2. Tuſcul. q.

Dolor eſt ægritudo crucians, ſecundum eundem libro 4. Tuſcul. q.

Dolor eſt offenſio animæ ex carne, & quæda ab eius paſſione diſſenſio, ſecundum Auguſtinũ lib. 14. de Ciuitate dei.

Dolor eſt paſſio animæ in appetitu ſenſitiuo uel intellectiuo, ſecundum beatum Thomã prima ſecundæ q. 35. ar. 1.

Dolor dicitur à dolando. Eſt enim dolare ſiue edolare, minuere. Et eſt fabrorũ, cum materiæ complanatur aſperitas: unde dolatus, id eſt, leuigatus, Iuuenalis: Dolato confiſus ligno. Et dolabra inſtrumentum quo dolantur, id eſt, explanantur ligna. Iuuenalis. Si lentus pigra muniret caſtra dolabra. Ideoq; dicitur dolor: quia ſicut lætitia augẽtur corpora, ita dolore minuũtur: unde eſt illud Prouerbiorum 17. Animus gaudens ætatem floridam reddit: ſpiritus triſtis, exiccat oſſa.

Eſdræ 4. cap. 10.

Nunc ergo retine apud temetipſum dolorem tuum, & fortiter fer qui tibi contigerunt caſus.

Hieronymus libro 4. contra Ruffinum, & dicit fuiſſe Ariſtotelis ſententiam.

Cor non comedendum, id eſt, mœrorem de animo deponendum.

Gregorius libro 7. Moralium.

Qui peregrinationem propriam diligit, dolere etiam inter dolores neſcit. Iuſti autem uerba dolore ſunt plena: quia quouſq; præſentia tolerat, ad aliud loquendo ſuſpirat.

Seneca ad Lucilium epiſt. 64.

Nobis autem ignoſci poteſt prolapſis ad lachrymas, ſi non nimie decurrerint, ſi illas ipſi repreſſerimus. Nec ſicci ſint oculi ſocio amiſſo, nec fluant. Lachrymandum eſt, non plorandũ: Per lachrymas argumenta deſiderij quærimus, & dolorem non ſequimur. ſed offendimus.

Ibidem.

Finem dolendi qui conſilio non fecerit, tempore inuenit.

Seneca epiſtola 63.

Turpiſſimũ eſt in homine prudente remediũ mœroris, laſſitudo mœrendi. Malo relinquas dolorem q̃ abillo relinquaris. Annum fœminis conſtituere maiores ad lugendum: non ut tandiu lugerent, ſed ne diutius. Viris nullum legitimum tempus eſt, quia nullum honeſtum. Quã mihi ex his mulieribus dabis, uix retractis à rogo, uix à cadauere reuulſis, cui lachrymæ

in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in totum menſem durauerint, nulla res citius in odium uenit, q̄ dolor qui recens conſolatorem inuenit, & aliquos ad ſe adduxit. Inueteratus uero deridetur, nec immerito, aut enim ſimulatus, aut ſtultus eſt.

Seneca epiſtola 79.

Vinceris à dolore, ſi ceſſeris: uinces, ſi ei contra dolorem intenderis. *Ibidem.*

Magnos cruciatus habet morbus, ſed hos tolerabiles interualla faciunt. Summi doloris intenſio cito inuenit finem. Nemo poteſt ualde dolere, & diu. Sic nos amantiſſima noſtri natura diſpoſuit, ut dolorē aut tolerabilem, aut breuem faceret. Hoc itaq; ſolatiū uaſti doloris eſt.

Seneca in Prouerbijs.

Animo dolenti nihil oportet credere. Etiam innocentes cogit mentiri dolor. Homo ne ſit ſine dolore, fortunam inuenit: læſo doloris remedium eſt, inimici dolor. Dolor decidit, ubi quo creſcat, non habet.

Cicero lib. 1. de Finibus bonorum & malo.

Neq; porro quiſq; eſt, qui dolorem ipſum q̄a dolor ſit, amet. Cōſectetur, ſi adipiſci uelit; ſed quia nonnunq; eiuſmodi tempora incidunt, ut labore & dolore magnam aliquam quærat uoluptatem.

Ibidem.

Dolores ſuſcipiantur maiorum dolorum et fugiendorum gratia.

Cicero libro 2. Tuſcul. quæſtio.

Triſtis enim res eſt, dolor ſine dubio: Aſpera, amara, inimica naturę ad patiendū tolerandūq; difficilis. Aſpice Philoctetam, cui credendum eſt gementi? ipſum enim Herculem uiderat in Oeta, magnitudine dolorum eiulantem.

Ibidem.

Satis mihi dediſti, cum reſpondiſti: Maius tibi uideri malum dedecus, quam dolorem.

Ibidem.

Conſuetudo enim laborum, perpeſſionē dolorum efficit faciliorem.

Ibidem.

Ipſe labor quaſi callum quoddā obducit dolori. *Ibidem.*

Appellata eſt enim ex uiro uirtus. Viri autē propria maxime eſt fortitudo: cuius munera duo maxima ſunt, mortis doloriſq; contēptio.

Ibidem.

Contēno magnitudinē doloris, à qua me breuitas tēporis uindicabit ante pene q̄ inuenerit.

Ibidem.

Si ſummus dolor eſt, breuem eſſe neceſſe eſt.

Ibidem.

Sed hoc idem in dolore maxime eſt pudendum ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignaue, ne q̄d ſeruiliter muliebriterue faciamus.

Ibidem.

Ingemiſcere nonnunq; uiro conceſſum eſt, idq; raro, eiulatus ne mulieri quidem.

Ibidem.

Si gemitus in dolore ad confirmandum animum ualebit, utemur, ſin erit ille gemitus lamentabilis, ſi imbecillus, ſi abiectus, ſi flebilis, ſi ſe dederit, uix eum uirum dixerim: quid enim gemitus ſi leuationis aliquid afferret, tamen uideremus quid eſſet fortis & animoſi uiri: cum uero nihil imminuatur doloris, cur fruſtra turpes eſſe uolumus?

Seruius Sul. epiſt. ad Cic. conſolatoria.

Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atq; molliat.

Iuuenalis Satyra 13.

–Flagrantior æquo
Non debet dolor eſſe uiri, nec uulnere maior.

Ouidius libro 2. de Remedio amoris.

Filius hunc miles, hunc filia nubilis angit:
Et quis non cauſas mille doloris habet?

Dolus græca dictio eſt, nam Δόλος ου. ὁ, & Δόλιος ου. ὁ doloſus dicitur. Eſt autem dolus omnis callidi/tas, fallacia, machinatio ad circunueniendum, fallendum & decipiendum alterum adhibita, ut habetur lib. 1. ff. de dolo.

Dolus eſt executio aſtutiæ, qua excogitatæ fuerunt uiæ non bonæ ad exequendū aliquem finem bonum uel malum, b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 45. art. 4.

Dolus proprie accipitur tantum in malo, ſed abuſiue etiam in bono. Ex b. Thoma ſecunda ſecundæ, ubi ſupra.

Dolus principaliter fit in uerbis, ſecundum beatum Thomam ibidem. Fraus uero proprie in factis. Quare Ouid. libro primo Metamorphoſeon utrunq; unico uerſu comprehendit dicens: In quorum ſubiere locum fraudesq; doliq;.

Dolus à dolādo. i. minuendo dicitur, de quo uerbo ſupra in Dolor diximus. Dolus quod nunc in malam tantū partem accipitur, hoc eſt pro fraude ſiue machinatione ad fallendum alium; ueteres etiam bonam partem accipiebāt pro ſolertia ac calliditate, qui præſertim aduerſus hoſtes ſiue latrones adhibetur. Quare nunc dolum malum dicimus, quoniam bonus etiam dolus à ueteribus dicebatur. Labeo: Dolum malum dicimus eſſe omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumuenien/dum, fallendum, decipiendum ve alterum adhibitum. Vlpianus: Non fuit autem contentus præter dolum dicere, ſed adiecit malum, quoniam ueteres etiam dolum bonum dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant, maxime ſi aduerſus hoſtem latronemve machinare/tur. Hinc dolones uirgæ ſiue conti, in quibus tanq; in uaginis latent pugiones, dicti à fallendo, quod decipiant ferro, cum igni ſpeciem præ ſe ferant. Virgilius: Sæuosq; ferunt in bella dolones.

Dominium uel dominatio græce Δεσποτεία ας. ἡ. & Δεσπόζω dominor, ὁ δεσπότης ου. ὁ. dominus dicitur. Eſt autem dominium ius habendi, poſſidendi, fruendi & utendi, ac diſponendi de aliqua re pro libito uoluntatis, uel ſecundum aliquem determinatum modum, à quadam ſuperioritate uel authoritate diffinitum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dominus à domo domas dicitur, & is proprie dicitur, qui domus imperium habet, & cui omnis familia paret, ex quo factum eſt, ut domin⁹ & ſeruus relatiua ſint, & domini appellatio ad omnes eos propagata ſit, quia alicuius rei proprietatem habent, etiamſi uſus fructus alienus ſit. Item dominus dicitur is, cui populi ſubſunt. Virgilius:

Romanos rerum dominos gentemq; togatam.

Domus græce οἰκία, ας. ἡ & οἰκιακός, ἡ, ὸν. domeſticus dicit. Eſt autem domus quotidiana ſocietas, ſecundum Ariſtot. libro 1. Politicorum,

Domus græcum uidetur, illi enim λῶμα, ατ◎. τὸ. tectum appellant.

Domus proprie eſt ædificium ad habitandū factum, quod ex tecto & pariete conſtat. Ponitur tamen pro quocunq; habitaculo. Vnde etiam nidos auium domos dicimus. Virg. Anti quasq; domos auium cum ſtirpibus imis Eruit. Domus facit genitiuo domi uel domus: quando domi, locum ſignificat, ut domi ero: quando domus, ſignificat ipſum corpus uel ædificium, ut tectum domus corruit.

Donatio græce λωρίε. ας. ἡ. & λῶρον. ου. τὸ. donum dicitur. Eſt autem donatio rei licitæ nullo iure cogente mera liberalitate facta collatio, ſecūdum Hoſtienſem.

Donatio dicitur quaſi dono datio, ut hab. ff. de dona. cauſa mortis, l. Senatus. §. 1.

Donum aliqui nolunt græcum eſſe λῶρον. ου. τὸ. Et eſt datio irreddibilis, ſecundum Arift. li. 4. To.

Donum quomodo differat à munere, & præmio: uide infra in Munus.

De hac materia uide infra in Munus.

Donaria non ſunt loca, in quibus dona reputantur, ut quidam putant male ſentientes, ſed ſunt ipſa dona quæ diis offeruntur, ſacrasq; mēſas & aras ornant. Macro. Ornamēto uero ſunt clypei, coronæ, & huiuſmodi donaria.

Dormitio græce κοίμησις. εως. ἡ. & κοιμάομαι dormio dicitur. Quid autem dormitio ſit, uide infra in Somnus.

Dos græce δώρη. ης. ἡ. Et eſt donatio facta a patre mulieri, uel ab extraneo, uel facta à muliere ipſi uiro pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, ſecundum Canoniſtas Gof. & Ho. in cap. Raynutius de teſta.

Dos non ſolum ea dicit, quæ marito abuxore datur, unde bona dotalia. Sed etiā quicquid alicui datū eſt, uel à natura, uel ab hoibus, unde dotes animi dicimus, prudentiam, iuſtitiam, cæteras q; uirtutes. Item dotes corporis, uires, pulchritudinem, bonam ualetudinem, & alia huiuſmodi. Dicitur autem dos à dodas.

Dubitatio græce ἀπορία, ας. ἡ. & ἀπορέω dubito dicitur. Eſt autem dubitatio iudicio deficiente acceptio utriuſq; partis cum formidine, & ad neutram partem determinatio.

Dubium græce ἀμφίβολον. ου. τὸ. & ἀμφιβάλλω dubito dicitur. Eſt autem dubium motus indifferens in utranq; partem contradictionis, ſecundum Iſidorum libro Etymologiarum.

Dubium eſt æqualitas rationum contrariorum, ſecundum philoſo.

Dubius à de & habeo cōponitur, quaſi debens, hoc eſt non intelligens, unde ſit dubito, & ſub dubito .i. aliquantulum dubito, & ſubdubius aliquantulum dubius, & dubietatio & dubietas quo ueteres utebantur.

Duellum græce μονομαχία, ας. ἡ. & μονόμαχος. ὁ. gladiator dicitur. Eſt aūt duellum pugna duorum p probatione uirtutis. Ita, ut qui uicerit probaſſe dicat: & ſi non uicerit, defeciſſe in probatione putetur. Et dicitur duellum, quaſi duorum bellum. Poteſt q; μονομαχία dici ſingularis pugna.

Dulcedo græce γλυκύτης. ητ◎. ὁ. & γλυκῦς. ύ◎. dulcis dicitur. Eſt autem dulcedo proprie in corporalibus, ſcilicet ſapor reficiens, quietans, & delectans guſtum. Sed metaphoricos dulcedo animi eſt etiam in ſpiritualibus, b. Tho. 4. Sententdiſt. 34. q. 1. ar. 5.

Dulce & dulcedo ueniunt à uerbo delicio, quod eſt elicio, quod dulcia maxime nos allicinant. Guſtus enim qui eſt ſenſus ex omnibus maxime uoluptarius, dulcedine maxime mouetur. tem dulciculus diminutiuum.

Dulia græca dictio eſt, δουλία, ας. ἡ. ſeruitus dicitur & δοῦλος. ου. ὁ. ſeruus. Eſt aūt dulia honor & ſeruitus debita creaturæ. Latria uero eſt honor & ſeruitus debita ſoli deo. Ideo differunt ſpecie. Ex beato Thoma ſecunda Secundæ, quæſtione 103. articulo 3.

Duricies græce σκληρότης. ητ◎. ἡ. & σκληρός. ά. ό. durus dicitur. Eſt autem durum quod non cedit in ſe ipſum ſecundum ſuperficiem, ſecundum Ariſtotelem libro 4. Meteororum.

Durum proprie eſt ſolidum ac firmū, cuius contrarium eſt molle. Per metaphoram aūt durum aliquando pro aſpero & nocēti ponimus. Vir. Aut durum tineæ genus. Idem: Quid iuuenis magnum cui uerſat in oſſibus ignem Durus amor. Inde durities, hoc eſt firmitas, ſoliditas, aſperitas, crudelitas q;. Et durare patienter ferre. Virgi. Durate & uoſmet rebus ſeruate ſecundis. A durum fit durities & duritia in eodem ſignificato, ſic & duritas & duritudo, teſte Gellio libro 19. Noctium Atticar. Cato: Qui illius imprudentiam, qui norit duritudinem.

Ebrietas græce μέθη. ης. ἡ. & μέθυσις. εως. ἡ. ebrius, & μέθυω inebrio dicitur. Eſt autem ebrietas appetitus bibendi ultra mentem, ex quo prouenit rationis priuatio.

Ebrietas eſt per quam menti quædam ſui obliuio generatur, ex ſuperfluorum potuum indulgentia, ſecundum iſidorum libro Etymologiarum.

Ebrietas eſt priuatio uſus intellectus facta ad aliquod tempus ex immoderato potu uini, uel cuiuſcunq; alterius rei potabilis.

Ebrius & ebrioſus ſic differunt, quod ebrius eſt qui nimio potu eſt alienatus mēte, ebrioſus qui ſæpe fit ebrius. Ita ebrietas & ebrioſitas, quod ebrietas ſit ex cauſa, ebrioſitas ſit ex moribus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ribus. Ab ebrius fit inebrio, & eius paſſiuū inebrior, & ebrioſe aduerbium. i. ad ebriū ſimilitudinem. Et ebriolouerbum dicebant antiqui. Laberius. Ebriolati mentē hilariam arripiunt.

Prouerbiorum cap. 20.

Luxurioſa res uinum & tumultuoſa ebrietas. Quicunq; his delectatur non erit ſapiens.

Ibidem cap. 21.

Qui diligit epulas in egeſtate erit. Qui amat uinum & pinguia non ditabitur.

Ibidem ca. 23.

Noli eſſe in conuiuijs potatorum, nec in comeſſationibus eorum qui carnes ad uescēdum conferunt. Quia uacātes potibus & dātes ſymbola conſumentur. *ibidem.*

Nonne his q commorant in uino, & ſtudent calicibus epotandis, Veh. Ne intuearis uinum quando flaueſcit, cū ſplenduerit in uitro color eius. Ingreditur blande, & in nouiſſimo morde bit, ut coluber, & ſicut regulus uenena diffundet. Oculi tui uidebunt extranea, & cor tuum loquetur puerſa, & eris ſicut dormiēs in medio maris, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo, & dices: Verberauerunt me, ſed non dolui, traxerunt me, & ego non ſenſi. Quando euigilabo & rurſus uina reperiam.

Eccleſiaſtici capite 19.

Operarius ebrioſus non locupletabitur.

Ibidem.

Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguunt ſenſatos.

Ibidem capite 31.

Nec comprimaris in conuiuio uino.

Ibidem.

Quam ſufficiens eſt homini erudito uinum exiguum? & in dormiendo non laborabis ab illo, & non ſenties dolorem.

Ibidem.

Diligentes in uino noli prouocare, multos enim exterminauit uinum. Ignis probat ferrum durum, ſic uinum corda ſuperborum arguet in ebrietate potatum. *ibidem.*

Vinum in iucunditatem creatum eſt, & non in ebrietatem ab initio.

Ibidem.

Exultatio aīæ & cordis uinū moderate potatum. Sanitas aīæ & corpori ſobrius potus.

Ibidem.

Vinum multum potatum irritationem, & iram, & ruinas multas facit.

Ibidem.

Amaritudo animæ uinū multum potatum.

Ibidem.

Ebrietatis animoſitas imprudentis offenſio, minorans uirtutem, & faciens uulnera.

Ibidem.

In conuiuio uini nō arguas proximū, & non deſpicias eū in iucunditate illius. Verba impropериj nō dicas illi, & non p̄mas illū in repetēdo.

Iſaias capite 5.

Veh qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſque ad ueſperam, ut uino æſtuetis.

Ibidem.

Veh qui potentes eſtis ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miſcendam ebrietatem.

Iſaias capite 28.

Verum hi quoq; præ uino neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt.

Oſeæ capite 4.

Fornicatio & uinū, & ebrietas auferunt cor.

Paulus ad Epheſios capite 4.

Nolite inebriari uino, in quo eſt luxuria.

Auguſt. ad ſacras uirgines.

Ebrietas eſt flagitiorum omnium mater cuiparumq; materia, radix criminum, origo uitiorum, turbatio capitis, ſubuerſio ſenſus, tēpeſtas linguæ, procella corporis, naufragium caſtitatis, amiſſio temporis, inſania uoluntaria, ignominioſus languor, turpitudo morum, dedecus uitæ, honeſtatis infamia, animæ corruptela.

Ibidem.

Ebrietas in utroq; ſexu cuncta mala appetit, & nefanda committit. Vt ait Apoſtolus, Regna cæleſtia appetentibus denegat.

Ibidem.

Quiſquis immoderatus conuiuioq; medius amiſſis modeſtiæ frenis inſana fuerit ebrietate proſtratus, auerſus reſpicit ſtātes, quos integros uidere nequit, aut ſermone lōgo ſuperflua uerba emittit, & uana dicta componit, Male clamans & bene ſibi ſonans.

Ibidem.

Ebrius uultu deiecto ſupinus accumbit, & ſui omnino neſcius ſpectaculum ſe conuiuio præbet, & dū nihil conſequatur ſanū, nullo cogente p̄ter uinū cordis ſui arcana patefacit, & amicorum ſibi cōmiſſa ſecreta in medium prodit.

Ibidem.

Aſſumit inter pocula iniuſta certamina, & nullis exiſtētibus cauſis aſperam excitat rixam, q̄a interponendo uerba uana alioq; ſana dicta non patitur audire; ſed in cōtumeliam erigitur conuiuarum, & proximorum crimina.

Ibidem.

Vinum potatum moderate eſt medicamentum, plus iuſto ſumptū uenenum eſſe cognoſcitur. Iucunditati non ebrietate creata eſt uini materia.

Ibidem.

Per uinolentiam plurimi plurimæq; à ſancto pioq; proposito excidere. Et ſui obliti amiſſi honoribus ignobiles remanſerunt, & ſedibus paternis profugi, uiam ut ſumpſerunt finierunt.

Ibidem.

Innumerabiles iugum damnationis diu recuſantes uinolentia in alienum redegit arbitrium. Alexander omnium uictor uino uictus. Infiniti uero nimio uino impellēte iniuſta impiaq; homicidia commiſerunt. Quam plurimæ urbes diu obſeſſæ, nec raptæ, cuſtodibus ſomno uinoq; ſepultis ab hoſtibus patefactæ ſunt, & incendijs conſumptæ.

Ibidem.

In

In ebrijs non ratio ulla, non ullū uitæ gerendæ conſilium, nec ulla artiū, nec geſtorum, aut lectionū memoria, aut induſtriæ prouidentia.

Ibidem.

Sobrietas in fœminis ad terram deponit aſpectum, ebrietas autem amiſſo pudore inuerecundos erigit uultus.

Auguſtinus ad ſacras uirgines.

Sobrietas cum ſumma trepidatione & ſilentio irreprehēſibile emittit uerbū. Ebrietas uero impuderatū facit fœminæ ſermonē & uultum.

Ibidem.

Sobrietas eſt mens & ſenſus mēbrorum omnium corporiſq; tutela. Caſtitatis pudicitiæq; munimentum, pudori proxima, amicitiæ pariſq; ſerua, honeſtatiq; ſemper coniuncta, criminumq; & uitiorum omnium profuga.

Ibidem.

Sobrietas eſt recti iudicij tenax memoriæ recordationiſq; inſeparabilis ſapiētia, ſecretorum cuſtos, arcani uelamen lectionum & doctrinæ capax, ſtudiorum & artium bonorum diſcipli/na, paritei & magiſtra ingeniorum, & capienda rum pediſſequa, bonæ famæ ſemper auida, ſa/lubria atq; utilia creans, uirtutis ſingulare auxilium, cuncta cum ratione diſponens, in congregatione honeſtorum ſemper ingerens.

Auguſtinus epiſtola 140.

Valde turpe eſt, ut quē nō uincit homo, uincat libido: & obruat uino, qui non uincit ferro.

Idem in ſermone.

Ebrietas eſt blādus dęmon, dulce uenenum, ſuaue peccatum, quam qui habet ſeipſum non habet, quam qui facit, peccatum non facit, ſed ipſe totus eſt peccatum.

Idem libro de Pœnitentia.

Ebrioſus cum abſorbet uinum abſorbet à uino, abominat à deo, deſpicit ab angelis, derideť ab hominibus, deſtituitur ab uirtutibus, cōfunditur à dæmonibus, conculcatur ab omnibus.

Idem ibidem.

Ebrioſus cōfundit naturam, amittit gratiā, perdit gloram, incurrit dānationem æternam.

Auguſtinus ſup Geneſim libro 5.

Ebrietas decipit, quem Sodoma nō decepit. Vritur ille flammis mulierum, quem ſulphurea flamma non urebat.

Hieron. ad Oceanum.

Noe ad unius horæ ebrietatem nudauit fœmoralia ſua, q̄ per ſexcentos annos contexerat.

Idem ad Titum.

In uino luxuria eſt, & ubicunq; ſaturitas & ebrietas, ibi libido dominatur.

Hieron. epiſtola 37.

Venerem diſtentum mero & cibo ſequitur uoluptas genitalium.

Hieron. epiſt. 33. ad Euſtochium.

Vinum & adoleſcentia, duplex incendium uoluptatis. Quid oleum flammæ adijcimus?

Hieron. epiſt. 83. exponens illud. Non oportet epiſcopum eſſe uinolentum.

Vinolentia ſcurrarū eſt. Venter enim mero æſtuans cito deſpumat in libidinē. In uino ēn eſt luxuria, in luxuria eſt uoluptas, in uoluptate impudicitia. Qui ēn luxuriať uiuens mortuus eſt. Qui aūt inebriatur & mortuus & ſepultus.

Ioan. Chryſoſt. ſuper Matthæum.

Nihil eſt ita dæmoni amicum, ſicut ebrietas & laſciuia, quæ eſt mater omnium uitiorum. Ante omnia autem uitetur à clericis, quæ omnium peccatorum radix ac nutrix eſt.

Iſidorus de ſummo bono libro x.

Gulæ ſaturitas nimia, aciem mentis obtundit, ingeniumq; euertere facit.

Bernardus de Sex alis Seraphin.

Ebrietas eſt parens litiū & furoris, mater petulantiæ, deformitatis magiſtra. Hanc qui habet, peccatum non facit, ſed ipſe peccatum eſt. Ebrietas eſt dæmon blādus, uenenum dulce, rabies uoluntaria, illecebra uoluptatis, & pudoris iniuria, quam nullus nouerit chriſtianus.

Boetius libro de Scholaſti. diſciplina.

Comeſſationibus & ebrietatibus ſpecies data permutatim cum prædicta, tanq; cauſa ad cauſatum genus gaudet ſuſtineri. Coitū enim facit ebrietas relatiue, necnō & cętera uitiorum genera. Vinum aūt modice ſumptū acuit ingeniū, & intellectui uidetur afferre acumen. Non modice aūt ſumptum rationē perturbat, intellectū hebetat, memoriam eneruat, obliuiōem immittit, errorem infundit, ignauiā producit. Vbi eſt ebrietas ibi dominatur fortuna, ubi fortuna, ibi nulla ſapiētia, ſed inſipiētia peruagat.

Origenes homilia 37.

Sobrietas omnium uirtutum mater eſt. Sic econtrario ebrietas omnium uitiorum origo.

Innocentius de Miſeria hominis.

Quid turpius ebrioſo? Cui fœtor in ore, tremor in corpore, qui promit ſtulta, ꝓdit occulta, cui mens alienatur, facies transformatur.

Seneca ad Lucil. epiſtola 84.

Quemadmodum muſto dolia ipſa rumpuntur, & omne quod in imo iacet, in ſummā partem uis caloris eiectat: ſic uino exæſtuāte, quicquid in imo iacet abditum effertur & prodit in medium. Onerati mero quemadmodum non continent cibum uino redundante: ita ne ſecretum quod ſuū eſt, & alienū pariter effundunt.

Ibidem.

Audi quemadmodū Zenon uir maximus colligat uirum bonū nō futurum ebriū. Ebrio nemo ſecretū ſermonem cōmittit. Vir ergo bonus ebrius nō erit. Quēadmodum oppoſita interrogatiōi ſimili derideatur, attēde. Dormienti nemo ſecretū ſermonem cōmittit. Viro aūt bono cōmittit. Vir ergo bonus non dormit.

Ibidem.

Interim ſi hoc colligere uis, uirū bonū nō debere ebriū fieri, cur ſyllogiſmis agis, dic, q̄ ſurpe ſit plus ſibi ingerere q̄ capiat, & ſtomachi ſui non noſſe menſurā. Quam multa ebrij faciūt, quibus ſo brij erubeſcūt. Nihil aliud eſſe ebrietatem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tatem, quam uoluntariam inſaniam. Extende in plures dies illum ebrij habitum, nunquid de furore dubitabis? Nunc quoq; non eſt minor, ſed breuior. *Ibidem.*

Refer Alexandri Macedonij exemplum qui Clitum chariſſimum ſibi ac fideliſſimum inter epulas transfodit, & intellecto facinore mori uoluit. Cogita quas clades ediderit publica ebrietas Hæc acerrimas gentes bellicoſasq; hoſtibus tradidit, Hæc multorum annorum pertinacia bello defenſa mœnia patefacit. Hæc contumaciſſimos & iugum recuſantes in alienum redegit arbitrium. Inuictas enim acies mero domuit. *Ibidem.*

Alexandrum cuius modo feci mentionem tot itinera, tot prælia, tot hyemes per quas uicta temporum, locorumq; difficultate tranſierat, tot flumina ex ignoto cadentia tot maria tutũ dimiſerunt, intemperantia bibendi, & ille Herculaneus ac fatalis ſcyphus ſubmerſit. Dic ergo quare ſapiens non debeat ebrius fieri? Deformitatem rerum & inopportunitatem oſtende rebus non uerbis, quod facilimum eſt.

Ibidem.

Certe detegit omne uitium ebrietas & incendit, ubi poſſedit animũ nimis uis uini, quicquid mali latebat, detegit uel mergit. Nõ facit ebrietas uitia, ſed protrahit. Tunc impudicus morbum profitetur, ac publicat. Tunc petulans nõ linguam, non manum continet, creſcit inſolenti ſuperbia, credulitas fæuo, malignitas liuido omne uitium graſſatur & prodit.

Ibidem.

Adijce illum ignoratione ſui dubia, & parum explanata uerba, incertos oculos, gradum errantem, uertiginem capitis, tecta ipſa mobilia, uelut aliquo turbine circũagente totã domũ, ſtomachi tormenta, cum efferueſcit merum ac uiſcera ipſa diſtendit. Tunc tamen utcunque tolerabile eſt, dum illis uis ſua eſt. Quid cum ſomno uitiatur, quæ ebrietas fuit, crudelitas facta eſt. *Ibidem.*

Quæ gloria eſt capere multum, cum penes te palma fuerit, & ſuperſtes toti conuiuio fueris, cum omnes uiceri uirtute magnifica, nemo uini tam capax fuerit, uincere à dolio.

Ibidem.

Ebrietates continuæ animos in furorẽ adducunt. Nam cum ſæpe apud ſe non ſunt, conſuetudine inſaniæ durata uitia uino concepta etiã ſine ullo ualent. Vinolentiam enim uiolentia ſequitur. *Ibidem.*

Certe eruit omne uitiũ ebrietas, & incendit & detegit, obſtantiũ malis conatibus uerecundiã remouet. *Seneca in prouerbijs*

Abſentem lædit, qui litigat cum ebrio.

Laertius Dioge. de uita & mori philoſophorum.

Anacharſis illud dictum memoratur, uitem tuas tris ferre, primam uoluptatis, ſecundam ebrietatis, tertiam mœroris.

Ibidem.

Rogatus Anacharſis quo pacto quis abſtemius fieret: ſi turpes inquit ebriorum motus ſibi ante oculos ponat. *Ibidem.*

Ab adoleſcẽte cõuiua Anacharſis paſſus contumeliã. Adoleſcens inquit: Si modo cũ iuuenis es uinũ nõ fers, quando ſenueris aquã feres.

Macrobius libro 1. ſuper Somnum Scipionis.

Comes ebrietatis obliuio eſt, opinio, his ortus eſt memoriæ defectus.

Macrobius Saturnalium libro ſeptimo.

Nam ſicut in præcipiti ſtantem, uel leuis tactus impellit, ita uino uel infuſum uel aſperſum paruus quoq; dolor incitat in furorem.

Ibidem.

Quis enim ambigit eum, qui diuerſo uino utitur, in repentinam ruere ebrietatem nec dum hoc potus copia poſtulante. Qui autẽ fiunt crebro ebrij, cito ſeneſcunt. Alij autẽ tempus cõpetentis ætatis uel caluicio, uel canicie inſigniuntur, quæ non niſi inopia caloris eueniunt.

Valerius Maximus lib. 2. tit. de inſtitutis antiquis.

Vini uſus Romanis fœminis ignotus fuit, ne ſi in aliq̃d dedecus prolaberentẽ. Quia proximus à Libero patre tẽperantiæ gradꝰ ad incõceſſam Venerem eſſe cõſueuit. Quæcunq; enim fœmina uini uſum immoderate appetit, & uirtutibus ianuam claudit & delictis aperit.

L. Apuleius Floridorum libro 3.

Sapientis uiri ſuper menſam celebre dictum eſt, Prima inquit cratera ad ſitim pertinet, Secunda ad hilaritatem, Tertia ad uoluptatem, Quarta ad inſaniam.

Ariſt. libro 5. Politicorum.

Non de facili poteſt inuadi, qui eſt ſobrius, ſed qui eſt ebrius, nec qui eſt uigil, ſed qui eſt dormiens. *Ariſt. libro 7. Polit.*

Iuuenes maxime ab ebrietate cuſtodire opoſtet. *Ibidem libro octauo.*

Ebrietas homines impetuoſos facit.

Menander.

καλὸν τὸ πίφειν ἢ τὸ πολλὰ κραιπαλᾶν·

Pulchrum ſobrium eſſe q̃ multa crapulari

Ibidem.

ὁ πολὺς ἄκρατος μικρὰ διαγκάζει φρονεῖν

Multum mirum pauca cogit ſapere.

Plautus in Pſeudulo.

Magnum hoc uitium ineſt uino, pedes captat patrum, luctator doloſus eſt.

Terentius in Eunucho.

Sine Cerere & Libero friget Venus.

Virgilius de uino & Venere.

Nec Veneris, nec tu uini capiaris amore,
Vno nanque modo uinã Venusq; nocent.
Vt Venus eneruat uires. ſic copia uini.
Et tentat greſſus, debilitatq; pedes.
Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri.
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum ſæpe petit ferus exitiale Cupido,
Sæpe manus itidem Bacchus ad arma uocat.
Denicq; cum mentes hominum furiarit uterq;
Et pudor, & probitas, & metus omnis abeſt.

Compẽ

Compedibus Venerem, uinclis aſtringe Lyæum,
Nec te muneribus lædat uteráꝫ ſuis.
Vina ſitim ſedant, natis Venus alma creandis,
Sed fines horum tranſilijſſe nocet.
Ouidius Metamor. libro 7. fabula 14
-Necnon & carmina uino
Ingenium faciente canunt.
Ouidius libro Metamor. 12. fab. 4.
Et ebrietas geminata libidine ſurgit.
Ibidem.
Vina dabant animos.
Ibidem.
-Vinoꝫ leuant, curasꝫ ſitimꝫ.
Ouidius Amo. lib. 1. elegia 6.
Nox & amor uinumꝫ nihil moderabile ſuadent,
Iſta pudore uacat, Liber Auroráꝫ metu.
Idem libro 1. de Arte amandi.
Vina parant animos, faciuntꝫ caloribus aptos
Cura fugit, multo diluiturꝫ mero.
Tunc ueniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit,
Tunc dolor & curæ rugaꝫ frontis abit.
Tunc aperit mentes æuo rariſſima noſtro
Simplicitas, artes excutiente deo.
Propertius libro 2. elegia ultima.
Vino forma perit, uino corrumpitur ætas,
Vino ſæpe ſuum neſcit amica uirum.
Tibullus libro 1. elegia 2.
Adde merum, uinoꝫ nouos compeſcere dolores,
Occupet ut feſſi lumina victa ſopor.
Horatius Carminum libro 1. Ode 28.
Siccis omnia nam dura deus propoſuit, neꝫ
Mordaces aliter diffugiunt ſolicitudines.
Quis poſt uina grauem militiam increpat?
Quis non te potius Bache pater, teꝫ decens Venus?
At ne quis modici tranſiliat munera Liberi
Centaurea monet eum Lapythis rixa ſuper mero
Debellata.
Idem Ode 27.
Natis in uſum lætitiæ ſcyphis
Pugnare Thracum eſt. tollite barbarum
Morem, uerecundumꝫ Bacchum
Sanguineis prohibere rixis.
Idem libro 2. Ode 11.
-Diſſipat Euhyus
Curas edaces.
Horatius libro 1. Ode 21.
Narratur & priſci Catonis
Sæpe mero caluiſſe uirtus.
Tulente tormentum ingenio admoues
Plerunꝫ duro. Tu ſapientium
Curas & arcanum iocoſo
Conſilium retegis Lyæo.
Tu ſpem reducis mentibus anxijs
Viresꝫ, & addis cornua pauperi
Poſt te neciratos trementi
Regum apices, neqꝫ arma militum.
Idem Sermonum lib. 1. Satyra 4.
Verax aperit præcordia Liber.
Horat. epiſtolarum lib. 1. epiſtola 5.
Quid non ebrietas deſignat? operta recludit,
Spes iubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem,
Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes.
Fœcundi calices quem non fecere diſertum?
Idem ibidem epiſtola 20.
Laudibus arguitur uini uinoſus Homerus.
Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma
Proſilijt dicenda.
Iuuenalis Satyra ſexta.
-Quid enim Venus ebria curat?
Inguinis & capitis quæ ſint diſcrimina neſcit.
Idem Satyra 15.
Adde quod & facilis uictoria de madidis, & Bleſis, atqꝫ mero titubantibus.

ECCLESIA greca dictio eſt ἐκκλησία. Eſt aũt eccleſia uniuerſalis collectio fidelium.

Paralip. ſecunda cap. 6.

Adhoc facta eſt domus tua ut reſpicias oratiõnem ſerui tui, & obſecratiõem eius domine deus meus, & audias preces, quas fundit famulus tuus coram te, aperias oculos tuos ſuper domum iſtam diebus ac noctibus, ſuper locum in quo pollicitus es, ut inuocetur nomẽ tuum, & exaudires orationem, quam ſeruus tuus orat in eo. Exaudi preces famuli tui.

Iſaias 56.

Domus mea domus orationis uocabit, uos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

Ioannes in euan. cap. 2.

Nolite facere domũ patris mei domũ negotiationis.

Auguſtinus de Fide ad Petrum.

Eccleſia eſt quædã forma iuſtitiæ, id eſt commune ius omnium. In commune orat, in commune operatur, in commune tentatur, ſine eccleſiæ catholicæ ſocietate, nec alicui baptiſmus prodeſſe poteſt, nec opera miſericordiæ, niſi forte ut minus torqueatur.

Auguſtinus ſuper Matth.

Adhuc habet eccleſia quod creſcat donec illud impleat, dominabitur à mari uſqꝫ ad mare.

Idem lib. 2. de Ciuitate dei, lib. 8.

Quia populi ad eccleſiam confluunt caſta celebritate honeſtaꝫ utriuſqꝫ ſexus diſcretione, ut audient quàm bene hic uiuere debent.

Ibidem.

Nihil eis turpe, aut flagitioſum ſpectandum imitandumꝫ proponant, ubi dei uiui, aut præcepta inſinuantur, aut miracula narrantur, aut dicta laudantur, aut beneficia poſtulantur.

Hieronymus epiſtola 88.

Alij ædificent eccleſias, ueſtiant parietes, columnarũ moles aduehant, earumꝫ deaurent capita pretioſo ornatu, & gemmis deaurata diſtinguant altaria. Sed tibi aliud ſit propoſitum, ſi Chriſtum ueſtire in pauperibus, paſcere in eſurientibus, uiſitare in languentibus, ſuſcipere in eis qui tecto indigẽt, maxime domeſticis fidei.

Hieron. ad Euandrum presbyterum.

Nõ altera Romanæ urbis eccleſia, altera totius orbis exiſtimãda eſt. Et Gallia, & Britannia, & Perſis, & Oriens, & India, & oẽs barbaræ nãtiones, unum Chrm adorant, unam obſeruant regulã ueritatis. Si authoritas quæritꝫ, orbis maior ẽ urbe. Vbicunqꝫ fuerit epiſcopꝰ, ſiue regio, eiuſ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eiuſdē meriti eſt, eiuſdē ſacerdotij, potentiæ, diuitiarum, & poteſtatis & paupertatis & humilitas, uel ſublimiorē, uel inferiorē epiſcopum nō facit. Cæterū oēs apoſtolorū ſucceſſores ſunt.

Gregorius ſuper Ezechielem, & habetur de pœnitentia diſt. 2. cap. Cum ſanctam.

Cum ſanctam eccleſiam dominꝰ ſuſcipit in gradibus eius dignoſcitur, quia eius gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim eius ſancta eccleſia aſcendendo proficit, tantum deus hominibus ex eius uirtute innoteſcit.

Gregorius libro 6. Moralium, ſuper illud Iob Qui facit arcturum.

Quid inquit Arcturi nomine, qui in cœli arce conſtitutus ſeptē ſtellarum radijs fulget? niſi uniuerſalis eccleſia exprimit. Arcturus inquit, ſemper uerſatur, & nunq̄ mergitur, ſic eccleſia perſecutiōes tolerat, ſed ſine defectu perdurat.

Gregorius Moralium libro 29. ſuper illud Iob. Aut gyrum arcturi.

Eſt inquit in Arcturo q̄d conſideratius poſſumus intueri, in ſeptem quidē ſtellis uoluitur, & modo quidē res ad ſumma eleuat, atq; ad ima quatuor inclinet, modo quatuor ſuperius erigit, & res inferius p̄mit. Sic ſancta eccleſia mō cum infidelibus trinitatis notitiā, modo uero fidelibus quatuor uirtutes, q̄ſi rotatu prædicationis ſtatus ſui ſpeciem quodāmodo immutat.

Idem in Regiſtro.

Sicut eccleſia ꝓprias res amittere nō debet, ita rapacitatis ardore alienas inuadere non debet.

Idem in epiſtola ad Ieſanum.

Arca ceſſante diluuio in monte requieuit: quia uitæ huius corruptiōe ceſſante, cum malorum operum fructus trāſierint, in cæleſti patria ſancta eccleſia uelut in excelſo monte requieſcit.

Gregorius in homi. ſuper Ezechielem.

Sācta eccleſia duas uitas habet, unā qua meretes colligitur, aliam in qua iam de receptis muneribus gaudet: atq; in utraq; uita offert ſacrificium, hic uidelicet ſacrificium compunctionis, illic ſacrificium laudis.

Ioannes Chryſoſto. ſuper illud Matth. 22. Congregauerunt bonos & malos.

Eccleſia media eſt inter cælum, quod eſt locꝰ tantū bonorū, & infernum qui eſt locus tātum malorum. Ipſa uero eccleſia media eſt, quia indifferenter bonos & malos colligit, quod figuratum eſt in arca Noe, ubi animalia mitia ſimul erat cum animalibus immitibus.

Bernardus in Apologetico.

O uanitas uanitatum, ſed non uanior q̄ inſanior, fulget eccleſia in parietibus, & eget in pauperibus, ſuos lapides auro induit, & ſuos filios nudos deſerit. De ſumptibus egenorum ſeruitur oculis diuitum.

Idem ſuper Cantica.

O humilitas, & ſublimitas, & tabernaculum cedar, & ſanctuarium dei, & terrenū habitaculum, & cæleſte palatum, & domus lutea, & aula regia, & corpus mortis, & templum lucis, & deſpectio denicq; ſuperbia, & ſponſa Chriſti.

Ibidem.

Sponſa, id eſt, eccleſia Chriſti nil ſibi glorioſius putat, q̄ Chriſti portare opprobrium.

Hugo de 12. abuſionibus.

Vndecima abuſio eſt diſſolutio in choro.

Ibidem.

Duodecima abuſio eſt irreuerentia circa altare.

Caſſiodorus ſuper Pſal. 1.

Nouit eccleſia beneficia dñi triumphare de ſuis cladibus ingrauata. Perſecutiōibus ſiquidē proficit. Afflictione ſemper augetur. Sanguine martyrum irrigatur. Triſtitia magis erigitur, angustia dilatat, fletibus paſcitur, ieiunijs reficit, & inde potius creſcit, unde mundus deficit.

Ibidem.

Ad eccleſiam bona ſpiritualia peruenerunt, & fidei inſuperabile fundamentum, ſpei certiſſimum præmium, & ſuaue uinculum charitatis. Quarum rerum nunc tenet imagines, & in futuro eſt perenniter poſſeſſura uirtutes.

Idem ſuper Pſal. 30.

Eccleſia ēm magis incipit eſſe uberrima, cūad finem ſeculi erit perducta. Tunc enim paſſionibus electorū cito implebit numerꝰ bonorum.

Rabanus ſuper Matthæum.

Differentia eſt inter ſynagogam & eccleſiam. Synagoga eſt cōgregatio, eccleſia uocatio. Poſſunt autem irrationabilia cōgregari, uocari autem nequaq̄. Et ideo uiſum eſt doctoribus nominare eccleſiam.

Tibullus libro ſecundo

-Diſcedat ab aris
Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus.

Dantes Floren. inferni cant. ca. 27.

Quando io udi ſe io me tranſcoloro
Non ti marauigliar, che dicendo io,
Vedra tranſcolorar tuti coſtoro.
Quegli che uſurpa in terra il loco mio,
Il loco mio, il locomio che uaca
Nela præſentia del figliol de dio,
Facto han del cimetro una cloaca
Del ſanguine e della puza, unde el peruerſo
Che cadde qua ſulagiuſi placa. id eſt,
Quando audiui, ſi colorem ipſe muto
Noli mirari, nam dicente me,
Videbis hos omnes colorem quoq; uertere.
Illi qui uſurpant in terra locum meum,
Locum meum, locum inquam meum, qui uacat
In præſentia filij dei,
Fecerunt ex cœmiterio unam cloacam
Sanguinis atq; fœtoris, unde diabolus
Qui cecidit e cælo, placatur inde.

Edacitas græce πολιφαγία, ας, ἡ, & πολύφαγος, ὁ, edax dicitur. Significat aūt edacitas ingluuiē quandam. Edax māduconem, & uoracem ſignificat, & conſumptorem, ueteres mādones à manden do, & manducos, & manducones à manducando. Item edones ab edendo, & phagones à phago, quod eſt edo, ut de utroq; apud Plautum legitur. Sane notandum, quod manduci effigies

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inter cæteras ridiculas & formidolosas imagines ire solebat in antiquorum pompa, magnis maxillis, lateq; dehiscens, ingentem dentibus sonitum faciens. Plautus. Quid si ad ludos me, p manduco locem? Ab edo præterea fit peredo, quod est uehementer edo, unde peredia uenit ipsa commessatio, sicut bibesia ipsa bibitio. Inde etiam prandium, quasi per edium. Ab edo pariter edulium fit, quod græce, ἔδυσμα. ατ ⊙. ν. & est quidad edendum paratur præter panem. Item edulis quod manducari potest. Horatius.

Vinea submittit capreas non semper edulis.

Educatio græce ἀναγωγή, ῆς. ἡ. dicitur. Venit q; ab educo, quod modo tertiæ, modo est primæ coniugationis, & significat nutrio, propheto, unde liberorum eductio, uel educatio dicitur. Terentius: Eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo. Nonnunq; educere est extraducere, & extrahere. Virgil. Hoc dicens, eduxit corpore telum. Aliquando ponitur pro erigere. Virg. Aram q; sepulchri Congerere arboribus, cæloq; educere certant.

Effigies græce ἐκμαγεῖον. ν, τὸ dicitur. Est q; effigies signum ad uiuam alterius similitudinem, uel ad ueritatis imaginẽ factum, tam in picturis, quàm in sculpturis. Dicitur q; ab effingo quod est ad alterius formam fingo, & qualem uolo fingendo repræsento. Quintilianus. Nã mihi uidet Marcus Tullius, cum se totum ad imitationem græcorum contulisset effinxisse uim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis. Hinc etiam effigio, quod est ad effigiem formo.

Egestas græce ἀκτημοσύνη, ης. ἡ. & ἀκτύμον. ος ⊙. ν. ἐ. egens & inops dicitur. Est aũt proprie egens, cui desunt necessaria ad uiuendum. Inde uenit egeo uerbum & indigeo, & egenus, id est, pauper, & egestas, id est, paupertas. Egestas tamẽ, ut quidã uolunt, sic differt à paupertate, quod egestas est quando ad uitam necessaria desunt. Paupertas uero, quando licet non adsint opes, tamẽ necessaria suppetunt. Tibullus: Me mea paupertas uitæ traducat inerti, Dum meus assiduo luceat igne focus. De hac materia uidere potes multa infra in paupertas.

Elatio græce ἔκφορις, ιος. ἡ. dicitur. Est aũt elatio ab effero, quod est proueho & extollo. Quinetiã cadauera dicuntur efferri. Terentius. Interea effertur funus. Non quod domo efferrentur, id est, extra domũ ferrentur, ut aliqui, & falso putant. Sed quia pompa humeris clarorum uirorum feretro suppositis, quod etiam nũc fieri uidemus, ferretur. Hinc est quod antiqui mortuos non modo elatos, sed etiam superbos dicebant. Plautus. Faciam ego hodie te superbũ, nisi hinc abis. Efferre nonnunq; est extra ferre. Aliquando erigere & eleuare. Virgilius.

Ostendit dextram insurgens Entellus & alte
Extulit.

Electio græce ἔκλογη. ης. ἡ. & ἐκλογίζω eligo dicitur. Est autem electio appetitus consiliatiuus eorum, quorum in nobis est & operari, & non operari, & ita operari, & non ita operari, & eorum in quibus est propter quod non tamen unum, & determinatum, ut in Geometria, secundum Arist. libro Magnorum Moralium.

Electio est consulta affectatio eorum quæ in nobis sunt, secundum Aristot. libro 3. Ethicorum.

Electio est quid uoluntarium, cuius consultatio antecessit, secundum Aristot. ibidem.

Electio etiam est alicui? personæ idoneæ ad dignitatem, uel fraternam societatem, seruata forma canonica facta uocatio, secundum Ho.

Venit q; à lego. Vnde etiam deligo eiusdem significationis, & delectus, ut delectus militum. Sunt tamen qui uelint eligere, & deligere ita differre, quod eligere sit magis idoneum ad rẽ gerendam secernere. Diligere uero ad nostrum emolumentum, uel illius qui eligitur dignitatem. Vt imperator delegit milites ad rem gerẽdam idoneos. Et colonus delegit taurum procreandæ soboli, uel agriculturæ meliorem. Vnde dicimus agere, uel habere delectum. Sunt qui ab eligo elegantem dictum uelint, hoc est cultum, ornatum, politum, unde elegantia, id est cultus & ornatus. Hinc etiam eligibilis, de quo infra.

Paulus ad Timotheum I. cap. 3.

Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

Idem ad Titum ca. 1.

Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non uinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum. Sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potẽs sit exhortari in doctrina sana.

Augustinus super illud Iacobi secundo. Nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri.

Quis ferat, si quis diuitem eligat ad sedem honori ecclesiæ, contempto paupere instructiore & sanctiore?

Hieronymus ex libro Numerorum. & habetur octaua quæst. pri. Si ergo.

Si ergo tantus ille, ac talis Moyses non permittitur iudicio suo de eligendo populi principe, de constituendo successore, quis erit qui audiat uel ex plebe quæ sæpe clamoribus, aut gratia, aut p̃tio forte asse excitata moueri solet, uel ex ipsis etiam sacerdotib? quis erit, q idoneum ad hoc iudicet, niß hoc si cui oranti & petenti à domino reueletur? Sicut & deus dicit ad Moysen: Assume ad temetipsum Iesum filium Naue, hominem qui habet spiritum dei in seipso, & impones manus tuas super eum, & statuas eum coram Eleazaro sacerdote, & præcepta dei dato in conspectu totius synagogæ, & præcipe de ipso coram eis, & dabis claritatem tuam super illum, ut audiant eum filij Israel.

His

Hieronymus ſuper Iſaiam lib 3.

Non ſtatim multitudinis acquieſcamus iudicio, ſed electi in principatu nouerimus miſeriam noſtram, & humiliemur ſub potenti manu dei, quia dominus ſuperbis reſiſtens, humilibus dat gratiam.

Idem libro 12.

Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neq; ueſtimentum, nolite me conſtituere principem. Sicut in ordinationibus malorum princeps eſt peccatorum, qui tales conſtituit: ſic in ordinatione ſanctorum princeps eſt eorū iuſtitiæ, qui bonos eligit.

Hieronymus ſuper epiſtola ad Titum 1. & habetur 8. q. 1. Moſes.

Moyſes amicus dei, cui facie ad faciem locutus eſt deus potuit utiq; ſucceſſores principatus filios ſuos facere, & poſteris propriam relinquere dignitatem, ſed extraneus de alia tribu eligitur Ieſus, id eſt. Ioſue, ut ſciremus principatum in populo non ſanguini deferendum eſſe, ſed uitæ. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere, ut non quærant eos in eccleſias columnas erigere, quos plus cognoſcant eccleſiæ prodeſſe, ſed q̄s uel ipſi amant, uel quorū ſunt ſubſequijs deliniti, uel pro quibus maiorū quiſpiam rogauerit, & ut deteriora taceam, qui ut clerici fierent, muneribus impetrant.

Idem contra Iouinianum.

Quæritur cur non Ioannes electus eſt uirgo, ſcilicet ut eſſet caput eccleſiæ, reſpondetur, ætati delatum eſt, quia Petrus ſenior erat, ne adhuc adoleſcens, & pene puer progreſſæ ætatis hominibus præferretur.

Idem in epiſtola ad Oceanum.

Ree pene contra naturam eſt. ut ſine peccata aliquis ſit: ſed talis eligatur, cuius comparatione cæteri grex dicantur.

Leo Papa in ſermone, & habetur diſt. 61. capitulo Miramur.

Si in quibus libet eccleſiæ gradibus prouidenter ſcienterq; curandum eſt, ut in domo domini nihil inordinatum ſit nihilq; præpoſterum, quā to magis elaborandum eſt, ut electione eius qui ſupra omnes gradus conſtituitur, non erretur. Nam totius familiæ domini ſtatus & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite.

Ibidem.

Sicut enim boni operis ſibi comparat factū, qui rectum tenet in eligendo ſacerdote iudicium, ita grauí ſemetipſum afficit damnatione, qui ad ſuæ dignitatis collegium ſublimat indignum.

Ibidem.

Valde iniquum eſt & abſurdum, quod imperiti magiſtris, noui antiquis, rudes præferantur eruditis.

Caſſiodorus libro 1. epiſtolárum.

Neceſſe eſt prudentiſſimum eligere, qui poſſit contra ſubtiliſſimos diſputare, & in conuentu doctorum ſic agere ne ſuſceptam cauſam tot erudita poſſint ingenia ſuperare. Magna res cōtra artifices loqui, & apud illos aliquid agere, qui ſe putant omnia præuidere.

Ibidem libro 3.

Neceſſarium probatur eſſe reipublicæ perſonas dignitatibus aptas eligere, ut cui iuſtitia committitur, malis moribus nō grauetur. Alioquin inefficax eſt ab homine exigere, quod agnoſcitur non habere. Et confidenter quæritur, quod ineſſe ſentitur

Origenes ſuper Leuitico.

Requiritur in ordinando ſacerdote, & præſentia populi, ut ſciant omnes & certi ſint, quia qui ex omni populo eſt præſtātior, qui doctior, qui in omni uirtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotium, & hoc aſtante populo, ne aliqua poſt modū retractio cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideret.

Origenes ſuper illud Numeri 27. Prouideat, dominus ſpiritum omnis carnis.

Diſcant electorum principes ſucceſſores ſibi non eos qui cōſanguinitate generis iuncti ſunt, neq; qui carnis propinquitatē ſociātur teſtamēto ſignare, neq; hæreditarium tradere eccleſiæ principatum, ſed referre ad iudicium dei, & nō eligere illum quem humanus affectus commendat, ſed totum dei iudicio de ſucceſſoris electione permittere.

Ibidem.

Nulla hæc populi acclamatio, nulla propinquitatis acclamatio, propinquis agrorū & prædiorum relinquatur hæreditas, gubernatio autem populi illi tradatur, quem deus eligit, qui ſcilicet in ſe habet ſpiritum dei, id eſt, quo ſit claritas legis & ſcientiæ. ut poſſint eum audire filij Iſrael.

℣ Elementum græce στοιχεῖον. ου. τό. & στοιχειικός. ου. ὁ. elementalis dicitur. Et autem elementum, in quo aliquid diuiditur inexiſtens, ut materia, ut ſyllabæ, a & b, ſecundum Ariſtotelem libro ſeptimo Metaphyſicæ.

Elementa dicta ſunt ab alendo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ELEEMOSINA.



Ex beato Thoma secunda secundæ quæstione 32. art. 2. & 4. Senten. distinct. 15.

Versus.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo,
Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

ELeemosyna græca dictio est ἐλεημοσύνη, ης. ἡ, ἐλεήμων, ονος. ὁ. misericors dicitur. Est autẽ eleemosyna opus in quo datur aliquid indigẽti, ex compassione, propter deum, secundum theologos, 4. Sent. dist. 15. & b. Tho. secunda secundæ. q. 32. art. 1. Diciturq; ab ἔλεος. ἐους. τὸ. quod est misericordia.

Tobiæ cap. 4.

Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita ẽm fiet, ut nec à te auertatur facies domini. Quomodo potueris, ita esto misericors.

Ibidem.

Si multum tibi fuerit, abundanter tribue.

Ibidem.

si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniam eleemosyna ab oñi peccato, & à morte liberat, & non patietur animã ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo deo eleemosyna omnibus facientibus eam. *Ibidem cap. 12.*

Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna magis q̃ thesauros auri recondere, quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire uitam æternam.

Iob cap. 6.

Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem domini derelinquit.

Dauid Psalmo 40.

Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus.

Prouerbiorum cap. 3.

Honora dominũ de tua substãtia, & de primitijs omnium frugum tuarum da pauperib⁹, & implebuntur horrea tua saturitate, & uino torcularia redundabunt *Ibidem.*

Qui negligit damnum propter amicum iustus est. *Ibidem cap. 14.*

Qui despicit proximum suum peccat, qui autem miseretur pauperi beatus erit.

Ibidem.

Qui calumniatur egentẽ exprobrat factori eius, honorat aũt eum qui miseretur pauperis.

Ibidem cap. 19.

Fœneratur domino qui miseretur pauperis, & uicissitudinem suam reddet ei.

Ibidem cap. 21.

Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.

Ibidem cap. 22.

Qui pronus est ad misericordiam benedicetur, de panibus enim suis dedit pauperi.

Ibidem cap. 28.

Qui dat pauperi non indigebit. Qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam.

Ecclesiastici cap. 3.

Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccato, & deus prospector est ei⁹, qui reddit gratiam.

Ibidem cap. 4.

Filij eleemosynã pauperis ne defraudes, & oculos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

los tuos ne tranſuertas à pauptre.

Ibidem.

Animam eſurientem ne deſpexeris, & non exaſperes pauperem inopia tua.

Eccleſiaſtici cap. 7.

Exorare & facere eleemoſynam ne deſpicias, ne dicas in multitudine munerum meorum reſpiciet deus, & offerente me deo altiſsimo munera mea ſuſpiciet. *Ibidem.*

Pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio & benedictio tua, gradiatur in conſpectu omnis uiuentis, & mortuo nō prohibeas gratiam. *Ibidem cap. 13.*

Ante mortem benefac amico tuo, & ſecundum uires tuas exporrigens da pauperi.

Ibidem cap. 29.

Qui facit miſericordiā fœneratur proximo ſuo, & qui præualet manu, mandata ſeruat.

Ibidem cap. 35.

Qui facit miſericordiam, offert ſacrificium.

Daniel cap. 4

Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum, forſitan ignoſcet deus delictis tuis. *Iaias cap. 58*

Si uideris nudum cooperi eum, & carnē tuam ne deſpexeris. *Matthæi cap. 10.*

Gratis accepiſtis, gratis date.

Matthæi cap. 6.

Theſaurizate uobis theſauros in cœlo.

Ibidem.

Cum facis eleemoſynam noli tubā canere.

Ibidem cap 19.

Si uis perfectus eſſe, uade & uende oīa quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & ueni ſequere me.

Matthæus cap. 25.

Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum ab origine mundi, eſuriui enim, & dediſti mihi manducare.

Lucas cap. 11.

Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt uobis. *Ibidem cap. 12.*

Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynā, facite uobis ſacculos, qui non ueteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis, quo fur non appropiat, neq; tinea corrumpit: ubi enim theſaurus ueſter eſt, ibi & cor ueſtrum erit.

Ibidem cap. 14.

Cum facis prandiū, aut cœnam noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neque uicinos, neq; diuites, ne forte & ipſi te reuocent, & fiat tibi retributio: ſed cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuet enim tibi in reſurrectione iuſtorum. *Ibidem cap. 16.*

Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiāt uos in æterna tabernacula. *Ioan. 1. cap. 3.*

Non diligamus uerbo neq; lingua, ſed opere, & ueritate. *Ibidem.*

Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & uiderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas dei manet in illo. *Ibidem.*

Debemus eīm animas pro fratribus ponere.

Ibidem cap. 13.

Hoc mandatum do uobis, ut diligatis inuicē.

Paulus 1. ad Corinth. cap. 13.

Si erogauero in cibos pauperū omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, niſi hil mihi prodeſt. *Aug. ſuper Pſalm. 103.*

Valde male dirigit is, qui bene audit, & malè operatur. Si potes dare, da, ſi non potes affabilem te fac, coronat deus intus bonitatem, ubi non inuenit facultatem. Nemo dicat nō habeo, charitas non de ſacculo erogatur.

Auguſtinus de uerbis domini ſerm. 15.

Dicit tibi Chriſtus, da mihi ex eo quod dedi tibi. De meo quæro. Da & redde, habuiſti me largitorem, fac me debitorem, habeam te fœneratorem: temporalia mihi das, æterna tibi reſtituam, teipſum tibi reddam, quando te mihi reddidero. *Ibidem ſermone 30.*

Si uis facere eleemoſynā à te incipe. Quomodo enim miſericors eſt alteri, qui crudelis eſt ſibi? Vnde ſcriptū eſt, miſerere animæ tuæ, mendicat ante te anima tua. Redi ad conſcientiā tuam, quicunq; male uiuis, & ibi inuenies animā tuam. Mendicantem inuenis, pauperē inuenis rerum noſtrum. *Ibidem.*

De iuſtis laboribus facite eleemoſynas, non enim corrupturi eſtis iudicem Chriſtum, ut nō uos audiat, cū pauperibus quibus collitis. Nolite uelle eleemoſynas facere de fœnore & uſuris, fidelibus dico quibus corpus Chriſti erogamus. *Ibidem.*

Vtantur diuites cōſuetudine infirmitatis ſuæ, ſed doleant aliter ſe non poſſe. Melius enim facerent, ſi aliter poſſent. Si ergo nō extolliſ pauper de mendicitate, tu quare extolleris de infirmitate? utere cibis electis & præciosis, ſicut conſueuiſti, qui aliter non potes, quia ſi conſuetudinem mutas, ægrotas. Conceditur tibi. Vtere neceſſarijs, da pauperibus ſuperflua: utere prætioſis, da pauperibus uilia. *Aug. de ſerm. domini.*

Beati qui ſubueniunt miſeris, quoniam eis rependitur, ut per miſericordem dominū de miſeria liberentur. Nam idipſum uidetur iuſtum, ut qui à potentiore adiuuari uult, adiuuet inferiorem, in quo eſt ipſe potentior.

Auguſtinus in ſermone de Eleemoſyna.

Talis debet eſſe miſericordia, quæ ſuſcipiatur, nō quæ repellatur: quæ peccata purget, nō quæ animam grauet: de bono, de iuſto labore, de propria facultate, non de pauperis egeſtate.

Auguſtinus in ſermone de Diuite.

Eleemoſyna mūdat peccata, & ipſa interpellat pro nobis ad dominum, quia quicquid pauperib⁹ dederimus, ipſum integre poſſidebim⁹.

Auguſt. de Vera innocentia

Multa nos in facultatibus ſuperflua habere p⁹

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

babimur ſi neceſſaria ſola teneamus, nam uana quærentibus nihil ſufficit, & alienorum quodammodo retentor eſt, qui quod dandum eſt pauperibus inutiliter retinet.

Auguſtinus in ſermone de uerbis domini, & habetur diſtinct. 45. ca. Duæ.

Duæ ſunt eleemoſynæ, una cordis, alia pecuniæ. Eleemoſyna cordis eſt dimittere ei, à quo læſus es. Nã dare aliq̃d indigenti aliquãdo quæris, & non habes; indulgere peccanti, quantũ uoueris redũdat tibi. Eleemoſyna cordis multo maior eſt ẽ eleemoſyna corporis. Charitatis eleemoſyna ſine ſubſtantia terrena ſufficit, illa uero quæ corporaliter datur, ſi ſine benigno corde tribuitur, omnino non ſufficit.

Auguſtinus in Enchiridion, & habetur de Pœnitentia diſtinct. 3 Qui uult.

Qui uult ordinate dare eleemoſynam, à ſeipſo debet incipere, & eam ſibi primo dare, eſt enim eleemoſyna opus miſericordiæ ueriſsimæ, de qua dictum eſt: miſerere animę tuæ placẽs deo, propter hoc renaſcimur, ut deo placeamus.

Auguſtinus in Enchiridion.

Multa ſunt genera eleemoſynarum, quæ cũ facimus adiuuamur, ut nobis dimittantur peccata, ſed ea nihil eſt maius, quàm cum ex corde dimittimus peccata.

Idem in tractatu de miſericordia dei.

Eleemoſyna eſt ſecundus baptiſmus. Quis enim eſt ſine peccato? Nam ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. In horreis noſtris habemus fiduciam, quas flammas noſtras unus panis extinguat: & ante fores gehennæ ſtat miſericordia, & non permittit aliquem in carcerem mitti.

Ibidem.

Perfecta miſericordia eſt, ut ante occurrat eſurientibus, ẽ roget aliquando mendicus. Nõ enim perfecta pietas eſt, quæ precibus extorquetur. *Hieronymus ſuper Malachiam.*

Si quando fames & penuria, & rerum omnium egeſtas, opprimit mũdum, ſciamus hoc ex ira dei deſcendere, qui in pauperibus, ſi non ſuſcipiant eleemoſynam, fraudari legitur, & ſua poſſeſsione priuari.

Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum.

Sunt qui pauperibus tribuunt parum, ut amplius accipiant, & ſub prætextu eleemoſynæ quærũt diuitias, quę magis uenatio appellanda eſt, quàm eleemoſyna ſic beſtiæ, ſic aues capiuntur & piſces. Modica enim in hamo eſca ponitur, ut pleni in eo ſacculi protrahantur. Melius eſt autem non habere quod tribuam, quàm impudenter petere, quod reconciliando datur.

Ibidem.

Non memini me legiſſe mala morte mortuum, qui libenter opera charitatis exercuit, habet enim multos interceſſores, & impoſsibile eſt multorum preces non exaudiri.

Hieronymus ſuper illud Eccleſiaſtici 12.
Da miſericordiam & ſuſcipias peccatorem.

Qui indigenti eleemoſynã tribuit, nec pro delicto ſpernit miſericordiã uere facit. Natura enim reſpicienda eſt, nõ perſona. Qui enim dat indigenti peccatori non quia peccator eſt, ſed quia homo eſt non peccatorẽ, ſed iuſtũ nutrit.

Hieronymus ad Demetriadem uirginem.

Menſulam tuã pauperes & peregrini nouerint, tu cum illis Chriſtum conuiuam noueris.

Idem ad Nepotianum.

Legi, relegi, perlegi. Nũquam uidi hominem pium mala morte perire.

Hieronymus, & habetur 12. q. 2. Gloria epiſcopi. ę. Amico rapere.

Amico rapere quippiã, furtum eſt. Eccleſiã fraudare ſacrilegium eſt. Accepiſſe pauperibus erogandum, & eſurientibus plurimis illud reſeruare uel cautum uel timidũ eſt, aut quod aperti ſsimi ſceleris, exinde aliquid ſubtrahere omnium prædonum crudelitatem ſuperat.

Ambro. de Officijs, & habetur diſt. 86. Paſce.

Paſce fame morientem, quiſquis enim paſcendo hominem ſeruare poteris, ſi non paueris, fame occidiſti. *Ambroſius libro de Officijs.*

Beatus plane, de cuius nunquam uacuo ſinu pauper exiuit. Neq; enim quiſquam magis beatus, q̃ qui intelligit ſuper pauperis neceſsitatẽ, & infirmi atq; inopis ærumnam.

Ambroſius ſuper Lucam, & habetur diſtinct. 86. In ſingulis.

Non publicanus, nõ miles excipitur, nõ agricola, uel diues, & pauper, omnes in cõmune admonentur, ut conferant nõ habenti. Miſericordia enim plenitudo uirtutum eſt, & ideo omnibus præpoſita perfecte fama uirtutis, ne ueſtimentis alimentisq; ſuis parcãt, miſericordiæ tamen ipſius pro poſsibilitate conditionis humanæ menſura ſeruatur, ut non ſibi unuſquiſq; totũ eripiat, ſed q̃d habet cũ paupere partiatur.

Gregorius Moralium libro 12.

Eleemoſyna ſuperbi diuitis cum redimere nõ ualet, quã perpetrata ſimul rapina pauperis ante dei oculos aſcendere non permittit.

Ibidem libro 19.

Qui indigenti proximo exteriorem ſubſtantiam præbet, ſed uitam à nequitia non cuſtodit, rem ſuam deo tribuit, et ſe peccato. Hoc quod minus eſt obtulit authori, & hoc quod maius eſt, ſeruauit iniquitati.

Gregorius Sagrio epiſcopo, & habetur 1. quæſt. 1. cap. Non eſt putanda.

Non eſt putanda eleemoſyna, ſi pauperibus diſpenſetur, quod ex illicitis rebus acquiritur, quia qui hac inuentione mala accipit, ut bene diſpenſet, grauatur etiam potius ẽ iuuetur.

Gregorius in Regiſtro.

Quicquid tribuitur pauperi, ſi ſub tali conſideratione penſetur, nõ eſt donum, ſed mutuũ, quia quod datur, multiplicato fine dubio fructu recipitur. *Gregorius in Paſtorali*

Tot pene quotidie diuites perimũt, quot mo rientium pauperũ apud ſe ſubſidia abſcondũt: nam

nam cum quælibet neceſſaria indigentia mini ſtra, ſua illis reddimus, non noſtra largimur.

Ioannes Chry. ſuper Matthæum ſermone 9. & hab. de pœni. diſt. 1, cap. Medi.

Medicamentum fortius quod maxime operatur in pœnitentia, hoc eſt, ſicut in præceptis medicinę medicamentum quidem herbas multas accipit, unam autem dominatiſſimam: ſic & in pœnitentia domination, iſta herba & potentior eſt, & uniuerſum ipſa efficit. Audi enim quid dicit ſcriptura diuina: Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt uobis.

Ioan. Chry. ſuper Matthæum ſermone 9.

Eleemoſynā amica dei cōſiſtit, & ſemper ei propinqua eſt. Pro quibuſcunq; uoluerit facile munus gratiæ impetrat, uincula peccatorū ipſa diſſoluit, fugat tenebras, extinguit ignē, huic cum multa fiducia portæ cœli aperiuntur.

Leo papa ſuper illud: Date inquit, & dabitur uobis.

Da quod accipias, ſere ꝙd metas, ſparge quod colligas, quamuis non habeas, niſi quod acceperis, non potes tamen non habere quod dederis. Infidelis aūt & iniquus eſt etiā ſi quid quod ęſtimat diligendum non uult habere perpetuum.

Petrus Rauennas in quodam ſermone.

Manus pauperis, eſt gazophylacium Chriſti: & quicquid paup accipit, Chriſtus acceptat. Da ergo pauperi terram, ut accipias regnum: damicam, ut accipias totū: da pauperi, ut detur tibi, quia quicqd pauperi dederis tu habebis: quod pauperi non dederis, habebit alter.

Plato in Timæo.

Bonos uiros decet eſſe communes.

Martialis libro quinto.

Callidus effracta nummos fur auferet arca,
Proſternet patrios impia flamma lares.
Debitor uſuram pariter ſortemq; negabit,
Non reddet ſterilis ſemina iacta ſeges.
Dispenſatorem fallax ſpoliabit amicas
Mercibus extructas obruet unda rates.
Extra fortunam eſt, quicquid donatur amicis,
Quas dederis ſolas ſemper habebis opes.

De hac materia habes ſupra in Amor proximi, & Charitas

ELENCHVS græca dictio eſt ἔλεγχος. u. i. ἐλέγχω arguo dicitur. Eſt aūt elenchus ſyllogiſmus ad contradicendum, id eſt ad redarguendū falſam poſitionem ſecundum bea. Tho. ſuper libro 4. Metaphyſicæ lect. 6. ſi.

ELIGIBILIS græce αἱρετὸν. u. ἀπὸ τοῦ αἱρέομαι eligo dicitur. Et autem eligibile quod in deliberando cæteris prætulimus, ſecundum Ariſtotelem libro tertio Ethicorum.

ELOQVENTIA græce, λογιότης. ut ⊙. u. λόγιος. u. i. eloquens dicitur. A loquor ꝙ deſcendunt. Eſt aūt loqui uerba proferre, differrq; a dicendo. Quoniam dicere eſt eleganter & facunde loqui. Quintilianus. Nam mihi ne dicere quidem uidetur, niſi qui diſpoſite, ornate, copioſe dicit. Loquor autem à loco deſcēdit. Is enim q loquitur, ſuo loco quodque uerbum ſciens ponit. Nam qui primo incipit fari, & uocabula, & reliqua uerba dicit, antequā ſuo loco ea ponere poſſit. Tamq; Chryſippus affirmat non loqui, ſed ut loqui. Quapter ut hominis imago non eſt homo, ſic in coruis, cornicibus, pueris, primitus fari incipientibus, uerba non eſſe uerba: proloqui non dicantur. Alloquor quod eſt dico, quod eſt proprium oratoris, ſit eloquens: qui dicēdi ratione prouectus eſt. Et eloquentia dictio ex omni parte perfecta. Et eloquēter ad uerbium, hoc eſt facunde. Et eloquium ꝙd modo ſermonem, modo eloquentiam ſignificat.

Iuuenalis.

Eloquium aut famam Demoſthenis aut Ciceronis.

Claudianus.

Eloquio dulces quondam ſolatus amicos.

Hieronymus epiſtola ad Paulinum presbyterum, & eſt in prologo Bibliæ.

Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantē, de Vltimis Hiſpaniæ Galliarumq; finibus quoſdā ueniſſe nobiles legimus & quos ad cōtemplationē ſui Roma nō traxerat, unius hominis fama ꝺduxit. *Gre, lib. 6. Mora.*

Ille bene loquendi facundiam percipit, qui ſinum cordis ꝓ recta uiuēdi ſtudia extendit: nec loquentem conſcientiam præpedit, cum uita linguam antecedit.

Iſido. libro de ſummo bo.

Sæpe reperit ſimplicitas ueridica, & falſitas compoſita, quę hominē ſuis erroribus illicit, & per linguæ ornamēta laqueos dulces aſpergit.

Iſido. libro tertio de ſum. bon.

Antiqui forenſem eloquentiam caninam linguam nuncupabant, eo quod cauſidici in certaminibus cauſarum omiſſis quę agunt, ueluti alterutrum ſeſe lacerant, iurgiaq; cauſarum ad iniurias ſuas commutant.

Caſſiodo. ſuper Pſalm. 71.

Eloquens eſt ille, qui ſcit parua ſubmiſſe, media temperate, magna granditer dicere: qui ſcit inuenire præclare, enuntiare magnifice, diſponere aperte, & fucare uariꝫ.

Lactantius Fir. libro 6. diui. inſtitu.

Nam carmē compoſitum & oratio cum ſua uitate decipiēs capit mētes, & quo uoluerit, impellit. Inde homines literati cum ad religionem dei acceſſerint, ab aliquo imperito doctore fundati minus credunt. Aſſueti eñ dulcibus & politis ſiue orationibꝫ, ſiue carminibus, diuinarum literarum ſimplicem communemq; ſermonē pro ſordido aſpernātur. Id enim quęrunt quod ſenſum demulceat. Perſuadet aūt quicquid ſua ue eſt, & animo penitus dum delectat, inſidet. Num igitur deus & mentis, & uocis, & linguæ artifex diſerte loqui non poteſt? imo uero ſumma prouidētia carere fuco uoluit ea quæ diuina ſunt: ut omnes intelligerent quæ ipſe omnibus loquebatur.

Seneca epiſtola 40.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nihil ordinatum eſt, quod præcipitat & properat. Aeque ſtillare illam nolo quam currere: nec extendat aures, nec obruat. Illa quoq; inopia & exilitas, minus intentũ auditorem habet: tædio interruptæ tarditatis, facilius tñ inſidit, quod expectatur, q̃ quod præteruolat: tradi diſcipulis homines præcepta dicũt: non traditur quod fugit. Remedia non profunt, niſi ubi immorentur. *Ibidem.*

Quis medicus ægrotos in tranſitu curat? nec ullam quidam uoluptatem habet talis uerborum ruentium ſtrepitus, quẽadmodum per procliue currentium: non ubi uiſum eſt gradus ſiſtitur, ſed incitato corporis pondere ſerpit, ac longius q̃ uoluit effertur. Sic iſta dicendi celeritas nec in ſua poteſtate eſt, nec ſatis decora philoſophiæ: quæ ponere debet uerba nõ proijcere, & pedetentim procedere: perennis ſit unda, non torrens. Circũſpiciat ſe ſermo noſter & ęſtimet, & præbeat æſtimandum: proferatur tamẽ malo, quàm profluat.

Seneca Declamationum libro 10. in proœmio.

Magna debet eſſe eloquẽtia q̃ in initijs placeat. *Seneca de Conſolatione ad Paulinum.*

Poteſt quidem eloquentia quę parua ſunt approbare pro magnis. Rurſum magna attenuare & ad minima deducere.

Ariſtoteles libro primo Retoricos.

Rhetorica docet uera & iuſta perſuadere, & contraria horum fugere.

Plato libro de republica.

Ornamentum maximum reipub. eloquẽtia philoſophorum.

Cicero in prologo Rhetoricorum ueterum.

Me quidem diu cogitantem ratio ipſa in hãc potiſſimũ ſententiam ducit, ut exiſtimẽ ſapientiam ſine eloquẽtia parum prodeſſe ciuitatib⁹: eloquẽtiam uero ſine ſapientia nimium obeſſe plerunq;, prodeſſe nunquã. Quare ſi quis omiſſis rectiſſimis atq; honeſtiſſimis ſtudijs rationis & officij cõſumit omnẽ operam in exercitatiõe dicendi, is inutilis ſibi, pernitioſus ciuis patriæ alitur. Qui uero ita ſe armat eloquentia, ut non oppugnare commoda patriæ, uerum propugnare poſſit, is mihi uir, & ſuis, & publicis rationib⁹ utiliſſimus, atq; amiciſſim⁹ ciuis fore uidetur. Ac ſi uolumus huius rei quæ uocatur eloquentia, ſiue artis, ſiue ſtudij, ſiue exercitationis cuiuſdã, ſiue facultatis á natura profectæ cõſiderare principium, reperiemus id ex honeſtiſſimis cauſis natum atq; optimis ratiõibus perfectum.

Cicero in proœmio Retoricorum nouorum.

Non enim parum fructus habet copia dicendi & cõmoditas orationis, ſi recta intelligẽtia & diffinita animi moderatione gubernetur.

Cicero libro ſecundo de natura deorum.

Iam uero domina rerum, ut uos ſoletis dicere eloquẽdi uis q̃ eſt præclara quanq; diuina? quę primum efficit, ut ea quę ignoramus dicere eloquendi uis quę eſt, docere poſſimus: deinde hac coartamur, hac ſuademus, hoc cõſolamur afflictos, hac deducimus perterritos à timore, hac geſtientes comprimimus, hac cupiditates iracũdiaſq; reſtringimus: hæc nos iuris, legum, urbium ſocietate deuinxit: hæc à uita immani & fera ſegregauit.

Cicero libro ſecundo de fini. bono. & malo.

Omnem uim loquẽdi Ariſtoteles in duas tributam eſſe partes dicere: Rhetoricã palmæ, dialecticã pugno ſimilem eſſe dicebat: quod latius loquerẽtur rhetores, dialectici autem compreſſius. *Cicer. in oratione pro Archia.*

Hæc ſtudia adoleſcentiam agunt, ſenectutẽ oblectant, ſecũdas reſ ornãt, aduerſis ſolatium & refugium præſtant, domi delectant, foris nõ impediunt, pernoctant nobiſcum, peregrinantur & ruſticantur.

Aulus Gellius libro 18. dicebat Publius.

Comes facundus in uia eſt, pro uehiculo.

Valerius Maximus libro octauo.

Potentiam eloquentiæ plurimum ualere animaduertimus. *Ouidius Meta. libro 13.*

- Et quid facundia poſſit,
Tunc patuit. fortiſq; uiri tulit arma diſertus.

Ouidius de Ponto libro tertio Elegia quarta.

Non opus eſt magnis placido lectore poetis.
Quemlibet inuitum difficilemq; tenent.

Ouidius Triſtium libro 3. Elegia ultima.

Vtq; uiret ſemper laurus, nec fronde caduca
Carpitur, æternum ſic habet illa decus.

Iuuenalis Satyra 10.

- Nocitur a toga. nocitura petuntur
Militia & torrens dicendi copia, multis
Et ſua mortifera eſt facundia. *Iuuenalis ibidem*

Eloquium, ac famam Demoſthenis, aut Ciceronis
Incipit optare & totis quinqua tribus optat.
Quiſquis adhuc uno partam colit aſſe Mineruam:
Quem ſequitur cuſtos anguſtæ uernula capſæ
Eloquio, ſed utero; perit orator, utrunq;
Largus, & exundans læto dedit ingenij fons.
Ingenio manus eſt, & ceruix cæſa, nec unquam
Sanguini cauſidici maduerunt roſtra puſilli.

De hac materia habes ſupra ubi Concio.

EMANCIPATIO, eſt relaxatio patriæ poteſtatis coram iudice competente, uoluntate patris, & uoluntate filij cõcurrente. Dicta ex eo quod extra manum, i. poteſtatem patris ponit filius. Sane ſciendũ, quod Manceps is eſt, qui aliquid à populo emit, conducitve: quia manu ſublata ſignificat ſe autorẽ emptionis eſſe, q; idem præs dicitur, quia tam debet præſtare populo, quod promiſit, q̃ is qui pro eo præs factus eſt. Eſt emptio Mancupi, quæ ſolennitate quadam fiebat, adhibitis non minus quinq; teſtibus Romanis ciuibus puberibus, & alio eiuſmodi conditiõis, qui libram ęneam teneret. Emptor ita dicebat: Hoc ego ex iure Quiritũ meum eſſe aio hoc q̃d emptũ eſt, hoc ære æneaq; libra. deinde libram ære percutiebat, idq; æs dabat ei, à quo rem emptam accipiebat, & hęc mancipatio uocabatur. Hinc ſeruus, equus, ouis, bos, aliaq; huiuſmodi mãcipia dicũt q̃d manu capiãtur, ſiue mancupiem-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pl emptiõe acquirant, & mãcipare, quaſi manu capere, à quo emãcipere, hoc eſt manumittere, & liberare. ℊmãcipati aũt duobus modis intelligunt, aut hi q ex patris iure exeunt, aut q aliorum fiũt domini. Qui emãcipat emãcipator dicit. Aliquãdo tamẽ econtrario emãcipatus prodedito, & uelut in mancipiũ aſcripto. Cicer Ica ſenectus nimis honeſta eſt: ſi ſeipſam defendit, ſi ius ſuum retinet: ſi nemini emancipata eſt: ſi uſq ad ultimum ſpiritum dominatur in ſuos.

Emendatio græce ἐπανορθωσις dicitur. Venit q à menda, quod errorem ſignificat, unde mendoſum librum plenũ erroribus dicimus. Erit itaq emendatio à mendis, hoc eſt erroribus emunda tio. De hac materia uide ſupra in Correctio.

Eminentia græce ἐξοχή ἡ, & ἐξοχος ου ὁ ἡ eminens dicitur. Deſcenditq ab emineo, quod eſt ſuperſto, quaſi extra alios, hoc eſt præ alijs maneo. Hinc aduerbium eminenter, hoc eſt alte, & pr̃ emineo præſum, anteſto, quaſi ante alios emineo, à quo præeminentia dicitur.

Embryo græca dictio eſt ἔμβρυον ου τό apud latinos maſculini generis, ẽ q̃ in utero matris uiuit, antequã lineamẽta ſuæ ſpeciei accipiat, & componitur ex ἐν quod eſt intus, & βρύω germino.

Emptio græce ἀγορασία ας ἡ & ἀγοράζω emo dicitur. Vnde emptitiꝰ adiectiuũ. Emptitiq res dicunt, q̃ emptæ ſunt: & emptitius miles mercenarius.

Enchiridion græca dictio eſt ἐγχειρίδιον, ſignificatque aliquando gladiolum, interdum libellum, qui haberi frequẽter in manibus debeat: ut poſte utilis, & componitur ex ἐν præpoſitione & χειρίδιον quod eſt diminutiuum à manu deductum quæ χείρ ρος ἡ dicitur.

Enthymema græca dictio eſt ἐνθύμημα ατος τό & ἐν θυμιον ου τό caute excogitatum dicitur. Eſt autem Enthymema ſyllogiſmus ex icotibus & ſignis, ſecundum Ariſtotelem libro pri. priorum.

Enthymema eſt ſyllogiſ. ex probabilibus & ſignis ſecundum Ariſto lib. pri. Rhetoricorum.

Enthymema eſt ſyllogiſ. detruncatus p̃cedẽs ex pr̃cognito, ſcdm bea. Tho. ſuper lib poſteriorum col. 2. Sicut em̃ ſyllogiſmus eſt oratio, in q̃ quibuſdam poſitis & conceſſis, per ea neceſſe ẽ aliud euenire. Si uero fuerit imp̃fectus, hoc eſt ex duobus aſſumptis alterũ deſit, Enthymema dicitur: Vt omis homo eſt animal, ergo homo eſt ſubſtantia. Ideo Iuuenalis dixit: aut curtum ſermone rotato Torqueat Enthymema.

Epiicia græca dictio eſt ἐπιείκεια ας ἡ. Eſt enim bona animoſitas, & eſt idem quod ſecuritas. Ideo eſt pars potẽtialis fortitudinis, ſecundũ bea. Tho. ſecunda ſecundæ q. 118. art. pri.

Epiſcopatus nomen eſt operis, non honoris, ſcdm beatũ Tho. ſec. ſecundæ q. 185. art. 1.

Epiſcopus componitur ex ἐπι q̃d ſignificat in & σκοπία ας, id eſt, ſpecula & σκοπός ὁ φ eſt ſpeculator. Itaq poteſt inſpectator interpretari. Inde epiſcopatus, q̃ eſt ipſa dignitas. Et epiſcopium locus ubi epiſcopus commoratur. De hac materia uide infra ubi prælatus.

Eremus ſine h, & cum penultima accẽtuata pnuntiari debet, licet quadã corrupta cõſuetudine à multis in principio aſpiretur, & penul. pronuntietur breui. Dicitur à græcis ἐρημος ὁ, quod ẽ ſolitudo. Et ita ἐρημίτης ου ὁ eremita, ſolitarius.

Ergaſtulum dici poteſt locus laboris uel taberna, uel officina: uenitq ab ἐργάζωμαι quod eſt operor. Iuuenalis. Nempe in Lucanos & Tuſca ergaſtula mittas.

Ergaſtulus uero maſcul. genere pro ipſo operario ſumit. Plinius lib. 18. na hiſt. quæ imperator ergaſtulorum dicit, hoc eſt operariorum.

ERrare eſt aliud pro alio putare, uel falſum pro uero putare, ſecundum Auguſtinum. Vnde error qui græce πλάνη ης & πλανα μαι error dicitur. Errare proprie eſt uagari. Virgilius: Recens a uulnere Dido Errabat ſylua in magna. Sed quoniam pecudes errando, hoc eſt uagando paſcuntur. Errare aliquando pro paſci ponitur. Virgilius: Mille meæ Sicculis errant in montibus agnæ. Item quia uagando ſæpe a recte uia deflectitur, Errare aliquando pro peccare & delinquere accipimus, a quo fit error, quod modo delictum ſignificat. Et erratum. Et Vagatio ipſa proprie erratio dicitur. Differt autem ſic error ab erratione, ut error ſit animi, erratio pedum. Terentius. Sane hac multo propius ibis, & minor eſt erratio. Differũt præterea error, neſcientia & ignorãtia ſic: Quod neſcientia ſimplicem negationem ſcientiæ importat. Ignorãtia uero quandoq ſignificat ſcientiæ priuationẽ. Et tunc ignorantia eſt carẽtia ſcientiæ, quam quis natus eſt habere. Hoc enim eſt de ratione cuiuslibet priuationis. Quandoq autem ignorantia eſt aliquid ſcientiæ contrarium, quæ dicitur ignorãtia peruerſæ diſpoſitionis; puta, cum quis habet habitum falſorum principiorum, & falſarum opinionum, ex quibus impeditur a ſcientia ueritatis. Error autem eſt approbatio falſorum pro ueris: unde approbare falſa p̃ ueris addit actum quendam ſuper ignorantia. Poteſt eſſe ignorantia ſine hoc, quod aliquis de ignotis ſententiam ferat. Et tũc ignorans eſt, & nõ errans. Sed quã do iam falſam ſentẽtiam fert de his quæ neſcit, tunc proprie dicitur errare. Ex bea. Tho. in quæſtionibus de malo, q. 3 3.

Errones, ut Vlpianus inquit, dicuntur ſeruí, qui non quidẽ fugiunt, ſed frequenter ſine cauſa uagantur: & tẽporibus in res nugatorias conſumptis ſerius ad dominum redeunt.

Eccleſiaſtes cap. 12.

Cuncta quæ fiunt, adducet deus in iudicium pro omni errato: ſiue bonum, ſiue malum ſit.

Auguſt. & habetur diſt. 38. *Quamuis.*

Quiſquis ſe exiſtimat ſcire quod neſcit, pro uero quippe approbat falſum, quod erroris eſt proprium.

Idem in epiſtola ad Marcellam.

Intereſt

Interest inquantum & in quibus rebus erretur, & quam facile se quis corrigat, uel quanta pertinacia suum defendere conetur errorem.

Augustinus ibidem.

Nimis peruerse seipsum amat, q & alios uult errare, ut error suus lateat. Quando em̃ melius & utilius, ubi ipse errauit, alij non errât, quorum ammoniti errore careant, Vos qui me multum diligitis: si talem me asseritis, ut nunquam in scriptis meis errasse dicatis, frustra laboratis, non bonam causam suscepistis. Facile in ea me ipso iudice superamini: quoniam nõ mihi placet, cum à charissimis meis talis esse existimor, qualis non sum: profecto nõ me, sed pro me alium sub meo nomine diligunt, si non q̃ sum, sed quod non sum diligunt.

Augustinus ibidem.

Non enim placet sententia Tullij, maximi autoris Romani eloquij: qui nullum unquam uerbum inquit, quod reuocare uellet, emisit: quæ quidem laus, quamuis præclarissima uideãtur, tamẽ credibilior de nimium fatuo, q̃ de sapiente perfecto. Sed si in bonam partem accipiatur, ut quempiam talem fuisse credamus, qui cum sapienteu omnia loqueretur, nullũ unquam uerbum, quod reuocare uellet, emisit: hoc potius de hoibus dei, quia à spiritu sancto locuti, sunt q̃ de illo quẽ sic Cicero laudat, saluberrima pie rare credendũ est. Ab hac ergo excellentia longe absum: ut si nullum uerbum quod reuocare uelim protulero, fatuo sum q̃ sapiẽti similior. Illius quippe scripta summa sunt autoritate dignissima, qui nullũ uerbum quidem reuocare uellet sed quod reuocare deberet, emisit. Non mihi igit Tulliana illa blandit, sed angit me plane illa Horatiana sententia: Nescit uox missa reuerti. *August. libro de unico Baptismo.*

O quàm detestandus est error hominum, qui clarorum uirorum quædam non recte facta laudabiliter se imitari putant, à quorum uirtutibus alieni sunt.

Ambro. in libro de Chain & Abel.

Nihil grauius quàm errantem a deo deseri, ut se reuocare non possit.

Gregorius libro octauo Moralium.

Nonnulli dum plus exquirunt contemplando q̃ capiunt, usq; ad peruersa dogmata erumpunt: & dum ueritatis discipuli esse negligunt, humiliter magistri eorum fiunt.

Origenes in epistola apologetica sic se excusans.

Quidam eorũ qui libenter habent criminari proximos suos, ascribunt nobis & doctrinæ nostræ crimen blasphemiæ, q̃d a nobis nunquam audierunt: dicunt em̃ patrem malitiæ & perditionis eorum, q de regno ejiciũtur, id est, diabolum me dicere esse seruãdum: q̃ nec aliquis quidem mẽte captus & manifeste insaniens dicere potest Sed nihil mihi mirũ uidetur, si adulteretur doctrina mea ab inimicis, & illa corruptiõe corrumpat quali corrupta ẽ epistola Pauli apostoli: Nam quidã sub nomine eius falsam epistolam conscripserũt, ut turbarent Thessalonicenses, quasi instaret dies domini, & seducerẽt eos.

Beda super Esdram.

Multis qui in pace ecclesiæ negligenter uixerant subito errasse, & in flagitia aliqua cecidisse profuit, dum post casum pœnitendo erecti uigilantius domino seruire cœperũt: & qui pigri ac desides in innocentia stare uidebantur, per accidentem sibi ruinam ammoniti sunt solertius erga sui custodiam contra omẽs antiqui hostes insidias accingi: ita ut nec ꝓpriam uitã curãdo offenderant, postmodum etiam supernæ salutis cum sua erectione curam gerant.

Seneca epistola 42.

Ex eo error noster apparet, quod ea sola putamus emi ꝓ quibus pecuniam soluimus: ea gratuita uocamus, pro q̃bus nosipsos impẽdimus, quæ emere nollemus, si domus nostra pro illis esset danda, adeo nihil est cuique se uilius.

Seneca in Prouerbijs.

Bonus animus nunquam erranti obsequium accommodat.

Franciscus Pe. de uita solitaria libro 1. ca. pri.

Hoc unum modo dixerim: alte radicatos errores non facile uerbis extirpari

Arist. libro 1. de Cœlo & mundo.

Paruus error in principio maximus in fine.

Cicero lib 1. de diuinatione.

Omnibus in rebus temeritas in assentiendo, & error q̃ turpis est.

Cicero libro 2. de diuinatione.

Nonnunquam etiam errorem creat similitudo. *Cicero libro 1. de fini. bo. & malo.*

Sed quot homines tot sentẽtiq. falli possum?.

Erubescentia græce ἐρυθιαστὸ τοῦ ἢ & ἐρυθριάω erubesco dicitur. Est aũt erubescentia timor in conuictij expectatione, secundũ Ioannẽ Damasc. lib. sec. c. 15. Et ꝑdm eundẽ hęc ẽ optima passio.

Differũs erubescentia & uerecũdia, quod erubescentia est de turpi fiẽdo: uerecũdia est de turpi facto secundũ b. Tho. 1. secundæ. q. 41. ar. 4.

Dicitur autem erubescentia a rubeo & rubesco. quæ a rubeus deducuntur. hinc erubesco rubefacio, & rubefio notæ significationis, & rubor, & rubedo.

ERuditio græce παιδεία ας ἡ & παιδεύω erudio dicitur. Etenim rudus, siue raudus proprie dicit res rudis, aspera & imperfecta. Ideo hominem imperitũ rudem nominamus, a quo fit erudio, quod est doceo, instruo: & eruditio doctrina, & erudite aduerbium, docte: ita & ruditas imperitia, & obtusitas ingenij, & rudis impolitus, a quo rudicul? diminutiuũ. Sane rudis etiam erat uirga, qua emeriti gladiatores donabant. Iuuenalis: Ergo si dabit ipse rudem, id est, libertatem & finẽ pugnandi. Præterea nouum rudus est materia pau mẽti, hoc est saxa de nouo contusa, seu testæ fractæ ad pauimentũ faciendũ, & rudus uetus materia ueterũ pauimentorum, & diruptorum ædificorum q̃ lapidibus & testis cõfractis, calce q̃ ac harena constat. Pli-

nius:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nius. Complanari uetera rudere erant uiæ.

Menander.

ἀναφαίρυτορ κτῆμ' ἔσι παιδεία βροτοῖσ. id eſt,

Inſeparabilis poſſeſſio eſt eruditio mortalibus. *idem.*

ἄπαντασ' ἡ παιδευσισ' ἀμφουσ' ποιει. id eſt,

Omnes eruditio manſuetos facit. *idem.*

βραβεῖορ ἀρετῆσ' ἐσιν ἐυπαιδευσια. id eſt,

Brauium uirtutis eſt bona inſtitutio. *idem.*

βλεπων πεπαι δευμ' ἐισ τὰ τῶν ἀλλοτρίων κακα. id eſt,

Inſpiciens eruditus ſum in aliorum mala. *idem.*

γραμματα μαθὼν δι' ἃ χὰ μαθοντα ν ὕμ' ἐχθρ'. id eſt,

Literas diſcere oportet, & diſcentẽ mentẽ habere. *idẽ.*

Δυπλοῦρ δρόμορ δι μαθόντεσ' γράμματα. id eſt,

Duplex uident, qui didicerunt literas. *idem.*

βακτηρία γὰρ ἔσι παιδία βίε. id eſt,

Suſtentaculum enim eſt eruditio uitæ. *idem.*

καλλισορ ἐσι κτῆμα παιδεία βροτοῖσ'. id eſt,

Pulcherrima eſt poſſeſſio eruditio mortalibus. *idem.*

καὶ αὐτοῖσ' ἀγροίκοισ' ἐσι παιδείασ' λογοσ. id eſt,

Et inter agreſtes eſt eruditionis ſermo. *idem.*

καλον δὲ καὶ γέροντι μαθεῖν φροντίδα. id eſt,

Pulchrum eſt etiam ſeni diſcere uehementer. *idem.*

τιμη πεφυκε πᾶσι παιδεία βροτοῖσ. id eſt,

Honor eſt omnibus eruditio mortalibus. *idem.*

ὁ γραμματ' εἰδωσ, καὶ πέρισσορ νοῦν ἔχει. id eſt,

Qui literas nouit, & egregiam mentem habet. *idem.*

ὁ σοφὸσ' ἐρ αὐτῷ περιφέρει τὴν οὐσίαν. id eſt,

Sapiens in ſeipſo circunfert ſubſtantiam. *idem.*

ὃ μη παρεισάνθ', οὐ πο δὺ παιδεύεται. id eſt,

Non percuſſus homo non eruditur. *idem.*

ὁ γραμμάτων ἄπειροσ' οὐ βλέπει βλέποντ'. id eſt,

Literarum expers non inſpicit aſpiciens. *idem.*

ὁσ' οὐκ ἔρ μαθήσεσιν μὴ νοῦσ' παγῇ. id eſt,

Quam nihil diſciplina niſi mens adſit

Erumna græce μέριμνα ησ' ἡ & μεριμνάω ſolicitus ſum dicitur. Eſt autẽ ærumna ægritudo laborioſa, ſecundum Ciceronem lib. 3. Tuſculanarũ quæſtionum. Venitq; ærumna, ut aliqui uolũt, ab eruo, quod eſt extraho, unde eructo, eteructatio. Quoniam ærumna quæ eſt miſeria, mœror, calamitas, animam eruere uideatur. Inde ærũnoſus, mœſtus, miſer, calamitoſus deducitur. De hac materia uide infra Tribulatio.

Eſſentia græce οὐσία ασ' ἡ & eſt illud, cuius actus eſt eſſe ſecundũ beatum Tho. prima parte q. 39. articulo 2. uenitq; à ſum ſubſtantiuo uerbo. ita dicto, quia ſubſtat nec alio indiget. In ipſum uerbum cætera reſoluuntur, ut lego, id eſt ſum qui lego, uel ſum legens: tu amabas, id eſt, tu eras amans, uel tu eras qui amabas, & ita cætera.

Eſſe quando nominaliter ſumitur quale eſt apud Perſium: Noſtrũ illud uiuere triſte. Et alibi. Idem. Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter idẽ eſt cum eſſentia, unde eſſentiale. quod ipſius eſſentiæ eſt, & eſſentialiter aduerbiũ, quo nonnulli utuntur ſecundum eſſentiam.

Eſuries græce λιμόσυνη & λιμάττω fan eſco. Et eſt appetitus calidi & ſicci, ſecundum Ariſtotelẽ lib. 2. de anima. Dicitur autem ab edo quod eſt comedo dictũ ab ἔδω quod eſt ueſcor, illius ſupinũ eſum, à quo eſito frequẽtatiuũ. Et eſurio, quod eſt cupio edere. Quintilianus: Pater filios eſurit. Hinc eſuries edendi auiditas, & minus eſt q̃ fames, quæ ex defectu annone prouenit.

Euagatio mentis eſt filia acediæ, cuius filiæ ſex ſunt. ſ. Malitia. Rãcor, puſillanimitas, Deſperatio, Torpor, & Euagatio mẽtis, ſecundũ bea. Tho. ſecunda ſecundæ q. 33. artic. 4. de quibus oĩbus uide ſupra in arbore acediæ, ubi deſcribuntur. Quia propter tædium boni operis euagatur uaria cogitando, ut ipſum tædium euitet: & hæc inducit ad multiloquium, & uaniloquium, & facit inſtabilem, uenitq; à uagus: uagi eĩ proprie dicuntur, qui ſine negotio modo huc modo illuc inutiliter diſcurrunt, dicti quaſi uacui, hoc eſt quod ſine negotijs agantur: hinc uagari dicitur inutiliter peragrare. Vagor græce πλανασμαι, & uagus πλανητησ' ου ὁ dicitur.

Euangelium græca dictio eſt, εὐαγγέλι μ ου τὸ & eſt bona annunciatio, nam εὖ bene, & ἀγγελλω nuntio dicitur

Eubulia græca dictio eſt, εὐβουλία ασ' ἡ Et eſt rectitudo cõſilij dicta, ab εὖ quod eſt bene, & βουλέυω conſulo. Quia eubulia eſt uirtus bene conſiliatiua, uel ſic: Eubulia eſt firma cogitatio eorum quæ ſunt opportuna ad finẽ tempore congruo, nec nimis tarde, nec nimis uelociter, & alijs circunſtantijs adiunctis, ſcd̃m. b. Tho. ſecũda ſecundæ q lib. artic. 1. & ſecunda ſecundæ q. 48. ca. fi. Eubulia eſt pars potentialis prudentiæ.

Euchariſtia græca dictio eſt, εὐχαρίσια ασ' ἡ & idẽ quod bona gratia, ab εὖ quod eſt bene, & χαρισ'τοσ' ἡ. gratia.

Sapien. cap. 16.

Angelorum eſca nutriſti populum tuum.

Paulus ad Corinth. 1. cap. 11.

Quicunq; manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini. *Paulus ibidem.*

Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini.

Auguſtinus ſuper Ioannem ſerm. 26.

Buccella dominica non fuit uenenũ Iudæ, ſed cũ accepit, & eum inimicus intrauit: nõ quia malum acceperit, ſed bonum malus male accepit.

Auguſtinus ibidem.

Qui nõ manet in Chriſto, & in quo Chriſtus non manet, non manducat eius carnem, nec bibit eius ſanguinem. Sed tantę rei ſacramẽtum ad iudicium ſibi manducat & bibit.

Auguſtinus ſuper Ioannem homil. 8.

Dominus primo diſtribuerat Iudæ, quã cæteris apoſtolis ſacramentũ corporis & ſanguinis ſui. Deinde dominus poſt buccellam intinctam & porrectam ſuum exprimit traditorẽ.

Auguſtinus libro 2. Confeſſionum.

Cibus ſum grandium, creſce & manducabis me: nec tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu muraberis in me.

Auguſtinus in ſermone de ſacramento altaris.

Iterat̃ quidie hęc oblatio licet Chriſtus ſemel

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

passus sit, quod quotidie peccamus peccatis, sine quibus mortalis infirmitas uiuere nō potest: & ideo quia quotidie labimur, Christus pro nobis mÿstice immolatur.

Augustinus ibidem.

Eucharistia est oblatio benedicta, per quā benedicimur. Ascripta, per quā oīes in cœlo ascribimur. Rata, per quam in uisceribus Christi censemur Rationalis, per quam à bestiali sensu eximur. Acceptabilis, ut qui nobis displicemus, per eam acceptabiles eius unico filio simus.

Augustinus de doctrina Christiana.

Quotidie eucharistiæ communionē percipere, nec laudo nec uitupero: omnibus tamen diebus dominicis sumendā hortor, si tamē mens sine affectu peccandi sit. Nam habentē uoluntatē peccandi, grauari magis dico eucharistiæ perceptione q̄ purificari: & ideo q̄uis peccato quis mordeatur, peccandi tamē de cætero nō habeat uoluntatem, & cōmunicaturus satisfaciat lachrymis & orationibus: & confidens de domini miseratione, qui confessione peccati, pie peccata donare cōsueuit, accedat ad eucharistiā intrepidus & securus. Sed hoc de illo, quē capitalia & mortalia peccata nō grauant. Nam quem peccata uel crimina post baptismū grauāt, hortor prius publica pœnitētia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio reconciliatum cōmunicatione sociare, si uult non ad iudicium, sed ad cōdonationem eucharistiam percipere. sed & secreta satisfactiōe solui mortalia crimina nō negamus.

August de Ecclesiasticis dogmatibus.

Hoc sacramentum non in merito consecrantis, sed in uerbo efficitur creatoris. Nec bonorū dispensatorum meritis ampliatur, nec malorū attenuatur.

Augustinus ad Ianuarium lib. 1.

Peccata si non tanta sunt, ut excommunicandus quisquam uideatur, non se debet à quotidiana medicina dominici corporis separare.

Augustinus ibidem.

Faciat unusquisq; quod secundum suam fidē credit pie esse faciendum.

Augustinus ibidem.

Ille hon audet honorando sumere, & ille nō audet honorando ullum diem prætermittere, contemptum solum non uult cibus iste.

August. super Ioan. homil. 88. super illud Prouer. 23. Quando sederis ut comedas cum principe, diligēter attēde. quæ posita sunt.

De mensa sacratissima altaris domini, ubi corpus & sanguis Christi apponetur. In qua mensa sedere, est humiliter accedere.

Ibidem.

Accedens enim debet esse plenus sanctimonia & immaculatus.

Augustinus lib. responsionum ad Ianuarium, & habetur de cons. dist. 2. Liquido.

Liquido apparet, quādo primo acceperūt discipuli corpus & sanguinē domini, nō eos accepisse ieiunos, nunquid tamen propterea calumniandum est uniuersæ ecclesiæ, quod ieiunis sem per accipitur? Ex hoc em̄ placuit spiritu sancto, ut in honore tanti sacramenti, prius in os Christiani dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi. Nam ideo per uniuersum orbem mos iste seruat. Nec enim quia post cibos dominus dedit, propterea pransi aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debent: aut sicut faciebāt, quos apostolus redarguit & emendauit, mensis suis ista miscere. Nanq; saluator quo uehementius commendaret mysterij illius altitudinem, ultimum hoc uoluit infigere cordibus & memoriæ apostolorum, à quibus erat ad passionem digressurus: & ideo non præcepit, quo deinceps ordine sumeretur, ut apostolis per quos ecclesias dispositurus erat, seruaret hunc locū. Nam si hoc ille monuisset, ut post cibos alios semper reciperetur, credo q̄ eum morem nemo mutasset.

Hieronymus super Lucam.

Biberunt ex eo omnes, ebrietas felix, sanctetas salutaris: quæ quanto copiosius sumitur, tanto sobrietatem sumētibus donare dignatur: & Iudas bibit, sed non saturatur, sed sitim extinguit ignis æterni, quia indigne sitiuit misteria Christi.

Hieronymus ibidem.

Accepit Iesus panem & benedicens fregit tradens & figurans corpus suum in panem, quod est ecclesie præsens: quod accipitur in fide, benedicit in numero, frangitur in passionibus, datur in exemplis, sumitur in doctrinis, formans sanguinem suum in calicem uino & aqua commixtum: ut alio purgaremur à culpis, alio redimeremur à pœnis: sanguine nanq; agni seruatur domus a percussione angeli, & aqua maris rubri extinguuntur inimici, quæ sunt mysteria ecclesiæ Christi.

Ambro. in sermone de Eucharistia.

Quāta em̄ cordis contritione, & lachrymarū fonte, quanta reuerentia & tremore, quāta corporis castitate, atq; animi puritate istud diuinū & cœleste mysterium est celebrandū dñe deus? ubi caro tua in ueritate sumitur, ubi sanguis tuus in ueritate bibitur, ubi summis ima, humanis diuina iunguntur, ubi adest sanctorū præsentia & angelorū, ubi tu es sacerdos, & sacrificium mirabiliter & ineffabiliter. Quis digne hoc posset celebrare mysterium? nisi tu deus omnipotens offerentem feceris dignum.

Ambro. & habetur de con. di. 2. Omnia.

Omnia quæcunq; uoluit dñs fecit in cœlo & in terra, & quia uoluit tūc factum est. Ita licet figura panis & uini in altari uideatur, nihil tamē aliud q̄ caro Christi & sanguis poste consecrationem credenda. Vnde ipsa ueritas ad discipulos: Hæc inquit caro mea est pro mundi uita, & ut mirabilius dicam, non alia plane quam quæ nata est de Maria uirgine, & passa fuit in cruce, & resurrexit de sepulchro. Hæc inquam ipsa est: & ideo Christi est caro, quæ pro mundi uita adhuc hodie offertur: & cum digne percipitur, uitam utiq; æterna in nobis reparatur.

Ambro.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ambroſius de ſacramentis libro tertio.

Si tantum ualuit ſermo Heliæ, ut ignem de cælo deponeret: nō ualebit ſermo Chriſti, ut ſpecies elementorum mutetur? de totius mūdi operibus legiſti: quia ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt. Sermo igitur Chriſti qui potuit ex nihilo facere, quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt mutare in illud quod non ſunt? Non enim minus eſt nouas rebus dare formas, q̄ mutare naturas.

Ibidem.

Liquet quia præter naturæ ordinem uirgo generauit, & hoc quod conficimus corpus ex uirgine eſt. Quid quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore? cum præter naturam ſit ipſe partus ex uirgine.

Ambroſius libro de ſacramentis.

Verba euangeliſtæ ſunt uſq; ad accipite, ſiue corpus, ſiue ſanguinem: inde ſunt uerba Chriſti, accipite & bibite ex eo omnes, & inde ſingula, qui pridie inquit q̄ pateret in ſanctis manib. ſuis accepit panem. Ante q̄ conſecretur, panis eſt, ubi uero uerba Chriſti acceſſerunt, corpus Chriſti eſt. Denicq; audi dicentem: Accipite & edite ex eo omnes, hoc eſt corpus meum: & ante uerba Chriſti, calix uini & aquæ eſt plenus, ubi uerba Chriſti operata fuerunt, ſanguis efficitur, qui plebem redemit.

Ibidem.

Si quotieſcunq; effundit ſanguis in remiſſionem peccatorꝫ, funditus debeo illū ſemper accipere, ut ſemp mihi peccata dimittat, qui ſemper pecco, ſemper habere debeo medicinam.

Ambroſius ibidem.

Qui uulnus habet medicinam requirit, uulnus eſt, quia ſub peccato ſumus, medicina eſt, cæleſte & uenerabile ſacramentum.

Ambroſius ibidem.

Ne ueluti quidē horror eſſet cruoris, ſed maneret gratia redemptionis: ideo in ſimilitudinē quidem accipis ſacramentum, ſed uere naturæ gratiam uirtutem q̄ conſequeris.

Ambroſius de uiduis libro pri.

Vide quid agas ſacerdos, ne febrienti manu Chriſti corpus attingas, prius curate, ut poſſis miniſtrare.

Gregorius Dialogorum libro quarto.

Quis fidelium dubiū habere poſſit in ipſa immolationis hora ad ſacerdotis uocem cælos aperiri? In illo Chriſti myſterio angelorum choros ſummis ima ſociari, terrena cæleſtibus iungi, unum quid ex uiſibilibus atq; inuiſibilibus fieri.

Gregorius libro quarto.

Hæc nanq; ſingularis uictima ab æterno interitu animas ſoluit. quæ illā nobis mortem unigeniti reparat, q̄ licet ſurgēs à mortuis iam non moritur, & morſilli ultra non dominabitur, tamen in ſeipſo immortaliter atq; incorruptibiliter uiuens pro nobis iterum in hoc myſterio ſacræ oblatiōis immolat. Eius quippe ſibi corpus ſumit, eius caro in ſalutē populi partit, eius ſanguis non iam in manus infidelium, ſed in ora fidelium funditur. Hic ergo penſemus quale ſit p nobis iſtud ſacrificium, quod abſolutionē noſtram unigeniti filij paſſionem ſemper imitatur.

Ioan. Chryſo. in homil. de perditione Iudæ.

Sicut cibus corporalis, cum uentrem inuenit à diuerſis humoribus occupatum, amplius læditur, magis nocet, nullum præſtat auxilium: ita eſt cibus ſpiritualis, ſi aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdet, non ſuo, ſed accipientis uitio.

Iſidorus de ſummo bo. libro 1.

Qui ſcelerate uenerunt in eccleſia, & cōicare non deſinunt, putantes ſe tali cōione mundari, diſcant nihil ad emendationem proficere ſibi.

Innocentius de ſacramentis.

Per crucis myſterium eripit nos à poteſtate peccati, per euchariſtiæ ſacramētum eripit nos à uoluntate peccandi. Nam euchariſtia ſi digne ſumatur, à malo liberat, in bono confirmat, uenialia delet, mortalia cauet.

Remigius ſuper illud Matth. Væ illi per quem filius hominis tradetur.

Væ tradentibus chriſtum ad crucifigēdum, ſed uæ cum maligna conſcientia ſub ſacramento ſumentibus illum: etſi non tradant Iudæis ad crucifigendum. Tradunt tamen ipſum membris inimici ad ſumendum.

Eufortunium compoſitum uidetur ex græco & latino, quæ eſt dura compoſitio. Teſte Quintiliano, ex ὐ ſcilicet & fortuna. Et eſt cum aliquod magnum bonum euenit, ſecundum Ariſtot. li. x. phyſicorum.

Eugnomolina græca dictio eſt. Nam εὖ bene, & γνωμὴ. ης. ἡ. ſententia, conſilium dicitur. Et eſt pars potentialis iuſtitiæ. Quæ quid ſit, uide infra in arbore Iuſtitiæ.

Euſebia græca dictio eſt, εὐσεβία. ας. ἡ. pietas & religio dicitur. Et eſt pars potentialis iuſtitiæ, quæ quid ſit, uide infra in arbore Iuſtitiæ.

Euſtochia græca dictio eſt, εὐστοχία. ας. ἡ. uenit q̄ ex εὖ & στοχάζομαι, quod eſt cōiunctio. Vnde & στοχασμὸς. ὁ. ἡ. coniectura. Eſt autem euſtochia pars prudentiæ bene coniectans omnia, ſicut ſolertia medium, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 48.

Eutrapelia græca dictio eſt, εὐτραπελία. ας. ἡ. & εὐτράπελος. ὁ. comis, & facetus dicitur. Eſt autem eutrapelia, idem quod bona cōuerſio: & eſt uirtus pars modeſtiæ, qua ludrica, uel iocoſa ad quandam animi quietem, uel ad ſolatium conuertuntur, ſecundum bea. Tho. ſecunda ſecundæ q. 168. Tribus tamen obſeruatis, primum ut non quæratur ſolatium in uerbis, uel operationibus turpibus, uel nociuis. Vnde Cicero li. 1. offi. ait: Vnum genus iocandi eſt illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum. Secundum. Ne totaliter animæ grauitas reſoluatur, de quo

Ambro. lib. 1, Offic.

Caueamus ne dū relaxare aīm uolumus, ſoluamus, oēm harmoniā, quaſi concentum quendam bonoꝝ operum. Tertiū ut congruat perſ ſonæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſonę,tempori,loco,ſecundū alias circūſtantias.

Eutrapelia eſt comitas & medietas Bomolochiæ & agræciæ, ſecundum Ariſtotelem lib. magnorum moralium.

Eutrapelos græci uocant à corporis dexteritate. Nam ꝓprie Eutrapeli apud eos dicunt, q facilitate quadā morum præditi ſunt: hoc eſt lepidi, elegantes, in latino nomen non habent.

EXactio ab exigo uerbo uenit, quod græce ἐκπράσσω dicitur, quod inter multa quæ habet ſignificata aliquando ſignificat debitū peto. Martialis. Exigis à nobis operam ſine fine petitam. Vnde exigere pecuniam quę nobis debetur, & exactores uocantur, qui pecuniam exigunt, & exactio actus ipſe exigēdi. Nomen exactæ pecuniæ, uult Vlpianus: nō modo ad ſolutionem referendum, ſed etiam ad delegationem putat, hoc eſt, cum pecuniam quæ nobis deberur alteri aſſignamus. Tunc enim exacta à nobis dicitur, & ſi ille nondum ſoluerit. Exigere etiam eſt extorquere, inueſtigare, agere, conſtituere. Virgilius: Decreuit q̃ mori, tempus ſecum ipſa modum q̃ exigit.

Paulus ad Romanos cap. 13.

Reddite ergo oīmbus debita, cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

Gregorius in Moralibus.

Exigimus quod debet noſtro corpori, ſed nō impendimus, quod ſubiectoꝝ debetur cordi.

Iohannes Chryſoſt. ſuper Matthæum.

Non gaudent martyres, quādo ex illis pecuniis honorantur, in quibus pauperes plorant.

Iſidorus de ſummo bono lib. 3.

Magnum ſcelus eſt rem pauperum præſtare diuitibus, & de ſumptibus inopum acquirere fauores potentum. Arenti terræ aquam tollere, & flumina quæ non indigent, irrigare.

Petrus Rauennas in epiſtola.

Miniſterialium ſiquidē tanta eſt multitudo, quanta eſt locuſtarū, ut iſtis reſidentibus alī ſuccedant: quod ex parte fuerit deuoratum, alī deuorent exitialiter, & conſumant, impleturq̃ eis illud propheticum: Reſiduum erucæ comedit locuſta, reſiduum locuſtæ comedit brucus: reſiduum bruci comedit erugo. Pauper enim uere cur aperire malitiam exactorum, ne grauiora moliantur eum, & fiant poſteriora hominis peiora prioribus.

Exhalatio græce ἀναθυμίασις, ῶ. ν. & ἀναθυμιάζω exhalo & uaporo dicit. Et eſt ſubſtantia calida & ſicca à terra uel terreo ui ſolis educta, de qua ſupra uide in cometes & in arbore corporis. Dicit aūt ab exhalo, quod eſt expiro: unde exhalatio expiratio eſt. Virgilius: Vt regem æquæuum crudeli uulnere uidi uitam exhalantem.

Examinatio græce βασανισμός, ῦ. ν. & ἐξετασμός. ν. ὁ. & ἐξετάζω at q̃ βασανίζω examino dicitur. Venit q̃ ab examen, quod eſt filium quod in turina regitur. Vnde exanimo uerbum, quod eſt ſcrutor, inueſtigo, exquiro, exploro. Quare examinatio exquiſitio eſt. Examen p̃terea ſignificat aptum, ue ſpaꝝ, crabronū, & huiuſmodi congregatiōem, q̃ hæc ita uniantur, ut ſimul uideantur ligata.

Examinatio græce ἀξετασία dicitur. Eſt autem examinatio metus ſubſequens, & quaſi comes pauoris, ſecundum Cic. lib. Tuſc. quæſt.

Excæcatio græce ἐκτύφλωσις. ῶ. ν. & ἐκτυφλόω excęco dicitur. Et eſt affectus diuinæ reprobationis, ſecundum b. Tho. prima ſecundæ q. 79. art. 4. Differunt autem aggrauatio, excæcatio, & obduratio, ſecundum diuerſos affectus gratiæ, ſcilicet in uiſu & affectu. Vt b. Tho. ibidem art. 3.

Excæcatio & obduratio important duo ſ. metum animi adhærentis malo, & auerſi à deo, & ſubtractionem gratiæ, ſecundū beatum Thomam, ibidem.

Excandeſcentia græce ὀργιλότης, ῆτ. ῶ. ν. dicitur. Et eſt ira naſcens, & modo deſiſtens, ſecundum Cicero. li. 4. Tuſ. quæſt. Et quod excandeſco ſignificat iraſcor tractum eſt à ferro ignito quod candet. Ita hominem ira inflammatum dicimus excandeſcere: hinc excandefactus præter modum iratus. Et excandefacio, irrito, inflammo. De hac materia uide ſupra in ira.

Excogitatio græce ἐξεύρεσις. ῶ. ν. & ἐξευρίσκω excogito dicitur. Et eſt configuratio uel confirmatio cogitationis ad exprimendum exterius, conceptum interius. Differūt autem excogitare & cogitare. Quia cogitare eſt animo uel mente rimari. Excogitare eſt cogitando inuenire.

EXcommunicatio græce ἀφορισμός. ῦ. ὁ. & ἀφορίζω excōmunico dicitur. Eſt aūt excommunicatio cenſura à canone uel à iudice eccleſiaſtico ꝓlata, priuans coīone ſacramentoꝝ, & qñq̃ hominū, ſecundū Paulū ſup Rubrica eiuſdē tituli.

Paulus ad Corinthios 1. ca. 5.

Ego iam iudicaui tradere huiuſmodi hominem interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti.

Aug. ſuper Matth. & habetur 11. q. Ridiculū.

Ridiculum eſt, ut eum dicamus, qui uinculis peccatorum ſuorum ligatus eſt: propter hoc ſolum q̃ epiſcopus dicitur habere huiuſmodi poteſtatem ut ſoluti ab eo, ſoluti ſint in cælo, & ligati in terris, ligati ſint in cælo, ſit ergo irreprehenſibilis, qui alterum ligat, aut ſoluit.

Aug. ſuper Ioan. & habetur 11. q. 3 Nihil.

Nihil ſe ſic debet formidare Chriſtianus, q̃ ſeparari à corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt membrum eius, ſi non eſt membrum eius, non uegetat ſpiritu eius, q̃ſquis autem inquit Apoſtolus, ſpiritum dei non habet, hic non eſt eius.

Aug. ſup Pſal. 28. & habetur 11. q. 3. Cuſtodi.

Cuſtodi intus innocentiam tuam, ubi nemo opprimit cauſam tuam, pr̃ualebit in te falſum teſtimonium, ſed apud homines nūquid apud deum ualebit? Vbi cauſa tua dicenda eſt, quando deus erit iudex, alius teſtis q̃ conſcientia tua non erit, inter iuſtum iudicem & conſcientiam tuam, noli timere niſi cauſam tuam.

Auguſt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Auguſt. ſuper Pſal. 37. & habetur ibidem. Et ſi.

Et ſi ad tempus damnaris ab hoie, & ſi dixerit ſententiam proconſul in Cyprianum, aliud eſt ſella, aliud eſt tribunal cæleſte. Ab inferiori accipiat ſententiam, à ſuperiore coronam.

Auguſt. ſuper Pſal. 182. & habetur ibidem Qui iu.

Qui iuſtus eſt, & iniuſte maledicitur, præmium illi redditur.

Auguſtinus de uerbis Apoſtoli ſermone 68. & habetur 11. quæſt. 3 Omnis Chriſtianus.

Omnis Chriſtianus dilectiſſimi, qui a ſacerdotibus excõmunicatur, ſatanæ traditur, qũo? qa extra eccleſiã diabolus eſt, ſicut in eccleſia Chriſtus: p hoc quaſi diabolo traditur, qui ab eccleſiaſtica cõmunione remouet. Vnde illos quos tunc Apoſtolus ſatanæ eſſe traditos prædicat, excommunicatos à ſe eſſe demonſtrat.

Auguſt. in epiſt. ad Vincentium, & habetur 23. quæſt. 7. Quemadmodum.

Quemadmodum membrum ſi præcidatur ab hominis uiui corpore, non poteſt tenere ſpiritum uitæ, ſic homo ſi præciditur de Chriſtiu ſti corpore, nullo modo poteſt tenere ſpiritum iuſtitiæ, etiam ſi figuram membri teneat, quam ſumpſit à corpore.

Auguſtinus & habetur 24. quæſt. 3. Corripiantur.

Corripiãtur itaq; præpoſitis ſuis ſubditi, correctionibus de charitate uenientibus, pro culparum diuerſitate, diuerſis uel minoribus uel amplioribus, quia & ipſa quæ dãnatio nominatur, quã fecit epiſcopale iudicium, q̃ pœna nulla maior in eccleſia eſt, poteſt ſi deus uoluerit in correptionẽ ſaluberrimã cedere atq; proficere. Neq; enim ſcimus quid cõtingat ſequenti die, aut ante finem uitæ huius de aliquo tali deſperandum eſt, aut cõtra dici deo poteſt, ne reſpiciat, & det pœnam: & accepto ſacrificio ſpũs contribulati, cordisq; contriti à reatu, q̃uis iuſtæ damnationis abſoluat damnatum, quem ipſe non damnat. Paſtoris tamen neceſſitas habet, ne per plures ſerpant dira contagia, ſeparare ab ouibus ſanis morbidam: ab illo cui nihil eſt impoſſibile, ipſa forſitan ſeparatione ſanandam. Neſcientes enim quis pertineat ad prædeſtinatorũ numerum, quis non pertineat, ſic affici debemus charitatis affectu, ut omnes uelimus ſaluos fieri.

Auguſt. in ſermone de Quadrageſima.

Nos à coïone quenq; prohibere non poſſumus, q̃uis prohibitio hæc nondum ſit mortalis, ſed medicinalis, niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo ſiue ſeculari, ſiue eccleſiaſtico iudicio nominatum atq; commotum.

Hiero. & habetur 34. quæſt. 3 Reſecandæ.

Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſæ oues à caulis repellendæ, ne tota domus maſſa, corpus & pecora ardeant, corrũpantur, putreſcant, intereant. Arrius in Alexandria una ſcintilla fuit, ſed quoniã non ſtatim oppreſſus eſt, per totum orbem eius flamma populata eſt.

Hieronymus ſuper Matthæum, & habetur 11. quæſt. 3. Quomodo.

Quomodo ſacerdos mundũ leproſum non facit, ſic epiſcopus uel presbyter non alligat eos qui inſontes ſunt, nec ſoluit noxios, ſed pro officio ſuo cum peccatorum uarietates audierit, ſcit qui ligandus ſit, qui ſoluendus.

Hiero. lib. Iudic & habetur 11. quæſt. 3. Audi.

Audi deniq; Apoſtolum dicentem de eo qui peccauerat: Tradidi, inquit, huiuſmodi hominẽ ſatanæ in interitũ carnis, ut ſaluus fiat ſpiritus. Videsergo, quia & modo non ſolũ per apoſtolos ſuos tradidit deus delinquentes in manu inimicorum, ſed etiam p eos qui eccleſiæ p̃ſident, & poteſtatẽ habent non ſolum ſoluendi, ſed etiam ligandi. Traduntur aũt peccatores in interitum carnis, cũ pro delictis ſuis à Chriſti corpore ſeparantur, & ut mihi uidetur, dupliciter etiã tunc traduntur hoies de eccleſia in poteſtatẽ diaboli hoc modo, quo ſuperius diximus, cũ delictum eis manifeſtũ ſit eccleſiæ, & de eccleſia per ſacerdotem pellitur, ut notatus ob oĩbus erubeſcat, & cõuerſo eueniat ei illud quod ſequitur, ut ſpũs ſaluus fiat in die dñi noſtri Ieſu Chriſti. Alio uero modo quis tradit⁹ eſt Zabulo, cum peccatum eius non eſſet manifeſtũ hominibus. Deus autem qui uider in abſcondito p̃ſpiciens eius mentem & animum eius uitiis ac paſſionibus ſeruientem, & in corde eius nõ ſe diligi, ſed aut auaritiam, aut libidinẽ, aut iactantiam, uel alia huiuſmodi, iſtum talem dominus tradidit ſatanæ, quomodo tradidit eum ſatanq; diſcedit à mente eius, & auertit ſe, & refugit à cogitationibus eius malis, & deſideriis indignis, & relinquit domum cordis eius uacuam.

Grego. & habetur 11. quæſt. 3. Nemo.

Sententia paſtoris, ſiue iuſta ſiue iniuſta fuerit, timenda eſt.

Ioannes Chryſoſtomus in epiſtola ad Hebræos, & habetur 11. quæſt. 3. Nemo.

Nemo contẽnat eccleſiaſtica uincula: nõ em̃ homo eſt qui ligat, ſed Chriſtus q̃ hanc poteſtatẽ dedit, & dños fecit homines tanti honoris.

Iſidorus, & habetur 11. quæſt. 3. Cum excommunicato.

Cum excõmunicato neq; orare neq; loqui, niſi quæ ad eandem excommunicationem pertinent, nec ueſci licet. Si quis enim cum eo, aut abſconſe locutus fuerit, ſtatim cum eo excommunicationis contrahet pœnam.

Origenes ſuper Leuitic. homil. 48.

Interdũ fit, ut aliqs non recto iudicio corũ, qui p̃ſunt eccleſiæ depellat & foras mittat, ſed non excitante, hoc eſt, ſi nõ ita egerit, ut mereretur exire, nihil lædetur in eo quod non recto iudicio ab hominibus uidetur expulſus, & ita fit, ut interdum ille qui foras mittitur, intus ſit: & ille foris ſit, qui intus retineri uidetur.

Beda ſup Matthæum, & habetur 11. quæſt. 1. Quicunque.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quicunq; ab unitate fidei uel societatis Petri apostoli quolibet modo semetipsos segregauerint, tales nec uinculis peccatorum absoluti, nec ianuam possunt regni cælestis ingredi.

EXcusatio græce ἀπολογία, ας, ἡ. & ἀπολογέομαι excuso dicitur. Est autem proprie excusatio obiecti criminis dilutio, & uenit ab extuso, quod est quasi ex causa detraho. Huius diminutiuum est excusatiuncula, hinc excusabile, excusatione dignum.

Dauid psal. 150.

Non declines cor meum in uerba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.

Augustin. de charitate serm. 4

Cœpisti non defendere peccatum tuum, iam inchoasti iusticiam, perficietur autem in te, quãdo nihil aliud facere delectabit.

Augustin. in epist. ad Publicolam.

Absit, ut id quod propter bonum ac licitum facimus: si ex hoc præter nostram uoluntatem quicquam mali acciderit, nobis imputetur.

Hieronymus super Hieremiam.

Prona est ad excusationem sui humana peruersitas, ut quicquid merito sustinet, immerito sustinere uideatur.

Gregorius lib. 10. Moralium.

Fit plerunq;, ut dum iniqui correcta in se mala defendere nequeunt, ex uerecundia peiores fiant, & sic in sua defensione superbiant, ut quæ dam uitia contra uitam corripientis exquirãt: & eo se criminosos non existiment, si crimina alijs imponant, qui cum uera inuenire nequeãt, fingunt ut ipsi quoq; habeant, quod non impariiustitia increpare uideantur.

Ibidem lib. 27.

Vitatum gñis humani uitium est, libendo peccatum cõmittere, & cõmissum negando abscondere, & coniunctũ defendendo excusare.

Ibidem.

Peccatum peccato addit, qui culpæ quam facit, patrocinia defensionis adiungit.

Grego, in Pastorali.

Quidam dicere nonnunq; solent, concessis utimur, aliena non quærimus, & si digna misericordiæ retributione non agimus, nulla tamẽ peruersa perpetramus, cum tamen diutiẽ post hanc uitam ultrix gehenna susceperit, non quia aliquid illicitum gessit, sed quia immoderato usu totum se illicitis tradidit.

Grego. in Registro.

Quæ potest esse pastoris excusatio, si lupus oues comedit, & pastor nescit?

Bernardus super Cantica sermone 11.

Noli iudicare proximum, sed magis excusa. Excusa intensionem, si opus non potes, puta ignorãtiam, puta surreptionẽ, puta casum. Quod si omnem omnino dissimulationem rei certitudo recusat, suade nihilominus tibi, & dicito apud temetipsum, uehemens fuit tentatio, quid de me illa feciſſet, si sic accepisset in me similiter potestatem?

Bernardus de 12. gradibus humilitatis.

In quacunq; hominum uersaris frequentia, caue alienæ conuersationis esse aut curiosus explorator, aut temerarius iudex, & si perpetratũ actum quid deprehendes, nec sic iudices proximum, magis autem excusa.

Ibidem.

Cum superbo imputatur culpa, cresc it, non amputatur, quia cũ argutus fuerit, cor eius declinat ad excusanda peccata. Multis autem modis fiunt excusationes in peccatis, aut eñ dicit: Qui se excusat, nõ feci, feciq;, sed bene feci: aut si male, non multũ male, non mala intentione. Si autem de illo conuincitur, sicut Adam & Eua, aliena suasione excusare se nititur.

Cassiod. super illud Psal. Ad excusationes in peccatis.

Hoc enim maximum uitium est quo laborat humanitas, ut post peccatum suum maximè ad excusationis confugium, quasi pœnitudinis se confessione prosternat, q̃d facinus inter summa peccata constat numeratum esse, quia inde nascitur, unde ad pœnitentiam reus tardius uenire uideatur.

Prosper. de uita Contemplatiua.

Superbus uult credi se constantẽ, prodigus liberalẽ, auarus diligentẽ, temerarius fortẽ, inhumanus parcum, ignauus quietũ, timidus cautũ.

Seneca epistola 60.

Nemo se auarũ intelligit esse, nemo cupidũ: cæci tamen ducem quærunt, nõ sine duce erramus dicimus, non ego ambitiosus sum, sed nemo Romæ aliter potest uiuere, nõ ego sumptuosus sum, sed urbs ipsa magnas impẽsas exigit. Non est meum uitiũ quod iracundus sum, adolescentia hoc facit. Quidem nos decipimus, nõ extrinsecus est malum nostrum, intra nos est, in uisceribus ipsis sedet, & ideo difficulter ad sanitatem uenimus, quia nos ægrotare nescimus.

Ibidem.

Intelliget tua esse uitia, q̃ putas rerum. Quædam enim locis & temporibus ascribimus, at illa quocunq; transierimus, secutura sunt.

Glosa Ecclesiastici 5.

Ne dicas te ex infirmitate carnis tuæ peccare, tanq; reflectens culpam in autorem. Hoc est enim declinare cor in uerba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis.

Glosa super Psal. 14.

Maximũ est uitiũ excusationis. Nam quasi cornu contra deũ erigit, qui p̃ aliquos peccata sua nititur excusare, ut p̃ diabolum, uel per aliquos suasores, uel per necessitatem stellarum.

Glosa super Psalm. 70.

Malũ est peccare, peius est perseuerare, p̃nitio sius est defendere, seu in deũ culpã refundere.

Cicero lib 1o Officiorum.

Vtendum est etiam excusatione aduersus eos, quos inuitus offendas quantumcunq; possis id quod feceris, necesse fuerit. Nec aliter potueris facere.

Cicero

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cicero Rhetoricorum ueterum libro 2.

Voluntario facinori nulla eſt excuſatio imprudentiæ.

Terentius Comœdia ſexta.

Nam qui poſt factam iniuriam ſe expurgat, parum ibi profit.

Executio græce πλήρωσις, ιῶς, ἡ. & πληρῶ exequor & perficio. Executor proprie is dicitur, qui rem iudicatam ducit ad effectū, uenitq; ab exequor, quod eſt perſequor & abſoluo. Apuleius: Necq; enim in tenebris, ſed in propatulo iuſſa domini exequebar, hinc exequiæ de quibus infra.

Execratio græce κατα ασις, ἡ. & καταρωμαι execror dicitur. Et eſt malorum deprecatio. Ab execror quod proprie eſt mala deprecor, fit execrabile, deprecabile, euitandum. Deducuntur autem hæc omnia à ſacrum.

Exequiæ græce κηδωμα ου, τὸ. & κτέρισμα funus dicitur. Sunt aūt exequiæ ipſa funeris celebratio, dum corpus efferī. Dictę quod ſcilicet in funere exequimur, à quo exeq̄ri, quod eſt in exequijs cōuiuari & epulari. Varro: Ipſum propterea ſi liberi ſemitracti exequantur. Differūt aūt ſic ab inferijs, q̄d exequię ſunt, dum cadauer effertur. Inferiæ poſtq; ſepultum eſt, & ſunt ſacra mortuorum, q̄ in ferijs fiebant. Dicunt etiā parentalia. Nam parētare eſt ſacra mortuis facere: dicta quod ita pareant mortuis, qui ita uiuentes iuſſerant fieri, uel quod parentibus hoc præſtent.

Exemplar græce ἀρχέτυπον, ου, τὸ. dicitur. Et eſt id ad cuius imitationem fit aliquid ex intentione agentis, ſecundum D. Tho. in quæſtionibus de ueritate q. 8. art. 8.

EXemplum græce παράδειγμα, ατος, τὸ dicitur. Et eſt alicuius facti uel dicti præteriti cum certi autoris nomine propoſitio, ſecundum Cice. lib. 2. Rhetoricorum. Exemplum eſt, non ut totum ad totum, neq; ut totum ad partem, ſed ut pars ad partem, ſimile ad ſimile: quando utraq; ſub eodem genere ſunt, ſed unum altero magis perſpicuum, ſecundum Ciceronem libro 1. Rhetoricorum.

Exemplū eſt, quod aut ſequamur, aut uitem⁹. Exemplar aūt eſt, ex quo aliud ſimile faciamus. Exemplum eſt res quæ nobis imitanda proponitur, ut puta, in Catone, qui ne turpiter ſeruiret mortē ſibi conſciuit. Itaq; exemplar eſt ipſe Cato, quo ſumitur exēplum. Illud contentum, hoc continens. Exemplū igitur incorporale eſt. Exemplar uero plerunq; corporale. Nonnunq; exemplum pro exemplari ponitur. Ouidius loquens de li. Metamorp. ait: Plurimis exemplis ſcripta fuiſſe reor. exemplis dixit pro exemplaribus, cum eis operis unum ſit exemplum.

Matth. cap. 5.

Non poteſt ciuitas abſcōdi ſupra montē poſita, neq; accendunt lucernā, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt. Sic luceat lux ueſtra coram omnibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum, qui in cælis eſt.

1. Ad Corinthios 19.

Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim ipſe reprobus efficiar. *Ad Philippenſes 4.*

Modeſtia ueſtra nota ſit omnibus hominibus.

Ad Titum 2.

In oīb⁹ teipſum præbe exemplum bonorum operū in doctrina, in integritate, in grauitate, uerbum ſanū irreprehenſibile, ut is qui ex aduerſo eſt, uereatur: nihil habens malum dicere de nobis. *Paulus primæ ad Ro. cap 2.*

Chariſſimi obſecro uos, tanq̄ aduenas & peregrinos, abſtinere uos à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animā, conuerſationem noſtram inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detractant de uobis, tanq̄ de malefactoribus, ex bonis operibus uos conſiderantes, glorificent deum in die uiſitationis.

Auguſt. in libro de ciui. dei, & habetur 15. quæſt. 5. Non eſt.

Non eſt innocentiæ parcēdo ſinere, ut in malum grauius incidatur: pertinet ergo ad innocētis officium, non ſolum nemini malum inferre, uerum & cohibere à peccato, uel punire peccatum, ut aut ipſe qui prius odio habetur, corrigatur experimento, aut alij terreantur exemplo.

Auguſt. ad Caſulanum & habetur diſt. 9 Sana.

Sana quippe ratio etiam exemplis antepo/nenda eſt, cuius quidem exempla concordant, ſed illa quæ tantum digniora ſunt imitatione, quantum excellentiora pietate.

Auguſt. in ſermone de cōmuni uita clericorum, & habetur 12. quæſt. 1. Nolo ut.

Nolo ut aliquis de nobis inueniat male uiuēdi occaſionem, prouidemus enim bona, ut ait Apoſt. non ſolum coram deo, ſed etiam coram omnibus hominibus: propter nos conſcientia noſtra nobis⁹ neceſſaria eſt: propter uos fama noſtra nō polluit, ſed pollere debet in uobis. Duæ res ſunt conſcientia & fama: conſcientia neceſſaria eſt tibi, fama proximo tuo. Q ui confidens conſcientiæ negligit famam, crudelis eſt.

Auguſt. in libro de paſtoribus.

Qui in conſpectu populi male uiuit, quantum in illo eſt, eum à quo attenditur, occidit.

Ibidem.

Omnis qui male uiuit in conſpectu eorum quibus præpoſitus eſt, quantum in ipſo eſt, occidit: & forte qui inuitatur, moritur, qui non inuitatur, uiuit: & tamen quantum ad illud pertinet, ambo occidunt.

Auguſt. libro de ouibus.

Non tantum curemus habere bonam conſcientiam, ſed quantum poteſt noſtra infirmitas, quantum uigilantia fragilitatis humanæ, curemus nihil etiam facere, quod ueniat in malam ſuſpitionem infirmo fratri.

Hieron. epiſt. nona.

Qui in chīm credimus, chīi ſectemur exempla. *Hiero. & hab. 24. quæſt. 3. Reſecandæ.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Reſecandæ ſunt putridæ carnes, ſcabioſa ouis à caulis repellenda. vide ſupra in Excoïcatio.

Hieron. & hab. 8. quæſt. 1. Qualis.

Qualis em̃ erit ædificatio diſcipuli, ſi intelligat magiſtro ſe eſſe maiorẽ? unde non ſolũ epiſcopi, presbyteri & diacones debent magnopere præuidere, ut cunctũ populum, cui p̃ſident, conuerſatione & ſermone præeant, uerũetiam inferior gradus exorciſtæ, lectores, cuſtodes æditium, acolyti, & om̃es omnino qui domui dei deſeruiunt, quia uehementer eccleſiam dei deſtruit, meliores laicos eſſe q̃ clericos.

Hieron. in epiſtola ad Heliodorum.

Domus epiſcopi, & cõuerſatio, quaſi in ſpeculo poſita magiſtra eſt publicæ diſciplinæ, q̃c quid fecerit id ſibi omnes faciendum putant.

Hieron. in epiſt. & eſt in gloſa 1. Tim. 3.

Sancta ruſticitas ſolũ ſibi prodeſt, & q̃tum ædificat exẽplo & uitæ merito eccleſiam Chriſti, nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtat. Innocẽs abſq; ſermone conuerſatio q̃tum exemplo prodeſt, tm̃ ſilentio nocet. Nam latratu canum & baculo paſtorum deterrenda eſt rabies luporum.

Ambroſius ſup Beati immaculati.

Eſt infinitum bonis, ut caſtum pudicus, prudentem ſapiens, miſericors liberalẽ affectu pio diligat, & uirtutes ſuas in alijs amet. In pleriſq; iuſti aſpectus iam monitio correptionis eſt, perfectioribus lætitia eſt.

Gregorius Ianuario epiſcopo, & habetur 2. quæſt. 7. Paulus.

Paulus dicit; Seniorem ne increpaueris, ſed hæc eius regula tunc eſt obſeruanda, cum culpa ſenioris ſuo exemplo non trahit ad interitum corda iuniorum: ubi autẽ ſenior iuuenibus exemplum ad interitum præbet ibi diſtricta increpatione feriendus eſt. Nam ſcriptum eſt: Laqueus iuuenum omnes uos, & rurſus, Maledictus puer centum annorum.

Grego. Ioanni epiſ. Conſtantinopolit. & habetur diſt. 11. Conſtantinopolitana.

Ego etiam minores meos, quos ab illicitis p̃hibeo, cum bono imitari paratus ſum: ſtultus enim eſt, qui ſe in eo primum exiſtimat, ut bona quæ uiderit diſcere contemnat.

Gregorius libro Moralium.

Cum maiores uoluptati deſeruiunt, nimiſq; minoribus laſciuiæ frena laxantur.

Idem libro 9.

Bona quæ facere ipſi negligimus, hæc ad correctionem nobis deus ab alijs fieri demonſtrat, ut qui p̃ceptum non attendimus ſaltem exemplis excitemur, atq; in appetitu rectitudinis, nil ſibi mens noſtra difficile exiſtimet, quod perfecte peragi ab alijs uidet.

Idem libro 10.

Nullum ego conſilium melius arbitror, q̃ ſi exemplo tuo fratrem docere ſtudeas quę oporteat fieri, prouocans eum ad meliora, & conſulens ei, neq; uerbo, neq; lingua, ſed opere & ueritate.

Idem libro 19.

Quid eſt quod omnipotens deus & uirtutes ſuas taceri uoluit, & tamen ab his qui illuminati ſunt quaſi inuitus indicatur? niſi quod ſeruis ſuis exemplum dedit, ut ipſi uirtutes ſuas occultari deſiderent: & tamen ut alij eorum exemplo proficiant, prodantur inuiti facta ſua occultanda ſeipſos cuſtodiunt. Sed dum produntur inuiti bona ad proximos extra tranſmittant, occultentur igitur ſtudio, ſed neceſſitate publicẽtur, & eorum occultatio ſit cuſtodia propria, eorum publicatio ſit utilitas aliena.

Idem libro 24.

Volantia animalia ſe uiciſſim feriunt alis ſuis, quia ſanctorum mentes in eo quod ſuperna appetunt, conſiderantes inuicem alternis uirtutibus excitantur. Ala enim ſua me percuſſit, qui exemplo ſanctitatis me ad melius accendit, & ala meum uicinum animal ferio, ſi quando alteri opus bonum quod imitatur, offendo.

Idem libro 30.

Qui pleniſſime intelligere appetit qualis ſit, tales debet aſpicere, qualis non eſt, ut in bonorum forma metiatur, quantum ipſe de ſubiecto difformis eſt. Iuſtorum enim ſpecies quaſi quædam forma nobis imitanda proponitur. Lectio hæc bonorum uita.

Grego. in Moral ſup illud Iob 30. Si quando ridebam ad eos, non credebant.

Dum nos quaſi licenter lætos aſpiciunt, ſubditi ipſi ad illicita reſoluuntur.

Idem libro 1. Dialogorum.

Sunt nonnulli quos ad amorẽ cæleſtis patriq; plus exempla q̃ prædicamenta ſuccendunt.

Gregorius in Paſtorali.

Plerunq; contingit, ut qui negligenter de ſe mala opinari permittant, per ſemetipſos nulla quidem unq̃ faciant, ſed tamen per eos qui ſe imitati fuerint multiplicius delinquunt.

Ibidem.

Qui bona occulte faciunt, & cum quibuſdã factis publice mala de ſe opinari permittunt, cum ſeipſos recte uirtute uiuificant, alios in ſe per exempla malæ æſtimationis occidunt, & cum ſalubris uini potum ſorbeant, peſtiferiueneni poculum alijs infundunt.

Ibidem.

Nemo amplius in eccleſia nocet, q̃ qui puer ſe agẽs nomẽ uel ordinẽ ſanctitatis habet. Delinquentẽ nanq; hũc redarguere nullus præſumit, & exemplis culpa uehementius extenditur, q̃ pro reuerentia ordinis peccator honoratur.

Grego. in fine Paſtoralis de ſeipſo.

Dum monſtrare, q̃lis debet eſſe paſtor inuigilo, pulchrum depinxi hominem pictor fœdus.

Grego ſuper Ezechielem hom. 5.

Qui in occulto bene uiuit, ſed alieno profectui minime proficit carbo eſt; qui uero in imitatione ſanctitatis poſitus lumen rectitudinis ex ſe multis demonſtrat, lampas eſt, quia & ſibi ardet, & alijs lucet.

Grego-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Gregorius homilia 5.

Perpẽdo Petrũ, conſidero latronẽ, aſpicio Zachęum, & nihil in illis aliud uideo, niſi ante oculos noſtros poſita ſpei & pœnitentiæ exempla.

Idem in hom. ſup. Euang.

Cũ clericũ uidemus admonendus eſt, quatenus ſic uiuat, ut exemplum uitæ ſecularibus p̃beat, ne ſi quid in illo reprehẽditur ex eius officio ipſa religionis noſtræ æſtimatio grauetur.

Ioannes Chryſoſt. & habetur diſtinct. 42. cap. Multi ſacerdotes.

Ideoq; malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo crimen acquirit, nõ dignitatẽ. In iudicio eñ tuo ſedes, ſiquidẽ bene uixeris, & bene docueris, populum inſtruis: ſi bene docueris, & male uixeris tui ſolius condẽnator eris. Nã bene uiuẽdo & bene docendo populum inſtruis quomodo uiuere debet, bene autẽ docendo, & male uiuendo deũ inſtruis, quõ te debeat condemnare.

Iſidorus de ſummo bono, li. 1. par. 2 ca. 11.

Qui ſanctum uirum imitatur, quaſi exemplũ aliquod intuetur, ſeſeq; in illo quaſi ſpeculo proſpicit, ut adiiciat quod deeſſe uirtutis agnoſcit. Minus enim ſeipſum homo ex ſeipſo conſiderat. ſed dum alterũ intendit, id quod minus eſt, uirtutis addit.

Idem in Syno. ſoliloquio. li. 1. cap 10.

Aſpice ex alio tormento quod timeas. Reſpice in alio exitio quod paueſcas. Euita foueam in qua alium uideris cecidiſſe coram te. Pericula aliena in te pertimeſce. Quæ uerbis doces, exemplis oſtende.

Idem Soliloquio. lib. 2. cap. 3.

Vita malos, caue iniquos. Si fueris ſocius cõuerſationis eris & uirtutis. Similis ſimili coniũgi ſolet: uitã cum malis ducere periculoſum eſt, & cum his qui prauæ uoluntatis ſunt ſociari.

Iſidorus de ſummo bono libro 2.

Maioris eſt culpæ manifeſte q̃ occulte peccare, dupliciter enim reus eſt, qui aperte delinquit quia agit & docet.

Bernardus in ſerm.

Non tibi uidetur grauiorem Chriſtus ſuſtinere perſecutionem, qui ſuggeſtione maligna, exemplo pernicioſo ſcandali occaſione ab eo peruertit animas quas redemit, quàm a Iudæo, qui ſanguinem ſuum fudit.

Idem in ſermon. 6.

Sermo quidem uiuus & efficax exemplum operis eſt, plurimũ faciens ſuaſibilem, tũc cum intendimus, quod dicitur, dum monſtratur ſcibile quod ſuadetur.

Bernardus in epiſtola 72.

Pulcherrimus ordo eſt & ſaluberrimus, ut onus quod portandũ imponis, tu portes prior, & ex te diſcas qualiter oporteat alĩs moderari.

Leo Papa in ſermon. de Ieiunio.

Validiora ſunt exemplia quàm uerba, & plenius opere docetur q̃ uoce.

Hugo de clauſtro animæ libro 3.

Sic luceat lux ueſtra coram hoĩbus, & ex hoc autem ſit cum apparẽt miſericordia in affectu, benignitas in uultu, humilitas in habitu, modeſtia in cohabitatione, patientia in tribulatione.

Caſſio. li. 1. Epiſtolarum. epiſtola 38.

Illi prudentiores ſunt ſemper habiti, qui multorum hominum conuerſationibus probantur eruditi. *Idem li. 5. epiſt.*

Clarius eñ ſuas maculas reddunt, ſi illi ad q̃s multi reſpiciũt aliqua reprehenſione ſordeſcũt. Alioquin expedit nõ uideri q̃ cunctorum irriſione ſignari. Oñes ergo qui grauiorum celſa petimus uitiorum, humilia deferamus, ſit in nobis frons libera, ut aliorum poſſimus emẽdare peccata, æquat crimen oñe quod inquinat, & ideo diſſimilis ab accuſato debet eſſe, qui iudicat.

Idem libro 5. epiſtola 44.

Inſtructus redditur animus in futuris, quãdo præteritorum commouetur exemplis.

Idem lib. 10. epiſtola 13.

Res minor ad potioris currit exemplũ, & alieni factiture iudicem ſuſtinet, qui peccatis præſtat exempla. *Idem libro 12. epiſt. 3.*

Nemo amplius acquirit, quàm ſi ſe bona cõuerſatione tractauerit.

Lactan. Firmia. lib. 3. Diui. inſtitut. aduerſus gentes.

Qui docent tantum nec faciũt, ipſis præceptis ſuis detrahũt. Bonũ eſt aũt recta & honeſta præcipere, ſed niſi & facias mendaciũ eſt, & incõgruens atq; ineptũ, non in pectore, ſed in labris habere bonitatem. Qui nimiũ parcus eſt, diſcit aqua polẽta uitã poſſe tolerari. Qui odit uxorẽ, huic enumerantur cœlibatus bona. Habẽti malos liberos orbitas prædicatur. Aduerſus impios parentes nullum uinculum eſſe naturæ, literæ licet paucæ ſint, uariæ tamẽ collocatæ innumerabilia uerba conficiunt, non enim fas aut eum qui ſceleratus in uita fœliciter effungere q̃ meretur, aut eum qui ob iuſtitiam miſerrimus fuerit ſua mercede fraudari.

Innocentius Papa, & habetur diſt. 20. De quibus cauſis.

Sanctorum exẽpla perſpicaciter recordamini.

Seneca ad Lucil. epiſtola 13.

Id agamus, ut meliorẽ uitã ſequamur q̃ uulgus, non ut contrariã. Alioquin quos emẽdare uolumus, fugamus à nobis & auertimus. Illud quoq; efficimus, ut nihil imitari ueĩnt noſtri, dum timent ne imitanda ſint oĩa. Hoc primum philoſophia promittit, ſecundum oñẽ humanitatem & congregationẽ, à qua profeſſione diſſimilitudo nos ſeparabit. Videamus ne iſta per quæ admirationem parare uolumus, ridiculoſa & odioſa ſint. *Idem epiſtola 25.*

Prodeſt ſine dubio cuſtodem ſibi impoſuiſſe, & habere quem reſpicias, hoc quidẽ lõge magnificentius eſt ſic uiuere, tanq̃ ſub alicuius boni uiri, ac ſemper præſentis oculis, cum iam profeceris tantum, ut ſit tibi etiam tui reuerẽtia. & donec te eum feceris, cum qua peccare non audeas. *idem in Prouerbijs.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dignus tibi ſis, corã te peccare pudeat, diſci/pulus eſt prioris poſterior dies. Ex uitio alterius ſapiẽs emẽdat ſuum. Optimũ eſt maiorũ ſequi ueſtigia, ſi recte præceſſerint. *Ibidem.*

Bonum eſt in malo alieno fugienda tueri.

Seneca in Sententijs oratorum.

Si bene egeris, ipſe tibi perſonæ autoritatem dabis: uiri boni eſt ſcire pati, nec facere iniuriã.

Autor malus bonam rem turpem facit.

Seneca libro Declamationum.

Filius quid imitandum ſit, dicetur exemplo.

Idem Tragœdia 6.

Ferre quam ſortem patienter omnes.
Nemo recuſat.

Ariſtoteles libro 1. Poetriæ.

Exemplis utimur in dicendo, ut facilius intel/ligatur quod dicitur.

Idem libro 1. Priorum,

Exempla non ponimus, quia ita ſint, ſed ut ſentiant addiſcentes.

Idem libro 2. de cœlo & mundo.

Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.

Idem libro 9. Ethicorum.

Accipere uirtutes uirtuoſorum beatiſſima eſt uita. *Idem libro 9. Ethicorum.*

In omnibus oportet imitari meliorem, uel quod melius eſt. *Idem 10. Ethi.*

Magis mouent exempla quàm uerba.

Ibidem.

In actionibus humanis minus creditur ſermo nibus q̃ operibus. *Ibidem.*

Quando ſermones diſſonant in operibus ſenſibiliter, tunc contemnuntur.

Idem libro 7. Politicorum.

Iuuenes ſunt cuſtodiendi, ut nec dicãt, nec audiãt malũ, uel turpe aliquod, quia ex dicere & audire aliquid turpiũ de facili fit facere aliquod turpe. *L. Diog. de uita & moribus philoſo.*

Interrogatus Solõ qualis debet eſſe populi rector, reſpõdit: populi rector prius ſe q̃ populũ rectificare debet. Alioquin erit uelut q umbrã curuam rectificare conatur, priusq̃ uirga curua umbram faciens recta fiat. *ibidem.*

Per uiã publicam ne ambules, id eſt ne multorum ſequaris errores. Pythagoras dicebat.

ibidem.

Cũ Virgilio ab imperitis obiĳ eret, q̃ alienos uerſus ſuo operi inſerebat, reſpondit, magnorũ uirorũ eſt clauã extorquere de manu Herculis.

Plutarchus in Apophthegmatibus.

Alexander adhuc puer cũ et lenitate corporis & pedum uelocitate plurimũ ualeret hortatus à patre ut Olympiacis ludis ſtadium curreret, ait, facerem id quidem, ſi cum regibus mihi certamen futurum eſſet. *Ibidem.*

Præterea cum Alexander res geſtas legeret, collachrymauit, dixitq̃ ad amicos, is cũ hac eſſet ætate Darium uicit, mihi uero in hanc uſque diem geſtum eſt nihil.

Macrob Saturn. libro 6.

Conſiderandum hunc eſſe fructum legendi, æmulari ea quæ in alĳs probes, & quę maxime inter aliorum dicta mireris in aliquem uſum tuum opportuna deriuatione conuertere. Quod & noſtri tam inter ſe quàm ex græcis, & Græcorum excellentes inter ſe ſæpe fecerunt.

idem Saturn. libro 1.

Plebeia ingenia magis exemplis, q̃ oratione capiuntur. *Cicero libro Officiorum.*

Plerunq̃ aũt præceptis parentum imbuti ad eorum conſuetudinẽ morem q̃ deducimur.

idem Rhetor. libro 2.

Exemplum uitioſum eſt ſi aut falſum eſt ut reprehendatur, aut ſi improbum, ut non ſit imitandum, aut maius, aut minus, q̃ res poſtulat.

Cicero Rheto. nouo. libro 4.

Hoc ipſum maximum artificium eſt, in arte ſua poſſe alienis exemplis uti. *ibidem.*

Nam rerum omnium imperiti, qui uniuſcuiuſque rei de rebus ante geſtis exempla petere non poſſunt: hi per impudentiam facillime deducuntur in fraudem. At hi qui ſciũt quid alĳs acciderit, facile ex eorum euentibus ſuis poſſunt rationibus prouidere.

Vale. Maxim. lib. 2. ti. de inſtitu. antiquis.

Maiores natu in conuiuĳs ad tibias egregia ſuperiorum opera carmina comprehenſa pangebant, quo ad ea imitanda uirtutem iuuenum alacriorem redderẽt. Quid hoc ſplendidius? q̃d hoc utilius certamine? Pubertas carnis ſuũ decus reddebat, defuncta uirium curſu ætas ingredientes actuoſam uitam fauoris nutrimẽtis proſequebatur. *ibidem.*

Spectãdi cõſuetudo etiã imitãdi licẽtiã ſumit.

Qu. Curtius de Geſtis Alexandr. lib. 6.

Liberior eſt in mutuas querelas dolor.

Lucius Apuleius de deo Socratis.

Quin nos quoq̃ Socratis exemplo & cõmemoratione erigimur.

Plautus in Pſeudulo.

Probum eſſe patrem oportet, qui gnatum ſuum eſſe probiorem quam ipſus eſt poſtulat. *ibidem.*

Id ne tu mireris ſi patrizet filius.

Claudianus.

Scilicet in uulgus manant exempla regentum,

Ouid. de Ponto lib. 3. elegia 3.

Dum feriant unum non unum fulmina terrent.
Iunctaq; percuſſo turba pauere ſolet,
Cumq; dedit paries uenturæ ſigna ruinæ.
Sollicito uacuus ſit locus ille metu.
Quis non e timidis ægri contagia uitat,
Vicinum metuens ne trãhat inde manum?

idem 6. Faſt.

Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur.
Cum iudex alios quod monet ipſe facit.

Horatius Carminum libr. 3. ode 5.

Hoc cauerat mens prouida Reguli
Diſſentientis conditionibus
Fœdis, & exemplo trahentis
Perniciem ueniens in æuum.
Si non periret immiſerabilis
Captiua pubes.

Hora

Horatius Sermonum lib. I. ſatyra I.

Paruula, nam exemplo eſt, magni formica laboris:
Ore trahit quodcunq; poteſt, atq; addit aceruo
Quem ſtruit haud ignara ac non incauta futuri.

Iuuenalis ſatyra 14.

Plurimà ſunt Fuſcinæ & fama digna ſiniſtra,
Et nitidis maſculam ac rugam figentia rebus,
Quæ monſtrat ipſis pueris traduntq; parentes:
Si damnoſa ſenem iuuat alea, ludit & hæres
Bullatus, paruoq; eadem mouet arma fritillo. Ibidem.
Expectas ut non ſit adultera large
Filia quæ nunquam maternos dicere mœchos
Tam cito nec tanto poterit contexere curſu,
Vt non terdecies reſpiret? conſcia matri
Virgo fuit, ceras nunc hac dictante puſillas
Implet & admœchum dat eiuſdem ferre cynædis.
Sic natura iubet, uelocius & citius nos
Corripiunt uitiorum exempla domeſtica. Ibidem.
Sed reliquos fugienda patrum veſtigia ducunt,
Et monſtrata diu ueteris trahit orbita culpæ.
Abſtineas igitur damnis huiuſce, etenim uel
Vna potens ratio eſt, ne crimina noſtra ſequantur
Ex nobis geniti, quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes ſumus: & Catilinam
Quocunq; in populo uideas quocunq; ſub axe,
Sed nec brutus erit, Bruti nec auunculus unquam.
Nil dictu fœdum uiſuq; hæc limina tangat,
Intra quæ puer eſt. procul hinc procul inde puellæ
Lenorum, & cantus pernoctantis paraſiti.
Maxima debetur puero reuerentia, ſi quid
Turpe paras, ne tu pueri contempſeris annos,
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.
Nam ſi quis dignum cenſoris fecerit ira,
Quandoquidem ſimilem tibi ſe non corpore tantum
Nec aultu dederit morum quoq; filius & cum
Omnia deterius tua per veſtigia peccet,
Corripies nimirum & caſtigabis acerbo
Clamore, aut poſt hæc tabulas mutare parabis,
Vnde tibi frontem libertatemq; parentis,
Cum facias peiora ſenex, uacuumq; cerebro
Iam pridem caput hoc uentoſa cucurbita quærat?

Iuuenalis ſatyra 14.

Hoſpite uenturo ceſſabit nemo tuorum,
Verre pauimentum & nitidas oſtende columnas.
Arida cum tota deſcendat aranea tela,
Hic lauet argentum, uaſa aſpera tergeat alter.
Vox domini fremit inſtantis uirgamq; tenentis:
Ergo miſer trepidas ne ſtercore fœda canino.
Atria diſplicant oculis uenientis amici:
Ne perfuſa luto ſit porticus, & tamen uno
Semodio ſcopis hæc emendat ſeruulus unus.
Illud non agitas, ut ſanctam filius omni
Aſpiciat ſine labe domum uitioq; carentem.
Gratum eſt quod patriæ ciuem populoq; dediſti
Si facis ut patriæ ſit idoneus, utilis agris,
Vtilis & bellorum & pacis rebus agendis,
Plurimũ enim intererit, quibus artibus & q̃bus hũc tu
Moribus inſtituas. Serpente ciconia pullos
Nutrit, & iumenta per deuia rura lacerta.
Illis eadem ſumptis quærunt animalia pennis.
Vultur iumento & canibus crucibuſq; relictis,
Ad fœtus properat partemq; cadaueris affert.
Hic eſt ergo cibus magni quoq; uulturis, & ſe
Paſcentis propria cum iam facit arbore nidos.
Sed leporem aut capream famulæ Iouis & generoſa
In ſaltu uenantur aues, nunc præda cubili
Ponitur, inde aũt cũ ſe matura leuabit
Progenies, ſtimulante fame feſtinat ad illam
Quam primũ rupto prædam guſtauerat ouo.
Aedificator erat Centronius & modo curuo
Littore Caietæ ſumma nunc Tyburis arce,
Nunc præneſtinis in montibus alta parabat
Culmina uillarũ Græcis longeq; petitis
Marmoribus uincens Fortunæ ac Herculis ædem.
Vt ſpado uincebat capitolia noſtra Poſides.
Dũ ſic ergo habitat Centronius, imminuit rem,
Fregit opes nec parua tamen menſura relictæ
Partis erat, totam hanc turbauit filius amens,
Dũ meliore nouas attollit marmore uillas.

Exemptio græce ἀνευθυνία ας ῆ & ἀνευθυνοσ ύ ὸ ή exemptus dicitur. Et is eſt, qui non ſubeſt iuriſdictioni ordinarij. Diciturq; ab eximo quod eſt aufero, excipio. Differũtq; eximio & eripio, ut placet Pomponio iuriſcõſultoq; eripere eſt de manibus auferre per raptũ. Eximere uero quoquo modo auferre. Itaq; erit eximẽdi uerbum generale, ut puta: Si quis non raperet aliquẽ, ſed moram faceret quo minus in iudicium ueniret, ut actionis dies exiret, uel res tempore amitteret, uidetur eximiſſe, quãuis corpus non exemerit. Hinc eximium dicitur excellens, egregium, tractum ab eo quod in ſacrificijs optimum pecus de grege eximebatur, uel quod primum erat tratum. Et eximij porci dicebantur maiores, qui ad ſacrificandum electi erant: ſicut oues dicebãtur è grege electæ: unde egregium dicimus excellẽs, & eximie & egregie aduerbialiter, & ab eximio exemptio dicitur.

Exercitatio græce ἀσκησισ ισ ῆ & ἀσκέω exerceo dicitur uenitq; ab arceo, quod eſt premio, fatigo, quaſi extra arceo. Exercere proprie fatigare eſt. Terẽ. Iſane, ego te exercebo hodie, ut dignus es, ſilicernium. Aliquando exercere ponitur pro agitare, commouere. Pro inſequi, pro laborare, colere à cuius frequentatiuo exercitio fit exercitium & exercitatio: & exercitus fatigatus particulariter: & exercitus nomen, hoc eſt malitũ multitudo quod eſt exercendo fit melior.

Exercitium græce γυμνασία ας ῆ dicitur. Et eſt uitæ humanæ conſeruatio caloris naturalis lima, exercitatio dormientis naturæ, uirtutũ corroboratio, ſuperfluitatũ conſumptio, ocio inimicum, temporis lucrum, iuuentutis debitũ, & ſenectutis gaudiũ. Ille ergo ſolus ab exercitio ſuſtineat, qui ſanitatis beneficio uult carere, ſecundum Fulgentium. Prouerb. ca 12.

Qui operatur terram ſuam, ſatiabit panibus.
Qui autem ſectatur oſtium, ſtultiſſimus eſt.

Eccl cap. 9.

Quodcũq; facere poteſt manus tua, inſtãter operare ga nec opus, nec oratio, nec ſapẽtia, nec ſcientia erunt apud inferos quo tu properas.

Hie-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hieronymus in ſermone.

Non facile capitur à diabolo, qui bono uacat exercitio. *Bernardus ad fratres.*

Ruſticus duros habet neruos, lacertos fortes, exercitatio hoc facit, ſiue cū corpore inoleſcit, uoluntas facit uſum, uſus exercitium, exercitiū uires ſubminſtrat.

Bernardus in ſermone natiuitatis domini.

Paſtoribus uigilantibus exhibita eſt uiſitatio angelorum & allocutio. Agnoſcant ergo homines, quia qui in labore hominum non ſunt, uiſitari ab angelis non merentur.

Hugo de inſtitutione nouitiorum.

Sæpe illa quæ in publico non ualemus, neceſſario quendam prius in ſecreto exercitationis uſum expoſcunt, quia ſi ea prorſus in occulto negligimus, uti poſt modum eis dum opus eſt, in publico non ualemus.

Caſſiodorus libro 9 epiſtolarum.

Conſtat omnem operam ſi longa intercapedine quieſcat, egreſſumi. Quis em̄ ignoret cunctis aut artificibus aut artibus maximum decus uſu uenire? cumq; ſtudia conſueta non frequentantur, brachia in corporibus, ingenia pigreſcere in artibus. *Idem libro 4. Epiſtolarum.*

Aegreſcit profecto ingenium, niſi uigilatione reparetur. Cito expediūtur horrea, quæ aſſidua non fuerint adiectione ſuffulta. Theſaurus ipſe cōq; facile profunditur, ſic humanus ſenſus cum alieno non farcitur inuento, cito poteſt attenuari de proprio.

Vegetius de re militari libro 2.

Omnes artes omniaq; opera quotidiano uſu & iugi exercitatione proficiunt. Quod ſi in paruis uerum eſt, quanto magis decet in maximis cuſtodiri? *Seneca epiſtola 23.*

Quem in ipſa re trepidare uolueris, ante rem exerceas. *Ariſtotel. lib. Metaphyſicæ.*

Exercitium eſt cauſa ſanitatis, & econuerſo.

Idem libro 1. Rhetorices.

Exercitiū, ut in pluribus conſeruat ſanitatem.

M. T. C. libro 2. Rhetoricorum.

Exercitiū temperatum conſeruat ſanitatem:

Idem libro 2. Ethicorum.

Exercitatio eſt aſſiduus uſus & conſuetudo.

Ouidius in epiſtola Phedræ Ad Hippolitum.

Ars fit a teneris crimen condiſcitur annis.

Ibidem.

Quod caret alterna requie durabile non eſt.

Hæc reparat uires, feſſaq; membra leuat. *Ibidem.*

Arcus & arma tuæ tibi ſint imitanda dianæ,
Si nunquam ceſſes tendere, mollis erit.

Exilium græce φυγὴ ἴσον & φυγὰς ἄλλος exul dicitur. Exilium autem uenit ab exul, qui dicitur extra ſolum natale: hoc eſt, qui extra patriam eiectus eſt: hinc exulo uerbum, quod eſt extra patriam eiectus uiuo, & exulabundus in exilio uitam agens. *Euripides in Medea.*

κοὐλάχιστα φυγὴ κακὰ σὺν αὐτῇ id eſt,

Multa attrahit exilium mala ſecum. *Ibidem.*

μυρία θνητοῖς ἄλλα συνεφέρ' ἡ φυγὰς πατρίας στερίσκουσ'.

Laborum non alius ſupra q̄ terra patria priuari.

Exiſtimatio quod græce ὑπόληψις & ὑπολογίζω reputo dicitur. Fere ſemper paſſiue capitur, ut homo magnæ exiſtimationis, id eſt, de quo omnes bene opinantur, & quem magnum exiſtimant. Vide de hoc uocabulo ſupra in æſtimatio, & de hac materia ſupra in Autoritas.

Exorciſmus græca dictio eſt ἐξορκισμὸς ὁ & ἐξορκίζω adiuro dicitur. Eſt autem adiuratio cōtra diabolum, & habetur de conſ. diſt. 4. cap. Ante decem dies. De hac materia uide ſupra in Adiuratio, & in adiurationis arbore.

Exordiū græce πρόοιμιον τὸ & προοιμιάζω proœmium facio dicitur. Et eſt exordium ſiue proœmium orationis initiū, ſicuti in poeſi præfatio, in lyræ pulſatione præludium. Diciturq; ab exordior, quod eſt fari incipio. Redordior uero eſt rurſus incipio.

Expectatio græce ὑπομονή ἡ & ὑπομένω expecto dicitur. Eſt autem expectatio motus ſpei propter cognitionem præcedētem reſpectu auxilij alieni, ſecundum b. Tho. pri. ſecundæ q. 40. art. 4.

Expectare dicit protenſionē appetitus in aliquid, cum quiete priuante fugam, ſecundum b. Tho. 3. Sent. diſt. 26. q. 1. art 1. Dicitur autem expecto à uerbo ſpecio, quo non utimur niſi in cōpoſitione: licet antiqui etiam in ſimplici uterentur pro uideo: unde augures ſpecere hoc eſt, inſpicere aues dicebant, & ſpectionem auium pro inſpectione & contemplatione. Ennius. Vos es pulo poſtq̄ ſpexit, & Veſtipici cuſtodes ueſtiū ſerui: quod frequenti diligentia ueſtes inſpiciebant. Plautus. Tum familia tota ueſtiſpicus, iūctor auricuſtos. Et q̄n̄ cum aliquem pręſtolamur, an ueniat frequenter aſpicere ſolemus. Ideo expecto ſumitur pro præſtolor. Aliquando pro moram traho. Virgil. Tyria Carthagine qui nunc expectat. Nonnunq̄ deſidero. Idem: Expectate uenis. Vnde expectatio, quod modo præſtolationem, moram: modo deſiderium ſignificat.

Homerus in Iliados.

αἶ χρόνοι ἀμφὶς μένειν, κενεόντε νέεσθαι. id eſt,

Turpe certe diu expectare, uacuumq; redire.

Experientia græce πεῖρα ας ἡ & πειράομαι experior dicitur. Experimentū autē ſiue experientia nihil aliud eſſe uidetur, niſi accipere aliqd ex multis in memoria retentis, cū aliqua ratiocinatione in particularibus, ſecundum b. Tho. ſuper li. Poſteriorum 2. col. 2 le. ſi.

Experiētia eſt cognitio ſingularium. Ars uero uniuerſaliū ſecundū Ariſt. lib. 1. Metaphyſi.

Experiētia uenit ab experior. Experiorq; uenit à perio uerbo, quo utebant antiqui pro aperio, doceo, unde peritos dicimus doctos, expertos. Sicuti ecōuerſo. Imperitos, indoctos atq; inexpertos, unde peritia & imperitia deriuant, ab eo uerbo actiuo perio fit cōpoſitū. q. eſt in uſu experior, unde experti, periti: & experiētia, uſus, doctrina. Expertes autem dicunt ignari, rudes, nullarum rerum experientiam habentes. Item expertes qui non ſentiūt: ut expertes doloris, qui do

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qui dolorem non ſentiunt, ut expers mortis, q non moritur. Expers humanitatis, qui nihil habet humani. Sunt tamen qui uelint expertē nō ab experiori uenire, ſed ab ex pars, quaſi extra partem. Venit autem à perio, unde dicitur experior, à pario paris. *Menander.*

ἀμπειρία γὰρ τὸ ἀπειρίας κρατεῖ. id eſt,

Experientia enim inexperientiæ imperat.

EXprobratio græce ὀνειδισμὸς & ὀνείδισις exprobo dicitur. Eſt autem exprobratio ingeſtio i nproperij in facie, ſed oblocutio eſt occulta detractatio, ſecūdum b. Tho. ſuper Pſalm. 43 col. 9. Dicitur autem exprobro ab ex & probrum eſt autem probrum ſcelus, ac flagitium Et per metaphoram pro ignominia accipitur, quæ ex ſcelere ſequi ſolet: ut datum eſt ei probro, hoc eſt ignominiæ aſcriptum, hinc probroſum dicimus ignominioſum, & opprobrare ignominiæ obijcere, à quo opprobriū pro ipſa ignominia. Item opprobrare ignominioſum aliquid obijcere, à quo exprobratio ipſa probri obiectio. *Terent. in Andria.*

Nam iſtec commemoratio quaſi exprobatio eſt immemoris beneficij.

Cicero libro de Amicitia.

Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantiū, quę meminiſſe debet is potius in quem collata ſunt, non commemorare is qui cōtulit.

Martialis libro 12.

Impudet ipſe deus nectar mihi? fiat acetum,
Et uaticen perfida ueppa cadi.

Exquiſitio uenit ab exquiro, quod græce dicitur ἐξετάζω. Eſt autem exquiro idem quod diligenter inquiro, à quo exquiſita dicuntur digna, electa, quaſi diligēter quæſita. Et exquęſtor uocatur honoratus quæſtor & primus Et exquiſite aduerbiū hoc eſt diligenter, ecte, culte. Differunt autem quærere & exquirere, quia quærere eſt ſcrutari, inquirere. Exquirere uero eſt ſecernere & eligere

Exultatio græce ἀγαλλίασις & ἀγαλλίαμα exulto dicitur. Eſt autem exultatio expreſſio exterior prorumpēs in ſignum interioris gaudij quia interius gaudium ſui magnitudine ad exteriora prodit, ſecun. b. Tho. 4 Sen. diſt. 49. q. 3. art 1. Vnde exultatio in magnis gaudijs dicitur. Venit autem exultatio ab exulo frequētatiuo huius uerbi exilio quod eſt, ex eo prodo, & quaſi ſaltando prorumpo. Exulto proprie ſignificat ſupra modū exilio, atq; efferor, & quaſi geſtib. quibuſdam & ſaltibus affectum animi oſtēdo, ſiue ira id fiat, ſiue lætitia, ſeu uoluptate, aut alia quacunq; affectione. Hinc exaltabundus, & exultatio deducuntur.

Abula græce μῦθος & μυθεύω fabulor μυθώδης fabuloſus dicitur. Eſt autē fabula res ad utilitatē, ſiue delectationem hominum cōficta, ut ſunt poetarum fabulæ, ut fabulæ Eſopeiæ, quę ab Heſiodo poeta initium ſumpſere: dicitur autem fabula a fando, inde fabulæ & confabulor ſimul loquor, & cōfabulatio, hoc eſt collocutio. Fabula facit diminutiuum fabella. Eſt autem proprie ſermo.

Martialis.

Quodq; tibi mœchum fabula nulla dabat.

Paulus apoſtolus 2. ad Timotheum cap. 4.

Erit enim tempus cum ſanam doctrinam nō ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus. Et à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.

Auguſtinus libro de mendacio.

Apud autores ſeculariū literarū, ut apud Horatium, Mus loquitur muri, & muſtela uulpeculæ, ut per narrationem fictam ad id quod agitur uerax, referatur ſignificatio. Vnde & Eſopiales fabulas ad eum finem relatas nullus ineruditus fuit, qui putaret appetanda mendacia, hæc & in ſacris libris, ut in librum iudicum, cum ligna ſibi regem fecerunt, & loquuntur ad ficum, & ad uitem, quod totum fingitur, ficta quidē narratione, ſed ueraci ſignificatione hæc dicuntur.

Ambroſius libro 3. de Officijs.

Fabula & ſi uim ueritatis non habeat, tamen rationem habet, ut iuxta eam poſſit ueritas manifeſtari. Referunt (inquit) ſeculares uirum quēdam fuiſſe, ut quoties uirium ſuarum deſtitutus amicam & nutricem terrā impulſu aduerſarij contigiſſet deo ſolo ſurgens magis in aduerſarium prævaleret, & occaſio proſtrati occaſio fiebat triumphi. Dabat infirmitas fortitudinē. Lapſus palmam, ruina uictoriam, cui hæc conueniunt niſi Chriſto? quia ad hoc cecidit, ut glorioſior reſurgeret.

Iſidorus libro Sententiarum & habetur diſt 22. ideo.

Ideo prohibebit Chriſtianus legere figmenta poetarū, quia oblectamenta fabularū animum mentē excitant ad incentiua libidinū, nō enim thura ſolum offerendo dæmonibus immolantur, ſed etiam eorum dicta libentius capiendo.

Idem libro Etymologiarum 1.

Fabulæ a fando dictæ, quia nō ſunt res factæ, ſed tantūmodo loquendo dictæ, quæ ideo ſunt indictæ, ut ficto animaliū mutorū inter ſe colloquio, imago quædā uitæ hoim naſceret. Sicut mus loquitur muri muſtela uulpeculæ, & in libro iudicū, ligna ſibi regem requirunt, quod totum ad mores ordinatur, ut ad rem quæ intendit ficta quidem narratiōe, ſed ueraci ſignificatione peruenitur. Sic enī Demoſthenes uſus eſt fabula aduerſus Philippū, quia ab Athenienſibus poſtulabat decem oratores, & ille finxit fabulam. Lupi ſuaſerūt paſtoribus, ut in amicitiā conuenirēt. Cumq; hoc paſtoribus placuiſſet petierūt lupi ut primo ſibi uice ſecuritatis canes traderēt, in quibus uidebatur occaſio iurgiorum, annuerunt paſtores, & tunc lupi omnia dempta formidine, omnē gregem nō ſolum pro ſatietate ſed etiam Prohibidine lacerauerūt. Sic inquit philoſophus, ſublatis oratoribus in populo Athenienſium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſiũ facturus eſt. Oratores populi poſtulat, quo facilius poſſit opprimere ſpoliant|cuſtodibus urbem. *Alanus de complanctu naturæ.*

In ſuperficiali Lyræ corticæ falſum reſonat fabula. Lyra anim fabula poetica, interiꝯ uero auditoribus intelligentiæ ſecretum altioris eloquitur, ut exterioris falſitatis abiecto putamine dulciorẽ nucleum ueritatis ſecretæ intus lector inueniat. *Seneca libro de beneficijs.*

Iſte ineptiæ poetis relinquantur, quibus aures oblectare propoſitum eſt, & dulcẽ fabulam nectere. Sed qui ingenia ſanare, & fidem in rebus humanis retinere, ac memoriã officiorum animis ingerere uolunt, ſerio loquantur, & magnis uiribus agant.

Cicero libro 2. de diuinatione.

Nihil debet eſſe in philoſophia cõmenticijs fabellis loci. *Ariſtoteles lib. 1. Metaphyſicæ.*

Phylomites, id eſt, fabularum amator eſt aliqualiter philoſophus, quia fabula ex mirabilibus conſtituitur.

Commentator ſuper ſecundo Metaphy.

Conſuetudo audiendi apologos & maxime fabulas, magnum impedimentum eſt in cognitione ueritatis.

Facetia græce ἐυτραπελία ας ἡ & ἐυτράπελος facetus dicitur. Eſt autem facetus qui facit uerbis quod uult, dictus à facio, uel ut aliquibus placet à fando, unde facetiæ, uel ſic:

Facetus eſt elegans in dicendo, & delitias & diuitias quaſdam ſermonis habẽs, quæ facetiæ dicuntur unde facete aduerbium, hoc eſt excolte, eleganter, urbane.

Facilitas græce ἐυκολία ας ἡ & ἔυκολος ου ὁ ἡ facilis dicitur. Sunt autẽ facilia quæ uel ſine labore, uel breui tempore fiunt ſecundũ Ariſto. lib. 1. Rhetoricorum. Erit itaq; dictu uel factu facile, quod facile dici uel fieri poteſt. Cuius contrariũ eſt difficile, q̃ nõ ſine labore fieri poteſt. Difficiles etiã terræ dicunt q̃ſi ſterriles. Virgil. Difficiles primũ terræ colles q̃ maligni. Dicunt aũt hæc à facio.

Facultas græce ἐυπορία ας ἡ & ἐυπορέω facultatem habeo dicitur. Eſt aũt facultas poteſtas, qua aliqd habetur ad nutum, ſecũdum b. Tho prima parte. q. 83, art. 2. Dicitur autem facultas à facio, ita & difficultas a difficili. Et quoniã diuites facile quæ uolunt agunt, factum eſt, ut facultates pro opibus capiamus. Petronius Arbiter:

Quiſquis habet nummos ſecura nauiget aura.
Fortunamq; ſuo temperet arbitrio
Multa loquor, quoduis nummis præſentibus opta,
Et ueniet clauſum poſſidet arca louem.

Factio græce συνομοσία ας ἡ & συνωμότης ου ὁ coniuratus dicitur. Eſtq; factio diuiſio ciuiũ in diuerſa ſtudia, cum aliqui principes ac primarios facere in ciuitate conãtur. inter quos æmulatio eſt, & qui eos ſequũtur, ſeditioſi dicuntur. Cicero. Inter bonos amicitia, inter malos factio eſt, a factio hæc dicuntur.

Facundia græce ἐυσομία ας ἡ & ἔυσομος ου ὁ facundus dicitur. Eſt autẽ facundia iucunda eloquẽtia, unde facundus, fatu iucũdus. ſecundũ Acronẽ Super arte poetica. Hora. Dicitq; facũdia a fando, ita & facũdus dicitur diſertus, & qui ea quæ mẽte concipit ad audientes facile, atq; ornate profert. Eritq; facundia facultas diſſerendi cum gratia, & facunde aduerbium pro diſerte. De hac materia uide ſupra in Concio, & eloquentia.

Fallacia quæ alio nomine dicitur locus ſophiſticus, q̃ ſcilicet eſt cauſa fallẽdi quantũ eſt de ſe, licet aliquis non fallatur per ipſum in actu niſi ignorantia adueniẽte. b. Th. opuſculo 39. c. 1. fina. Fallacia a fando dicitur, ut Varroni placet, q̃ fando decipiamus, & contra quem dixi mus, faciamus. Et fallax appellatur qui mẽtiendo decipit, hinc refello, quod ita differt a purgo ut refellere dicatur de eo qui factum negat. Purgare de eo fatetur quidem factum, ſed defẽdit. Hinc etiam falſarij dicuntur, qui decipiendi gratia publica ſcripta falſificant, & falſifico uerbũ, a quo falſificatio, & falſitas, de quo infra.

Falſitas græce ψεῦδος εος τὸ ac mendacium, & ψεῦδης εος ὁ falſus & ψεύδω fallo dicitur. Eſt autem falſitas, qua putatur eſſe, quod non eſt, ſecundum Auguſtinum libro 7. Confeſſionum

Falſitas conſiſtit in æqualitate rei & intellectus, ſecundum. b. Tho. in q. de Veri. q. 1. ar. 10.

Falſum eſt ſignificatio rei, non ita ſe habẽtis, ſecundum Aug. libro de doctrina Chriſtiana.

Fama græce φημύσιος ου ἡ uel φήμη ης ἡ dicitur. Et eſt illeſæ dignitatis ſtatus legibus & moribus comprobatus.

Fama eſt inanis de aliqua re rumor, ſine ueri cognitione ſiue bonus, ſiue malus. Et hoc tantũ differt à rumore, quod rumor ſemper de re recenti dicitur. Fama uero dicitur etiam de re inueterata firmataq; in hominum opinione cuius incerta. Fama frequenter ponitur pro laude & celebritate. *Virgilius.*

Sum pius Aeneas fama ſuper æthera notus.

Fama, ut aliqui uolunt græcũ uocabulũ eſt. Illi enim φήμας dicunt, quod nos fama. Alij uolunt dici a fando: hinc famoſum & infantem dicimus in eadem ſignificatione. Cice. Non polinquit audeo. Nã me ad famoſas uetuit mater accedere. Plautus. Qui etiam me miſerum famoſum fecit flagitijs ſuis. Hinc infamia & infamatio, qua Apuleius utitur, deriuantur & famiger, & famigero uerbum, hoc eſt diuulgo. Et famigerabile, uulgandum apud antiquos, ut Varro teſtatur, & famigeratio diuulgatio.

Prouerbiorum cap. 20.

Melius eſt nomen bonum, q̃ diuitiæ multæ, ſuper argentum enim & aurum gratia bona.

Eccleſiaſtici cap. 41.

Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, q̃ mille theſauri prætioſi & magni. Bonæ uitæ numerus dierum, bonũ autem nomen permanebit in æuum.

Auguſt. de Bono uiduitatis, & habetur 11. q. 3. Non ſunt audiendi.

Nõ ſunt audiẽdi, ſiue uiri ſancti, ſiue fœminæ,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qui quando reprehenduntur in aliqua negligen tia, per quam fit, ut in malã ueniãt ſuſpicionem. Vnde uitã ſuam longe abeſſe ſciunt, dicunt co ram deo ſufficere ſibi conſcientiam, æſtimationem hominum, non ſolum imprudenter, uerũ etiam crudeliter contemnẽtes, cum occidãt animas aliorum ſiue blaſphemantiũ uiam dei, quibus ſecũdum ſuam ſuſpicionẽ quaſi turpis quæ caſta eſt, diſplicet uita ſanctorum, uel etiã cum accuſatione imitantium, non quod uident, ſed quod putant. Proinde quiſquis à criminibus flagitiorum, atq; facinorum uitam ſuam cuſtodit, ſibi benefacit: quiſquis autem etiam famam, & in alijs eſt miſericors. Nobis enim neceſſaria eſt uita noſtra, alijs fama noſtra.

Auguſtinus libro Confeſſion.

Cauete omnes ſuſpiciones, & quicquid probabiliter fingi poteſt, ſeu dici, ne fingatur ante de uita *Idem libro de doctrina Chriſtiana.*

Sic Doctor bonam eligat uitam, ut etiam bonam non negligat famam.

Hieronymus ad Marcellum.

Falſus rumor cito opprimitur, & uita poſteriori indicat de priore: Si anno prꝛterito fama mẽtita eſt, aut certe uerum dixit: ceſſet uitium, ceſſabit & rumor.

Hieron. ſuper illud Matt. 4. Abijt opinio eius.

Opa ſalutis ſine fama boni odoris nõ ſatis relucẽt auditoribus, nec fama ſine ope proficit, ſi ne quibus forma ueri ſacerdotis nõ cõmendat.

Greg. & habetur 6. q. 1. Sunt plurimi qui.

Sunt plurimi q uitã bonorũ fortaſſe amplius q̃ debẽt laudãt, & ne qua elatio de laude ſubrepat, permittit omnipotẽs deus malos in obtrectationem & obiurgationem prorumpere, ut ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore uituperantium ſuffocetur. Hinc eſt quod doctor gẽtium ſe in prædicatione currere teſtatur, inter infamiam & bonam famam, qui etiã dicit, ut ſeductores & ueraces.

Idem in Regiſtro.

Habet proprium antiqui hoſtis inuidia, ut q̃s in prauorum actuum præparatione deo ſibi reſiſtente decipere non ualet, opiniones eorum falſa ad præſens inſinuando dilaceret.

Iſidorus in ſynonymis ſoliloquiorum libro ſecundo capit. 27.

Diſce bono flagrare præconio. Cuſtodi bonã famam tuam. *Caſſiodorus lib. 1. epiſt. 3.*

Inclyti animi ſignum eſt famæ diligere commodum, & lucra cauſarũ. Nam qui affectat famæ commodum, pecuniæ negligit augmenta. *Ibidem.*

Regnantis facultas tunc fit ditior, cum remittit & acquirit theſauros famę, neglecta utilitate pecuniæ. *Ibidem.*

Nemo futurũ putat diligentẽ, quẽ in ipſa nouitate operationis ſuæ nõ uidet eſſe cuſtodem. Prouidus inſtitutor hortũ ſuum fœcundis nititur ornare plantarijs, ut reddant fructus optatos, quæ ſollicitis fuerant exculta laboribus.

Idem epiſtola 24.

Laborem quippe nõ refugit, qui uirtutis gloriam concupiſcit.

Idem libro 2. epiſtolarum.

Vbiq; cognoſcitur quiſquis fama teſte laudatur dum eã copia plurimum, quæ ſolet habere faſtidium, bonum nomen repetitum ſemper efficitur glorioſum. *Ibidem.*

Melius eſt de perpetua uita q̃ de fama cogitare. noſtra eã poſt mortẽ non opuſcula, ſed opera ſunt penſanda, quia ſi aliquid agimus noſtrũ eſt, ſi quid habemus alienum eſt.

Idem libro 4. epiſtola 31.

Vitupꝛationem generant, quæ in medijs conatibus ægra deſeruiunt.

Idem lib. 5. epiſtola 12.

Pulchrum eſt cõmodum famæ, fœda neglexiſſe lucra pecuniæ. *Idem lib. 6. epiſt. 12.*

Interdum aſſidui labores, & ipſas ingratas faciunt dignitates. Graue pondus inuidiæ eſt, ſplẽdere ſingulari claritate, & morum lampade nõ lucere. *Idem lib. 6. epiſtola 88.*

Quærat eruditus ubi poſſit exiſtere glorioſus. Prudens frequentiam nõ reſpuat hominum, in qua ſe nouerit eſſe laudandũ. Aliqn uirtutibus fama tollit, ſi eorũ fama in hominibus nõ ſciat.

Caſſiodorus lib. 8. epiſt. 23.

Hoc naturæ theſauris reponimus, quod famæ commodis applicamus

Alanus de complanctu naturæ.

Veræ famæ hæc eſt glorioſa proprietas, ut appetitores ſui contemnat, appetat cõcemptores, famam fugiendo conſequitur, quam perderet conſequendo.

Lactantius Firmia. lib. 2. diuin. inſtit.

Nam omnino fingendarum ſimilitudinum ratio idcirco ab omnibus inuenta eſt, ut poſſit eorum memoria retineri, qui ue morte ſubtracti, uel abſentia fuerant ſeparati.

Seneca de remedijs fortuitorum.

Male autem de te opinantur homines, ſed mali. Mouerer ſi de te Marius, ſi Cato, ſi Lęlius ſapiens, ſi alter Cato, ſi Scipiones duo iſta loquerentur: mouerer, ſi hoc iudicio facerent, quod nunc morbo faciunt. *Ibidem.*

Bona opinio hominum tutior eſt pecunia. Bonum quod eſt ſupprimitur, nequaq̃ extinguit: bona fama in tenebris proprijs ſplendorẽ tenet.

Idem in Prouerbijs.

Damnũ appellandũ eſt, cũ fama mala lucratur. Honeſtus timor alterũ eſt patrimoniũ. Vis omnibus eſſe notus? priꝰ effice, ut neminẽ noueris.

Sene. in Here. furente Tragœdia 1.

Sic ſtatue quicquid ſtatues, ut cauſam tuam, famam q̃ in arcto ſtari, & ancipiti ſcias.

Idem Tragœdia 4.

Contemne famam, fama uix uero fauet.

Commentator ſup li. de Somno & uigilia.

Famoſum ſecundum totum non eſt falſum.

Cice. Rhetoricorum nouo. lib. 2.

Temere fama naſci nõ ſolet, q̃n ſubſit aliquid.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ibidem.

Facta, non famã ſpectari oportet.

idem libro Topicorum.

Fama uulgi eſt quoddam multitudinis teſtimoniũ. *Cicero in Philippicis lib. x.*

Ea eſt gloria, laus recte factorũ magnorumq; in rempubl. meritorũ, q̃ tamen optimi cuiuſq; magnitudine & teſtimonio cõprobatur.

ibidem libro 3.

Nihil eſt deteſtabilius dedecoratiõe, nihil fœdius ſeruitute. Ad decus & libertatem nati ſumus, aut hoc teneamus, aut cũ libertate moriamur, dedecus uirtus propulſare ſolet.

Cice. lib. x. Tuſcul. Quæſtio.

Quid poetæ? Nõne poſt mortẽ nobilitari uolũt? Vnde ergo illud: Aſpicite o ciues ſenis Ennĩ imaginis formã. Hic ueſtrũ pinxit maxima facta patrũ. Mercedẽ gloriæ flagitabat ab ĩis, quorũ patres affecerat gloria. idemq;. Nemo me lachrymis dedecoret, nec funera fletu faxit. Cur? uolito uiuus docta per ora uirũ. Sed qd poetas? Opifices poſt mortẽ nobilitari uolũt. Quid em̃ Phidias ſui ſimilem ſpeciẽ incluſit in clypeo Mineruæ, cũ ſcribere nõ liceret? Quid noſtri philoſophi? nonne in his ipſis libris, quos ſcribũt de contemnenda gloria ſui nomina inſcribunt?

Ariſtot. libro 7. Ethicorum.

Fama quã omnes famant non omnino perit.

Valerius Max. li. 2. tit. x. de inſtitutis antiquis.

Ariopagus Athenis bonos ciues corona decorãdi primo conſuetudinẽ introduxit, duobus oleæ cõnexis ramulis clarũ Periclis cingẽdo capuț: Probabile inſtitutũ, ſiue rẽ ſiue perſonã intueri uelis. Nam & uirtutis uberrimum alimentũ eſt honos, & Pericles dignus, à quo talis muneris dandi poteſtas potiſſimuũ initiũ ceperat.

Valerius Maximus lib. 7. tit Sapienter dicta aut facta.

Socrates expedita & cõpendaria uia eos ad gloriã peruenire dicebat, qui id agerẽt, ut quales uideri uellent, tales etiam eſſent. Qua quidẽ prædicatione aperte monebat, ut homines ipſam potius uirtutem haurirent, quàm umbram eius conſectarentur.

Heſiodus,

φημὴ δ' ἔυτιϛ πάμπαν ἀπόλλυται, ἥν τινα πολλοὶ
λάοι φημίσωσι, θεὸϛ νύτιϛ ἔϛι καὶ ἄυτή. id eſt,

Fama aũt nulla penit9 perit, q̃ multi populi fami gerant.

Dea certe quædam eſt & ipſa.

Plautus in Muſtellaria.

Ego ſi bonã famã mihi ſeruaſſo, ſat ero diues.

idem in Perſa.

Hominum immortalis eſt infamia, etiã tunc uiuit, cum eſſe credas mortuam.

Virgilius Aeneidos 4.

Fama malum, quo non aliud uelocius ullum
Mobilitate uiget, uiresq; acquirit eundo,
Parua motu primo, mox ſeſe tollit in auras,
Ingreditur q; ſolo, & caput inter nubila cõdit Et poſt.
Monſtrũ horrendũ ingẽs cui quot ſunt corpore plumæ.
Tot uigiles oculi ſubter (mirabile dictu)
Tot lingue, totidem ora ſonant tot ſurrigit aures,
Et magnas territat urbes. Et poſt.
Tam ficti praui q; tenax q̃ nuncia ueri.

Ouidius Metamorph. libro 7. fabula x.

Sed te nec faceres, tenuit reuerentia Famæ.

idem libro 9 fabula 3.

- Fama loquax peruenit ad aures
Deianiræ tuas quæ ueris addere falſa
Gaudet, & e minimo ſua per ueſtigia creſcit.

idem libro x2. fabula 3.

Orbe locus medio eſt, inter terras q; fretum q̃,
Cœleſtesq; plagas triplicis confinia mundi,
Vnde quod ea unq̃uam quamuis regionibus abſit,
Inſpicitur, penetrat q; cauas uox omnis ad aures.
Fama tenet, ſummaq; domum ſibi legit in arce,
Innumeros q; aditus ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis incluſit limina portis.
Nocte die q; patet, tota eſt ex ære ſonanti.
Tota fremit uoces q; refert, iterat q; quod audit.
Nulla quies intus, nulla q; ſilentia parte,
Nec tamen eſt clamor ſed paruæ murmura uocis,
Qualia de pelagi ſi quis procul audiat, undis
Eſſe ſolent qualemue ſonum cum Iuppiter atra
Increpuit nubes extra tonitrua reddunt.
Atria turba tenet, ueniunt leue uulgus eunt q;,
Mixta q; cum ueris paſſim commenta uagantur
Millia rumorum, confuſa q; uerba uolutant.
E quibus hi uacuas implent ſermonibus aures.
Hi narrata ferunt alio, menſura q; ficti
Creſcit & auditis aliquid nouus adijcit autor.
Illic credulitas, illic temerarius error
Vana q; lætitia eſt, conſternati q; timores,
Seditio q; recens, dubio q; autore ſuſurri.
Ipſa quid in cœlo rerum pelago q; geratur
Et tellure uidet, totum q; inquirit in orbem.

Idem libro 3. de Arte amandi.

Quid petitur ſacris, niſi tantum fama poetis,
Hoc uotum noſtri ſumma laboris habet. Ibidem.

Sed famæ uigilare iuuat. quis noſſet Homerum,
Illius æternum ſi latuiſſet opus?
Quis Danaem noſſet, ſi ſemper clauſa fuiſſet,
Inq; ſua turri ſi latuiſſet anus?

Ouidius lib. 4. Triſtium elegia ult.

Non ego diuitias dando tibi plura dediſſem.
Diuitis ad manes nil feret umbra ſuos.
Perpetui fructum donaui nominis Idq;
Quo dare nil potui munere, maius habet.

Ibidem.

- Fama manet facti.

Propertius libro 3. Elegia x8.

Et terram rumor tranſit & maria.

Idem libro 4. Elegia ult.

Hæc eſt fœminei merces extrema triumphi.
Laudat ubi emeritum libera fama rogum.

Martialis libro x.

- Cineri gloria ſera uenit.

Horatius Carminum libro 4. ode 8.

Dignum laude uirum muſa uetat mori.
Cœlo muſa beat.

Horatius Carminum libro 4. Ode 9.

Paulum ſepultæ diſtat inertiæ

Cal.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Celata uirtus.

Iuuenalis ſatyra 10.

-Maior fame ſitis eſt quam
Virtutis quis enim uirtutem amplectitur ipſam,
Præmia ſi tollas?

Dantes Florentinus inferni cant. 24.

Seggendo in piuma
In fama non ſi uien ne ſotto coltre.
Senza la qual chi ſua uita conſuma,
Cotal veſtigio in terra di ſe laſcia,
Qual fumo in aere, & in acqua la ſchiuma. *id eſt,*
-Sedendo in pluma
Ad famam non peruenitur nec ſub culcitra.
At qui ſine fama ſuam uitam conterit,
Tale ſui poſt ſe in terra linquit veſtigium,
Quale aut in aere fumus, aut in aqua ſpuma.

Franciſ. Petrarch. Soneto 84. 86.

Credete uoi che Cæſare o Marcello,
O Paulo, o African fuſſen cotali
Per incude giamai per martello?
Pandolfo mio queſto per ſonſi frali
Al longo andar mal noſtro ſtudio e quello
Che fa per fama gli homini immortali. *id eſt,*
Creditis uos Cæſarem aut Marcellum.
Aut Paulum, uel Africam fuiſſe tales,
Aut olim propter incudem uel propter malleum? id eſt,
Non ſtatuit, ſed uirtutibus ad talia deuenerunt.
Pandolfe mi, hæc opera ita ſunt fragilia
Ad longum iter, ſed noſtrum ſtudium hoc ipſum eſt,
Quod fama efficit, ut homines immortales ſint.

Idem Triumpho famæ ca. 2.

Vidi da laltra parte giunger quella
Che tralhom del ſepulchro, en uita il ſerbá. *id eſt.*
Vidi parte ex alia eam' (.i.) Famam ueniſſe,
Quæ trahit hominẽ e ſepulchro, ipſum in uita ſeruãs.

Fames græce λιμὸς σοῦ & λιμώττω fameſco dicitur. Eſt autẽ fames appetitus calidi & ſicci, ſecũdum Ariſtotelem libro 2 de anima. Fames eſt concupiſcentia calidi & ſicci, id eſt, cibi, ſecundum b. Tho. ſuper 1. de Anima. lec. 5. col. 3. principio. Dicitur autem fames ἀπὸ τοῦ φάγω, quod eſt edo, unde famelicus, qui agitur edendi cupiditate, & fame liceſus qui frequenter famelicus eſt, & fameo eſurio, a quo fameſco, & licet a græco ueniat uſus tamen obtinuit, ut per ff ſcribatur.

Menander.

λιμὸς μέγιστον ἄλγος ἀνθρώποισιν ἐσὶ *id eſt,*

Fames maximus dolor hominibus eſt.

λιμῷ γὰρ οὐδὲ εἷς ἂν ἀντέπειν ἔτ' ἔχοι. *id eſt,*

Fami enim nullum eſt contradicere uerbum.

Fas græce θέμις τος dicitur, & ꝛpprie eſt lex diuina. Ius uero eſt lex humana, ſecundum beatum Thomam, ſecunda ſecundæ q. 57. art. 1. Dicit autem fas a fando, hoc eſt pium & religioſum, & fari dignum, ad deos enim refertur. ſicut iuſtum ad homines. Virgil. Fas & iura ſinũt, hoc eſt diuina & humana iura permittunt. Cuius cõtrariũ eſt nefas, hoc eſt impium & execrabile, & a quo fit nefandum, & nefarium, hoc eſt, ſceleſtum & quod nefari quidem liceat; q̃uis nefarium a farre potius deductum uolunt, quo ſcelerati, quaſi uita indigni uti non debent.

Faſcinatio à faſcino uerbo deducitur: etem̃ βασκαίνω faſcino dicitur. Eſt autem faſcinatio iniectio ab oculis infectis propter malitiam animæ uel ex dei permiſſione, uel cooperante fato occulto, uel dæmone, ſcdm b. Tho. primam parte q. 117 ar. 3. Virg. Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Faſcinũ à faſſe, hoc eſt, ab onere dicit, cum oculorũ, aut uerborũ, aut alicuius alterius rei maleficio hoies ita liganť, ut liberi non ſint, nec mentis cõpotes ſæpeq; ad extremã maciem deueniãt, à quo faſcino. Eſt itaq; faſcinare malefice alicui perniciẽ inferre, unde effaſcinare, quod eſt maleficium tollere.

Faſtidium græce κορέσσω & κορέω ſaturo dicitur. Venit autem faſtidium à faſtu. Eſt enim faſtidire proprie cum faſtu quodam contẽnere. Virg. Inueniesalium ſi te faſtidit Alexis. Sumitur & faſtidio pro ſtomachor, à quo fit faſtidioſum, hoc eſt faſtidium afferens, & faſtidioſe aduerbium, hoc eſt, ſtomachoſe. Veteres etiã faſtidibiliter dicebant.

Homerus in Iliados.

Γάντορ μέν κορέσσεις, καὶ ὕπνου, καὶ φιλότητος,
μολπῆς τε γλυκερῆς καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο. *id eſt,*

Omnium quidem faſtidium eſt, & ſomni, & amicitiæ,
Cantuſq; dulcis, & inculpabilis ſaltationis.

Idem in Odiſſeæ.

ἀλλ' ἤτοι μὲν λοῦσε καὶ κρητῆρι γάσιο. *id eſt,*

Citum autem faſtidium frigidi luctus.

Fatũ græce εἱμαρμένη dicitur, ut ait Chryſippus, eſt ſempiterna quædam & indeclinabilis ſeries rerum, & catena uoluens ſemet ipſa ſeſe, & implicans per æternos conſequẽtiæ ordines ex quibus apta connexaq; eſt, ſecundũ Aulum Gel lib. 6. cap. 2. Noctium acti.

Fatum eſt inhærens rebus mobilibus diſpoſitio perquàm prudentia ſuis quæq; nectit ordinibus, ſecundum Boetium libro 4. proſa 6. de Philoſophica conſolatione.

Fatum eſt ordo ſeries q; cauſarum. Cauſa aũt ex omni æternitate fluẽs ueritas ſempiterna, ſecundum Ciceronem libro de Diuinatione.

Fatum eſt quod ex omni æternitate uerum fuerit, ſecundum Cice. lib. 3. de natura deorum.

Fatum proprie eſt diſpoſitio ſiderum, qua q̃s eſt conceptus uel natus: Sed improprie eſt prouidentia dei. Ideo eſt in rebus, ſecundum beatũ Thomam prima parte q. 116.

Fato q̃ credit mortaliter peccat. 26. q. 6. Nõ obſeruetis. Fatum dicitur à fando ſignificatq; aliquando oraculum, id eſt, quod diſſantur. Vir. Oblitus fatorum. Nonnunq; ponitur fatũ pro morte, qa nihil homini tã neceſſario impẽdet, q̃ mors: Quare fato concedere eſt mori, & fatalis dies perniciouſus dicitur, & fatiferum, mortiferum: fatale etiam dicimus quicquid nobis fato debetur, ſiue bonum, ſiue malum ſit.

De hac materia habes infra, ubi futurum, & ubi prædeſtinatio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

FAuor græce βοήθεια ἀπὸ τοῦ a fando dicitur. Eſt aũt fauor uox bene precans alicui, ſiue alicuius commodũ & laudem tuens. Vnde fauor, & fautrix à faueo. Eſt enim fauere proprie bona fari. Virgilius: Ore fauete omẽs. Vnde fauorabilis, à quo fauorẽ habemus, & fauorabiliter cum fauore paſſiue, & fauſtum, fœlix, cui omnes fauent, & hinc fauſte aduerbiũ, hoc eſt fœliciter, & infauſtum & infauſte, id eſt infœlix & infœliciter.

Aug. epiſt. ad Macedonium, & habetur 14. q. 6. ca. Si res. ꝙ. Non enim.

Non enim opem fert, qui ad peccandũ adiuuat, at non potius adiuuat, ſed obuiat ſubuertẽdo atq; opprimendo.

Auguſtinus contra Parmenianum, & habetur 23. q. 4. Quiſquis uel.

Quiſquis uel q̃ poteſt arguendo corrigit, uel quod corrigere nõ poteſt, ſaluo pacis uinculo excludit, uel quod ſaluo pacis uinculo excludere nõ poteſt, ꝙquitate improbat, firmitate ſupportat, hic eſt pacificus, & ab iſto maledicto immunis, de quo ſcriptura dicit: Væ his qui dicũt quod nequam eſt bonũ, & q̃ bonũ eſt nequã.

Idem ibidem. Ita plane.

Ita plane ſociatur quis malis, ſi mali aliquid cum eis committit, aut committentibus fauet.

Auguſt. ſuper Pſalm. 81. & habetur 23. q. 3. Oſtendit, propheta.

Oſtendit propheta nec illos immunes à ſcelere eſſe, qui permiſerũt Chriſtum principibus interficere, cum pro multitudine timerentur, & poſſent illo à facto, & ſe cõſenſu liberare. Qui deſinit obuiare cum poteſt, conſentit.

Aug. in ſermone de Verbis euangelij, & habetur 23. q. 4. A malis.

A malis ſemper corde diſiungimini, ad tẽpus caute corpore copulamini, Duobus modis non te maculat malus, ſi ei non cõſentias, & ſi redarguas, hoc eſt non communicare, non conſentire: communicatur quando facto eius conſortiũ uoluntatis uel approbationis adiungitur. Nec ergo conſentientes ſitis malis, ut approbetis, neque negligentes ut non arguatis, neq; ſuperbientes, ut inſultantes arguatis.

Idem ibidem: Recedite.

Recedite & exite inde, & immundum ne tetigeritis, ſed cõtactu cordis nõ corporis. Quid eſt enim tangere immundũ, niſi conſentire peccatis? Quid exire eſt inde, niſi facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantũ pro uniuſcuiuſq; gradu atq; perſona, ſalua pace, fieri poteſt. Diſpliciuit tibi q̃ quiſq; peccauerit, nõ tetigiſti immundũ, redarguiſti, corripuiſti, monuiſti. Adhibuiſti etiam, ſi res exigit, congruam, & quæ uanitatem non uiolat, diſciplinam.

Hieron. in originali ſuper Amos.

Quicunq; cõſanguinitate, uel amicitia, uel ecõuerſo hoſtili odio, uel inimicitijs iudicãdo ducitur, peruertit iudiciũ dei Chriſti, qui eſt iuſtitia.

Gregorius libro 8. Moralium.

Qui pro uirtute quam egit humanos fauores deſiderat, rem magni meriti uili prætio uenalẽ portat. *Ibidem.*

Valde perfectorum eſt, ſic oſtenſo opere autoris gloriã quærere, ut de illata laude priuata neſciant exultatione gaudere.

Iſidorus & hab. 11. q. 3. Qui conſentit.

Qui conſentit peccantibus, & defendit alium delinquentẽ, maledictus erit apud deum & homines, & corripietur increpatione ſeueriſſima, hinc etiam quidam ſanctiſſimus pater ait: Si q̃s peccantem defendit, acrius quàm ille qui peccauit coerceatur. Hinc & alius pater ait: ſi quis alterius errori conſentit, ſciat ſe cum illo ſimili modo & culpabilem iudicandum.

Seneca epiſtola 29.

Nunquam uolui placere populo, nam quæ ego ſcio nõ probat populus, quæ probat populus, ego neſcio. Quis enim placere poteſt populo, cui placet uirtus? Malis artibus popularis fauor quæritur. Similem te illis facias, oportet. Alioquin non probabunt, niſi agnouerint. *Ibidem.*

Multo autem magis ad rem pertinet, qualis tibi uidearis, q̃ qualis alijs. Si te intrãte clamor & plauſus obſtrepuerint. Si fœminæ pueriq; laudauerint, quid ni ego tui miſerear, cum ſciam quæ uia ad iſtum fauorem ducit.

M. T. Cicero libro Officiorum.

Vehemẽter amor multitudinis amouetur ipſa fama & opinione liberalis beneficentiæ, fidei, iuſtitiæ omniũq; eorũ uirtutũ, quę pertinent ad manſuetudinẽ morum, ac facilitatem. Etenim id ipſum quod honeſtũ decorumq; dicimus, animos omnium natura & ſpecie ſua commouet.

Felis græce αἴλουρος ου ὁ dicitur. Et eſt animal q̃ frequentiſſime in domibus tenemus ad murum uenatũ q̃ à noſtris catus dicit. Veteres catũ dicebant, quem nos cautum. Vnde catones primo uolũt appellatos. Cõſtat enim hoc animal eſſe aſtutiſſimũ. Plin. Feles pro filẽtio q̃ leuibꝰ ueſtigijs obrepũt auibus, q̃ multo ſpeculatu in muſculos exiliũt. Excremẽta ſua obruũt terra. Intelligentes odorẽ illum indicẽ ſui eſſe.

Feriæ græce ἑορτὴ ἀπὸ τοῦ & ἄργος feriatus dicitur. Sic dicta à ferẽdis epulis. In his enim epulæ fiebant ex porcorũ frugũq; puẽtibus. Feriarum publicarũ genera errãt quatuor. Statiuæ uniuerſi populi cõmunes, quæ certis & cõſtitutis diebus fiebãt, in quibus præcipue ſeruabantur Agonalia, carmentalia, lupercalia. Conceptiuæ quæ quotannis à magiſtratibus uel ſacerdotibus cõcipiebãt certos ſiue incertos dies, ut ſunt Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Imperatiuæ quas conſules uel prætores pro arbitrio indicabant, Nundinæ paganorum ac ruſticorum, quibus ad negotia & merces conueniebant.

Feritas græce θηριωδία ἀπὸ τοῦ & θηρίου ου. ferius dicitur. Eſt aũt feritas naturæ quædam aſperitas, dicta à ferus, qui ita differt a feroci, quod ferox fortis eſt, & ferus modo ſeuerus, modo atrox.

Fe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Feracitas græce ἰυφορία ας ἡ & ἰυφορ@ οῦ ὁ ferax dicitur. Est aũt abundantia, uenitq; à ferax feracis, quod uenit a fero fers. Plinius. Vetã ferax bonarum artium seculum uideremus. A uerbo fero pariter ueniunt fertilis & fertilitas, *fertiliter* aduerbium.

Festiuitas græce ἑορτὴ ῆτος ἡ & ἑορτάζω celebro dicitur. Venit autem *festiuitas a feriis*, ita & *festiuus* & festiuo uerbum, hoc est diem festum ago. Et festus festa festum. Vnde festus dies dicitur, & res festiua, hoc est munda & lepida, frondem festã lætam & iucundam dicimus. Virgil. Festa uelamus fronde per orbem. hinc profecti dies, qui hominibus ad rem priuatam, uel publicam ad ministrandam concessi erant. Fasti uero erant, quibus licebat oratori ius dicere, & licebat fari prætoria tria uerba do dico, addico. Nefasti autem his contrarij, quibus fari non licet.

Ouidius.

Ille nefastus erit per quem tria uerba silenter,
Fastus erit per quem lege licebit agi.

Hinc Fastorum libri appellati sunt, in quibus totius anni descriptio continebatur.

Feudum est beneficium quod ex beneuolẽtia conceditur alicui, ita quod proprietates rei immobilis beneficiario penes dantẽ remaneat. Vsus fructus autem illius rei ita ad recipiẽtem transeat, ut ad eum hæredesq; suos masculos, & fœminas, si de hoc nominatim est dictũ, in perpetuum pertineat, ad hoc ut ille siue sui hæredes fideliter domino seruiant, siue illud seruitiũ sit nominatim expressum quale debeat esse, siue non.

Fictio græce πλάσμα, ατος τὸ dicitur. Et autẽ fingere ostendere dicto uel *facto*, quod non est uerũ & est speciale peccatum, si hoc intendat, secũdum beatum Thomam 3 parte quæst. 69 articu. 6. Quidam uanum, fictum, falsum, ita distinguũt, ut falsum loqui mẽdacis sit, fictũ callidi uanum stulti: falsum loqui culpæ sit, fictum uirtutis, uanum uecordiæ. Falsis decipiamur, fictis delectemur, uana spernamus. Fictio a fingo uenit, quod proprie est formare & facere. Virgilius. Nec si me miserum fortuna Simonem Finxit. Hinc figulos, & fictilia, & figulina ars, in qua fictilia fiunt ex creta, & argilla. Aliquando tamen fingo pro simulo accipitur, quoniam ea quæ similamus ita formamus atq; cõponimus, ut uera esse uideantur. Hinc fictio & figmentum deducitur, hoc est res simulata, & fictæ aduerbiũ, hoc est simulate: hinc figura & figmentum, de quibus infra.

Fideiusio græce ἐγγυή ῆσω ἡ & ἐγγυάομαι fide iubeo dicitur. Vnde fideiussor, qui pro alijs debitis intercedit, qui & ἐγγυητὴς οῦ ὁ dicitur.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

FIdes græce πίστις & πείθω fido dicitur. Fides multipliciter ſumitur, nam quandoque dicitur ſponſio. Item fidelitas. Item cõſcientia. Item creditum uel collectio creditorum. Item ſacramentum. Item fides informis, de qua 1. ad Corinth. 13. Et ſi habuero omnem fidem &c. Item fides uiua, de qua ad Hebr. 11. & hoc modo ſumpta, ſic diffinitur:

Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum non apparentium, ſecundum apoſtolum Pau. ad Hebr. 11. uel ſic, ut

Dantes Paradiſica. 24

Fede e ſubſtanze de coſe ſperate,
Et argumento delle non parenti,
Et quæſta pare a me ſua quiditate.

Fides magiſtraliter ſic deſcribitur:

Fides eſt uirtus, qua ea quæ ad fundamentum religionis pertinẽt, recte firmiterq; creduntur.

Fides eſt uoluntaria quædã, & certa præliba tio necdum propalatæ ueritatis, ſecũdum Bernardum libro de Conſideratione.

Fides eſt cogitare cum aſſentione ea quæ ad Chriſtianam pertinent religionem, ſecundum Auguſtin, libro de prædeſtinatio ſanctorum.

Fides ſecund. b. Tho. ſecunda ſecũdæ q. 8. art. 1. eſt habitus mẽtis, quo inchoatur uita æterna in nobis, faciẽs intellectũ aſſentire nõ apparẽtib.

Fides eſt opinio uehemens, ſecundum Ariſtotelem libro 4. Topicorum.

Fides diffinitur p̃ ſex diffinitiões à beat. Tho. ſecunda ſecundæ q. 4. art. 1. id eſt, & reducuntur ad eam, quam dat ſanctus Paulus, ut ad perfectiſſimam.

Fides, proprie eſt dictorum & conuentorum conſtãtia, & ueritas dicta q̃d fiat, quod dictũ eſt. Terentius: Sed ijs quas ſemper in te intellexi ſitas fide & taciturnitate. Hinc dare fidẽ dicimus, aliquid ſancte promittere. Virg. Accipe dataq; fidem. Aliquãdo tamẽ pro credulitate ponitur, unde bonæ fidei poſſeſſor, qui ignorauit rem, quã emit alienã eſſe, aut putauit eum, qui uendidit ius uendendi habuiſſe, utputa procuratorem aut tutorem fuiſſe. Sane habere fidem credere eſt, & accipere fidem eſt credi. A fides fit fido, quod eſt fidem habeo, id eſt, ſpẽ pono & credo. Cuius oppoſitũ eſt diffido, hoc ẽ credulitatẽ depono, ſiue deſpero, hinc etiã fit fidentia, hoc eſt audacia, & intimiditas, & fidutia, qđpariter audaciam ſignificat fere ſemper in bonis rebus, quãuis & in malam partẽ accipiatur, ſed perraro. Inde cõfido cõfidens cõfidẽtiſſimus. Virg. Nam qste iuuenũ cõfidentiſſime noſtras. Iuſſit adire domos; cor fidentiſſime inquit, pro impudentiſſime, & maxime temerarie.

Fides interdum chordam citharæ ſignificat, & ipſam citharam, ita dicta, eo qđ tantum inter ſe chordæ eius, quantũ inter homines fides concordet. Cuius diminutiuũ eſt fidicula pro parua cithara, ſiue pro parua chorda. Nec declinatur hæc fidis, ut placuit Priſciano & Agrætio. Sunt & fidiculæ quædam tortoria inſtrumenta.

Fidus & fidelis differunt, ſecundum Donatũ ſuper Terentium. Quod fidus eſt amicus, fidelis eſt ſeruus. Fidi in maximis. Fideles in minoribus negotijs.

Fides quid differat ab opinione, uide infra in Opinio. *Regum 1. cap. 26.*

Dominus autẽ retribuet unicuiq; ſecundum iuſtitiam ſuam & fidem.

Paralip. lib. 2. cap. 19.

Oculi enim domini contemplantur uniuerſam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum.

Ibidem cap 2.

Audite me uiri Iuda, & oẽs habitantes Hieruſalem. Credite in domino deo ueſtro & ſecuri eritis. Credite prophetis eius & cuncta euenient proſpera. *Eſdras lib. 3. cap. 15.*

Omnis incredulus in incredulitate ſua morietur. *Prouerb. cap. 20.*

Multi hoĩes miſericordes uocantur: Virum aũt fidelẽ quis inueniet? *Sapien. cap. 1.*

Sentite de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum, qm̃ inuenitur ab his, q nõ tentant illum, apparet aũt his, qui fidẽ habent in illum. *Eccleſiaſt. cap. 12.*

Crede deo & recuperabit te, & dirige uiam tuam & ſpera in illum. *Ibidem.*

Qui timetis dominum credite illi, & nõ euacuabitur merces ueſtra. *Ibidem.*

Reſpicite filij nationes hominũ, & ſcitote quia nullus ſperauit in domino, & confuſus eſt. Quis enim permanſit in mãdatis eius & derelictus ẽ? Aut qs inuocauit eum, & deſpexit illum? Quoniam pius & miſericors eſt deus, & remittit in die tribulationis peccata, protector eſt omnibus exquirentibus ſe in ueritate.

ibidem cap. 32.

In opere tuo crede ex fide animæ tuæ, hæc eſt enim conſeruatio mandatorũ. Qui credit deo, attendit mandatis, & qui cõfidit in illo non minoratus erit. *Iſaias cap. 25.*

Qui incredulus eſt, infideliter agit.

Abacuc ca. 2.

Ecce qui incredulus eſt, non erit recta anima, eius in ſemetipſo. Iuſtus autem in fide ſua uiuet

Matthæus cap. 14.

Modicæ fidei quare dubitaſti? *Ibidem.*

Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic tranſi hinc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit uobis.

idem cap. 21.

Si habueritis fidem, & nõ hæſitaueritis, & ſi monti huic dixeritis, tolle & iacta te in mare, fiet. Et omnia quæcunque petieritis oratione credentes accipietis.

Marcus cap. 9.

Si potes crede, omnia poſſibilia ſunt credẽti.

idem cap. 11.

Et reſpondẽs Ieſus, ait diſcipulis: Habete fidẽ dei. Amẽ dico uobis, quia quicunq; dixerit huic mõti tolle te, & mitte te ĩ mare, & nõ hæſitauerit in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in corde suo, sed crediderit, quia quodcunq; dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico uobis, omnia q̃cunq; orantes petitis, credite quia accipietis & euenient uobis. *Marci cap. 16.*

Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur.

Lucæ cap. 8.

Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, & hi radices non habent.

Lucæ cap. 17.

Si habueritis fidem sicut granum sinapis, & dicetis huic arbori moro, eradicare & trãsplantare in mare, obediet uobis.

Lucæ cap. 18.

Respice, fides tua te saluũ fecit. *Ioan. ca. 1.*

Dedit eis potestatem filios dei fieri, his q̃ credunt in nomine eius. *Ioan. cap. 3*

Exaltari oportet filium hoĩs, ut oĩs qui credit in ipso non pereat, sed habeat uitã æternã.

Ibidem.

Qui credit in eum, nõ iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est.

Ioannes cap. 3.

Qui credit in filiũ, habet uitam ęternam: qui aũt incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum. *Ioannes cap. 5.*

Amen amen dico uobis, quia qui uerbũ meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitã æternam. Et in iudicium nõ uenit, sed transiet à morte in uitam. *Ioannes cap. 8.*

Si enim nõ crediderit is, quia ego sum, moriemini in peccato uestro. *Ioannis cap. 11.*

Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet, & omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in æternum. *ibidem.*

Nonne dixi tibi, quoniam si credideris uidebis gloriam dei? *Ioannes cap. 22.*

Credite in lucem, ut filij lucis sitis. *ibidem.*

Ego lux in mundum ueni, ut omnis q̃ credit in me, in tenebris non maneat.

Ioannes cap. 20.

Quia uidisti me Thoma credidisti: Beati qui non uiderunt & crediderunt.

Paulus ad Romanos cap. 3.

Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum.

Paulus ad Romanos cap. 4.

Credidit Abraam deo, & reputatum est illi ad iustitiam. *Paulus ad Romanos cap. 8.*

Quod non uidemus speramus,

Paulus ad Romanos 10.

Corde enim creditur ad iustitiam.

Ibidem.

Finis enim legis Christus ad iustitiã omni credenti. *ibidem.*

Fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi. *ibidem cap 14.*

Omne quod non est ex fide, peccatum est.

Paulus ad Corinthios 1. cap. 2.

Fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute dei.

Paulus ad Corinthios 2. cap. 6.

Quæ pars fideli cum infideli?

Idem ad Galatas cap. 3.

Omnes enim filij dei estis per fidem in Christo Iesu. *Paulus ad Ephesios cap. 2.*

Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc nõ ex uobis, dei enim donum est.

Idem cap 6.

In omnibus sumentes scutum fidei, ut possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.

Paulus ad Thessaloni. enses 2. cap. 2.

Non enim, omniũ est fides. *Paul. ad Ti. 1.*

Oĩa munda mundis. Coinquinatis aũt & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia. *idem ca. 3.*

Curent bonis operibus præesse, qui credunt deo. *Paulus ad Hebræos cap. 6.*

Videte fratres, ne forte sit in aliquo uestrum cor malũ incredulitatis discedendi à deo uiuo.

Idem ad Hebræos cap. 11.

Sine fide aũt impossibile est placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit.

Iacobus in epistola cap. 1.

Probatio fidei uestræ patientiam operatur.

Ibidem.

Postulet in fide nihil hæsitãs. Qui eñ hæsitat similis est fluctui maris qui à uento mouetur, & circunfertur. *Iacobus in epistola cap 2.*

Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum?

Ibidem.

Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est.

Petrus apostolus 1 cap. 1.

Probatio uestræ fidei multo prætiosior est auro, quod per ignem probatur.

ibidem.

Credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei uestræ salutem animarum uestrarum.

Ioannes 1. cap. 5.

Omnis qui credit, quoniã Iesus est Christus, ex deo natus est. *ibidem.*

Omne quod natum est ex deo uincit mundũ. Et hæc est uictoria quæ uincit mundum: Fides nostra. *Apoca. cap. 2.*

Esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ.

Aug contra Manich & hab. dist. 11. ca. Palam.

Palam est quod in re dubia ad fidem & certitudinẽ ualeat autoritas ecclesiæ catholicæ, quæ ab ipsis fundatissimis apostolorum sedibus usq; ad hodiernum diem succedentium sibimet, & episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur.

Augustinus contra Donatistas, & habetur 1. q. 1. Sicut urgeri.

Sicuiꝰ manus esset arida, ueꝝ quidẽ esset mẽbrum, q̃uis sine sanguine, & inefficax esset &

mortuum. Sic & fides cum ſit uera, tamen ſine operibus mortua eſt.

Auguſt. de bono coniugali, & habetur 22. q. 4. Si ad peccatum.

Si ad peccatum admittendum fides exhibeatur, mirum ſi fides appelletur: ueruntamen qualiſcunq; ſit, ſi & contra ipſam ſit, peius eſt, niſi cū propterea deſeritur, ut ad fidem ueram legitimamq; rideatur. i. ut peccatum emendetur uoluntatis prauitate correcta. Tanq; ſi quis, cum hominem ſolus expoliare non poſſit, inueniat ſocium iniquitatis, & cū eo paciſcatur ut ſimul id faciant, ſpoliū q; partiantur, quo facinore commiſſo totum ſolus auferat: dolet quidē ille, & ſeruatam ſibi fidem non eſſe cōqueritur: uerum in ipſa ſua querela cogitare debet, potius in bona uita ipſi humanæ ſocietati fidem fuiſſe ſeruādam: ne præda iniqua ex homine fieret: ſi ſentit q; inique ſibi in peccati ſocietate ſeruata non fuerit. Ille quippe utrobiq; perfidus, ac profecto ſceleratior iudicandus eſt.

Auguſtinus de unico baptiſmo, & habetur 23. q. 4. Forte in.

Forte in populo dei ſtat iuxta auarus raptor inhians rebus alienis, quem noſti talem, & fidelis eſt uel potius fidelis uocatur, non eum potes de eccleſia pellere, non habes aliquem aditum caſtigando & corripiendo illum corrigere, aceſſurus eſt tecum ad altare, noli timere. Vnuſquiſque onus ſuum portabit.

Auguſt. ſuper epiſtolam ad Corinth. & habetur 23. q. 3. Infideles.

Infideles nō poſſumus Chriſto lucrari, ſi colloquium eorum uitamus & conuiuium, unde & dominus cū publicanis & peccatoribus manducauit & bibit. In his uero qui intus ſunt. i. in fidelibus, putredo reſecanda eſt.

Auguſt contra Petilianum & habetur 23. q. 5. Ad fidem.

Ad fidē nullus eſt cogendus, ut dicitis, ſed per ſe ueritatem, imo & per miſericordiā dei tribulationum flagellis ſolet perfidia caſtigari.

Auguſtinus, & habetur 24. q. 1. Vbi ſana.

Vbi ſana fides non eſt, nō poteſt eſſe iuſtitia, quia iuſtus ex fide uiuit, neq; ſchiſmatici aliqd ſibi ex iſta mercede promittant, quia ſimiliter ubi charitas non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia. Dilectio enim proximi malum operatur, quam ſi hæretici haberent, nō dilaniarent corpus Chriſti: quod eſt eccleſia catholica.

Auguſtinus libro 1. de Trinitate.

Mētis humanæ acies inualida in tam excellēti luce non figitur, niſi per iuſtitiā fidei emendetur.

Auguſtinus de uerbis domini.

Nullę maiores diuitię, nulli theſauri, nulli honores, nulla huius mūdi maior eſt ſubſtātia, q̄ eſt fides catholica, quæ peccatores homines ſaluat, cęcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles iuſtificat, pœnitētes reparat, iuſtos augmentat, martyres coronat, uirgines et uiduas & coniugales caſto pudore cōſeruat, clericos ordinat, ſacerdotes conſecrat, in hæreditate æterna cum ſanctis angelis collocat.

Auguſtinus libro de Quibus.

Ille apud deum plus habet loci, qui plus attulit, non argenti, ſed fidei.

Auguſtinus libro 10. de Charitate.

Cum dilectione fides chriſtiani, ſine dilectione fides dæmonis. Qui autem non credunt, peiores ſunt quam dæmones & tardiores.

Auguſtinus ſuper Ioannem.

Sicut in radice arboris nulla prorſus apparet pulchritudinis ſpecies, & tamen quicquid eſt in arbore pulchritudinis uel decoris, ex illa procedit: ſic ex fidei humilitate quicquid meriti, quicquid beatitudinis anima ſuſceptura eſt, ex fidei fundamento procedit.

Auguſtinus ibidem.

Quid eſt fides? niſi credere quod uides. Vnde & quomodo capitur trinitas, recte o homo interrogas: ideo bene creditur, quia cito non capitur: nam ſi cito caperetur, nō eſſet opus ut crederetur, quia uideretur.

Auguſtinus ſuper Iohannem.

Noli intelligere ut credas, ſed crede, ut intelligas. Intellectus merces fidei eſt.

Auguſtinus ſuper Iohannem ſermone 45.

Ante aduentum Chriſti præceſſerunt iuſti credentes, ſic eum uenturum, quomodo nos credimus in eū qui uenit. Tempora uariata ſunt, nō fides. Nos credimus chriſtum ex uirgine ueniſſe, in carne paſſum eſſe, reſurrexiſſe, in cœlū aſcendiſſe. Illi, crediderūt naſciturum, paſſurum, reſurrecturum, in cœlum aſcenſurum.

Auguſtinus ſuper Iohannem ſermone 18.

Ambula per fidem, ut peruenias ad ſpē, ſpes non ædificabit in patria, quem fides non conſolatur in uia.

Auguſtinus ſuper Iohannem ſermone 22.

Fides appellata eſt ab eo quod fit, duæ ſyllabę ſonant, cum dicitur fidas: prima ſyllaba eſt à facto, ſecunda à deo. Interrogo & ergo utrum credas, dicis credo: fac quod dicis, & fides eſt.

Auguſtuſtinus de ſpiritu & litera.

Quod imperatorum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat.

Auguſtinus de fide ad Petrum.

Hoc eſt humanæ ſalutis initiū, ſine hac nemo ad filiorū dei numerū poteſt pertingere uel peruenire, ſine hac oīs labor hominis uacuus eſt.

Auguſtinus de Agone cap. 18.

Fides eſt prima quæ ſubiugat animam deo, deinde præcepta dat uiuendi: quibus cuſtoditis ſpes noſtra firmatur, & nutritur charitas, & incipit lucere quod ante tantummodo credebatur. Cum ergo cognitio & actio hominem beatum faciunt, ſicut in cognitione cauendus eſt error: ſic in actione cauenda eſt nequitia.

Hieron. in Oſeæ, & habetur 1. q. 1. Illi.

Illi offerūt ſacrilegum panē, & dant eleemoſynas, & ſectati uidentur humilitatem: quæ ego, ſi uere fiant, holocauſta interpretor, cum autē ſcientiam

entiam dei dereliquerint, frustra truncato capi/te fidei cætera membra habere se iactant.

Hieronymus super Ezechielem.

Fides hosti etiam seruanda est, nec est consi/derandum cui, sed per quem iurauerit.

Hieronymus epistola 1.

Credo igitur primo omnium ponitur, sicut Paulus apost. ad Hebræos, scribens dicit: Crede re enim, primo omnium accedentem ad deum oportet, quia est, & credentibus remunerator sit. Sed & propheta dicit: Nisi creditis non intel ligitis. Vt ergo intelligentia auditu patefiat te/ste, primo omnium te credere profiteris, quia nec mare quis ingreditur, & liquido profundo sese cõmittit elemento, nisi se prius credat posse saluari: nec agricola semina sulcis obruit, & fru ges spargit in terrã, nisi crediderit uẽturos hym bres, affuturum quoq; solis teporem, quibus ter ra cõfota segetes multiplicata producat, ac uen tis spirantibus nutriat. Nihil denicq; est quod in uita geri possit, si non credulitas ante præcesse/rit. Quid igitur mirum si accedentes ad deum credere nos primo omnium profitemur, cum sine hoc nec ipsa exigi possit uita cõmunis? Hoc autẽ idcirco in principijs præmisimus, quia pa/gani nobis obijcere solent, quod religio nostra quia rationibus deficit, in sola persuasione con/sistat, & ideo ostendimus nec agi nec stare aliq̃d posse, nisi præcesserit ius credẽdi. Denicq; matri monia contrahũtur, quia credit successura po/steritas, & pueri discendis artibus traduñt, quia magistrorum in discipulos transfundẽda credi tur disciplina, & imperij insignia unus suscipit, dum credit sibi populos & urbes armatũ etiam exercitum pariturum. Quid si hæc singula, nisi prius crediderit futura nullus aggreditur, qũo non multo magis ad agnitionem dei credendo ueniatur. *Hieronymus epistola* 1.

Valde alienus à fide est, qui regnum Christi dicit aliquando finiendum.

Hieronymus epistola 5.

Est autem fides, ut diffinit apost. Paulus, sub/stantia rerum, quas speramus, & iudex rerum quas non uidemus. Credere & uidere quis non debet, quod ea quæ deus promisit potens sit, ut promissa sunt facillime præuenire. Hæc nobis inuisibilia ante oculos ponit, ad hãc ingressi & diaboli, & potestatum huius mundi, & hanc te nebrarum uniuersa deserimus, & deo cum fidu tia proximamus. Credere enim & sperare ne/cesse est, quæ deus iussit. Cumq; ea quæ diabo/lus inseruit, abnegamus: fidem spes sequitur.

Hieronymus epistola nona

Qui in Christũ credimus, Christi sectemur exempla. *Hieronymus ibidem.*

Frustra nobis in eo applaudimus, cuius mã data non facimus.

Ambrosius sup Marcum, & habetur 24. *quæst.* 1. *cap.* 1. *Non turbetur.*

Ergo nõ turbatur hæc nauis, in qua prouidẽ tia nauigat, abest perfidia, fides superat. Quem admodũ eñ turbari poterat, cui præerat is, in q̃ firmamentũ ecclesiæ est? Illic ergo turbatio, ubi modica fides: ibi securitas, ubi perfecta dile ctio. Denicq; & si alijs imperat, ut laxẽt retia sua: soli tñ Petro dicitur: duc in altum, hoc est in pro fundũ disputationũ. Quid enim tam altũ q̃ alti tudinem diuitiarũ uidere. i. scire dei filium, & professionem diuinæ generatiõis assumere, quã licet nequeat humana plenæ rationis inuestiga tione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectetur. *Ambrosius libro de uirginitate.*

O thesauris oĩbus opulentior fides, o uircuti bus corporeis oĩbus fides fortior, medicis om/nibus saluatior. *Ambro libro de Trinitate.*

Aufer argumenta, ubi fides quæritur, in ip/sis gymnasijs suis iam dialectica taceat, piscato/ribus creditur, non dialecticis.

Ambro. super beati immaculati.

Cito fides in exercitata lãguescit, & crebris oti osa tẽtatur incõmodis. Remissas excubias calli dus insidiator erumpit: assuetum aũt bello uipe rum hesterna fraus instruit, & gloriose puehit palma uictoriq;, pax ergo fidei corruptelę mate ria est. *Ambro. libro de Chain & Abel.*

Fides est radix omnium uirtutũ, & quod su/per hoc fundamẽtum ædificaueris, hoc solum ad operis tui fructus & uirtutis pficit mercedẽ.

Ambrosius libro 1. *Officiorũ.*

Quis fideles putat, quos uel pecunia uel adu latione obligatos sibi crediderit?

Ibidem.

Liquet etiam in bello fidem & iustitiam ob/seruari oportere. Fundamentum enim iustitiæ est fides. *Idem libro tertio.*

Vnusquisq; nihil promittat inhonestum, ac si promiseris, tolerabilius est promissum non fa cere, q̃ facere quod turpe est.

Grego. Theodorico & Theoderoberto regibus Francorũ, & hab. 1. *q* 1. *Fertur Symoniaca.*

In sacerdotibus fides sit eligenda cum uita. Si enim uita deest, fides meritum non habet: beato Iacobo attestante, qui ait: Fides sine operi bus mortua est.

Grego in 7 *omil. Ascen. sup illud Marci: Qui ue/ro nõ crediderit, cõdemnabitur.*

Forte unusquisq; apud se dicat: Ego iã cre/didi: saluus ero. Verũ dicit si fidem operibus te/net. Vera etenim fides est, q̃ in hoc quod uerbis moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur se nosse deum, factis autem negãt. Hinc Ioannes: Qui dicit se nosse deum, & man data eius non custodit, mendax est.

Gregorius homil. 26.

Diuina operatio, si ratione comprehẽditur, non est admirabilis. Nec fides habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum.

idem homil. 28.

Tunc eñ ueraciter fideles sumus, si quod uer bis promittimus, operibus adimplemus.

Idem super Ezechielem.

Nisi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Niſi prius fides teneatur, nullatenus ad ſpiri tualem amorem attingitur. Non enim charitas fidem, ſed fides charitatem præcedit. Nemo po teſt amare quod non credidit, ſicut nec ſperare.

Ioannes Chryſo. ſuper illud Matth. 12. Volu mus a te ſignum uidere.

Sicut ſemper diſcere, ſignum eſt nunq̃ poſſe perficere, ſic teſtimonium ſemper quærere, ſi gnum eſt nunq̃ uelle credere.

Ioannes Chryſo. ſuper illud Matth. 13. inuen ta autem una pretioſa margarita.

Vna eſt ueritas, & non partita: ſicut qui mar garitam habet, ipſe nouit, q̃tum diues eſt, & ta men multis poteſt eſſe non cognitus: ita quod q̃ fidei ueritatem detinent, noſcunt quod diuites ſunt. Infideles aũt theſaurum neſcientes hunc, diuitias noſtras ignorant. *ibidem.*

Similis eſt natura infidelitatis terræ hareno ſæ, quia quantumcunq; pluuiam ſuſciperet, non fructificaret.

Ibidem ſuper illud Matth. 20. At illi magis clamabant.

Talis eſt natura fidei, quanto magis uetatur, tanto magis accendit. Virtus fidei in periculis ſecura eſt, in ſecuritate periclitat̃. Quid em̃ aliud ſic laxat uigorẽ fidei, ſicut longa tranquillitas.

Iohannes Chy. ſuper Mat. 25.

Fides lampas eſt, quia ſicut lampas illuminat domum, ita fides animam.

Idem ſup illud ſymboli Credo in deum.

Fides religionis catholicæ lumen eſt animæ, oſtium uitæ, fundamentum ſalutis æternæ.

Iſidorus in Synonymis libro 2. & habetur 22. quæſt. 4. In malis.

In malis p̃miſſis reſcinde fidem. In turpi uo to muta decretum. Quid incaute uouiſti ne fa cias. Impia eſt promiſſio, q̃ ſcelere adimpletur.

Bernardus ſup Cantica ſermone 25.

Mors fidei eſt ſeparatio charitatis. Credis in Chr̃m? fac Chriſti opera, ut uiuat fides tua. Fi dẽ tuam dilectio animet, actio p̃bet. Non incur uet terrenũ opus, quem fides cæleſtium erigit.

Idem ſuper Cantica.

Quid non inueniat fides? Attingit inacceſſa, de p̃hendit ignota, cõprehendit immenſa, appre hendit nouiſſima. Ipſam denicq; æternitatẽ ſuo illo uaſtiſſimo ſinu quodamodo circumcludit.

Ibidem.

Dicamus fidem uitem, uirtutes palmites, bo trum opus, deuotionem uinum.

Idem ſermone 12.

Non fidei, ſed perfidei: non confidentiæ, ſed diffidentiæ eſt in ſemetipſo habere fiduciam.

Ibidem.

Is fidelis eſt qui nec ſibi credit, nec in ſe ſperat, factus ſibi tanq̃ uas perditũ. Sed ſic perdens ani mam ſuam, ut uitam æternam cuſtodiat eam.

Bernardus ſermone 67.

Tranſgreditur enim fides rationis fines, hu manæ naturæ uſum, experientiæ terminos.

Idem de 12. gradibus humilitatis.

Fides aliquando recipit, quod ratio non p̃ſumit, qualis ſit cuiuſq; fides tribulatio proba.

Leo Papa & habetur diſt. 11. Hoc ueſtræ.

Hoc ueſtræ indicimus charitati, ut ab apoſto licis inſtitutis nullo ulterius recedatis exceſſu: quia inultum poſt hæc eſſe non poterit, ſi quiſ quam apoſtolicas regulas in aliquo crediderit eſſe negligendas.

Boetius libro de Trinitate.

Eruditi eſt hominis unumquodq; ut ipſum eſt ita de eo fidem capere & tenere.

Seneca ad Lucilium, epiſtola 79.

Fides ſanctiſſimũ humani pectoris bonum eſt. Nulla neceſſitate ad fallendum cogitur, nul lo corrumpitur præmio. Vre inquit, cæde, occi de, non prodam. Sed quo magis ſecreta quæ ret dolor, hoc illa altius condet.

Seneca in Prouerbijs.

Fidem nemo unq̃ perdit, niſi qui non habet.

Seneca Tragœdia 6.

Non intrat unquam regium limen fides.

Idem Tragœdia 8.

Pretio parata, uincitur pretio fides.

Idem Tragœdia 9.

Teneris in annis haud ſatis clara fides.

Idem Tragœdia 10.

Nam rara Fides, ubi iam melior fortuna ruit.

Commentator ſuper 3. Phyſicorum.

Fides uulgi fortior eſt, q̃ fides philoſophor̃.

Cicero libro 1. Rhetoricorum nouorum.

Aĩus ſine fide ſtabilis amicis eſſe non poteſt.

Cicero lib. 1. Officiorum.

Fundamentum iuſtitiæ eſt fides, dictorum conuentorum q; conſtantia & ueritas.

Cicero libro Officiorum.

Nec promiſſa ea ſeruanda ſunt quæ nõ ſunt his quibus promiſeris utilia, nec ſi plus ea noce ant illi, cui promiſeris q̃ proſint.

Ibidem.

Nam illis p̃miſſis ſtandum quis non uidet? q̃ coactus q̃s metu, aut deceptus dolo promiſerit.

Ibidem.

Nec enim ulla res uehementius rempub. cõ tinet q̃ fides, quæ nulla eſſe poteſt, niſi erit ne ceſſaria ſolutio rerum creditarum.

Cicero libro de Amicitia.

Sed nihil ſtabile quod eſt infidum.

Ibidem.

In uita tyrannorum nulla fides.

Cicero libro 2. de Diuinatione.

Deiotarus uetat expectare fortunã, dum p̃ ſtatur fides.

Saluſtius in Iugurtha.

Expertus ſum parum fidei miſeris eſſe.

Q. Curtius de geſtis Alexandri lib. 8.

Fides, ſtabile & æternum facit imperium.

Paulus Oroſius de Ormeſta libro 3.

In magna malorum multitudine difficillima dictis fides.

Lucianus.

ἐνίκ ἔστι κακῶς κεχρημένον ἄνδρα
τοῖς ἰδίοις, ἶναι πιστὸν ἀλλοτρίοις. id eſt,

Non eſt male utentem uirum

Proprijs

Proprijs, eſſe fidunt in alienis.
Plautus in duobus cãpti.
Fac fidelis ſis fideli, caue fidem fluxam geras.
Terentius in Andria.
Nulla in re eſt cuiquam hominum fides?
Virgilius libro 4. Aeneidos.
Nusq̃ tuta fides. *Lucanus libro 1. Pharſaliæ.*
Nulla fides regni ſocijs, omnisq; poteſtas
Impatiens conſortis erit.
Lucanus libro 3. Pharſaliæ.
Cum fato conuerſa fides. *Lucanus libro 9.*
Nulla fides unq̃ miſeros elegit amicos.
Ibidem lib. 10.
Nulla fides pietasq; uiris qui caſtra ſequuntur,
Venalesq; manus ibi fas, ubi maxima merces.
Ouid. Metamorp. libro 15. fab. 28.
Fides rebus tamen addenda probatis.
Ouid. in epiſtola Helenæ ad Paridem.
Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides.
Ouid epiſtola Acontij ad Cidippen.
Non boue mactato cæleſtia numina gaudent,
Sed quæ præſtanda eſt, & ſine teſte fide. *Ibidem.*
Promittes uotum? ſcit te promittere falſo,
Iurabis? ſcit te fallere poſſe deos.
Ouid libro 1. de arte amandi.
Quos credis fidos, effuge tutus eris.
Cognatum fratremq; caue fidumq; ſodalem.
Præbebit ueros, hæc tibi turba metus.
Ibidem libro 3.
Prona uenit cupidis in ſua uota Fides.
Ouid. Triſtium libro 3. Elegia 10.
Vix equidem credar, ſed cum ſint præmia falſi
Nulla, ratam debet teſtis habere fidem.
Ouidius Faſtorum libro 3.
Tarda uenit dictis difficilisq; fides.
Propertius libro 3. Elegia 7.
Non eſt certa fides quam non iniuria uerſat.
Idem libro 3. Elegia. 19.
Contineant nobis omnia prima fidem.
Tibullus libro 1. Elegia 9.
Tu mihi iurabas nullo tibi diuitis auri
Pondere, non gemmis, uendere uelle fidem.
Horatius libro 2. epiſtola 2.
Multa fidem promiſſa leuant.
Dantes paradiſi cap. 24.
Sopra la fede ogni uirtu ſi funda,
Sel mundo ſe riuolſe al Chriſtianeſmo. *Ibidem.*
Dixi io ſenſa miraculi, quæſtuno
Et tal, che gli altri non ſonno il centeſmo.
Ibidem.
Et io reſpondo, io credo in uno dio
Solo & æterno, che tutto l ciel moue
Non moto, con amor & con diſio.
Et a tal creder non ho io pur proue
Phyſicæ metaphyſicæ ma dal mi,
Anco la uerita che quinci pioue
Per Moyſe, per propheti & per pſalmi,
Per leuangelio, & per uoi che ſcriueſti,
Poi che lardento ſpirto ude ſe almi.
Et credo in tre perſonæ æternæ & queſte
Credo una eſſentia ſi una ſi trina,
Che ſoffera comuncto ſonc & eſte. *id eſt,*

Supra fidem omnis uirtus fundatur,
Si mundus reuertitur ad Chriſti normam,
Dixi, ſine miraculis, hoc unum
Tale eſt, ut alia cõparatione huius nõ ſint cente
Reſpondens ego, credo in unũ deum (ſimũ.
Solum & æternum, qui omne cælum mouet
Non motum, cum amore & deſiderio.
Et ad credendum non habeo rationes
Phyſicas & Metaphyſicas, ſed à me,
Imo à ueritate, quæ huc impulit
Per Moyſen, per propheras, & per pſalmos,
Per euangelium, atq; per uos ſcriptores,
Poſtq; ardens ſpiritus uos ſanctos fecit.
Et credo in tres perſonas æternas: & has
Credo unam eſſentiam, ſic unam, & ſic trinam,
Vt patiatur coniunctim, ſunt & eſt.
Franciſcus Petrar. can. 19. Stantia. 3.
I mi fido in collui, chel mundi reges. *id eſt,*
Confido in eo qui mundum regit.
Idem Triumpho amoris ca. 4.
Lei & ognimio bene ogni ſperanza
Perdere dieſsi per non romper fede. *id eſt,*
Ipſa eſt bonum oẽ meum, atq; ſpem omnem
Perdere elegine ipſam fallerem.
Idem Triumpho Famæ ca. 2.
Gite ſuperbio o miſeri Chriſtiani,
Conſummando lun laltro & non ui caglia
Chel ſepulchro de Chriſto e in man de cani. *id eſt,*
Ite ſuperbi o miſeri Chriſtiani,
Lacerantes uos inuicem, nec cura ſit,
Vt ſepulchrum Chriſti ſit in manibus canum.

Fidentia græce θράσος, & θρασύς, temeta rius dicitur. Eſt autem per quã magnis & honeſtis rebus multum ipſe animus in ſe fi/ dutiæ cum certa ſpe collocauit ſecundum Cic. in Rhet. unde aũt dicatur, uide ſupra in Fides.

Fiducia græce παῤῥησία, & παῤῥησιάζω audaćter loquor dicitur. Eſt autẽ fiducia ſpes futuri auxi lij, concepta ex dictis aliorum, uel ex his quæ ſunt in ſe uel in alio, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 129. art. 6. & dicitur à fide.

Fiducia ſeu confidentia dicit morum iraſci/ bilis inæſtimatum non excedere facultarem. Et circa bona eſt ſpes, ſed circa mala eſt audacia, ſecundum b. Tho. 3. Sent. di. 29. q. art. 3.

Fiducia eſt omniũ bonorum, magnanimitas eſt maior; ſecundum eundem, 3. ſen. di 33. q. 3. ar. 4. Fiducia unde uenias, uide ſupra in Fides.

Figura græce τύπος, & τυπόω, figuro dicitur. Eſt aũt figura formi quãti, ſe. b. Tho. 1. par. q. 8. ar. 1

Figura dat terminationẽ quanti: Forma ue/ ro dat eſſe ſpecificum artificiato. Sunt ñ idem uel propinquæ, ex b. Tho. cõtra gen. 3. ca. 60. F. Figura à fingo ſupra in Fictio. ſunt & figuræ q̃s græci σχήματα dicunt quaſi cultus & ornamenta ora- tiõis: hinc ſchemata lexeos & ſchemata dianœ- as, hoc eſt figuræ uerborum & figuræ ſenten/ tiarum, & figuro uerbum & figuratum, unde oratio figurata, & figurate, i. per figuram.

Figmentum græce πλάσμα, ατος. Eſt autem idem quod fictio, de quo ſupra in Fictio.

Filius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Filius græce ὑιὸς.ὁ.uel ὑὸς .ὲ.ἡ.& ὑότης.ητ⊙ filiatio dicitur. Appellatione ꝯ filiorum, ut iuriſcõſulti ſentiunt, etiam filiæ continentur, ſed non econtrario. Filium ἀπὸ τ῀ φίλε, hoc eſt, ab amore dictũ uolunt, quod omnium conſtantiſſimus amor ſit parentum in filios.

Homerus in α Odyſſeæ.

Παῦροι γὰρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται
ὀι πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους. id eſt,

Pauci certe filij ſimiles parentibus ſunt.
Plures peiores, pauci autem patre meliores.

Homerus in δ Odyſſeæ.

πολλὰ γὰρ ἄλγε' ἔχει φίλος υἱὸς πατρὸς ἀπούρας. id eſt,

Multos certe dolores ſuſtinet patre filius abſente.

Phocylides.

μὴ μέγ' ἐπ' ἄρσενι παιδὶ τιθέμεν πλοκαμίδα ⊙ χαίτην.
μὴ κορυφὴν πλέξῃς, μήθ' ἅμματα λοξὰ κορύμβου.
ἄρσενι γὰρ οὐκ ἐπέοικε κόμη. χλιδαὶ δὲ γυναιξί.
παιδὸς δ' ἐυμεμφῆ φρεσὶν νεοτήσιον ὥρην.
πολλοὶ γὰρ λυσσῶσι πρὸς ἄρσενα μίξιν ἔρωτ⊙. id eſt,

Neq; in maſculo filio nutrias crinium iubam.
Neq; uerticem capitis implices, neq; uincula obliqua eo rymborum.
Maſculũ nõ decet coma, mollicies conuenit mulieribus.
Filij pulchri cuſtodias iuuenilem florem.
Multi enim rabieſcunt in maſculam mixtionẽ amoris.

Heſiodus.

μουνογενὴς δὲ παῖς σῴζοι πατρώιον οἶκον. id eſt,

Vnicus autem filius ſeruat paternam domum.

Empedocles in Medea.

Ἀβλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασυς πλαγχνός τις ᾖ,
ὅταν ξυνεῖδ' ἄρ' μητρὸς ἢ πατρὸς κακά id eſt,

Redegit enim in ſeruitutẽ uirũ, etſi audaciſſimus q̃s ſit
Quando conſcius ſit matris uel patris malorum.

Periander.

ὑιὸς παίδευ. id eſt,

Filios erudi. *Cleobulus.*

τοὺς τίκτοντας ὑπομονὴ νίκα. hoc eſt.

Parentes patientia uince. *Pittacus.*

ἅπερ αὐτὸς τοῖς γονεῦσι δράσῃς,
ταῦτα προλέγω πάθῃν καὶ αὐτός. id eſt,

Quæ ipſe erga tuos parentes feceris,
Eadem expecta pati & tu. *idem.*

μὴ ἔριζε γονεῦσι, κἂν δίκαια λέγῃς id eſt,

Noli contendere cum parentibus etſi iuſta dicas.

Idem.

γονέας αἰδοῦ. hoc eſt,

Parentes uenerare.

De hac materia uide infra in parentes.

Firmamentum græce στέρεωμα. ατ⊙.τ̀. & στερεόω firmo dicitur. Eſt cælum ſtellatum & ſuprema ſphæraru̇m ſecundum Ariſtotelem, nõ autem ſecundum Aſirologos modernos, ex be. Tho. prima parte q. 68. art. 1. 2. 3.

Firmus hoc eſt, ſtabilis, conſtans, à ferendo dicitur: ꝙ cõſtanter omnia ferat, unde firmitas de qua infra, hoc eſt, ſtabilitas, conſtantia, quæ & firmitudo dicitur, & firmiter aduerbium, ſtabiliter, inconcuſſe: & firmo uerbum, quod eſt ſiſto, ſtabilio, unde firmator, firmatrix, firmatio, hinc affirmatio de qua ſupra affirmatiuum, affirmo quod eſt firmo. Infirmo, quod eſt debilito, & infirmus debilis, & infirmitas debilitas: refirmo, rurſus firmo, confirmo, approbo, confirmator, & confirmatrix, & confirmatio, confirmatiuum.

Firmitas græce στερεότης.ητ⊙ .τ̀. & στερεόω firmo dicitur. Eſt autem firmitas uirtus faciens permanentiam in opere. conſtantia uero in propoſito, b. Tho. 3. Sent. diſt. 33. q. art. 3.

Fiſcus eſt burſa Cęſaris uel principis, 16. q. 7. Maiores. Proprie tamen ſignificat folliculum quo teſtes teguntur: ponitur interdum pro ſaculo in quo pecuniæ publicæ reconduntur, unde fiſcum aliquando pro ærario accipimus, à quo fiſcalis deducitur.

Flagellum græce μάστιξ.γ⊙.τ̀. & μαστιγόω flagello dicitur.

Flagellum ſignificat nõnunq̃ ramorum ſeu uirgarum ſummitatem. Virgi. in Georg. Neue flagella ſumma petas: eo quod crebro uentoꝝ flatu agitentur. Eſt autem flagellum diminutiuum de flagrum. Dicitur uero flagellum etiam quia caro percuſſa conflagrare, hoc eſt, ardere uideatur. Horatius: Nec ſcutica dignum horribili inſectere flagello.

Fœlicitas græce εὐδαιμονία.ας.ἡ. & εὐδαίμων.ον⊙.ὁ.ἡ fœlix dicitur. Eſt autem fœlicitas quædam operatio animæ per uirtutem perfectam, ſecũdum Ariſtotelem libro 1. Ethicorum.

Fœlicitas eſt ꝙ uitam ſufficiẽtem, optabilem ac nullius indigam prȩſtat, ſecundum eundem.

Ibidem.

Fœlicitas eſt uirtus in uita perfecta, ſecundũ Ariſtot. 11. ma. mora.

Fœlicitas eſt uirtutis operatio, ut uſus quidã perfectus, ſecundum Ariſtotelem libro 7. Politicorum.

Fœlicitas eſt operatio quædam ſecundũ uirtutem perfectam operantem exterioribus bonis, ſecundum Ariſtotelem 8. Ethicorum.

Fœlicitas eſt uel formæ ſecunda cum uirtute, uel per ſufficientem uitæ, uel uita tuta, & iucundiſſima, uel poſſeſſionum facultas, & corporis uires cum factiua, conſeruatiua, amplificatiua horum uirtute, ſecundum Ariſtotelem libro 1. Rhetoricorum.

Menander.

Δίκαιον εὐπράξαντα μέμνησθαι θεοῦ. id eſt,

Iuſtum eſt feliciter agentem recordare dei.

Idem.

κατ' ἰδίαν φρόνησιν οὐδεὶς εὐτυχεῖ. id eſt,

Iuxta propriam ſententiam nullus felix eſt.

Idem.

κοινὸν δὲ καλὸν ἔστι χρηστὸς εὐτυχῶν. id eſt,

Commune autem bonum eſt bonus felix.

Idem.

οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἄνὴρ εὐδαιμονεῖ. id eſt,

Non eſt qui in omnibus uir fœlix ſit.

Idem.

πολλοὶ μὲν εὐτυχοῦσιν, οὐ φρονοῦσι δέ. id eſt,

Multi quidem feliciter agunt, non ſapiant quamuis.

Idem.

τὸν εὐτυχόντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν. id eſt

Fœliciter agentem, & ſapere putamus.

Idem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίς.
Bene enim agenti omnis terra patria. Idem.
τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς. id eſt,
Fœlicium omnes ſunt affines.
ὡς εὐκόλως πιπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι. id eſt,
Quam facile cadunt ſplendidæ fortunæ.
Lucianus.
θεῷ μὲν ἐκτὸς δυοῖν εὐτυχὴς βροτός. id eſt,
Deo quidem ſine, nullus fortunatus eſt mortalis.

De hac materia uide infra in proſperitas.

Fœmina γυνὴ παρὰ τὸ θῆλυς. ἡ. dicitur Mulier autem quæ dicitur fœmina à fœminis mollitie, ut quidam putant: uel à fœtu, ut credibilius eſt. A fœmina fit fœminium & fœmininum, & diminutiuum fœmellæ: & effœmino uerbum ꝙd in mulieb rem molliciē atq; laſciuiam conuerto, cuius paſſiuū eſt effœminor: unde effœminatus mollis laſciuus, & effœminatio mollities & laſciuia. Et effœminate, hoc eſt molliter & laſciue.

De hac materia uide infra in mulier.

Fœmina non debet eſſe iudex, 3. q. 7. infamis ℣. Tria ſunt.

Fœmina propter uerecundiam ſexus niſi in ſua & ſuorum cauſa nō permittitur pro aliquo aduocare. 15. q 3. ℣. 1. & 4. ℣. 2.

Fœmina niſi in crimine læſæ maieſtatis, & in hæreſi, & in Simonia non permittitur accuſare. 15. q. 3. Certis de cauſis, & in cap. ſequenti.

Fœmina quantumcunq; docta & ſancta in cōuentu uirorum non debet prædicare. 23. diſtin. Mulier. & de conſe. diſt. 4. Mulier.

Fœminæ quantumcunq; ſanctę uel monachę non debent pallas altaris, uel uaſa ſacra contingere, 23. diſt. Sacratas.

Fœmina ſancta mente eſt diligenda, non corporali frequentia 32. diſt. Hoſpitiolum.

Fœmina extranea non debet clerico cohabire, 81. diſt. cum omnibus, & 6. cap. ſeq.

Fœminarū acceſſibus copulantes pleno corde coniungi deo non poſſunt 32 diſt. Hoſpitiolū.

Fœminarum cohabitatio prohibetur clerico, niſi forte ſint mater uel ſoror, uel cōſimilis perſona carens ſuſpitione 23. diſtin. his igitur, 81. diſtinct. uolumus.

Fœminas cohabitare cū clericis, beatus Auguſtinus noluit, etiā cum ſorore propter cōiunctarum perſonarum ſocietatem, 81. diſtin. legitur.

Fœminam ſolam ut alloquatur ſolus clericus religio non permittit. 81. diſt. in omnibus.

Fœminam alloqui debet nullus clericus, niſi certis locis, & temporibus, ut mala excludatur ſuſpitio. *Ibidem.*

Fœminæ confabulatio permodica, & compendioſa uerba cum clerico eſſe debet. 18. q. 2. Diffinimus, &c. ſeq.

Cum fœminis ſe balneare non licet clericis, & alijs Chriſtianis 81. diſt. non oportet.

De fœminarum formis non eſt diſputandum. 32 diſt Hoſpitiolum.

Fœnus τόκος, ου. & τοκίζω fœnero. Eſt autē fœnus uſura. Sed differunt, quia uſura eſt lucrum de capitali acceptum: fœnus uero eſt lucrum, de uſura: uel ſic.

Fœnus ex ſolo ipſo eſt: Nam dicit naturalis fructus terræ. Oui. Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager. Et inde ad uſurā transfertur, q̄ſi pecunia per ſe fructū producat, ſicut terra. Ita & fœnum fœtum terræ dicimus, & fœnus fœnum pecuniæ. A fœnore diminutiuū fit fœnuſculum: & fenero uerbum, quod eſt pecuniā ſi/ue aliam rem ad fœnus mutuo, & cum accuſatiuo iungit. Mart. Hæc ſapit, hæc omnes fœnerat una deos. huius paſſiuum eſt fœneror: unde res fœnerata dicitur ad uſurā tradita. A fœnero fœnerator qui apud græcos Daniſta dicitur, & fœneratitius, unde pecunia fœneratiua quę ex uſuris eſt collecta: hinc & fœnum dicitur quod herbæ eædem manentes quotannis nouas pariant.

De hac materia uide in uſura.

Fomes græce ὁρμή ἡ. dicitur, Et eſt lāguor naturæ, qui carnis concupiſcētia appellatur, ut habetur 15. q. 1. 5, ut itaq;.

Fomes eſt concupiſcētia habitualis, quæ proueni t ex hoc quod ratio non habet uirtutem totaliter in feriores uires refrenandi, ſecundū beatum Thomam in q. diſdu. de Ma. q. 4. autic. 6.

Fomes à fouendo, hoc eſt nutriendo ignē. Eſt enim fomes aſſula ex arbore excuſſa dum cædi tur. Item quæcunq; materia ſicca, in qua facile ignis inflammatur. Virgi. Suſcepitq; ignē foliſ, atq; arida circum Nutrimenta dedit. rapq; in foſſi. Per metaphoram autem fomitem appellamus, quicquid accendit nos, atq; excitat ad aliquid agendum. Gellius. Fomitem eſſe quēdam dicens & incitabulum ingenij uirtutiſq;, ſi mens & corpus homine uiuo flagraret.

Forma græce μορφή ἧς ἡ & μόρφωσις formatio dicitur Eſt autem forma quæ dat eſſe ſpecificum artificiatum. Quomodo autē differat à figura, uide ſupra in figura.

Formido græce δεῖλία ας ἡ & δειλός ὸν ὁ formidoloſus uel timidus dicitur. Eſt autem formido uirtus medio modo ſe habēs circa timores & audacias propter bonum, ſecundum Ariſt. li. 3. Ethicor.

Formido eſt metus permanens, ſecundū Ciceronem libro Tuſc. quæſtionum.

Dicitur aūt formido à fero fers, et eſt metus q̄ uehemētius in mouēdo ut ab ſe abeat foras ferat: hinc formido uerbū, id eſt, timeo, & formidabile timēdum, et formidoloſus q formidat. Terē. Num formidoloſus es mihi homo? & formidoloſe. i. cū timore. Apophoreta uero q̄ ſunt munera quæ dari ſolebant in ſaturnalibus: quē morem quoq; hodie ſeruamus menſe Decēbri, nō à fero, ſed à Phero græco, quod ab his quos ſalutabant referrentur, nam ἀποφορέιν modo auferre modo referre ſignificat. Hinc Martialis nouiſſimum ſui operis librum Apophoreta inſcripſit: hoc eſt munera Saturnaliorum.

Fornicatio græce πορνεία ας ἡ & πορνεῖον ου τὸ lupanar dicit. Eſt autē fornicatio omis illicitus coitus, ut habetur 32. q. 2. ca. Meretrices,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ces.ꝺ. Qui ergo. Proprie tamen eſt inordinatus concubitus naturalis, quo ſolutus ſolutam naturali uſu cognoſcit, ſolutus inquam quolibet uinculo coniugij, conſanguinitatis, affinitatis, ordinis, religionis ſeu uoti.

Fornicatio ut habetur 36.q.1.c.lex illa, licet uideatur eſſe genus cuiuslibet illiciti coitus qui ſit extra uxorem legitimam, tamen ſpecialiter intelligitur in uſu uiduarũ, uel meretricum, uel concubinarum.

Fornicatio dicitur à fornice.i. ab arcu triumphali ubi Romæ fiebat fornicatio, & proprie eſt ſoluti cum ſoluta, ſecundum b.Tho.4.ſent.diſt. 41.ar 4. Fornix dicitur ut nonnulli putant à furno: furnum uero ueteres dixere quaſi furnum, & furnum nigrum uel obſcuꝝ dicebãt. Suntq; fornices loca in arcuum ſimilitudinem ædificata ſub obſcura, inde fornicor, quod eſt meretricor: quoniam meretrices in fornicibus habitare conſueuerunt, inde fornicator & fornicatio deducuntur: hoc eſt meretricator & meretricatio. De hac materia habes infra ubi luxuria.

Fornicatio eſt duplex, ſcilicet ſpiritualis, & corporalis ſeu carnalis, 28.q.1.idololatria, 32.q.7. Non ſolum.

Fornicatio ſpiritualis eſt idololatria, quam ſequuntur infideles, & quælibet noxia ſuperſtitio 28.q.1.idololatria.

Fornicatio ſpiritualis dicitur conſenſus mentis ad fornicandum, iuxta illud: Qui uiderit mulierem, &c. 32.q.7. Non ſolum.

Fornicãs epiſcopus, uel presbyter cũ ſua filia ſpirituali, ſi publicũ eſt debet deponi: ſi occultũ, epiſcopus 55.annis, & presbyter 12. debet pœnitere. 30.q.1. omnes, & 2.c.ſe. Qui ſint filij ſpirituales, & quot modis, uide ſupra in filius.

Fornicatio carnalis dicitur omnis pollutio immunda, 32.q.7. per totum.

Fornicatio ſimplex eſt peccatũ mortale, gl. in cle.ult. de hæreticis, in uer. non eſt. & eſt ſoluti cum ſoluta.

Fornicationis excuſatiõem non affert neceſſitas famis ſicut furti. ff. de ri. nup. l. palam. ꝺ. nõ eſt ſicut à furto, quia propter neceſſitatem res ꝙ furatur eſt facta communis, ſed in fornicatione non eſt ita. Imo potius debet quilibet mala pati, ꝙ malo conſentire, ut 32.q.5.c.ita ne. & glo. in ca. ſi quis de furtis.

Fornicatoris notorij miſſa audienda non eſt. c. ueſtra dux. de cohab. cle. & muli. & intelligit de notorio facti, de quo uide in litera N. Notorium triplex.

Fornicantes fœminæ cum clericis debent in ſeruitutem redigi 32.di.eos qui.

Fornicatio nõ eſt multum aggeranda ꝓpter maius malum uitandum, 32.q.2. Ancillam.

Fornicandi occaſionem, ut nõ det uxori maritus ſe continere debet, 27.q.1. nubendi.

Fornicationis propter ſolam cauſam uxor dimittitur, quantum ad cohabitationem 32.q.1. dixit dominus. *Exodi cap.* 32.

Si ſeduxerit quis uirginem necdum deſponſatam, dormieritq; cum ea, dotabit eam, & habebit eam uxorem. Si pater uirginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quã uirginibus dare conſueuerunt.

Deutero. cap. 22.

Si inuenerit uir puellã uirginem q̃ non habet ſponſum, & apprehendẽs concubuerit cũ illa, & res ad iudiciũ uenerit, dabit qui dormiuit cũ ea patri puellæ quinquaginta ſiclos argenti, & habebit eam uxorẽ, quia humiliauit illã. Non poterit dimittere eam cunctis diebus uitæ ſuæ.

Tobias cap. 4.

Attende tibi fili mi ab omni fornicatione.

Prouerbiorum cap. 30.

Tria ſunt inſatiabilia, & quartũ quod nunq̃ dicit ſufficit. Infernꝰ, os uuluæ, & terra q̃ nunq̃ ſatiatur aqua. Ignis uero nunq̃ dicit ſufficit.

Eccleſiaſt. cap. 19.

Qui ſe iungit fornicarijs, erit nequam.

Paulus 1. *ad Corinthios cap.* 6.

Nolite errare, neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regnum dei poſſidebunt. *Ibidem.*

Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunq; fecerit homo extra corpus eſt. Qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat.

Paulus ad Epheſios cap. 5.

Fornicatio aũt & omnis immunditia aut auaritia nec nominet in uobis, ſicut decet ſanctos.

ibidem.

Hoc enim ſcitote intelligentes, ꝙ oĩs fornicator, aut immũdus, aut auarus, q̃d eſt idolorum ſeruitus, nõ habebit hæreditatẽ in regno Chriſti & dei. *Paulus ad Theſſalon cap* 4.

Hæc eſt uoluntas dei ſanctificatio ueſtra, ut abſtineatis uos à fornicatione, ut ſciat unuſquiſque ueſtrum uas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, non in paſſione deſiderij, ſicut & gentes quæ ignorant deum.

Aug. de conflictu uitiorum & uirtutum, & habetur 27.q.1. Nubendi. ꝺ. Fornicatio.

Fornicatio autem nulli impune conceditur.

Auguſt. ſuper Exodum, & habetur 22.q.4. Meretrices.

Omnis mœchia etiã fornicatio dicitur in ſcripturis, ſed utrũ oĩs fornicatio mœchia dici poſſit in eiſdẽ ſcripturis, non mihi interim occurrit locutionis exemplũ. Sed ſi oĩs fornicatio etiam mœchia dici non poteſt, ubi ſit in decalogo prohibita illa fornicatio, quam faciunt qui uxores non habent cũ fœminis, qui uiros non habent: an inueniri poſſit, ignoro. Sed ſi furti noĩe bene intelligitur omnis illicita uſurpatio rei alienæ, non enim rapinã permiſit qui furtũ prohibuit: ſed utiq; à parte eorum intelligere uoluit, quicquid illicite rei ꝓximi auferturꝫ profecto nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus atq; illorum membrorum non legitimus uſus prohibitus de-

tus debet intelligi.

Augustinus de uerbis domini.

Nihil est iniquius q̄ causa fornicationis uxorem dimittere, si ipse conuincitur fornicari. Occurret enim illud: In quo alterum iudicas, teipsum condemnas.

Hiero. epi. ad Titum, & hab. 14. q 6. 6 Furatum. q. Quomodo.

In fornicatione nō idcirco diuersa fit fornicatio, si mulier sit pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua, aut paupercula, aut opulenta, sed qualiscunq; illa fuerit, una est fornicatio.

Idem & habetur 32. q. 1. cap. Dixit.

Dixit dominus in euangelio: Quicunq; dimiserit uxorē, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchat. Sola fornicatio est, quæ uxoris uincit affectum, imo quæ unam illam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione à marito separauerit, non debet teneri ne uirum quoq; sub maledicto faciat, dicente scriptura: Qui tenet adultheram, stultus & impius est. Vbicunq; igitur fornicatio est, uel fornicationis suspicio, libere uxor dimittitur. Et quia poterat accidere, ut aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptialem ueteri copulæ crimē impingeret, sic priorem dimittere iubetur uxorem, ut prima uiuente secundam non habeat.

Hieron. & habetur 31. q. 1. ca. Sicut non.

Sicut non omnis congregatio hæreticorum Christi ecclesia dici potest, nec caput eorum Christus est, sic non omne matrimonium quo non uiro suo secundum præcepta Christi uxor iungitur, rite coniugium appellari potest, sed magis adulterium.

Ibidem 32. q. 4. ca. In eo.

In eo fornicator maioris criminis est, quia tollit membra Christi, & facit ea membra meretricis, erunt quippe duo in carne una, qui non est fidelis, nec credit in Christo, membra sua facit membra meretricis. Econtrario infidelis in fornicatiōe sua, utrum uiolet uel ædificet templa idolo, nescio.

Hieronymus ad Damasum Papam.

Considerandum pueris est, ut casti & pudici permaneant, & frequentius ad ecclesias sciant conuenire debere: quia frequentius sunt armandi, quibus adhuc propter ætatem minus stabilem pugna diaboli futura sit grauior. Obseruāda illis omnia cum timore, & ante omnes cauēdum à fornicatione, quæ initium ad idololatriam habet. & necesse est ut utrunq; nouerit, qui secutus est alterum.

Ambrosius de fuga seculi.

Deus sine peccato est, qui non fecit peccatū: homo autem ad imaginem dei est. Fugite ergo fornicationem, persequuntur enim uos illecebræ peccatorum. Persequitur libido, sed tu fuge tanq̄ furiosam dominam, quæ si te comprehenderit, nec de die nec de nocte requiescere sinet, exagitat, urit, incendit.

Isidorus & habetur 32. q. 7. Non solum.

Non solum de commissa fornicatione peccatum regnat in homine, sed si adhuc delectatur atq; animum tenet, proculdubio regnat. Fornicatio carnis adulterium est, fornicatio animi idolorum est seruitus. Est autem spiritualis fornicatio de qua dominus ait: Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, in quamuis quisq; diuersa turpitudinis uoluntate prostituatur. Ex delectatione enim fornicandi uaria gignuntur flagitia, quibus regnum dei claditur, ut homo à deo separetur. inter cætera septem uitia, uitium fornicatiōis maximum scelus est, quia per carnis immunditiam templum dei uiolatur.

Isidorus de summo bono libro 3. cap. 39.

Cui impulsu dæmonum mens ad delectationem fornicationis impellitur, diuini iudicij metus, æterna tormenta incendij ante oculos præponantur: quia omnis pœna grauioris supplicij formidine superatur. Sicut enim clauus clauū expellit, ita sæpe recordatio ardoris gehennæ, ardorem excludit luxuriæ.

Seneca Tragedia 4.

Vincit sanctos dira libido.

Laertius Diogē. de uita & mori. philo.

Cumquidam stolidus audiēte Pythagora diceret: Malle se cum mulieribus esse, q̄ cum philosophis conuersari. Et sues (inquit Pythagoras) libentius in cœno, quam in aqua uersantur.

De hac materia uide infra in luxuria.

¶ Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Ποίην τὶς πρὸς ἔρωτας ἐοι τρίβον, ἣν μὲν ἀγναῖς,
μαχλάδι οἰμώξῃς χρυσομανὴ σπατάλην.
εἰ δ' ἐπὶ παρθενικῆς πελάσῃς λέχος, ἐς γάμον ἥξεις
ἔννομον, ἢ ποινὰς τὰς περὶ τῶν φθορέων.
κουριδίαις δέ γυναιξὶν ἀτερπέα κύπριν ἐγείρῃ,
τὶς κεν ὕποπτλαίη, πρὸς χρέος ἑλκομένῳ,
μοῖχια λεκτρὰ κάκιστα καὶ ἔκθεσιν ἐσθλὴν ἐρώτων,
ὧν μετὰ, παιδομανὴς κείσθω ἀλιτροσύνη.
χήρη δ' ἢ μὲν ἄσκοσμος, ἔχει πάνδημον ἑταίρην,
καὶ πάντα φρονέει λύσσα μαχλοσύνης.
ἣ δὲ σωφρονέουσα, μόλις φιλότητι μιγεῖσα,
δείδυται ἀστοργὸν κέντρα παλιμβολίης.
καὶ στυγέει τελεσθέν. ἔχει δὲ λέπτανορ αἰδῶς
ἂψ ἐπὶ λυσιγάμοις χάζεται ἀμβολίας.
ἣν δὲ μιγῆς ἰδίῃ θεραπενίδι, πλῆθι καὶ αὐτὸς
δούλου ἐναλλάγδην μωσὶ γιγνόμενος.
εἰ δὲ καὶ ἀθνείῃ, τότε σὺ νόμος αἶσχος ἀνάψῃ,
ὕβριν ἀνιχνεύων σώματος ἀλλοτρίου.
πάντ' ἄρα Διογένης ἔυφυγεν τάδε. τὸν δ' ὑμέναιον
ἤδη παλαμᾶν, λαΐδος οὐ χατέων.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



Beatus Thomas super Esa. 3. prin q. 123. art. 6.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

FOrtitudo græce ἀνδρία ἀπό & ἀνδρεῖος ὁ fortis & uirilis dicitur. Eſt autem fortitudo aggreſſio terribilium ubi mors imminet propter bonũ cõmune ſaluãdũ, ſec. Ariſt. li 3. Ethi.

Fortitudo eſt uirtus quæ animum ſuppericuli metum agit. Nihilq; niſi turpia timet, tolerat forciter uel aduerſa uel proſpera: præſtat autem fortitudo magnanimitatem, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtantiã, tolerantiam, firmitatem, ſecundum Macrobium.

Fortitudo eſt ſciẽtia perferendarũ, uel affectio animi in patiendo ac perferẽdo, ſummæ legi parens ſine timore, ſecundum Cice. lib. 4. Tuſ. q.

Fortitudo eſt animi affectio, legi ſummæ in perpetiendis rebus obtemperans. Vt ibidem.

Fortitudo eſt probata (ut dicunt maiores) ſcientia rerum tolerandarũ & non tolerandarũ, non excedẽs modum per immoderatam audaciam, nec deficiens per pœnæ ſenſibilitatem, ſecundum Aul. Gellium li 12. noctiũ atticarum.

Fortitudo eſt q̃ gratia reipublicæ ſe exponit, & non cedit neque fugit periculis excreſcentibus, ſec. b. Tho. opuſculo de regimine principũ.

Fortitudo eſt firmitas animi in ſuſtinẽdis & repellendis his in q̃bus maxime eſt difficile firmitatem habere propter bonum uirtutis, bea. Tho. ſecunda ſecundæ quæſt. 123. art. ſecundo.

Fortitudo eſt uirtus moderatiua timoris & audaciæ, propter bonum reipublicæ. b. Tho. ſuper epiſtola ad Hebræos 11. prin.

Fortitudo & magnanimitas cõueniunt in modo & forma, & differunt in materia. b. Tho. 3. ſenten. diſt. 33. quæſt. 3 art. tertio.

Fortitudo firmat cõtra mala, magnanimitas eſt in perſecutione bonorum b. Tho. ſecunda ſecundæ quæſt. 129. art quinto.

Fortitudo moderatur timorem, patientia & perſeuerantia triſticiam, manſuetudo iram, b. Tho. ſecunda ſecundæ quæſt. 136. art ſecundo.

Fortis ꝓprie eſt qui animum habet infractum, uel qui ualidis uiribus prædituſ eſt. Dicitur autem à ferendo, quod æquo animo ferat aduerſa. A fortis fit forciter aduerbium, & fortifico ꝓ fortem facio. Plautus: Fortifico animum. Et forteſco pro fortis fio. Næuius: Creſcit animus, & forteſcunt uires. Hinc etiam forticulus diminutiuum. *Deuteronomij cap. 31.*

Viriliter agite & confortamini. Nolite timere. *Auguſtinus epiſtola ad Hiero.*

Qui uera uirtute fortis eſt, nec temere audet, nec in conſulte timet. *Hiero ſuper Eſaiam.*

Fortitudo atq; conſtantia uia regia eſt, à qua declinat ad dexteram qui temerarius eſt & pertinax: ad ſiniſtram qui formidoloſus eſt & pauidus. *Hieronymus ſuper Ioel.*

Iuſti & fortis uiri eſt nec aduerſis frangi, nec proſperis ſubleuari, ſed in utroq; eſſe moderatum. *Amb. li. 1 Offi. & hab. 23. q. 3. Fortitudo.*

Fortitudo quæ bello tuetur à barbaris patriã, uel domi defendit infirmos, uel à latronibus ſocios plena iuſtitia eſt. *Ambro. lib. 1. Offi.*

Non mediocris animi eſt fortitudo quæ ſola defendit ornamenta uirtutum oñium & iuſtitiam cuſtodit, & quæ inexpiabili prælio aduerſus oĩa uitia decertat, inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduerſus uoluptates, ut auaritiam effuget tanc̃q; labem quandã, quæ uirtutem effœminat. *Ambro. lib. 1 de Officijs.*

In duobus generibus fortitudo ſpectatur animi. Prima ut exteriora corporis ꝓ minimis habeat, & quaſi ſuperflua deſpiciẽda magis q̃ experenda ducat. Secũdo, ut ea quæ ſumma ſunt omnesq; res in quibus eſt honeſtas, prꝛclara animi intentione uſque ad effectum proſequatur.

Ambro. ſup Beati immacu.

Fortis propriam cõtumeliam non dolet, ſed aliena peccata, & in ſua iniuria lapſum alterius ingemiſcens, cauſam ſe fuiſſe deplorat lꝛdentis errori. Nam ſi iuſtus ſum, afficior propter charitatem, propter eccleſiæ damnũ, propter corporis detrimentũ. *Ambro. in epiſt ad Simplicianum.*

Stultus ut luna mutatur, ſapiens eñ non metu frangitur, nõ poteſtate mutat̃, non extollitur proſperis, nõ triſtibus mergit̃: ubi enim ſapientia, ubi uirtus eſt, ibi cõſtantia & fortitudo. Sapiens ergo idem eſt animo, nõ minuitur, nõ augetur rerum mutationibus, nec ut paruulus fluctuat, ut circumferatur omni uento doctrinæ, ſed manet perfectus in Chriſto fundatus charitate, radicatus fide. *Grego. lib 5. Moralium.*

Fortitudo nõ niſi in aduerſitate oſtendit̃. Tanto enim quiſq; in fortitudine potiſſime ſe demõſtrat, quanto aliena mala tolerabili ꝓ tolerat: nã minus in ſe cõualuit, quẽ aliena iniq̃tas ſternit. Qui in eo q̃ ferre nõ ualet puſillanimitatis ſuæ gladio confoſſus iacet. *Ibidem.*

Fortitudo deſtruitur niſi ꝓ conſilium fulciat̃, quia q̃ plus ſe poſſe cõſpicit, eo uirtus ſine moderatione rationis deterius in præceps ruit.

Grego. libro octauo Moralium.

Iuſtorum fortitudo eſt carnem uincere, proprijs uoluptatibus cõtra iram, delectationẽ uitæ præſentis extinguere, huius mundi aſpera ꝓ æternis præmijs amare proſperitatis blãdimenta contemnere, aduerſitatis metum in corde ſuperare. *ibidem.*

Reproborum fortitudo eſt, trãſitoria ſine ceſſatiõe diligere, cõtra flagella cõditoris inſenſibiliter perdurare, ab amore rerum temporalium nec ex aduerſitate quieſcere, ad inanem gloriã etiam cum uitæ detrimento peruenire, malitiæ augmenta exquirere, bonorum uitam non ſolum uerbis ac moribus, ſed etiam gladijs impugnare, in ſemetipſo ſpem ponere, iniquitatem quotidie ſine ullo deſiderij defectu perpetrare.

Gregorius ibidem.

Nonnunq̃ culpa fortium occaſio uirtutis ſit, & uirtus infirmorũ occaſio peccati. Sicut influente aqua paulatim cõſumitur terra, ſic leniter ſurrepente uitio, mens etiam fortis abſorbet̃.

Gregorius in quadam homilia.

Fortes facti ſunt ſancti, carnẽ domãt, uirtutib.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

coruſcant, ſpũm roborant, terrena deſpiciunt, cœleſtia appetunt: occidi poſſunt, flecti aũt ne/queunt, nec ſuſtinere falſa per infirmitatem me tuunt nec læſi unquam à ueritate conticeſcunt.

Gregorius ſuper Ezechielem hom. 11.

Sancti quorum uita in proſperitate & aduerſitate fortiter ſtat, lapidibus quadris cõparantur. Lapis enim quadrus æqualiter ſtat in quocunq; fuerit latere uerſus. Quiſq; igitur in proſperita/te non extollitur, in aduerſitate non frangitur, ſuaſionibus ad mala non trahitur, uituperationibus à bono opere non reuocat, lapis quadrus eſt, qui quaſi ex omni latere ſtatum habet, qui caſum in qualibet mutatione non habet.

Bernardus in libro de conſideratione.

Fortitudinis mater prudentia non eſt fortitudo eſt, ſed temeritas, quibus auſis non paret prudentia. *Bernardus ibidem.*

Bonus circuitus eſt, ſi iuſtitia quærit, prudentia inuenit, fortitudo uendicat, tẽperantia poſſidet, ut ſit iuſtitia in affectu, pudentia in intellectu, fortitudo in effectu, temperantia in uſu.

Hugo de clauſtro animæ lib. 3.

Sunt quidam qui corpore fortes ſunt, debiles aũt animo: Parcũt ſibi ſeipſos amantes, ſequuntur otium, uacant fabulis, tales accuſanẽ de furto, rapina & mendacio. Sunt em̃ fures qui communi neceſſitati ſubtrahunt quod cõmune fecerunt, cum renuntiarent mũdo, ſeipſos abnegantes. Sunt raptores coram deo, ga eo uidente qui nouit occulta cordsum cõmuni uitæ quod ſciunt aut quod poſſunt uiolenter auferunt. Sunt mendaces coram deo & hominibus: quia quod uouerunt, reddere poſſunt, ſed nolunt. Sic igitur coram fratribus ſuis fures, coram deo rapto res, coram deo & hominibus mendaces ſunt.

Caſſiodorus ſuper Pſalmum 1. Beatus uir.

Vir uocatur à uiribus, qui neſcit in aduerſis tolerãdo deficere, aut in pſperis aliqua elatione ſe iactare, ſed animo ſtabili defixꝰ, & cœleſtium rerũ cõtemplatiõe firmarꝰ manet ſemp im pauidus. *Boetius de conſo. libro 3. Metro. 5.*

Qui ſe uolet eſſe potentem,
Animos domet ille feroces.
Nec uicta libidine colla
Fœdis ſubmittat habenis.
Etenim licet Indica longe
Tellus tua iura treműſcat,
Et ſeruiat ultima Thyle,
Tamen atras pellere curas.
Miserasq; fugare querelas
Non poſſe potentia non eſt.

Idem de conſolatione libro quarto.

Vir ſapiens moleſte fert quoties prælium in fortitudine adducit̃: ut uirũ fortem non decet indignari quoties bellicus increpuerit tumultꝰ. Vtiq; huic gulæ propagãdæ, illi uero cõfirmandę ſcientię difficultas ipſa materia eſt, ex quo & uirtus uocat̃: q̃d ſuis uiribus nitens nõ ſuperat̃ aduerſis. *Lactan. Fir. lib. 1. diui. inſtitu.*

Ille ſolus uir fortis debet iudicari, qui temperans eſt, moderatus & iuſtus. *Ibidẽ lib. 2.*

Timiditas in ſapiente eſſe non debet.

Seneca ad Lucilium epiſt. 2.

Primum argumentũ compoſitę mentis exiſtimo, poſſe conſiſtere & ſecum mori.

Seneca epiſt. 22. ad Lucilium.

Turpe eſt cedere oneri, luctari cum officio & ſemper recepiſti. Non eſt uir fortis & ſtrenuus qui laborem fugit.

Idem epiſt. 25. de Catone qui ſe occidit.

Vltima illa nocte Platonis librum legit, ſcilicet, Cato, poſito ad caput gladio. Duo hic in re bus extremis perſpexerat, alterum ut uellet mori, alterum ut poſſet. *Ibidem.*

Stricto gladio ait ad Fortunam: Nihil egiſti, & impreſſit mortiferum corpori uulnus.

Seneca ad Lucil. epiſt. 37.

Fortis & cõpoſitus animus eſt, qui nec oblatum quicquàm ſibi ſentit, nec abiectum; ſed in eodem habitu eſt quocunq; res cedunt ſiue geruntur; uulgaria bona ſupra res ſuas eminent: ſiue aliquid ex iſtis, uel omnia caſus excuſſerit, minor non ſit. *Idem epiſt. 58.*

Fortes quidem & paratiſſimi fundere ſanguinem ſuum, alienũ uidere non poſſunt. Aingladium facilius recipiunt quàm uident.

Seneca ad Lucilium epiſt. 68.

Sic dolores, moleſtias, iniurias uirtus ſua magnitudine elidit atq; opprimit. *Seneca ibidem.*

Quæris an omne bonũ optabile ſit. Si bonum eſt iniquis fortiter torqueri, & magno animi uri, & patienter ægrotare, ſequitur, ut iſta optabilia ſint. Diſtingue. Tormenta à me abeſſe uelim, ſed ſi uſtimẽda fuerint, ut me in illis fortiter, honeſte, animoſe q; geram optabo. Velim non incidere in bellum, ſed ſi incido, & uulnera, & famem & omnia quæ bellorum neceſſitas affert, ut generoſe feram optabo. Ita non incõmoda optabilia ſunt, ſed uirtus q̃ perferuntur iacommoda. Pati tormenta nõ optabile eſt, ſed fortiter pati: *Seneca ad Luci. epiſt. 70.*

Non quia difficilia ſunt, multa nõ audemus, ſed quia non audemus, difficilia ſunt.

Idem epiſt. 73.

Non mirum eſt in tranquillitate non concuti. Id mirari ibi extolli aliquem ubi oẽs deprimuntur, ibi ſtare ubi oẽs iacent. Sapienti uiro nihil mali poteſt euenire. Stat rectus ſub quolibet pondere, nulla illum res minorem facit. Nihil illi eorum quæ ferenda ſunt diſplicet. Nam quicquid cadere in hominẽ poteſt, in ſe cecidiſſe non queritur.

Seneca ad Lucilium epiſt. 75.

Fortitudo nõ eſt inconſulta temeritas, nec periculorũ amor, nec formidabilium appetitus: ſed eſt ſcientia diſtinguendi quid ſit malum, & quid nõ ſit. Diligentiſſima eſt in tutelis fortitudo, & patientiſſima eſt eorũ, quibus falſa ſpes malorum eſt. *Seneca epiſt. 79.*

Quẽadmodũ hoſtis ẽ pernitioſior fugiẽtibus, ſic oñe fortuitũ incõmodũ magis inſtat cedẽti quàm

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quàm aduerſo. Parata tibi eſt pax, ſi ſe in aliquo certamine debellata fortuna eſt: corpus conualitudo tenet, non animum.

Seneca epiſtola 89

Fortitudo contemptrix timendorum eſt.

Idem epiſtola 93.

Cogitanda ergo ſunt omnia, & animus aduerſus ea quæ poſſunt euenire formandus, exſilia, tormenta, morbi, bella, naufragia meditare.

Idem epiſtola 95.

Fortitudo eſt munimentum humanæ imbecillitatis expugnabile, quod qui circundedit ſibi ſecurus in hac uitæ obſidione perdurat.

Idem Hercule furente Tragœdio 1.

Alte uirtus animoſa cadit. *Ibidem.*

Prona eſt timori ſemper in peius fides

Idem Tragœdia 3.

Sed flecte mentem, pectus antiquum aduoca, uictasq; magno pectore ærumnas doma.
Reſiſte, tantis in malis uinci malum eſt.

Idem Tragœdia 5.

Haud eſt uirile terga fortunæ dare.

Idem Tragœdia 6.

Iuuenile eſt uitium regere non poſſe impetum.

Ibidem.

Audax uirago non tulit retro gradum.

Idem Tragœdia 7.

Fortuna fortes metuit, ignauos premit.

Ariſtoteles libro 2. Poetriæ.

Locũ medium optimũ dicimus in bello, quia fortes tenẽt locũ medium, inter locũ timidorũ & audacium. *Idem lib. Magnorum Moralium 1.*

Si aliquem ualde facias impauidum q̃ deos non timeat, non fortis, ſed inſanus eſt. Fortis ergo erit, non qui timet omnia, neq; qui nihil mẽſurat timores, ſed qui auget fortitudinem.

Idem.

Si quis non timet timitiua, aut aliquid quod ſupra hominem terribilium eſt, non fortis eſt, ſed inſanus. *Ibidem.*

Nõ utiq; abſq; paſſione & motu fit fortitudo.

Plutarchus in Apophthegmatibus.

Caius Marius cum utroq; in cruce uarices pateret, ſolutus crus medico execrandũ præbuit, neq; ullo emiſſo ſuſpirio, nec contractis ſupercilijs ſectionem pertulit. At cum medicus tranſitum faceret ad aliud crus, noluit, inquiens curationem eo dolore dignam non eſſe.

Macrobius libro 6 Moralium.

Nam trophæum ferre à forti uiro pulchrum eſt, ſi aũt uincaris, eſt uinci à tali nullũ probrũ.

M. T. Cicero lib. 1. Officiorum.

Ita probe diffinitur à Stoicis fortitudo, cum eam eſſe uirtutem dicunt pugnantem pro æquitate. *Ibidem.*

Verum animus paratus ad periculum ſi ſua cupiditate non utilitate communi impellitur, audaciæ potius q̃ fortitudinis non habeat.

Ibidem.

Fortes & magnanimi ſunt habendi qui non faciunt, ſed qui propulſant iniuriam. Vera au-

tem ſapiensq; animi magnitudo honeſtũ illud quod maxime natura ſequitur, in factis poſitũ nõ in gloria iudicat, principemq; ſe eſſe mauult q̃ uideri. *Ibidem.*

Non eſt conſentaneum qui metu nõ frangatur, eum frãgi cupiditate. Nec qui ſe inuictum à labore perſtiterit, uinci à uoluptate. Quamobrem & hæc uitanda ſunt, & pecuniæ eſt fugienda cupiditas. *Ibidem.*

Fortis uero animi & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis.

Ibidem.

Nam ut aduerſas res ſic ſecundas immoderate ferre leuitatis eſt. Præclara eſt in omni uita æquabilitas, & idẽ ſemper uultus eademq; frons.

Idem.

Quod eñ uiriliter magnoq; animo fit, id dignũ uiro & decorum uidet. Quod cõtra fit, id ut turpe eſt, ſic indecorũ: quare pertinet quidẽ ad oẽm honeſtatẽ, hoc quod dico decorum, & ita pertinet, ut non recondita quadam ratione cernatur, ſed ſit in promptu. *Idem.*

Sequamur id quod acutum & perſpicax natura eſt, & id quod ad hominum ſocietatem accommodatum, & id quod uehemens ac forte.

Idem.

Nihil aũt eſt quod tam deceat, q̃ in cõi re gerenda conſilio q; capiendo ſeruare conſtantiam.

M. T. Cicero lib. 2. Tuſcul quæſt.

Appellata enim eſt ex uiro uirtus, uiri autẽ propria maxime eſt fortitudo. Cuius muneræ duo maxima ſunt, mortis doloriſq; contẽptio. Vtendum eſt igitur ſi uirtutis compotes uel potius ſi uiri uolumus eſſe, quoniam à uiris uirtus nomen eſt mutuata.

Ibidem.

Caue turpe quicq̃ languidũ, nõ uirile, obuerſent ſpecies honeſtæ animo Zenoni proponatur Eleathes, qui perpeſſus eſt oñia potius q̃ conſcios delendæ tyrãnidis indicaret. De Anaxarcho Democrito cogit, qui cũ in manus Cypri Nicrocreontis regis incidiſſet, nullum genus ſupplicij deprecatus ẽ, neq; recuſauit. Calanus Indus indoctus ac barbarus in radicibus Caucaſi natus ſua uolũtate uiuus combuſtus eſt. Nos ſi pes cõdoluit, ſi dẽs (ſed fac totum dolore corpus) ferre non poſſumus. Opinio eſt enim quædam effœminata ac leuis, nec in dolore magis q̃ eadem in uoluptate, qua cum liquefcimus fluximusq; mollitia apis aculeum ſine clamore ferre nõ poſſumus. At uero Caius Marius ruſticanus uir, ſed plane uir cũ ſecaret, ut ſupra dixi, principio uetuit ſe alligari, nec quiſq̃ ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus. Cur ergo poſtea alij ualuit autoritas? Vides ne igitur eſſe opinionis non naturæ malum, & eam ẽ fuiſſe acrem morſum doloris, idẽ Marius oſtendit. Crus enim alterum non præbuit. Ita & tulit dolorem, ut uir & ut homo maiorem ferre, ſine cauſa neceſſaria noluit: totum igitur in eo eſt, ut tibi imperes.

Ibidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Si gemitus in dolore ad confirmandum animum ualebit, utemur. Si gemitus erit ille lamẽtabilis, si inbecillis, si abiectus, si flebilis ei qui se dederit, uix eum uirum dixerim. Qui quidẽ gemitus si leuationis aliquid afferret, tamen uideremus quid esset fortis & animoli uiri: cum uero nihil imminuatur doloris, cur frustra turpes esse uolumus? Quid est enim fletu muliebri uiro turpius? *Ibidem.*

Ad ferendum igitur dolorem placide & sedare plurimũ proficit toto pectore, ut dicitur, cogitare q̃ id honestum sit. Sumus enim natura, ut ante dixi (Dicendũ est enim sæpius) studiosissimi appetentissimiq; honestatis, cuius si quasi lumen aliquod inspexerimus, nihil est q̃ ut eo potiamur, non parati simus & ferre & perpeti. *Ibidem.*

Nam si omnia fugiendæ turpitudinis, adipiscendæq; honestatis causa faciemus, non modo stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunę cõtemnamus licebit.

M. T. Cicero lib. 3. Tuscul. quæst.

Præterea necesse est qui sit fortis, eundem esse magni animi: & qui magni animi inuictum, qui inuictũ sit, eum humanas res despicere, atq; infra se positas arbitrari. Despicere autẽ nemo potest eas res propter quas ægritudine affici potest, nisi fortis. Ex quo efficitur, fortẽ uirũ ægritudine nunquam affici. Omnes autem sapiẽtes fortes. *Ibidem libro 4.*

Ergo is quisquis est qui moderamine & constantia, quietus animo est, sibiq; ipsi placatus, ut nec tabescat molestijs, nec frãgatur timore, nec sitienter quid appetens ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat. Is est sapiens quem quærimus. Is est beatus, cui nihil humanarum rerum, aut intolerabile ad dimittẽdum animum, aut nimis lætabile ad efferendum uideri potest. *Ibidem.*

An fortitudo nisi insanire cœperit, impetũ suos nõ habet? Quid Herculem, quem in cœlum ista ipsa quam uos uerecundiam esse uultis, sustulit fortitudo? iratum ne censes cõflixisse cum Erymanthæo apro aut leone Nemæo. An etiã Theseus Marathonij tauri cornua deprehendit iratus? Vide ne fortitudo minime sit rabiosa sitque iracundia tota leuitatis. Neq; eñ est ulla fortitudo, quæ rationis expers est. Contemnendæ sunt humanæ res, negligenda mors est, patibiles & labores & dolores putandi. *Ibidem.*

Fortitudo est igit animi affectio legi summæ in perpetiendis rebus obtemperans, uel conseruatio stabilis iudicij in eis rebus quæ formidolosæ uidentur subeundis & repellendis, uel scientia rerum formidolosarum contrariorumq; aut omnino negligendarum, cõseruans earum rerum stabile iudicium. Vel breuius ut Chrysippus (nam superiores diffinitiones erant Sphęri, hominis imprimis bene diffinientis, ut putãt Stoici. Sunt enim omnino omnes fere similes, sed declarãt cõmunes notiões alia magis alia.)

Quomodo igitur Chrysippus? Fortitudo est inquit, scientia perferẽdarum rerum, uel affectio animi in patiendo ac perferendo summæ legi parens sine timore. *Idem lib. ultimo.*

An Lacedæmonij Philippo minitãti per literas se omnia quæ conarentur prohibiturũ quæ fuerunt, num se esset etiam mori phibiturus? Vir is quem quærimus non multo facilius tali animo reperietur q̃ ciuitas uniuersa. Quid ad hanc fortitudinem de qua loquimur temperãtia adiuncta, quæ sit moderatrix omnium commotionum? Quid potest ad beate uiuẽdum deesse ei quem fortitudo ab ægritudine & à metu uindicet? Temperãtia tum à libidine auocet, tũ insolenti alacritate gestire non sinat. Hoc efficere uirtutem ostenderem, nisi superioribus diebus essent explicata. *Ibidem.*

Dolor uidetur esse acerrimus uirtuti aduersarius. Is ardẽtis faces intẽtat, is fortitudinẽ, animi magnitudinem, patientiã, se debil taturũ minatur. Huic igit succumbet uirtus? Huic beata sapiẽtis & cõstantis uiri uita cedet? q̃ turpe. O dij boni, pueri Spartiatæ non ingemiscũt uerberũ dolore laniati. Adolescentiũ greges Lacedęmone uidimus ipsi incredibili cõtentione certãtes, pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique, ut exanimarentur priusq̃, se uictos fatercnt. Quę barbaria, India uastior, aut agrestior? In ea tamen gente primũ ij qui sapientes habentur nudi æstatem agunt, & Caucasi niues, hyemalemq; uim perferũt sine dolore. Quiq; ad flãmam se applicuerint, sine gemitu aduruntur. Mulieres uero Indiæ, cum est cuiusq; earũ uir mortuus, in certamen iudicium q̃ ueniunt, quam plurimum ille dilexerit, plures enim singulis solent esse nuptæ. Quæ uictrix ea læta prosequentibus fuit una cum uiro rogo imponitur. Illa uicta mœsta discedit, nunq̃ naturam mos uinceret. Est enim ea semper inuicta, sed nos umbris, delitijs, otio, languore, desidia animum infecimus, opinionibus malo q̃ more delinitum molliuimus.

dem libro Paradoxorum.

Quomodo igitur & cui tandem hic liber oim perabit, qui non potest suis cupiditatibus imperare? Refrenet primum libidines, spernat uoluptates, iracundiam teneat, coerceat auaritiam, & cæteras animi labes repellat: Tunc incipiet aliijs imperare, cum ipse improbissimis dominis dedecori aut turpitudini parere desierit. Dum quidem his obediet, non modo imperator, sed liber omnino habendus non erit.

Idem libro 2. de Oratore.

Magna laus & admirabilis uideri solet tulisse sapienter casus aduersos, non fractum esse fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem.

Idem Rheto. nouorum libro 3.

Res magnas & excelsas sequi & appetere oportet, si fortitudinis partibus utemur.

Ibidem.

Fortitudini fortuna quoq; adiumento esse solet. *Cice. lib. 3. de Fin. bonorum & malorum.*

Is

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Is qui magno ſit animo atq; forti, oĩa q̃ cadere in hominem poſſunt, deſpicit & p nihilo putat.

Saluſt. Catilinar.

Neceſſitudo etiam timidos fortes facit.

Saluſtius in Iugurtha.

Ego naturã unã cõmunem oĩm exiſtimo, ſed fortiſſimum quenq; generoſum eſſe. *Ibidem.*

Is clarus eſt, qui prælio ſtrenuus eſt, & bonus cõſilio: quoꝝ alterꝝ ex prudẽtia timorẽ, alterũ audacia temeritatẽ cõſeq; plerũq; ſolet. *Ibidem.*

Secundis rebus feroces ſumus.

Aulus Gellius in principio lib. 2. Noc. atti.

Inter labores uoluntarios & exercitia corporis ad fortuitas patientiæ uices firmamentũ id quoq; accepimus Socratẽ facere inſueuiſſe, Stare ſolitus Socrates dicit pertinaci ſtatu perdius atq; pernox à ſummo lucis ortu ad ſolem alterꝝ orientem inconueniens, immobilis iſſdem inuectigijs, & ore atq; oculis eundem in locum directis, cogitabundus, tanquam quodam ſeceſſit mentis atq; animi facto à corpore.

Idem lib. 2. Noctium atti. cap. XI.

Sicinium Dentatum, qui tribunus plebis fuit, Sp. Tarpeio, A. Thermo conſulibus, ſcriptũ eſt, in libro Annaliũ, pluſq; credi debeat ſtrenuum bellatorẽ fuiſſe: nomenq; ei factum obingentẽ fortitudinẽ, appellatumq; eſſe Achillem Romanum. Is pugnaſſe in hoſtẽ dicitur centũ & uiginti prælijs, cicatricem auerſam nullam, aduerſas quinq; & quadraginta tuliſſe. Coronis eſſe donatum aureis octo, obſidionali una, mirabilibus tribus, ciuibus 13. torquibꝰ tribus & 80. armillis plus centum 60. haſtis. Duodeuiginti phaleris item donatus eſt: Quinquies uicieſq; populi militaria habuit multijugia, in his prouocatoria plæraque. Triumphauit cum imperatoribus ſuis triumphos nouem.

Idem li. 2. ca. 5. Noctium attica.

Fortitudo aũt nõ ea eſt q̃ contra naturã monſtruice nitit, ultraq; modũ eius egredit, aut ſtupore animi aut immanitate, aut quadam miſera & neceſſaria in perpetiendis doloribus exercitatione, qualem fuiſſe accepimꝰ. Pherũ quẽdam in ludo Cæſaris gladiatorem, quium uulnera eius à medicis execrabãtur, ridere ſolitus fuit. Sed ea uera & proba fortitudo eſt. quam maiores noſtri ſciẽtiam eſſe dixerunt, & rerum tolerandum & non tolerandarum. Per quod apparet eſſe quædam intolerabilia, quibus fortes uiri aut obeundis, abhorreant aut ſuſtinendis.

Valerius Maximus lib. 2.

Eneruos animos odiſſe uirtus ſolet. *Idẽ li. 3.*

Magnum fortitudinis exemplũ antiquitas affert. *Ibidem.*

Capi ergo uirtus neſcit, patiẽtia dedecus ignorat, fortunæ ſuccumbere omni fato triſtius ducit, noua & ſpecioſa genera interitus excogitat, ſi quiſquam interierit, qui ſic extinguitur.

Ibidem.

Vetuſto Macedoniæ more regi Alexandro nobiliſſimi pueri præſto erãt ſacrificanti. è quibus unus thuribulo arrepto ante ipſum aſtitit, in cuius brachio carbo ardẽs delapſus eſt, quo etſi ita ureretur, ut aduſti corporis eius odor ad circunſtantiũ nares perueniret, tamen & dolorẽ ſilentio preſſit, & brachium immobile tenuit ne ſacrificium Alexandri aut concuſſo thuribulo, edito gemitu regias aures aſpergeret. Rex quoq; patientia pueri delectatus, hoc certius perſeuerantiæ experimentum ſumere uoluit, conſueto enim ſacrificauit diutius, nec hac re eũ propoſito repulit. Si huic miraculo Darius inſeruiſſet oculos, ſciſſet q; eius ſtirpis milites uinci nõ poſſent, cuius infirmam ætatem tanto robore præditam animaduertiſſet. *Ibidem.*

Non eſt eiuſdem & capere aliquos uelle, & timere. Fortiter ſe gerere in aduerſis rebus quid aliud eſt, q̃ſ ſæuientem fortunam in adiutorium ſui pudore uictam conuertere.

Idem libro 4.

Multo enim multoq; ſeipſum q̃ hoſtem ſuperare operoſius eſt: nec aduerſa propera feſtinatione fugientem, nec ſecundo effuſo gaudio apprehendentem.

Idem lib 5. titu de parenti.

Ne Anaxagoras quidem ſupprimendus eſt: audita nanq; morte filij. Nihil, inquit, mihi inexpectatum aut nouum nuntias: Ego enim illũ ex me natum ſciebam eſſe mortalem.

Valerius Maximus libro 6.

Dux Romanæ pudicitiæ Lucretia, cuius uirilis animus maligno errore fortunæ muliebre corpus ſortitus eſt, à Tarquinij ſuperbi regis filio p uim ſtuprũ pati coacta, cum grauiſſimis uerbis iniuriã ſuam in conſilio neceſſariorũ deploraſſet, ferro ſe quod ueſte tectũ attulerat interemit, cauſam tam animoſo interitu impium conſulare pro regio per mutãdo po. Ro. p̃buit.

Quin. Curt. de geſtis Alexandri lib. 5.

Multa exilia patent fugienti. Patria eſt, ubicunque uir fortis ſedem ſibi elegerit.

Idem de geſtis Alexandri lib. 6

Canis timidus uehementius latrat q̃ mordet.

Ibidem.

Altiſſima quæq; flumina minimo ſono labi uidemus. *Iulius Cæſar libro 6.*

Nemo eſt tam fortis, quin rei nouitate perturbetur. *Menander.*

ἀνδρὸς, τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν. id eſt,

Viri eſt, accidentia generoſe ferre.

Plautus in Aſinaria.

Hem iſta uirtꝰ eſt qñ uſui eſt q malũ fert fortis fortiter malũ qui patit idem poſt patit bonũ.

Virgilius Aeneidos lib. 2.

- Moriamur & media arma ruamus.
Vna ſalus uictis nullam ſperare ſalutem.

Virgilius Aeneidos libro 2.

Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus.

Virgilius Aeneidos libro 6.

Tu ne crede malis, ſed contra audentior ito,
Qua tua te fortuna ſinet.

ibidem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibidem.

Nunc animis opus Aenea, nunc pectore firmo.

Virgilius Aeneidos libro 9.

Est hic est animus lucis contemptor & istum
Qui uita bene credat emi quo tendis honorem.

Lucanus Pharsaliæ libro 7.

- Fortissimus ille est.
Qui promptus metuenda pati, si cominus instent,
Et differre potest. *Ouidius Metamor. l. 4 fa. 10.*
In audaces non est audacia tuta.

Idem libro 10. fab. 11.

Audentes ipse deus iuuat.

Ouidius Tristium libro 3. elegia 2.

Suffecitq; malis animus non corpus ab illo
Accepit uires, uixq; ferenda tulit

Martialis libro 1. Epigramm. de Mutio.

Dum peteret regem decepta satellite dextra,
Iniecit sacris se peritura focis.
Sed tam sæua pius mirac ula non tulit hostis,
Et raptum flammis iussit abire uirum.
Vrere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc spectare manum Porsena non potuit.
Maior deceptæ fama est & gloria dextræ,
Si non errasset, fecerat illa minus.

Martialis lib. Epigram. de Portia.

Coniugis audisset fatum cum Portia Bruti,
Et subtracta sibi quæreret arma dolor,
Nondum scitis ait mortem non posse uagari,
Credideram satis hoc uos docuisse patrem.
Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas,
I nunc & ferrum turba molesta nega.

Horatius Carm. libro 2. Ode 3.

Aequam memento rebus in asperis
Seruare mentem, non secus in bonis
Ab insolente temperatam
Lætitia moriture Deli.

Horatius epist. lib. 1. epist.

- Quod si
Frigida curarum fomenta relinquere posses,
Quo te cœlestis sapientia duceret ires.
Hoc opus, hoc studium parui properemus & ampli,
Si patriæ uolumus, si nobis uiuere chari.

Horatius Sermonum libro 2. satyra 2.

- Viuite fortes.
Fortiaq; aduersis opponite pectora rebus.

Dantes Florent. inferni Cant. 17.

Inanzi a bon segnor, fa seruo forte. *id est.*
Aspectus boni domini, efficit seruum fortem.

Idem Purgatorij. Canti. 5.

Sta come torre ferma, che non crolla
Gia mai la cima, per soffiare de uenti. *id est.*
Sta sicut turris firma, quæ non mouet
Vnquam summitatē, propter uētorum flatum.

FOrtuna græce τύχη ηση & τυχηρός ου ς, fortunatus dicitur. Est autē fortuna causa per accidēs in agentibus à proposito, semper & frequenter in his quę propter hoc fiunt, secundum Aristot. lib. 2. Physico. *Vel sic.*

Fortuna est causa per accidēs, ut in paucioribꝰ p̄ter intētionem, in his q̄ sunt propter finē, & a proposito, secun. b. Tho. lib. 11. Metaph. le. 8. fi.

Fortuna quid aliud est? quid fors, quid casus? quid euentus? nisi cum sic aliquid cecidit, sic euenit, ut uel non cadere atq; euenire, uel aliter cadere atq; euenire potuerit, secundum Ciceronē libro 2. de diuinatione.

Fortuna dicitur à fero fers, q; temere & sine ratione ferat. Est eñ fortuna accidentiū rerꝫ subitus atq; inopinatus euētus. Hæc ea dē fors dicit, Teren. O fortuna o fors fortuna ut nunq̄ es p̄petuo bona. Aliud (ait Donatus) est fortuna, & aliud fors fortuna. Fortuna dicta ē incerta res, fors fortuna euentus fortunæ bonus. Nā fors fortuna est, cuius diē festum colūt: qui in arte aliqua uiuunt, huius ædes trans Tyberim erat. Sane fortuna uocabulū mediū est, sed cum fortunam solā dicimus, intelligimus fœlicitatē, uñ fortunatos fœlices noīamus, infortunatos uero infœlices & infortunium malā fortunā: fortuna re est, p̄sperare & bonis augere Cic. Tibi patrimonium dī̄ fortunent, hinc fortunæ dicunt diuitiæ, & fortunatim aduerbium, prospere ac fœliciter. Plaut. Fortunatim oīa succedant. Fortunatæ etiā insulæ in mari Atlantico ultra Gorgodas sic dictæ à fructuum ubertate.

Fortuna & casus sic differūt, qd casus in plus est q̄ꝫ fortuna, q̄a omne quod est à fortuna, est à casu, sed non conuertit. Casus nō solū est in hominibus qui uoluntarie águnt, sed etiam iualijs animalibus sicut quod equus casu uenit, q̄ñ salutem adeptus est, licet causa salutis non uenerit. In his q̄ simpliciter fiūt causa alicuius extrinseci, tunc dicimus quod fiūt à casu. Sed à fortuna dicimus illa fieri tantū de nuæero eorum quæ fiunt à casu, quæcunq; accidunt in habētibus proposito. Quare infans & bestia nihil agit à fortuna. Ex Aristot. lib. 2 Physicorum.

August. de ciuitate dei lib. 4. cap. 18.

Quomodo ergo dea fortuna aliquando bona est, aliquando mala? an forte quando mala est, dea non est, sed in malignum dæmonem repente conuertitur.

Boetius lib. 1. de Consolat. metro 1.

Dum leuibus malesida bonis fortuna faueret,
Pene caput tristis merserat hora meum.
Nunc quia fallacem mutauit nubila uultum,
Protrahit ingratas impia uita moras.
Quid me fœlicem toties iactastis amici?
Qui ceecidit, stabili non erat ille gradu.

Boetius lib. 1. de Conso qrosa 4.

At uero hic etiam nostris malis cumulus accedit, quod æstimatio plurimoꝫ rerum merita, sed fortunæ, spectat euentum, eaq; tantum iudicat esse prouisa, quę fœlicitas commendauerit. Quo fit, ut æstimatio bona prima oīm deserat infœlices. Qui nunc populi rumores, q̄ꝫ dissonæ multiplicesq; sentētiæ, piget reminisci. Hoc tantum dixerim ego ultimā esse aduersæ fortunæ farcinam, quod dum miseris aliquod crimen affigitur, quæ præferunt meruisse creduntur.

Boetius lib 1. metro. 5.

Nam cur tantas lubrica uersat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fortuna uices? premit insontes
Debita sceleri noxia pœna.
At peruersi residentcelso
Mores solio, sanctaq; calcant
Iniusta uice colla nocentes.
Latet obscuris condita uirtus
Clara tenebris, iustusq; tulit
Crimen iniqui.
Nil periuria, nil nocet ipsis
Fraus mendaci compta colore:
Sed cum libuit, uiribus uti,
Quos innumeri metuunt populi,
Summos gaudet subdere reges.

Idem lib. 1. prosa 6. dicente philosophia.

Hunccine inquit mundū temerarijs agi, fortuitisq; casibus putas? an nullum credis ei ineſſe regimē rationis? Atqui inquā nullo æſtimauerim modo ut fortuito temeritate tam certa moueantur. Verū operi suo cōditorē præsidere deum scio. Non unq; fuerit dies, q̄ me ab hac sentētiæ ueritate depellat. *Ibidem.*

Postremo equo animo toleres oportet quicquid intra fortunæ aream geritᵉ, cū semel iugo eius colla submiseris. Qd si manendi abeundiq; scribere legē uelis ei quā tū tibi dominā spōte elegisti, nonne tu iniuriosus fueris? & impatiētia sortē tuā exacerbabis, quā permutare nō possis.

Boet. de Consolatione libro 2. prosa 1.

Si uentis uela cōmitteres, nō quo uoluntas peteret, sed q̄ flatus pelleret, pmouereris. Si aruis semina crederes, feraces inter se annos sterilesq; pensares. Fortunæ te regēdum dedisti, dominæ moribus oportet obtemperes. Tu uero uoluentis rotæ impetum retinere conaris. At omnium mortalium stolidissime si manere incipit, fors esse desistit. *Idam lib. 2. Metro. 1. de fortuna ait.*

Hæc cum superba uerterit uicos dextra
Aestuantis more fertur Euripi.
Dudum tremendos sæua poterit reges
Humilemq; uicti subleuat fallax uultum
Non illa miseros audit aut curat fletus,
Vtroq; gemitus dura quos fecit ridet
Sicq; illa ludit, sic suas probat uires,
Magnumq; suis monstrat ostentum,
Si quis uisatur una stratus, ac fœlix hora.

Boetius de Consolatione libro 2. prosa 2.

Hæc nostra uis est, hunc cōtinuū ludum ludimus. Rotam uolubili orbe uersamus. Infima summis, summa infimis mutare gaudemus. Ascēde si placet, sed ea lege, ne uni cū ludicri mei ratio poscit descēdere iniuriam putes, an tu mores ignorabas meos. *Ibidem prosa 3.*

An tu in hanc uitæ scenam, nunc primum subitᵘ hospesq; uenisti? Vllam ne humanis rebus ineſſe constantiam reris? cum sæpe ipsum hominem uelox hora dissoluat. Nam & si rara est fortuitis manendi fides, ultimus tamen uitæ dies mors quædam fortunæ est etiā manentis. Quid ergo referre putas? tu ne illam moriendo deseras, an te illa fugiendo deserat.

ibidem prosa octaua.

Etenim plus reor hoībus aduersam q̄ prosperam pdesse fortunam. Illa em̄ semper specie fœlicitatis, cum uidetur blanda mēritur. Hæc semper uera est, cum se instabilē mutatione demonstrat Illa fallit, hæc instruit. Illa mendacium specie bonorum mentes fruentium ligat, hæc cognitione fragilis fœlicitatis absoluit. Itaq; illā ut ideas uentosam, fluentem, suiq; semper ignarā. Han sobriam succitamq;, & ipsius aduersitatis exercitatione prudentem.

Boetius de Consol. libro ultim. metro. 1.

Sicq; permissis fluitare uidetur habenis,
Sors patitur frenos ipsaq; lege meat.

Seneca ad Lucilium epist. 8.

Munera ista quæ fortunæ putatis, insidiæ sunt.

Idem epistola 15.

Initia in nostra potestate sunt, de euētu forma indicat. *Idem epistola 79.*

Omnem fortunæ licentiam in oculis habe, tanquam quicquid potest facere factum sit.

Idem epistola 93.

Quid est quod non fortuna cōuolat, & florentissimo detrahat, quodq; nō eo magis aggrediatur, & quatiat, quo speciosius fulget. Quid illi arduum, quid ue difficile est. *ibidem.*

Nihil priuatim, nihil publice stabile est. Tam urbium quàm hominum fata uoluuntur.

Idem epistola 103.

Quid autem stultius quàm mirari ullo die factum, quod omni die potest fieri.

Seneca in Hercule furente Tragœdia 1.

Iniqua raro maximis uirtutibus
Fortuna parcit, nemo se tuto diu
Periculis offerre tam crebris potest.
Quem sæpe transit casus aliquando inuenit. *ibidem.*
O fortuna uiris inuida fortibus,
Quam non æque bonis præmia diuidis.

Seneca in Tantalo Trag. 2.

Habere regnum casus est, uirtus dare *Ibidem.*
Ima permutat breuis hora summis

ibidem.

Nemo confidat nimium secundis,
Nemo desperet meliora lapsis.
Miscet hæc illis, prohibetq; Cloto
Stare fortunam, rotat omne fatum,
Nemo tam diuos habuit fauentes,
Crastinum ut posset sibi polliceri,
Res deus nostros sceleri citatas
Turbine uersat. *ibidem Tragœ. 4.*
Res humanas ordine nullo
Fortuna regit spargitq; manu
Munera cæca, peiora fouens.

Idem Tragœdia sexta:

Ne turpe puta quicq̄d miseros fortuna iubet. *ibidem.*
Moderata durant quæq; fortuna altius
Euexit ac leuauit humanas opes
Hoc si magis suprimere fœlicem decet. *Ibidem.*
Misero datur quodcunq; fortunæ datur.

Idem Tragœdia 7.

Fortuna fortes metuit, ignauos premit.

Ibidem.

Rapida

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibidem.

Rapida fortuna ac leuis preceſq; regno eripuit, & exilio dedit. *ibidem.*

Regnorum magis fallax fortuna bonis
In præcipiti dubioq; nimis excelſa loco.
Nunquam placidam ſceptra quietem
Alia ex alijs cura fatigat.
Vexatq; animos noua tempeſtas.
Vt præcipites regum caſus fortuna rotat.
Metui cupiunt, metuiq; timent.
Non nox illis alma receſſus præbet tutos.
Non curarum ſomnus domitor pectora ſoluit.

Seneca Tragœdia 8.

Quicquid in altum fortuna tulit, ruitura leuat.

ibidem.

Cæca eſt temeritas quæ petit caſum ducem

Ariſtot. libro 2. Phyſicorum.

Fortuna non eſt niſi in agentibus à propoſito & à uoluntate. *Ibidem.*

Caſus eſt ſolum in animalibus irrationalib. & in rebus inanimatis, unde dicitur, quod caſu tripus cecidit & ſtetit.

Ariſtot. libro 7. Ethicorum.

Fortuna ſuper excelliens impedit fœlicitatem.

idem libro octauo.

Quanto maior eſt fortuna, tanto minus eſt ſe cura. *Ariſtot libro de Bona fortuna.*

Sine exterioribus bonis quorum domina eſt fortuna, non contingit fœlicem eſſe.

Ibidem.

Vbi plurimus intellectus & ratio, ibi minima fortuna. *Laert. Diogenes de Vita & morib. philo.*

Interrogatus Chio quid eſt fortuna? ait, ignarus medicus, multos enim excæcat.

Cicero de Amicitia.

Non ſolum ipſa fortuna cæca eſt, ſed etiam eos plerunq; cæcos efficit, quos complexa eſt.

Cicero libro 2. de Natura deorum.

Fortuna amica uarietati cõſtantiam reſpuit.

idem libro 3.

Fortunam nemo ab incõſtantia & temeritate ſeiunget. *Cicero in Paradoxis.*

Cui ſpes omnis & ratio & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil certi eſſe poteſt.

Cic. libro 1. de Diuinat.

Sic enim ſe profecto res habet, ut nunq; perfecte ueritatẽ caſus imitet. *idem lib. 2.*

Nihil enim eſt tam contrarium rationi & cõſtantiæ, q; fortuna. *Ibidem.*

Geminorum formas eſſe ſimiles, uitam atque fortunam plerunq; diſparem uidemus.

Cicero Rhetoricorum ueterũ libro 2.

Nam fortunam quidem & laudare ſtultitia, & uituperare ſuperbia eſt.

idem Rhetoricorum nouorum libro 2.

Fortunã inſanã eſſe & cæcam & brutã perhibent philoſophi, ſaxiq; inſtar globoſi dicũt eſſe uolubilem. *idem libro 4.*

Ei non multum poteſt obeſſe fortuna, qui ſibi firmius in uirtute quam in caſu præſidium collocauit. *ibidem.*

Nam ſi quis ſpei nõ multum collocarit in caſu, quid eſt qđ ei magnopere caſus obeſſe poſſit. *ibidem.*

Quod ſi in eos plurimum fortuna poteſt, qui ſuas rationes omnes in caſu collocarunt, nõ ſunt omnia committenda fortunæ, ne magnam in nos nimis habeat dominationem.

Saluſtius in Catilinario.

Fortuna in oĩi re dominatur, ea res cunctas ex libidine magis q; ex uero celebrat obſcurat, què. *idem in Iugurtha.*

Humanarum rerum pleraque fortuna regit.

ibidem.

Grauis eſt caſus è regno in ſeruitiũ. *ibidem.*

Quippe res humanæ ita ſe habẽt. In uictoria uel ignauis gloriarĩ licet, ſed res aduerſæ etiam nos detrectant. *ibidem.*

Res humanæ fluxæ & mutabiles ſunt.

Valerius Maximus libro 4.

Dominum rerum collabi ſolet, bona mens præfertur diuitijs, bonæ mentis uſurpatio nullum triſtioris fortunæ recipit incurſum.

idem libro 5.

Mortalium negocia fortuna uerſat.

idem libro ſexto.

Nemo nimiæ fortunæ credere debet.

idem libro nono.

Humanæ aũtuitæ conditionẽ præcipue primus & ultimus dies continet, quia plurimum intereſt quibus auſpicijs inchoetur & quo fine claudatur. Ideoq; demum eum fœlicem iudicamus, cui & accipere lucem proſpere & reddere placide contingit. Medij temporis curſus prout fortuna gubernaculum rexit, modo aſpero, modo tranquillo motu peragitur, ipſe ſemper minor, dum & cupide uotis exténditur, & fere ſine ratione conſumitur. Namq; ſi eo bene uti uelis, etiam prauum ampliſſimũ efficiens numerum annorũ multitudine operũ ſuperando. Enim uero nimio ſtudio retinendum bonum.

Q. Curtius de Geſtis Alexandri lib. 3.

Etiam naturam plerunq; fortuna corrumpit.

Ibidem.

Homines cum ſe permiſcuere fortunæ, etiã naturam dediſcunt. *idem libro 2.*

Fragilitas humanæ nimia in proſperis obliuio eſt. *idem libro 7.*

Verſabilis fortuna eſt. *ibidem.*

Fortunam tuam preſſis manibus tene, lubrica eſt, nec inuita teneri poteſt.

idem libro 8.

Contra obſequia fortunæ nõ ſatis cauta mortalitas eſt. *ibidem.*

Quis neget eximiam quoque gloriam ſæpius fortunæ quàm uirtutis eſſe beneficium.

ibidem.

Fortuna rebus famam pretiumq; conſtituit, & militiæ probrum plerunq; uertit in gloriam.

Lucius Apuleius de Aſino aureo libro 1.

Ne tu fortunarũ lubricas ambages & inſtabiles incurſiones & reciprocas uiciſſitudines igno-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ras. *Iulius Cæſar, libro 4.*

Non eſt ſæpius fortuna tentanda. *Idem lib 9.*

Multum tum in omnibus rebus, tum in re militari poteſt fortuna. *ibidem.*

Sic & ad ſubeundum periculũ, & ad uitandũ multum fortuna ualet. *Iulius Celſus lib. 7.*

Fortunæ credendum eſt, & utrang rem ſe illi offerendum. *idem libro 10.*

Fortuna plerung eas quos plurimis beneficijs ornauit, ad duriorem caſum reſeruat, ſuperiorg ipſorum diſſimilis. *Menander.*

ἄνθρωπος ὢν, μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης. id eſt,

Hõ exiſtens, recordare cõmunis fortunæ. *idem,*

Διὸς τὴ τύχη τὸ μικρὸν ἐλάφῃ μέγα. id eſt,

Si dederis fortunæ paruũ aliquid, accipies magnum. *idem.*

θεῷ μάχεσθαι λίνῳ ἐστὶ καὶ τύχῃ. id eſt,

Deo pugnare graue eſt & fortunæ. *idem.*

δίσμενῶν πέλωσι δῖα δ' ἀφίρπται τύχη. id eſt,

Aliqbus quidẽ dat, aliquib. aũt aufert fortuna. *idem.*

πᾶσι πὰρ δὺ φρενῶσι συμμάχῃ τύχη. id eſt,

Oĩbus quidẽ bñ ſapientib. auxiliat fortuna, *idẽ.*

ξὺν χῇ παρούσης τῆι τύχης τὰ πράγματα. id eſt,

Stertunt præſente fortuna negotia *idem.*

στρέφει δὲ πάντα τ' ἐν βίῳ μίκρα τύχη. id eſt,

Permutat aũt oĩa quę ſunt in uita, pua fortuna. *idem.*

τύχης τὰ θνητὰ πράγματ' οὐκ εὐβουλίας. id eſt,

Fortunæ mortalia negotia, non conſilij. *idem.*

ταυτόματον ἡμῶν ἄμεινον βουλεύεται. id eſt,

Caſus nobis melius conſulit. *idem.*

τὰ θνητὰ πάντα μεταβολαὶ πολλὰς ἔχει. id eſt,

Mortalia oĩa mutationes multas habent. *idem.*

χειμὼν μεταβάλλει ῥᾳδίως εἰς εὐδίαν. id eſt,

Tempeſtas mutatur facile in ſerenitatem. *idem.*

ὡς ποικίλον πρᾶγμ' ἐστὶ καὶ πλάνον τύχη. id eſt,

Quàm uaria res eſt & erratilis fortuna.

Ex prima Epigrammaton.

οὐκ ἐθέλουσά τύχη σε προήγαγεν, ἀλλ' ἵνα λείξῃ,
ὡς ὅτι καὶ μέχρι σοῦ πάντα ποιεῖν δύναται. id eſt,

Non ppitia fortuna te ꝓmouit, ſed ut oſtendat ꝙ etiam in te oĩa facere poteſt. *Lucianus.*

ὁμιπλαίων φίλῳ εἰ θνητοῖσ, φίλῳ εἰ μακάρεσι,
καὶ σεῦ ῥηϊδίαισ ἔκλυον ἐυξαμένου.
ἦν πλαίσης, οὐδείσ σοι φίλος, ἀλλ' ἅμα πάντα
ἐχθρὰ τύχης τε ῥοπαῖσ σύμμετα βαλλόμενα. id eſt,

Nõ errans, amicꝰ es mortalib. amicus es beatis,
Et te facile exaudiuerunt precantem.
Si erraueris, nullꝰ amplius tibi amicꝰ, ſed ũmul inimica, fortunæq; momẽtis cõmutata. (oĩa

Sophocles in Aiace.

πᾶσ' ἀναγκαίασ τύχησ
οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖτον ἀνθρώποισι κακόν. id eſt,

Immutabili fortuna,
Nullum eſt peius hominibus malum.

Palladas.

οὐ λόγον οὐ νόμον οἶδε τύχη μεροπῶν δὲ τυραννεῖ,
τοῖσ ἰδίοισ' ἀλόγωσ χεύμασι συρομένη.
μᾶλλον τοῖσ' ἀλίκοισι ῥίπτει, μισεῖ δὲ δικαίους.
ὥσ' ἐπιδειχνυμένη τὸν ἄλογον δύναμιν. id eſt,

Non rationem, nõ legem nouit fortuna, homi nibus autem imperat,
Proprijs ſine ratione fluxibus tracta.
Magis iniuſtis fauet, odit autem iuſtos,
Velut oſtendens temerariam potentiam.

Plautus in duobus captiuis.

Sed fidẽ fortuna humana frãgit, artaq; ut lubet
Me q liber fuerã, ſeruũ fecit ex ſummo infimũ.
Qui imperare inſueueram, nunc alterius impe-rio obſequor. *Plautus in Ciſtellaria.*

Immundas fortunas æquũ eſt ſqualorẽ ſequi.

Plautus in Pſeudolo.

Profecto ſic erit, cẽtum doctoꝝ hoĩm conſilia hæc deuincit dea fortuna Atq; hoc uerũ eſt, pin de ut quiſq; fortuna utit, ita prçcellet, latq; exin, de ſapere oẽs dicimus, bñ ubi q̃d diſcimus cõſi-lium accidiſſet, hoiem cautum eum eſſe decla-ramus; ſtultũ autẽ illum, cui uertit male. Stulti aũt ſumꝰ fruſtraq; ſcimus, ut q̃d in rẽ ſit, poſſimꝰ noſcere, certa mittimus dum incerta petimus: atq; hoc uenit in labore, latq; in dolore, ut mors obrepat interim, *Terentius Comœdia 5.*

O *fors fortuna, ut nunquam perpetuo es bona.*

Virgilius in Bucolicis.

Sors omnia uerſat. *Virg. in 2. Aeneidos.*

Nec ſi me miſerum fortuna Sinonem
Finxit, uanum etiam mendacemq; improba finget.

Ibidem.

Aſpirat primo fortuna labori.

Idem libro 3.

Viuite fœlices quibus eſt fortuna peracta,
Iam ſua. *Idem Aeneid. libro 10.*

Et quamcunq; uiam dederit fortuna ſequamur.

Idem Aeneidos libro 11.

Multa dies uariusq; labor mutabilis æui
Rettulit in melius, multos alterna reuiſens,
Luſit, & in ſolido rurſus fortuna locauit.

Virgilius libro 12. Aeneidos.

Forſan miſeros meliora ſequantur.

Ibidem.

Quo deus & quo dura uocat fortuna ſequamur.

Ibidem.

Sors & uirtus miſcentur in unum.

Virgilius de fortuna.

Fortuna omnipotens inſipientibus,
Tantum iuris atrox quæ tibi uendicas,
Euertensq; bonos, erigis improbos,
Nec ſeruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iuſtos illa uiros pauperie grauat,
Indignos eadem diuitijs beat.
Hæc aufert iuuenes, & retinet ſenes,
Iniuſto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignus admit tranſit ad impios,
Nec diſcrimen habet, rectaq; iudicat.
Inconſtans, fragilis, perfida, lubrica,
Nec quos clarificat, perpetuo fouet.
Nec quos deſeruit, perpetuo premit.

Ennius in ſeptimo.

Fortibus eſt fortuna uiris data.

Idem in octauo.

Multa dies in bello conficit unus,
Et rurſus multæ fortunæ ſorte recumbunt,
Haud quemquam ſemper fortuna ſecuta eſt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Actius in Telepho.

Namsi a me regnum fortuna atq; opes
Eripere quiuit, & uirtutem nequiuit.

Lucanus libro 2. Pharsa.

Sors incerta uagatur,
Fertq; refertq; uices, & habēt mortalia casum.

Lucanus libro 3. Phar.

Neq; enim iam sufficit ulla
Præcipiti fortuna uiro, Ibidem.
Seruat multos fortuna nocentes.

Idem lib 8. Phar.

-Longi pœnas fortuna fauoris
Exigit a misero.-

Ouidius Metamor. lib. 7. fab. 26.

Flebile principium melior fortuna secuta est.

Idem libro 13. fab. 4.

Tanta homines rerum inconstantia uersat.

Ouid. Metamor. lib. 15. fab. 4.

Nil equidē durare diu sub imagine eadē
Crediderim. sic ad ferrum ue nistis ab auro
Secula, sic toties uersa est fortuna locorum.

Idem Metamor. libro 15. fab. 42.

-Omnia uerti
Cernimus, atq; alias assumere robora gētes,
Concidere has, sic magna fuit censuq; uirisq;,
Perq; decem potuit tantum dare sanguinis annos.
Nun. humilis ueteres tantummodo Troia ruinas,
Et prodiuitijs tumulos ostendit auorum.
Clara fuit Spartæ, magnæ uiguere Mycenæ,
Necnon & Cecropis, necnon Amphionis arces.
Vile solum Spartæ est, altæ cecidere Mycenæ,
Oedipodioniæ quid sunt nisi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ restant nisi nomen Athenæ?

Ouid. Tristium libro 2.

Cum cœpit quassata domus subsidere, partes
In procliuitatis omne se umbit onus.
Cunctaq; fortuna rimam faciente debiscunt,
Ipsa suo & quondam pondere tracta ruunt.

Ibidem.

Scilicet in superis etiam fortuna luēda est,
Nec uenia læso numine casus habet.

Ouid. Tristiū lib. 5. Eleg. 9.

Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,
Nunc mendicato pascitur ille cibo.
Passibus ambiguis fortuna uolubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxq; loco.
Sed modo læta manet uultus modo sumit acerbos,
Et tantum constans in leuitate sua est.
Nos quoq; floruimus sed flos fuit ille caducus,
Flammaq; de stipula nostra breuisq; fuit.

Ouid. de Ponto libro 4. Elegia 3.

Hæc dea non stabili quam sit leuis orbe fatetur,
Quæ summum dubio sub pede semper habet.
Quolibet est folio & quauis incertior aura,
Par illi leuitas perfide facta tua est.
Omnia sunt hominum tenui pendētia filo,
Et subito casu quæ ualuere ruunt.
Diuitis audita est cui non opulentia Crœsi?
Nempe tamen uitam captus ab hoste tulit.
Ille Syracusia modo formidatus in urbe,
Vix humili duram repulit arte famem.

Quid fuerat Magno maius, tamen ipse rogauit
Summissa fugiens uoce clientis opem.
Cuiq; uiro totus terrarum paruit orbis,
Indigus est factus omnibus ille magis.
Ille Iugurthino clarus Cymbroq; triumpho,
Quo uictrix toties consule Roma fuit,
In cœno Marius iacuit, cannaq; palustri,
Pertulit & tanto multa pudenda uiro.
Ludit in humanis diuina potentia rebus,
Et certam præsens uix habet hora fidem.

Idem.

Casus in euentu est.

Ouidius epist. Briseidis ad Achillem.

An miseros tristis fortuna tenaciter urget.

Ouidius.

Nempe dat & quodcunq; libet fortuna rapitq;.
Hirrus & est subito, qui modo Crœssus erat.

Ouid. libro 3. de Arte Amandi.

Dum licet & spirant flamina nauis eat.

Tibullius libro 1. Eleg. 5.

Versatur celeri fors leuis orbe rota.

Martialis li. 4. Epigram. de puero glacieoccisso.

Quid non læua sibi uoluit fortuna licere?

Horatius carmi libro 1. ode 34.

Valet ima summis
Mutare, & insignem attenuat deus
Obscura promens, hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit, hic posuisse gaudet.

Horat. Carminū l. 3 ode 29.

Fortuna sæuo læta negotio, &
Ludū insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi nūc alij benigna,
Laudo manentem, si celers quatit
Pennas resigno quæ dedit, & mea
Virtute me inuoluo, probamq;
Pauperiem sine dote quæro.

Iuuenalis Satyra 3.

-Ex humili magna ad fastigia rerū
Extollit, quoties uoluit fortuna iocari.

Idem Satyra 7.

Si fortuna uolet fies de rethore consul,
Si uolet hæc eadem fies de consule rhetor.
Ventidius quid enim? quid Tullius? anne aliud quam
Sidus, & occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos,
Fœlix ille tamen, coruo quoq; rarior albo.

Idem Satyra 10.

Turba tremens sequitur fortunam ut semper & odit
Damnatos.

Iuuenal. Satyra 13.

Victrix fortunæ sapientia.

Ausonius.

Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem,
Atq; Abacum Samio sæpe oneresse luto. & paulo post,
Fortunam reuereater habe quicūq; repente
Diues ab exili progrediere loco.

Francisc. Petrar. Cant. 8. stantia. 7.

Rade uolde aduien, chalalte impresse
Fortuna iniuriosa non contrasti,
Cha glanimo si facti mal soccorda. Id est,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Raro euenit ut magnis negotijs
Fortuna iniurioſa non aduerſetur:
Namq; animoſis factis male eadem concors eſt.
Franciſ. Petrarch. triumpho Famæ.
Che poucho ual contra fortuna ſcudo. id eſt,
Quippe parum ualet contra Fortunam clypeus.

Forum eſt exercendarum litiũ locus, & dicit iudiciale forũ à ferẽdo, quia illuc cauſæ ferant. Et eſt forum uenale à ferẽdo, quia uenalia illuc ferant. Et eſt forum boarium in quo boues uendunt forũ olitoriũ, in quo herbæ uendunt, ꝙd erat antiquũ macellũ. Forum piſcariũ, in quo piſces ueneunt. Forũ cupedinis, in quo uẽduntur cupedia. Cupes enim & cupedia antiqui lautiores cibos nominabãt. Vnde cupidenarij dicti ſunt omnes, qui eſculenta uendunt, ab eo ꝙ alimenta rebus cupidineis præbeãt. Dicitur etiam forum locus in quo cum populo agitur, concio nes habent, lites tractant, ꝙ ibi iudicia ferunt: unde & forenſes dicunt, qui in foro uerſantur. Et circunforanei q̃ circa forũ ſpatiantur uendi/tantes aliquid, aut ementes, aut ſciſcitantes, aut tempus inaniter terẽtes. Fori etiam maſculino genere & pluraliter tãtum, ſunt tabulata nauiũ, ab eo ꝙ inceſſus ferant. ſiquidem per eos nautę diſcurrunt. Virgi. Laxat foros. Cicero: Alij per foros curſitent. Significãt & fori pluraliter tantum loca erecta, ut ex his ſpectet. Et foruli ſunt armariola, in quibus libri reponuntur. Iuuenal. Hic libros dabit, hic forulos.

FRater græce ἀδελφὸς οῦ ὁ & ἀδελφικός ὴ ὸ. fraternus dicitur. Dicitur autem frater quaſi fere alter ſecundum Aulum Gellium lib. 13. noc.

At ex ſententia P. Nigidij. Saluſtius in Iugurtha. Quis autẽ amicior q̃ frater fratri? aut quẽ alienũ fidum inuenies, ſi tuis hoſtis fueris? Hinc fratris fratri uxor. Fraterculus diminutiuum, & fratrueles duorum fratrum filij.

Sapientiæ cap. 10.

Per iram homicidij fraternitas deperijt.

Paulus ad Hebræos cap. 13.

Charitas fraternitatis maneat in uobis.

Auguſtinus, & habetur 14. q. 5. Immolans.

Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit, neceſſario fratres ſunt.

Auguſt. lib. 1. de Vnico baptiſmo, & habetur diſt. 56. capite Sponſus.

Iſmael ut ſepararetur à populo dei non obſuit mater ancilla, ſed obfuit fraterna diſcordia, nec profuit poteſtas uxoris cuius magis filius erat, quia per ipſius iura coniugalia, & in ancilla ſeminatus erat, & ex ancilla ſuſceptus eſt.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum.

Pro ſe orare neceſſitas cogit, pro alijs aũt charitas fraternitatis hortatur, dulcior autẽ ante deum eſt oratio non quam neceſſitas tranſmittit, ſed quam charitas fraternitatis commendat.

Rabanus ſuper Matthæum.

Vera fraternitas eſt quæ fratrẽ ueneratur deuotum, corripit diſſolutum, quæ præſenti obſequitur, abſentem non rodit, ſano applaudit, infirmum non deſerit, placatum non prouocat, iratum ut maiorem metuit.

In collationibus patrum & abbatis Ioſeph.

Hæc eſt uera fraternitas, quę nullis caſib. ſcindi dicitur, quam nõ ſolum diſſociare uel deſerere locorum uel temporum interualla non prævalẽt, ſed nec mors quidem ipſa diuellit. *Ibidem.*

Hæc eſt uera & indirupta fraternitas, quæ gemina amicorum perfectione ac uirtute concreſcit, cuius ſemel initum fœdus, nec deſideriorũ uarietas, nec contentioſa dirumpet cõtrarietas uoluntatum. *Ibidem.*

Nihil prodeſt ũ moribus ac propoſito diſſidentes una habitatione iungãtur, nec obeſt parili uirtute fundatis per locorũ interualla diſiungi. Apud deum nanq; morum cohabitatio non locorum unitas, fratres habitatione coniungit. Nec poteſt unq̃ pacis integritas cuſtodiri, ubi uoluntatum diuerſitas inuenitur. *ibidem.*

Huius primũ fundamentũ eſt ſubſtantiã mũdialẽ in contẽptu habere. Iniuſtũ em̃ atq; impiũ eſt, ſi poſt abrenuntiatam mundi, & omniũ quæ in eo ſunt uanitatẽ, prætioſiſſimæ dilectioni fratris, ſuppellex uiliſſima q̃ ſuperfluit præferatur, ſecundum eſt, ut unuſquiſq; ita ſuas refecet uoluntates, ne ſe ſapientẽ atq; conſultum eſſe iudicans, ſuis malit q̃ fratris diffinitionibus obedire. Tertiũ eſt, ut ſciat omnia etiam quæ utilia, ac neceſſaria æſtimat poſtponẽda bono charitatis & pacis. Quartũ eſt, ut credat, nec iuſtis, nec iniuſtis de cauſis penitus iraſcendum. Quintũ, ut ad uerſus ſe iracundiã fratris etiã ſine ratione conceptã, eo modo quo ſuam curare deſideret, ſciẽs æqualiter ſibi perniciоſam alterius eſſe triſtitiã, ac ſi aduerſus alium ipſe moueatur, niſi eã quantum in ſe eſt de fratris etiam mente depulerit.

Saluſtius in Iugurtha.

Quis eſt amicior, quam frater fratri, aut quẽ alienum fidum inuenies, ſi tuis hoſtis fueris?

Horatius epiſtolarum libro 1. epiſtola 3.

-At uos
Seu calidus ſanguis ſeu rerum inſcitia uexat
Indomita ceruice feros ubicunq; locorum
Viuitis, indigni fraternum rumpere fœdus.

FRaus græce ἀπάτη ὴ ὸ & ἀπατηλός ὴ ὸν fraudulosus & fallax dicitur. Eſt autem fraus executio iniuſtitiæ in factis, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 55. artic. 5.

Fraus non poteſt eſſe ſine dolo, ſed bene dolus ſine fraude. Ideo fraudi ineſt dolus ſicut ſpecies generi, ex b. Tho. *Ibidem.*

Fraus dicitur à ferendo, & eſt deceptio quę alicui infertur, fraus pro periculo quando q̃ ponitur. Virg. Quis deus in fraudem, quæ dira potẽtia noſtra Egit. Inde fraudo as, & fraudor paſſiuum, & defraudo quod eſt fructum minuo, uel per fraudem aliquid decerpo. Teren. Suum defraudans ingenium comparſit miſer.

Dauid Pſalmo 30.

Erubeſcant impij, & deducantur in infernum. Muta fiant labia doloſa. *Eccleſiaſt. ca. 19.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo. *Hieremias cap. 6.*

A propheta uſq; ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. *Auguſt. de Diffinitionibus.*

Fallacia eſt, per quã motibus deceptoriꝭ ueritas palliata uel odiũ alterius, uel propriũ cõmodum intendit. *Aug. lib. 3. Confeſſionum.*

Sunt qui ſeducunt per philoſophiam, magno, blando & honeſto nomine colorantes & fucantes errores ſuos.

Hieron. in epiſtola ad Ruſticum monachum.

Iudas de apoſtolatus faſtigio in proditionis tartarũ labitur, nec familiaritate cõmuni, nec tinctione buccellæ, nec obſequiꝭ gratia frangit, ne hominem tradat, quem filium dei nouerat.

Ambro. ſuper illud Matth 26. Et oſcul. eſt eum.

Inſtrumẽto pacis mortẽ irrogat; ſeruus dominũ, diſcipulus magiſtrũ ſic prodit, quaſi inquit, per inſtrumentum pacis perimis ipſam pacẽ, de oſculo machinaris ipſam proditionem.

Ambroſius libro de Virginibus.

Venena nõ dant niſi melle circũlita, & uitia non decipiunt niſi ſub ſpecie umbraq; uirtutũ.

Gregorius ſuper illud Iob. Verebar omnia opera mea.

Duo timenda ſunt in bonis operibus, deſidia & fraus. *Idem libro 9. Moralium.*

Sciendũ quoq; eſt, qꝫ tribus modis fraus ipſa cõmittitur, quia per hanc proculdubio aut tacta cordis humani gratia, aut fauoris aura, aut res quælibet exterior deſideratur. *ibidem.*

Solus in dei opere fraudẽ non facit, cũ ad ſtudia bonæ actionis inuigilat, nec ad corporalis rei præmia, nec ad laudis uerba, nec ad humani iudiciꝭ gratiam anhelat. *Ibidem.*

Doloſus aduerſarius ferire ſemel nititur, & aperte ſæuiens, & inſidioſe latens, ut dũ occulta ſagitta metuitur, minus ante faciẽ haſta timeatur, uel dum ante faciẽ haſtæ reſiſtitur, nequaq; ex occulto ueniens ſagitta uideatur.

Iſidorus Sententiarum libro 2. & habetur 22. q. 5. cap. Quacunq;.

Quacũq; arte uerborũ quis iuret, deus tamẽ q conſcientiæ teſtis ita hoc accipit, ſicut ille cui iurat intelligit. Dupliciter autẽ reus ſit qui & nomẽ dei in uanũ aſſumit, & proximũ dolo cãpit.

Iſidorus in Synonymis.

Dolus eſt cũ aliud agit & aliud ſimulat. Callidus eſt qui exitũ uirtutis dolo ac fraude imitat.

Origenes ſuper epiſt. ad Roman. lib. 4.

Dolus eſt cũ aliud quis lingua loquitur, aliud uolutat in corde, quod crimen neſcio ſi uel nudos quoſq; & electos relinquat, ſed puto qꝫ alios plus, alius minus, nemo tamen ſit ab hoc perfecte liber, niſi ille de quo dicitur, qui peccatũ nõ fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.

Bernardus ſuper Cantica.

Diuturna fraudatio ſtudiorũ eſt nutrix, ſuſpicionũ fomes impatientiæ fax, nouerca amoris, deſperationis mater. *Caſſiod li. 5. epiſto.*

Inſperatũ bonum eſt, ſi is ad quẽ deceptionis pertinet periculum, ſibi gratiæ ꝓcuret augmentum. Ius em̃ exigit ſagittas fraudis redire in doloſum uerticem ſagittantis.

Seneca in Prouerbijs.

Fraus eſt accipere quod non poſſis reddere. Repelli ſe homines facilius qꝫ decipi ferunt.

Seneca in Tragœdijs.

Fraus ſublimi regnat in aula.

Cicero lib. 3. de Natura deorum.

Malitia eſt uerſuta & fallax ratio nocendi.

Idem Officiorum libro 1.

Cũ duobus modis fiat iniuria, aut ui aut fraude. Fraus quaſi uulpeculæ, uis leonis uidetur, utrunq; uero ab homine alieniſſimũ. Totius autẽ iniuſtitiæ nulla eſt capitalior, qꝫ eorum, qui cũ maxime fallunt, id agunt ut boni uideantur.

Cicero libro de Amicitia.

Maxima culpa eſt in eo qui & ueritatẽ aſpernatur, & in fraudẽ obſequio impellitur.

Laer. Diog. de Vita & moribus Philoſopho.

Magis amicorum inuidiam qꝫ inimicorum inſidias cauere debemus. Illud enim apertũ, hoc celatum eſt malum, nocendiq; fraus quæ non ſperatur, potentior eſt.

Virgilius lib. 6. Aeneid. loquens de inferno.

Hic quibus inuiſi fratres dum uita manebat,
Pulſatusue parens, & fraus innexa clienti,
Aut qui diuitijs ſoli incubuere repertis,
Nec partem poſuere ſuis, quæ maxima turba eſt.

Ouidius de Arte amandi lib. 1.

Tuta frequensq; uia eſt per amici fallere nomen,
Tuta frequensq; licet ſit uia, crimen habet.

Idem libro 3.

Reddite depoſitum, pietas ſua fœdera ſeruet,
Fraus abſit uacuas cædis habete manus.

Catullus.

Nec fata impia fallacium hominũ cœlicolis placẽt.

Franciſcus Petrar. triumpho amoris.

Cheſe prehende dilectio di farfro de id eſt.
Non ſe de lamentrar ſaltrui linganna.
Qui delectatur faciendis fraudibus
Stulte conqueritur, ſi ſe alter decipit.

Frons græce μέτωπον ἀπὸ τοῦ dicitur, & eſt pars faciei qꝫ ſub ſincipite poſita inter ipſum & oculos eſt, ſecundũ Ariſtotelẽ libro 1. de Animalibus. Dicitq; à ferendo, quod indicia animi præ ſe ferat. Eſt enim triſtitiæ hilaritatis, clemẽtiæ, ſeueritatis indiciũ. Varro tamẽ illã partem potius uult à foraminibus oculorũ dici. Huius cõpoſitũ bifrons, quod geminã frontẽ habet, & frontoſus quo nõnulli pro impudẽte utuntur. Et eſt frons frondis noti ſignificati ſimiliter à ferendo dicta, quoniã frõdes arborũ huc & illuc uento feruntur, frondes ꝓprie tantũ arborũ ſunt, herbarum uero arborum & florum tam frondes qꝫ folia.

Frugalitas græce λιτότης καὶ λιτόης frugalis dicitur. Eſt aũt frugalitas uirtus q̃ motus animi regit & ſedat, moderatãq; in omni re nouit ſeruare cõſtantiã. Sũtq; frugi hoĩes, quos græci σωφρόνας dicũt, qui in omni re motus animi moderant.

Frugalitas uirtus eſt media inter prodigalitatẽ &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& auaritiã cum nec nimis parce rebus utimur, nec nimis luxurioſe. Eſt igitur moderata parſimonia cibi & potus. Hinc frugaliter aduerbiũ temporate, modeſte. Dicuntur aũt hæc oñ ia à frux nominatiuo, ꝙ fuge. Varro: Frux legumẽ triticum. Hinc frugi indeclinabile nomẽ. Sũtq; frugi, de qbus ſupra. Hinc etiam frumẽtum quaſi frugamentum, & fruor quaſi ex uſu frugũ delectationem capio. Vnde fruitio, de qua infra.

Fruitio græce à τὸ ἀπολαυστικὸν ἢ & κτολαύω fruor dicitur. Fruor & utor differũt, ꝙ fruitio pertinere uidetur ad amorẽ uel delectationẽ quam aliquis habet de ultimo expectato quod eſt finis, ſecundũ b. Tho. prima ſecũdæ q. 11. art. 1. Vnde uero ſi cum hoĩe iungatur cõuerſari eſt. Si uero cum alijs iungitur ẽ uſum habere. Martialis: Vtere lectucis & mollibus utere maluis. Hinc uſus fit qd interdum ſignificationẽ utendi habet, interdũ conſuetudinem conuerſationemq;, aliquando pro opus eſt. Hinc utilitas pro qua nonnunquã uſum ponitur aduerbium. Item apud iuriſconſultos uſu fructus dicitur, cum res aliqua nõ noſtra eſt, ſed perinde ex ea fructum atq; utilitatem capimus ac ſi noſtra eſſet, diffinituꝙ ab Vlpiano ut infra in dictione Vſufructus.

Fucatio a fucus uenit. Fucus uero græce φῦκος, ου τὸ & φυκόω fuco dicit. Et eſt ſpecies fictionis ad mentiendum pulchritudinẽ, ideo ſemper eſt peccatum. Sed non eſt mortale niſi fiat ad laſciuiam uel contemptũ dei. Tamen licet occultare turpitudinẽ cauſatam ex infirmitate uel ex alia cauſa accidentali, ex b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 189. art. 2. Deberet ſcribi per ph. apud nos cũ græca dictio ſit, licet cõſueſcat à nonnullis per f ſcribi.

Fundamentum græce θεμέλιον τὸ dicitur, & uenit à fundum di. quod proprie eſt uniuſcuiuſq; rei quæ aliquid in ſe liquoris contineat, uel ad continendum facta, ut dolij, nauis aluei fluminis, lacus maris. Hinc aduerbiũ funditus hoc eſt à fundo. Et ꝙ fundus ꝙd proprie imum ſignificat, ut profundum mare dictum, quod porro habeat fundum. Aliquando etiam pro alto. Virgil.

Terras cœlumq; profundum. Quippe ferant rapidi ſecum. Profunde profunditas, profundiſſimus profundiſſime hinc ſunt.

Furor græce ἐρινὺς ὕσ ἡ uel χολόσ οῦ ὁ dicitur. Et eſt ira accenſa, non differens ab ira, ſed ſecundum magis & minus, b. Tho. ſuper pſalm. 36 col. 6.

FVrtum græce κλοπὴ ἥσ ἡ & κλέπτησ ου ὁ fur dicitur. Et eſt occulta acceptio rei alienæ ſecundum b. Th. ſecũda ſecũdæ. q 66. art. 3.

Furtum eſt minus graue ꝙ rapina dupliciter. Primo quia inuoluntarium per uim eſt maius ꝙ per ignorantiam. Secundo quia rapina eſt in re & in perſona. Furtum uero in re tantũ, ſecundum b. Tho ibidem art 9.

Furtum ſcdm legiſtas. ff. de fur. l. 1. Eſt contractio rei alienę mobilis & corporis fraudulosa inuito domino lucri faciendi gratia, ſiue ipſius rei ſiue uſu rei ſiue poſſeſſionis. Differt autẽ fur ab abigeo qa fur generale nomẽ eſt, Abigeus ſpeciale. Quid autem abigeus ſiue abactor ſit, uide ſupra in abactor. Dicitur autẽ furtum à fur, fur uero à furtum, ꝙ ueteres atrum dicebãt, unde furio fuligo. Furtum præterea interdum ſignificat adulteriũ. Ouidius: Hæc tibi nempe patrem furta dedere louem: quod adulteria ſicuti & latrocinia furtim, hoc eſt clam ſoleant pepetrari.

Exodi cap. 2.

Non furtum facies. *Ibidem cap. 21.*

Qui furatus fuerit hominem & uenditerit eum, conuictus noxæ morte moriatur.

Leuitici 19.

Non facies furtum. *Deuteronomi. 5.*

Furutmq; non facies. *Eobiæ cap. 2.*

Non licet nobis aut edere ex furto aliquid aut contingere. *Iſaiæ cap. 33.*

Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis?

Paulus ad Epheſios cap. 4.

Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis, quod bonũ eſt, ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti.

Auguſt. in ſermone de Decem plagis.

Nemo habet iniuſtũ lucrum ſine iuſto damno, uerbi gratia? Qui furatur acquirit ueſtẽ, ſed perdit fidem, ubi lucrum, ibi damnum, lucrum in arca, damnum in conſcientia.

Hieron. & hab. 12. q. 2. ca. Glori epiſcop. ꝙ. Amico.

Amico rapere quippe furtum eſt, eccleſiã fraudare ſacrilegiũ eſt, accepiſſe pauperibus erogandum eſt, & eſurientibus plurimis illud reſeruare, uel cautum uel timidum eſt, aut quod apertiſſimi ſceleris, exinde aliquid ſubtrahere omnium prædonum crudelitatem ſuperat.

Seneca ad Lucilium epiſt. 76.

Nulli uero etiam cui rapina ceſſit fœliciter, gaudium recte durauit in poſterum.

Seneca in Prouerbijs.

Alienũ nobis, noſtrũ plus alijs placet. *Ibidem.*

Alienũ æs homini ingenuo acerba eſt ſeruitus.

Ariſtot. li. 2. Rhetoricorum

Omnis fur malignus eſt.

Cicero Officiorum li. 3. cap. 3.

Detrahere aliquid alteri, & alterius incommodo ſuum cõmodum augere, magis eſt cõtra naturam ꝙ mors, ꝙ dolor, & cætera quæ poſſunt corpori accidere. *Ibidem.*

Si unuſquiſq; rapit ad commoda aliorum, & diſtrahit quæ poteſt emolumenti ſui gratia, ſocietas & communitas hominum euertitur.

Saluſtius in Iugurtha.

Opportunitas & iã mediocres uiros ſpe prædæ tranſuerſos agit. *Iulius Ceſar,*

Ex pecunię cupiditate factiones diſſenſionesq; naſcuntur. Nam & prædæ cupiditas multos lõgius euocat. *Phocylides.*

φωρᾶν μὴ λέοῦ κλοπέμεν ἀνδρῶν παραθήκην,
ἀμφότεροι κλῶπες, ὁ τε λεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας. id eſt,

A furibus ne ſuſcipias furtiuum uiris depoſitum.
Ambo enim fures, & qui recipit, & q furatus eſt.

Plautus in Pœnulo.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Male partũ male disperit. Catullus in Epithalamio.
Nocte latent fures

Iuuenalis satyræ 3.
-Me nemo ministro.

Fur erit?

Futurum græce μέλλων, οντος τὸ dicitur. Et est quod nondum aduenit cum aduenturum sit.

Actuum apostol. cap. 1.

Non est uestrũ nosse tempora uel momenta quæ pater posuit in sua potestate, sed accipietis uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos, & eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in omni Iudæa & Samaria, & usque in ultimum terræ.

Menander.

ὑνκτὸς περφυκώς τ' ὀπίσω πάρω βλέπειν, id est,
Mortalis natus, in futurum conare inspicere. Idem.
μένει δ' ἕκαστος τοῦ ἑπεῖν μέλλοντος πάρα. id est,
Imminet aũt unicuiq; hoc quod debet pati. Idem.
μὴ μοι, γέ οἰῶ ἄδυλον, ἀλλ' ἀσυμφέρει, id est,
Ne mihi fiant quæ uolo, sed quæ cõducant. Idem.
οὐδ' ὅστὸ μέλλον ἀσφαλεῖς βουλεύεται. id est,
Nullus de futuro tuto deliberat.

Gaudium græce χαρὰ ἄος ἡ uel χάρμα ατος τὸ uel χαρμονή ῆς ἡ dicitur. & χαίρω gaudeo. Et est gaudiũ passio concupiscibilis proueniens ex perfectionis appetitę conunctione, secundum interiorem apprehẽsionem sensus uel intellectus, secundũ b. Tho. 4. Senten. dist. 49. quæst 3. art. pri. uel sic.

Gaudiũ est affectio animi alicuius p̃sentis boni opinione concepta, à quo gaudeo uerbum. Sunt qui uelint gaudiũ à uerbo græco deduci, illi em̃ γαυρὸν superbum dicunt. Differunt aũt sic gaudeo & lætor, q̃ lætari est extrinsecus, gaudere uero intrinsecus, quare proprie lætus is dicit̃ q̃ hilaritatẽ quã intus habet etiã uultu ostendit.

Gaudere & gratulari differunt, ut placet Donato super Terẽtio quia gaudemus nobis, gratulamur aliis, uel gaudemus nostris, gratulamur alienis. Prouerb. cap. 15.

Cor gaudens exhilarat faciẽ, mœrore animi deiicitur spiritus. Animus gaudens ætatem floridam facit. Spiritus tristis exicca: ossa.

Augusti. libro nono Confessionum.

Est gaudium q̃d non datur impijs, sed ijs q̃ te gratis colunt, quorũ gaudiũ tu ipse es, & ipsa ẽ beata uita, gaudere te propter te, ipsa est & non est altera. Augustin. super Psalm 52.

Temporibus gaudent qui bona æterna non norunt desiderare. Idem sup̃ Ioan.

Comparemus gaudia ueritatis cũ gaudio uanitatis, & si honoremus, doleamus, & si dolemus, oremus, si oramus exaudimur, si exaudimur, & illos lucramur. Aug. de Cõflictu uitiorũ & uirtutum.

Inepta lætitia dicit, ut quid animi gaudium intus abscondis? Ingredere in publicum, lętus die aliquid foris, unde uel tu uel proximi rideant, fac eos lætos tua iustitia.

Hieronymus super Esaiam.

Animi lętitia interdũ corporis dolores mitigat, quod si ad ægrotationẽ corporis accedat ægritudo animi, duplicatur infirmitas.

Gregorius libro 12. Moralium.

Dignum est, itaq; ut in se semper homo mœrores inueniat, qui derelicto errore gaudium in se quærebat. Idem libro 20. Moralium.

Sæpe à disciplinæ metu resoluimus subditos, si nostro regimini hilaritatis frena relaxamus, quia dum nos quasi licenter lætos aspiciunt, audacius ipsi ad illicita resoluuntur.

Idem Moralium libro 24.

Iubilum dicitur quando ineffabile gaudium mente concipitur, quod quia nec abscõdi possit, nec sermonibus aperiri, tamen quibusdam prodit̃ motibus, quàmuis nullis proprietatibus exprimatur. Idem Moralium libro 28.

Iubilatio dicitur cum cordis lætitia oris efficacia nõ expletur, sed quibusdam modis gaudium prodit, q̃ ipse qui gaudet, nec regere prævalet nec explere. Ibidem.

Solet lætitia arcana mentis aperire, atq; aperiendo amittere: aduersa uero cum nos exterius deprimunt, in terius cautiores reddunt:

Boetius de Consolatione libro 1. metro ultimo.

Tu quoq; si uis — Pelle timorem,
Lumine claro — Spemq; fugato.
Cernere uerum, — Nec dolor adsit.
Tramite recto — Nubila mens est.
Carpere callem, — Victaq; frenis,
Gaudia pelle, — Hæc ubi regnant.

Seneca in epistola 60.

Dicimus nos magnum gaudiũ ex illius consulatu quod non est gaudiũ, sed sæpe initiũ futuræ tristitiæ; gaudio em̃ iunctum est nõ desinere, nec in cõtrariũ uerti. Omnes tendũt ad gaudium, sed undestabile & magnum consequant ignorant. Ille ex cõuiuijs & luxuria, ille ex ambitione & circunfusa clientum turba, ille ex amica, alius ex studiorũ liberalium uana ostentatione, & nihil sonantibus literis. Oẽs istos oblectamẽta fallacia & breuia decipiunt, sicut ebrietas quæ unius horæ hilarẽ insaniã longi temporis tædio pensat. Seneca in Prouerb.

Malum alienum tuum ne feceris gaudium.

Seneca in Hercule furente Tragœdia 1.

Dum fata sinunt uiuite læti.
Properat cursit uita citato.
Volucriq; die rota præcipitis — Vertitur anni,

Cassiodorus libro 4. Epistolarum.

Nouum est sub amore principis custodire molestiam, quæ tam clara c̃q rara est, quia gaudia semper animos inquietant, modus enim raro lætis rebus interuenit.

Cæsarius in Admonitione 2.

Verum gaudium non possidetur nisi pax & iustitia teneatur: prima enim est & quasi radix iustitia, secunda pax, tertia gaudiũ. De iustitia nascitur pax, de pace gaudium generatur.

Hugo libro tertio de Anima.

Vis nunquàm esse tristis? bene uiue, bona uita semper gaudium habet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cicero Tuscul. quæst. lib. 4.

Gestiens lætitia turpis est, ut si ridere concessum sit, uituperatur tamen cachinnatio.

Ibidem.

Et ut minus afflicti molestia, sic animi elati lætitia iure iudicātur leues.

Ibidem.

Atq; ut confidere decet, timere non decet: sic gaudere decet, lætari non decet.

Ouidius Metamor. libro 7. fabula 24.

-Vsq; adeo nulla est syncera uoluptas.
Sollicitumq; aliquid lætis interuenit.

Ouidius epistola Herus ad Leandrum.

Longa mora est nobis omnibus quæ gaudia differt.

Martialis epigram. lib. x. ad Iulium.

Expectant curæq; catenati labores.
Gaudia non remeant, sed fugitiua uolant.
Hæc utraq; manu complexuq; affere uoto,
Sæpe fluunt imo sic quoq; lapsa sinu.
Non est (crede mihi) sapientis dicere, uiuam:
Sera nimis uita est crastina, uiue hodie.

Gazophylacium dictio est composita ex Persico & græco. Persico quidem ut Gaza quæ apud nos opes significat, & φιλάττω custodio. Et est arca siue quiuis alius locus in quo precioßor supellex conseruatur.

Genealogia est generationis series. Componitur q; ἐκ τῆς γενεᾶς id est, generatione, & λογω sermone.

Generatio græce γεννητή ῆς ἡ & γεννάω genero dicitur. Est autem generatio mutatio ex non ente in ens, secundum Arist. lib. de ge. & cor. uel sic:

Generatio est mutatio huius totius in hoc totum nullo sensibili manente eodem ut subiecto, secundum eundum.

Generatiua potentia est actiua, & est in patre perfecte, in matre uero imperfecte, secundum b. Tho. 3. parte. q. 32. art. 4.

Genitum est quod est ens contingens prius non esse, secundum Arist. lib. x. de cælo & mundo. Dicitur autem genitus à gigno, & non à genero, & conuenit animatis tantum, secundum b. Tho. 3. sen. dist. 8. q. 1. art. 1.

Generosus græce εὐγενής ής ὁ ἡ ita differt a nobili, quod nobile est id quod ex bono prodijt genere. Generosum quod non à sui natura degenerauit, secundum Aristotelem li. 1. de animalibus.

Generosus est p̄claro gñe natus, unde generositas, hoc est, nobilitas, & generose nobiliter.

Genus græce γένος εος τὸ dicitur. Et est quod prædicatur de pluribus differentibus specie in eo q̄d quid, ut aial prædicaī de homine & asino, quæ specie differunt, secundum Arist. li. Prædicam.

Genus multis modis dicitur. Est enim proprie principium uniuscuiusq; generationis, uel ab eo qui genuit, uel à loco in quo genit⁹ est, ut Orestes à Tātalo ducit genus. Oui. Et gen⁹ à magno ducentē forte Gradiuo. Et Plato est Atheniensis genere. Patria enim gñationis principiū cuicunq; est, quemadmodū & parentes. Hinc per metaphorā multitudo dicitur genus, ut Romanorum genus. Et est genus cui supponit̄ species ut supra. Diffinitū quod sit quasi principiū sub se positarum specierum. Genus item uocamus esse per quod alicuius rei qualitas declaratur, ut genus mortis genus uitæ, genus exēpli, genus marmoris, genus coloris, genus uestis. Virg. Quod genus hoc hominum. A genus fit̄ generatim, hoc est per singula genera.

Geometria dictio est græca composita ex γέα quod est terræ, & μετρὸν mensura, & est terræ mensura. Qui uero huius artis peritiam habet geometra, geometer, geometres dicitur. Iuuen. Grammaticus, rhetor, geometra, pictor, aliptes, Augur, schœnobares, medicus, magus omnia nouit. Ita enim legendum arbitror, non geometer nec geometres, ut aliqui præcepere. Quoniam apud græcos γεωμέτρης. ου. ὁ. geometra dicitur. Quod cum per ω scribatur necessario illud olō gatur. Terra autem ab illis modo γῆ ῆς. ἡ. Modo γέα. ας. ἡ. Modo γᾶα ας. ἡ. scribitur. Ita q; geometra habebit primam syllabam longam diphthongo. Ita & γάιης longa uere Homerus & Phocilides. Homerus enim ait in Odyssea

ὄυτοι ἐγω γάιης
πατρίδος λύναμαι γλυκιερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι.

Phocylides.

σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἐχομεν καὶ παντα πρὸς αὐτὴν.

Nec negamus ge in compositione à græcis nonnunq; breuiari. Verum dicimus ω breuiari non posse.

Gingiuæ à gignendis dentibus dicuntur secundum Lactant. libro de opificio dei.

Glacies græce κρύσταλλος. ου ὁ, & κρυσταλλώδης ους ὁ ἡ glacialis dicitur. Et est coagulatio frigidi & humidi, secundum Aristotelem libro 1. de generatione & corruptione.

Dicitur autē glacies quasi gelacies, unde glacior uerbum, hoc est in glaciē astringor, & glacialis quod glaciari, hoc est in glaciem astringi potest. Iuuena. Et glacialem oceanum.

Gloria græce δόξα ας ἡ & δοξαλογέω glorifico & ἔνδοξος ου ὁ gloriosus dicitur. Est frequens de alicuo fama cum laude secundum Ciceronem in Rheto. Gloria est illustris ac peruagata multorum & magnorum, uel in suos ciues, uel in patriam, uel in omne genus hominum fama meritorum, secundum Ciceronem in oratione pro M. Marcello.

Gloria est clara notitia cum laude, secūdum Ambrosium super epistola ad Romanos.

Paulus ad Corinthios 2. cap. 1.

Nam gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ.

Ioannes Chrysostomus homilia 4.

Si gloriari cupis, gloriam despice, & omnibus gloriosus erit.

Boetius de Consol. lib. 3 prosa 6.

Gloria uero q̄ fallax sæpe q̄ turpis est? Vnde non iniuria tragicus exclamat: O gloria in mortalium nihil aliud facta nisi auriū inflatio magna: plures em̄ magnum sæpe nomen falsis uulgi opinionibus abstulerūt. Quo quid turpius excogitari potest. Nam quæ falso prædicātur, suis ipsi necesse est laudibus erubescant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quæ ſi etiam meritis conquiſitæ ſint, quid tñ ſapientis adiecerunt conſcientiæ, qui bonũ ſuum non populari rumore, ſed conſcientiæ ueritate metimur. *Caſſiodorus lib. 1. epiſt. 23.*

Laborem quippe nõ refugit, qui uirtutis gloriam concupiſcit.

Idem libro 1. epiſtola 3.

Creſcere uirtutes ſolẽt ad præconĩ faſtigiũ.

M. Cicero in Paradoxis.

Non eſt enim ullum bonũ de quo is qui habeat non poſſit honeſte gloriari.

Franciſ. Petrar. de remedijs proſperæ fortunæ.

Gaudeo, inueni magnam gloriam. Reſpondeo. Magna in exiguo qualiter explicetur non intelligo. Si temporẽ, ſi locorum angustias metiare, magnam hic gloriam nõ poſſe fateberis. Nam & liquido cernitur quænam ſit hęc mortalis atq; terrenæ gloriæ magnitudo: ſi tamen fulgens & digna ſit tibi gloria, gaude nõ quod habeas, ſed quod meruiſti.

Q. Curtius de geſtis Alexandri libro 8.

Quis neget eximiam quoq; gloriam, ſæpius fortunæ q̃ uirtutis eſſe beneficium.

Valerius maximus libro 8.

Nulla eſt tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur, illa uero à claris uiris interdum ex humilibus rebus petita eſt.

Saluſtius in Iugurtha.

Meminiſſe debemus poſt gloriã inuidiã ſeq.

Ibidem.

Difficile eſt inuidiam gloria uincere.

Ouidius Metamorpho. lib. 11. fabula 8.

An obeſt quoq; gloria multis.

Martialis libro 5. epigramma. ad Regulum.

Vos tamen o noſtri, non feſtinate libelli.

Si poſt facta uenit gloria non propero.

Tibullus libro 4.

Nil opus inuidia eſt, procul abſit gloria uulgi.

Qui ſapit in tacito gaudeat ille ſinu.

GLoria æterna δόξα ας ἡ uel κλέος τό & ἀιώνιος ὁ æternus dicitur. Gloria æterna quam ſancti habent eſt magna quintupliciter. Eſt enim intenſa, æterna, extenſa, perfecta & integra, ex D. Tho. ſuper Eſa. cap. 34. in fine.

Eſdre 3. cap. 8.

Hoc ſeculum fecit altiſſimus proter multos: futurum autem propter paucos.

Dauid Pſalmo 23.

Quis aſcendit in montem domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui nõ accepit in uano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Hic accipiet benedictionẽ à domino, & miſericordiam à deo ſalutari ſuo. *Dauid Pſalmo 43.*

Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te.

Dauid Pſalmo 149.

Exultabunt ſancti in gloria, lętabuntur in cubilibus ſuis. *Eſaiæ cap. 33.*

Qui ambulat in iuſtitijs & loquit ueritatẽ q̃ proiicit auaritiã ex calũnia, & excutit manus ſuas ab omni munere. Qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinẽ, & claudit oculos ſuos, ne uideat malũ, iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas eius. *Baruch ca. 3.*

O Iſrael q̃ magna eſt domus dei, & ingens locus poſſeſſionis eius. Magnus eſt, & non habet finem excelſus & immenſus.

Matthæus cap. 13.

Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. *Ioannes cap. 17.*

Hæc aũt eſt uita æterna, ut cognoſcãt te ſolũ deum uerum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

Paulus ad Romanos ca. 8.

Exiſtimo enĩ q̃ non ſunt cõdignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis. *Idem cap. 11.*

O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, q̃ incomprehẽſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Paulus ad Corinthios 1. ca. 2.

Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit deus his qui diligunt illum.

Idem ad Corinthios 2. cap. 4.

Quæ enim uidentur tẽporalia ſunt, quæ autem non uidentur æterna ſunt.

Paulus ad Corinthios ca. 2.

Scimus enim quoniam terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem ex deo habemus domum non manufactam, ſed æternam in cælis.

Auguſt. de Miſericordia lib. 1. cap. 1.

Ex parte cognoſcim⁹ q̃ diu in hoc ſeculo ſumus, ſed ſi ad illam lucem patris luminũ uenimus, nihil in creaturis erit, quod neſciamus.

Auguſt. ad Oroſium q. 26.

Plus uidetur in deo creatura, q̃ in ſeipſa uidetur. Plus in arte qua facta eſt, q̃ in ſeipſa quæ facta eſt. *Auguſt. de Trinitate lib. 1. cap. 2.*

Summũ bonum non niſi mentibus purgatiſſimis cernitur. Mentis enim humanæ acies infirma in tam excellenti luce non figitur, niſi p iuſtitiam fidei nutrita uegeretur.

Auguſt. ſuper Geneſim ad literam.

Lætitia bonæ cõſcientiæ paradiſus eſt, unde & eccleſia in ſanctis temperatur, & pie, & iuſte uiuentibus paradiſus recte dicitur, pollẽs affluentia gratiarum.

Auguſt de uerbis domini ſermone 12.

Hoc opus eſt bonũ, quod non potes inuitus amittere. Potes aurum amittere, etiam nolens? potes deinde honores, & etiam ipſam ſalutem amittere. Bonum uero quod uere bonum eſt, nec inuitus accipis, nec inuitis amittis.

Auguſt. lib. 22. de Ciuitate dei.

Ibi quicquid amabit aderit, nec deſiderabit, quod non aderit. Omne quod ibi erit & q̃d eſt bonum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bonum erit, & ſummus deus ſummū bonum erit, omnino beatiſſimū ita ſemp fore certū erit. Ibi uacamus & uidebimus, uidebimus & amabimus. Amabimus & laudabimus eſſe, q̄d erit in fine ſine fine. *Ibidem.*

Quod deus præparauit diligentibus ſe, fide non capitur, ſpe nō attingitur, charitate non apprehenditur. Deſideria & uota tranſgreditur, acquiri poteſt, æſtimari non poteſt.

Auguſt. libro 22. de ciuitate dei.

Verus honor, qui uult uagabitur digno, nulli deferē indigno, ſed nec ad eum ambiet nullꝰ indignus, ubi nullus ꝓmittetur eſſe niſi dignus. Vera pax ubi nihil aduerſi, nec à ſeipſo, nec ab alio quiſq̄ patietur, præmiū uirturis erit ipſeq̄ qui uirtutem dedit, eiq̄ ſeipſum, quo melius & maius nihil eſſe poſſit promiſit. Quid eſt ēm aliuo q̄ quod per propheram dixit: Ego illorum deus, & ipſi erunt mihi plebs, ubi ego ero unde ſatient. Ego ero quæcunq̄ ab hominibus deſiderantur honeſte, & uita, & ſalus, & uictus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona. Sicut & illud recte intelligitur, quod ait Apoſtolus: ut ſit deus omnia in omnibus. Ipſe finis erit deſideriorum noſtrorum, qui ſine fine uidebitur, ſine faſtidio amabit, ſine fatigatiōe laudabitur: hic munus, hic affectus, hic actus proculdubio erit omnibus, ſicut uita communis.

Auguſtinus de ſymbolo libro. 3.

Facilius poſſumus dicere in illa uita æterna quid ibi non ſit, q̄ quid ibi ſit: Non eſt ibi mors non eſt ibi luctus, non eſt ibi laſſitudo, non eſt infirmitas, non eſt fames, nulla ſitis, nullus, æſtꝰ nulla corruptio, nulla indigentia, nulla mœſtitia, nulla triſtitia.

Auguſtinus ſuper iſto Pſalm.

Beati immaculati in uia, tanq̄ diceret: ſcio quid uelis, quæris beatitudinem: ſi ergo uis eſſe beatus, eſto immaculatus.

Auguſtinus ſup Pſalm. 49.

Hæreditas inq̄ (q̄ Chriſti cohæredes ſumus) non minuit copia poſſeſſoꝝ, nō fit anguſtior numeroſitate cohæredum, ſed tanta eſt multis, q̄ta paucis, tanta ſingulis, quanta omnibus.

Ibidem.

Tantum emit uidua duobus minutis, q̄ tum emit Petrus relinquens retia, quantū emit Zacheus dando medium patrimonium. Regnum dei tantum ualet, quantum habueris.

Auguſtinus ſuper Iohannem homilia. 3.

Talis erit illa delectatio pulchritudinis, ut ſemper tibi præſens ſit, & nunq̄ ſatieris: imo ſemp ſatieris & nunq̄ ſatieris. Si enim dixero quod nunq̄ ſatiaberis, fames erit. Si dixero quod ſatiaberis, tunc tibi nec faſtidium erit, nec fames. Quid dicā neſcio, ſed deus habet qd exhibeat.

Auguſt ſuper Iohannem.

Non erit aliqua inuidia diſparis claritatis, q̄niam regnabit in omnibus unitas charitatis.

Auguſtinus ſuper Iohannem homilia, Ego ſum paſtor bonus.

Ibi hymnidici angelorū chori. Ibi ſocietas ciuium ſupernoꝝ. Ibi dulcis ſolennitas à pegrinatione huius triſti laboreredeuntiū. Ibi feſtiuitas ſine fine æternitas ſine labe, ſerenitas ſine nube

Auguſtinus ſuper illud Iohannis: Hæc eſt uita æterna, ut &c.

Infœlix q̄ oīa nouit, & te neſciit; q̄ aūt te & illa nouit, nō ꝓpter illa beatus, ſed ꝓpter te ſolū.

Auguſtinus in epiſtola.

Diuitiæ ſi diligunt ibi feruent, ubi perire non poſſunt. Honor ſi diligat, illic habet, ubi nemo indignus honoretur, ſalus ſi diligitur, ibi adipiſcenda deſideretur, ubi adepta nihil timetur, uita ſi diligit, ibi acquirat, ubi nulla morte finitur.

Auguſtinus ad Diaſcorum.

Tanto illud q̄ ualde magnū eſt, quod nec oculus uidit, quia nō eſt color: nec auris audiuit, quia nō eſt ſonus, nec in cor hominis aſcendit, quia cor hominis nō debet illuc aſcēdere, ſimemus capacius, q̄to illud & fidelius credimus, & ſperamus firmius & deſideramus ardentius.

Auguſt. de ſpiritu & anima.

Ecce uenale eſt regnū dei, bmꝰ ſi uis, nec multum exiſtimas de re magna propter pretij magnitudinem, tantum uel quantum habes. Noli quærere quid habeas, ſed qualis ſis, res iſta tibi ualet tantum quantum es. tu te da, & habebis illam. Sed malus ſum inquies, & forte me non accipit, dando te illi bonus eris.

Auguſt. de fide & operibus.

Regnū cælorū uim patitur ideo, quia reatus quod litera ſine ſpū iubendo faciebat, credendo ſoluitur, & uiolētia ſpiritusſancti impetratur.

Auguſt. de ſpiritu & litera.

Quid hoc bono melius, quid hac fœlicitate fœliciusꝰ uiuere deo, uiuere de deo.

Auguſt. de uerbis domini, ſerm. 32.

Patria noſtra ſurſum eſt, ibi hoſpites non erimus, nā unuſquiſq̄ hic & in domo ſua hoſpes eſt. Alioquin ſi nō eſſet hoſpes, nō inde tranſiret, ſi aūt tranſiturus eſt, uelit nolit hoſpes eſt. Si dimittit illā domū filijs, hoſpes hoſpitib. dimittit.

Ibidem ſermone 13.

Diuitiæ corporales paupertate plenæ ſunt, & ſemper obnoxiæ caſibus. Quales enim diuitiæ ſunt, propter quas latronē times, propter quas times ſeruum tuum, ne te occiſo auferat & fugiat. Si ueræ diuitiæ eſſent, ſecuritatē tibi præſtarent. Illæ ergo ueræ diuitiæ ſunt, quas cum habemus, perdere non poſſumus.

Auguſtinus ſuper Ezechielem homilia 10.

Mentem quam ſūſſanctus replet, in amaritudine temporalium & æternorum delectatione cōmouet. Dulce etiam eſt eſſe in rebꝰ humanis, ſed ei qui adhuc de cæleſtibus gaudia nulla guſtauit, & quanto minus æterna intelligit, tanto delectabilius in temporabilibus requieſcit.

Auguſt ultimo de ciuitate dei.

Quanta erit fœliciras, ubi nullum erit malū, nullum deerit bonum.

Ibidem.

Perfecte

Perfecte uacabimus, perfecte uidebimus, qa ipſe eſt deus, qui eſt finis ætatum & dierum, & ipſe eſt finis omnium deſideriorum, qui ſine fine uidebitur, ſine fatigatione laudabitur.

Hieronymus ſuper illud Pſal. Beatus uir qui non abiit.

Beatus uir, qui nō cogitauit, nec fecit nec docuit mala: nō ſtetit, non perſeuerauit in delicto: ſed per pœnitentiam ad meliora conuerſus eſt.

Hieronymus ſuper Pſal. 68.

Regnum cælorum non eſt dantis, ſed accipientis: non eſt enim perſonarum acceptio apud deum, ſed quicunq; ſe talem præbuerit, ut regno cælorum dignus fiat: hic accipiet, quod nō perſonæ, ſed uitæ parum eſt:

Gregorius libro 4. Moralium.

Quoniam electus in hac uita eſt dilectio operum, in alio quoq; uita erit procul dubio digni/tatum diſcretio, ut qui hic alius alium ſuperat, illic alius aliū retributione tranſcendat: & q̄uis illa retributione dignitas eadem non ſit, una tamen omnibus uita beatitudinis erit.

Gregorius libro 4 Dialogorum.

In domo patris mei māſiones multæ ſunt, ſi enim diſpar retributio in illa beatitudine æterna nō eſſet, una potius manſio q̄ multæ eſſent. Multæ ergo manſiones ſunt in quibus & diſtincti bonoꝝ ordines, propter meritorum cōſortium, communiter lætentur, & tñ unum denarium oēs laborantes accipiunt, quæ in multis manſionibus diſtinguūtur, quia & una beatitudo, quam illi perſpiciunt, & diſpar retributiōis qualitas quam per opera diuerſa ſequuntur.

Gregorius ſuper Ezechielem homil. 8.

Quantalibet intentiōe ſe humana mēs tetenderit, etiā ſi phantaſias imaginū eorporalium à cogitatione compeſcat, ſi omnes circunſcriptos ſpiritus ab oculis cordis amoueat: adhuc tamē in carne mortali poſita uidere gloriam dei non ualet, ſicut eſt: ſed quicquid de illa eſt, quod in mente reſplender, ſimilitudo & non ipſa eſt.

Grego. in hom. & Auguſtinus in Enchiridion.

Temporalis uita æternæ uitæ cōparata mors eſt dicēda potius q̄ uita. Ipſe enim quotidianus defectus corruptionis quid eſt aliud q̄ quædam prolixitas mortis? Quæ autē lingua dicere, uel quis intellectus capere ſufficit, illa ſupernæ ciuitatis quāta ſint gaudia angelorum choris intereſſe, cum beatiſſimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſſiſtere, præſentē dei uultum cernere, incirſcunſcriptum lumen uidere, nullo mortis affici metu, incorruptionis perpetuæ munere lætari?

Ioannes Chryſoſt. de reparatione lapſi.

Nulla erit in futuro diſcordia, ſed cuncta cōſona, cuncta conuenientia. Omnium enim ſanctorum erit una concordia. Nullus ibi diaboli metus, nullæ inſidiæ dæmonum. Terror gehēnæ, procul mors nec̄ corporis nec animæ, ſed immortalitatis munere metus uterq; reſolutus.

Ibidem.

Intuere cœtum non ſolum ex hoīibus, ſed ex angelis, atq; archangelis, thronis, & dominationibus, principibus, ac poteſtatibus cōuocatum. De rege aūt, qui hoꝝ medius reſidet dicere uox nulla ſufficiet. Effugit omnē ſermonē, atq; omnē ſenſum humanæ mētis excedit decus illud, illa pulchritudo, illa uirtus, illa gloria, illa magnificentia. *Ibidem.*

Si quotidie oporteret nos tormēta perferre. Si ipſam gehennā paruo tempore tolerare pro eo ut Chriſtum uidere poſſemus in gloria uenientē, ſanctorum eius numero ſociari, non erit dignum, pari ratione oē quod triſte eſt modo, ut tanti boni tātæq; gloriæ participes haberemur.

Iſidorus de ſummo bono, lib. 1. cap. 4.

Quibuſdā gradibus p creaturā progreditur homo ad intelligendū creatorē. i. ab inſenſibilibus ſurgēs ad ſenſibilia, à ſenſibilibus ſurgēs ad rationalia, à rationalibus ſurgēs ad creatorem.

Iſidorus libro Etymologiarum 14.

Paradiſus undiq; ſeptus eſt romphæa flammea & muro igneo, ita ut eius cum cælo pene iungatur incendium, cherubin quoq;, id eſt, angelorum præſidium ipſum regit, ut flamma homines, angeli dæmones ſubmoueant.

Caſſidorus ſuper illud Pſal. Extendens cælum ſicut pellem.

Bene dicitur dominū cælum extendere, ubi meretrices & publicanos eum conſtat admittere, nam cum ſint per iuſtitias cæli iuſtorum, facti ſunt & gratiæ largitate peccātium.

Caſſidorus epiſtola. libro 2.

In cæleſti beatitudine ueraciter ſine fine gaudium eſt, ſine aliquo tædio manens ſempæternitas, & inſpectio ſola diuinitatis efficit, ut beatius nil eſſe poſſit. Hæc ueraciter perennitatem præſtant: hæc iucunditatem accumulant.

Boetius lib. 3. de conſolatione, proſa 2.

Omnis mortaliū cura, quam multipliciū ſtudiorum labor exercet, diuerſo quidē calle procedit, ſed ad unum tñ beatitudinis finē nititur peruenire. Id aūt eſt bonū quo quis adepto nihil ulterius deſiderare queat, quod quidem eſt omniū ſummum bonorum, cunctaq; intra ſe continēs bona. Cui ſi quid abforet ſummū eſſe non poſſet: quoniā relinqueretur extrinſecus, quod poſſet optari, Liquet igit eſſe beatitudinem ſtatum bonorum omnium aggregatione perfectum. Hunc uti diximus diuerſo tramite mortales oēs conantur adipiſci. Eſt enim mentibus hominū ueri boni naturaliter inſerta cupiditas, ſed ad falſa deuius error abduxit.

Boetius ibidem proſa 9.

Ea uera & p̄fecta fœlicitas eſt, quę ſufficientē potentē, reuerendū, celebrem, lætumq; p̄ficiat.

Boetius libro 3. proſa 10.

Nam quoniā beatitudinis adeptione fiunt hoīes beati, beatitudo uera eſt ipſa diuinitas, diuinitatis adeptiōe iuſti, ſapientiæ ſapiētes fiunt, ita diuinitatem adeptos deos fieri ſimili ratiōe neceſſe eſt, omnis igitur beatꝰ deus. Sed natura quidem unus, participatione uero nihil p̄hibet eſſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bet esse q̄ plutimos. *Ibidem.*

Omniū igit expetendorū summa atq; causa bonū est. Quod enim neq; re, neq; similitudine ullum in se retinet bonum, id expeti nullo modo potest, contraq; etiam quæ natura bona non sunt, tñ si esse uideantur, quasi uera bona sint appetunt. Quo fit ut summa cardo, atq; causa expetendorum omnium bonitas esse iure credatur.

Boetius de consolat. libro 3. metro 10.

Huc omnes pariter uenite capti,
Quos fallax ligat improbis catenis
Terrenas habitas libido mentes.
Hic erit uobis requies laborum,
Hic porticus placida manens quiete.
Hoc patens unum miseris asylum.

Boetius de Consolat. libro 3. metro 12.

Fœlix qui potuit boni,
Fontem uisere lucidum.

Boetius de Consolat. lib. 4 prosa 2.

Omnes igitur homines boni pariter ac mali indiscreta intentione ad bonum peruenire nitūtur. *Ibidem.*

Sed summū bonū quidē æque malis bonisq; propositum, boni quidē naturali officio uirtutem petunt: mali uero uariam per cupiditatem, quod adipiscendi boni naturale officium non est, idipsum conantur adipisci.

Boetius de Consola. lib. 4. prosa 3.

Cum ipsum bonū beatitudo sit, bonos oēs eo ipso, quod boni sunt, fieri beatos liquet. Sed q beati sunt, deos esse cōuenit. Est igitur præmiū bonoꝝ, quod nullus deterat dies, nulla minuat potestas, nullius fulcet impbitas deos fieri. Quę cum ita sint, de malorū quoq; inseparabili pœna dubitare sapiens nequeat. Nam cū bonū malumq;, item pœna atq; præmiū aduersa fronte dissideant, quæ in boni præmio uidemus accidere, eadē necesse est in mali pœna cōtraria parte respondeāt: sicut igit probis probitas ipsa fit præmiū, ita impbis nequitia ipsa suppliciū est.

Lactantius libro 3. diuinarum institutionum.

Summo labore summū bonum assequi necesse est, *Ibidem.*

Magnū esse credis uidere cælum atq; solem, cur nō ipsius uirtutē, prudentiam, potestatē mentis ante, cuius opera miraris? *Ibidem.*

Necesse est ut mirabilior sit, qui mirabilia fecit. Nā si te quispiā uocasset ad cœnā, in eaq; optime acceptus esses, num sanꝰ uideare si pluris faceres ipsam uoluptatem q̄ autorē? Adeo ad corpus philosophi referunt omnia, nihil prorsus ad mentem nec uident amplius, quàm sub oculos uenit. *Ibidem.*

Sed non ideo nascimur, ut ea quæ facta sunt uideamus, sed ut ipsum factorem rerum omnium contemplemur.

Idem libro 7. diuinarum institutionum.

At uero morte suscepta quod ulterius bonū spectari potest, nisi æternitas? supereſt citare testes, quorum authoritate argumēta firmētur, & omissis testimonijs prophetarum Hermes naturam hominis describens, ut doceret quemadmodum esset à deo factus, hæc intulit: Eundem ex utriusq; naturis immortali ac mortali unam faciebat naturam hominis. Eundem in aliquo quidem immortalem, in aliquo autem mortalem faciens, istū ferens in medio diuinæ immortalitatis, naturæ & mortalis ac mutabilis constituit, ut uniuersa cernens uniuersa miretur.

Ibidem:

Profectū ulterius non requirit, qui ad supna peruenit. *Richardus de Trinita. li. 1, cap. 13.*

Quoties per uisibilū speculationē ad inuisibilium contemplationem assurgimus, quid aliud q̄ quandam scalam erigimus, per quam ad ea, quæ supra nos sunt, mente ascendimus?

Rabanus super illud Matthæi 20. Multi sunt uocati, pauci uero electi.

Ad fidem plures uenīūt, & ad cæleste regnū pauci perducuntur: omnes enim canonici uocātur ad electionem, sed unus eligitur.

Seneca ad Lucilium epistola 87.

Summum illud bonū habet & ipsum suam sedem: non nascitur ubi ebur, non ubi ferrum.

Seneca epistola 102.

Imaginare tecum quantus sit ille fulgor, tot syderibus inter se lumen immiscentibus, nulla serenum umbra turbabit, æqualiter splendebit omne cæli latus. *Ibidem.*

Dies & nox aeris infimi uices sunt; tunc in tenebris uixisse te dices, cum totam lucē & totus aspexeris, quam nunc per anguſtissimas oculorum uias obscure intueris, & tamen illam procul admiraris. *Ibidem.*

Quid tibi uidebitur diuina lux cum illā suo loco uideris. *Ibidem.*

Hæc cogitatio nihil sordidum animo subsistere sinit, nihil humile, nihil crudele. Deos rerū omnium esse testes ait, illis non approbari, illis in futurum parari iubet.

Aristot. libro 1. Ethicorum.

Cognitio finis utilis est in arte, sicut signum sagittæ. *Ibidem ca 3.*

Simpliciter utiq; summum bonum est secundum seipsum eligibile semper & nunq̄ propter aliud tale. Ita q; fœlicitas esse uidetur.

Ibidem ca. 4.

Optimum & pulcherrimum & delectabilissimum est fœlicitas. Non omnino fœlix est, qui semper turpissimus est, uel ignobilis est, uel solitarius est sine prole. *Ibidem cap. 5.*

Quid prohibet dicere fœlicem bonis sufficienter ditatum, *Ibidem lib. 9. cap 9.*

Fœlicem esse, est bene uiuere & bene operari.

Ibidem lib. 10.

Speculatio ueritatis est ipsa fœlicitas.

Cicero lib. 5. Tusculan. Quæstionum.

Equidem beatos existimo, qui sint in bonis nullo adiuncto malo.

Valerius Maximus libro 7. titulo Sapienter dicta aut facta.

Solon neminē dū adhuc uiueret, beatū dici debere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

debere arbitrabatur, quod ad ultimum uſq; fati diem ancipiti fortunæ ſubiecti eſſemus.

Fran. Petrar. de remedijs aduerſæ fortunæ.

Mures thalamum infeſtant. Quid ſcis, an ipſi in thalamo exorti, quem tu forſan peregrinus inhabitas de te iuſtius quæri poſſint, qui natale illis aduena ſolum eripis. Sed omiſſis locis horum omnium ratio eſt una. Idcirco equidem his infeſtis uitam agitis, ut diſcatis alteram optare, atq; illuc animum habeatis ubi nec mures, nec fures, nec araneæ, nec tineæ, nec damna, nec tædia ulla ſunt.

Virgilius Georgicon libro 2.

Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
Atq; metus omnis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus ſtrepitumq; Acherontis auari.

Dantes Florentinus purgatorij can. 15.

Come eſſer pote, chun ben diſtributo,
I piu poſſeditor facia piu ricchi
De ſe ſche ſe da pochi e poſſeduto?
Et elli a me: Pero che tu reſicchi
La mente pur a le coſe terrene.
Di uera luce tenebre diſpichi.
Quello infinito & ineffabil bene
Che la ſue, cuſi corre ad amore,
Come a lucido corpo ragio uene.
Tanto ſi da, quanto troua dardore:
Si che quantunq; charita ſi ſtende,
Creſſe ſourèſſa læterno ualore.
Et quanta gente piu laſſu ſi tende,
Piu ue daben amar, & piu ui ſama,
Et come ſpechio, luno al altro rende. *id eſt,*
Qua rõe fieri poteſt, ut unũ bonũ diuiſum,
Eius plures poſſeſſores faciat ditiores
Sui, quam ſi à paucis poſſeſſum fuerit?
At ille inquam mihi, quoniam tu mittis
Mentem adhuc in res terrenas,
Ex uera luce tenebras excerpis.
Illud immenſum & ineffabile bonum.
Quod ſurſum eſt, ſic currit ad amorem,
Que mad modũ à lucido corpore radijs puenit.
Tantum ſe retribuit, quantũ reperit ardoris.
Qua propter quanto magis charitas extenditur.
Creſcit ſupra ſeipſam æterna uis.
Et quanto plures illuc ſe plus intendunt,
Plus eſt quod bene ametur, & plus amatur,
Et ſicut ſpeculum, unus alteri reddit.

Dantes Paradiſi cant. cap. 1.

La gloria di colui che tutto muoue,
Per luniuerſo penetra e riſplende:
Iu una parte piu, e meno altroue.
Nel ciel, che piu de la ſua luce præbende,
Fu io, e uide coſe che redire
Ne ſa, ne puo, chi la ſu deſcende,
Per che appreſſando ſe al ſuo deſiro
Noſtro intellecto ſi profunda tanto,
Che drieto la memoria non po ire. *id eſt,*
Gloria illius qui cuncta mouet,
Per uniuerſum penetrat & reſplendet,
In una parte plus, & minus alicubi.
In cælo, quod plus eius lucis ſuſcipit,
Fui ego, & uidi res, quas ſurſum dicere
Nec ſcit nec poteſt, qui huc illinc deſcendit:
Quoniam ſeſe iungens ſuo fini
Noſter intellectus, ſe tantum profundit,
Vt ipſum ſequi nequeat memoria.

Dantes paradiſi cap. 2.

Accender ne douria piu il deſio
De ueder quella eſſenza, in che ſe uede.
Come noſtra natura e dio ſunio.
Lhlſe uedra cio che tenem per fede,
Non dimonſtrato, ma ſia per ſe noto,
A guiſa del uero primo, che lhuom crede. *id eſt,*
Accendere nos deberet plus affectus
Videndi eam eſſentiam, in qua uidetur,
Qualiter noſtra natura & deus unita fuerint.
Ibi uidebitur quicquid tenemus fide,
Non demonſtratum, ſed fiet ex ſe notum,
Inſtar ueri primi, quod homo credit.

Ibidem ca. 3.

O ben creato ſpirito, chaurai
Di uita æternal a dolceza ſenti,
Che non guſtata, non ſintende mai. *id eſt,*
O bene create ſpiritus, qui habebis
Vitæ æternæ dulcedinem ſentis,
Quæ non guſtata minime percipitur.

Ibidem ca. 5.

O bene natos, a cui ueder li throni
Del triumpho æternal concede gratia.
Prima che la militia ſabandoni. *id eſt,*
Quàm bene natus eſt, cui uidere thronos
Vitæ æternæ concedit gratia,
Antequam militia relinquatur.

Ibidem cap. 9.

Ahi animæ inganate, fatue & ſempre,
Che da ſi fatì ben torceti i cuori,
Drizando in uanita ie roſtre tempie. *id eſt,*
Heu animæ deceptæ, fatuæ & ſimplices,
Quæ à tam immenſo bono inflectitis corda,
Dirigentes in uanitatem capita ueſtra.

Ibidem cap. 10.

Et ſe le phantaſie noſtre ſon baſſe
A tant alteza non e marauiglia,
Che ſoural ſon non fu occhi candaſſe. *id eſt,*
Cum phantaſiæ noſtræ ſint exiguæ
Tantæ magnitudini, non eſt mirum:
Nam ſupra ſolem oculus non tendit. *Ibidem.*

Ne la corte del ciel, ondio reuegno,
Si trouam molte gipi chare, e belle
Tanto, che non ſe poſſun trar del regno. *id eſt,*
In regia cæleſti, unde ego redeo,
Inueniunt̃ mulcæ gemmæ pretioſæ, & pulchræ
Tantum, quod non poſſunt trahi è regno.

Ibidem cap. 19.

Ad queſto regno nõ ſali mai, che nõ credete in Chriſto,
Ne pria, ne po che ſi chiuudſſe al legno.
Ma uedi, multi cridam Chriſto, Chriſto,
Che ſarano in iudicio aſſai men prope
Allui, che tal che non cognobe Chriſto.
Et tai Chriſtiani damnara lethiope,
Quando ſe partirano in doi collegi,
Luno in æterno richo, e laltro inope. *id eſt,*

Ad hos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ad hoc regnum
Nunq̃ aſcendit, qui non credidit in Chriſtum.
Nec ante, nec poſtq̃ affixus fuit ligno.
At reſpice, multi clamant Chriſte, Chriſte,
Qui erunt in iudicio minus prope
Illum, quam quiſpiam qui Chriſtum nunq̃ nouit.
Et tales Chriſtianos damnabit Aethiops.
Quando ſeparabuntur in duo collegia,
Vnum perpetuo diues, & inops alterum.
Ibidem cap. 20.
Regnum cœlorum uiolenza pate
Da chaldo amore da uiua ſperanza.
Che uince la diuina uolontate.
Non aguiſa che lhmo alhom ſobranza,
Ma uince lei per che uol eſſer uinta,
Et uinta uince con ſua benignanza. id eſt,
Regnum cœlorum uiolentiam patitur
A calido amore & uiua ſpe,
Quæ ſuperat diuinam uoluntatem.
Non ſicut homo luctans uincit hominem,
Sed uincit eam quoniam uult uinci,
Et uicta uincit ſua benignitate.
Dantes Paradiſi, cant. cap. 30.
Luce intellectual piena damore.
Amor di uero ben, piendi letitia.
Letitia, che tranſcende ogni dolzore,
Quiui uedrai lunae laltra militia,
Di paradiſo & luna in quelli aſpetti,
Che tu uendrai all ultima iuſtitia. id eſt,
Lux intellectualis, plena amoris:
Amor ueri boni, plenus letitiæ:
Letitiæ quæ tranſcendit omnem dulcedinem.
Illic uidebis utranq; militiam,
Paradiſi, & unum in his aſpectibus,
Quos tu uidebis in ultima iuſtitia.
Ibidem.
Lume e laſu, che uiſibil face,
Lo creator. a quella creatura.
Che ſol in lui ueder hala ſua pace. id eſt.
Lumen eſt ſurſum, quod eſt uiſibilis fax.
Creator, illi creaturæ.
Quæ tantum in eo aſpiciens habet ſuam pacem.
Fran. Petrar. ſoneto 199.
Aeterna uita e ueder dio,
Ne piu ſi brama, ne bramar piu lice. id eſt,
Aeterna uita eſt uidere deum,
Nec plus appetitur, aut appetere plus licet.
Fran. Petr. Triumpho æternitatis.
Beati ſpiriti, che uel ſomno choro
Si trouar anno, o trouano in tal grado,
Che fia in memoria æterna il nome loto. id eſt.
Beati ſpiritus, qui in ſummo choro
Inuenirentur, aut inueniuntur in tali gradu,
Vt fiat in memoria æterna nomen eorum.
Ibidem.
O fœlice quell animæ, chin uia
Somno o foranno di uenir al fine,
Di chio ragiono, qualunq; ſi ſia. id eſt,
O fœlices animæ illæ, quæ in uia
Sunt aut erunt ueniendi ad finem,
De quo loquor, qualiſcunque ſit.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

GLORIA uana, quæ & inanis gloria appellatur, græce κενοδοξία, ας, ἡ dicit, & eſt uitium capitale, cuius filiæ ſunt ſeptem, ſcilicet, Inobedientia, iactantia, hypocriſis, contentio, diſcordia, præſumptio nouitatum, pertinacia: ſecundum bea. Thomam ſecunda Secundæ, quæſt. 21. articu. 4.

Dicitur aũt gloria uana tripliciter, & eſt peccatum. Primo quando eſt de non ente, uel de translatorijs, uel de peccato: ſecundo, quando quærit ab hominibus, & non à deo: tertio, quando non ordinatur ad debitum finem, ſecundũ, b. Tho. ſecunda Secundæ, q. 132. arti. pri.

Paulus ad Galathas Cap. ſexto.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocantes, inuicem inuidentes.

Auguſt. libro de conflictu uirtutum & uitiorum.

Inanis gloria dicit: age bonum quod uales, oſtende bonum cunctis q̃d agis, ut bonus à cunctis dicaris, ut ſanctus & uenerabilis ab hominibus prædiceris, ut dei electus uoceris, ut nemo deſpiciat, ſed uniuerſi debitum tibi honorem perſoluant. *Idem libro Confeſſ.*

Sæpe homo de ipſo uanæ gloriæ cõtemptu uanus gloriatur, nõ enim eam cõtemnit, dum gloriatur intus de gloria, quam amplexatur.

Idem ſup Pſalmo 7.

Qui bene didicit, uel expertus eſt uitiorum ſuperandorum gradus, intelligit uitiũ inanis gloriæ uel ſolum, uel maxime cauendum eſſe perfectis, quo primo eñ uitio lapſa eſt anima, hoc ultimum uincit. *Idem ſup Pſalm. 149.*

Inanis gloria huius ſeculi fallax eſt ſuauitas, & infructuoſus labor, & perpetuus timor, & periculoſa ſublimitas, initium ſine prouidentia, finis cum pœnitentia.

Hieronymus ad Nepotianum.

Ne nimis religioſus uelis uideri, nec plus humilis q̃ neceſſe eſt, gloriam fugiendo non quæras. *Ambroſius in ſuo Paſtorali*

Nõ eſt tanti gaudij, excelſa tenere, quãti mœroris eſt, de excelſis corruere, ne tantam gloriã ſequi poſt uictoriam, quantã ignominiam poſt ruinam. *Gregorius libro 6. Morali.*

Cum bene uiuitur ualde timendum eſt, ne mens deſpectis cæteris, de gloria ſingularitatis eleuetur. *Idem libro 2. Morali.*

Sub hoſte quem poſternit moritur, qui de culpa quam ſuperat, eleuatur.

Ioan. Chry. ſuper illud Mat. 5. Nolite tuba canere:

Tuba eſt omnis actus, uel ſermo, per quam ipſa operis iactantia deſignatur: tuba ergo canere eſt pompam uanæ laudis appetere.

Idem ſup Matthæum.

Nihil enim ita pecunias concupiſcere facit, ut gloriæ cupido, propter hoc nanq; famulorũ greges equos auro opertos, & argenteas menſas expetunt homines, non ut utilitatem, aut uoluptatem impleant, ſed ut multis oſtendantur.

Ibidem.

Dicebãt apud ſe: Si bene fecerimus cũ pauperibus, quis non uidet? ſi uiderint, non multi uident: & ſi multi uident, pro tempore uident: & tranſit tempus, & cum tẽpore beneficij memoria. Melius eſt ergo ædificia facere quæ aſpiciant homines, nõ in hoc tempore ſolo, ſed & in poſterum. O inſipiens, quid tibi prodeſt iſta memoria? ſi ubi es torqueris, & ubi nõ es laudaris.

Idem ſuper Ioannem.

Qui omnium pecuniarum contemptum habent, & nulli imaginationi totius mundi ſe immiſcuerint, & tyrannidas corporum concupiſcentias ſuſtinuerunt, hi multoties capti à uana gloria omnia perdiderunt.

Idem homilia 5.

Vanitas uanitatũ &c. Hunc uerſiculum ſi ſaperent qui in potentia uerſantur, in parietibus omnibus, & in ueſtibulis ſuis ſcriberẽt, in foro, in domo, in ianuis, in ingreſſibus, & ante oñia in conſcientijs ſuis, ut ſemper eum oculis cernerent, & corde ſentirent.

Iſidorus libro 1. de Summo bono.

Quiſquis ex deteriore iam melior eſſe cœpit, caueat de acceptis extolli uirtutibus, ne grauius per uanam gloriam coruat, quam prius per lapſum uitiorum iacebat.

Bernardus ſuper Cantica.

Non bonæ, ſed pax hominibus bonæ uoluntatis, iniquus eſt qui nequaquàm pace contentus, ſuperbo oculo, & inſatiabili corde inquietus anhelat, ad gloriam dicitur, nec pacem inde retinens, nec gloriam apprehendens, nec calami eſt laudabilis ſcriptura, nec gloria linguæ, aut laborum ſermo bonus.

Petrus Rauennas in quodam ſermone.

Diuitias ſi quidem & honores ſolicitudo inſeparabiliter comitat, pompa mũdi, & fauor populi fumus eſt, & aura ſubito euaneſcens, quæ ſi plerunq; placeãt, pœnitudinẽ inducunt, ſi delectant ad modicũ, productiore ſpatio diſplicebunt. *Boetius libro 3. de Conſolat. proſa 6.*

Gloria uero quàm fallax ſæpe, quàm turpis eſt unde non iniuria Tragicus exclamabat, gloria in milibus mortalium nihil aliud eſt, q̃ auriũ inflatio uana.

Idem libro 2. de Conſolatione, proſa 5.

Sic rerum uerſa conditio eſt, ut diuinũ merito rationis animal, nõ aliter ſibi ſplendere, niſi inanimatæ ſuppellectilis poſſeſſione uideatur.

Seneca epiſtola 87.

Qui ſordido uehiculo erubeſcit pretioſo gloriabitur: quid ad rem pertinent mulæ ſaginatæ? quid iſta uehicula cælata? quid phaleræ deauratæ? quid monilia demiſſa pectoribus? iſta nec dominũ poſſunt facere meliorem, nec mulam.

Idem libro de Moribus.

Nunquid fortis ſe fortem gloriabitur, quem corporis ægritudo efficit infirmum?

Ibidem.

Nunquid diues in opibus ſuis gloriatur, cuius ſpem fur uel tyrannus arripit?

Ibidem.

Nunquid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nunquid nobilitas gloriabitur effecta, nonnunq̃ indignis & miserabilioribus seruiens.

Idem in Prouerbijs.

Cito ignominia fit superbi gloria.

Valerius maximus libro octauo.

Nulla est tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. *Menander.*

Λύπει σεαυτῷ λέξαν ἐγκαταλίπειν. id est,

Quære tibi ipsi gloriam relinquere. *idem.*

καλῶσ ἀκούειν μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν θέλε. id est,

Bene audire magis q̃ diuitescere uelis.

κεινησ λὲ λόξησ οὐ λίην ἀθλιώτερον. id est,

Vana autem gloria autem nihil miserius.

Tibullus circa finem.

Procul absit gloria uulgi.

Dantes Florentinus Purgatorij canti, c. 11.

Ouana gloria de humanæ posse.
Con poco uerde in su la cima dura.
Non e il mundan rumor altro chun fiato
Diuento, chor uien quinci, & hor uien quindi,
E muta nome, per che muta lato.
La nostra nominanza e color dherba,
Che uent & ua, e quei la discolora,
Per cui ell escie de la terra acerba. id est.
Ouana gloria humanarum uirium,
Etenim exigua uiriditas in summitate permanet.
Non est mundanus rumor nisi flatus quidam
Ventorum, qui uenit nunc hinc, nunc illinc.
Et mutat nomen, quoniam regionem mutat.
Nostra fama est color herbæ,
Quæ uenit & abit, & ille, id est sol, colorem adimit,
Per quem exit ex tellure aspera.

Gnome græca dictio est, & γνώμη ησ ἡ dicitur. Et est uirtus de agendis ab hoie bene iudicatiua, secundum legem naturalẽ in illis in quibus lex communis deficit, ut puta: Impugnatori ciuitatis nõ esse redẽdum depositum. Ex b. Tho. prima Secundæ, quæst. 57. articu. sexto, & secunda Secundæ. quæst. 61. arti. 4.

Gradatio græce ἐπιπλοκή, κσ. ἡ, & ἐπιπλώμενοσ superueniens dicitur. Est autem gradatio apud Rhetores cum ex prima sententia secũda oritur, & ex secunda tertia, & ita deinceps complures: sicut in catena multi circuli coniuncti alligantur, sic in hoc schemate complures sententiæ cõnexæ sunt, hoc modo: Damo familiam abstractam tormentis excruciauit, cruciatam uinxit, uinctam in publicum proiecit.

Gradus græce βαθμόσ οῦ ὁ βαίνω gradior dicitur. Sunt autẽ gradus hi ex quibus scalę cõstant, & p quos ad ædificiorum altiora conscenditur: à gradiendo, hoc est eundo dicti, quod per eos eatur. Et similitudinem scalarum dicimus gradum cognationis, ut Paulus Iurisconsultus affirmat, & esse gradus consanguinitatis, habitudo personarũ distantium, qua cognoscitur quãta distãtia personæ inter se differant: secundum b. Tho. 4. Senten. dist. 40. ar. 2.

Gradus item est gradientium pedũ uicissitudo, interdum gradus est firmitas standi. A gradus fit gradatim aduerbium, quod significat p gradus & ordinate, & lente.

Grammatica est scientia scribendi & cognoscendi quod profertur, scđm Arist. libro 6. Topicorũ, dicitur q̃ a γράμμα ατοσ τὸ ꝙ est litera, vnde & γραμματὶα ασ ἡ q̃d est literatura, & γραμματικόσ οῦ ὁ. literatorius dicitur.

Grammatica est ars literaria, quæ in emendate loquendo scribendoq̃ cõsistit, ut literæ suas custodiant uoces, & uelut depositum reddant legentibus.

Grassator græce δλοιλόκοσ ου ὁ uel φονεύσεοσ ὁ & φονικόσ οῦ ὁ mortifer & φονοκτονέω interficio dicitur. Est autẽ grassator q̃ hostiliter gradit. Callistratus: Grassatores, si prædæ causa id faciũt, p̃ximi latronibus habentur. Venit à grassor aris, quod significat gradiendo sæuire. Iuuenalis: Subitus grassator agit rem. Nonnunquam sumitur pro gradi, & ambulare, quãdoquidẽ est frequentatiuũ de gradior. Næuius; Sæpe hac eadẽ grassatus uia.

Gratia χάρισ ιτοσ ὁ & χάρισμα ατοσ τὸ dicitur, & χαριτὼ: gratia impleo. Gratia multiplicite accipiter, aliquando enim pro amore, aliquando pro confessione beneficij, seu alicuius indulgentiæ, uel authoritatis: aliquando accipitur pro dono spiritus sancti.

Gratia est in qua amicitiarũ, & officiorũ alterius memoria & remunerandi uoluntas continetur, secundum Ciceronem in Rhetoricis.

Gratia est per quam dicuntur homines rogãti gratis aliquid facere, non pro re alia, nec ut sibi quicq̃ qui faciunt eueniat, sed ut cui faciunt, secundum Ciceronem libro 2. Rhetoricorum.

Gratia nihil aliud est, quàm quædam inchoatio gloriæ in nobis, uel auxilium, q̃ indiget homo ad beatitudinem cõsequendam: secundum b Tho. secunda secundæ quæst. 23. art. tertio.

Gratia est uirtus specialis reddens gratiam bene factori, secundum b. Tho. secunda Secundę, quæst. 106, art. pri. eadem gratitudo dicitur

Gratiæ à græcis, χάριτεσ dicuntur, eo quod lætitiam significẽt: nam & lætari uidẽtur, qui dant & accipiunt beneficium. Tres ideo esse fingunt, quia & benefici esse in alios debemus, & alliorum beneficia suscipere, & his qui in nobis liberales fuerunt retribuere. Dare autem & accipere, & retribuere, tres actus sunt in se distincti. Alij dicunt ideo tres fingi, quia acceptum beneficium cum fœnore reddi debet. Quapropter solebant ueteres ita gratias pingere, ut una earũ auersam faciem teneret, quasi à nobis profecta. Duæ uero nos aspicerẽt, ut duplex nobis beneficium rependi debere ostenderent. Nudæ præterea pingebantur, quia beneficia sine fuco esse debent & nullo tegi uelamine. Item connexæ, quia insolubiles decet gratias esse & amicitiæ fœdus perpetuum esse. Horat. Segnesq̃ nodum soluere gratiæ: has quidẽ dicunt Ioue patre genitas, quoniam à Ioue omnes procedit gratia. Item matre Eurydomene, uel Eurymone, uel Eurymedusę. Dicitur enim Eurydomene

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ἀπὸ τ ἐυρὺ τὸ δίδωμι, hoc eſt abundãter damno. Eurymone ἀπὸ τ ἐυρὺ τὸ νέμω, hoc eſt abundanter retribuendo. Eurymeduſe uero ἀπὸ τοῦ ἐυρὺ τὸ μέδω, hoc eſt rego. Qm̃ qui liberales & munifici ſunt, cæteris imperare cõſueuerunt. Alij ex Venere & Marte, alij ex Venere & Libero patre, alij ex Herebo & Nocte genitas dixere. Fingũt lauari in Acidalio fonte Orchomeni, urbis Boetiæ, qm̃ pura eſſe beneficia debẽt, & nihil ſordidũ habere, nullamq; ſpem retributionis. *Prouerbiorum 22.*

Melius eſt nomen bonum, q̃ diuitiæ multæ: ſuper argentum enim & aurum gratia bona.

Paulus ad Corinthios.

Ait dominus ad Paulum, ſufficit tibi gratia mea. *1. Petri cap. 4.*

Vnuſquiſq; ſicut accipit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ dei.

Auguſt. ſuper Ioannem.

Si gratiam ideo dedit deus, qa & dedit gratis gratis ama. Noli ad prẽmium diligere deum, ipſe ſit præmium tuum.

Idem de uerbis apoſtolorum.

Si leuis morbus eſſet cõtemneretur medicus, non quæreretur: ſi medicus non quæreretur, morbus non finiretur: ideo ubi abundauit peccatum ſuperabundauit & gratia.

Idem in Enchiridion.

Sola gratia diſcernit redẽptos à perditis, quos in unum coaceruat maſſa perditionis, ab origine ducta creationis.

Idem libro de baptiſmo paruulorum.

Dei gratia cur ad iſtum ueniat, ad illum non ueniat: occulta cauſa eſſe poteſt, iniuſta nõ poteſt. *Idem de ſpiritu & litera.*

Lex dei ciuitas eſt: lex data eſt, ut gratia quæreretur: gratia data eſt, ut lex impleretur.

Idem de lib. arb. & hab. de Con. diſt. 4. cap. Gratia.

Gratia q̃ per Chriſtum datur, non ſolũ peccatorũ remiſſionẽ facit, ſed etiam ut lex impleat, ut natura liberetur, nec peccatũ dominetur. Spiritus etiã gratiæ dat fidem, q̃ etiam non petita à deo cõceditur, ut homini petẽti & alia cõcedantur: nam fides non eſt liberi arbitrij tantum, ſed donum dei.

Idem in epiſtola ad Paulinum.

Operibus debitum redditur, gr̃a datur, unde & nuncupatur. Si aũt dixeris, q̃ gratiã bene operandi fides mereatur, negate non poſſumus: imo gratis dediſſe confitemur. Si autem ex fide, quõ gratis? Quod eñ fides meretur, cur nõ potius redditur, q̃ donatur? Non dicat hoc homo fidelis, quia cum dixerit, ut merear iuſtificationem, habeo fidem. Reſpondeẽ ie, quid habes, q̃ non accepiſti? Cũ igitur fides imperat iuſtificationem, ſicut unicuiq; deus partitus eſt menſuram, & ipſius fidei, nõ gratiam dei aliquid meriti præcedit humani, ſed ipſa gratia mereẽ augeri, ut acta mereatur perfici.

Idem libro de natura & gratia.

Chriſti gratia ſine qua nec infantes, nec ætate grandes ſalui fieri poſſunt: nõ meritis redditur, ſed gratis datur, propter q̃d gratia nominatur.

Idem de gratia & libero arbitrio.

Gratia ad hoc datur, ut lex compleat, ut natura liberetur, & peccatũ non dominet, ut uelimus ſine nobis, operatur incipiens, q̃d uolentibus cooperatur perficiẽs: ſine illo aũt nihil operante cum uolumus, ad bona opera nihil ualemus. *Ambro. ſuper Lucam.*

Vberior eſt gratia, quàm petitio: ſem p enim dominus plus tribuit, quàm rogatur.

Idem libro de Officijs.

Gratia uehementior eſt ad diligendum, q̃ natura. Reddendo uacuatur pecunia: gratia autẽ & habendo ſoluitur, & ſoluendo retinetur.

Idem ſup illud Matth 6. Pater noſter qui.

Vide q̃ breuis eſt oratio, & omniũ plena uirtutum, primus ſermo quãtę eſt gratiæ: homo faciem tuam non audebas ad cœlũ attollere, oculos tuos in terram dirigebas, & ſubito accepiſti gratiam Chriſti, omnia peccata dimiſſa ſunt: Ex malo ſeruo factus es bon⁹ filius; imo prſume, non de operatione tua, ſed de gratia dei. Gratia enim ſaluati eſtis ut dicit apoſtolus non eñ hę arrogantia eſt, ſed fides prædicare q̃ acceperis, non eſt ſuperbia, ſed deuotio. Ergo attolle oculos ad patrem, qui per lauacrũ te genuit, ad patrem, qui per filium te redemit, & dic pater noſter, bona præſumptio, ſed moderata, patrem dicis quaſi filius. Sed noli ſpiritualiter tibi aliqd uendicare, ſolue Chriſti eſt pater ſpiritualis, nobis omnibus in cõmunis eſt pater, quia illũ ſolum genuit, qui nos creauit.

Gregorius libro octauo Moralium.

Dum nos gr̃a diuini reſpectus illuminat, cuncta mentis noſtræ nobis abſcondita manifeſtat.

Ioan. Chryſoſt. ſuper epiſt. ad Hebræos

Aliquando plærisq; & uitam habentes mundam non accipiunt gratiam, quare ne in ſuperbiam eleuentur, ne inflẽtur uentoſitate iactantiæ, ne altitudo muneris negligentiores efficiat.

Bernardus de libero arbitrio.

Gratiam in tribus conſiſtere arbitror. In odio præteritorum, contemptu præſentium bonorum, & deſiderio futurorum.

Idem ſermone 77.

Præoccupatũ quippe ſecularibus deſideriis animum declinatio ſancta declinat, nec miſceri potuerũt uana ueris, æterna caducis, ſpiritualia carnalibus, ſumma imis, ut pariter ſapias, quæ ſurſum ſunt, & quæ ſuper terram.

Idem ſuper cant. ſermone 54.

In ueritate didici nihil æque efficax eſſe ad gratiam promerendam, retinendã, & recuperandã, q̃ ſi omni tempore corã deo inueniaris non altum ſapere, ſed timere ſicut ſcriptum eſt: Beatus eſt homo qui ſemp eſt pauidus. Time ergo cũ arriſerit gratia, time cum abierit, time cum denuo reuertetur, & hoc eſt ſemper pauidũ eſſe.

Ibidem.

Gr̃a balſamum puriſſimũ eſt, & ideo purũ ſoli

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dum,& profundum uas requirit.

Leo Papa,& habetur 1. q 1. ca. *Gratia.*

Gratia ſi nō dat̄ gratis, uel accipitur, gratia nō eſt. Simoniaci aūt gratis accipiunt, igitur grati/am quæ maxime in eccleſiaſticis ordinib9 operatur, non accipiunt: ſi autē non accipiunt, non habent: ſi autem non habent, nec gratis, necnō gratis cuiq; dare poſſunt: quid ergo dāt? profe-ctō quod habent. Quid autem habēt? ſpiritum uriq; mendacij: quomodo hoc probamus? quia ſi ſpiritus ueritatis, teſtante ipſa ueritate de qua procedit, gratis accipitur, proculdubio ſpiritus mendacij eſſe conuincitur, qui nō gratis accipi/tur uel datur. *Menander.*

καλὸν δὲ θησαύρισμα κτημένη χάριν. id eſt,

Pulcher aūt theſaurus collatum beneficium. *Idem.*

χάριν λαβὼν ἔυκαιρον ἐν καιρῷ δίδου. id eſt.

Beneficiū cum acceperis tēpeſtiuum in tēpore da. *Idē*

χάριν χαρίζου καθ' ὥραν ἰσχύσας ὅμως. id eſt,

Gratiam gratis da, inquantum potes tamen. *Idem.*

χάριτα δικαίως δίδου καὶ λάμβανε. id eſt,

Gratias iuſtas & da & cape. *Idem.*

χάριν λαβὼν μέμνησο, καὶ δοὺς λάθου. id eſt,

Gratiam cum acceperis, in memoria habe & cū deberis, obliuiſcere. *Lucianus.*

ἐκεῖναι χαριτέσσαι λυκερώτεραι. ἢν δὲ βραδύνῃ πᾶσα χάρις κενεὸ, μήδε λέγοιτο χάρις. hoc eſt.

Celeres gratiæ dulciores, Si autem tardauerit
Omnis gratia uana neq; dicetur gratia.

Auſonius ita uertit.

Gratia quæ tarda eſt ingrata eſt. gratia nanq;
Cū fieri properat, gratia grata magis. *Idē aliter.*
Si bene quid facias cito, nam cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Dantes Florentinus, purgatorij canti. ca. 18.

El ſtudio de ben far gratia rinuerda.

Franciſ. Petrar. triumpho Aeternitatis.

Ma tardæ non fur mai gratiæ diuinæ,
In quelle ſpero che in me anchor farano
Alte operatione & pelegrine. *id eſt,*

Sed tarde nunq; fuerunt gratiæ diuinæ,
In ijſdem ſpero quod in me facient
Ingentes operationes ac excellentes.

GRatitudo uel gratiarum actio græce εὐχαριστία ναί & εὐχάριστος gratus, & εὐχαριστέω gratias ago dicitur.

Gratiarū actio ſiue graticudo eſt uirtus ſpecialis reddens gratiā benefactori, ſecundum beat. Tho. ſecunda ſecūdæ, q. 106. ar. 1. Gratias agere proprie eſt uerbo oſtendere nos memores eſſe beneficij accepti, Habere gratias eſt animū ac mentem gratiam habere, & inuicem gratificādi uoluptatem. Referre gratiam eſt facto beneficium aut iniuriam acceptam compenſare. Sane notandum eſt, quod dicimus habere gratiam, & gratias: agere gratias non gratiam: referre gratiam non gratias, & ita eruditi ac probatiſſimi autores fere ſemper loquuntur.

1. *Ad Theſſalonicenſes 5.*

Semp gaudete, ſine intermiſſiōe orate, in oīb9 gratias agite. Hæc eſt enim uoluntas dei in chriſto eſu in omnibus uobis.

Auguſt. ſuper illud Pſalm. Tota die repleatur os meum laude.

Quid eſt tota die, id eſt, ſine intermiſſione laudare in pſperis, quia conſolaris: in aduerſis, quia corrigis: antequàm eſſem, quia feciſti me: cū eſſem, quia ſalutem dediſti: cum peccaſſem quia ignouiſti: cum conuerſus eſſem, quia adiuuiſti: cum perſeueraſſem, quia coronaſti.

Idem ſuper Pſalmo: Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum.

Non eſt iſta ſuperbia elati, ſed confeſſio nō ingrati, & habere te cognoſce, & nihil ex te habere, ut nec ſuperbus ſis, nec ingratus. Dic deo tuo quoniā ſanctus ſum, quia ſanctificaſti me: quia accepi, non quæ habui, quia tu dediſti, nō quæ ego merui.

Idem in epiſt. ad Marcellinum.

Quid melius, & animo geramus, & ore promamus, & calamo explanemus, cū deo gratias. Hoc nil dici breuius, nec audire lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuoſius poteſt.

Idem lib. de uerbis domini ſermone 8.

Siue nos accuſemus, ſiue deū laudemus ſemper illi gratias agere ſtudeamus, à quo gratia gratis datur.

Ambroſius ſuper Lucam ſermone 5.

Nihil eſt quod dignum referre poſſemus pro ſuſcepta carne in Maria. Quid pro uerberibus? Quid pro cruce obita, & ſepultura reddemus? Licet crucem pro cruce, funus pro funere: nunquid reddimus cp ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo habemus omnia? Reddamus igitur amorem pro debito, & charitatem pro munere, gratiam pro ſanguine, pro pretio pecuniam.

Ioan. Chryſoſt ſuper Matth. homilia 25.

Optima beneficiorum cuſtos eſt ipſa memoria, & beneficiorum & perpetua confeſſio gratiarum. *Idem in tractatu de Symbolo.*

Admoneo uos, ut dominum ſemper benedicatis, Si uenerint mala benedicite: & diſſoluentur mala. Si pſpera uenerint, benedicite & perſeuerabunt bona & proſpera.

Bernardus ſuper Cantica.

Diſce inferendo gratias, non eſſe tardus, non ſegnis, diſce ad ſingula dona gratias agare.

Idem ſuper Cantica, ſermone 12.

Nō omnis gratiarum actio accepta eſt deo, niſi quæ de cordis pudicitia & uera ſimplicitate procedit. Pudicam ſane dixero propter eos, qui de malis actibus ſuis gloriātur, deo gratia dicere ſolent, quia deus in ore ipſorum lætetur.

Et *infra.*

Veram adiunxi propter hypocritas qui deū quidem de bonis ſuis uerbotenus gloriātes, corde retinent, quod ore præbuerūt. Illi impie mala ſua deo, iſti dei bona fraudulenter intorquēt ſibi. *Ibidem.*

De oīm bono apparēti à nobis referāt deo laudes, idq; nō fiat quemadmodum ab hypocritis, nec ſola conſuetudine, ſicut à ſecularibus: ſed

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nec quadam neceſſitate,ut iumenta, ferendis o neribus applicantur:ſed ſicut decet ſanctos ſyn ceritate fida,deuotione ſolicita,hilaritate grata, ſed non diſſoluta.

Idem ſuper Cantica, ſermo 1.

Quoties tentatio ſuperatur,aut uitium ſubiu gatur,aut imminens periculum declinatur, aut laqueus inſidiantis deprehēditur,aut annoſa, & inueterata quæcunq; animæ paſſio ſemel perfe ctęq; ſanatur,aut multum diuq; cupita,& ſæpiꝰ petita uirtus tandem aliquādo dei munere ob tinetur:toties perſonare debet gratiarum actio, & uox laudis. Debet ad ſingula quæq; beneficia benedici deus in donis ſuis,alioquin ingratus re putabitur.Cum diſcuſſio uenerit,quis non po teſt dicere deo: Cantabiles mihi erant iuſtifica tionis tuæ.

Idem ad Imericum Cancell.

Danti,rependi quicquàm gratius ab accipien te non poteſt, quàm ſi gratum habuerit, quod gratis accepit. Nam ſpiritui gratiæ contumeliam facit,qui beneficium dantis grata mente nō ſuſcipit.

Caſſiod. ſuper illud, Voluntarie ſacrificabo tibi.

Voluntarie deo ſacrificant,qui inter anguſti as paſſionum iugiter gratias agunt.

Idem ſuper illud. Quoniam miſericordia tua.

Iugiter ſibi ſubuenire facit, cui collatum be neficium ante oculos ſemper aſſiſtit.

Seneca ad Lucilium epiſt. 8.

Sapiens omnia examinabit ſecum, quātum acceperit,à quo,quando,ubi,quemadmodum, Ieaq; negamus quemq; ſcire gratiam referre,ni ſi ſapientem. *Idem epiſtola* 82.

Hoc certe inquam iuſtitiæ conuenit, ſuum cuiq; reddere,beneficio,gratiam,iniuriæ,talio nem, aut certe malam gratiam.

Ibidem.

Non omnes gratis ſciunt debere beneficium, poteſt etiam,& impudens, & rudis, & unus de turba. Ignorat autem quantum pro re debeat.

Idem epiſtola 83.

Sapienti notum quanti res quæq; taxanda ſit, nam ſtultus,& ſi bonæ uoluntatis eſt,aut minꝰ q; debeat, aut tempore, aut quo nō debet loco reddit,id quod referendum eſt,effundit atq; ab ijcit. *Ibidem.*

Nemo etiam referre gratiam ſcit niſi ſapiens, ſtultus autem quemadmodum poteſt referat, ſcientia illi potius, quàm uoluntas deeſt, uelle non diſcitur. Sapiens omnia inter ſe comparabit,maius enim aut minus ſit, quamuis idem ſit tempore,loco,cauſa. *Ibidem.*

Gratus ſum,non ut alius mihi libentius præſtet,priori irritatus exemplo, ſed ut rem iucundiſſimam faciam. *Ibidem.*

Credamus itaq; nihil eſſe grato animo honeſtius,omnes hoc urbes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes conclamabunt,in tanta iudiciorum diuerſitate referēdam bene merentibus gratiam,oēs uno ore affirmabunt,in hoc tam diſcors turba conſentiet.

Idem libro de Beneficijs.

Beneficiorum memoria ſeneſcere nō debet.

Ibidem.

Acceptum beneficium æternæ memoriæ infigendum eſt. *Ibidem.*

Gratus etiam ſi à ſeruo ſuo beneficium accipit,exiſtimat,non à quo,ſed quid acceperit.

Ariſtoteles libro 4. *Ethicorum.*

Laus & gratiarum actio debetur danti,& nō accipienti. *Idem lib.* 5. *Ethicorum.*

Oportet regratiari, uel famulari ei qui gratiā facit. *Idem lib.* 8. *Ethicorum.*

Retributio poſſibilis eſſe debet, nō condigna, ut patet de deo & parentibus,quibus nō poſſumus æquale reddere.

Idem libro 9. *Ethicorum.*

Magiſtris, dijs & parentibus nō poteſt reddi æquiualens.

Cicero libro 2. *de finibus bonorum & malo.*

Volo & eſſe & haberi gratus,

Idem Rheto. ueterum lib. 1.

Nam ſi his qui imprudenter læſerunt ignoſci conuenit,his qui neceſſario profuerunt,habere gratiam non oportet, *Idem libro* 2.

Impudens eſt qui pro beneficio non gratiam uerum mercedem poſtulat.

Ibidem.

Contra autem de pecunia ratiocinari ſordidum eſt, cum de gratia referenda deliberatur.

Idem in Philippicis.

Cui gratia tanta referri non poteſt, quāta debetur, habenda tamen tanta eſt,quàm maximā animi iram capere poſſint.

Plutarchus in Apopthegmatibus.

Cato ſenior aiebat, malleꝰ collato beneficio gratiam nō recipere,quàm pro illata iniuria ſupplicium non ſubire,& his ſemper omnibus qui deliquerunt,præterq; ſibi,ueniam dare.

Plautus in Rudente.

Addecet bene merenti bene ferre gratiam.

Grauitas græce βάρος τοῦτο & βαρύτης ὁ gratis dicitur.

Eſt autem graue, quod eſt natum ferri ad medium: ſecundum Ariſtotelem, libro primo de cœlo & mundo.

Grauiſſimum eſt quod ſubſtat omnibus deorſum latis,ſecundum Ariſtotelem ibidem. Et eſt graue per abuſionem,quod nos grauat, & moleſtia afficit,hinc ſenectus grauis, morbus grauis,dolor grauis:quoniam qui talia ferunt,uellent tanquam onus graue deponere, ita & conſtantem ac prudentia præditum, grauem dicimus,quod nec precibꝰ,nec minis,nec alia paſſione moueatur à recto. Oppoſitum faciūt qui leues ſunt.

Ouidius.

Tu leuior ſolijs, tunc cum ſine pondere ſuccis.

Hinc grauitas quæ eſt firmitas ac conſtantia animi,& in uultu, moribus, uerbis, rebus agendis quædam ſeueritas.

Guberna-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Gubernare eſt rem ad debitum finem conuenienter perducere, ſecundum b. Tho. ſecũda ſecundæ, q 102. art. 2.

Gubernatio eſt executio prudentiæ, ſecũdum b. Tho. prima ſecundæ q. 22. art. 1. κυβερνάω græce guberno latine dicitur.

Gula eſt inordinatus appetitus delectabiliũ ſecũdum guſtum, & eſt peccatum.

- Mortale. Cum quis delectationi ciborũ & potus inhæret, paratus ſcilicet contra præcepta dei agere ut delectationes huiuſmodi conſequatur.
- Venale, cum eſt immoderata concupiſcentia delectabilium guſtus. ita tamen, quod propter hoc nihil ageret præter legem dei.

Generale habens ſpecies quinq;, in hoc uerſu ſubſcripto contentas, nã articulo 4.

Quãtũ ad comeſtibile, triplex contingit inordinatio.

- Prima quantum ad ſubſtantiã dicitur laute, cum ciboria nimis prætioſa quæruntur. Laute.
- Secunda quantum ad qualitatem, cum nimis accurata cibaria quæruntur. Studioſe.
- Tertia quantum ad qualitatẽ dicitur nimis, cum maior debito quantitas ſumitur. Nimis.

Quantũ ad modũ comeſtiõis, & contingit inordinatio duplex ſ.

- Prima cũ nimiũ præuenitur tempus cibi, & dicitur Præpropere.
- Secunda cum non ſeruatur debitus modus, & dicitur Ardenter.

Ex b. Tho. ſecunda, ſecũdæ. q. 148.

Ex parte animæ quatuor

- Primo acies mentis uel rationis per fumoſitates ciborum & dicitur. Hebetudo ſenſus.
- Secundo affectus qui deordinatur conſequenter per defectum rationis, & dicitur Inepta lætitia.
- Tertio, locutio quæ deordinatur ſuperfluis & inhoneſtis, & dicitur Multiloquium, & Turpiloquium.
- Quarto actus exterior, qui deordinatur per defectũ rationis, cuius erat exteriora componere, & dicitur iocularitas uel ſcurrilitas

Capitale, quia ex inordinato appetitu delectabilium guſtus, deordinatur homo, art. 5 & 6.

Ex parte Corporis

- De quibus uide in gula, quid dicat Gregorius primo Moralium, nonnulla.
- Conſequitur emiſsio quarundam ſuperfluitatum, & dicitur immunditia.

Verſus.

Præpropere. laute nimis, ardẽter, ſtudioſe. Ceteris

GVla græce λαιμαργία ασή & λαιμαργέου ὁ guloſus & heluo, & λάιμος ου ὁ guttur dicitur. Et eſt gula immoderata cibi auiditas, uel inordinatus appetitus cibi & potus, ſecundum beatũ Tho. ſecunda Secũdæ q 148. art. 1. & Albertus mag. in Compen. ſuo lib. 3. cap. 20. hinc degulo uerbum, hoc eſt gulæ trado. Plautus: Poſtq; degulato patrimonio pauper eſt factus. Hinc gulo ſe, id eſt auide. Hinc etiam ingluuies, id eſt, uentris rapacitas.

Exodi 32.

Et ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.

Prouerbiorum 21.

Qui diligit epulas in egeſtate erit, & qui amat uinum & pinguia, non ditabitur.

Ibidem cap. 33.

Noli eſſe in cõuiuijs potatoꝝ, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad ueſcendũ conferunt: quia uacantes potibus & dantes ſymbola conſumentur. *Eccleſiaſtes 7.*

Melius eſt ire ad domum luctus, q̃ ad domum conuiuij; in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & uiuens homo cogitat, quid futurum ſit. *Ad Roma. cap. 14.*

Is qui manducat, nõ manducãtem nõ ſpernat: & qui nõ manducat, manducantẽ non iudicet.

Auguſtinus de doctrina Chriſtiana, & habetur diſt. 41. Quiſquis.

Quiſquis rebus prętereuntibus reſtrictius utit, q̃ ſele habent mores eorum, cum quibus uiuit aut intẽperans, aut ſuperſtitioſus eſt. Quiſquis uero ſic eis utitur, ut metas conſuetudinis bonorum inter quos uerſatur excedat, aut aliquid ſignificat aut flagitioſus eſt. In oĩbus eñ. talibus nõ uſus eoꝝ, ſed libido in culpa eſt. Quid igitur locis & temporibus & perſonis cõueniat diligẽter attendendũ eſt, nec temere flagitia reprehendam⁹. Fieri eñ poteſt, ut ſine aliquo uitio cupidinis, uel uoracitatis pretioſiſſimo cibo ſapiens utatur: inſipiens autem fœdiſſima gulæ flãma in uiliſſimum holus ardeſcat.

Aug. lib. q. euang. & hab. diſt. 12. Illa autem.

Non uſus, ſed concupiſcentia reprehendenda eſt: nõ enim intereſt omnino quid alimentorũ ſumas, ut ſuccurras neceſſitati corporis, dũmodo congruat in generibus alimentorũ his, cum quibus tibi uiuendum eſt, neq; quãtum ſumas intereſt multum, cum uideamus aliorũ ſtomachum citius ſaturari cibis, & eos cũ illis ipſi paruo quo ſatiẽtur ardenter intolerabiliter & omnino turpiter inhiare.

Auguſt. ſuper illud ad Roma. 14. Noli propter eſcam deſtruere opus dei, omnia quidem munda ſunt.

Non ꝓpter porcum, ſed ꝓpter pomum mortẽ primus hõ inuenit, & Eſau primatũ ſuum, nõ ꝓpter gallinã, ſed propter lenticulam perdidit.

Idem li. de uerbis domini, & hab di. 41. Non cogantur.

Non cogant diuites pauperũ cibis ueſci: utant conſuetudine infirmitatis ſuæ, ſed doleãt aliter ſe non poſſe ſuſtentare: ſi conſuetudinẽ mutãt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ægrotãt, utanť ſuperfluis, dent inopibus neceſſaria: utantur pretioſis, dent pauperibus utilia.

Idem libro 9. Confeſsionum.

Hoc me docuiſti deus, quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumpturus accedam. Sed dum ad quietem ſatietatis ex indigentiæ moleſtia tranſeo, in ipſo tranſitu inſidiať mihi laqueus concupiſcentiæ. *Ibidem.*

Cum ſalus ſit cauſa edendi & bibẽdi, adiungit ſe tanq̃ pediſſequa periculoſa iucunditas, quæ plerumq; præire conatur, ut eius ſcilicet cauſa fiat q̃ ſalutis cauſa facere me dico uel uolo.

Idem lib. Sermonum ſer. 1.

Caro iumentũ eſt, quod eſt freno & fame domandum, quia de uia quę ducit Hieruſalem excludere conatur.

Hiero. epiſt. ad Furiam de uiduitate ſeruanda.

Non Aethnæ ignes, non Vulcania tellus, nõ Veſuuius & Olympus, tantis ardoribꝰ æſtuãt, ut iũueuiles medullæ uino plenæ, & dapibus inflammatæ.

Idem lib. 2. contra Iouinianum.

Eſus carnium, & potus uini uentriſq; ſaturitas ſeminaria ſunt libidinis.

Idem epiſtola 95.

Caro domanda, ut ſeſſorem ſpiritum ſanctũ moderato atq; compoſito portet inceſſu.

Ibidem 80.

Cibus ſit holuſculũ & ſimilia, raroq; piſciculi: & ne præcepta gulæ longius traham ſic ſemper comedas, ut ſemper eſurias, ut ſtatim poſt cibũ poſſis legere, pſallere & orare.

Idem ad Helbiam.

O miſerabiles, quorum palatum non niſi ad pretioſos cibos excitatur.

Idem epiſtola 94.

Infœlices ſunt qui maiorem habent famem, q̃ uentrem.

Idem contra Iouin. & hab. de Con. diſt. 5. Ne tales.

Ne tales accipiamꝰ cibos, quos aut difficulter digerere, aut comeſtos magno paratos, & perditos labore doleamus. Holerum ac pomorum, ac leguminum facilior apparatus eſt, & arte impendijſq; coquorum non indiget, & ſine cura ſuſtentat humanum genus moderate ſumptus. Quia nec auide deuoratur, quod irritamẽta gulæ non habet, & leuiore digeſtione decoquit.

Ibidem.

Hæc ſunt ſibila ſerpentis antiqui, his conſilijs draco de paradiſo hominem expulit.

Ambroſius ſuper Lucam lib. 5.

Indecorũ eſt homines curare de cibo, qui militant dei regno. Nouit rex quemadmodum familiam paſcat & ueſtiat, & ideo dixit: Iacta cogitatum tuum in domino & ipſe te nutriet.

Idem in ſermone de ieiunio.

Malæ dominæ ſeruit gulæ, quę ſemper expetit, nunq̃ expletur, quidẽ̃ inſatiabilius uẽtre? Hodie ſuſcipit, cras exiget: cum impletus fuerit diſputatur de continentia, cum digeſſerit, uale uirtutibus dicitur.

Idem libro 3. de officijs.

Conuiuia extraneorũ occupatiões habẽt, ſub repunt fabulæ, & propter uoluptatem pocula.

Gregorius Moralium libro 1.

Nõnulla ſunt uitia quę à cõuiuijs ſeparari, aut uix, aut nunq̃ poſſunt. Pene oĩes epulas comitať uoluptas. Nam cum corpus in refectiõis delectatione reſoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur, unde ſcriptum eſt. Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerũt ludere. Pene ſemper epulas loquacitas ſequitur, cumq; uenter refficitur lingua effrenatur, unde diues apud inferos in lingua cruciabatur.

Idem hom. 11. *ſuper illud Matt.* 2. *per aliam uiam reuerſi ſunt in regionem ſuam.*

A regione noſtra ſuperbiẽdo, in obediẽdo, uiſibilia ſequendo, cibum uetitum guſtando diſceſſimus. Sed ad eam neceſſe eſt, ut flendo, obediendo, uiſibilia cõtemnendo, carnis appetitus refrenando, redeamus.

Idem Moralium lib. 30.

Neq; ad conflictum ſpiritualis agonis cõſurgitur, ſi nõ prius in noſipſos hoſtis poſitus gulæ i. appetitus edomatur. *Ibidem.*

Incaſſum contra exteriores hoſtes in campo bellum geritur, ſi intra ciuitatis mœnia inſidians ciuis habetur.

Idem in expo. Iob, & ha. de Con diſt. 5. Quinq;.

Quinq; modis nos uitiũ gulæ tẽtat: aliqñ nãq; indigentiæ tempora præuenit: aliqñ tempora non præuenit, ſed cibos lautiores quærit: aliqñ quæ ſumenda ſunt procurari accuratius expetit: aliquando autem & qualitas ciborũ & tempus congruit, ſed ipſa quantitate ſumendi menſuram refectionis excedit: nonnunq̃ & abiectius eſt quod deſideratur, & tamen in ipſo æſtu immenſi deſideriĩ deterius peccat.

Idem Moralium lib. 30.

Sic uoluptas plærunq; ſub neceſſitate palliat, ut uix eam perfectus quiſq; diſcernat: nam dum ſolum debitum neceſſitas petit, uoluptas explere deſiderium ſuppetit, & tanto gula ſecurius in præceps ruit, quanto ſub honeſto nomine neceſſitatis explendæ ſe collegit.

Idem in Paſtorali.

Coquorum princeps muros Hieruſalẽ deiecit, quia dum uenter ingluuie tenditur, uirtutes animæ luxuria deſtruuntur.

Bernardus ad abbatem Cluniacen. epiſt. 2.

Inter prandia quantũ fames dapibus, tm̃ aures paſcuntur rumoribus, quibus totus intẽtus modum neſcias in edendo, & ibidem ferculafercu lis apponunť, & cũ pro ſolis carnibus à quibus aliquoties abſtinetur, grandia piſcium corpora apponuntur, & cum prioribus ſaturatus fueris, ſi ſecundos. ſ. piſces attigeris, uidetur tibi nõ guſtaſſe piſces, tanta quippe accuratione, & arte coquorũ omnia apparantur, quatenus quatuor aut quinq; ferculis deuoratis, priora non impediunt nouiſſima, nec ſaturitas minuit apetitũ. Palatum quippe dum nouellis ſeducitur condimentis,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dimẽtis, paulatim diſueſcit ad cognita. Poſtuẽter quidem tumeſcit, oneratur: ſed uarietas tollit faſtidium. *Ibidem.*

Quis dicere ſufficit quot modis, (ut de cęteris taceã) ſola oua uertantur: uerſantur, durantur, liquant̃, quãdoq; uertunt̃, ſubuertunt̃, diuidũtur, & nunc quidem frixa, nunc aſſa, nunc farſa, nunc mixtim, nunc ſigillatim apponuntur. Vt quid hæc omnia? niſi ut ſoli faſtidio cõſulatur. *Ibidem.*

Dum oculi coloribus, palatum ſaporibus alliciuntur, infœlix ſtomachus, cui nec colores lucent, nec ſapores demulcent, dum omnia ſuſcipere, cogitur, oppreſſus magis obruitur, cũq; reſiſtitur & cum crebris ructibus ſe repletum indicet, nondum curioſitas ſatiatur.

Bernar. ſuper Cant. hom. 31. ſuper illud. Qui uoluerit animam ſuam ſaluã facere.

Quid hic uos dicitis obſeruatores ciborum, neglectores morũ. Hippocrates & Socrates docent animas ſaluas facere in hoc mundo: Chriſtus & diſcipuli eius perdere? Quem uos e duobus ſequi uultis magiſtrum? Manifeſtũ ſe facit, qui diſputat, hoc oculis, hoc capiti, hoc ſtomacho nocet. *Ibidem.*

Legumina uentoſa ſunt, calceus ſtomachũ grauat, lac capiti nocet, potũ aquæ pectus non ſuſtinet. Quare hoc eſt, ut totis fluuijs, agris, hortis & cellarijs uix inuenire poſſis, quod comedas: puta quæſo, te monachũ eſſe nõ medicum: non de complexione iudicandum, ſed de profeſſione. *Idem epiſt. ad Fulgentium.*

Quomodo ignis et aqua ſimul eſſe nõ poſſunt, ſic ſpirituales & corporales deliciæ in eodem ſe non compatiuntur. Vbi crapulam ructantis inter pocula Chriſti? ſenſerit, uina ſua dulciora ſuper mel & fauum menti propinare dedignatur. Vbi curioſa diuerſitas ciborum paſcit uentrẽ, cœleſtis panis ieiunam deſerit mentem.

Hugo libro de clauſtro animæ.

Affluentiam ciborum comitari ſolet inſolentia uerborum: ſaturitatem uentris ſequitur leuitas operis, & uanitas mentis: unde ſedit populus mãducare & bibere, & ſurrexerũt ludere.

Idem in ſumma diſciplinali.

Sunt qui ſuperſtitioſum nimis in præparãdis cibis ſtudium adhibent, infinita frixurarum & condimentorum genera excogitantes, modo calida, modo frigida, modo aſſa, modo elixa, modo pipere & huiuſmodi ſaporibus condita, ſecundum conſuetudinem mulierum prægnantium deſiderantes.

Laert. Diog. de uita & moribus philoſopho.

Interrogatus Diogenes quæ hora eſſet comeſationi congrua, ait: habẽti quod edat, hora eſt congrua, cum fameſcit: non habenti uero, cum habere poteſt.

Seneca ad Lucilium epiſtola 99.

Multos morbos multa fercula faciunt.

Cicero Tuſcul. Quæſtio. libro 5.

Cum Dionyſius tyrãnus cœnaſſet, negauit ſe delectatum eſſe in cibo. Reſpondit coquus minime mirum, quia cõdimenta deficiunt: quæ cũ quæreret quæ eſſent illa, reſpõdit: labor, ſudor, curſus, fames, ſitis: talibus enim Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.

Lucius Apuleius de Aſino aureo.

Nõ immerito medici fidi cibo & crapula diſtentos, ſæua & grauia ſomniaſſe autumant.

Lactan. Firmia. diuina inſtitutionum.

Turpe eſt ſapienti ſi uentri & gulæ ſeruiat: ſi unguẽtis oblinitus, aut floribus coronatus incedat: quæ qui facit, utiq; inſipiens, & ineptus & nihil eſt.

Franciſ. Petrar. de remedijs utriuſq; fortunæ.

Doleo. Gula ſolicitor. Reſpondeo: Propeid quidẽ nulla res tam uiles, tam ſolicitos uos habet. Terrarum tractus, cœliq; & maris abdit penetratis. Meditati eſtis retia & hamos & uiſcũ, & laqueos, & rapaces imperio rapere, & præſidari uobis docuiſtis, ad nil aliud, niſi ut gulæ ſatisfiat Quam non modo explendo, ſed onerando fatigatis, & anguſtum uentrem uaria arte laxatis, ac punitis obſequendo, cui aliquanto utilior fames eſſet, utiliſſima uero ſobrietas.

Idem ibidem.

Gaudeo. Lautis & multiplicibus utor cibis. Reſpondeo: Propter crapulam multi perierũt: qui autem abſtinens eſt, adijciet uitam. Ipſe demũ profeſſor uoluptatis Epicurus, tenuẽ victũ quaſi unicum auxilium ſuæ profeſſionis, & laudauit & coluit. Cibus enim tenuis ac modicus, ſiccos, ualidos, & aſpectu placidos, ac odore corporis, nec ſibi, nec alijs moleſtos facit. Victus autem crapulę madidos, æſtuantes, tremulos & olentes, & (ut Ciceronis utar uerbis) ſudantes & ructãtes facit: ut aſpectu uideatur, quid interſit inter frugalitatem & crapulam.

Plautus in Muſtellaria.

Aedes plenas eſſe conuiuarum, & mulierum miſerum eſt opus.

Iuuenalis Satyra 1.

- Sed quis ferat iſtas.
Luxuriæ ſordes? quanta eſt gula, quæ ſibi totos
Ponit apros, animal propter conuiuia natum?
Pœna tamen præſens, cum tu deponis amictus
Turgidus, & crudum pauorem in balnea portas:
Hinc ſubitæ mortes, atq; inteſtata ſenectus.
It noua, nec triſtis per cunctas fabula cœnas,
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.

Idem ſatyra 11.

Multos porro uides quos ſæpe eluſus adipſum
Creditos introitum ſolet expectare marcelli,
Et quibus in ſolo uiuendi cauſa palato eſt. *Ibidem.*

Interea guſtus elementa per omnia quærunt,
Nunquam animo prætijs obſtantibus, interius ſi
Attendas, magis illa iuuãt quæ pluris emũtur. *Ibidẽ.*

- Buccæ
Noſcenda eſt menſura tuæ. *Ibidem.*

Nec multum cupias, cum ſit tibi gobio tantum
In loculis. *Ibidem.*

Quis enim te deficiente crumena,
Et creſcente gula, manet exitus? *Ibidem.*

Non

Non præmaturi cineres, non funus acerbum
Luxuriæ ſed morte magis metuenda ſenectus.
Ouidius libro 3. Artis amandi.
Carpe cibos digitis, eſt quidam geſtus edendi,
Ora nec immunda tota perunge manu. Ibidem.
Priamides Helenam auide ſi ſpectat edentem,
Oderit & dicet ſtulta rapina mea eſt.
Martialis libro 5. ad Charopinum.
Improbius nihil eſt hac Charopine gula.
Idem libro 9. in amicos fictos.
Hunc quem cœna tibi, quem menſa parauit amicum,
Eſſe putas fide pectus amicitiæ?
Aprum amat, & mulos, & ſumen, & oſtrea non te
Tam bene ſi cœnẽ, noſter amicus eris. Idẽ li. 12.
Non Albana nihil ſit comeſſatio tanti,
Nec Capitolinæ pontificumq; dapes.
Imputet ipſe deus, nectar mihi fiet acetum,
Et Vaticani perfida uappa cadi.
Conuiuas alios cœnarum quære magiſter,
Quos capiant menſæ regna ſuperba tuæ.
Horat. Sermo. lib. 2. ſatyra 2.
Ieiunus raro ſtomachus uulgaria tẽnit. Idẽ ſat. 7.
Nempe inamarescunt epulæ ſine fine petitæ,
Illuſiq; pedes uitioſum ferre recuſant
Corpus. — Idem epiſt. lib. 1. epiſt. 4.
Me pinguem & nitidum bene curata cute uiſes,
Cum ridere uoles Epicuri de prege porcum.
Dantes purgatorij, ca. 23.
Tutta eſta gente che piangendo canta,
Perſeguitare la gola ultra miſura,
In fame e in ſete quhi ſe riſa ſancta. id eſt,
Omnis gens hæc quæ cantando plorat,
Ex eo quod ſecuta gulam eſt ultra menſuram,
In fame & ſiti hic fit rurſus ſancta.
Franciſcus Petrar. ſoneto 7.
La gola, il ſomno & locioſe piume,
Hano del mondo ogne uirtu ſbandita:
Et e dal corſo ſuo quaſi ſmarita
Noſtra natura, e uincta dal coſtume. ideſt,
Gula ſomnus, & otioſæ plumæ,
E mundo omnem uirtutem pepulerunt:
Eſtq; a curſu quaſi iam deuia
Noſtra natura, uicta eſt conſuetudine.

HAbere græce ἔχειν, & ἔχω habeo dicitur. Habere aũt dicim⁹ id quo libere uti uel frui poſſumus cum uolumus: ſecundum beatũ Th. prima parte q. 38. articu. primo. Per metaphoram ſignificat occupare, tenere. Virgilius: Hoſtis habet muros. Interdum habitare. Idem. Quæ loca, quiue habeant homines. Nonnunq; intelligere. Terentius: Habes omnem rem. Aliquando facere. Cicero: Quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum uno myoparone. Eodem inquit quo tu orbem terræ. Habere rem, emere coire. Habere rem, litigare. Bene habere, incolumem eſſe. Male habere, ægrotare. Habere iter, proficiſci. Habere uerba, loqui. Habere rationem, reſpicere. Item habeo conuenire Ciceronem, id eſt, Cicero eſt mihi conueniendus, & ſic de reliquis.

Ab habeo fit habito frequentatiuum. Virgilius. Atque humiles habitare caſas. hinc etiam habitaculum.

Habilitas eſt medium inter potentiã uel ſubiectum, & actum, ſeu formam ſecundũ b. Tho. pri. parte q. 48. art. 4. Eſtq; habilitas aptitudo, & uenit ab habilis, hoc eſt pro uiribus aptus. Virgi. Nanq; humeris de more habilem ſuſpenderat arcum Venatrix. Et habiliter apte, & habitus, de quo infra: quæ omnia ab habeo deducuntur.

Habitus eſt quædã animi qualitas acquiſita ex frequentibus actibus, uel ex uno multum uehementi, quo anima faciliter diſponitur ad aliquid faciendum. Differunt autem à diſpoſitione, quia habitus eſt de difficili mobilis à ſuo ſubiecto. Diſpoſitio uero de facili mobilis, ſecundũ Ariſtotelem libro Prædicamentorum.

Habitus eſt qualitas de difficili mobilis, qua homo poteſt uti cum uoluerit, reddẽs operationem delectabilem. b. Tho. 12. q. 49. arti. 2. & ſic eſt prima ſpecies qualitatis.

Habitus prout eſt prædicamentum importat habitudinem indumenti ad indutum. beat. Tho. prima Secundæ, q. 49. articulo 1.

Habitus eſt corporũ, & eorum quæ circa corpus ſunt adiacentia: ſecundum Gilbertum Porrectanum libro ſexto Principiorum.

Habitus eſt ſecundũ quem ad aliquid nos habemus, bene uel male: ſecundum b. Tho. prima parte q. 83. art. 2. & ſic eſt poſtprædicamentũ.

Habitus religionis eſt obſeruantia regularis, pertinens ad tria principalia uota, ut ſignum obligationis, b. Tho. ſecunda Secundæ quæſtione 186. articulo 7.

Halo eſt circulus cauſatus ex uapore humido exiſtens in aere, circundãs ſolem, uel lunam, & huiuſmodi: ſecundum b. Tho. Quodli. li. 3. quæſtione 14. articulo 1.

Hæreditas græce κληρονομία ας, ου & κληρονομέω hæredito dicitur. Et eſt ſucceſſio in uniuerſum ius quod defunctus habuit, ut. l. Nihil, de uer. ſi.

Hæres græce κληρονόμος ου ὁ dicit. Et eſt ille q̃ principalia alicuius bona percipit, non autem qui munuſcula eius capit, ſecundum beatum Thomam ſuper epiſtolã Pauli ad Romanos 8. lect. 3. col. 4. Dicuntur autem hæreditas, & hæres ab hærendo, hoc eſt arcte inſidiãdo. Nam qui hæres eſt, hæret. hoc eſt proximus eſt ei cuius eſt hæres: licet nonnulli hæredẽ dictũ uelint, q̃ herus fiat, hoc eſt dñs bonorũ quæ ad eũ perueniunt. Ab hæres fit cohæres, qui ſimul hæres inſtitutus eſt, & exhæres qui extra hæreditatem eſt, & hæreditate priuat, unde fit uerbum exhæredo ãs, exhæredatio. Hinc etiam hæreditarius, hoc eſt ad hæreditatẽ pertinẽs, hæreditarius morbus, q̃ parentũ uitio nobis obtingit; hinc hæredipeta, qui blanditijs, muneribus, & alijs artibus ſubornat morituros, ut ab eis hæredes inſtituantur. Hæreo aliquando pro dubio ponitur, quoniam qui in aliqua re dubitant, non mouentur.

Cuius fre-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cuius frequentiuum hæſito, hæſitatio dubitatio: hæſitabundus ualde dubius.

HAERESIS Græca dictio eſt ἀπὸ τοῦ αἱρεῖσθαι dicitq; ab electione, quoniã unuſquiſq; eligit ſibi diſciplinam, quam putat eſſe meliorem, ſecundum Hiero. in epiſtola ad Galatas, & habetur 23. q. 3. cap. Hæreſis. Videtur deduci ab ἕλκω, quod eſt innitor, & firmo latine: uel ab αἱρέομαι, quod eſt opto ſeu eligo.

Hæreſis ratione pertinaciæ eſt ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum. ſ. impugnatio ueritatis, ſecundum b. Tho. 4. Sentent. diſt. 13. q. 2. artic. 2.

Hæreticus quid ſit, uide infra in præſenti capitulo autoritates beatorum Auguſtini & Hieronymi, incipientes: Dixit apoſtolus, Qui in eccleſia, & Hæreſis græce.

Auguſtinus in libro de baptiſmo, & habetur de Con. diſt. 3. cap. Non dubito.

Nõ dubita catechumenũ catholicũ diuina charitate flagrantẽ hæretico baptizato anteponere.

Idem in expoſitionem Pſal. 4. & habe. de Con. diſt. 2. c. Prima hæreſis.

Prima hæreſis in diſcipulis Chriſti, uelut in duritia eius ſermonis facta eſt, cũ em̃ diceret: Niſi quis manducauerit carnẽ meã, & biberit ſanguinem meũ, non habebit uitã æternam. Illi uero non intelligẽtes dixerunt ad inuicem: Dur⁹ eſt hic ſermo, quis eum poteſt manducare?

Idem, & habetur 24. quæſt. 1. Vbi ſana.

Vbi ſana fides non eſt, nõ poteſt eſſe iuſtitia, quia iuſtus ex fide uiuit. Neq; ſciſmatici aliq̃d ſibi ex iſta mercede promittant, quia ſimiliter ubi charitas nõ eſt, non poteſt eſſe iuſtitia. Dilectio em̃ proximi malum nõ operatur, quam ſi hæretici haberẽt, non dilaniarent corpus Chriſti, quod eſt eccleſia catholica.

Idem & habetur 24. q. 3. Adeo.

Adeo diuina prouidẽtia multos diuerſi erroris hæreticos eſſe permittit, ut eũ interrogãt nos ea quæ neſcimus, ſic diſcutiamus pigritiam, & diuinas ſcripturas capiamus, propterea apoſtolus ait, ut probati manifeſti fiant. Hi autem deo probati ſunt, qui bene poſſunt docere.

Idem, & habetur 24. Dixit.

Dixit apoſtol⁹, Hæreticũ hominẽ poſt primã & ſecundã correctionẽ deuita, qa ſubuerſus eſt huiuſmodi, & peccat in ſemetipſo damnatus. Sed qui ſententiã ſuã, q̃uis falſam, atq; peruerſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt, p̃ſertim, quã nõ audacia ſuæ præſumptionis pepererint, ſed à ſeductis, atq; in errorẽ lapſis parẽtibus acceperunt. Quærũt aũt cauta ſolicitudine ueritatẽ, corrigi parati cum inuenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos de putandi.

Idem cõtra Mani. & hab. 24. q. 3. Qui in eccleſia.

Qui in eccleſia Chriſti morbidũ aliquid praui umq; quid ſapiunt, ſi correcti, & ſanũ rectumq; ſapiant, reſiſtunt cõtumaciter, ſuaq; peſtifera & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, hæretici ſunt.

Idem libro 2. contra Manichæos.

Ille gladiũ accipit, qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate, uel iubente uel concedente, in ſanguinem alicuius armatur. Porro illud Hieronymi, quo eccleſia negatur aliquẽ perſequi, non ita intelligẽdum eſt, ut generaliter eccleſia nullum perſequatur, ſed quod nullum iniuſte perſequatur. Non enim omnis perſecutio culpabilis eſt: ſed rationabiliter hæreticos perſequimur, ſicut & Chriſtus perſecutus eſt eos, quos de templo expulit.

Hieronymus in epiſt. ad Galathas, & habe. 24 q. 3. Hæreſis.

Hæreſis græce ab electione dicit, quod. ſ. eã ſibi unuſquiſq; eligat diſciplinã, quã putat eſſe meliorem. Quicunq; igitur aliter ſcripturam intelligit, q̃ ſenſus ſpiritus ſancti flagitat, à q̃ ſcriptura, licet ab eccleſia non receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt et de carnis operibus eſt, eligens quæ peiora ſunt.

Idem in Iſaia, & habetur de pœnit. diſtin. Omnis iniquitas.

Om̃is iniquitas, & oppreſſio, & iniuſtitia, iudicium ſanguinis eſt. Et licet gladio nõ occidas, uoluntate tamen interficis.

Idem, & habetur 24. q. 3. Reſecandæ.

Reſecãdæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à caulis repellenda, ne tota domus maſſa corpus & pecora ardeant, corrumpatur, putreſcãt, intereant. Arrius in Alexandria una ſcintilla fuit, ſed quoniam ſtatim oppreſſus non eſt, per totum orbem eius flamma populata eſt.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum.

Sicut cauendi ſunt qui habẽt ſpeciẽ bonæ uitæ propter dogma nequitiæ: ſic & hi qui integræ fidei & doctrinæ ſunt, & turpiter uiuunt.

Bernardus ſuper Cantica.

Plus longe nocet falſus catholicus, quam ſi uerus appareat hæreticus.

Leo Papa, & habe. 24. q. 3 Quid autem.

Quid aũt iniquius eſt, q̃ impia ſapere, & ſapientioribus⁹ doctoribusq; nõ credere. Sed in hãc inſipientiam cadunt, quicunq; ad cognoſcendã ueritatem aliquo impediũtur obſcuro, non ad propheticas uoces, apoſtolicas literas, euangelicas autoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt: & ideo magiſtri erroris exiſtunt, quia ueritatis diſcipuli non fuerunt.

Innocentius Papa, & hab. 24. q. 1. Hæretici.

Hæretici cum à fide catholica deſtiterint, perfectionẽ ſpiritus quam acceperant amiſerunt.

Hilarius libro 2. de Trinitate.

De intelligentia hæreſis, non de ſcriptura eſt: ſenſus & non ſermo ſit crimen.

Ouidius Metamorph. lib. 1.

- Sed immedicabile uulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Iuuenalis ſatyra 2.

Sicut grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit & prurigine porci
Vnaq; contacta liuorem ducit ab una.

Dantes in fermi cap. 9.

Maeſtro.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Maestro, quali sono quelle genti
Che sepelici dentro da quelle arche
Si fan sentire cum suspir dolenti?
Et ellia me quei sonihærcsiarche
Collor sequaci dogne secta, & multo
Piu che non credi son le tombe agarche. Id est,
Magister, cuiusmodi sunt illæ gentes
Quæ sepultæ in illis urnis
Sese audiri faciunt eiulationibus mœstis?
Et ille ad me, hi sunt hæresiarchæ
Cum eorum sequacibus ex omni secta, & multo
Magis quam credas sunt tumbæ repletæ.

HEBDOMADA græca dictio ast ἑβδομάς ἀδ⊙ ὁ. & est spatium septem dierum: nam & ἕβδομος. ὁ. ὃ septimus dicitur.

HEBETVDO uenit ab hebeo, ꝙd grꝛce ἀμβλύνομαι, & ἀμβλυσίος ὁ. habes & obtusus dicitur.

Hebetudo sensus opponitur acuitatis eius. Et est debilitas mentis in consideratione spiritualium: & est peccatum, inquantum est uoluntaria, secundum b. Tho. secunda Secundæ. q. 8. art. 6. Dicitur autē hebetudo ab hebeo hebes. hebeo uerò dicitur ab hebes nomine, quod proprie significat obtusum, & carentem acumine. Cicero, alias hebetiora, alias acutiora uideantur cornua, unde per metaphoram hebes ingenium dicimus, sicuti etiam obtusum. Ab hebeo fit hebesco, hoc est hebetior fio, sicut hebeo significat hebes sum, & hebeto obtundo, à quo fit hebetesco, quod proprie de uisu & oculis dicitur cum oculorū acies minuitur, tollituꝛꝙ, & hebetudo ipsa obtusitas mentis, ingenij, uisus, & huiusmodi.

HERMAPHRODITVS is dicitur ꝙ habet utrūꝙ sexum, masculinū scilicet & fœmininum, dicituꝛꝙ ab ἑρμῆς. οῦ. ὁ. ꝙd est Mercurius, & ἀφρός. ὁ. ὃ spuma, id est, Venus, quæ ex marina spuma nata dicitur, de hoc Ouidius libro quarto Metamorphoseon.

Mercurio puerum & diua Cythercide natum,
Nai ades Idæis enutriuere sub antris,
Cuius erat species, in qua materꝙ; paterꝙ;
Cognosci possent, nomen quoꝙ; traxit ab illis.

HIERARCHIA dictio græca est, ἱεραρχία. ὰς. ἡ. & est sacer principatus, secundum beatum Dionysium cap. 6. cœlestis Hierarchiæ.

HILARITAS græce ἱλαρότης. ητος. ἡ. & est gaudij, uel exultationis in facie declaratio, secundū b. Tho. 3. Senten. dist. 26. q. 1. art. 3.

HYPERDVLIA est potissima species duliæ, ex unione ad deum, secūdum b. Tho. secunda Secundæ, q. 103. art. 4.

Hypdulia est adoratio minor latria, & maior dulia, q̄ mater Christi adorari debet, ut mater Christi: dicta ab ὑπέρ ꝙd est super, & dulia. Quid autem sit dulia, & unde dicatur, uide supra in dulia: quid latria, uide infra in latria.

HYPOCRISIS græca dictio est, ὑπόκρισις. τος. ἡ. & ὑποκρίνω simulo dicitur. Et est simulatio alienæ personę, ideo semper est peccatum, & est uitium iactantiæ, secundum beatum Thomam secunda Secūdæ, quæst. 3. art. 2. Hypocrisis potest à nobis dici dissimulatio, nam componitur ab ὑπό quod est sub, & κρίσις iudicium, quasi sit iudicij subtectio, nam aliud in re, aliud in iudicio hominum se ostendit, qui hypocriseos crimine laborat.

Hypocrita ὑποκριτής. ὁ. & dici potest simulator uel dissimulator, secundum Isidorum libro Etymolo. Iob cap. 13.

Non ueniet in conspectu dei omnis hypocrita. Idem cap. 15.

Congregatio hypocritę sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt, concepit doloꝛē & perperit iniquitatem, & uterus eius præparat dolos.

Idem cap. 27.

Quę est enim spes hypocritę, si auaræ, rapiat, & non liberet deus animam eius? Nunquid deus audiet clamorem eius, cum uenerit super eū angustia? aut poterit in omnipotente delectari, & inuocare deum omni tempore.

Ecclesiastes. cap. 8.

Vidi impios sepultos, qui etiā cum adhuc uiuerent, in loco sancto erant, & laudabant in ciuitate, quasi iustorum operum, sed & hoc uanitas est. Isaias cap. 9.

Omnis hypocrita est & nequam.

Ecclesiastici cap. 1.

Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labijs tuis.

Ibidem cap. 19.

Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo.

Hieremias cap. 9.

In ore suo pacem cum amico loquitur, & occulte ponit ei insidias: nunquid super his non uisitabo? dicit dominus, aut in gente huiusce modi non ulciscetur anima mea?

Matthæus cap. 6.

Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ facunt in synagogis, & in uicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam.

Idem ibidem.

Cum autē oratis non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearū stantes orare, ut uideātur ab hominibus. Amē dico uobis receperunt mercedem suam.

Idem cap. 7.

Attendite à falsis prophetis, qui ueniūt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorū cognoscetis eos.

Marcus cap. 12.

Cauete à scribis, qui uolunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cœnis, qui deuorant domos uiduarum sub obtentu prolixæ orationis, hi accipient prolixius iudicium.

Lucas cap. 6.

Hypocrite, eijce primū trabē de oculo tuo, & tūc prospicies

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

proſpicies, ut educas feſtucam de oculo fratris tui.

Aug. de communi uita clericorum, & habetur 12. q. 1. *Nolo ut aliquis.*

Qui enim hypocrita eſt, mortuus eſt.

Idem in ſermo. & hab. 12. q. 1. *Certe ego.*

Nolo habere hypocritas, malum enim eſſe quis neſciat? Malum eſt cadere à propoſito, ſed peius eſt ſimulare propoſitum.

Idem in ſermone domini in monte.

Quiſquis appetit uideri quod non eſt hypocrita eſt, ſimulat enim ſe iuſtū, nec exhibet, quia totum fructum in laude hominum ponit.

Idem ſup illud Iob 27. *Quæ eſt ſpes hypocritæ.*

Hypocrita qui latine dicitur ſimulator, auarus eſt. Qui dum inique agens deſiderat de ſanctitate uenerari, laudem uitæ rapit alienæ.

Idem ſuper Pſalmo 63.

Simulata æquitas non eſt æquitas, ſed iniquitas duplex: quia iniquitas eſt & ſimulatio.

Idem ſuper illud Matth. 7. *Qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium.*

Cum cœperint aliquibus tentationibus ea ipſa uel ſubtrahi uel negari, quæ iſto uelamine conſecuti ſunt, uel conſequi cupierunt. Tunc neceſſe eſt, ut appareat utrum ſit lupus in pelle ouina, an ouis in ſua.

Hieronymus in epiſt. ad filiam Mauritij.

ſancta magis eſſe, q̄ꝫ uideri ſtude.

Idem ſuper illud Matthæi 6. *Populus hic labijs me honorat.*

Quia ſtrepitu labiorum benedicunt dñm, & immūdi mente ueritati interius contradicunt.

Idem ſuper Eſaiam lib 6.

Si caſtum me ſimulo, & aliud eſt in conſcientia, habeo gloriā mercenariā: ſed ſupplicia peccatoris, & in comparatione duorum malorum leuius eſt in alium aperte peccare, q̄ꝫ ſimulare & fingere ſanctitatem.

Ambr. li. de Offic. & ha. 11. *q.* 3. *Si quis uero*

Veritas ea regula eſt, ut nihil facias commēdandi tui cauſa quo minor alius fiat. Neq; ſi q̄d boni operis habeas, id ad deformationem alterius, & uituperationem exerceas. Nō defendas improbum, & ſancta indigno committenda non arbitreris, neq; iterum arguas & impugnes cuius crimen non deprehenderis.

Idem libro 1. *Moralium.*

Væ peccatori terrā ingredienti duabus uijs: duabus quippe uijs terrā peccator ingreditur: quando & dei eſt, quod opere exhibet: & mundi, quod per cogitationem quærit.

Idem libro 4. *Moralium.*

Omis hypocrita corpus per abſtinentiam affi cit, ſed tamē per amorem gloriæ mundo uiuit.

Idem libro 8. *Moraliu.*

Hypocrita paratior eſt mori, q̄ꝫ corripi. redargutione deterior redditur, & quaſi diræ percuſſionis æſtimat iaculum puritatis uerba.

Ibidem.

Simon crucem portans nequaq̄ moritur, qa omnis hypocrita corpus quidem per abſtinentiā afficit, ſed tñ per amorē gloriæ mūdo uiuit.

ibidem.

Non indues ueſtem ex lana linoq̄ contextā. Per lanam ſimplicitas, per linum ſubtilitas deſignatur: & nimirū ueſtis quæ ex lana linoq̄ contexitur, linum interius cælat, lanamq̄ exterius demonſtrat. Veſtem ergo ex lino lanaq̄ contexta induit, qui in locutione, uel actione, qua utitur intus ſubtilitatem malitiæ cooperit, & ſimplicitatem foris innocentiæ oſtendit.

Idem libro 20. *Moralium.*

Hypocrita ut ſine fine crucietur, uiuere ſine fine compellitur, ut cuius uita hic mortua fuit in culpa, illic eius mors uiuat in pœna Dicat ergo: Luet quæ facta omnia, nec tamen conſumetur, quia cruciatur & non extinguitur: moritur & uiuit, deficit & ſubſiſtit, finitur ſemper & ſine fine eſt.

Idem 23. *& hab diſt.* 41. *Sæpe ſe.*

Sæpe ſe uitia ingerunt, & ſe eſſe uirtutes mentiuntur: ut tenacitas, parſimonia: effuſio, largitas: crudelitas, zelus iuſtitiæ: remiſſio, pietas uelit uideri. *Idem libro* 32.

Vitia ſe ſimulant ſæpe uirtutes, nam diſſoluta remiſſio quaſi manſuetudo & pietas habetur: effuſio, miſericordia dicitur: malorum pertinacia, conſtantia dicitur: timor incompetens, humilitas putatur: uocis ſuperbia, uera libertas æſtimatur. & pigritia quandoq; quaſi quietis continentia attenditur: & inquietudo uigilantia nominatur.

Idem in Regiſtro.

Hypocritæ ueſte deſpecti ſunt, & corde tument, & quaſi in hoc mundo cuncta deſpiciūt, & tamen ea quæ mundi ſunt, cuncta ſimuladi / piſci quærunt.

Iohannes Chriſoſt. ſuper Matthæum.

Herodes deuotiōem promittit, ſed gladium acuit, & malitiam cordis depingit colore humilitatis. Huius perſonam repræſentant hypocritæ, qui dum ficte deum quærunt, illum nunq̄ merentur inuenire.

Idem ſuper Mat. 3. *Niſi abundauerit iuſtitia.*

Phariſæorum iuſtitia erat in oſtentatione operis, & non in rectitudine intentionis, in locutione, non in opere, in corporis afflictione, non in mandatorum obſeruatiōe, in minoribus obſeruantijs, relictis grauioribus legis.

Idem ſuper Matthæum. 7.

Nulla res ſic exterminat bonum, ſicut ſimulatio, nam malum ſub ſpecie boni cælatū, dum non cognoſcitur, non cauetur.

Bernardus ſuper Cantica, ſermone 67.

Hypocritæ ueniunt in ueſtimentis ouium ad demendas oues, & ſpoliandos arietes. Hi oues ſunt habitu, aſtutia uulpes, actu crudelitatē lupi habent, neq; eſt apud eos uirtutes colere, ſed iniqua tolerare, quaſi quodam uirtutis intuitu.

Seneca ad Lucilium epiſt. 5.

Illud te admoneo, ne eorum more q̄ non pſi/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cere,ſed conſpici cupiunt, facias aliqua quæ in habitu tuo aut genere uitæ notabilia ſint. Aſperum cultum, & conſum caput, & negligentiorē barbam,& indictum argento odium, & cubile humi poſitum, & quicquid aliud peruerſa uia ſequitur è uita. *Ibidem.*

Nempe propoſitum noſtrum eſt ſecundum naturam uiuere,hoc cōtra naturam eſt torquere corpus ſuum, & faciles odiſſe munditias, & ſqualorem appetere, & cibis non tantum uilibus uti,ſed horridis.

Idem epiſtola 42.

Multorum quæ imbecillia ſunt latent uitia: inſtrumenta illis explicandæ nequitiæ deſunt, ſic tuto ſerpēs etiam peſtifera tractatur,dum riget frigore,non deſunt tuncilli uenena, ſed torpēt.Multorum crudelitas, luxuria & ambitio ut paria peſſimis audeat,fauor fortunæ deficit.

Idem epiſtola 70.

Virtutem bona ſequitur fide, qui ſe nō exornat & pingit,ſed idem ſiue ex denūciato uideatur ſiue imparatus,at ſubito nihil ſimulatio proficit,ueritas in omnem partem eadem eſt.

Ibidem.

Vis uideri ab hominibus an non? Nunq̄ bonæ honeſtatis eſt longa ſimulatio. Quid de alienis moribus & tuis iudices, multi obligandi, pauci ſunt offerendi.

Idem epiſtola 77.

Multo magis ad rem pertinet, qualis tibi, q̄ qualis alijs uidearis.

Ibidem.

Nunq̄ bona fide uitia manſueſcunt,tigres & leones nunq̄ feritatem exuunt,aliquando ſubmittunt, & cum minime expectaueris exaſperatur toruitas mitigata.

Idem in Prouerbijs.

Malus ubi ſe bonū ſimulat,tunc eſt peſſimus.

Ariſtoteles lib. 9. Ethicorum.

Qui fingit ſe amicum,& non eſt,peior eſt eo, qui facit falſam monetam.

Cicero libro 1. Officiorum.

Compendiaria eſt uia ad gloriam, ut qualis quiſq̄ haberi uult,talis ſit.

Cicero libro de amicitia.

Aperte enim odiſſe uel amare,eſt magis ingenui,quam fronte occultare ſententiam.

Ibidem.

Simulatio in oī re uitioſa,tollit enim iudiciū uiri,idq̄ adulterat,tum amicitiæ repugnat.

Valerius Maximus libro 7. titulo, Sapienter dicta aut facta.

Socrates expedita & cōpendiaria uia eos ad gloriam peruenire dicebat,qui id agerent,utut quales uideri uellēt,tales etiam eſſent. Qua qui dem prędicatione aperte monebat, ut homines ipſam potius uirtutem hauirent, q̄ umbram eius conſectarentur.

Laer. Diog. de uita & moribus philoſophorum.

Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, q̄ hæ quæ latent in ſimulatione officij, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Nam eum qui palam eſt aduerſarius,facile cauēdo uitare potes, & Troianus equus idcirco fefellit, quia formā Mineruæ mentitus eſt,dicebat Diogenes philoſophus.

Ibidem.

Inimici peſſimi ſunt,fronte hilari,corde uero triſti. *Ex primo Epigram.*

μίσω τὸν ἀνδρα τὸν διπλόν τὸ ἦθος ἔχοντα,
χρυσὸν λόγοισι πολλὸν ἐν δὲ τοῖς ἔργοις. id eſt

Odi uirum duplicem natum,
Bonum ſermonibus, inimicum autem moribus.

Iuuenalis ſatyra 2.

Frontis nulla fides, quis enim non uicus abundat
Triſtibus obſcœnis? caſtigas turpia, cum ſis
Inter Socraticos notiſſima foſſa cynædos.

Ibidem.

-Hunc ego fatis
Imputo, qui morbum uultu inceſſuq; fatetur.
Horum ſimplicitas miſerabilis, his furor ipſe
Dat ueniam, ſed peiores qui talia uerbis
Herculis inuadunt, & de uirtute locuti
Clunem agitant.-

Hiſtoria græca dictio ἱστορία.ας.ſ. & ἱστορέω hiſtoriam narro dicitur. Eſt autem hiſtoria rerum geſtarum expoſitio. Differtq̄ ab annalibus,quod hiſtoria eſt genus,annales uero ſpecies: ſunt em̄ annales rerum geſtarum narrationes,& pluriū annorum obſeruato cuiuſcunq̄ ordine anni. Sicuti Diarium eſt hiſtoria,quæ per ſingulos dies ſcribitur,& a græcis ἐφημερὶς.ίδ.ος.ſ. Iuuena. In cuius manibus ſeu pinguia ſuccina tritas Cernis ephimeridas. Hiſtoria uero utrunq̄ comprehendit, ex Aulo Gellio Noct. Attic. lib. 5. ca. 18. Seruius tamen ſuper primo Aeneidos aliter ſenſit, & male ut reor. Præterea annales maximi dicebantur à pontificibus maximis facti,quibus data poteſtas erat memoriam rerum geſtarum in tabulas referendi.

HOmo græce ἄνθρωπος.ου.ὁ.ἡ. dicitur. Eſt autem homo animal rationale,& mortale. Dicitur q̄ non ab humo,ut Varro inquit, q̄niam id eſt commune oīmibus animalibus,ſed a concordia,nam ὁμόνοια.ας.ἡ. concordia eſt,& conſenſus,& ὁμονέω quod eſt concordo,conſentio. Eſt enim homo omnium animalium maxime ſociabilis. Quare a conſortio & concordia hominem dictum exiſtimamus. Nam ὅμοιος.α.ὸ. ſimilis,& ὁμοιότης.ητος.ἡ. ſimilitudo dicitur, unde homographia ſimilis ſcriptura, ſiue pictura: homonymus,eiuſdem nominis: homoptoton, ſimiliter cadens. Vir. Sed neq̄ currentem, nec ſe cognouit euntem. Tollētemq̄ manus, ſaxumq̄ immane mouentem. Homotoleuton ſimiliter deſinēs,cum plures dictiones in eandem uocem terminantur. Ab homo ueniunt eius diminutiua,homuncio,homūculus,& humulus,qui græce ἀνθρωπάριον dicitur,& homicida,homicidium,humanus & humanitas,de quibus infra.

Geneſis 1. Dixit deus.

Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram,

Ioh

Iob cap.8.

Sicut umbra ſunt dies noſtri ſuper terram.

Iob.cap.13.

Quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi ueſtimentum quod comeditur à tinea.

Idem cap.14.

Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miſerijs: qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquàm in eodem ſtatu permanet.

Idem cap.16.

Ecce enim breues anni tranſeũt, & ſemitam per quam non reuertar ambulo.

Idem cap.25.

Homo putredo, & filius hominis uermis.

Idem cap.24.

Deficiet omnis caro ſimul, & homo in cinerem reuertetur. *Pſalmo 8.*

Quid eſt homo quod memor es eius, & filius hoīs quoniam uiſitas eum? Minuiſti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. *ibidem.*

Oīa ſubieciſti ſub pedibus eius, oues & boues uniuerſas, inſuper & pecora campi. Volucres cæli & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. *Pſalmo 28.*

Vniuerſa uanitas omnis homo uiuēs, uerum tamen in imagine pertranſit homo. Sed & frustra conturbatur, theſaurizat, & ignorat cui cōgregauit ea. *Pſalmo 89.*

Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur, dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.

Pſalmo 143.

Homo uanitati ſimilis factus eſt, dies eius ſicut umbra prætereunt.

Prouerbiorum 27.

Ne glorieris in craſtinũ, ignorās, quid ſuperuentura pariat dies. *ibidem cap.31.*

Fallax gratia, & uana eſt pulchritudo.

Eccleſiaſtes cap.1.

Vanitas uanitatũ, & omnia uanitas: quid habet amplꝰ homo de uniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole. *ibidem.*

Vidi quæ fiant cuncta ſub ſole, & ecce uniuerſa uanitas, & afflictio ſpiritus.

Ibidem cap.5.

Sicut egreſſus eſt nudus de utero matris ſuæ, ſic reuertet, & nihil auferet ſecũ de labore ſuo, miſerabilis prorſus infirmitas, quomodo uenit ſic reuertet, quid ergo prodeſt ei, cꝫ laborauit in uentum? Cũctis diebus uitæ ſuæ comedit in tenebris, & in curis multis, & in ærumna atcꝫ triſtitia. *ibidem cap.6.*

Nonne ad unum locum properant oīa? Omnis labor in ore eius, ſed anima eius nõ implebitur bonis. *ibidem cap.9.*

Nemo eſt qui ſemper uiuat, & qui huiꝰ rei habeat fiducaim. *ibidem.*

Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo tempus ſuperuenerit.

Ibidem cap.10.

Ignorat homo quid ante ſe fuerit, & quid poſt ſe futurum eſt, quis ei poterit indicare?

Eccleſiaſtici cap 8.

Memento, quoniã omnes in corruptione ſumus. *ibidem cap.10.*

Cum enim morietur homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & uermes.

Ibidem cap.14.

Omnis caro ſicut fœnum ueteraſcet, & ſicut foliũ fructificans in arbore uiridi; alia generantur, & alij deſiciuntur: ſic generatio carnis & ſanguinis, alia finitur, & alia naſcitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur, ibit cum illo. *ibidem cap.18.*

Numerus dierum hoīm, ut multum, cẽtum anni, quaſi guttæ aquæ maris deputati ſunt.

Ibidem cap.40.

Occupatio magna creata eſt oībus hominibus, & iugum graue ſuper filios Adam, à die exitus de uentre matris eorum, in diem ſepulturæ in matrem omnium. *ibidem.*

Omnia eñ quæ de terra ſunt, in terram conuertentur. *Hieremias cap.27.*

Maledictus homo qui confidit in homine.

Ibidem cap.20.

Quare de uulua egreſſus ſum, ut uiderem laborem, & dolorem, & conſumerentur in confuſione dies mei?

1.Corinth.6.

Neſcitis qñ corpora uꝛa mẽbra ſunt Chriſti.

2.Corinth.5.

Dum ſumus in hoc corpore peregrinamur à domino, per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem.

Auguſtinus libro de quantitate animæ.

Anima facta eſt ſimilis deo, quia immortalẽ & indiſſolubilem fecit eam deus. Imago ergo ad formam pertinet, ſimilitudo ad naturam.

Auguſtinus ſuper Iohannem ſermone 18.

Alia uita pecorum, alia hominum, alia angelorum: uita pecorum terrenis uoluptatibus æſtuat, id eſt, ſola terrena quærit, uita angelorũ ſola cæleſtia: uita hominum media, & inter uitam angelorum, & uitam pecorum. Si uiuit homo ſecundum carnem, pecoribus coniungitur, ſi ſecundum ſpiritum, angelis ſociatur.

Auguſtinus lib.de Ioſeph.

Procliuis & mutabilis eſt in utrunꝫ humana conditio, ut quocunꝫ intenderit, eo perpendat & uergat, uel ad ſtudia uirtutum, uel ad illecebras delictorum.

Gregorius libro 3.Moralium.

Ad hoc homo poſitus erat in paradiſo, ut ſi ad conditoris ſui obedientiam uinculis charitatis ſe aſtringeret, ad cœleſtem angelorum patriam quandocꝫ ſine carnis morte tranſiret.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum.

Animalia fecit deus propter hominem, homine propter ſeipſum. Si ergo animalibus miniſtrat propter hominem, quomodo hominibus non miniſtrabit propter ſeipſum.

Ibidem.

Omnem creaturam ſenſibilem deus armatam & munitam creauit, alios uelocipedum curſu, alios unguibus, alios pennis, alios cornibus, hominem ſolum ſic diſpoſuit, ut uirtus illius ſit ipſe deus, & in eo quo inferiorem eum fecit, in ipſo fortiorem eſſe uoluit in ſe, ut neceſſitate infirmitatis coactus, ſemper neceſſe habeat dominũ ſuum requirere.

Idem ſuper Matthæum 10.

Præ omnibus malis hoc eſt peſſimum malum, quælibet beſtia unum habet & proprie malũ, homo autem omnia: diabolus enim ad iuſtum accedere non audet, ſed malus homo nõ timet, ſed contemnit.

Bernardus lib. Medit ation.

Homo nihil aliud eſt, q̃ ſperma fœtidũ, ſaccus ſtercorum & cibus uermium. Poſt hominẽ uermis, poſt uermẽ fœtor, & horror, ſic in hãc ſpeciem uertitur omnis homo.

ibidem.

Cor hominis ſicut molendinũ uoluitur uelociter, & nihil reſpuit, ſed quicquid imponitur, molit, ſi autem nihil apponitur ſeipſum conſumit. Semper eſt in motu, nunquàm quieſcit ſed ſiue dormiat, ſiue uigilet, ſomniat, & cogitat quicquid illi occurrit, & ſicut molendinũ harenã ſi imponitur exterminat, pix inquinat, palea occupat, ſic cor cogitatio amara perturbat, immunda maculat, uana inquietat, & fatigat, & dũ futurum non curat gaudium, nec diuinum quærit auxilium, ab amore cœleſti elongatur, & inuoluitur in iſtis uanis, illud recipit curioſitas, deducit cupiditas, allicit uoluptas, ſeducit & polluit luxuria, torquet inuidia, turbat iracundia, cruciat triſtitia.

Bernardus de Conſideratione uilitatis humanæ.

Septem ſunt de eſſentia hominis, quæ ſi homo conſideraret, inæternũ non peccaret. ſ. materia uilis, operatio turpis, exitus flebilis, ſtatus inſtabilis, mors triſtabilis, diſſolutio miſerabilis damnatio deteſtabilis, & conſideratio gloriæ ineffabilis.

Idem ſuper Cantic. ſermone 48.

Donec in carne eſt anima, inter ſpinas profecto uerſatur, & neceſſe eſt patiatur inquietudines tentationum, tribulationumq; aculeos. Videat quàm uigilem ſolicitamq; eſſe oporteat ſuper cuſtodia ſui, ſepta undiq; ſpinis, hinc indea culeos intendentibus, unde dicitur: Sicut lilium inter ſpinas.

Bernardus Cant.

Homo cum in honore eſſet non intellexit, in quo honore? Habitabat in paradiſo, & in loco uoluptatis conuerſatio eius, nihil moleſtiæ nec indigentiæ ſentiebat, odoriferis ſtipatus malis, fulcitus floribus, gloria & honore coronatus, & conſticutus ſuper opera manuum plaſmatoris. Magis autem ob inſigne diuinæ ſimilitudinis præcellebat, & erat illi ſors ac ſocietas cum plebe angelorum, & cum omni militia cœleſtis exercitus. Sed mutauit iſtam gloriam in ſimilitudinem uituli comedentis fœnum.

ibidem

Heu triſtis & lachrymoſa mutatio, ut homo paradiſicola, terræ dominus, cæli ciuis, domeſticus domini Sabaoth, ſupernorũ ſpirituum & cæleſtium uirtutum cohæres repentina ſe conuerſione inuenit, & propter infirmitatem iacentem in ſtabulo, & propter pecorinam ſimilitudinẽ indigentẽ fœno, & propter indomitã feritatem alligatum præſepio, ſicut ſcriptum eſt: In chamo & freno maxillas eorũ conſtringe &c.

ibidem.

Vide hominem prius quatuor uirtutibus admictum: quid huic deerat, quem miſericordia cuſtodiebat, ueritas docebat, iuſtitia regebat, pax fouebat?

Hugo in Didaſcalicon lib. 1.

Cortex ambit arborem, pẽna tegit uolucrẽ, piſcem ſquama operit, lana ouem induit, pilus iumenta & feras ueſtit, concha teſtudinem excipit, ebur elephantem iacula non timere facit. Nec tamen ſine cauſa factum eſt, quod cum ſingula animalium naturæ ſuæ arma habeant ſecum nata, ſolus homo inermis naſcitur & nudus. Oportuit enim, ut illis quæ ſibi præuidere neſciunt, natura conſuleret: homini autem ex hoc etiam maior experiendi occaſio præſtaret, cum illa quæ cæteris naturaliter data ſunt, propria ſibi ratione inuentret, multo enim magis enitet nunc ratio hominis hæc eadem inueniendo, quàm habendo claruiſſet, nec ſine cauſa prouerbium ſonat, quod ingenioſa fames omnes excuderit artes.

Hugo in ſumma diſciplinari.

Diligenter obſeruandum eſt, ut membra ſingula ſuum teneant officium, ut neq; manus loquatur, nec os audiat, nec oculus linguæ officium aſſumat.

ibidem.

Alĩ nauigant brachijs incedentes, in duplici quodam monſtro, uno tempore pedibus deorſum in terra ambulantes, & lacertis ſurſum uolant in aera.

Innocen. de miſeria humana.

Formatus eſt homo de luto, de puluere, & de cinere, quodcunq; eſt uiliſſimo, & ſpurciſſimo ſpermate conceptus in fœtore luxuriæ, quodq; deterius eſt in labe peccati natus ad laborem, timorem, dolorem, miſerrimus ad mortem. Agit praua quibus offendit deum, offendit proximũ offendit ſeipſum, agit turpia quibus polluit famam, polluit perſonam, polluit conſcientiam, agit uana quibus negligit ſana, negligit utilia, negligit neceſſaria.

Lactant. Firmia. lib. 2. diuina. inſtitutio.

Omnis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Omnia enim tribus temporibus contineri neceſſe eſt, præterito, præſenti & futuro. Præteriti eſt origo, præſentis ſubſtantia, futuri diſſolutio. Quę omnia in ſingulis hominibus apparẽt. Incipimus enim cum naſcimur, & ſumus cum uiuimus, & deſinimus cum interimus. Vnde etiam tres parcas eſſe uoluerunt poetæ, unã quæ uitam hoĩbus ordinat: alteram quæ contexat: tertiam quæ rumpat & finiat, quæ in hoc uerſiculo cõtinentur: Clothocolum baiulat, Lachesis trahit, Atropos occat.

Lactantius Firmianus lib. 2. cap. 1. diuinar. inſtitutio aduerſus gentes.

Homines aũt ipſos miror ad tantã cæcitatem eſſe deductos, ut uero ac uiuo deo mortuos ante ferant: terrenos autem in terraq; ſepultos, eiq; fundatori ipſius terræ ſuit. Et tamen huic impiæ ſtati hominum poſſet uenia concedi, ſi omnino ab ignorantia diuini nominis ueniret hic error.

Ibidem.

At uero ſi qua grauis neceſſitas preſſerit, tũc deum recordantur. Si belli terror infremuerit, ſi morborum peſtifera uis incubuerit, ſi alimenta frugibus longa ſiccitas denegauerit, ſi ſęua tẽpeſtas, ſi grando ingruerit, ad deum confugitur, à deo petitur auxilium, deq; ut ſubeniat oratur. Si quis in mari uento ſeuiente iactatur, hunc inuocat: Si quis aliqua ui afflictatur, hunc potius implorat: ſi quis ad extremam mendicandi neceſſitatem deductus, victum precibus expoſcit, deum ſolum obteſtatur, & per eius diuinum atque unicum nomen, hominum ſibi miſericordiam quærit. Nunquid igit meminerunt, niſi dũ in malis ſunt? Poſtq; metus deſierunt, tum uero alacres ad deorũ templa concurrunt: his libãt, his ſacrificant, hos coronant. Deo autem quem in ſua neceſſitate implorauerunt, ne uerbo quidem gratias agunt. Adeo ex rerum proſperitate luxuria, ex luxuria uero uitia omnia, ſic impietas aduerſus deum naſcitur.

Ibidem cap. 12.

Deus igitur rerum omnium machinator, fecit hominem quod Cicero, quàmuis expreſcœleſtium literarum, uidit tamen: qui libro de Legibus primo, hoc idem tradidit quod prophetę, cuius uerba ſubieci: Hoc animal prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilij, quem uocamus hominem præclara quadam cõditione generatum eſſe à ſummo deo ſolum. Et enim ex tot animantium generibus etq; naturis, particeps rationis, cum cætera ſint omnia expertia. Videſne hominem quàm uis longe à ueritatis notitia remotum, tamen, quoniam imaginem ſapientiæ tuebatur intellexiſſe, non niſi à deo hominẽ potuiſſe generari.

Idem libro 2. cap. 13. diuin inſtit.

Cum ergo marem ad ſimilitudinem ſuam primum finxiſſet, tum etiam fœminã configurauit ad ixſius hominis effigiem, ut duo inter ſe permixti ſexus propagare ſobolem poſſent, & omnem terrã multitudine opplere. In ipſius autẽ hominis fictione illarum duarum materiarũ, quas inter ſe diximus eſſe contrarias ignis & aquæ concluſit, præfectq; rationem. Facto enim corpore ſpirauit ei animã de uitali fonte ſpiritus ſui, qui eſt perennis, ut ipſius mundi ex contrarijs conſtantis elemẽtis ſimilitudine gereret. Conſtat enim ex anima & corpore, id eſt quaſi è cælo & terra, quandoquidem anima qua uiuimus uelut é cælo oritur á deo: corpus è terra, q̃d è limo diximus eſſe formatum.

Lactan. Firma. lib. de opificio dei, uel formatione hominis cap. 2.

Dedit enim homini artifex ille noſter ac pater deus ſenſum atq; rationem, ut ex eo appareret nos eſſe generatos, quia ipſe intelligentia, ipſe ſenſus, ac ratio eſt.

Ibidem ea. octauo.

Cum igitur ſtatuiſſet deus ex omnibus animalibus ſolum hominem facere cæleſtem, cætera uniuerſa terrena, hunc ad cæli contemplationem rigidum erexit, ibi pedem conſtituit, ſcilicet ut eadem ſpectaret, unde illi & origo eſt. Illa uero depreſſit ad terram, ut quia nulla his immortalitatis expectatio eſt, toto corpore in humum proiecto uentri pabuloq; ſeruirent. Hominis itaq; ſoli recta ratio, & ſublimis ſtatus, uultus deo patri communis ac proximi originem ſuam fictorem q; teſtatur.

Seneca ad Lucilium epiſt. 50.

Punctum eſt quod uiuimus, & adhuc punctо minus, ſed hoc minimum ſpecie quadã longioris ſpatij natura deriſit. Aliud ex hoc infanti am fecit, aliud pueritiam, aliud adoleſcentiam, aliud inclinationem quandam ab adoleſcentia ad ſenectutem, aliud ipſam ſenectutem, in qua annus totus quoſdam gradus poſuit, cuius breuitatem aliquando cogitemus.

Idem ad Lucilium epiſt. 77.

Omnia ſuo bono conſtant, uitem fertilitas commendat, uinum ſapor, & uelocitas ceruũ, quare fortia dorſo iumenta ſint quæris: in cane ſagacitas prima eſt, ſi feras inueſtigare debet, curſus ſi conſequi audacia, ſi mordere & inuadere. Ad id quoq; optimum eſſe debet, cui naſcitur, quo cenſetur in homine optimum quidem ratio: hac antecedit animalia, deos ſequitur. Ratio ergo perfecta propriũ hominis bonum eſt, cætera illi cum animalibus ſatisq; cõmunia. Valet, & leones: formoſus eſt, & pauones: uelox eſt, & equi: corpus habet, & arbores: Impetum habet & motum uoluntarium, & beſtiæ & uermes: habet uocem, ſed quãto clariorem canes? acutiorem aquilæ? grauiorem tauri? dulciorem inobiliorum q; luſciniæ.

Ibidem.

Si quis omnia alia habeat ualetudinẽ, diuitias, imagines multas, frequens atrium, ſed malos ex confeſſo ſit, improbabis illum. Itẽ ſi quis nihil quidẽ illorum habeat quæ retulit, careat pecunia, clientum turba nobilitate, auorum & proauorum ſerie, ſi ex confeſſo bonus ſit, pro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

babis illum. Ergo hoc unum bonum hominis, quod quinō habet in oīm aliorum copia damnatur ac reiicitur? *Ibidem.*

Quæ conditio rerum, eadem hominum est. Nauis bona dicitur, non quæ pretiosis coloribus picta est, nec cui argenteum aut aureum rostrum est, nec cuius tutela ebore cælata est, nec quæ fiscis atq; opibus regijs pressa est, sed stabilis & firma, & iuncturis aquā excludētibus spissa, ad ferendū maris incursum solida, gubernaculo parens, uelox, & non sentiens uentos. Gladium bonum dices, non cui deauratus est balcheus, nec cui uagina gemmis distinguitur, sed cui ad secandum subtilis acies, & mucro mumentum omne rupturus. Regula nō q̄ formosa, sed q̄ recta sit quæritur: eo quicq; laudatur, cui comparatur, quod illi proprium est. Ergo in homine quoq; nihil ad rem pertinet, q̄ tum aret, quantū fœneretur, à q̄ multis saluteretur, q̄ pretioso incumbat lecto, q̄ perlucido poculo bibat, sed q̄ bonus sit. Bonus autem est, si ratio explicita, & recta, & ad naturæ suæ uoluntatē accommodata. Hęc uocatur uirtus, hoc est honestum, & unicum hominis bonum.

Ibidem.

Quid aūt sit hoc dicā. Vir bonus q̄d honeste se factuꝝ putauerit, faciet sine pecunia, & si laborioſum erit faciet, etiam si dānosum sit, faciet etiā si periculosum erit. Rursus quod turpe erit non facit, etiam si pecuniam afferat, etiā si uoluptatem, etiam si potentiam, ab honesto nulla re deterrebitur, ad turpia nulla spe inuitabitur.

Idem epist. 95.

Atqui uiuere mi Lucili, militare est.

Idem epist. 101.

Ois dies, omnis hora, q̄ nihil sumus ostēdit.

Seneca in Hercule furente, Tragedia. 1.

At gens hominum fertur rapidis obuia fatis
Incerta sui. Stigias ultro quærimus undas.

Ibidem.

Mortale cœlo non potest iungi genus. *Ibidem.*

Nulli iussu cessare licet,
Nulli scriptum proferre diem.

Valerius Maximus libro 2.

Thraciæ uero illa natio, merito sibi sapiētiæ laudem uendicauerit, quæ natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrat.

Ibidem.

Persarum admodum probabile institutum fuit, q̄ liberos suos non prius aspiciebant, q̄ septimum annum impleuissent, quo paruulorꝝ amissionem æquiore animo sustinerent.

Aristot. epistola ad Alexandrum.

O quàm contempta res homo, nisi supra humum se erexerit.

Aristot. libro 1. Metaphysicæ.

Omnes homines naturaliter scire desiderāt.

Ibidem.

Humanum genus, arte & rationibus uiuit.

Ibidem.

Humana natura multipliciter est ancilla.

Aristot. libro 2. Physicorum.

Nos sumus quodammodo finis omnium.

Ibidem.

Homo dicitur minor mundus, ſ. μικρόκοσμος.

Idem libro 1. anima.

Nullum animal excellit hominē in gustādo & tangendo. *Ibidem.*

Homo est prudentissimum animalium.

Ibidem.

Molles carne aptos mente dicimus, duros autem ineptos.

Arist. de causa longitudinis & breuitatis uitæ.

Gentes quæ in calidis regionibus sunt, lōgioris uitæ sunt, q̄ quæ in frigidis regionibus.

Ibidem.

Longissimæ uitæ animalium sunt homo & elephas. *Ibidem.*

Vita animalis stat per humidum & calidum.

Ibidem.

Masculi, si non coitui sunt, naturaliter sunt longioris uitæ, q̄ fœminæ.

Aristot. libro 1. de animalibus.

Nobilissimū & altissimū animal est homo.

Ibidem.

Frons magna significat declinantem ad stultitiam. *Ibidem.*

Frons parua significat leuitatem motus,

Ibidem.

Frons lata significat paruitatem discretiōis.

Ibidem.

Frons rotunda significat iracundiam.

Ibidem.

Omne animal habens aures, habet ipsas mobiles, præter hominem. *Ibidem.*

Aures multum prominentes & magnæ, significant stoliditatem & garrulitatem.

Ibidem

Situs cordis in medio pectoris est, sed in homine declinat modicū ad latus, ad sinistram partem.

Aristot. libro 3. de animalib.

Proprium hominis est canescere in senectute.

Ibidem.

Impubes castrati non barbescunt.

Ibidem.

Homo inter animalia est multi seminis.

Aristot. libro. 15. de animalibus.

Homines natura pingues raro generant.

Ibidem.

Sperma hominis est superfluum nutrimēti.

Aristot. libro 18. de animalib.

Viri multorum pilorum apud coxas, & à parte inferiori sunt multi coitus.

Aristot. libro 19 de animalib.

Homines tm̄ canescunt, & nō animalia, quia homo habet cerebrum ualde humidum.

Aristot. libro 3. Ethicorum.

Homo est principium suarum operationū.

Idem libro 1. Politicorum.

Homo naturaliter est animal politicū & ciuile. *Ibidem.*

Homini sermonem natura dedit.

ibidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibidem.

Homo ſolitarius, aut deus, aut beſtia.

Ibidem.

ὥσπερ γὰρ καὶ τελειωθὲν βέλτιστον τῶν ζώων ἄνθρωπός ἐστιν, οὕτω καὶ χωρισθὲν νόμου καὶ δίκης χείριστον πάντων id eſt,

Sicut optimum animalium eſt homo lege fruens, ſic peſſimum eſt animaliũ homo à lege, & iuſtitia ſeparatus. *Ariſtoteles 7. Politic.*

Inter omnia animalia ſolus homo rationem habet. *Ibidem.*

Finis generationis in uiris, ut in pluribus eſt numerus ſeptuaginta annorum, in mulieribus autem quinquaginta annorum.

Ariſtoteles libro de Senſu & ſenſato.

Solus homo ſentit & delectatur odoribus florum. *Plato in Timæo.*

Propter hoc eſt nobis datus ſermo, ut præſto forent mœtuæ uoluntatis indicia.

Porphyrius libro Vniuerſalium.

Homo differt ab aſino qualitate eſſentiali, id eſt, differentia ſpecifica, quæ dicitur rationalis.

Ibidem.

Sumus enim rationales nos & dij, ſed mortale appoſitum diſiungit nos ab illis.

Lucius Apuleius de deo Socratis.

Præſtantiſſimum animal eſt homo in terris exiſtens. *Ibidem.*

Improuiſa pericula hominibus ſubito oriuntur. *Ibidem.*

Nihil eſt deo ſimilius & gratius, q̃ uir animo profecto bonus, qui homiuibus cæteris antecellit, quod ipſe à dijs immortalibus diſtat.

Cicero libro 1. de Oratore.

Quid porro tam regium? tam liberale? tã munificum? quàm opem ferre ſupplicibus, excitare afflictos, dare ſalutem, liberare à periculis, retinere homines in ciuitate.

Cicero in prologo Rhetoric. ueterum.

Nam fuit quoddam tempus, cum in agris homines paſſim beſtiarum more uagabantur, & ſibi uictu ferino uitam propagabant, nec ratione animi quicquam, ſed pleraque uiribus corporis adminiſtrabant. Nondum diuinæ religionis non humani officij ratio colebatur: nemo nuptias uiderat legitimas, nõ certos quiſquam aſpexerat liberos: non ius, æquabile quid utilitatis haberet acceperat. Ita propter errorem atque iuſtitiam cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad ſe explẽdam uiribus corporis abutebatur pernicioſiſſimis ſatellitib⁹. Quo tempore quidam magnus uidelicet uir, & ſapiens, cognouit, quæ materia eſſet, & quantas ad maximas res opportunitas ineſſet hominũ animis, ſi quis eam poſſet allicere & præcipiendo meliorem reddere. Qui diſperſos homines in agris, & in tectis ſilueſtribus abditos & ratione quadam compulit in unum locum, & congregauit, & eos in unamquamque rem inducẽs utilem atque honeſtam, propter inſolentiã primo reclamantes, deinde propter rationem atq; orationem ſtudioſius audientes, ex feris & immanibus mites reddidit & manſuetos.

Cicero libro de Somno Scipionis.

Nihil eſt illi principi deo, qui omnẽ hunc mũdum regit, quod in terris fiat acceptius, quã concilia cœtus q̃ hominum iure ſociati.

Cicero libro 1. de Legibus.

¶ Nihil eſt unum uni tam ſimile quam omnes inter nos ſumus. *Ibidem.*

¶ Homines ad iuſtitiam nati. *Ibidem.*

Animal hoc prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilij, quem uocamus hominem, præclara quadam conditione generatum eſt. *Ibidem.*

Itaq; ex tot generibus nullum eſt animal præter hominem, quod habeat notitiã aliquã dei.

Ibidem.

Eſt igitur homini cum deo ſimilitudo: quod cum ita ſit; quæ tandẽ poteſt eſſe ꝓpior, certiorue cognatio? itaq; ad hominum commoditates & uſus, tantam rerum ubertatem natura largita eſt, ut ea quæ gignuntur donata cõſulto nobis non fortuito nata uideantur. Nec ſolum ea quę frugibus atq; baccis terræ profundũtur: ſed etiam pecudes, quod perſpicuũ ſit, partim eſſe ad uſum hominum, partim ad ueſcendum procreatas.

Ibidem.

Ipſum autem hominem eadem natura nõ ſolum celeritate mentis ornauit, ſed etiam ſenſus tanq̃ ſatellites attribuit ac nuncios, & rerum plurimarum obſcurarum neceſſarias intelligentias enodauit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ, figuram q̃ corporis habilem & aptam ingenio humano dedit. Nam cum cæteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominẽ erexit, & ad cœli quaſi cognationis domicilij q̃ priſtini conſpectum excitauit. Tum ſpecie mira firmauit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret. Nam & oculi nimis arguti quemadmodum animo affecti ſumus loquuntur, & is qui appellatur uultus, qui nullo in animãte eſſe præter hominem poteſt, indicat mores, cuius uim Græci norunt, nomen omnino non habent. Omitto opportunitates habilitates q̃ reliq̃ corporis, moderationem uocis, orationis uim quæ cõciliatrix eſt humanæ maximæ ſocietatis.

Ibidem.

Etenim ratio eſt, qua una præſtamus beluis, per quam coniectura uaſemus, argumentamur, refellimus, differimus, conficimus, cõcludimus.

Cicero libro de Senectute.

Sed credo deos immortales ſparſiſſe aĩos in corpora humana, ut eſſent qui terras tuerẽtur, quiq; cæleſtium ordinem contemplantes imitarentur. *Idem de Orat. lib. 3.*

O fallacem hominum ſpem, fragilemq; fortunam, & inanes noſtras cõceptiones, quæ mediocri in ſpacio ſæpe frangũtur & corruunt, & cum ipſo curſu ante obruuntur, q̃ portum cõſpicere ualuerint.

Cicero libro 1. Officiorum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Atq; ut placet Stoicis, quæ in terris gignũtur omnia ad usum hominũ creari, homines autẽ hominũ causa esse generatos, ut ipsi inter se alijs alij prodesse possint. *Ibidem lib. 2.*

Atq; ut magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominũ atq; consensu, sic nulla tã detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. *Idem libro 2. de Natura deorum.*

Omnium animantium formã, uincit hominum figura. *ibidem.*

Est enim uis tanta naturæ, ut homo nemo uelit nisi homini similis esse, & quidẽ formica formicæ. *ibidem.*

Quorum igitur causa quis dixerit effectum esse mundum? eorum scilicet animantium quæ ratione utuntur. Hi sunt dij & homines quibus profecto nihil est melius, ratio est enim quæ præstat omnibus. ita fit credibile, deorum & hominum causa factũ esse mundũ, quæq; in eo mundo sit omnia. Facilius q; intelliguntur à dijs immortalibus hominibus esse prouisum, si erit tota hominis fabricatio perspecta omnisq; humanæ naturæ figura atq; perfectio.

ibidem.

Ad hanc prouidentiam naturæ tam diligentem tamq; solertem, adiungi multa possunt, ex quibus intelligitur quãtæ res hominibus à dijs, quamq; eximiæ tributæ sunt, qui prius eos humo excitatos, celsos & erectos cõstituit, ut deorum cognitionem cœlum intuentes capere possent. Sunt enim ex terra homines, non ut incolæ & habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atq; cœlestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet.

ibidem.

Sensus aũt interpretes, & nuntij rerum in capite, tanq; in arce mirifice ad usus necessarios & facti & collati sunt. Nam oculi tanq; speculatores altissimũ locũ obtinẽt, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere. Et aures cum sonum recipere debeant qui natura in sublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatæ sunt, itemq; nares eo q; omnis odor ad superiora fertur, recte sursum sunt: & q; cibi & potionis indicium & eorũ magnũ est, nõ sine causa uicinitatem oris secutæ sunt. Iam gustus qui sentire eorũ quibus uescimur genera debet, habitat in ea parte oris qua esculentis & poculentis iter natura patefecit. Tactus autem toto corpore æqualiter fusus est, ut omnis ictus, omnesq; min. mos & fridoris & caloris appulsus sentire possimus. Atq; in ædificijs architecti auertunt ab oculis naribusq; dominorum ea quæ profluentia necessario tetri essent aliquid habitura: sic natura res similes procul emendauit à sensibus.

ibidem.

Terrenorum item cõmodorum omnis est in homine dominatus: non campis nos montibus fruimur, noæri sunt amnes, nostri lacus: nos fruges serimus, nos arbores, nos aquarũ inductionibus terris fœcunditatem damus, nos flumina arcemus, dirigimus, auertimus: nostris denique manibus in rerum natura quasi alteram naturã efficere conamur. *ibidem.*

Quid uero hominum ratio nõ in cœlum usq; penetrauit? Soli enim examinãtibus nos astrorum ortus, obitus, cursusq; cognouimus. Ab hominum genere finitus est dies, mensis, annus, defectiones solis & lunæ, & cognitæ, prædictæq; in omne posterũ tempus, quæ, quantum quidq; futuræ sint. *Ibidem.*

In homine ratio est, quia nihil potest esse præstantius. *Ibidem.*

In homine mens est, in belua quiddam sine mentis, unde oriuntur rerum appetitus.

Cicero libro 2. de Diuinat.

Quid dissimilitudo locorum, nonne dissimiles hominum procreationes habet?

Cicero li. 2. de finibus bonorum & malorum.

Ad maiora enim natura nos genuit & cõformauit, ut mihi quidem uideatur, ac fieri potest, ut errem, sed ita prorsus existimo.

Ibidem.

Hi uiderunt, ut ad cursum equum, ad arandũ bouem, ad indagandum canem, sic hominem ad duas res, ut ait Aristot. intelligendum & ad agendum esse natum, quasi ĩmortalem deũ.

Ibidem.

Homines enim etsi multis alijs, tamen hoc à bestijs plurimum differunt, q; rationẽ habeant à natura menti datam & acrem & uigentem celerrimeq; multa simul agitantem: &, ut ita dicam, sagacem, quæ & causas rerum & consectiones uideat, & similitudines transferat, & dissuncta cõiungat, & cum præsentibus futura copulet, omnemq; complectatur uitæ consequentis statum. Eademq; ratio fecit hominem appetentem, cumq; his natura & sermone & usu cõgruentem, ut profectus à charitate domesticorũ ac suorum currat longius, & se implicet primo ciuium, deinde omnium mortalium societate, atq; ut ad Architam scripsit Plato, non sibi soli natum meminerit, sed patriæ, sed suis, ut per exigua pars sibi relinquatur.

Ibidem.

Et qm̃ eadem natura cupiditatẽ ingenuit homini ueri inueniendi, q̃d facillime apparet, cum uacui curis, etiã quid in cœlo fiat scire auemus. His initijs inducti oĩa uera diligimus, i. fidelia, simplicia, constantia, tum uana, falsa fallentia odimus, ut fraudem, periurium, malitiã, iniurã.

Cic. li. 2. de Finibus bonorũ & malorũ, in fine.

Ad altiora quædam & mihi crede Torquate, nati sumus, nec id ex animi solũ partibus, in quibus ineſt memoria rerum innumerabiliũ, uitæ quidem infinita ineſt coniectura consequentium, non multum à diuinatione differens, ineſt moderator cupiditatis pudor, ineſt ad humanam societatem iustitiæ fida custodia, ineſt in perpetiendis laboribus, adeundisque periculis fixa & stabilis doloris mortisq; contemptio.

Cornelius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

¶ *Cornelius Tacitus.*

Cuncta mortalium incerta.

¶ *Saluſtius in Iugurtha.*

Humanæ res fluxæ, ſemper in aduerſa mutãtur. *Homerus in ζ Iliados.*

ὥσπερ φύλλων γενὴ τοίκλε καὶ ἀνδρῶν
φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάλε χέει, ἄλλα δε θ' ὕλη
τηλεθόωσα φύει ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη:
ὣς ἀνδρῶν γενεὴ ἣ μὲν φύει ἣ δ' ἀπολήγει. id eſt,

Quale foliorum genus, tale & hominum.
Folia quidẽ alia uẽtus humi fũdit, alia ỽo ſylua
Pullulans gignit. quando ueris uenit tempus:
Sic hominũ quidẽ genus, aliud quidem naſcit,
aliud autem moritur. *Homerus in o Iliad.*

ἀργαλέον δὲ
πάντων ἀθρώπων ῥῦσαί γενεήν τε τόκον τε. id eſt,

Difficile autem
Omnium hominum ſeruari genus & proles.

Idem in ζ Iliados.

οὐ μέν γὰρ πῃ ἔσι ὀλυγώτερον ἀνδρὸς
πάντων ὅσα τε γαῖαν ἐπιπνείετε καὶ ἕρπετ': id eſt,

Non quidem certe eſt aliquid miſerius hoïe,
Omnium qui ſpirant, & per terram ſerpunt.

Idem in ϕ Iliados.

οὐδ' ἄρα πω ὅ γ' ἦεν
ἐν πάντεσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γένισθαι. id eſt,

Nondum profecto accidit
In omnibus operibus peritum uirum naſci,

ibidem.

πάντεσ δὲ θεῶν χαθέουσι ἄνθρωποι. id eſt,

Omnes autem deis indigent homines.

Idem in ξ Odyſſeæ.

ἄλλος γὰρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐσὶ τέρπεται ἔργοις. id eſt,

Alius enim alijs homo delectatur operibus.

Phocylides.

σῶμα γὰρ ἐκ γάτησ' ἐχομέν πάντα πρὸσ' αὖτιν.
λυσσεῖνον, κόνισ' ἐσμέν, ἀνὰ πνεῦμα δὲ λείπομεν.

Corpus eñ ex terra habemus & penit9 in ipſã
ſoluti puluis ſumus, aer uero ſpũ recipit. Idẽ.

οὐ πολύν ἄνθρωποι ζῶμεν χρόνον, ἀλλ' ὀλίγερον. id eſt,

Nõ multũ homines uiuimus tẽpus, ſed breue.

Palladas.

ἀν' μνήμησ' ἄνθρωπε λάβησ', ὁ πατὴρ σε τι ποιῶν
ἔσπειρεν παῦροκ τῆσ' μεγαλοφροσύνησ.
ἀλλ' ὁ πλάτων σοὶ τῦφον ὀνειροδόσων ἐνίφυσεν,
ἀθάνατον σε λέγων, καὶ φυτὸν οὐράνιον.
ἐκ πυλῶ γέγονασ τι φρονεῖσ μέγα τοῦτο μὲν οὕτως
εἰπ' ἄρα τισ κοσμῶν πλάσματι σεμνοτέρῳ.
ἀλλ' κόγον ζήτεισ τὸν ἀληθινὸν ἐξ ἀκαλάσου
λαγνείασ γέγονασ, καὶ μιαρᾶσ ῥανείσ. id eſt,

Si reminiſcentiã hõ cœperis, pater te qd faciẽs
Seminauit ceſſabis à ſuperbia.
Sed Plato tibi ſuperbiam ſomnians indidit,
Immortalem te dicens, & plantam cœleſtem:
Ex cœno natꝰ es, qd ſupbis ualde? hoc quidẽ ſic
Diceret utiq; aliqs ornãs figmẽto uenerabiliori.
Si autem rationem quæris uerã, eximmodeſta
Libidine natus es, & ex fœda gutta.

Sophocles in Aiace furente Vlyſſi uerba.

ὁρῶ γὰρ ὑμᾶσ οὐδὲν ὄντασ' ἄλλο πλὴν
εἴδωλ', ὅτοτεο ζῶμεν, ἢ κούφην σκίαν. id eſt,

Video enim nos nihil eſſe aliud, præter
Simulacra, quicunq; uiuimus, uel leuẽ umbrã.

Idem Aiacis uerba.

ἀὶ χρόνος γὰρ ἄνδρῶ μακροῦ χρύζειν βίου,
κάκοισιν ὅσισ μήδεμ ἐξαλλάσσεται. id eſt,

Turpe eſt emũ uirum longam appetere uitã,
A malis qui nihil liberatur. *Idem.*

οὐκ ἄρ' πριάμην ὑλενόσλόγου βροτοῦ,
ὅσισ κενοισιν ἔλπισι τέρπεται id eſt,

Non uticq; emerem ne uerbo quidẽ mortalẽ,
Quicunq; uanis ſpebus delectatur.

Virgilius libro 3. Georgico.

Optima quẽq; dies miſeris mortalibus ævi
Prima fugit ſubeunt morbi, triſtisq; ſenectus,
Et labor, diræ rapit inclementia mortis.

Ouidius libro 1. Metamorphoſ.

¶ *Sanctius his animal, mentisq; capacius altæ*
Deerat adhuc, & quod domi nari in cætera poſſet,
Natus homo.

Ibidem.

Pronaq; cum ſpectent animalia cetera terram,
Os homini ſublime dedit, cœlumq; uidere
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere uultus.

Ouidius Metamorph libro 6. fabula 6.

Proh ſuperi quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent.— *Idem libro 15. fabula 3.*

Noſtra quoq; ipſorum ſemper requieq; ſine ulla
Corpore uertuntur, nec quod fuimus ue ſumus ue,
Cras erimus.—

Iuuenalis Satyra 15.

— Molliſſima corda
Humano generi dari ſe natura fatetur
Quæ lachrymas dedit. Vide ſupra in Clementia.

Siluius Italicus.

Nonne uides hominum ut celſos ad ſidera uultus
Suſtulerit deus, ac ſublimia finxerit ora.
Cum pecudes uolucrumq; genus formasq; ferarum
Segnem atq; obſcœnam paſſim ſtrauiſſet in aluum.

Catullus Elegia 1.

Mens hominum tantis fluctuat uſq; malis.

Dantes Paradiſi cant. cap. 1.

O inſenſata cura de mortali,
Quanto ſon' defectiui i ſillogiſmi,
Quie che ti fano in baſſo bater lali. *id eſt,*

O amens cura mortalium,
Quam ſunt defectiui ſyllogiſmi
Illi qui faciunt ut deorſum alas quatias.

Franciſcus Petrarcha ſoneto 27.

Quanto piu mauicino al giorno extremo,
Che lhumana miſeria ſol far breue,
Piu uegio el templo andar ueloce & leue,
El mio di lui ſperar fallace & ſcemo. *id eſt,*

Quanto magis apropinquo diei extremo,
Quem humana miſeria breuem efficit,
Magis uideo tempus incedere ueloxe & breue,
Et meam de eo ſpem fallacem & uanam,

Idem Soneto 81.

Poi che uoi e io piu uolte habiam prouato,
Come l noſtro ſperar torna fallace,
Dietro quel ſonno ben che mal non ſpiace:
Leuati il cor a piu felice ſtato,
Queſta uita terrena e quaſi un prato:
Chel ſerpente tra fiori & therba giace

Et ſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Et ſe alcuna ſua uiſta à gliochij piace,
E per laſſare piu lanimo inueſcato.
Voi donche ſe cerchati hauer la mente
Anci lextremo di queta giamai,
Sequiti ipochi & non la uulgar gente. *ideſt,*
Poſtq̃ uos & ego ſæpius experti ſumus,
Vti noſtra ſpes fallax reuertitur,
Poſt eum ſomnum qui nunq̃ diſpliceat,
Tollite cor ad fœliciorem ſcatum.
Hæc uita terrena eſt uelut pratum:
Nam ſemper intra flores & herbam iacet:
Et ſi quæpiam eius uiſio oculis placet,
Relinquet animum uiſco hærentem magis.
Vos itaq; ſi quæritis habere mentem
Ante extremum diem tacentem nunquam,
Sequimini paucos & non uulgares homines.

Franciſcus Petrar. ſoneto 230.

O noſtra uita, che ſi bella in uiſta,
Cum perge ageuoimente in un matino.
Quel chen multi anni a gran pena ſaquiſta. *id eſt,*
O noſtra uita, quæ tam pulchra eſt extra,
Quam facile amittit die uno
Id quod multis annis magno labore acquiritur.

Franciſcus Petra. ſoneto 232.

La uita fuge, & non ſarreſta un hora.
Et la morte uien dietro a gran giornate,
Ele coſe præſente & le paſſate
Mi dano guerra & le future anchora. *ideſt,*
Vita fugit, nec una quidem hora moratur,
Et mors retro ſequitur iter accelerans,
Et res præſentes ſimul & præteritæ
Mecum bella gerunt atq; futuræ.

Franciſcus Petrar. ſoneto 258.

Veramente ſi an noi puluere & umbra,
Veramente la uogla cæca engorda.
Veramente fallace e la ſperanza. *id eſt,*
Vere ſumus puluis & umbra,
Vere uoluptas ipſa cæca & rudis,
Vere fallax eſt & ipſa ſpes.

Idem ſoneto 304.

O tempo, & ciel uolubil, che ſi fugiendo
Inganni i ciechi e miſeri mortali.
Odi ueloci piu che uento & ſtrali,
Hora ab experto uoſtro frode intendo.
Ma ſcuſo uoi, & me ſteſſe reprendo,
Che natura a uolar ui aperſe lali,
A me dedeochij, & io piu ne mei mali
Li teni, unde uergongna & dolor prehendo. *id eſt,*
O tempus, o cœlum uolubile, quod dū fugis
Decipis cæcos & miſeros mortales.
O dies uelociores uento ſagittisq;,
Nunc expertus ueſtras fraudes intelligo.
At excuſo uos, & meipſum arguo,
Quod natura uobis ad uolandum aperuit alas,
Mihi tribuit oculos quos ego in meis malis
Detinui, unde & dedecus & pœnam capio.

Idem ſoneto 221.

Et uegio ben chel noſtro uiuer uola
Et cheſſer non ſi po piu duna uolta. *id eſt,*
Video i dubie quẽ ad modũ noſtrũ uiuere uolat
Et quod non niſi ſemel eſſe poſſumus.

HOmicidium græce φόνος & φονεύς homi cida dicitur. Eſt autem homicidium hominis ab homine facta cæſio. Homicidiũ uoluntarium dicitur, quod animo & intentione occidendi hominem cum effectu perpetrat. Componunturq; homicidia & homicidium ex homo & cædo.

Geneſis cap. 9.

Quicunq; effuderit humanum ſanguinẽ, fundetur ſanguis illius. *Exodi 20.*

Non occides. *Exodi 21.*

Qui percuſſerit hominẽ uolens occidere, more moriatur. *Ibidem.*

Si quis per induſtriã occiderit proximũ ſuũ, & per inſidias, ab altari meo auelles eũ, ut more moriatur. *ibidem cap. 22.*

Si effringens fur domũ ſiue ſuffodiẽs fuerit inuentus, & accepto uulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis: quod ſi orto ſole hoc fecerit, homicidiũ perpetrauit, & ipſe moriatur. *Leuitici 24.*

Qui percuſſerit & occiderit hominem, more moriatur. *Numeri 35.*

Si quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit q̃ percuſſus eſt, reus erit homicidij, & ipſe morietur. *Deuterono. cap. 5.*

Non occides. *Matthæi cap. 5.*

Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio.

Auguſt. libr. 2. contra Manichæos, & habetur 32. q. 4. Ille gladium.

Ille gladium accipit, qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate uel iubente uel concedente, in ſanguinem alicuius armatur.

Aug. li. de Ciui. dei, & hab. 23. q. 5. Si non licet.

Si non licet priuata poteſtate alicui hominẽ occidere innocentẽ, cui occidendi licentiam lex nulla concedit: profecto etiam qui ſeipſum occidit, homicida eſt, & tanto nocentior cum ſe occiderit, quãto innocentior in ea cauſa fuit, qua ſe occidendum putauit.

Aug. ad Public. & hab. 33. q. 5. De occidendis.

De occidendis hominibus, ne ab eis quiſq̃ occidatur, non mihi placet conſilium, niſi forte ſit miles, aut publica functione teneatur, ut non p ſe hoc faciat, ſed pro alijs, uel pro ciuitate ubi etiam ipſe eſt, accepta legitima poteſtate, ſi eius congruit perſonæ.

Auguſtinus libro 1. de Ciuitate dei.

Qui ſine publica adminiſtratione maleficum interfecerit, uelut homicida iudicabitur, & tanto amplius, quanto ſibi poteſtatem à deo non conceſſam uſupare non timuit.

Auguſtinus ſuper Ioannem.

Homicida dicitur diabolus, non gladio armatus, non ferro accinctus, ad hominẽ uenit. Verbum ſeminauit & occidit: noli ergo te putare non eſſe homicidam, quãdo fratri tuo mala perſuades, occidis: ut ſcias quia occidis, audi Pſalmiſtam: Filij hominum dentes eorum arma, & ſagittæ linguæ eorum, & machæra acuta.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Auguſt. & hab. de pœni. diſt. 1. Homicidium.

Homicidium lege uetitũ, putabatur nõ aliud eſſe niſi corporis peremptio. Aperuit ergo dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidij genere deputari.

Auguſt. & habetur ibidem Periculoſe.

Periculoſe decipiuntur, qui æſtimant eos tantum homicidas eſſe, qui manibus hominẽ occidunt & non potius eos p quorum conſilium & fraudẽ, & exhortationẽ homines extinguũtur.

Hiero. & habetur 15. q. 1. Si quis.

Si quis nõ iratus, ſed propter diſciplinã aliquẽ uerberauerit, uel palmam alicui dederit & caſu occiderit, ſicuti fieri ſolet; quantũ ad gratiam innocens eſt, quia uoluntatem nõ opus requirit. Quantũ aũt ad legẽ reus eſt, qa opa lex quærit.

Hieron. in Ionam prophetam, & habetur 23. quæſt. 5. Non eſt Noſtrum.

Non eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatã ab alijs libenter accipere.

Hierony. & habetur de pœnit. diſt. 1. Omnis iniquitas.

Omnis iniquitas & oppreſſio & iniuſtitia, iudicium ſanguinis eſt: & licet gladio nõ occidas, uoluntate tamen interficis.

Hier. in Ionã pro. & hab. de pœni. diſt. 23. q. 5. Miles.

Miles cum obediẽs poteſtati ſub qua legitime conſtitutus eſt hominem occidit, nulla ciuitatis ſuæ lege reus eſt homicidij, imo niſi fecerit, reus eſt imperij deſerti atq; contempti. Quod ſi ſua ſponte atque auctoritate feciſſet, in crimen effuſi humani ſanguinis incidiſſet. Itaq; unde punitur ſi fecerit iniuſſus, inde punietur ſi nõ fecerit iuſſus.

Hierony. in quæſtionibus Exodi & habetur 23. q. 5. Cum miniſter.

Cum miniſter iudicis occidit eum, quem iudex iuſſit occidi, profecto ſi id ſponte facit, homicida eſt: ſi eum occidat, quem ſcit à iudice debuiſſe occidi.

Hiero. ibidem, & habetur ibid. Lex.

Lex æterna ita medio quodam loco poſuit aliqua ut in eis uſurpãdis merito reprehendatur audacia, in exequendis iure laudetur obedientia. Abraam ſi ſpõtaneus in occidendo filio motus fuiſſet, execrabilis haberetur. At iubẽti deo obſecundans famulatus eſt.

Ambroſi. libro 3. de Officijs.

Pythagoræ præceptum fuit, niſi iuſſu imperatoris, ſcilicet dei, de ſtatione non diſcedere, id eſt animam è corpore non educere.

Grego. & habetur 23. q. 8. Si in morte.

Si in morte Longobardorum me miſcere uoluiſſem, hodie Longobardorum gens, nec regem nec ducem haberet Sed quia deũ timeo, in mortem cuiuslibet hoĩs me miſcere formido.

Gregorius ſuper Ezechiæ.

Tot occidimus quod ad mortem ire quotidie tepidi & tacentes uidemus.

Caſſiod ſuper Pſalmo 62.

Nõ intereſt quis occidat, ſi innocẽtem aliquis occidendum eſſe pronunciet.

Palladas.

εἰ τοὺς ἀνοσφρύνους ἐυδαὶ μονασ ἐνθσ ὁρδμεν,
ὀυπανὺ θαυμάζω, ϝ λιὸσ ἐσὶ γέρας.
γὰρ γεννήσαν& μεμισηκώσ χὰι ἐκεῖνοσ
ητεῖν ν ἂν εἰ ὄκρόνοσ ὁιητὸσ ἐτύχανεν ὢν.
ἀντὶ δὲ τοῦκτεῖναισύν το σ τίτηση κ. λα ζ.
λοιμὸν δσλυσὴν ἐσ τὸ βέρατρον ἐν ἐι. id eſt,

Si homicidas fœlices eſſe uidemus,
Non ualde admiror, Iouis eſt honor.
Genitorem enim odio perſequens, & ille
Interfeciſſet utiq; ſi Saturnus mortalis fuiſſet.
Sed loco cedis cum Titantibus punit,
Ligatum tanq; latronem, in barathrum immittens.

Ouidius Faſtorum libro 2.

Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis,
Fluminea tolli poſſe putatis aqua.

Idem Artis libro 1.

Vacuas cædis habete manus.

Sillius libro 4.

Cædumq; feros auertite ritus.

Tibullus libro 3. elegia 4.

Nec mea mortiferis infecit pocula ſuccis
Dextera, nec cuiq; certa uenena dedi.

Iuuenalis ſatyra 10.

Et qui nolunt occidere quenq;
Poſſe uolunt. Idem ſatyra penultima.
Sed iam ſerpentum maior concordia parcit
Cognatis maculis ſimilis fera, quando leoni
Fortior eripuit uitam leo quo nemore unq;
Expirauit aper, maioris dentibus apri.

HOneſtas græce σεμνότης & σεμνύνω honeſto dicitur. Eſt aũt honeſtas molis compoſita q; moroſitas, ſecundum Ariſtotelem libro Rheto. Honeſtus græce καλός dicitur. Eſt aũt honeſtum id quod tale eſt, ut detracta omi utilitate, ullis præmijs fructibusq; per ſeipſum poſſit iure laudari, quod quale ſit, nõ tam diffinitione, q̃ ſum uſus, intelligi poteſt, quanq; aliquãtum poteſt, q; cõmuni omniũ iudicio, & optimi cuiuſq; ſtudijs aut factis, qui multa ob eã cauſam faciunt, quia decet, quia rectum, quia honeſtum eſt, & ſi nullum conſecutorum emolumentũ uident, ut enim conſuetudo loquitur, id ſolum dicitur honeſtum, q̃d eſt populari famaq; glorioſum ſecundũ Cic. libro 2. de fini. bonorũ & mal. Honeſtũ idẽ eſt, quod ſpiritualis pulchritudo, uel quod eſt honore dignũ, & eſt idem quod uirtus. ex b. Tho. ſecunda Secũdæ quæſt. 145. art. 1. Refertur nõ nunq; ad corporis pulchritudinẽ. Tere. Ita me dij ament honeſtus eſt, hoc eſt formoſus. *Eccleſiaſt cap. 11.*

Paupertas & honeſtas à deo ſunt.

Auguſt. libro 2. de Ciuitate dei.

Tanta eſt probitatis uis & honeſtatis, ut pene omnis eius laude moueat humana natura, nec uſq; adeo ſit turpitudine uitioſa, ut totum amittat ſenſum honeſtatis.

Ambroſius libro 2. de Officijs.

Tantus ſplẽdor honeſtatis eſt, ut uitã beatã efficiat trãquillitas cõſcietię & ſecuritas innocẽtię

Seneca ad Lucilium epiſt. 20.

Melius probas honeſta, quàm lequaris. Vides ubi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ubi posita sit fœlicitas, sed ad illam puenire non audes. *Cicero libro Officierum.*

Nihil turpe faciendū bono uiro, etiā si ex omni parte lateat, etiam si oēs deos, homines q̄ cęlare possimus. Nihil tamē in nobis auare, nihil iniuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendū. Sapiētis enim est proprium nihil quod pœnitere possit facere, nihil iniuste, sed splendide, constanter, grauiter, honeste omnia.

idem Officiorum lib.

Quod eñ uiriliter magnoq̄ animo fit, id dignum uiro & decorū uidetur, q̄ contra fit, id ut turpe est sic indecorū, quare pertinet q̄dē ad omnem honestatē hoc quod dico decorū. & ita pertinet, ut non recōdita quadā ratione cernatur, sed sit in promptu. *ibidem.*

Illud enim honestū (quod sæpe diximus) etiā si in alio cernimus, tñ nos mouet, atq̄ illi in q̄ id in esse uidetur, amicos facit. *ibidem.*

Nihil honestū esse potest, quod iustitia uacet.

idem libro tertio.

Atq̄ illud quidem honestū, q̄ proprie uereq̄ dicit id in sapiētibus est solis, neq̄ à uirtute unq̄ diuelli potest. In his aūt in q̄bus sapientia p̄fecta non est ipsum illud quidē perfectū honestū nullo modo esse potest, sed similitudines honesti esse possunt. *Ibidem.*

Curigitur id qd̄ utile uidet in amicitia, cū eo q̄ honestū est comparat, iaceat utilitatis species, ualeat honestas. *Ibidem.*

Tanta uis est honesti, ut speciem utilitatis obscuret. *ibidem.*

Honestate igitur dirigenda utilitas est.

HOnor græce τιμή ῆσ ἡ τιμικόσ οῦ ὁ honorabilis dicitur, & τιμάω honoro. Est aūt honor proprie reuerentia & dignitas, quæ quauis ex causa alicui exhibet. Virgil. Haud equidē tali me dignor honore. Et qm̄ multa sunt p̄pter quæ honorem exhibere solemus, factum est: ut prodiuersitate subiectæ materiæ hoc uocabulū diuersa significet. Hinc aliquādo honorem p̄ pulchritudine ponimus. Virgil Frigidus & syluis aquilo decussit honorē. Aliquando p̄ obseruantia & cultu. Virg. Semper honore meo, semper celebrare donis. Interdū p̄ pudicitia, nōnunq̄ pro præmio. Virgil. Ipsis præcipue ductoribus addit honores. Quādoq̄ pro sepultura. Virgi. Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes.

Honor municipalis est reipub. administratio cum dignitatis gradu, siue cū sumptu, siue sine erogatione contingens, secundū Callistratum Iurisconsultum. Ab honor fit honoro uerb. q̄ est colo & ueneror, & honorificū, q̄ est plenū honoris & honestū & honestas. De q̄bus infra.

Honor est maximum bonorum exteriorum, secundum Aristot. libro quarto Ethic.

Honor est bñfactiuæ gloriæ indicium, scđm Arist. libro 1. Rhe. Honor est cuiuslibet uirtutis præmium sec. b. Tho. secund. Secundæ q. 129. artic. 4. *Proucrb. cap. 5.*

Ne des alienis honorem tuum.

Paulus ad Corinthios prima cap. nono.

Bonum est enim mihi magis mori, q̄ ut gloriam meam quis euacuet.

Augst libro 5. de Ciui. dei.

Regum gentiū, nationumq̄ imperium penes reges erat, quos ad fastigium honoris nō ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat. *Ibidem.*

Gloriam & honorem non debet sequi uirtus, sed ipsa uirtutem. Vnde honores quos expetūt multi, Cato petere nō debuit, sed eos ciuitas ob eius uirtutem non petenti dare.

Ibidem.

Nō est in hac uita in actione amādus honor, sed opus, quod per eundem honorem fit uel potestatem, si recta atq̄ utilis sit.

Grego. Eulogio patriarchæ Alexandrio & hab. dist. 99, Ecce, in præfatione.

Ego non uerbis quæro prosperari, sed moribus; nec honorē esse deputo, in quo fratres meos honorē suum perdere cognosco. Meus nāq̄ honor uniuersalis ecclesiæ, meus honor est fratrum meorum solidus uigor. Tunc ego honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur.

Greg. Singrio episc. & hab. dist. Exrationis.

Cum honoris augmento cura quoq̄ solicitudinis debet excrescere, ut cultui uestiū actionis quoq̄ ornamēta cōueniant, oportet ut enixius in cunctis studijs se uestra fraternitas exerceat, & circa subiectorum actus sit cura uigilans.

Grego. Mauricio, & hab. 2. q. 1. Sacerdotibus,

Sacerdotib, aūt non ex terrena. Vide in Sacerdos infra *Gregr. in Registro.*

Deiecisti eos dū alleuare ē, cum alleuat deiicitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit.

Chrys. & hab. dist. 41. Multi sacerdotes.

Qui bene sederit sup cathedram, honorē accipit cathedræ, q̄ male sederit, iniuriā facit cathedræ. *Idem super Matthæum.*

Honoris magnitudo, his q̄ non digno uiuūt honore, stimulus incipit esse pœnarum.

Ibidem.

Omnes quidem de suo honore soliciti sunt, de honore autem dei nullus.

Ioan. Chrysost. de Reparatione lapsi.

Honor uerus uirtus animi est: hic honor nec Cæsaribus præstatur, neq̄ adulatione conquiritur, nec pecunia præparatur. Nihil fucati in se habet, nihil simulati, nihil occulti, huius honoris successor ē nullus accusator, nullus ingratus.

Cassiodorus lib. 4. epistolarum.

Decet quidem cunctos patriæ suæ augmenta cogitare, sed eos maxime quos respublica sibi summis honoribus obligauit. Quia rectum est, ut eum necesse sit plus debere, qui uisus est maiora suscipere.

Ibidem.

Dignum uidetur ut qui est scientia præditus, reddatur honore reuerendus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Boetius de consol philosophiæ libro 3.

Quis igitur illos pullos putet beatos?
Quos miseri tribuunt honores.

Seneca epistola 69.

Nemo eorum quos diuitiæ honoresq; in altiori fastigio ponūt magnus est. Quare ergo magnus uidet, cū basi sua illum metiris. Magnus pumilio licet in mōte constiterit Colossus magnitudinem seruabit, etiam si steterit in puteo. Hoc laboramus errore q; neminem æstimamus ex æquo. Cum uero uelis æstimationem hominis inire & scire qualis sit, nudum respice, ponat patrimonium honores, & alia fortunæ mēdacia, corpus suum exuat, & animum intuere qualis sit quantusq; alieno, an suo magnus.

Seneca ad Lucilium epistola 82.

Abstrahunt nos à certo diuitiæ, honores, potentia, & cætera quæ in opinione nostra chara sunt pretio suo uilia. Nihil habēt magnificum, quo mentes nostras in se trahant, præter hoc q; mirari illa consueuimus.

Aristot. libro 1. Ethicorum.

Honor maior est in honorante, q; in honorato.

Aristot. lib. 4. Ethicorum.

Honor est maximum exteriorum bonorū.

Ibidem.

Prauus honore non est dignus.

Aristoteles libro Ethicorum.

Honor est præmium uirtutis. *Ibidem.*

Secundum uirtutem solus bonus honorandus est. *Idem.*

Virtuti perfectæ non est condignus honor.

Cicero libro de Amicitia.

Vbi enim istum inuenies, qui honorem amici anteponat suo?

Cicero libro ultimo Tuscul quæst.

Contempto igitur honore, contempta etiam pecunia, quid relinquitur quod extimescendū sit.

Salustius in Catilinario.

Gloriā & honorem & imperium bonus & ignauus æque sibi exoptāt. Si bonus, uera uia nititur. sed ignauus, quia bonæ artes desunt, dolis atq; fallacijs contendit.

Valerius Max. lib. 2. tit de institutis antiquis.

Nam & uirtutis uberrimū alimētum est honos.

Ouidius lib. 1. Tristium Elegia 1.

Donec eram sospes tituli tangebar amore,
Quærendiq; mihi nominis ardor erat.

Horatius sermonum lib. 1. Satyra 6.

Sed fulgente trahit constrictos gloria curru,
Non minus ignotos generosis.

Persius Satyra 1.

-An erit qui uelle recuset.
Os populi meruisse.-

Horror græce φρίκη ἀπὸ de frigore & φρίττω horreo dicitur. Horror futuræ uitæ est filia luxuriæ, in quantum reputat bonum æternum, uel bonū arduum: quod propter delectationes uenereas non appetit (imo fastidit) bona æterna, acsi non essent ardua & summa.

Horror pro tremore aliquādo ponit, Plaut. Quis hic est horror, quid pauitas? Interdū pro aspectus torpitate. Apul. Quæ cū aspexisset, horrore hominis deterritus statim retrocessit. Nōnunq; pro abominatione. Varro: ira, odiū, horror, eos ab incepto retrahit. Nonnunq; pro ueneratione. Virg. Arboribus suus horror ineſt. Ab horror horridulus diminutiuū fit. Persius: Scis comitem horridulū trita donare lacerna i. trementem. Horridus item asperum significat. Virgilius: Et glacie riget horrida barba.

Hospitalitas græce ξενία ἀπὸ τῆ & ξένος τὸν ξένον ἢ τὸ hospitiū dicitur, & ξενίζω hospitor, & ξένος τὸν hospes. Est autē hospes qui est extraneus à domo, sicut aduena in ciuitate, secundum beatum Thomam super epistola Pauli ad Ephesios 2 lect. 6. col. prima fina.

Hospes proprie dicit qui priuatim & amicitiæ causa, uel recipit, uel recipit. Vnde & pro amico externo capitur, & hospitium pro amicitia: hospitium etiam diuersoriū significat. Cice. Ex hac uita discedo tanq; ex hospitio, non tanq; ex domo. Commorādi enim natura diuersorium non habitandi locum dedit. Hinc hospitalitas, facilitas uel benignitas in recipiēdo, & hospitaliter aduerbium, benigne & faciliter.

Paulus ad Hebræos cap. 13.

Hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc ēm placuerunt quidam angelis hospitio receptis,

Petrus primæ cap. 4.

Ante omnia autem mutuam in uobismetipsis charitatem habentes continuam, quia charitas operit multitudinem peccatorum, hospitales etiam sine murmuratione.

Augustinus contra 5. hæreses.

Disce Christiane sine discretione exhibere hospitalitatem, ne fortei cui domum clauseris, cui humanitatem negaueris, ipse sit Christus.

Augustinus contra 5. hæreses.

Obsecutus Loth angelis tanq; peregrinis cōsuetudine hospitalitatis liberat9 à periculo ciuitatis, & temporale euasit incendium & æternū consecutus est premium.

Augustinus de uerbis apostoli

Ille hō dicitur esse humanus. qui se exhibet esse hominē, & maxīe hospitio suscipit hominē.

Hieronymus ad Damasum Papam. & habetur 16. q. 1. cap. ultimo.

Quoniam quicquid habent clerici pauperum est, & domus illorum omnibus debent esse cōmunes susceptioni peregrinorum & hospitum inuigilare debent.

Ambrosius de patriar. & habetur 32. q. 7. Offerebat.

Præferebat sanctus Loth domus suæ uerecundiæ hospitalem gratiam, & apud barbaras gentes inuiolabilem.

Ambrosius libro de Officijs.

Tāta est apd deū hospitalitatis gratia ut nec potus quidem aquæ frigidæ à præmijs remunerationis immunis sit. Vides quia Abraam deū recepit hospitio, dum hospites quærit. Vides q; Loth

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Loth angelos recepit. Vnde ſcis an & tu cum recipis hominẽ, ſuſcipias Chriſtũ? Licet in hoſpite Chriſtus ſit, qa Chriſtus in paupere eſt, ſicut ipſe ait: Hoſpes fui, &c. *Ambro. libro de Officijs.*

Eſt publica ſpecies humanitatis ut peregrinus in hoſpitio nõ egeat, ſuſcipiatur officioſe, pateat aduenienti ianua.

Greg. Aug. Anglorũ epiſc. & habetur 12. q. 2. Mos eſt.

Mos eſt apoſtolicæ ſedis ordinatio epiſcopo p̃cepta tradere, ut de oĩ ſtipẽdio q̃d accidit, quatuor debeant fieri portiones. Vna uidelicet epiſcopo ac familiæ eius propter hoſpitalitatẽ atq; ſuſceptionem, alia clero, tertia uero pauperib⁹, quarta eccleſijs reparandis. *Ioan. Chryſ. ſup Mat.*

Qualẽ mereedẽ habet, qui propter deum peregrinat, talẽ habet qui ſuſcipit peregrinantẽ, & fiunt ambo æquales: & q propter deũ refrigerat, & qui propter deum laborat. *Cice. lib. 2. Officijs.*

Recte etiã à Theophraſto eſt laudata hoſpitalitas. Eſt eñ (ut mihi quidẽ uidet) ualde decorũ patere domos hoĩm illuſtriũ illuſtrib⁹ hoſpitib⁹. Idq; etiã reip. eſt ornamẽto, hoĩes externos hoc liberalitatis genere in urbe noſtra nõ egere. Eſt aũt etiã uehemẽter utile ijs, q honeſte multũ poſſe uolũt, p hoſpites apud externos populos ualere opib⁹ & gratia. Theophraſtus ſcribit quidẽ Cimonẽ Athenis etiã in ſuos curiales Laciadas hoſpitalẽ fuiſſe. Ita eñ inſtituiſſe, & uillicis imperauiſſe, ut omnia præberent quicunq; Laciades in uillã ſuam diuertiſſet. *Virg. in 1. Aenei.*

Iuppiter hoſpitibus, nam te dare iura loquuntur.

Homerus { Odyſſeæ.

πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
ξεῖνός τε πτωχός τε. id eſt,

A Ioue enim ſunt omnes.

Hoſpites q; pauperes q;. Idem in θ Odyſſeæ.

ἀντί κασιγνήτῳ ξείνῳ θ' ἱκέτῃσε τέτυκται
ἀνέρι ὅς τ' ὀλίγοντε ἐπιφραδὲς πρασπολέεται. id eſt,

Loco fratris hoſpes & ſupplicator eſt
Viro illi, qui etiam mediocriter ſit prudens

Idem in ι Odyſſeæ.

ξεῦδ' Διὸς ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε ξείνων τε
ξείνιος, ὅς ξείνοισι μάλ' ἀιδοίοισιν ὀπηδεῖ. id eſt,

Iuppiter eſt honorator ſupplicatorum q; hoſpitum q;
Hoſpitalis, qui hoſpites uenerabiles ſimul comitatur.

Idem in ξ Odyſſeæ.

ξεῦ πόποι οἷόν ξεῖνε, πρὸς ἀθανάτοι θεοὶ ἄλλοι,
ὅπλ' ἐμάλισ' ἐθέλεις, ὅτι με προφέρων ὑπέλεξο. id eſt,

Iuppiter tibi det hoſpes, & immortales dei alij,
Quodcunq; maxime uis, quoniam me promptus hoſpitatus es. Idem ibidem.

ξεῖν' οὔμοι θέμιτες, ξυδὲ κακίων σίθεν ἄλλοι
ξεῖνον ἀτιμήσαι πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες,
ξεῖνός τε πτωχός τε, διοτρεφὲς δὲ ὀλίγητε φιλότε
ἔιγνεται ἠμετέρη. id eſt,

Hoſpes non mihi fas eſt neq; ſi uilior te ueniat
Hoſpitem inhonorare, a Ioue enim ſunt omnes,
Hoſpites q; pauperes q;, donũ quidẽ paruum & gratum
Eſt noſtrum. Idem in ο Odyſſeæ.

χρὴ ξείνον παρέοντα φίλειν, ἐθέλοντα δὲ πομπῆν. id eſt,

Oportet hoſpitem præſentem honorare, ſed uolentẽ diſcedere, dimittare. Heſiodus.

μηδὲ πολυξείνου, μήδε ἀξείνου καλὲ ἔσθαι. id eſt,

Noli habere multos hoſpites, neq; ſis ſine hoſpitibus. Menander.

ξένους πίνητας μὴ παραδέχου μηδ' ἴλλως. id eſt,

Hoſpites pauperes ne ſubterfugias cum uideris. idẽ.

ξένους ἐπάρκων τῶν ἴσων τευξῃ ποτέ. id eſt,

Hoſpitibus ſuccurrẽs æqualia cõſequeris quãdoq;. idẽ.

ξενίας ἀεὶ φρόντιζε μὴ καθυστέρει. id eſt,

Hoſpitalitatẽ ſemper cura, ne poſthabeas. idem.

ξενοκτὶ πίστοισι πίστος ὢν γίγνου φίλος. id eſt,

Hoſpitibus fidis fidus exiſtens ſis amicus. Idem.

ξένων ἐλπίζου μηδέποτε καίριον λάβων. id eſt,

Hoſpitẽ iniuria afficies nunq; occaſionẽ nactus. Idem.

ξένῳ μᾶλλον σύμφερε τὸ σωφρονεῖν. id eſt,

Hoſpiti maxime conducit modeſtũ eſſe. Idem.

ξένος ὢν ἀπράγμων ἔσθι καὶ πράττειν κακῶς. id eſt,

Hoſpes exiſtens incurioſus ſis, & facies bene. Idem.

ξένον οἷς τιγᾶν ἀρείσσων, κεκραγέναι. id eſt,

Hoſpiti aũt tacere melius quam clamare. Idem.

ξένῳ πρόφυκος τὸν ξένον λοχᾶσθαι. id eſt,

Hoſpes natus, hoſpites cole. Idem.

ξένος ξένοις, καὶ σὺ γὰρ ξένος ἔσῃ. id eſt,

Hoſpitas hoſpitare, & tu enim hoſpes eris. Idem.

πλάνην βίου τίθησι σώφρονέστερον. id eſt,

Peregrinatio uitam facit ſapientiorem.

Horizon dicitur ab ὁρίζω quod ſignificat diffinio & diſtermino. Et ẽ circulus terminans uiſum & hemiſphæriũ cœli ſuperius, & principiũ inferioris, ſecundũ b. Tho. ſup lib. de Cauſis. lec. 2. fin.

Humanitas græce φιλανθρωπία ας ἡ & φιλάνθρωπος ου ὁ, humanus dicit. Sumitur aũt humanitas triplicit. ſ. pro natura hoĩs, & pro uirtute quæ conſiſtit in exteriori ſubuentione cõdeſcendendo defectibus aliorũ, ſec. b Th. ſuper epi. Pau. ad Tit. 3. co. 3. fi. Humanitas p̃terea ſignificat eruditionẽ atq; inſtitutionẽ in bonas artes quas g̃ynce. riter cupiunt & aſſequunt, hi ſunt maxime humani, quare & artes ipſæ liberales humanitatis ſtudia appellata ſunt. Nã huius ſciẽtiæ diſcipli. na ex uniuerſis animalibus ſoli homini data eſt. Ab homo ueniunt humanus & humanitas. Humanum proprie dicit q; hominis eſt, & ad hominem ſpectat. Et quia homo inter oĩa animalia morti obnoxia maxime mitis eſt, idcirco humanus pro facili, miti, & tractabili ponitur: unde humanitas dicitur, quã græci φιλανθρωπίαν uocant, quaſi amorem in homines.

De hac materia uide ſupra in Amor proximi, Clementia, Eleemoſyna & Hoſpitalitas.

Humiditas græce ὑγρότης ητος ἡ & ὑγρός οῦ ὁ, humidus dicitur.

Humidũ radicale eſt totũ illud in quo fundat uirtus ſpeciei, quod perditum non poteſt reſtaurari, ſecundum b. Tho. 1. parte, 119. art. 1.

Humidũ nutrimẽtale eſt quod nondũ habet perfectam naturam ſpeciei, ſed eſt in uia ut ſanguis & huiuſmodi ſecundum eundem ibidem.

Ab humeo pariter fit humecto, q; eſt humidũ facio. Vdũ ab humido quidã ſic diſtinguũt: ut vdũ ſit quod intrinſecus habet humorẽ, unde uuam dictam uolunt. Virgilius: Vuidus hyberna uenit de glande Menalcas. Humidum uero quod extrinſecus habet humorem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Humilitatis gradus quibus opponuntur duodecim gradus ſuperbiæ ſecundum beatum Bernardum,



HVmilitas græce ταπεινότης ἡ τοσοῦτον & ταπεινὸς ὁ hu humilis dicitur. Eſt autem humilitas ſecũdum Bernardum de gradibus humilitatis uirtus qua ueriſſima ſui cognitione ſibĩpſi quilibet uileſcet. Humilitas, ut ibidem, eſt contemptus propriæ excellentiæ.

Humilitas eſt ex intuitu propriæ conditionis, & ſui conditoris uoluntaria mentis inclinatio, ſuo imo ordinabili ad ſuum conditorem, ſecundum Auguſtinum. *Dauid Pſalm.* 101.

Reſpexit dominus in orationem humilium & non ſpreuit preces eorum.

Eccleſiaſtici cap. 2.

In humilitate tua patientiam habe, quoniã in igne probatur aurum & argentum homines uero receptibiles in camino humiliationis.

Eccleſiaſtici cap. 3.

Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam, quoniã magna potentia dei ſolius & ab hominibus honoratur.

Ibidem cap 7.

Humilia ualde ſpiritum tuum, quoniam uindicta carnis impij ignis & uermis.

Eccleſiaſtici cap. 10

Quid ſuperbis terra & cinis? *Eccleſiaſt. c.* 35.

Oratio humiliatis ſe nubes penetrabit, & donec propinquet non conſolabitur, & non diſcedet donec aſpiciat altiſſimus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Esaias cap. 66.

Ad quē respiciam nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones meos?

Iob. cap. 15.

Quid tumet contra deum spiritus tuus?

Matthæi cap. 18,

Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicūq; ergo humiliauerit se sicut parvulus iste, hic est maior in regno cœlorum. *Matth. cap. 20.*

Quicunq; uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister. & qui uoluerit inter uos primus esse erit uester seruus. *Ibidem 23.*

Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.

Marci cap. 9.

Si quis uult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister. *Lucæ cap. 14.*

Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & ueniēs is qui te & illū uocauit, dicat tibi, Da huic locum, & tunc incipias cū rubore nouissimum locum tenere.

Lucas cap. 7. & 18.

Omnis qui se exaltat, humiliabit, & qui se humiliat exaltabit. *Paulus ad Corin. 2. cap. 11.*

Nunquid peccatum feci meipsum humilians, ut uos exaltemini? *Paulus ad Galat 6.*

Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit: ipse se seducit. *Paulus ad Ephe. 4.*

Obsecro itaq; uos ego uinctus in dño, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omī humilitate & māsuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate.

Paulus ad Philip. cap. 2.

Nihil per cōtentionem neq; per inanē gloriā, sed in humilitate superiores sibi inuicē arbitrantes, nō quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum. *Iacobus in epist. cap. 1.*

Gloriet aūt frater humilis in exhortatiōe sua, diues autem in humilitate sua: quoniā sicut flos fœni transibit. Exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnū, & flos eius decidit, & decor uultus eius deperijt: ita & diues in itineribꝰ suis marcescet. *Petrus apost. 1. cap. 2.*

Subiecti estote omni humanæ creaturæ ꝓpter deum, siue regi quasi ꝓcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis, ad uindictam malefactorū, laudem uero bonorum. *Ibidem.*

Serui subditi estote in oñi timore dominis, nō tantum bonis & modestis, sed etiam discolis.

Petrus apost. 1. cap. 5.

Omnes inuicem humilitatem insinuate, q̄a deus superbis resistit, humilibus aūt dat gratiam. *Ibidem.*

Humiliamini igitur sub potenti manu dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis.

Aug. lib. de catechizandis rudibus, & habetur dist. 39. Sedulo.

Sedulo monendi sunt scholastici, ut humilitatem induti christiana discant non contēnere, q̄s cognouerint mores nitia magis q̄ uerbor̄ deuitare. Sed corde casto linguā exercitatam nec cōferre audeant quā etiā præferre consueuerunt.

Augst. ad Auxilium episcopum, & habetur 24. q. 3. Si habes de hac.

Senex enim à iuuene & episcopus tot annorum à collega necdū anniculo paratus sum doceri, quomodo possim uel deo uel hominibus iustā reddere rationem.

Aug. de uerbis apostoli, & habetur 22. q. 2. Cum humilitatis.

Cum humilitatis causa mentiris, si nō eras peccator antеq̄ mentieras, mentiendo efficeris q̄d euitaras. *Ibidem.*

Quomodo est humilitas, ubi regnat falsitas?

Augustinus de uerbis domini.

Discite à me non mundum fabricare, non tacta uisibilia & inuisibilia creare, non ipso mundo miracula facere & mortuos suscitare, sed quoniā mitis sum & humilis corde. Cogitas magnā constituere fabricā celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis.

ibidem.

Omnes delectat celsitudo, sed humilitas gradus est. Quid tendis pedem ultra te? Cadere uis non ascendere, à gradu incipe, & ascendisti.

Ibidem.

O medicinā omnibus consulentē, oīa tumentia cōprimentem, oīa tabescentia reficientē, oīa superflua resecantē, oīa depravata corrigentē, q̄ superbia sanari potest? si humiliate si ij dei non sanatur. Quæ auaritia sanari potest? si pauperta te filij dei non sanat. Quæ iracundia sanari potest? si sapientia filij dei non sanatur.

Augst. ad Diascorum.

Excelsa ē patria, humilis est uia. Ergo qui quærit patriā, quid recusat uiam?

Aug. in sermone de superbia.

O sancta uenerabilisq; humilitas, tu dei filium descendere fecisti in uterū sanctæ Mariæ uirginis. Tu eum fecisti inuolui uilibus pānis, ut nos indueret uirtutum ornamentis. Tu eum circumcidisti in carne, ut nos circūcideret in mente. Tu eū corporaliter flagellasti, ut nos à flagello peccati liberaret. Tu eū coronasti spinis, ut nos coronaret suis æternis rosis. Tu eum infirmari fecisti, qui medicus cunctorum erat, solo uerbo sanans omnia, & uniuersa, ut infirmos sanaret.

Augst. de trinitate lib. 10.

Cum oīs creatura, aut par, aut inferior sit nobis: inferiore utendū est propter deum, pariter autem fruendum est, sed in deo.

Augu. super Matth. sermone 59.

Magis cogitare debetis q̄d uobis desit, q̄ quid uobis adsit. Quod habes, caue ne perdas. Quod nondū habes, supplica ut habeas. In quantis sis minor, est cōsiderandū, non in quātis sis maior. Si eīn cogitas quantum præcessisti alterum, time tumorem. Si uero cogitas quantum tibi deest, ingemiscis. Curaris humilis si eris, tutior ambulabis, non præcipitaberis, non laberis.

Augustī

Auguſt. ſuper epiſtola Ioannis cap. 8.

Supra te deus, infra te pecora. Agnoſce eū qui ſupra te eſt, ut agnoſcāt te quæ infra te ſunt. Ideo quæ dū Daniel agnouiſſet ſupra ſe deū, agnouerunt eum ſupra ſe leones.

Auguſt. in proœmio 9. libro de Trini.

Laudabilior eſt animus, cui nota eſt infirmitas propria, q̄ qui ea non reſpecta mœnia mundi, uias ſyderum, fundamenta terrarum, & faſtigia cœlorum ſcrutaretur.

Hieronymus ad Celantiam.

Humilitatem ſequere, non quæ oſtendit aut ſimulat geſtu corporis aut fracta uoce uerborū, ſed quo puro cordis affectu exprimatur. Aliud eſt enim uirtutem habere, aliud uirtutis ſimilitudinem. *Hiero. ad epiſtola Cteſiphonem.*

Hæc eſt in omnibus ſola perfectio, ſuæ imperfectionis cognitio. *Hiero. epiſtola ad Ruſticum.*

Vilis tunica cōtemptū ſeculi probat ita duntaxat ut animus non tumeat, nec habitus ſermo que diſſentiant. *Idem.*

Immundus eſt autem apud deum omnis qui exaltat cor ſuum, & qui paululū fugerāt à peccatis, ad ſuum reuertuntur errorem.

Hieronymus epiſtola 27.

Multi humilitatis umbram, ueritatem pauci ſectantur. *Ibidem.*

Auferant oīa figmenta uerborum, ceſſent ſimulati geſtus. Virum humilē patientia oſtēdit.

Hieronymus epiſtola 90.

Plus eſt animū depoſuiſſe q̄ cultum, difficilius arrogantia quàm auro caremus aut gemmis.

Ambroſius ſuper Lucam libro 7.

Qui paupertate contentus eſt, non eſt contēptus iniuria. Et qui poteſt ferre uerberū pœnas, exagitatur uerbo contumeliæ. Et qui poteſt ad miniſtrationes contemnere, dolet ſibi aliquem honorificentia eſſe prælatum. Grande eſt in hominibus tenere humilitatis menſuram.

Ambroſius ibidem.

Bona humilitas nihil appetendo totū quod contemnit adipiſcitur. *Ambroſius ibidem.*

Nihil excelſius humilitate, quę quaſi ſemper ſuperior neſcit extolli, quia nemo id affectat, quod infra ſe iudicat.

Greg. hom. 9. ſup Euang. Mat. Vni dedit qnq; talēta.

Tātoqs debet eſſe humilior ex munere, quāto ſe obligatiorem conſpicit in reddenda ratione.

Grego. ſuper euang. hom. lib. 2. ſup illud Mat. 5.

Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum.

Tunc noſmetipſos abnegamus, cū mutamus quod per uetuſtatē fuimus, & ad hoc nitimur, quo per nouitatem uocamur. *Ibidem.*

Niſi à ſemetipſo qs deficiat, ad eū qui ſupra ſe eſt nō appropinquat. *Greg. ſup Ezech. li. 1. hom. 1.*

Semetipſum abnegat, q̄ mutatus in meliora incipit eſſe quod nō erat, & deſinit eſſe quod erat.

Gregorius, & hab. 1. q 7. Admonendi

Admonēdi ſūt ſubditi ne plꝰ q̄ expedit ſint ſubiecti. Ne cū ſtudēt plꝰ q̄ neceſſe eſt hoīb. ſubdi, cōpellant uitia eorū uenerari. *Greg. li. 1. Mor.*

Intuendū uero eſt, quia hoſtis noſter tot nos iaculis percutit, quot tēptationibus affligit. Quotidie nāq; in acie ſtamus, quotidie telā tentatiōnum eius excipimus. Sed nos contra illū iacula mittimus, & confoſſum tribulationibus humilia reſpondemus. *Grego. 18. Moralium.*

Quia origo uirtutū in nobis eſt humilitas: illa ueraciter pullulat, quæ in radice ꝓpria, i. in charitate perdurat, à qua nimirum ſi abſcindit, arefcit: quia in uiuificātes ſe in intimis humorē charitatis perdit. *Gregorius ibidem.*

Qui humilitatē quæ ē mater uirtutū neſciūt, uſum ſui perdūt laboris. Et ſi quæ bona ſunt, q̄ operari uideātur, quia ſurgētis fabricæ robuſta celſitudo nō figit, quæ nequaq̄ per fundamenti fortitudinem in petra ſolidatur. Soli igitur ruinæ creſcit quod ædificant, quia ante molē fabricæ humilitatis fundamenta non procurant.

Gregorius 18. Moralium.

Tanto quis fit utilior deo, quāto pretioſior ſibi. Tanto pretioſior eſt deo, quāto propter eū uilior eſt ſibi. *Idem libro 23. Moralium.*

Quatuor ſunt qualitates quibus iuſti uiri aīa in compunctione uehemēter afficitur. Cum autem malorum ſuorum reminiſcitur cōſiderans ubi fuit, aut iudiciorum dei ſententiam metuēs & ſecū quærēs conſiderat ubi erit, aut cum mala uitæ præſentis attendens ſolerter mœrens cōſiderat ubi eſt, aut cum bona ſupernæ patriæ cōtemplatur, quæ quia nec dum adipiſcitur lugēs conſpicit ubi non eſt. *Idem li. 25. Moralium.*

Quanto quis minus ſe uidet, tanto minus ſibi diſplicet. Et quanto maioris gratiæ lumen percipit, tanto amplius reprehenſibilem ſe eſſe cognoſcit. *Idem libro 26. Moralium.*

Cum per tentationem humilitas proficit, proſpera eſt illa aduerſitas, quæ mentem ab elatione cuſtodit. *idem libro 31. Moralium.*

Cordis ſui oculum per elationis tenebras extinguit, qui cum recta agit, conſiderare meliorū merita negligit. At contra magno humilitatis radio ſua opera illuſtrat, qui aliorum bona ſubtiliter penſat, quia dum ea quæ ipſe fœliciter facta foris ab alīs conſpicit, eum qui de ſingularitate intus erumpere nititur ſuperbiæ tumorem premit. *idem libro. 34. Moralium.*

Hoc ſolum ſolet eſſe ſpecificum electorū, q̄ de ſe ſemper ſentiūt infra q̄ ſunt. Qui enim nōdum ſe deſpicit humilem, dei ſapientiam nō apprehendit. *idem homilia 6.*

Qui ſine humilitate uirtutes cōgregat, quaſi in uentum puluerem portat. *idem in Regiſtro.*

Sic ſeruāda eſt uirtus humilitatis, ut nō ſoluātur iura regiminis: Ne dū prælatus plus ſe q̄ decet deiīcit, ſubditorū uitā reſtringere ſub diſciplinæ uinculo nō poſſit. Et ſic ſeruanda eſt diſciplinæ ſeueritas, ne dū plus q̄ neceſſe ē zelus accenditur, manſuetudo funditus amittatur.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matth. homilia 3.

Velle eſſe ſuper omnes uituperabile eſt. Suſtinere autem alterum ſuper ſe nimis glorioſum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ioannes Chryſoſtomus in Policratico libro 3.

Quiſquis gradus propriæ celſitudinis amat, humilitatis cultum in moribus diligētiſſime teneat. Nā qui ab humilitatis operibus recedit, à dignitatis faſtigio tumoris pondere cadit.

Idem in tractatu de ſymbolo.

Eſt primum hominis ſapientiam affectantis contemplari, quid ipſe ſit: quid intra ſe, quid extra, quid ſupra, quid infra, quid contra, quid ante, quid poſtea ſit. Hæc conſideratio quadripartitum parit fructum, utilitatem ſui, charitatem proximi, contemptum mundi, amorem dei.

Iſidorus in Synonymis.

Eſto paruus in oculis tuis, ut ſis magnus in oculis dei. Tanto enim eris apud deum pretioſior, quanto fueris in oculis tuis deſpectior.

Iſidorus de ſummo bono libro 3.

Sēper cōſcientia ſerui dei humilis debet eſſe et triſtis, ut per humilitatē non ſuperbiat, & ꝓ utilem mœrorem cor ad laſciuiam non diſſoluat.

Bernardus in epiſtola ad Socrum.

Humilitas mereī, ut homo uirtutes occupet, ꝗa humilibus deus dat gratiā. Seruat acceptas, quia nō requieſcit ſpiritus ſanctus, niſi ſup quietum & humilem. Seruata cōſeruat, nam uirtus in humilitate & infirmitate perficitur. Inimicū omnis gratiæ, omnisq; peccati initiū ſuperbiam debellat. *idem in epiſtola ad Eugenium.*

Recta facere, & inutilē ſe reputare, apud paucos inuenitur. *idem de conſideratione lib. 5.*

Virtutum ſtabile fundamentum eſt humilitas, quæ ſi omittitur, uirtutum congregatio non niſi ruina eſt. *idem ſuper Cantica.*

Nec humilitas prꝫter ueritatem laudabilis eſt, *idem ſuper Cantica ſermone 35.*

Scio neminē abſq; ſui cognitione ſaluari, de q̄ nimirū mater ſalutis humilitas oritur & timor domini: qui & ipſe ſicut initiū ſapiētiæ, ita & ſalutis eſt. *Idem ſuper Cantica ſermone 45.*

Si quis innocentiam retinet, & nihilominus humilitatem iungit, nonne is tibi uidetur geminum animæ poſſidere decorem? Rara auis in terris, aut ſanctitatem non perdere, aut humilitatem ſanctimonia non excludi.

Leo papa in ſermone Ioannis Baptiſtæ.

Nos uero fratres quantū poſſumus elaboremus, ut quod ſuperbia timidū elatūq; reddiderat, humilitate & manſuetudine complanetur.

Leo in ſermone natiuitatis domini.

Fruſtra appellamur Chriſtiani, ſi imitatores non fuerimus Chriſti, qui ideo uiā ſe eſſe dixit, ut cōuerſatio magiſtri fieret forma diſcipuli. Et illam humilitatem eligat ſeruus, quam ſecutus eſt dominus eius, qui fuit Chriſtus.

Hugo libro 1. de anima.

Melior es ſi teipſum cognoſcas, quàm ſi tene glecto curſus ſyderum, uires herbarum, cōplexiones hominum, naturas animalium, cœleſtium omnium & terreſtrium ſcientiam haberes. Multi enim multa ſciunt, & ſeipſos neſciunt, cū ſumma philoſophia ſit cognitio ſui.

Idem de clauſtro animæ libro 3.

In ſpirituali ædificio fundamenti locus in imo i humilitate quæritur. In latitudine, i. in charitate diſponitur. In altitudine uero bonorū operū paries erigitur, & diuinæ ꝓtectionis tectum deſuper ponitur. In longitudine autem patientiæ perficitur. *ibidem.*

Diſcite à me, ꝙa mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus ueſtris. Ecce mel humilitatis cū dulcedine manſuetudinis. Sicut eñ mel cōcordat in confectionibus medicinæ cum omnibus diuerſitatibus ſpecierū, ſic ex humilitatis dulcedine condiunt omnia genera uirtutū.

Caſſio. ſuper illud Pſal. Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum.

Magnus aſcenſus ad deum eſt cognitio infirmitatis ſuæ.

Caſſio. ſuper illud, Humilia reſpicit.

Erubeſcant elati ubi credunt locum habere ſuperbiam, cum cœlum & terram ab humilitate uideant occupatam.

Caſſio. ſup illud Pſal. Humiliatus ſum uſq; quaq;.

Per humilitatē mēbra Chriſti ſciunt diaboli uiciſſe ſuperbiā. Per hāc fideles ſupra regna proficiunt. Per hanc tyrānica ſuperbia ſuperaī. Per hanc in æternum martyres coronātur. Nec poteſt dici perfectus, qui hac uirtute eſt priuatus.

Baſilius in Hexameron.

Tria ſunt quæ radicata nutriunt humilitatē, ſ. aſſiduitas ſubiectionis, conſideratio propriꝫ fragilitatis, & conſideratio rei melioris.

Seneca in Prouerbijs.

Etiam obliuiſci quid ſis interdum expedit.

Ibidem.

Niſi æſtimatis uiribus aggrediaris ſarcinam, ſubiacebis. *Seneca Tragœdia 3.*

Quo fortuna altius euexit ac eleuauit humanas opes, hoc ſupprimere magis fœlicem decet.

Laert. Diog. de uita & moribus philoſophorum.

Philemonē interrogauit Eſopus poeta, quid nam ageret Iupiter? Reſpondit Chilo: Alta humiliat, humilia uero exaltat.

Valerius Maximus libro 8.

Nulla eſt tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.

Franc. Petrar. lib. de remedijs aduerſæ fortunæ.

Doleo. Nouerca ſupbiſſima eſt mihi. Reſpondeo. Et fœminæ propriū ſupbia eſt, & nouercæ eſt: ſi geminæ cauſæ unū pariūt effectum, nō eſt quod ſtupeas, eſt quod feras, ceꝰq; priuignum ſimul & filium bonū probes. Nulla autem re melius cꝫ humilitate uincitur ſuperbia. Vnde ſi impia atq; importune eſt tibi nouerca, ſis illi patiēs & pius. Pietatem patri debes, patientiam fœminæ, reuerentiam nouercæ. Nam & ſi tibi iniurioſa eſt, iniurias cōtemne. Muliebres enim iniuriæ contemptu melius quàm ultione plectuntur.

Franciſ. Petrar. de remedijs aduerſæ fortunæ.

Quis tot ferat inſolētias: humilitas eo acceptior quo pluribus eſt obſeſſa ſuperbijs.

Ouidius Triſtium lib. 1. Elegia 1.

Dum petit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dum petit infimis nimium ſublimia pennis
Icarus, Icareas nomine fecit aquas.
Ouid. Triſti. libro 3. elegia 4.
Vſibus edocto ſi quicquam credis amico,
Viue tibi, & longe nomina magna fuge.
Viue tibi quantumq; potes, præluſtria uita,
Sæuum præluſtri fulmen ab arce uenit.
Effugit hybernas demiſſa antemna procellas,
Lataq; plus paruis uela timoris habent.
Aſpicis ut ſumma cortex leuis innatat unda?
Cum graue nexa ſimul retia mergat onus. ibidem.
Qui cadit in plano, uix hoc tamen euenit ipſum,
Sic uadit, ut tacta ſurgere poſſit humo.
ibidem.
Quid fuit ut tutas agitaret Dedalus alas?
Icarus immenſas nomine ſignat aquas.
Nempe quod hic alte, demiſſus ille uolabat,
Nam pennas ambo non habuere ſuas.
Crede mihi bene qui latuit, bene uixit, & intra
Fortunam debet quiſq; manere ſuam. ibidem.
Tu quoq; formida nimium ſublimia ſemper,
Propoſitiq; precor contrahe uela tui.
Propertius libro 3. elegia 3.
Alterremus aquas, alter tibi radat harenas,
Tutus eris medio maxima turba mari eſt.
Franciſ. Petrar. Soneto 4.
Quel chen finita prouidentia & arte
Monſtro nel ſuo mirabil magiſtero,
Chel creo queſto & quellaltro hemiſphero:
Et manſueto piu Gioue che Marte,
Venendo in terra alluminar le charte,
Chauean molti anni gia celato il uero,
Tol ſi Giouanni dala reta, & Piero,
Et nel regno del ciel fece lor parte.
Diſe naſcendo a Roma non fe gratia,
A Giudea: ſi tanto ſopra ogni ſtato
Humilitate exaltar ſemper li piaque. id eſt,
Ille qui immenſam prouidentiam & artem
Oſtendit in ſuo mirabili magiſterio,
Qui creauit hoc & alterum hemiſphærium:
Et mitiorem Iouem q; Martem eſſe uoluit.
Veniens in terram ad ſcripta illuminanda,
Amouit Ioannem a reti, & Petrum ipſum,
Et regni eos cælorum fecit participes.
Suiipſius naſcens non fecit Romæ gratiam,
Iudææ magis: tantum ſupra omnem ſtatum
Humilitatem exaltare ſemper ei placuit.
Idem Soneto 270.
A caderua, chi tropo ſale. id eſt,
Qui nimium ſcandit, caſum quærit.

De hac materia habes ſupra ubi contemptus, & Homo, & infra ubi ſuperbia.

Iactantia græce ἀλαζονεία, ας. ἡ, & ἀλαζών, ὼνος. iactator dicitur. Eſt autem iactantia inanis de ſe & ſtulta p̃ dicatio. Vel ſic: Iactantia eſt per quam quis ſe extollit ſupra id quod in ſe eſt. Secũdario autem ſupra id quod de eo alĩ opinantur, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundę q. 110. art. 2.

Iactatio eſt uolupras geſtiens & ſe efferens in ſolẽtius, ſecundũ Ciceron. libro 4. Tuſc. quæſt

Iactator eſt qui plus eis q̃ ſcit fingens, aut ſcire quæ non ſcit, ſecund. Ariſt. li. Magnorũ mora.

Iactare unde iactãtia & iactator ueniunt, pro prie eſt frequẽter iacere. Seneca. Dũ lapillos iactaret in puteũ. Aliquando uoluere. Virgi. Atq; illũ tales iactantẽ pectore curas. Nõnunq; pro fatigare, cõcutere, uexare, affligere. Virg. Iactatos æquore toto Troas reliquias Danaum atq; immitis Achilli. Et licet Seruꝰ dicat, hoc inter eſſe inter iactari & fatigari, ꝙ iactamur mari, fatigamur terris, Virgiliano tñ exemplo ſatis apparet ridiculam eſſe huiuſmodi differentiã, cum dicat Virg. Terris iactatus, & alto. A iacto fit iactura q̃ ſignificat damnũ, quo afficiunt nautæ, cum maxima laborantes tempeſtate merces in mare eiiciunt ut nauis minori pondere premat. A iacto item fit iactanter aduerbiũ, hoc eſt cum iactantia, iactabundus, hoc eſt gloriabundus & inaniter ſe iactans.

Prouerb. ca. 27.

Laudet te alienus & non oſtuum, extraneus, non labia tua, *Paulus ad Corin. 2. ca. 2*

Quoniam multi gloriantur ſecundum carnẽ & ego gloriabor. Libenter enim ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes.

Auguſt. ſermo. domini in mõte.

Animaduertendum eſt non ſolum rerum corporearũ nitore atq; pompa, ſed etiam in ipſis ſordibus eſſe poſſe iactantiam, & eo periculoſiorem quo ſub ſpecie ſeruitutis dei decipit.

Auguſt. libro 10. de Ciuitate dei.

Iactantia non eſt uitium laudis humanæ, ſed uitium animę peruerſæ amantis humanam laudem, ſpreto teſtimonio conſcientiæ.

Auguſt. libro 10. Confeſſionum.

Qui laudari uult ab hominibus uituperante te, non defoditur ab hoĩbus iudicante, non eripietur dãnante te. *Ibidem.*

Video me non laudibus meis propter me, ſed propter proximi utilitatem moueri oportere, & utrum ita ſit, neſcio.

Ambro. & hab. 24 quæſt. 1. ca. Imitere.

Sciamus neminem iactare debere, nam ſi Petrus lapſus eſt, qui dixit: Et ſi alĩ ſcandalizati fuerint in te, ſed non ego, quis alius iure de ſe præſumat? deniq; & Dauid, quia dixerat: Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum, eam ſibi iactantiam abfuiſſe confitetur, dicens: Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. *Grego. Morali. libro 27.*

Laus ſua iuſtos cruciat, iniquos exaltat, ſed iuſtos dum cruciat, purgat: iniquos dum lętificat, reprobos mõſtrat. Iſti enim laude ſua paſcunt, quia auditoris ſui gloriã quærunt ſua laude cruciant, ne nõ ſit intus q̃d foris dicit, nec ſi eſt etiã quod dicit, ante dei oculos ipſis fauoribus uacuent, ne humana laus robur mentis extollat, emolliat, eamq; in ſui delectatione proſternat.

Ioan Chryſ. ſup Matthæum

Si uis ſublime oſtẽdere uirtutis, noli ſape ſublime, & tũc illud q̃d egeris eſſe monſtrabis excel

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſius. Noli te putare quic q̄ feciſſe cū̄ feceris, & pleniſſime cuncta feciſti.

Iſidorus de Summo bono libro 3.

Dum cauſa iactantiæ pauper paſcitur, etiam ipſum miſericordiæ opus in peccatum conuertitur. *Boetius libro 1. de Conſolatione.*

Minuit quodammodo ſe probantis conſcientiæ ſecretum, quoties oſtentādo quis factum recipit famæ prætium.

Ariſtoteles libro 4. Ethicorum.

Iactator iuſtiſſime & maximè uituperandus eſt. *Macrobius libro 7. Saturnalium.*

Quid duces & milites? q̄ fortiter à ſe facta dicturiant, & non tacēt arrogantiæ metu. Nōne ſi ut hæc referant inuitentur, mercedem laboris ſibi æſtimant perſolutam? remunerationē putantes inter uolētes narrare quæ fecerant. Adeo autem id genus narrationum habet quendā gloriæ ſaporem, ut ſi inuidi uel æmuli forte prſentes ſint, tales interrogationes obſtrepēdo diſcutiant, & alias inferendo fabulas prohibeant, illa narrari quæ ſolent narranti laudem creare.

Valerius Max. libro 2.

Nihil eſt quod magis minuat laudis præconium, q̄ ſuos aſſidue iactare ſucceſſus, & ſingulis diebus anni uendere diem unum.

Cicero libro Officiorum.

Deforme etiam eſt de ſeipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum.

Lucius Apuleius de Magia libro 2.

Neq; facundiæ oſtētatio rudi & indocto, neq; gloriæ cupido ruſtico & barbaro, neq; inceptio patrocinorum ſeni congruit.

Idem Floridorum libro 3.

Poteſt autem quiuis falſo gloriari.

Iulius Cæſar. libro nono.

De ſuis homines laudibus libēter prædicāt.

Plaut in Epidico.

Nam ſtrenuiori deterior ſi prædicat ſuas pugnas, de illius illæ ſunt ore ſordidæ. *Idem.*

Stultus eſt qui facta infecta facere uerbis poſtulat.

Ouidius libro 1. de arte amandi.

Heī mihi non tuum eſt, quod ames laudare ſodali.

Cum tibi laudanti credidit, ille ſubit.

Icon græca dictio eſt ἐικών, ὄνος. ſ. dicitur, & latine imago dici poteſt, & eſt propoſitio probabilis. Quod enim ex pluribus ſciunt ſic factū uel non factum, aut eſſe, aut non eſſe, hoc eſt icon, ſecundum Ariſtotelem libro 2. Priorum. hinc fit iconicus, quod ſignificat ita pictum, ut ex eis membris ſimilitudo expreſſa ſit.

Idea dicitur ἀπὸ τοῦ εἶδω, quod eſt ſpecies & forma. Et eſt forma exēplaris q̄ res fiunt & cognoſcuntur, q̄ eſt in mēte artificis, ſecun. b. Tho. prima parte q. 15. Hinc idolū cū accētu in penultima, cuius diminutiuū eſt idoliū, ſimiliter cū accentu in penultima, & idololatria, de q̄bus infra & idolothyſia, hoc eſt immolatio q̄ fit ſimulacris εἴδωλ. ſ. uero dicitur proprius, a quo idiotes ſiue idiota dicitur indoctus, & inutilis, quaſi ſibi tantū modo, & nulli aliī utilis. Lucilius: Quid ni, & tu idem illiteratum me atq; idiotam diceres.

Idem græce τὸ ἂυ dicitur. Venit q̄ ab is, & accipitur pro is demum. Aliquando pro etiam ponitur. Cicero: Et huic coniuncta beneficentia quā eandem uel benignitatem uel liberalitatem appellare licet, id eſt, quam etiam.

Idololatria græca dictio eſt εἰδωλολατρία. ας. ſ. & εἰδώλου. τὸ. ſimulacrum dicitur. Et eſt cultus deo debitus creaturæ exhibitus. Et dicitur idololatria ab εἰδώλου & λατρεία cultus. Nam λατρεύω colo dicitur.

Idololatria eſt exhibere latriam, id eſt, cultū dei, creaturæ, ſecundum beatum Tho. ſecunda ſecundæ quæſt. 194. art. 1.

Idololatra eſt idolorum cultor, licet conſuetudo per errorem proferat idolatra. A græcis enim ſcribitur εἰδωλολατρης. ου. ſ.

Idola ſunt inanes imagines, ſecundum Cice. lib. 1. de Finibus bonorum & malorum.

Gene. cap. 35.

Iacob conuocato omni domo ſua ait. Abīcite deos alienos qui in medio ueſtrum ſunt, & mundamini ac mutate ueſtimenta ueſtra. Surgite & aſcendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare domino qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & ſocius fuit itineris mei.

Exodi ca. 20

Locutus q̄ eſt dñs cunctos ſermones hos. Ego ſum dominus deus tuus qui eduxit te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile, nec oēm ſimilitudinē quæ eſt in cælo deſuper, & quæ eſt in terra deorſum, neq; eorū quæ ſunt in aquis ſub terra. Nō adorabis eos neq; coles, Ego enim ſum dominus deus tuus fortis, zelotes, uiſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationē eorum qui oderūt me, & faciens miſericordiam in milia his qui diligunt me & cuſtodiunt præcepta mea.

Ibidem.

Dixit q̄ præterea dominus ad Moyſen: Hæc dices filīs iſrael: Vos uidiſtis quid de cœlo locutus ſum uobis, non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis uobis.

Exodi cap. 23.

Non adorabis deos eorum, nec coles eos, non facies opera eorum, ſed deſtrues eos & confringes ſtatuas eorum. Seruietis q̄ domino deo ueſtro, ut benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui.

Leuitici cap. 19.

Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles facietis uobis, ego dominus deus ueſter.

Sapientiæ cap. 13.

Infœlices aūt ſunt & inter mortuos ſpes illorū eſt, qui a appellauerunt deos opera manuum hominum, aurum & argentū artis inuentionem, & ſimilitudines animaliū, aut lapidem inutilē opus manus antiquæ. *Idem.*

Nō erubeſcit loqui cum illo q̄ ſine anima ē & pro

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſanitate quidem infirmũ deprecatur,& pro uita rogat mortuum, & in adiutoriũ inutilẽ inuocat,& pro itinere petit ab eo q̃ ambulare nõ poteſt,& de acquirendo & de operando,& de rerum omnium euentu petit ab eo qui in omnibus eſt inutilis. *Sapientiæ cap.* 14.

Ite & alius nauigare cogitãs,& p feros fluctus iter facere incipiẽs ligno portante ſe fragilius lignum inuocat. Illud em̃ cupiditas acquirẽdi excogitauit,& artifex ſapiẽtia fabricauit ſua. Tua aũt pater prouidentia ab initio cũcta gubernat, qm̃ dediſti in mari uiam, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam, oſtendens qm̃ potens es ex oĩ bus ſanare, etiam ſi ſine rate aliquis adeat mare.

Ibidem.

Per manus aũt cp̃ fit idolum maledictũ eſt,& ipſum & qui fecit illud, quia ille quidem operatus eſt, illud aũt cum eſſet fragile dc̃ cognominatus eſt. Similiter aũt odio ſunt deo impius & impietas eius. Et enim quod factum eſt cum illo qui fecit tormenta patiet̃. Propter hoc & in idolis nõ erit nationum reſpectus, quoniã creaturę dei in odium factæ ſunt,& in tentationẽ animę hominum, & in muſcipulam pedibus inſipiẽtium. Initium enim fornicationis eſt exq̃ſitio idolorum,& adinuentio eorum corruptio uitæ eſt. Neq; em̃ erant ab initio, neq; erunt in perpetuũ.

Ibidem:

Superuacuitas enim hoĩm hoc adinuenit in orbẽ terrarũ,& ideo breuis illorũ finis eſt inuentus. Acerbo enim luctu dolẽs pater rapti ſibi filiũ fecit imaginem,& illum qui tũc quaſi homo mortuus fuerat nunc tanq̃ deum colere cœpit & conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia, deinde interueniente tempore conualeſcente antiqua conſuetudine, hic error tanq̃ lex cuſtoditus eſt. *Ibidem.*

Infandorum enim idolorum cultura omnis mali cauſa eſt,& initium & finis.

Ibidem cap. 15.

Malorum amatorem digni ſunt morte, qui ſpem habent in talibus & qui faciunt illos,& q̃ diligunt & qui colunt. *Ibidem.*

Hic enim ſcit ſe ſup oẽs delinquere, qui ex terræ materia fragilia uaſa & ſculptilia fingit. Oẽs enim inſipiẽtes & infœlices ſunt ſupra modum animæ ſuæ ſuppi inimici populi tui, & impantes illi, q̃niam oĩa idola nationũ deos exiſtimauerunt, q̃bus neq; oculorũ uiſus eſt ad uidendũ, neq; nares ad percipiendũ ſpiritum, neq; aures ad audiendũ, neq; digiti manũ ad tractandum, ſed & pedes eorũ pigri ad ambulandũ. Homo enim fecit illos,& qui ſpũm mutuatus eſt, is finxit illos. Nemo enim ſimilẽ homo poterit deũ fingere, cũ enim ſit moralis mortuũ fingit manibus iniquis. Melior enim eſt ipſe his quos colit, quia ipſe quidẽ uixit, cum eſſet mortalis, illi aũt nunq̃: ſed & animalia miſerrimi colunt. Inſenſata enim cõparata his illis ſunt deteriora. Sed nec aſpectu aliquis ex his animalibus bona poteſt conſpicere. Effugerunt aũt dei laudem & benedictionem eius. *Eccleſiaſtici cap.* 30.

Quid proderit libatio idolo? neq; enim manducabit, nec odorabitur.

Eſaias cap. 1.

Et conteret ſceleſtos & peccatores ſimul, & qui dereliquerunt dominum conſumentur. cõfundẽtur enim ab idolis quibus ſacrificauerũt.

Ibidem cap 2.

Et repleta eſt terra eĩ⁹ idolis, opus manuũ ſuarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum, Et incuruauit ſe homo,& humiliatus eſt uir.

Ibidem cap. 42.

Confundantur confuſione qui confidunt in ſculptili, qui dicunt conflatili, uos dij noſtri.

Ibidem cap. 44.

Nunquid eſt deus ablq; me,& formator quẽ ego nõ nouerim? Plaſtę idoli omnes nihil ſunt, & amantiſſima eorum non proderunt eis. Ipſi ſunt teſtes eorum, quia non uident, neq; intelligunt, ut confundantur. Quis formauit deũ,& ſculptile conflauit ad nihil utile? Ecce oẽs participes eius confundentur, fabri enim ſunt ex hominibus. Conuenient enim, omnes ſtabunt & pauebunt,& confundentur ſimul,

Hieremias cap. 25.

Et nolite ire poſt deos alienos, ut ſeruiatis eis adoretiſq; eos, neq; me adiracundiam prouocetis in operibus manuum ueſtrarum, & non affligam uos. *Ibidem cap.* 35.

Conuertimini unuſquiſq; à uia ſua peſſima, & bona facite ſtudia ueſtra,& nolite ſequi deos alienos, neq; colatis eos, & habitabitis in terra quam dedi uobis & patribus ueſtris.

Ibidem cap. 44.

Propterea cp̃ ſacrificaueritis idolis, & peccaueritis dño,& non exaudieritis uocem domini,& in lege & in præceptis & in teſtimonijs eius non ambulaueritis, idcirco euenerũt uobis mala. *Ezechiel cap.* 24.

Conuertimini & recedite ab idolis ueſtris,& ab uniuerſis contaminationibus ueſtris auertite animas ueſtras. *Ibidem cap.* 20.

Vnuſquiſq; offenſiones oculorũ abijciat, & in idolis Aegypti nolite pollui. *Ibidem.*

In præceptis patrum ueſtrorum nolite incedere, nec iudicia eorum cuſtodiatis, nec in idolis eorum polluamini.

Paulus ad Corinthios 1. *cap.* 10.

Neq; idololatræ efficiamini ſicut quidam ex ipſis, quemadmodum ſcriptum eſt: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerũt ludere.

Ibidem.

Quæ immolãt gẽtes, dæmonijs immolãt,& non deo. Nolo aũt uos ſocios fieri dæmoniorũ. Non poteſtis calicem dñi bibere, & calicẽ dæmoniorũ non poteſtis menſæ dñi participes eſſe,& menſæ dæmoniorum. *Ibidem.*

Si quis autem dixerit hoc immolatũ eſt idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit,& propter conſcientiam conſcientiam autem dico non tuam, ſed alterius.

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem ad Hebræos cap. 10.

Impoſſibile eſt ſanguine taurorum & hircorum auferre peccata.

Ioannes prima cap 5.

Filioli cuſtodite uos à ſimulacris.

Auguſt. de natura dæmonum, & habetur 26. q. 4. cap. Sciendum.

Sciendum hanc eſſe naturam dæmonum, ut aerei corporis ſenſu, terrenorum corporũ ſenſum facile prȩcedant celeritate, & propter aerei corporis ſuperiorem nobilitatẽ, non ſolum curſus quarumlibet rerum ut hoĩm uel ferarum, uerum etiam uolatus auium incõparabiliter uincant, quibus duab⁹ rebus quantum ad aereum corpus attinet prædicti, hoc eſt acumine ſenſus & celeritate motus, multo ante cogitata nuntiant, quæ hoĩes pro ſenſus terreni tarditate mirẽtur. Acceſſit etiã dæmonibus per tam longum tempus, quo eorum uita protenditur, rerũ longe maior experientia q̃ poteſt hominibus, propter breuitatẽ uitæ prouenire. Per has efficacias quas aerei corporis natura ſortita eſt, non ſolum multa futura prædicunt dæmones, uerum etiã multa faciunt, quæ quoniam homines dicere non poſſunt, aut facere, eos dignos quidam quibus ſeruiant, & quibus honores diuinos deferant arbitrantur, inſtigante maxime uitio curioſitatis propter amorem fœlicitatis falſæ atq̃ terrenæ, & excellentiæ temporalis.

Idem ad Publicolam, & habetur 46. q. 2. cap. Si de area.

Si de area uel torcular tollit aliquid ad ſacrificia dæmoniorum ſciente chriſtiano, ideo peccat, quia permittit fieri, ubi prohibẽdi poteſtas eſt: q̃ ſi factum non comperit, aut prohibendi poteſtatem non habet, utitur mundis reliquis fructibus unde illa ſublata ſunt.

Idem de bono coniugali, & habetur 32. q 4 cap. Sicut.

Satius eſt famæ mori, q̃ idolothytis ueſci.

Hieron. & hab. 26. q. 2. ca. Eſt & illud.

Eſt & illud opprobrium Aegypti, quod ſi neglexeris etiam poſt Iordanis tranſitum, & poſt baptiſmi ſecundam circunciſionem uetuſtæ cõſuetudinis inuſtione ſuggeritur, obſeruare augurias, requirite ſtellarum curſus, & euentus ex his futurorum rimari, cæterisq̃ huiuſmodi ſuperſtitionibus implicari. Idololatriæ nanq̃ mater eſt Aegyptus, ex qua certum eſt opprobria huiuſmodi pullulare, quæ ſi tranſito Iordane ſuſceperis, & his te laqueis rurſus illigaueris, tecũ ſine dubio opprobria Aegypti trahis.

Idem ad Damaſum.

Aptandus eſt omnis ſermo ad deſtructionem idololatriæ.

Idem ad Riparium.

Acceptis primũ literis tuis nõ reſpondere ſuperbiæ eſt, incaute id facere temeritatis. De his enim rebus interrogas, quæ & proferre & audire ſacrilegium eſt. Ais Vigilantium κατ' ἀντίφρασιν, hoc uocatur nomine, nam Dormitãtius rectius diceretur, os fœtidum rurſus aperire, & putorẽ ſpurciſſimũ contra ſanctorũ martyrum proferre reliquias, & nos qui eas ſuſcipimus appellare cinerarios & idololatras, qui mortuorum hominum oſſa ueneremur. O infœlicem hoĩem & omni lachrymarũ fonte plangendũ, qui hæc dicens non ſe intelligit eſſe Samaritanũ & uidẽ, qui corpora mortuorũ pro immundis habent, & etiã uaſa quæ in eadem domo fuerint pollui ſuſpicantur ſequentes occidentẽ literam, & non uiuificantẽ ſpiritum. Nos autem non dico martyrũ reliquias, ſed ne quidẽ ſolem & lunam nõ angelos, non archãgelos, nõ cherubin, non ſeraphin, & omne nomen quod nominat, & in præſenti ſeculo & in futuro colimus, & adoramus, ne ſeruiam⁹ creaturæ potius q̃ creatori qui eſt benedictus in ſecula. Honoramus aũt reliquias martyr æ ut eum cuius ſunt martyres adoremus. Honoramus ſeruos ut honor ſeruorum redundet ad dominũ qui ait: Qui uos ſuſcipit, me ſuſcipit. Ergo Petri & Pauli immundæ ſunt reliquiæ? Ergo Moyſi corpuſculũ immundũ erit? quod iuxta Hebraicã ueritatem ab ipſo ſepultũ eſt domino. Et quoties cunq̃ apoſtolorũ & prophetarum & oĩum martyrum baſilicas ingredimur, toties idolorum templa ueneramur, ac cenſi q̃ ante tumulos eorũ cerei idololatriæ inſignia ſunt. Plus aliquid dicam quod redundat in autoris caput & inſanum cerebrum, uel ſanet aliquando uel deleat, ne tantis ſacrilegijs animæ ſubuertantur. Ergo & domini corpus in ſepulchro poſitum immundum fuit. Et angeli qui candidis ueſtibus utebantur mortuo cadaueri atq̃ polluto præbebant excubias, ut poſt multa ſecula Dormitantius ſomniaret, imo eructaret immundiſſimam crapulam, & cum Iuliano perſecutore ſanctorum baſilicas, aut deſtrueret, aut in templa conuerteret.

Grego. & hab. 32. q. 4. c. Salomon.

Salomon q̃ppe immoderato uſu atq̃ aſſiduitate mulierũ ad hoc uſq̃ perductus eſt, ut templum idolis fabricaret, & qui prius templũ conſtruxerat deo, aſſiduitate libidinis perfidiæ ſubtractus idolis templa conſtruere non timuit.

Lactantius Firma. lib. 1. ca. 3.

Nemo eſt qui deũ ſapiat rationemq̃ ſecũ putet, qui non unũ eſſe intelligat, qui & cõdiderit omnia, & eadem quæ condidit uirtute moderetur. Quid enim opus multis eſt ad mũdi regimẽ ſuſtinendũ, niſi forte arbitrentur ſi plures ſint, minus habere ſingulos neruorum atq̃ uirium. Quod quidẽ faciunt hi qui eſſe multos uolunt, quia neceſſe eſt imbecilles eſſe, ſi quidem ſinguli ſine auxilio reliquorum tanti q̃ molis gubernaculum ſuſtinere nõ poſſent. Deus aũt qui eſt æterna mens ex omni utiq̃ parte perfectæ conſummatæq̃ uirtutis ẽ. Quod ſi uerũ eſt, unus ſit neceſſe eſt. Poteſtas enim uel uirtus abſoluta retinet ſuam propriã firmitatẽ. Id autem ſolidum exiſtimandũ eſt, cui nihil decedere, id perfectum cui nihil poſſit accedere. Quis dubitet cõtentiſſimũ regẽ eſſe qui totius orbis habet imperium, neq̃ im-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

imẽrito cum illius ſint quæ ubiq; ſunt oĩa cum ad eum ſolum oẽs undiq; copiæ cõgregentur: at ſi plures parciant orbẽ minus certe opũ, minus uiriũ ſinguli habebunt, cum intra p̃ſcriptam portionẽ ſe quiſq; contineat. Eodẽ etiam modo, ſi diĳ plures ſint minus ualebunt, alĳs tãdem in ſe habentibus. Virtutis aũt perfecta natura in eo poteſt eſſe, in quo totũ eſt q̃ eo in quo pars exigua de toto eſt. Deus uero ſi perfectus eſt, quia perfectus eſt, (ut eſſe debet) nõ poteſt eſſe niſi unus ut in eo ſint uirtutes ac poteſtates inferiores ſint neceſſe eſt, omnia. Deorũ igitur quia tantum ſingulis deerit quantum in cæteris fuerit, ita q̃to plures tanto minores erũt.

Idem lib. I. ca. 15. Diuinarum inſtitutionum.

Cum conſtet Saturnum, Iouẽ cæteros q̃ deos homines fuiſſe, non tñ eſt obſcurum, qua ratione diĳ cœperint nominari. Si em̃ nulli reges ante Saturnum uel Vranũ propter hominum raritatem qui agreſtem uitam ſine rectore uiuebant, non eſt dubium quin illis temporibus homines regem ipſum totamq; gentẽ ſummis laudibus ac nouis honoribus tractare cœperint, ut etiã deos appellarent, ſiue ob miraculum uirtutis, hoc iure putant rudes adhuc & ſimplices, ſiue ut ſolent in adulatione præſentis potẽtiæ, ſiue ob beneficia quibus erant ad humanitatem compoſiti. Deinde ipſi reges, cum chari fuiſſent his quorum uitam compoſuerãt, magnum deſiderium ſui mortui reliquerunt, itaq; homines eorũ ſimulachra finxerunt ut haberent aliquod eximaginũ contemplatione ſolatium. Progreſſiq; lõgius per amorem defunctorũ memoriam colere cœperunt, ut gratiã referre benemeritis uiderentur, & ſucceſſores eorum bene allicerẽt ad imperandi bene cupiditatem, quod Cicero de Natura deorũ docet dicens: Suſcepit autẽ uitæ conſuetudo cõmunis, ut beneficĳs excellentes uiros in cælum fama ac uoluntate tolleret. Hinc Hercules, hinc Caſtor, hinc Pollux, hinc Aeſculapius, hinc Liber & alio loco atq; alio in pleriſq; ciuitatibus intellĳgi poteſt acuendæ uirtutis gratia, aut quo libẽtius reip. periculum adiret optimus quiſq; uirorũ fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratam.

Ibidem.

Acceſſerunt & poetæ & compoſitis ad uoluptatẽ carminibus in cælũ eos ſuſtulerũt. Quod malum à græcis ortum eſt, quorũ leuitas inſtructa dicendi facultate & copia, incredibile eſt q̃ ſtas mendaciorum nebulas excitauerit. Itaq; admirati eos & ſuſceperunt primi ſacra eorum & uniuerſis gentibus tradiderunt. Ob hanc uanitatem Sibylla ſic eos increpat:

ἄλλας δ' οἱ πίστιθας ἐπ' ἀνδράσιν ἡγεμόνας,
πρὸς τί δὲ Δῶρα μάταια καταφθιμένοις ἀνατίθης,
ὕβρει ἐμῇ λ ις' τίς τοι πλάγχθη βάλεν ἐν νῶ
ὃς τόσ' ἐτάλε πολὺν μεγάλοιο θεοῖο προσώπου
λήσεμεν.

Hoc eſt, Græcia quid confidis in uiros principes? ad quid dona inania mortuis ponis, imolas idolis? Quis tibi in mentẽm dolorem impoſuit, ut hæc perficias, magni dei ore relicto.

Idem lib. I. ca. 16. Diuinarum inſtitutionum.

At iſti qui deos aſſerunt, uideant quõ reſpondeant huic argumento quod inferemus. Si duo ſunt ſexus deorum, ſequitur concubitus, ſi coeunc, & domos habeãt neceſſe eſt. Nec enim carẽt uirtute ac pudore, ut promiſcue aut in propatulo faciant ſicut multa uidemus facere animalia. Si domos habent, conſequens eſt ut & urbes habeant, & quidem authore Naſone q̃ ait:

Plebs habitat diuerſa locis à fronte potentes
Cælicolæ clariſq; ſuos poſuere penates.

Si habent urbes, & agros igitur habebunt. Iam quis non uidet quæ ſequantur, arare illos & colere, quod quidẽ uictus cauſa fit, ergo mortales ſunt. quod argumentum retorſum idem ualet. Si enim agros nõ habent, ne domos quidem. Si domibus carent, ergo concubitu: ſi concubitus abhis abeſt, & ſexus fœmineus: In diĳs autem uidemus & fœminas eſſe, ergo diĳ nõ ſunt. Diſſoluat hoc argumentum, ſi quis poteſt. Ita em̃ res rem ſequitur, ut hæc ultima neceſſe ſit confiteri, ſed ne quidem illud diſſoluet aliquis. Ex duobus ſexibus alter fortior eſt, alter eſt infirmior. Robuſtiores enim mares ſunt, fœminæ imbecilliores. Imbecillitas autem non cadit in deum, ergo nec fœmineus ſexus, huic additur ſuperioris argumenti concluſio, ut diĳ nõ ſint, quoniam in diĳs & fœminæ ſunt.

Ibidem cap. 21.

Merito igitur cum hæc à uiris non imperitis ac rudibus fiat, Lucretius exclamat:

O ſtultas hominum mentes, o pectora cæca,
Qualibus in tenebris uitæ, quantiſq; periclis
Degitur hoc æui quodcunq; eſt.

Quis ludibria nõ derideat? qui habet aliquid ſanitatis? cum uideat homines uelut mente captos ea ſerio facere, quæ ſi quis faciat in luſu, nimis laſciuus, & ineptus eſſe uideatur.

Idem libro I. cap 22.

Harum uanitatum apud Romanos author & conſtitutor Sabinus ille rex, qui maxime animos hominum rudes atq; imperitos nouis ſuperſtitionibus implicauit, quod ut faceret aliqua cum authoritate, ſimulauit cum dea Egeria nocturnos ſe habere congreſſus.

Innocentius de Vilitate conditionis humanæ.

Auaritia ſecundum Apoſt. eſt idolorum ſeruitus, quia ſicut idololatria ſeruit ſimulacro, ſic auarus ſeruit theſauro. Nam ille cultum idololatriæ diligenter ampliat, & iſte cumulum pecuniæ libenter augmentat. Ille cum omni diligentia colit ſimulacrum, & iſte cum omni cura cuſtodit theſaurum. Ille ſpem ponit in idololatria, & iſte ſpẽ conſtituit in pecunia. Ille timet mutilare ſimulacrũ, & iſte timet minuere theſaurũ.

Franciſcus Petrarcha libro de Vita ſolitaria I. cap. 6

Inuẽtores artium quarundã poſt mortẽ diuinitatiq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ratis honore cultos audiuimus, grate quidē po/tius q̄ pie. Nulla eſt enim pietas hoīs qua deus offenditur, ſed erga memoriā de humano gene re benemeritoꝝ inconſulta gratitudo morta/liū humanis honoribus non cōtenta, uſq; ad ſa/crilegas proceſſit ineptias. Hinc Apollinē citha/ra, hinc eundem ipſum atq; Aeſculapium medi cina. Saturnū Liberumq; & Cererem agricultu ra. Vulcanū fabrica deos facit. Hinc Aegyptus Oſyrim, Athenæ docta urbs Mineruā coluere, q̄ illa lini hæc olei uſum, artemq; lanificij reperiſſe fertur. Longū eſt ſingula ꝓſequi, quod apud ue/teres huiuſmodi uanitatum nullus eſt modus. Quas palam dānare non auſus ille poetarū ma ximus atq; cautiſſimus, ut qui uero paratū fore ſupplicium uerebatur, latenter uticq; nec minus eleganter irridere non metuit, quandoquidem animas eoꝝ inuentas, qui uitam excoluere per artes quoꝝ nomina uulgus mendax, & omniū fons errorum in cælum cæli domino indignan-te locauerat, apud inferos ponit. Nominatim inſuper ipſum medicinæ repertorē, oīnipoten tis dei fulmine detractū ad Stygias undas canit. Verū hæc quęſtio inter eos maneat. Apud nos eī nulla eſt de diis q̄ſtio. Nec uero mirari unq̄ ſatis poſſum uiros in cæteris omnibus tam per/fectos in ſolis ſuperſtitionibus tam deliros, & q̄/ſi uelociſſimos curſores euntes in diuerſum, & ante oculos metam poſitam non uidentes, ut q̄ rum pernicitatē miror, miſeriar cæcitatem. Sa/ne ut talium rerum primis authoribus honor a liquis debetur, quem deberi magnum, modo humanum modeſtumq; ſit, non inficior.

Sedulius.

Heu miſeri qui uana colunt, qui corde ſiniſtro
Religioſa ſibi ſculpunt ſimulacra ſuum q̄;
Factorem fugiunt, & quæ fecere uerentur.
Quis furor eſt, quæ tanta animas dementia ludit,
Vt uolucrem turpemq; bouem, toruamq; draconem.
Semihominemq; canem ſupplex homo pronus adoret?
Aſt alij ſolem cæcatis mentibus acti
Affirmant rerum eſſe patrem, quia rite uidetur
Clara ſerenatis infundere lumina terris,
Et totum luſtrare polum, cum conſtet ab iſtis
Montibus inſtabilem rapidis decurſibus ignem
Officium non eſſe dei.

IEiunium græce νηστεία, ας. ſ. & νήστης, ου. ſ. m. ieiu-nus & νηστεύω iciuno dicitur. Ieiunium corporale abſtinentia à cibo & potu intuitu ſatisfaci/endi uel uitandi peccatum, uel acquirēdi uitam æternam, ſecundum theologos 4. ſentētiarum diſtinctione 15.

Ieiunium eſt abſtinentia à cibis ſecundum or dinationem eccleſiæ, ſecundum Gofredum in ſumma & Panor. ſuper Rubrica extra eodem.

Eſdræ 1. ca. 8.

Prędicaui ibi ieiunium iuxta flumen Hanua, ut affligeremur coram domino deo noſtro, & peteremus ab eo uiam rectam nobis & filijs no ſtris uniuerſæq; ſubſtantiæ noſtræ.

Idem.

Ieiunauimus autem, & rogauimus deum nō ſtrum pro hoc, & euenit nobis proſpere.

Tobias 12.

Bona eſt oratio cū ieiunio, & eleemoſyna ma gis q̄ theſauros auri recondere, quoniā eleemo ſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat pec cata & facit inuenire uitam æternam.

Iudith. 4.

Scitote quoniam exaudiet dominus preces ueſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiunijs & orationibus in conſpectu domini.

Dauid Pſalm. 34.

Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in ſinu meo conuertetur.

Ioel 2.

Conuertimini ad me in toto corde ueſtro, in ieiunio, planctu & fletu.

Iſaias 58.

Nonne hoc eſt maius ieiuniū q̄ elegi? Diſſol/ue colligationes impietatis, ſolue faſciculos de/primētes. Dimitte eos q̄ confracti ſunt liberos, & omne onus dirūpe. Frange eſurienti panem tuum & egenos, uagoſq; induc in domū tuam. Cum uideris nudum operi eum, & carnē tuam ne deſpexeris. *Eccleſiaſtici 34.*

Qui baptizat à mortuo, & iterum tāgit mor tuum, quid proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterum eadem faciēs, quid proficit humiliando ſe, orationem illius quis exaudiet? *Matthæi 5.*

Beati qui nūc eſuritis, quoniā ſaturabimini.

Idem cap. 6.

Cum aūt ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocri/tæ triſtes, exterminant eī facies ſuas, ut appare ant hominibus ieiunantes. Amen dico uobis, quia receperunt mercedem ſuam. Tu aūt cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuā laua, ne uideariſ hominibus ieiunans, ſed patri tuo qui eſt in abſconſo, & pater tuus qui eſt in abſcon/ſo reddet tibi. *Marci 9.*

Hoc genus dæmoniorū in nullo poteſt exi/re niſi in oratione & ieiunio.

Auguſt. ſup Ioan. & hab. in Decretis de Conſe. di 5. ca. Ieiunium.

Ieiunium autem magnum & generale eſt ab ſtinere ab iniquitatibus & ab illicitis uoluptati bus ſeculi. vide in Abſtinentia.

Idem ad Ioannuarium & hab. in decretis diſ. 12. cap. illa autem.

Alia uero quæ per loca terrarū regionesq; ua riantur, ſicut eſt quod alij ieiunant ſabbatū, alij non, alij uero cōmunicant quotidie corpori & ſanguini domini, alij certis diebus accipiunt, & ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt, to tū hoc genus liberas habet obſeruationes, q̄/nim neq; contra fidē catholicam, neq; cōtra bo/nos mores eſſe conuincitur, indifferenter eſtha/bendū, & pro eorum inter quos uiuitur, ſocie/tate ſeruandum eſt. *Ibidem.*

Mater mea Mediolanū me ſecuta inuenit eccle ſiam ſabbato nō ieiunantē, ceperat fluctuare q̄d age/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ageret, tunc ego cõsului de hac re beatissimę memoriæ Ambrosium episcopum. At ille ait: Cũ Romam uenio, sabbatum ieiuno, cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic & tu ad quamcunq; ecclesiam forte ueneris, eius morem serua, si cuiq; non uis esse scandalum, nec quemq; tibi, hoc cũ matri renuntiassem libenter amplexa est.

Augustinus in sermone de ieiunio.

Ieiunium purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subijcit, cor facit contritum & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis uero lumen accendit. *Ibidem.*

Ieiunium uerbositatem non amat, diuitias superfluitatem iudicat, superbiam spernit, humilitatem commendat, præstat homini seipsum intelligere, quod est infirmum & fragile.

Idem libro de Spiritu & anima.

Si uolumus deo placida exhibere ieiunia, simus in oratione cõtinui, in iudicijs iusti, in amicitia fideles, in iniurijs patiẽtes, in contentionibus tẽperati, turpiloquia fugiẽtes, aduersus iniqua cõstantes, in cõuiuijs cõtinentes, in charitate simplices, inter subdolos cauti, cõdolẽtes tristibus, contumacibus resistentes, in suspiciõibus parci, inter maliloquos taciti, inter hũiles coæquales.

Hieronymus, & habetur in Decretis de consecrat. dist. 5. Non dico.

Sint tibi quotidiana ieiunia, & refectio de sanctitatem fugiens: nihil enim prodest tibi biduo uel triduo transmisso uacuum portare uẽtrem, si post pariter obstruatur. *Ibidem.*

Sint tibi ieiunia pura, cõtinua, moderataq; i. quotidie esurire, & quotidie prãdere. Apostol⁹ inquit: Noli adhuc aquã bibere, sed modico utere uino ppter infirmitates tuas, curat eñ uulnera delinquentis, curatosq; sanctificat ieiunium.

Idem in epistola ad Demetriadem, & habetur de consecrat. dist. Abstinentia.

Sic debes ieiunare, ut non palpites, ut respirare uix possis & comitum tuarũ uel porteris uel traheris manibus, sed ut fracto corporis appetitu nec in lectiõe nec in psalmis nec in uigilijs solito quid minus facias.

Idem ad Demetriadem.

Ieiuniũ non solum perfecta uirtus, sed cæterorũ uirtutũ fundamentũ est sanctificatio, & pudicitia atq; prudentia, sine qua nemo uidebit deũ.

Idem super Marcum.

Non sanat oculum quod calcaneo adhibeť, ieiunio passiones corporis, oratione pestes sanãdæ sunt mentis. *Idem ad Nepotianum.*

Tanto tibi ieiuniorũ impone modum, quantum ferre potes, sint tibi plura, simplicia, casta, moderata ieiunia, & non superstitiosa. Quid prodest oleo non uesci, & molestias quasdam & difficultates ciborum quærere?

Idem ad Cancel.

Ardentes diaboli sagittæ ieiuniorum & uigiliarum frigore restringendæ sunt.

Idem in epistola.

Sint moderata & sancta in omni mẽtis humilitate ieiunia, quæ ita attenuent corpus uon mẽtem eleuẽt, ne res humilitatis gignat superbiam, & uitia de uirtute nascantur.

Idem cap. 2. contra Iouinianum.

Quale est illud ieiuniũ? aut qualis refectio post ieiunium, cum præclaris epulis distendimur, & guttur nostrũ mediator efficit lachrymarum?

Ambr. in sermone de ieiunio, & hab. dist. 35. 9.

Eo usq; nemo præuaricari nouerat, cũ adhuc orta nõ esset, quæ prima est præuaricatio, indictũ est ieiuniũ abstinentiæ, lex à deo, præuaricatio legis à diabolo, culpa per cibũ, latebra post cibum, cognitio infirmitatis in cibo, firmitatis uirtus in ieiunio. Serpens suasit gulæ, dominus ieiunare decreuit, itaq; gula à paradiso regnantẽ expulit, abstinentia ad paradisum reuocauit errantem. *Ambr. de Helia & ieiunio.*

Ieiunium mors culpæ, excidium delictorum: remediũ salutis, radix gratię, fundamentũ est castitatis. Hoc gradu ad deum citiꝰ peruenit, hoc gradu antecq; curru Helias ascendit.

Ambro. Psal. 20. & habetur de consecr. dist. 5. Contraria.

Cõtraria diuinæ cõditioni præcepta medicinæ sunt, quæ à ieiunio reuocãt, lucubrare nõ sinũt, ab oñi intẽtione meditationis abducũt, ita qui se medicinis dederit, seipsum sibi abnegat.

Idem lib. ser. & hab. dist. 4. Quadragesima.

Quadragesima sex septimanas habet, cui addidit Thelesphorus põtifex septimã hebdomadam, & uocatum est hoc tẽpus quadragesima.

Idem in sermone quadragesimæ.

Fames amica uirginitati est, inimica lasciuię. Saturitas uero prodigit castitatem, nutrit illecebram, *Ibidem.*

Ille quadragesimam facit qui ieiunando & uigilando ascendit ad pascha. Nam sicut reliquo anno ieiunare præmiũ est, ita in quadragesima non ieiunare peccatum est. Illa enim uoluntaria sunt ieiunia, & ista necessaria illa de arbitrio ueniunt, ista de lege; ad illa inuitamur, ad ista compellimur. *Ibidem.*

Qui constitutũ numerũ una die manducãdo præterit, non ut unius diei uiolator accusať, sed ut totius quadragesimæ transgressor arguitur.

Ambr. in homilia de quadragesima, & habetur dist. 16. Quid prodest.

Quid prodest ieiunare uiscerib⁹, & luxuriari uenationibus? Abstinere à cibis & errare peccatis? An putatis illum ieiunare fratres, qui primo diluculo non ad ecclesiam uigilat, non beatorum martyrum sancta loca perquirit, sed furgens congregat seruulos, disponit retia, canes producit saltus syluasq; perlustrat, seruos inquã secum protrahit, fortasse magis ad ecclesiam festinãtes, uoluptatib⁹ suis peccata accumulat alienа: nescіens rerum se futurum, tam de suo delicto, quàm de perditione seruorum.

Gregorius Aug. Angelorum episcopo, & habetur dist. 4. Denicq;

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Deniq; ſacerdotes & diaconi & reliqui, oēs qđ dignitas eccleſiaſtici gradus exornat, à gnqua geſima propoſitū ſuſcipiāt ieiunandi, quo & ali quid ad penſum ſanctæ inſtitutionis adñciant, & eorum qui in laicali ordine conſiſtunt, obſer uentiā ſicut loco ita & religione præcellant. De ipſa uero die dominica hæſitamus quidnam di cendum ſit, cū omnes laici & ſeculares illa die plus ſolito cæteris diebus accuratius cibos car niū appetāt, & niſi noua quadā auiditate uſque ad medias nocteſ ſe ingurgitēt, nō aliter ſe huiꝰ ſācti ſacri tēporis obſeruationē ſuſcipere putār. quod utiq; non rationi ſed uoluptati, imo cuidā mentis cæcitati aſcribendum eſt, unde nec à tali cōſuetudine auerti poſſunt, & ideo cum uenia ſuo ingenio relinquēdi ſunt, ne forte peiores exiſtant, ſi à tali cōſuetudine prohibeant. ut enim ait Salomon: Qui multum emungit, elicit ſanguinem. & poſt pauca: Par aūt eſt ut nos qui his diebus à carnibus animalium abſtinemus, ab omnibus quoq; quæ ſementinā trahūt originem carnis ieiunemus: à lacte uidelicet, caſeo & ouis.

Grego. in homil. & hab. de conſec. diſt. 5.

Quadrageſima ſumma obſeruatiōe eſt obſeruāda, ut ieiuniū in ea præter dies dominicos, q̄ de abſtinentia ſubtracti ſunt niſi quē infirmitas impedierit, nullatenus ſoluatur, quia ipſi dies decimæ ſunt anni. *Gregorius in Paſtorali.*

Non deo, ſed ſibi ieiunat, qui quæ uentri ad tempus ſubtrahit, non inopibus tribuit, ſed uentri poſtmodum offerenda cuſtodit.

Iohann. Chryſoſt. ſup Matthæum.

Qui peccat & ieiunat, non ad gloriam dei ieiunat, nec ſe humiliat, ſed ſubſtantiæ ſuę parcit.

Bernardus ſermo 38.

Si ſola gula peccauit, ſola ieiunet, & ſufficit. Si uero peccauerūt & mēbra cætera, cur non ieiunēt & ipſa? ieiunet igitur oculus & a curioſis aſpectibus & omni petulātia, ut bene humiliatus coerceat in pœnitētia, q̄ male liber uagabat in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriēs a fabulis & rumoribus, & quæcūq; otioſa ſunt, & ad ſalutē minime pertinētia. Ieiunet lingua in detractiōe & murmuratione ab inutilibus & uariſs atque ſcurrilibus uerbis, interdum quoq; obgrauitatē ſilentiū ab ipſis quæ uideri poterant neceſſaria. Ieiunent manus ab otioſis ſignis, & ab operibus omnibus, quæcunq; nō ſunt imperata, ſed & multo magis anima ipſa ieiunet a uitiſs & a pꝓpria uoluntate ſua. Etenim ſine ieiunio hoc cætera a domino reprobant. ſicut ſcriptum eſt: Quia in diebus ieiuniorum ueſtrorum uoluntates ueſtræ inueniuntur. *Ibidem.*

Bonum & ſalutare ieiunium, quo redimunt æterna ſupplicia, dum redimuntur peccata. Nō ſolum autem ablutio eſt peccatorum, ſed etiam extirpatio uitiorum, non ſolum obtinet ueniā, ſed meretur gratiam. Non ſolum delet peccata præterita quæ cōmiſimus, ſed etiā repellit futura quæ cōmittere poterāmus. *Ibidem.*

Ieiunium orationem, deuotionem & fiducia donat. Oratio uirtutem impetrat ieiunandi, & ieiunium meretur gratiam orandi. Ieiunium orationem roborat, oratio ſanctificat ieiunium, & repræſentat domino. *Ibidem.*

Oratio iuſti (ut ait ſcriptura) penetrat cœlos. Sīt ergo ieiunio noſtro (ut facile cœlos penetrēt) alāe duæ, orationis ſcilicet atq; iuſtitiæ. Nō eſt magnum ſi ieiunet cum Chriſto, qui ſeſſurus eſt ad menſam patris cum Chriſto.

Leo Papa de ieiunio ſeptimi menſis.

Non culpatur infirmus ieiuniū ſoluens a quo cibos accipit pauper eſuriens, nec eſcam ſumendo polluitur qui eleemoſyna in percipiendo mundatur. *Ibidem.*

Non in ſola abſtinētia cibi ſiat noſtri ſumma ieiunij. Haud fructuoſe corpori eſca ſubtrahit, niſi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur.

Leo Papa in ſerm. de aduentu.

Paternitatis affectu dilectionem ueſtram admonemus, ut ieiunium fructuoſum uobis elemoſynarum largitate faciatis gaudentes, q̄ per uos dominus pauperes ſuos paſcit ac ueſtit, quibus utiq; poſſet eas, quas uobis contulit tribuere facultates. Vbi pro ineffabili miſericordia ſua, & illos iuſtificaret de patiētia laboris, & uos de opere charitatis.

Leo Papa in ſer primæ domin. quadrageſi.

Quid enim poteſt eſſe efficacius ieiunio, cuiꝰ obſeruātia appropinquamus deo, & reſiſtentes diabolo uitia blanda ſuperamus. Semper enim uirtuti cibus ieiunium fuit. De abſtinētia denique pcedunt caſtæ cogitationes, rationabiles uoluntates, ſalubriora conſilia: & per uolūtarias afflictiones caro concupiſcentiſs moritur, uirtutibus ſpiritus innouatur. Sed quia non ſolo ieiunio animarū noſtrarū ſalus acquirit, ieiuniū noſtrū miſericordiſs pauperū ſuppleamus. Impendamus uirtuti q̄d ſubtrahimus uoluptati. Fiat refectio pauperis abſtinētia ieiunātis, ſtudeamus uiduarum defenſioni, pupillorum utilitati, lugētium cōſolationi, diſſidētium paci, ſuſcipiatur peregrinus, adiuuet oppreſſus, ueſtiat nudus, foueatur ægroꝰ, ut quicūq; ueſtrū de iuſtis laboribus autoribonorū omniū deo ſacrificiū huius pietatis obtulerit, ab eodē regi cœleſti præmiū pcipere mereatur. *Origenes ſuper Leuiti. homi. 10.*

Vis tibi ut oſtēdā quale te oportet ieiunare ieiuniū? Ieiuna ab omni peccato, nullū cibū ſumas malitiæ, nullas epulas uoluptatis. nullo uino luxuriæ cōcaleſcas, ieiuna à prauitatibꝰ, abſtine à malis actibꝰ, cōtine à malis ſermonibꝰ, imo à cogitationibus peſſimis. Noli cōtingere panes furtiuos puerſæ doctrinæ. Nō cōcupiſces fallaces philoſophiæ cibos q̄ te autoritate ſeducant. Tale ieiuniū deo placet. *Cæſarius in admonitiōe 2.*

Aliſs diebus ieiunare aut remedium aut præmium eſt, in quadrageſima uero non ieiunare peccatum eſt. Alio tempore qui ieiunat, accipit indulgentiam, in his diebus qui poteſt & nō ieiunat ſentiet pœnam. *Ibidem.*

Tale

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Tale ieiunium ſine eleemoſyna eſt quale ſine oleo lucerna. *Fulgentius ad Probam.*

Ieiunijs ſic eſt adhibenda temperies, ut corpus veſtrum nec ſaturitas excitet, nec inedia immoderata debilitet.

Maximus epiſcopus in Natali domini.

Ieiunium Chriſtiani egentis debet eſſe refectio ieiunium pacem debet nutrire non iurgia. Quale illud eſt, aut quod non ueſceris carnib⁹, & de ore tuo omni eſca ſordidius egredit male dictum? Quale illud quod ſanctificatur uenter ieiunio, & polluitur lingua mendacio?

Ientaculum græce ἀκρατισμὸς ὁ & ἀκρατίζω ientor dicitur. Eſt autem ientaculum cibus, qui ſumi ſolet antequàm homines opera aggrediantur, quod quidã prandiolum ſiue prandiculũ, quaſi paruum prandiũ dicunt, uenitq; ab iento aduerbo quod à ieiuno deſcendit, quod tum maxime corpora ieiuna ſunt. *Martialis.*

Surgite iam uendit pueris ientacula piſtor.

Differt à comeſſatione, prandio, merẽda & cœna: quia ientaculum eſt cibus ante prandium ſicuti merenda ante cœnã, comeſſatio uero poſt cœnam. De hoc ſide ſupra in comeſſatio.

Ieſus græca dictio ἰησοῦς ὁ qui fuit humani generis ſaluator, qui & Chriſtus χριστὸς ὁ hoc eſt unctus dictus eſt, χρίω enim ungo χρίσις ἡ unctio & χρῖσμα ατος τὸ unguentum dicitur.

Ignis græce πῦρ ῥός τὸ & πυρακτόμαι igneſco dicitur. Eſt autem unum quatuor elementorum, & leuis & ſurſum ferri habilior reliquis, combuſtiuus & illuminatiuus ſecundum Ioan. Dama. li. 2. ca. 7. Dicitur q; ut aliqui uolunt q; ex eo nihil gignatur. Ouid. Nataq; de flamma corpora nulla uides. Ab ignis igneus fit, hoc eſt, quod ex igne eſt, ut calor igneus & ignitus candens, ut ferrum ignitũ, & igneo & igneſco et ignefio eiuſdem ſignificationis. Ignarius lapis, ex quo excutitur ignis. Ignefacio, ignẽ accendo. Ignipotẽs .i. Vulcanus ignis deus.

Ignominia græce ἀτιμία ας ἡ & ἀτιμος ος ὁ ignominioſus dicitur. Eſt autem ignominia nota nominis, uenitq; à nomen. Nam ſicut à nomen cognomines dicũtur qui eiuſdem ſunt nominis, ſic ignomines qui laude et gloria carẽt, quaſi inglorij & illaudati. Inde deducitur ignominia. Cicero: Cenſes iudicium nihil ferre damnato niſi uborem. Ab ignominia fit ignominioſus, hoc eſt dedecoris & ignominiæ plenus, & ignominioſe aduerbium, hoc eſt turpiter.

IGnorantia græce ἄγνοια ας ἡ & ἀγνοέω ignoro dicitur. Ignorantia quandoq; ſignificat ſciẽtiæ priuationem, & tunc ignorãtia eſt carentia ſcientiæ, quam quis natus eſt habere: quãdoq; eſt aliquid ſcientiæ contrarium, quæ dicitur ignorantia peruerſæ diſpoſitionis, puta cum quis habet habitum falſorum principiorum & falſarum opinionum, ex quibus impeditur à ſciẽtia ueritatis, ſecũdum b. Tho. in quæſt. de malo. q. 3 ar. 3. Quomodo autem differunt ignorantia, neſcientia & error, uide ſupra in Errare.

Ignorantia à ignoro uenit (ut quidam uolũt) quod ueteres pro ſcio uſurparunt, uel à græco γνωρίζω, quod eſt notifico, unde & γνωσὸς notus & γνῶσις notitia dicũtur.

Prouerbiorum cap. 10.

Labia iuſti erudiunt plurimos, qui autem indocti ſunt in cordis egeſtate morientur.

Eccleſiaſtes cap. 10.

Cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius, ſed & in uia ſtultus ambulans, cũ ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos exiſtimat.

Eccleſiaſtici cap. 10.

Rex inſipiẽs perdet populũ ſuũ & ciuitates inhabitabũtur per ſenſuum prudentiam. *Ibidem.*

Vir prudens & diſciplinatus non murmurabit correctus, & inſcius non honorabitur.

Matthæus cap. 15.

Cæcus aũt ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. *Lucas in euang. cap. 6.*

Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt?

Iacobus in epiſtola cap. 1.

Si quis aũt ueſtrum indiget ſapiẽtia, poſtulet à deo, q; dat oĩbus affluenter, & nõ improperat, & dabit ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitãs, qui enim hæſitat ſimilis eſt fluctui maris, q; à uento mouetur, & circunfertur: nõ ergo exiſtimet homo ille, quod accipiat aliquid à domino. Vir duplex animo inconſtans eſt in uijs ſuis.

Auguſtinus libro de Natura & gratia.

Nõ tibi deputabit ad culpã, q; inuitꝰ ignoras.

Idem in li. quæſt. & habetur 37. cap. ultimo.

Nõ omnis ignorãs immunis eſt à pœna. Ille em̃ ignorãs poteſt excuſari a pœna, qui quod diſceret, nõ inuenit. Illis aũt ignoſci nõ poterit, qui a quo diſcerent habentes operã non dederunt.

Idem, & habetur diſtin 38. Quamuis errare.

Quãuis errare quanta poſſumus cura cauendũ ſit, nõ ſolũ in maioribus, uerumetiam in minoribus rebus, nec niſi rerum ignorantia poſſit errari, non eſt tamen conſequens ut cõtinuo erret quiſquis aliquid neſcit, ſed ſi quis exiſtimet ſe ſcire quod neſcit, pro uero quippe approbat falſum, quod erroris eſt propriũ, ueruntamen in qua quiſquis erret, intereſt plurimũ, nam in una eademq; re & neſcienti ſciens, & erranti nõ errans recta ratiõe præponitur, in aduerſis aũt rebus .i. cum iſte ſcit alia, & ille alia, iſte utiliora & ille minus utilia uel etiam noxia, quis non in eis quæ ille ſcit, ei præferat neſcientem? ſunt em̃ quædam quæ neſcire melius eſt q̃ ſcire.

Idem de adulterinis coniugijs, & habetur 22. q 7. Quemadmodum.

Nõ recte dici põt, ſi neſcit homo nõ peccat, ſunt em̃ peccata ignorantiũ q̃uis minora q̃ ſcientiũ.

Idem & habetur 6. q. 1. Quæro ergo.

Peccata ſcientium peccatis ignorantiæ prẽponuntur. *Ambroſi. ſuper Beati immaculati.*

Ordinis ignorantia conturbat negotiorũ naturam formamq; meritorum: ſtatutis facere cõtraria, non eſt intelligere ſed ignorare.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Isidorus Soliloquiorum libro 2. cap. 17.

Summa miseria est nescire quo tendas.

Bernardus de 12. gradibus humilitatis.

Non est parũ scire quod nescias, frustra sibi de infirmitate uel ignorantia blandiunt, qui ut liberius peccent, libẽter ignorant uel infirmant.

Bernardus super cantica.

Vtraq; cognitio, dei. s. & tui, tibi est necessaria ad salutẽ, quia sicut ex notitia tui uenit in te timor dei, atq; ex dei notitia itidẽ amor, sic econtra de ignorantia tui superbia, ac de dei ignorãtia uenit desperatio.

Gregorius libro 2. Moralium.

Cum nostram ignorantiam cognoscimus leuius aliena toleramus, nunquam deus mentem deserit quæ in peccatis se ueraciter cognoscit.

Idem in Moralibus.

Qui enim lucem uidet, scit quid de tenebris æstimet, nam qui cãdorem lucis ignorat, etiam obscura pro lucidis approbat.

Leo Papa, & habetur dist. 38. Si in laicis.

Si in laicis uidetur intolerabilis inscitia, quãto magna in eis qui præsunt, nec excusatiõe est digna nec uenia.

Cyprianus, & habetur dist. 8. Consuetudo.

Ignosci potest simpliciter erranti, sicut de seipso Paulus dicit: Qui primo fui blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiam meruí, quia ignorans feci. Post inspirationem uero & reuelationem ueritatis fãctã, qui in eo quod errauerat perseuerat prudens & sciens, iam non in uenia ignorãtiæ peccat, præsumptione enim atq; obstinatione quadam nititur, cum ratiõe superetur. *Seneca in Prouerbijs.*

Tolerabilior est pœna, uiuere nõ posse quàm nescire. *M. T. Cicero Tuscul. quæst. lib. 3.*

Insipientia nullum maius malum est.

Aristoteles libro 1. Ethicorum.

Conscij propriæ ignorantiæ admirantur homines scientes. *Idem libro 3. Ethicorum.*

Ignorantia excusat peccatum.

Idem libro 2. Rhetoricorum.

Turpe est ignorare, quod omnibus scire cõuenit. *Ouidius Metamor. lib 6. fabula 6.*

Proh superi quantum mortalia pectora cæcæ
Noctis habent.

Ouidius Fastorum libro 2.

Quantum animis erroris inest.

Horatius libro 2. carminum Ode 13.

Quid quisq; uitet nunquam homini satis
Cautum est in horas.

Imago græce εἰκών ονος ὁ & παντασικὸν ὸν ὁ imaginatiuus dicitur. Imago quælibet est similitudo, & non econuerso, quia imago addit esse expressum ab alio, bea. Tho. prima parte q. 35. art. 1.

Imago tripliciter differt à similitudine, quia imago pertinet ad formam, scilicet specialem, similitudo autem ad naturam. Imago pertinet ad cognitionem ueritatis, quæ est principiũ demonstrans naturam intellectualem, similitudo autem ad amorem uirtutis. Imago pertinet ad potentias, scilicet memoriam, intelligentiam & uoluntatem. Similitudo uero ad habitus cõsequentes, scilicet innocentiam, & iustitiam, ex b. Thoma prima parte q. 93 articulo 9.

Imago à statua proprie sic differt, q̃ imago superficiem tantum eius rei refert, cuius est imago. Vnde pictores imagines faciũt colorum diuersitate & lineamentis quibusdam similitudinem reddentes. Statua uero est, quæ nõ modo superficiem, sed solidum corpus atq; perfectum reddit. Statuarij enim effigies rerum lignis uel marmoribus uel eboreue l metallis exprimentes, quorum ars statuaria uocatur. Ab imago fit imaginor uerbum, quod proprie est alicuius rei similitudinem mente comprehendo, à quo imaginarium dicimus, quod re non est, sed tantum cognitione comprehenditur, & imaginatio actus ipse & imaginatiua, de qua infra.

Imaginatiua idem est quod phantasia, b. Tho. prima parte q. 78. articulo 4.

Immisericordia græce ἀνοικτιρμόσ ὐνη dicitur. Est q̃ filia auaritiæ qua nõ subuenitur indigentibus. Differt autẽ sic à crudelitate, quod immisericordia est in subtractiõe beneficij, sed crudelitas est in excessu puniendi. Et unum aliquando ponitur pro alio, ex b. Th. secũdæ secũdæ q. 159. ar. 1.

Immobilis græce ἀκίνητ ος ὁ dicitur. Immobile dupliciter dicitur, scilicet immutabilitate rei, ut deus, & necessitate ueritatis, ut ꝓpositiones necessariæ bea. Tho. in quæstionibus de ueritate quæstione 16. articulo 1.

Immunditia græce ἀκαθαρσία τησ τοσ dicitur. Et est triplex, scilicet infidelium, catechumenorum & energumenorum. Primã purgat ostiarius. Secundam lector. Tertium exorcista, bea. Tho 4. Sententiarum 24. quæstione 2. articulo 1.

Immunditia etiam est filia gulæ, qua quis prouocat se ad uomitum, ut sæpius comedere possit, uel tãtũ comedit q̃ necesse habet euomere.

Imperium græce ἡγεμονία ασ η & ἐπιτάσσω impero dicitur. Est autem imperiũ actus rationis ordinãtis cum quadam motione ad aliquid agendũ. bea Tho. prima secundæ quæstione 17. articulo 5. Dicitur autem ab impero as.

Imperare est iubere, dictũ ab in particula intẽtiua, & paro, quasi statim paro, uel prorsus paro.

Imperiũ nũc iussum significat. Virg. Luctãtes uentos, tempestatesq; sonoras imperio premit. Aliquando dominium. Idem: Imperium oceano famã qui terminet astris. Nonnunq̃ potestatem. Vnde Vlpianus: Imperium scribit aut merum dici aut mixtũ. Merum imperium est habere gladij potestatem ad animaduertẽdum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur: mixtũ est, cui etiã iurisdictio inest, q̃ præcipue in danda bonorum possessione consistit.

De hac materia habes infra ubi Obedientia & Præceptum.

Importunitas græce ἀκαιρία ασ ὁ & ἄκαιρος ου ὁ importunus dicit. Est aũt importunitas euagatio mẽtis ad illicita sedm q̃ in arce mentis residens uolen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uolentis ad diuersa se diffundere, b. Tho. secun/da secundæ quæst. 35. artic. 4.

Importunū esse & importune fieri quæ sunt fiuntue præter rationē loci seu temporis seu p sonarum. Vir. importunæq; uolucres Signa dabant. Præterea, importunū hominem dicimus procacem molestumq;, à quo importunitas di/cta est. Sic opportunū econtra dicimus siue op/portune accidere, q̄ pro desiderio nostro acci/dit, à quo fit opportunitas, quod cōmoditatem significat. Scribiturq; per duplex pp. Nec uenit ab opus, sed ob & portus, q̄ nauigantibus ma/xime utiles optabilesq; portus sint.

Impropertum græce ὀνειδισμὸς & ὀνειδίζω impropero. Est autem improperium proprie quando/aliquis iniuriose alteri ad memoriam reducit au xilium, quod contulit ei necessitatem patienti. De hac materia uide supra in Exprobratio.

Improuidentia græce ἀπροόνοια ασ ἡ & ἀπροονόητος ου ὁ. improuidus dicitur. Est autem improuidentia defectus intelligentiæ & solertiæ pertinens ad negligentiam & inconstātiam, beatus Thomas secunda secūdæ quæ. 53. arti. 2. De hac materia uide infra in Prudentia.

Imprudentia græce ἀβουλία ασ ἡ & ἄφρων ονος ὁ ἡ im prudēs dicitur. Imprudentia aūt sumitur tripli citur, scilicet negatiue, priuatiue & contrarie. Prima non est peccatum, sed secunda est pecca tum ratione negligentiæ. Tertia uero secundū se est peccatum mortale, si fit cōtra præceptum dei. Aliterē peccatum ueniale, ex b. Tho. secun dasecundæ quæst. 53. artic. 1.

Imprudentia est generale peccatū participati ue, nō aūt essentiale. Cuius sunt triplices partes. s. Subiectiue, id est, monastica, politica, & œco/nomica. Potentiales, id est, præcipitatio seu te/meritas, inconsideratio, inconstātia, & negligen tia. Et integrales quę reducuntur ad potentiales, ex b. Tho. secunda secundæ quæst. 53. art. 2.

Sophocles in Aiace.

Εἰ γὰρ κακοὶ δυόμεσθ' ἀγαθὸν χερσὶν
ἔχοντες, δυκ ἴσασι, περίφρτισ' ἐκβάλη. id est,

Homines enim malæ mentis bonum præmanibus
Habentes, non cognoscunt ante eq̄ amittatur.

Idem ibidem.

Βούλησ' γὰρ δυδὲν ἔστιν ἔχθιον κακῆσ. id est,

Consilio enim nihil est peius malo.

De hac materia habes īfra ī Prudētia & stultitia.

Impudentia græce ἀναιδεία ασ ἡ & ἀναιδὴσ ἴσος ὁ, impu dens dicitur. *Euridipes in Medea.*

Ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποισ' νόσων
πασῶν ἀναίδεια. id est,

Maximum illorum quæ sunt inter homines uitiorum omnium impudentia est.

Impudicitia græce ἀσ[illegible]γεια ασ ἡ & ἀσελγὴσ ἴσος ὁ impu dicus dicitur. Est autem impudicitia circa oscu la tactus & alios actus circunstantes actuum ue nereum, b. Thom. secūda secundæ q. 154. art 1. De hac materia habes insta in Pudicitia.

Inanis gloria græce κενοδοξία ασ ἡ dicitur. Et est in-ordinat' appetitus manifestatiōis ppriæ excellē tiæ secūdum b. Tho. secūda secūdæ quæst. 132.

Inanis gloria & superbia sic differūt, q̄ superbia inordinate appetit excellentiam: sed inanis gloria manifestationem eius. Immo non sunt i/dem, sed prima causat secundam, ex b. Tho. se/cunda secundæ quæst. 132. artic. 4. De hac mate ria uide supra ubi Gloria uana.

Incantario græce ἐπῳδὴ ἧσ ἡ & ἐπῳδόσ ὁ uel ἐποι-δόσ ὁ incantator dicitur. Est autem incantatio superstitiosa & illicita si continet aliquid ad dæ-mones pertinens, uel nomina ignota, uel aliqua falsa uel uana, uel aliqua signa præter crucem, secund. b. Tho. secunda secundæ q. 96. art. 2.

Incantare ppie est uerbis solis uel etiā rebus quibusdam adiunctis aliquid supra naturā mo/liri, uā incantatio & incātamentū, Plinius: Quæ stionis semper fuit, ualeant ne aliquid uerba & incantamenta carminum. Carmen etiam non/nunquam incantationem significat: Virgilius.

Carmina uel cœlo possunt deducere lunam.

Idem.

Ducite ab urbe domum mea carmina ducite Daphnim.

Canto etiam pro incanto nōnunq̄ ponitur.

Virgilius.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Leuitict ca. 19.

Non augurabimini, nec obseruetis somnia.

Ibidem.

Nō declinetis ad magos, nec ab ariolis a liq̄d scisciteminī ut polluamini per eos.

Leuitici ca. 20.

Anima q̄ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio popu li sui. *Deutcrono. 18*

Quando ingressus fueris terrā quam dñs de/us tuus dabit tibi, caue ne imitari uelis abhomi nationes illarum gentiū, nec inueniatur in te q̄ illustret filium suū, aut filiam ducens per ignē, aut q̄ ariolos scisciteť, aut obseruet somnia atq; auguria, ne sit maleficus, nec incantator, neque phitones consulat, nec diuinos, & quærat à mor tuis ueritatem. Omnia enim hæc abhominabit dñs, & propter istiusmodi scelera delebis eos in introitu tuo. Perfect⁹ eris & absq; macula cū do mino deo tuo. Gentes istæ quarum possidebitis terram, augures & diuinos audiunt, tu aūt à do mino deo tuo aliter institutus es.

Augustinus lib. 1. de Doctrina Christiana, & habetur dist. 26. q. 2. illud.

Illud q̄ est secundū institutiones hominū, par tim superstitiosum ē, partim nō est superstitiosum.

Superstitiosum ē quicquid institutū est ab ho minib. ad faciendū idola & colēda pertinēs, uel ad colendā sicut deū creaturā partēue ullā crea turæ, uel ad cōsultatiōes & pacta quædā signifi/cationū cum dęmonibus placita atq; fœderata, qualia sunt uolumīa magicarū artium, q̄ quidē cōmemorare potius q̄ docere solēt poetæ: ex q̄ genere sunt, sed quasi licētiori uanitate aruspi/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

enim & augurum libri Ad hoc etiam genus pertinent omnes ligaturæ, atq; remedia q̃ medicorum quoq; disciplina condemnat, siue impreca tionibus, siue in quibusdã notis, quas characteres uocant, siue in quibusdam rebus suspendendis atq; ligandis, uel etiam saltandis quodãmodo nõ ad temperationẽ corporum, sed ad quasdam significatiões, aut occultas aut manifestas, quæ eminentiore nomine physicam uocant, ut quasi non superstitionem implicare, sed naturę prodesse uideant, sicut sunt inaures, in summo singularũ aurium, aut destructionum ossibus, ansulæ in digitis, aut cum dicitur tibi singultienti, ut dextera manu pollicem teneas. *Ibidem.*

Omnes igitur artes huiusmodi, uel nugatoriæ uel noxiæ superstitionis ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum, quasi pacta infidelis & dolosę amicitiæ cõstituta penitus sunt repudiendæ & fugiendæ Christiano.

Augst. & habetur 26. q. ultima. admoneant.

Admoneant fideles sacerdotes populos suos. ut nouerint magicas artes incantationesq; quibuslibet infirmitatibus hominũ, nihil remedij posse conferre, non animalibus languentibus, claudicantibusue, uel etiã moribundis quicquã mederi, sed hæc sunt laqueus & insidiæ antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur, & siquis hęc exercuerit clericus degradetur, laicus anathematizetur.

Aug. de Natura dæmo. & habetur. 26. q. 4. Igitur.

Igitur genus diuinatiõis à Persis fere esse allatum. Varro aũt dixit quatuor diuinationũ esse genera, terram, aquã, aerem, & ignẽ. Hinc geomantiã, hydromantiã, pyromantiã, aeromantiã dictã autumãt. Diuini dicti sunt q̃si deo pleni, diuinitati em̃ se esse plenos assimulãt, & astutia quadam fraudulẽta hoĩbus futura coniectant.

Aug. lib. de Ciuitate dei, hab. 26. q. 5 Nec mirum.

Nec mirum de magorũ præstigijs, quorũ intantum prodiere maleficiorum artes, ut etiam Moysi in illis signis resistere uertentes uirgas in dracones, aquam in sanguinẽ dicantur. In gentilium etiã libris legitur, q̃ quædam maga Circe socios Vlixis mutauerit in bestias. Legitur etiam de sacrificio q̃ Arcades deo suo Lycæo immolabant, ex quo quicunq; sumerent, in bestiarum formas cõuerterent̃, sed hæc omnia magicis præstigijs potius fingebantur q̃ rerũ uerita te complerentur. Vt ergo ipsi errores ignorantibus manifesti fiant, de eorum proprietate atq; inuentoribus iuxta traditionẽ maiorũ patrum dicere cõgruum arbitramur. Magi sunt q̃ uulgo maleũci ob facinorũ multitudinẽ nuncupãtur: hi sunt q̃ permissu dei elemẽta concutiunt, conturbant mentes homiuũ minus confidentiũ in deo, ac sine ullo ueneni haustu uiolentia tantũ carminis interimũt. Vnde Lucanus: Mẽs hausti nulla sanie polluta ueneni incantata perit. Dæmonibus em̃ accitis audent uentilare, ut quoscũque suos perimãt malis artibus inimicos.

Augst. li. de Natu. dæmo. & hab. 26. q. 4 Igitur.

Incantatores dicunt̃ qui artẽ uerbis peragũt. Arioli qui circa aras idolorũ nepharias preces emittunt, & funesta sacrificia offerunt. Haruspices dicũtur horarũ inspectores, dies enim & horas in agendis negotijs & operibus custodiunt, exta pecudũ inspiciunt. Augures sunt qui uolatus auiũ & uoces intendunt, dicitur enim augurium quasi auigerium, q̃ aues gerunt. Pythonissæ à Pythonio, id est, Apolline dictæ, q̃ dicũt se habere spũm, per quem possunt futura prędicere. Genethani q̃ geneses, id est, natiuitates hominum p̃ duodecim signa cœli describunt, ac per hoc mortes, actus, euentus prædicere conantur. Salitores, qui dum eis membrorum quæcunq; partes offenderint, aliquid male prosperum sibi siue triste significari præsumunt. Sortilegi uero communi nomine à sorte dicuntur.

Augst. de Ciuit. dei, & hab. 26 q. 2. Qui sine.

Qui sine saluatore salutẽ uult habere, & sine uera sapientia, æstimat se prudentẽ fieri posse, nõ sanus sed æger, nõ prudens, sed stultus in ægritudine assidua laborabit, & in ęgritate noxia stultus & demens p̃manebit. ac proinde omnis inquisitio & omnis curatio q̃a diuinis & magicis artibus uel ab ipsis dæmonibus in idolorum cultura expetit̃, mors potius est dicenda q̃ uita.

Augu. libro tertio Confessionum.

Illos planetarios quos mathematicos uocant, plane cõsulere nõ desistebam, q̃d quasi nullũ eis sacrificiũ, & nullæ preces ad aliquem spũm obdiuinationẽ dirigerẽtur, q̃d tamen Christiana & uera pietas cõsequenter expellit & damnat.

Augst. & habetur 26. q. 7 Non obseruetis.

Non obseruetis dies q̃ dicuntur Aegyptiaci aut Kalendas Ianuarij, in q̃bus cãtilenæ quædã & comessatiões, & adinuicẽ dona donant̃, q̃si in principio anni boni fati augurio, aut aliquot menses, aut tẽpora, aut dies & annos, aut lunæ solisq; cursum, q̃a q̃ & has & quascunq; diuinationes, aut fata, aut auguria obseruat, aut attendit, aut consentit obseruari tibus, inutiliter sine causa, magis ad sui damnationem q̃ ad salutem tẽdit, siue per quosdam numeros literarũ & lunæ per Pythagoricam necromantiã, ægrotantiũ uitam uel mortẽ, uel prospera, uel aduersa futura inquirũt, siue qui attendunt somnialia scripta, & falso Danielis nomine intitulata, & sortes q̃ dicunt̃ sanctorũ apostolorũ, & auguria auiũ, aut aliqua p̃ domo faciẽdo aut propter cõiugia copulãda, aut in collectionibus herbarũ carmina dicũt, aut pictaciolas pro q̃uis infirmitate scriptas sup̃ hoies & animalia ponũt, pręter symbolũ & orationẽ dominicã, aut magicis falsitatib. in grãdinarijs & tẽpestatibus credũt, qui aut talibus credũt, aut ad eorũ domũ cũtes, aut suis domibus introducũt, & interrogant, sciãt se fidem Christianã, & baptismũ præuaricasse, & paganũ & apostatã, i. retro abeuntẽ & dei inimicũ, iram dei grauiter inæternũ incurrisse, nisi ecclesiastica pœnitẽtia emẽdatus deo reconcilietur. Dicit enim Apostolus, siue mãducatis siue bibitis, siue aliquid

q̄d aliud facitis, in noīe domini nostri Iesu Christi facite, in quo uiuimus, mouemur, & sumus.

Augustinus in epistola ad Simplicianum.

Non est absurdum credere aliqua dispensatione permissum fuisse, ut nō dominante arte magica, sed dispensatione occulta, quæ Pythonissam & Samuelem latebat, se ostenderet spiritus iusti aspectibus regis, diuina eum sententia percussimus, uel nō aere spiritus Samuelis à requie sua excitatus est, sed aliquod phantasma & illusio imaginaria diaboli machinationibus facta, quam scriptura Samuelem appellat: sicut solēt imagines rerum suarum nominibus appellari.

Hieronymus super Ionam.

Non debemus sub exemplo Ionæ sortibus credere, uel illud de Actibus apostolorum huius testimonium copulare, ubi sorte Matthias in apostolatum eligitur.

Hiero. & hab. 26. q. ultima, Dæmonium.

Dæmonium sustinentibus licet petras uel herbas habere sine incantatione.

Gregorius, & hab. 26. q. 5. Si quis.

Si q̄s ariolos, aruspices, uel incātatores obseruauerit, aut phylacterijs usus fuerit, anathema sit.

Gregorius, & hab. 26. q. 5. Contra.

Cōtra idolorū cultores uel aruspices atq; sortilegos fraternitatē tuā uehemētius pastorali hortamur inuigilari custodia, quod si emendare se à talibus nolle repereris: si serui sunt, uerberibus uolumus castigari: si uero liberi, inclusioni digni districtam q̄ sunt in pœnam dirigendi.

Isido. Etymol. li. 8. & hab. 26. q 1. Sortilegi.

Sortilegi sunt q̄ sub noīe fictæ religionis p̄ q̄sdā n quas sanctorū seu apostolorū, uocant sortes, diuinationis scientiā p̄fitentur, aut quarum cunq; scripturarū inspectione' futura p̄mittūt.

Beda super Actis apostolorum.

Nō exēplo Matthiæ, uel q̄ Ionas propheta sorte deprehensus sit indifferenter sortibus est credēdum, cum priuilegia singulorum cōmunem legem omnino facere non possunt si qui tamen necessitate aliqua compulli, deum putant sortibus apostolorum exemplo esse consulendum, uideant hoc ipsos apostolos nō nisi collecto fratrum cœtu & præcibus ad deum fusis egisse.

Virgilius in Bucolicis.

Carmina uel cœlo possunt deducere lunam.
Carminibus Circe socios mutauit Vlixis.
Frigidas in pratis cantando rumpitur anguis.

Virgiliana Dido in 4. Aeneidos.

Testor chara deos, & te germana, tuumq̄;
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.

Ouidius libro 1. de remedio.

Deme uenenicijs carminibusq̄; fidem.

C. Manilius astronomiæ suæ libro 1.

Linguas dixere uolucrum
Consultare fibras, & rumpere uocibus angues.
Sollicitare umbras imumq̄; Acheronta mouere.
In noctemq̄; dies, in lucem uertere noctes.
Omnia conando docilis solertia uicit.

De hac materia habes supra, ubi Diuinatio, & infra ubi Sortilegium.

Incautela græce ἀφυλακία ας ἡ & ἀφύλακτος ὁ incautus dicitur. Incautela autem & incircumspectio includuntur sub inconsideratione, b. Tho. secunda secundæ q. 54. ar. 2.

Incendiarius græce ἐμπρησμός ὁ & ἔμπρηστις ιος ἡ ἐμπρήσας ου ὁ incendum dicitur Est autem incendiarius siue incensor qui autoritate propria ciuitatē, uillam, segetem, domum uel arbores incendit, uel similia igne appositio exordio uel uindicta, ut habetur 23. q. ulti. cap. Pessimam, & 12. q 2. Cum deuotissimam.

INcestus dicitur a cingulo Veneris, quod κεστός οῦ ὁ. Est autem incestus consanguineorum uel affinium abusus. Vnde incestuosi dicuntur, qui consanguineis uel affinibus abutuntur, ut habetur 36. q. c. Lexilla. ϛ. Cum ergo.

Incestus est cum persona consanguinea uel affini, coitus prohibitus quadruplici ratione. Primo, quia naturaliter homo debet quandam honorificentiam parentibus, & per consequēs alijs consanguineis. Secundo, quia personas sanguine, cōiunctas necesse est adinuicem simul cōuersari. Tertio, quia per hoc impediretur multiplicatio amicorum. Quarto, quia cum naturaliter homo consanguineam diligat, si adderet amor qui est ex commixtione uenerea, fieret nimius ardor amoris, & maximum libidinis incentiuum, quod castitati repugnat, ex b. Thoma secunda secundæ, q. 154. ar. 1.

Dicimus aūt incestum & incestus, utroq; enim modo dicitur quasi nō castus. Hinc incesto uerbum quod significat fœdo, polluo. Virg. Totāsque incestat funere classem. Ab incesto dicitur incestuosus, qui incestum cōmisit. Sunt qui uelint incestū dici à Veneris Cingulo, quod cestū dicunt, quo uxor cū maritalis illi fides dabat à marito cingebatur, dicente Phillide apud Ouidium in epistola ad Demophoonta.

Cui mea uirginitas auibus libata sinistris.
Castaq; fallaci zona recincta manu. E pro ip so cingulo est secundæ declinationis. Et est cæstus cum diphthongo & quartæ declinationis, quod arma pugilū significat. Virg. lib. 5 Aeneidos. Seu crudo fidit pugnam cōmittere cæstu, & a cædendo dicitur. *Leuitici cap. 20.*

Qui supra uxorē filiā duxerit matrē eius, sceIus operatus est. Viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio uestri.

Aug. li. de adulterinis coniugijs, & habetur 32. q. 7. Adulterij.

Adulterij malum uincit fornicationem, uincitur autem ab incestu, peius est enim cum matre, q̄ cum alia uxore concumbere.

Aug. li. 1. de adulterinis coniugijs, & habetur 21. q. 7. Quemadmodum.

Sunt eīn in fornicatione gradus, ut sicut grauius peccat adulter q̄ fornicator, sic grauius delinquit, q nec sua dimissa aliam ducit, eo qui suam dimittit aliam cognoscit. Grauius quoq; qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſuam uxorem habens ad cõiugem proximi ſui accedit, ꝯ non habens uxorem, thorum alterius uiolat, uel uxoratus ad ſolutam accedit: ſed hos omnes inceſtuoſi tranſcendunt, quos uincunt contra naturam delinquentes.

Auguſtinus libro 17. de Ciuitate dei.

Cõmixtio ſororum & fratrũ quanto ſit antiquior compellente neceſſitate, tanto poſtea facta eſt damnabilior, religione prohibente.

Greg. ad Fœlicem Meſſanæ ciuitatis epiſcopũ, & habetur 35. q. 3. Nec eam.

Nec eam quam aliquis ex propria conſanguinitate coniugem habuit, uel aliqua illicita pollutione maculauit, in cõiugium ducere ulli Chriſtianorũ licebit, quia inceſtuoſus eſt talis coitus & abominabilis deo & cunctis bonis hominibus. Inceſtuoſos uero nullo cõiugĩ nomine deputãdos à ſanctis patribus ſtatutũ eſſe legimus.

Seneca Tragœdia 9.

Inceſta genitrix detrahit generi fidem.

Virgil. lib. 6. Aeneidos de inferno loquens.

Hic thalamum inuaſit natæ uetitoſq; hymenæos.
Auſi omnes immane nefas auſoq; potiti

Inconſideratio græce ἀλογίαα σύ & ἀλόγιστοσύνη ἡ in conſideratus dicitur. Eſt autem inconſideratio ſpeciale peccatum imprudẽtiæ. Et opponitur rectitudini iudicij in moralibus, ex b. Th. ſecunda ſecundæ q. 54. art. 2.

Incõſideratio eſt defectus iudicij in agibilibus humanis, proueniens ex eo quod cõtemnit uel negligit attendere ea ex quibus rectum procedit iudicium, ſecundum b. Tho. ibi. art. 4. Vnde dicatur uide ſupra in Conſideratio.

Inconſtantia græce ἀσταθία ας ἡ & ἀστατοσύνη ἡ inconſtans dicitur. Eſt autem incõſtantia ſpeciale peccatum imprudentiæ deficiens à perficiendo bonum propoſitum: cuius principium eſt in appetitu, finis autem in intellectu, ex hea. Tho. ſecũda ſecundæ q 53. art. 2.

Inconſtantia circa abſtinentiam à delectabilibus, eſt filia luxuriæ; licet etiã quæ eſt in terribilibus, oriatur eſt luxuria. b. Tho. ibidem art. 5.

Inconſtantia eſt filia luxuriæ, quæ eſt qñ quis non ſtat cõſtans in bono propoſito, ſed ſine cauſa rationabili, ex aliqua paſſione præcipue ex amore concupiſcẽtiæ facit contrariũ illius quod deliberauerat, b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 53.

Inconſtantia quid differat à negligentia, uide infra in Negligentia. Vnde autem dicatur, uide ſupra in Conſtantia.

Incontinentia græce ἀκρατεία ας ἡ & ἀκρατὴς ους ὁ ἡ incontinens dicitur. Eſt autem incontiẽntia cum à quibus rebus uoluptatibus ꝙ nos tenere debemus, non tenemus, ſecundum Aul. Gelliũ.

Incontinentia proprie eſt circa concupiſcentias tactus. Secũdum quid eſt circa honores diuitias, & huiuſmodi. Improprie uero eſt circa uirtutes. Prima eſt peccatum dupliciter. ſ. recedendo à ratione & immergendo ſe turpibus. Secunda tantum primo modo. Tertia uero nõ eſt peccatum, ſed eſt perfectio uirtutum, b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 155. art. 2.

Incontinentiæ ſpecies ſunt duæ. ſ. præuolatio cõſilij, & debilitas in præcõſiliatis, b. Tho. ſecundæ q. 157. art. 1. Quid incontinens differat ab intemperante, uide ſupra in Continentia.

Incubus dicitur dæmon coiens cũ muliere. Succubus autem dæmon coiẽs cum uiro, ex b. Tho. prima parte, q. 2 art. 3.

Indigentia græce ἔνδεια ας ἡ & δέομαι indigeo dicitur. Et eſt libido inexplebilis, ſecundũ Ciceronem li. Tuſcu. quæſt. Indigentia hoc eſt inopia, & indignus, qui indiget alicuius rei, ab egeo ueniunt. Egeo uero & egeſtas quid ſint, & unde deſcendant, uide ſupra in Egeſtas.

Indignatio græce ἀγανάκτησις ιος ἡ & ἀγανακτέω indignor dicitur. Eſt autem indignatio dolor perturbans propter res ſecundas indigno collatas, ſecundum Ariſto. lib. 2. Rhetoricorum.

Indignatio etiã pro filia iræ ſumitur, quia ꝙs non ualet uidere uel audire eum cui iraſcitur, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ, q. 37. art. 2.

Indignatio uenit ab indignus, ita & indignor, iraſcor, & indignabundus, iraſcens: & indigne, hoc eſt præter merita: & indignanter, per indignationem.

Indiuiduum græce ἄτομον ου τὸ & ἄτομος ου ὁ indiuiſus dicitur. Indiuiduum eſt id quod indiuiſum eſt in ſe, & diuiſum à quolibet alio ultima diuiſione, b Tho. prima parte, q. 29. art. 4.

Indiuidua ab indiuiduis quot modis differãt, uide ſupra in Differentia.

Indiuiſibile ἀδιαίρετον ου ὁ & διαιρέω diuido dicitur. Indiuiſibile aũt ſecundũ quantitatẽ & ſine poſitione dicitur unitas, ſecundum Ariſtotelem lib. 5. Metaphyſice. Indiuiſibile uero habens poſitionem dicitur punctum. Venit autem à diuido, unde etiã diuiſibiliter & indiuiſibiliter, unde autem diuido dicatur, uide ſup. in Diuiſibile.

Indulgentia græce συγγνώμη ης ἡ & συγγινώσκω indulgeo dicitur. Eſt autem indulgentia pœnæ relaxatio, quam quis iuſte pro culpis proprijs facere debuiſſet, de theſauro eccleſiæ ad diuinam iuſtitiam perſoluendam ſumpta.

Indulgentia proprie eſt mollis & delicata permiſſio. Quintilianus: Mollis illa educatio, quam indulgentiam uocamus, neruos omnis & mentis & corporis frangit. Eſt enim indulgere obſequi, & aliquid delicate concedere. Indulgentiã nonnulli male pro uenia capiunt, & pro ignoſcere indulgere uruntur. In quo theologi noſtri frequentiſſime labuntur. Non negamus tamen quin uenia pro indulgentia aliquãdo capiatur. Cicero: Dabitis mihi hanc ueniam; hoc eſt indulgebitis concedetisq; mihi.

Induſtria græce ἀγχίνοια ας ἡ & ἀγχίνοος ου ὁ induſtrius dicitur. Eſt autem induſtria frequens exercitium citra rem honeſtam, unde induſtrius dicitur, hoc eſt ſtudioſus, uigilans, callidus.

Infamia græce ἀνοσμία ας ἡ & ἀνόσμος ου ὁ infamis dicitur. Eſt aũt infamia læſæ dignitatis qualitas reprobata quantũ ad uitam & mores, per argu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

argumentum à contrario ſenſu. Sicut fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus, uita & moribus cõprobatus, & in nullo diminutus. Eandem infamiã Ampuleius infamationem uocat.

INfernus græce ἄδης ὁ. dicitur. Et eſt horridus, tenebroſus & pœnalis locus dæmonũ. b. Tho. ſecund. ſent. diſt. 6 quæſt. 3.

Infernus eſt quadruplex ſcilicet, dãnatorum, puerorum, purgandorũ, & ſanctorum patrum. In primo ſunt tria, ſcilicet tenebræ gratiæ, & tenebræ gloriæ, & pœna ſenſus. In ſcõda ſola duo prima. In tertio tantũ ſcõm & tertiũ. In quarto tantũ ſcõm, ex b. Tho. 3. ſen diſt. 22. q. 2. art. pri.

Inſernus eſt in centro terræ, id eſt in medio terræ ſecundum eundem, 2. ſent. diſt. 6. q. 3. art. 2, & 4 ſent. diſt. 44. quæſt. 3. art. 2.

Infernus aliquando adiectiuum eſt, qui infra eſt: ſicut ſuprem9 qui ſupra, unde inferne aduerbium, & inferiæ ſacra mortuorum, quæ inferis ſoluuntur, & furiæ infernæ & infernales, de quibus ſupra in dictione Alecto.

Prouerbio. cap. 27.

Infernus & perditio nunquam replẽtur, ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles.

Prouerbio. cap 30.

Tria ſunt inſaturabilia, & quartum quod nunquàm dicit ſufficit. Infernus, & os uuluæ, & terra quæ nunquam ſatiatur aqua. Ignis uero nunquam dicit ſufficit.

Matth. cap. 13.

Sicut ergo colliguntur zizania & igni conburuntur, ſic erit in conſummatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius oĩa ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentium Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum.

Auguſtinus in ſermone ad Eremitas.

In inferno nulla eſt redemptio, quoniam qui illic damnatus & demerſus fuerit, ulterius non exibit. In inferno nulla eſt redemptio: quoniã nec pater ibi poteſt adiuuare filiũ, nec filius patrem. Ibi nõ inuenitur amicus uel propinquus qui ualeat & argentũ & diuitias dare, quas nũc congregant auari, uidentes pauperes inopia tabeſcere, & præ nimia fame & ſiti nuditatem & mortem incurrere, non poterunt ſibi præſtare aliquod refugiũ, unde miſeri prę nimia doloris amaritudine amariſſime flẽtes, & præ anguſtia ſpiritus gementes, dicent in inferno: Quid profuit nobis ſuperbia noſtra, diuitiæ, honores, dignitates, luxuria, guloſitas & omnes delectationes carnales quid profuerũt nobis? Ecce omnia tranſierũt quaſi ſomnia, quaſi fumus & umbra, & quaſi non fuerint, & nos cruciatibus deputati ſumus & ſupplicijs æternis. In inferno nulla ẽ redemptio, quoniam ibi gemitus ſunt & ſuſpiria, & nõ eſt qui miſereat. Ibi eſt dolor & planctus & clamor, & non eſt qui audiat.

Idem de Geneſi libro octauo.

Melius eſt dubitare de occultis q̃ litigare de incertis. Illum quippè diuitem in ardore pœnarum, & illum pauperem in refrigerio gaudiorum eſſe intelligendos non dubito: ſed quomodo intelligenda illa flamma in inferno, illę ſinus Abraæ, illa diuitis lingua, ille digitus pauperis, illa ſitis tormenti, illa ſtilla refrigerij, uix fortaſſe à manſuete quærentibus, contentioſe autem certantibus nunquam inuenitur.

Idem de fide ad Petrum.

In inferno, & ſi erit ſtimulus pœnitudinis, nulla ibi erit correctio uoluntatis, à quibus ita culpabitur iniquitas, ut nullatenus ab eis poſſit diligi uel deſiderari iuſtitia.

Idem libro de agenda cura pro mortuis.

Ira diuiti illi, qui apud inferos torquebatur fuit cura de uiuis, quamuis quid ageret omnino neſciret, quemadmodũ eſt nobis cura de mortuis, quamuis quid agant omnino neſcimus.

Gregorius libro 4. Dialogorum.

Anima illic poſita bene eſſe pdidit, & eſſe nõ perdidit. Ex qua re ſemper cogitur, & ut mortẽ ſine morte, & defectum ſine defectu, & finem ſine fine patiatur: quatenus ei & mors immortalis ſit, & defectus indeficiens, & finis infinitus.

Gregorius libro 9. Moralium.

Horrẽdo modo fit miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu, qa & mors ſemp uiuit, & finis ſemp incipit, & defect9 deficere neſcit. Mors perimit, & non extinguit: dolor cruciat, ſed nulla tenus pauorem fugat, flamma comburit, ſed nequaquã tenebras excutit.

Gregorius libro 9. Moralium.

Sicut uno ſole omnes tanguntur, nec tamen ſub eo uno ordine oĩes æſtuamus, quia iuxta qualitatem corporis ſentitur etiam pondus caloris: ſic damnata una eſt gehenna quę affligit, & tamen nõ omnes uno calore comburit, quia quod hic agit diſpar ualetudo corporum, hoc illic exhibet cauſa meritorum.

Gregorius 9. Moral. & 4. Dialogorum.

Sicut in domo patris manſiones multæ ſunt pro diuerſitate uirtutum, ſic damnatos diuerſis ſupplicijs gehennæ ignibus ſubijcit diſparitas criminis, quæ ſcilicet gehenna quamuis una ſit cunctis, non tamen cunctos una eademq; qualitate ſuccendit.

Idem 9. Moralium.

Illa ultrix flamma uitiorum concremationẽ & lumen non habet, quia quo illos gehennæ flamma deuorat, à uiſione ueri luminis cæcat, ut foris eos dolor combuſtionis cruciet, & intus pœna cæcitatis obſcuret: quatenus qui authori ſuo corpore & corde deliquerũt, ſimul corde & corpore puniãtur, & utrobiq; pœnas ſentiãt, quidum hic uiuerent, prauis ſuis delectationibus ex utroque ſeruiebant.

Gregorius ibidem.

Quicquid ad tolerãda inferni mala deſcẽdit, nequaq̃ ulterius ad lucẽ redibit. Quia nequaq̃ ultra miſericordia parcẽtis liberat, quos ſemel in locis pœnalibus iuſtitia iudicantis damnat.

Gregorius

Gregorius ibidem.

Tunc edax flamma comburit, quos nunc carnalis delectatio polluit. Tunc infinitum patēs inferni baratrū deuorat, quos inanis elatio nūc exaltat, atq; qui olim ex uitio uoluntatem hic callidi persuasoris expleuerunt, tunc cum duce suo reprobi ad tormenta perueniunt.

Gregorius libro 20. Moralium.

Gehennæ ignis cum sit corporeus, ut in se missos reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succēditur, nec lignis nutritur: sed creatus semel durat inextinguibilis & successione non indiget, & ardore non caret.

Idem ibidem.

Iuxta modum culpę pœna distinguitur, & secundum modum criminis unusquisq; damnatus in inferni igne cruciabitur.

Gregorius libro 4. Dialogorum.

Vnus gehēnæ ignis credendus est, sed nō uno modo oēs cruciat peccatores. Vnusquisq; em̄ quantū exigit culpa tantū illic sentiet pœnam.

Gregorius sup illud Matth. 9. Eijcientur in tenebras exteriores.

Eijcientur in tenebras exteriores, ut illic dentes stridant, q̄ hic de edacitate gaudebāt, nam flet⁹ de ardore, stridor solet excitari de frigore. Ibi duplex ostenditur esse gehēna, scilicet nimij frigoris, & intolerabilis feruoris.

Gregorius ibidem.

Inferno erit frigus intolerabile, ignis inextinguibilis, uermis immortalis, fœtor intolerabilis, tenebræ palpabiles, flagella cædentiū horrida, uisio dæmonum, confusio peccatorū, desperatio omnium bonorum. Erit enim miseris mors sine morte, defectus sine defectu, q̄a mors ibi semper incipit, & deficere nescit.

Ioan. Chryso. sup Matthæum, homil. 33.

Multi gehennam abhorrent, ego autem casum illius gloriæ multo amariorem gehennæ pœna aio. *Sequitur.*

Decem millia quis ponat gehennas, nihil tale dicet quale est à beata gloria excidere, à Christo audire, quod non noui uos. Incusari quod esurientem uidimus, nec cibauimus.

Idem homilia 28.

Intolerabilis res est gehenna, quis nesciat illud supplicium horribile, tamen si mille aliquis ponat gehennas, nihil est tale dicturus, quale est à beatæ illius gloriæ honore ppelli, exosum esse Christo, & audire ab illo: Non noui uos.

Bernardus sermone 38.

Gehennam em̄ metuimus ubi nullus unquā cibus est, nulla consolatio, nullus terminus, ubi guttam aquę diues postulat, & accipere nō meretur. *Isidorus libro 1. de summo bono.*

Ignis gehennæ lucebit miseris ad augmentū, ut uideant unde doleant, & non ad consolationem, ne uideant, unde gaudeant.

Idem de Meditatione gehennalis supplicij.

Intende nunc quascunque seculi pœnas, quascunq; tormentorum dolores, quascunq; dolorum acerbitates, & compara totum huic gehennæ, & leue est omne quod pateris. Duplex damnatorum pœna est in gehenna, nam & mentem urit tristitia & corpus flamma.

Hugo libro 4. de anima.

Infernus lacus est sine mēsura, pro fundus sine fundo plenus ardore incomparabili plenus fœtore intolerabili, plenus dolore innumerabili, ibi miseria, ibi tenebræ, ibi ordo nullus, ibi horror æternus, ibi nulla spes boni, nulla desperatio mali.

Lactantius Fir. libro 7. cap 21. diui iusti.

Primū igitur dicimus tantam dei esse potestatem, ut etiā incorporalia cōprehēdat, & quemadmodum uoluerit afficiat. Nam & angeli deū metuunt: quia castigari ab eo possunt inenarrabili quodam modo. Et dæmones reformidāt, quia torquent ab eo, & puniunt. Quid ergo mirum, si cum sint immortales animæ, tamen passibiles sint deo. Nam cum in se nihil habeant solidū & contrectabile, à solidis & corporalibus nullam uim pati possunt: sed quia in solis spiritibus uiuūt, à solo deo tractabiles sunt, cui uirtus & substantia spiritalis est, sed tamen docent nos sanctæ literę, quemadmodum pœnas impij sint luituri. Nam quia peccata in corporibus contraxerunt, rursus carne induētur, ut in corporibus piaculum soluant, & tamen non erit caro illa quam deus homini superiecerit, huic terrenæ similis, sed insolubilis ac permanēs in ęternum, ut sufficere possit cruciatibus & igni sempiterno, cuius natura diuersa est ab hoc nostro quo ad uitæ necessaria utimur, qui nisi alicuius materiæ fomite alatur, extinguitur. At ille diuinus per seipsum semp uiuit, ac uiget sine ullis alimētis nec admixtum habet fumum, sed est purus ac liquidus, & in aquę modū fluidus. Nō enim ui aliqua sursum uersus urget, sicut noster quē labes terreni corporis & fum⁹ intermixtus exilire cogit, & ad cœlestem naturam cum trepidatione mobili subuolare. Idem igit diuin⁹ ignis una eademq; ui atq; potentia, & cremabit impios & recreabit, & quantum è corporibus absumet tantum reponet, ac sibi æternum pabulū subministrabit, quod poetæ in uulturē & Tityum transtulerūt. Ita sine ullo reuiuiscentiū corporum detrimēto aduret tātum, ac sensum doloris afficiet. Sed & iustos cū iudicauerit deus, etiā igni eos examinabit. Tum quorū peccata uel pondere uel numero p̄ualuerint, pstringentur ab igni atq; amburentur. Quos autē plena iustitia & maturitas uirtutis incoxerit, illum ignem non sentient. Habent enim aliq̄d in se dei quod uim flammę repellat ac reiiciat. Tanta est uis innocentiæ, ut ab ea ignis ille refugiat innoxius, qui accipit à deo hāc potestatem, ut impios urat, iustis obtēperet. Nec tamen quisquam putet animas post mortē protinus iudicari. Nā omnes in una communiq; custodia detinētur, donec tēpus adueniat, quo maximus iudex meritorum faciat examen. Tum quorū fuerit probata

bata iuſtitia, hi præmium immortalitatis accipi ent. Quorum autem peccata & ſcelera non re ſurgent ſed cum impijs in eaſdem tenebras re condentur, ad certa ſupplicia deſtinati.

Virgilius libro. 6. Aeneidos, de inferno ait.

Reſpicit Aeneas ſubito, & ſub rupe ſiniſtra
Mœnia lata uidet triplici circundata muro.
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon, torquetq; ſonantia ſaxa.
Porta aduerſa ingens, ſolidoq; adamante columnæ,
Vis ut nulla uirum, non ipſi excindere ferro
Cœlicolæ ualeant, ſtat ferrea turris ad auras.
Tiſiphoneq; ſedens palla ſuccincta cruenta
Veſtibulum inſomnis ſeruat noctesq; dieſq;.
Hinc exaudiri gemitus, & ſæua ſonare
Verbera, tum ſtridor ferri tractæq; catenæ.

Ibidem.

- Tum tartarus ipſe.
Bis patet in præceps, tantum tenditq; ſub umbras,
Quantus ad æthereum cœli ſuſpectus olympum.

Virg. libro 6. Aeneidos.

Hic quibus inuiſi fratres dum uita manebat,
Pulſatuſue parens, & fraus innexa clienti.
Aut qui diuitijs ſoli incubuere repertis,
Nec partem poſuere ſuis, quæ maxima turba eſt.
Quiq; ob adulterium cæſi, quiq; arma ſecuti
Impia, nec ueriti dominorum fallere dextras,
Incluſi pœnam expectant: ne quære doceri
Quam pœnam, aut quæ forma uiros fortunaue merſit.
Saxum ingens uoluunt alij radijſq; rotarum
Diſtricti pendent. Ibidem.

Diſcite iuſtitiam moniti, & non tẽnere diuos.
Vendidit hic auro patriam dominumq; potentẽ
Impoſuit, fixit leges pretio, atq; refixit.
Hic thalamum inuaſit natæ, uetitoſq; hymenæos.
Auſi oẽs immane nefas, auſoq; potiti.
Non mihi ſi linguæ cẽtum ſint, oraq; cẽtum.
Ferrea uox, oẽs ſcelerum comprẽdere formas.
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem.

ibidem.

Ergo exercẽtur pœnis ueterumq; malorum
Supplicia expẽdunt: alia panduntur inanes
Suſpẽſæ ad uentos, alijs ſub gurgite uaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.

idem in 7.

Lucrificam Alecto dirarum ab ſede ſororum
Infernisq; ciet tenebris, cui triſtia bella,
Iraq; inſidiæq; & crimina noxia cordi.
Odit & ipſe pater Pluton, odere ſorores
Tartareæ monſtrum, tot ſeſe uertit in ora,
Tam ſæuæ facies, tot pullulat atra colubris.

Ouidius Meta. l. 4 fa. 12.

Eſt uia decliuis funeſta nubila taxo,
Ducit ad infernas per multa ſilẽtia ſedes.
Styx nebulas exhalat iners umbraeq; recẽtes
Deſcendunt illac, ſimulacraq; functa ſepulchris.
Pallor, hyemsq; tenent late loca ſenta, nouiq;
Qua ſit iter manes, Stygiam quod ducat ad urbẽ
Ignorant, ubi ſit nigriferæ regia ditis.
Mille capax aditus, & apertas undiq; portas
Vrbs habet, ut q; fretum de tota flumina terra:
Sic oẽs animas locus accipit ille, nec ulli
Exiguus populo eſt, turbamue accedere ſentit.
Errant exangues ſine corpore & oſſibus umbræ,
Parsq; forum celebrant, pars imi tecta tyranni
Pars aliquas artes antiquæ imitamina uitæ
Exercẽt, aliam partẽ ſua pœna coercet.

Ibidem.

- Inamabile regnum.
Deſere, teq; refer cœli melioris ad auras.

Ouidius Meta. libro 10. fab. 1.

Omnia debẽtur uobis paulumq; morati
Serius aut citius ſedẽ properamus ad unam.
Tendimus huc omnes, hæc eſt domus ultima, uosq;
Humani generis longiſſima regna tenetis.

Tibullus libro 1. Elegia 3.

At ſcelerata iacet ſedes in nocte profunda,
Abdita quam circum flumina nigra ſonant.
Tiſiphoneq; impexa feros pro crinibus angues
Sæuit, & huc illuc impia turba fugit.
Tum niger in porta ſerpẽtum cerberus ore
Stridet, & æratas excubat ante fores.
Illic Iunonẽ tentare Ixionis auſi
Verſantur celeri noxia mẽbra rota.
Porrectusq; nouem Tityus per iugera terræ,
Aſſiduas atro uiſcere paſcit aues.
Tantalus eſt illic & circum ſtagna, ſed acrem
Iamiam poturi deſerit unda ſitim.
Et Danai proles Veneris quod numina læſit,
In caua Lethæos dolia portat aquas.

Catullus.

- Per iter tenebroſum.
Illuc unde negant redire quẽquam.

Claudianus libro 2. contra Ruffinum.

Eſt locus infauſtis quo conciliantur inurnæ
Cocytus Phlegetonq; uadis, inamœnus uterq;
Alueus hic uoluit lachrymas, hic igne redundat.
Turris p geminos flammis uicinior amnes
Porrigitur, ſolidoq; rigens adamante, ſiniſtro
Proluit igne latus, dextraq; Cocycia fundit
Aequora triſte gemens & fletu concita plangit.
Hue poſt emeritam mortalia ſecula uitam
Deueniunt, ubi nulla manent diſcrimina fati,
Nullus honor, uanumq; exutum nomine regem
Perturbat plebeus egens quæſitor in alto
Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos,
Et iuſtis dirimit fontes quos nolle fateri
Viderit ad mala mox tranſmittit uerbera fratris:
Nam iuxta Rhadamanthus agit Congeſta ſuperni
Curriculi, totoſq; diu proſpexerit actus.
Exæquat damnum meritis, & muta ferarum
Cogit uincla pati, truculentos ingerit urſis,
Prædonesq; lupis fallaces uulpibus addit.
At qui deſidia ſemper uinoq; grauatus
Indulgẽs Veneri uoluit torpeſcere luxu,
Hunc ſuis immundæ pingues detrudit in artus.
Qui iuſto plus eſſe loquax, arcanaq; fæuit
Prodere piſcoſas fertur uincturus in undas,
Vt nimiam penſent æterna ſilentia uocem.
Quos ubi p uarios amnes p mille figuras
Egit Lethæo purgatos flumine, tandem
Rurſus ad humanæ reuocat primordia formæ.

Dantes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dantes inferni can. cap.
Quiui ſuſpiri, pianti, & amar guai.
Riſonauan per laer ſenza ſtelle.
Vndio al cominciar ne lachrymai.
Diuerſæ linguæ, horribile fauellæ,
Parole di dolor, accenti dira,
Voce alte, & ſioce, & ſon di man cum elle. id eſt,
Illic ſuſpiria, planctus, & amare pœnæ
Reſonabant per aerem ſine ſtellis.
Vnde in initio lachrymare cœpi.
Diuerſæ linguæ, horribiles loquelæ,
Verba doloris, accentus iræ,
Voces altæ, languidæ, & cum his ſoni manuum.
ibidem.
Ma quello animæ cheran laſſe & nude,
Cangiar color, & dibaterno identi.
Poſſa chiute ſon le parole crude.
Biaſſem auano dio & lor parenti.
L humana ſpecie illoco il tempo, il ſeme
Di lor ſemenza o di lor naſcimenti. ideſt,
Sed eæ animæ quæ laſſæ & nudæ erant,
Mutarunt colorem dentibus conſtrepentes.
Mox ut audierunt uerba crudelia.
Blaſphemabant deum, & ſuos parentes.
Humanam ſpeciem locum tempus, ſemen
Eorum ſementis aut natiuitatis.
ibidem.
Ben che ſenza termino ſedolia,
Che per amor di coſa che non dura
Eternalmente quel amor ſi ſpoglia. id eſt,
Aequum eſt ut ſine termino doleant,
Quoniam amor non permanentis rei
Perpetuo amor ille ſpoliatur.
idem cap. 7.
Hor poi ueder figlol lacurta buffa
De ben che ſon commeſſi a la fortuna,
Per che lhumana gente ſi rabuffa.
Che tuto loro che ſotto la luna.
Et che fugia di quæſte animæ ſtanche
Nonne potrebbe far poſſar puruna. id eſt,
Iam uidere potes fili breuem turbinem
Bonorum quibus fortuna dominatur,
Propter quæ homines ſeipſos commouent.
Nam totum quod infra lunam eſt,
Et quod unquam fuit, ex laſſis animabus
Non poſſet nec unam quidem quietam facere.
idem cap 8.
Quanti ſi tegnon or iha ſu gran regi,
Che quhi ſtaranno come porci in bragha,
Di le laſſando horribili diſpregi. ideſt,
Quot in uita ſeſe magnos reges exiſtimant,
Qui hic ſtabunt ut ſues immundi,
De ſe relinquentes horribiles contemptus.

Infidelitas græce ἀπιστια ατος ἡ & ἄπιστος ου ὁ infidelis dicitur, ueniuntq; à fides, de qua ſupra in dictione Fides.

Infidelitatis ſpecies ſunt tantum tres, ſcilicet paganorum, quæ grauis eſt. Iudæorũ quæ grauior. Hæreticorum, quæ grauiſſima. Ex bea. Tho. ſecũda ſecundæ q. 10. ar. 10. & ſexto.

Infinitiuus græce ἀπαρέμφατος ου ὁ ἡ dicitur. Eſt autem infinitum, cuius ſemper ſecundum quãtitatem accipientibus eſt aliquid accipere, ſecundum Ariſtotelem libro 3 Phyſicorum.

Infinitum eſſe actu non eſt intelligibile, ex bo. Tho. quo lib. nono. 12.

Infinitum eſt quod non habet finem, unde infinitio & infinitas deducuntur. Hinc etiam & infinitiuus modus quo grammatici utuntur, qui nec perſonis aliquibꝫ nec numeris finitur. Hæc omnia à finio deſcendunt, à quo patiter ꝑfinio, hoc eſt præſcribo, & quaſi finem quem nõ transgrediaris oſtendo. Vnde præfinitum, præſcriptum. Infinite & infinitum aduerbia ſignificãt ſine fine. A finio ueniunt etiam definio & diffinio. De quibus ſupra in Diffinitio.

INfirmitas græce ἀῤῥωστασία ἡ & ἀῤῥωστέω infirmo, & ἀῤῥωστοσουν ὁ infirmus. Eſt autem infirmitas, debilitas & imbecillitas, & infirmus debilis. Ab infirmoꝫ deducuntur, quod eſt debilito. A firmus omnia hæc ueniũt, firmus uero à ferendo quod omnia conſtanter ferat, unde firmitas; de qua ſupra in dictione firmitas & firmitudo eiuſdẽ ſignificationis.

Prouerbiorum cap. 2.
Liuor uulneris abſterget mala.
ibidem cap. 3.
Ne fatigeris cum à deo corriperis.
Eccleſiaſtici cap. 30.
Melior eſt paup ſanus & fortis uiribus ꝯ diues imbecillis. Eccleſiaſt. ca. 37.
In multis cibis erit infirmitas.
ibidem.
Propter crapulam multi periere. Qui autem abſtinens eſt, adijciet uitam.
Paulus 1. Corin. 12.
Nam uirtus in infirmitate ꝑficitur. Ibidem.
Libẽter igit gloriabor in infirmitatibus meis.
Auguſtinus de opere monachorum.
Qui ueram oſtendit corporis infirmitatem, humane tractandus eſt, qui aũt falſam prætendit, & conuinci nõ poteſt, deo dimittendus eſt.
Hiero. in quadam epiſtola.
Corporis debilitas nimia etiam uires animæ frangit, mentis quoq; ingeniũ marceſcere facit. Quicqd cũ modo & cẽperamẽto fit, ſaluatre eſt.
Ambro. & hab. 24. q. 1. ca. Quæ dignior
Corporales infirmitates populi fidelis ſuſcipere in ſe debet euãgelij prædicator, iuxta ꝙ ſcriptum eſt: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor?
Gregorius in Paſto. & habetur diſtinct. 49.
Hinc etenim.
Hinc etenim ſuperna uoce ad Moyſen dicit in Leuitico: Loquere ad Aaron, homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes deo ſuo, nec accedat ad miniſterium eius; ubi repente ſubiungitur. ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi uel paruo uel grandi naſo, uel ſi fracto pede, ſi mancus, ſi lippus, ſi gibboſus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, impetiginem in corpore, uel hernioſus.
Gregorius libro 4. Moralium.
Conſiderantia infirmitas propria nobis excuſat aliena. Gregorius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Gregorius ſup illud Lucæ 21. Beatus ſeruus, quem cum uenerit dominus.

Venit dominus, cum ad iudicandũ propẽrat, pulſat uero, cum per ægritudinis moleſtias mortem uicinam denunciat, cui confeſtim aperimus, ſi hunc cum amore ſuſcipimus.

Hugo lib. 1. de clauſtro animæ.

Qui dolorem capitis non patimur benigne, quomodo pro Chriſto capitis abſciſionem paceremur? Qui flagellum timent, quomodo tormenta ſuſtinerent?

Seneca epiſt. 2.

Nihil æque impedit ſanitatẽ, ſicut remediorum crebra mutatio: non cõualeſcit planta quæ ſæpe transfertur. Nihil magis ægris prodeſt, quàm ob eo curari, à quouoluerint.

idem epiſt. 72.

In omni morbo tria grauia ſunt, metus mortis, dolor corporis, intermiſſio uoluptatis.

idem epiſt. 101.

Multos morbos multa fercula faciunt.

idem epiſt. 122.

Non uidemus quãmulta nos incõmoda exagitent, cũ male nobis conueniat hoc corpus: nunc de capite, nunc de uentre, aut de pectore, aut de faucibus querimur. Alias nerui nos, alias pedes uexant, nunc detectio, nunc diſtillatio: ali quando ſuper eſt, aliquando deeſt ſanguis: hinc atque illinc tentamur & expellimur.

Ariſt. lib. 14. de animalibus.

Modica alteratio in membro principali facit multam alterationem in toto corpore.

idem 2. Poetriæ.

In infirmo eſt continua triſtitia, & mœror inconſolabilis.

Infœlicitas græce δυσυχία ας ἡ & δυσυχὴς ὁ infœlix dicitur. Fœlicitas & infœlicitas deſcendunt à fœlix, quod eſt quod recipit fœlicitatem. Vir. Viuite fœlices quibus eſt fortuna peracta. Iam ſua. Aliquando ſignificat quod dat fœlicitatẽ. Virg. Sis bonus o fœlix tuis. Fœlix quãdoque fœcundum ſignificat, quare fœlices arbores dicimus: & infœlices, fructum non ferentes: hinc etiam fœlicito uerbum, quod eſt fœlicem facio. Cuius oppoſitum infœlicito, hoc eſt infœlicem facio. *Menander.*

Δυσὸς πεσόντος, πᾶσ' ἀνὴρ ξύλα ἕλκει. id eſt,
Quercu cadente, omnis uir ligna comburit. *idem.*
δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυσυχεῖς, τοὺς δ' εὐτυχεῖς. id eſt,
Oportet hos quidẽ eſſe infœlices, hos ſero fœlices. idẽ.
ἐπ' ἀνδρὶ δυσυχοῦντι μὴ πλάσῃσ' κακόν. Id eſt,
In uirum infœlicem ne obijcias malum. *idem.*
ἐξ ἡδονῆσ γὰρ πύεται τὸ δύσυχεὶν. id eſt,
Ex uoluptate enim naſcitur infœliciter agere. *idem.*
μὴ ἔμβαινε δυσυχοῦντι, κοινὴ γὰρ ἡ τύχη. Id eſt,
Ne inſulta infœlici, communis enim fortuna. *idem.*
μηδέποτε σεαυτὸν δυσυχῶν, ἀπελπίσῃσ. id eſt,
Nunq̃ de teipſo infœliciter agens deſperabis. *idem.*
νόμιζε κοῖνα πάντα δυσυχήματα. id eſt,
Exiſtima communes omnes infœlicitates. *idem.*
ἄμ', τὸ γὰρ ἄφρων δυσυχείν, μαρίαν ποιεῖ. id eſt,
Heu mihi, repẽte infœliciter agere, inſaniã gignit. idẽ.
τῶν δυσυχούντων, εὐτυχὴς δυσφιλὴς. id eſt,
Infœlicium, fortunatus nullus amicus.

Claudia. de uicto. Stilicone ſcontra Alaricũ.

Quæ uindicta prior, q̃ cum formido ſuperbos
Flectit, & aſſuetum ſpolijs affligit egeſtas?

Infortunium græce ἀτυχία ας ἡ dicitur. Et eſt cum aliquid magnum malorum euenit, ſecũdum Ariſt. libro ſecundo Phyſicorum.

INgenium græce εὐφυΐα ας ἡ εὐφυὴς ὁ & ἡ industrius, & ingenioſus dicitur. Eſt autem ingenium extenſio intellectus ad intellectorum cognitionem. Ingenium ſignificat proprie naturam cuique ingenitam. Terent. Nam qui cum ingenijs conflictatur eiuſmodi, id eſt, cum hominibus eiuſmodi naturæ. Huius diminutiuũ eſt ingeniolũ. Item ingenuus, qui libera matre natus, nec poſtea ſeruus factus eſt, eſt & relatiuum libertini. Hinc etiam ingenuitas, quæ eſt contraria libertinitati.

Eccleſiaſt. cap. 25.

Quàm ſpecioſa uecerunis ſapientia, & glorioſus intellectus & conſilium.

Aug. ad Mace epiſt. 1.

Non ego meo ingenio uel merito, ſed eius dono ſum, ſi qd laudabile ſum. Nã quædã acutiſſima & excellentiſſima ingenia tanto in maiori errant, quanto confidentius tanq̃ ſuis uiribus cucurrerint, nec ſuppliciter ac ueraciter deum, ut uitam ſibi oſtenderet, petiuerunt.

Hiero. ſuper il. Eccleſiaſtici 11. Breuis in uolatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus eius.

Apis acriter pungit & mel conficit, ſic paruo corpore anima ingenioſa & acerrima uiget, & doctrinæ ſuauitatem profert.

Gregorius ſuper illud Prouerbiorum 30. Stellio manibus nititur.

Dum ingenioſi per negligentiam in malis remanent, ſimplices quos ingenij penna non adiuuat, ad obtinenda regni æterni mœnia uirtus operationis leuat.

Ioannes Chryſoſt. ſuper illud Matthæi 25. Abiens fodit in terram.

Abſcondere talentum in terra, eſt acceptum ingenium in terrenis actibus implicare, & non lucrum ſpirituale acquirere.

Bernardus in Apologe.

Semper in robuſto & uegetato corpore animus mollior facet atq̃ tepidũ cor, & rurſum in corpore debili & infirmo fortior uiget & prompior ſpiritus. *Boet. l. 5. de Con.*

Omne quod cognoſcitur, non ſecundũ uim ſui, ſed ſecundũ cognoſcentis potius comprehẽdit facultatem. *ibidem.*

Omne q̃ ineſt ſenſibus, ſi ad rationẽ referas, uniuerſale eſt: ſi ad ſenſum, particulare. Vniuerſale eſt, dum intelligitur, particulare, dum ſentitur. *Caſſiod. li. 4. epiſt.*

Aegreſcit profecto ingenium niſi uigilatione reparetur. Cito expediunt horrea, quæ aſſidua non fuerint adiectione ſuffulta. Theſaurus ipſe quam facile profunditur, ſi nullis iterum pecunijs

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cunꝭ complebit: ſic humanus ſenſus cum alieno non farcitur inuento, cito poteſt attenuari de proprio. *Seneca epiſt. 77.*

Poteſt ingenium fortiſſimū ac beatiſſimum ſub qualibet cute latere, poteſt ex deformi humiliq; corpuſculo formoſus animus ac magnus exire. Non enim deformitate corporis fœdatur animus, ſed pulchritudine animi corpus ornatur. *Seneca de trāquillitate animi.*

Nullum ingenium poteſt eſſe magnum, ante quàm habeat aliquid admixtum de furia.

idem Tragœdia 4.

Ingenia meliusrecta in laudes ſe ferunt, ſi nobilem animum uegeta libertas alit.

Ariſt. 2. Metaphy.

Quicquid intellectus intelligit, idem finit.

Idem li. 11. Metaphy.

Speculatio eſt bonum & optimum, acceptiſſimum & delectabiliſſimum.

Ex libris Empedoclis.

Tria ſunt quæ in tota rerum uarietate excellentiſſimum diuinæ munificentiæ donum (ſcilicet philoſophiam) excollant: Nobilis affluentiæ conceptus: futuræ fœlicitatis appetitus, mentis illuſtratio. Quorum primo nihil honeſtius, ſecundo nihil facilius, tertio nihil ad amborum compendioſam adeptionem efficacius.

Saluſtius in Iugurthino.

Igitur præclara facies, diuitiæ, ad hæc uis corporis, & alia huiuſcemodi omnia breui dilabuntur: at ingenij egregia facinora, ſicut anima, immortalia ſunt: poſtremo corporis & fortunæ bonorum, ut initium, ſic finis.

¶ *ibidem.*

Inter bonas artes integrum ingenium breui adolet. ¶ *ibidem.*

Ingenium ubi intenderis, ualet.

¶ *Corne. tacitus.*

Punitis ingenijs gliſcit autoritas.

Quintil. inſtit. orat. libro 1.

Ingeniorum uelut præcox genus, non temere unquam peruenit ad frugem.

Plautus in Pœnulo.

Inuidia nunquā in me nata eſt neq; malitia mala, bono
ingenio me eſſe ornatum q̄ auro multo malo.

Ouid. li. 6. Metamor. fabula. 6.

- Grande doloris
Ingenium eſt, miſeriſq; uenit ſolertia rebus.

idem li. 15. fab. 2.

Carne feræ ſedant ieiunia, nec tamen omnes,
Quippe equus & pecudes, armentaq; gramine uiuūt.
At quibus ingenium eſt immanſuetumq; ferumq;,
Armeniæ tigres, iracundiq; leones,
Cumq; lupis urſi, dapibus cum ſanguine gaudent.

Idem libro 3. Amorum elegia 7.

An quiſquam ingenuas etiam nunc ſuſcipit artes,
Aut teneras dotes carmen habere putat?
Ingenium quondam fuerat pretioſius auro:
At nunc barbaria eſt grandis habere nihil.

Ouid. epiſt. Herus ad Leandrum.

Fortius ingenium ſuſpicor eſſe uiris.

Vt corpus teneris ſic mens infirma puellis.

Ouid. Triſtium li. 3. Elegia 7.

Singula quid referam? nil non mortale tenemus.
Pectoris exceptis ingenijſq; bonis.
En ego cum patria caream, uobisq; domoq;,
Raptaq; ſint adimi quæ potuere mihi,
Ingenio tamen ipſe meo comitorq; fruorq;:
Cæſar in hoc potuit iuris habere nihil.

Idem 3. Triſtium elegia ult.

Ingenium fregere meum mala, cuius & ante
Fons infœcundus paruaq; uena fuit.
Sed quæcunq; fuit nullo exercente refugit.
Et longo periit arida facta ſitu.

Idem 3. Triſtium elegia 13.

Adde q̄ ingenium longa rubigine læſum
Torpet, & eſt multo q̄ fuit ante minus.

Terentius in Heautontimorumeno comœ 3.

Nihil eſt tam difficile, quin quærendo inueſtigari poſſit.

INGratitudo græce ἀχαριστία aut᷑ & ἀχάριστος ingratus dicitur. Eſt autem ingratitudo quælibet peccatum: quia tollit debitum gratitudinis quod eſt debitum honeſtatis, ex beato Thoma, ſecunda ſecundæ quæ. 107. articul. pri. Veniunt autem ingratitudo & ingratus à gratus, qui eſt memor beneficij accepti. Cuius contrarium eſt ingratus, & gratuitum, quod gratis datur. Et gratificor, quod eſt aliud, quam gratum facio, licet utrunque à gratum perducatur. Etenim gratum facere eſt quiddam minus, & prope idem quod obſequi, & inſeruire. Gratificari uero eſt quiddam maius, & quaſi idem quod beneficū eſſe & beneficia conferre. Quapropter deos nō gratum facere, ſed gratificari hominibus dicimus. Ab hoc gratificatus & gratificatio deducuntur.

Prouerbiorum cap. 17.

Qui reddit mala pro bonis, non recedet malū de domo eius.

Sapientiæ cap. 16.

Ingrati enim ſpes tanquam hyemalis glacies tabeſcet, & diſperiet tanquā aqua ſuperuacua.

Aug. in expoſitione Pſal. 8. & ha. 23. q 3.

c. Sex *differentiæ.*

Sex differētiæ ſunt. Reddere bona pro malis. Non reddere mala pro malis. Hæc bonorum ſunt & priusmelius. Nō reddere bona pro bonis, & reddere mala pro bonis. Hæc duo malorum ſunt, ſed poſterius deterius. Reddere bona p bonis, & pro malis mala, hęc duo mediocrium ſunt, prius propinquum bonis, quod Chriſtus nō arguit, ſed plus oportere dicit, q̄a ethnici hoc faciunt. Poſterius propinquum malis: conuenit tamen etiam bonis, unde & lex modum ultionis ſtatuit oculum p oculo: quaſi dici poteſt, iniuſtorum iuſtitia eſt, nō quia iniqua eſt ultio quam lex ſtatuit: ſed quia uitioſa libido ulciſcendi magis ad iudicem pertinet, hoc inter homines diſcernere, quàm bonum hominem ſibi expetere. Hic enim malum pro malo

redderes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

reddéret,iudex uero non,ſed delectatione iuſtitiæ iuſtum pro iniuſto, quod eſt bonũ pro malo,quod etiam deus iudex facit.

Idem libro de pœnitentia, & habetur de pœ. diſtin. 5. c. Conſideret.

Ingratus eñ extitit,qui plenus uirtutibus deũ non oñino timuit. In hoc enim quiſq; peccator fit culpabilior,quo eſt deo acceptior. Deo enim Adam plus peccauit, qa omni bono abũdauit.

Ioannes Chryſo. ſuper Matthæum.

Quãto maiora beneficia ſunt hominibus cõſtituta,tanto grauiora peccantibus iudicia.

Bernardus ſup Cantica.

Ingratitudo eſt hoſtis gratiæ, inimica ſalutis, quoniam nihil ita diſplicet deo, quemadmodũ ingratitudo

Bernardus ſermone 22.

Quanti fecit te deus ex his quæ pro te factus eſt,agnoſce, ut appareat tibi benignitas eius in humanitatem. Quanto enim minorem ſe fecit in humilitate,tanto maiorem exhibuit in bonitate,& quanto pro me uilior,tanto mihi charior. Aduerte homo, quia limus es,& non ſis ſuperbus:& quia deo iunctus es, non ſis ingratus.

Bernardus ſermone 35.

Gratiarum ceſſat diſcurſus, ubi recurſus non fuerit. Nec modo nil auget ingrato ſed quod accipit uertitur ei in perniciem: infidelis in modico,non cenſetur dignus munere ampliori.

idem ſermone 52.

Peruerſi cordis eſt occaſiones ingratitudinis inueſtigare Nemo id facit,niſi qui etiam gratis eſt ingratus.

Caſſiodorus libro 2. epiſtola 16.

Nutriunt præmiorum exempla uirtutes. Non eſt quiſquam qui ad morum ſummam nitatur aſcendere,quãdo irremuneratum relinquitur, quod conſcientia teſte laudatur.

Idem libro 4 epiſt. 11.

Graue nimis, ut fructu laboris ſui fraudetur induſtrius, & cui debet pro ſedulitate conferri præmium, diſpendiũ patiatur iniuſſum, & malorum omniũ probatur extremũ, ut inde quis cogatur detrimẽta ſuſcipere, unde credebat auxilia prouenire, moleſtiam pati ſine cauſa, pœnam ſine culpa, damna ſine delictis.

idem libro 7. epiſt. 22.

Indiſcreti hominum mores confuſiq; uagarentur, ſi aut culpa formidinem, aut uirtus præmia non haberent.

Lactantiũs Firmianus, libro 2. diui. inſti. aduerſus gentes.

At uero ſi qua grauis neceſſitas preſſerit, tunc dei recordantur. Si belli terror infremuerit, ſi morborũ peſtifera uis incubuit, ſi alimenta frugibus longa ſiccitas denegauit ſi tẽpeſtas ſi grãdo ingruat, ad deum confugitur, à deo petitur auxiliũ, deus ut ſubueniat oratur. Si quis in mari uento ſæuiente iactatur, hunc inuocat. Si ad extremam mendicandi neceſſitatem deductus, uictum precibus expoſcit, deum ſolum obteſtatur. Per eius unicum atq; diuinum nomẽ hominum ſibi miſericordiam quærit. Nunquam igitur dei meminerunt, niſi dũ in malis ſunt. Poſtquàm metus deſeruit,& pericula receſſerũt, deo quẽ ante in ſua ipſa neceſſitate implorauerant, ne uerbo quidem gratias agunt.

idem ibidem.

Nam tum deus memoria hominum maxime elabitur, cum beneficijs eius fruentes honorem dare diuinæ intelligentiæ debent.

Idem libro 4. diui. inſti. cap. 3.

Nam ſi diuinitas quæ gubernat hunc mundum incredibili beneficio genus humanum ſuſtentat, & quaſi paterna indulgentia foueat, uult profecto gratiam ſibi referri,& honorem dari. Nec conſtare homini ratio pietatis poteſt, ſi cœleſtibus beneficijs exciterit ingratus, quod non eſt utiq; ſapientis.

Seneca libro de beneficijs.

Officium liberalitatis. vide in Liberalitas.

Seneca epiſtola 84.

Quidam quo plus debent, magis oderunt: leue æs alienũ debitorem facit grauem inimicũ.

ibidem.

Quereris incidiſſe te in hominem ingratum, ſi hoc periculum uitare uolueris, non dabis beneficia: ita ne apud alium pereant, & apud te peribunt. *idem ibidem.*

Ingrati eſſe uitemus non aliena cauſa, ſed noſtra. *ibidem.*

Venenum quod ſerpentes in alienam perniciem proferunt, ſine ſua læſione continent, non ita uitium ingratitudinis continetur. Torquet ſe ingratus,& macerat, oditq; accepta (quia redditurus eſt) & extenuat, iniurias uero dilatat atque auget. *ibidem.*

Quid aũt eſt eo miſeri?, cui beneficia excidũt, hærent iniuriæ? *ibidem.*

Quæris quid ſit quod obliuionem nobis acceptorum faciat? cupiditas accipiendorum. Cogitamus non quid impetratum, ſed quid petendum ſit: neſcimus æſtimare res, de quibus non cum fama, ſed cum rerũ natura deliberandum eſt. *ibidem.*

Eo producturus eſt furor, ut periculoſiſſima res ſit beneficia in aliquẽ magna conferre, nam quia putat turpe non reddere, nõ uult eſſe cui credat: habe quod accepiſti, nõ repeto, non exigo, profuiſſe tutum eſt.

idem libro de beneficijs.

Non referre gratiam de beneficio turpe eſt. *ibidem.*

Per ſe fugienda eſt res ingratum eſſe, quoniã nil æque cõcordiã humani generis diſſociat ac diſtrahit q̃ hoc uitium. *ibidem.*

Vir bonus oĩa recte facit. Si oĩa recte facit, ingratus eſſe non poteſt. *ibidem.*

Gratum hominem ſemper beneficium delectat, ingratum ſemel. *ibidem.*

Nec mirũ eſt inter plura maxima q̃q; uitia nullũ eſſe frequentius q̃ ingrati animi. Id euenire ex

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cauſis plurimis uideo. Prima, quia nõ eligimus dignos quibus tribuamus, ſed nomina facturi diligẽter patrimonium, & uitam debitorum inquirimus. Idem.

Quiſquis de accipiendo cogitat, oblitus accepti eſt, nec ullum habet malõ maius cupiditas, quàm quod ingrata eſt. Idem.

Sapiens non cupit habere gratiam, ſed cupit referre. Errat ſi quis leuius beneficium accipit quàm reddit. Idem.

Quanto hilarior eſt qui ſoluit quod mutuat, tanto debet lætior eſſe, qui ſe maximo ære alieno accepto exonerat, quàm cum maxime æſtimatur, tanto autem plus ſoluendum eſt, quanto tardius ſoluitur. Ingratus eſt qui beneficiũ ſoluit ſine uſura. Idem.

Nihil charius æſtimamus, quàm beneficium quod diu optimus quibus nihil uilius, cum accipimus. M. T. Cicero lib. Officiorum.

Vix inuenitur q laboribus ſuſceptis periculiſq; additis non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam.

Cicero libro 3. de Legibus.

Clariſſimi uiri Athenis puſi carere ingrata ciuitate, quàm manere in improba maluerunt.

Cicero libro de Amicitia.

Officia meminiſſe debet is in quem collata ſunt, non commemorare is qui contulit.

Valerius Maxi. libro 5. ti. de grati.

Grandi & accipiendi beneficia commercium, ſine quo uita hominum mors eſt, tollit: quiſquis bene merito parem referre gratiam negligit.

Valerius Max. libro 5. ti. de ingratis Lacedæmonijs erga Lycurgum.

Neminem Lycurgo aut maiorem aut utilio rem utrum Lacedæmonia genuit, utpote cui Apollo Pythius oraculum petenti reſpondiſſe fertur neſcire ſe utrum illum hominum an deorum numero aggregaret. Huic tamen neq; uitæ ſumma ſynceritas, neq; conſtantiſſimus erga patriam amor, neq; leges ſalubriter excogitatæ auxilio eſſe potuerũt, quo minus infeſtos ciues experiretur. Sæpe enim laudibus petitus aliquãdo electus publico foro, etiam priuatus oculo, ad ultimum ipſa patria priuatus eſt. Quid aliæ faciẽt urbes: ubi etiam illa quæ conſtantiæ & moderationis & grauitatis ſibi laudem eximiã uendicat, tam ingrata aduerſus benemeritũ extitit?

Menander.

ἀχαρίσὸσ ὅσισ ἐυπάθων ἀμνημόνει. id eſt,
Ingratus qui beneficio affectus obliuiſcitur. idem.
ἀχ[illegible] ὡς τάβυνηρὸν ἡ χάρισ. id eſt,
Simul collatum eſt, & mortuum eſt beneficium. Idem.
μετὰ τὸν λοιμὸν ἀχάρισα γηράσκει χάρισ. id eſt,
Poſt dationem celerrime ſeneſcit beneficium.

Ex primo Epigrammatum.

Quis lupum lactans ait.

τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω οὐκ ἐθέλουσα,
ἀλλά μ' ἀναγκάζει ποιμένοσ ἀφροσύνη.
ἀυξήθησ δ' ὅτ' ἐμοῦ κατ' ἐμοῦ πάλαν θυρίον ἔσαι
ἡ χάρισ ἀλλάξαι τὸν φύσιν οὐ δύναται. id eſt,
Lupum ex propriis mammis nutrio inuita,
Sed me cogit paſtoris ſtultitia:
Auctus enim a me contra me rurſus fera erit.
Beneficium mutare naturam non poteſt.

Lucianus.

φαῦλοσ ἀνὴρ πίθοσ ἐσὶ τετρημένοσ, εἰσ ὃν ἁπάσασ
ἁλῶν τὰσ χάρισασ ἐπέκεινα ἐξέχεασ. id eſt,
Malus uir dolium eſt perforatum, in quod omnes
Immittens gratias, in uanum effudiſti.

Sophocles in Aiace furente.

ὃ τᾶσ [illegible] μανίασ ἐυπετεσ πότουσ, οὐκ
ἄρ' ἦσθ' ὑπὸ ζυγοῦ ἐυγενὴσ ἀνήρ. id eſt,
Qui autem obliuiſcitur beneficijs affectus,
Nunquam utiq; eſſet hic generoſus uir.

Idem in eodem.

ὁσ τάχισα τοῖσ μέτροισ
χαρ σ λιθρὸν ἡμὲρ προλοῦσα βλίσκεται, id eſt,
Quam cito mortalibus
Beneficium perit, & amiſſum deprehenditur.

Plautus in Perſa.

Nam improbus eſt homo qui beneficiũ ſcit ſumere, & reddere neſcit.
Nihil amas ſi ingratum amas.

Terentius in Phormione.

Ad hoc res redijt ſi quis quid reddit, magna habẽda eſt gratia. Ouidius in epiſtola Medeæ ad Iaſonem.

Debuit ingratis Scylla nocere uiris.

Franceſc. Petrar. Soneto. 43.

Per beto tha bia guardato di menzogna
Anio oorer & honorato aſſai.
Ingrata lingua, gia per ho non mahai
Indegnata honor, ma facto ira & uergogna.

Franci. Petr. cant. 42. ſtantia 8.

Di bon ſeme mal frutto.
Mieto, & tal merito ha, chingrato ſerue.

Inhumanitas græce [illegible] & ἀπάνθρωποσ δὲ inhumanus dicitur. Eſt autem inhumanitas obduratio contra miſericordiam, ex D. Tho. ſecunda ſecundæ q. 156. ar. 1. De hac materia uide ſupra in Humanitas.

Inimicitias græce ἐχθρὰσ ἢ & ἐχθρόν οὐ δ inimicus dicit. Eſt aũt inimicitia ira ulciſcẽdi tẽpus obſeruans, ſecũ Ciceronem libro Tuſcu. q.

Inimicus eſt contrarium de amicus. Is uero dicitur amicus, qui amat, & indiſſolubili familiaritatis iure coniunctus eſt. Differunt aũt amicus & amator, quod amicus ab amãdo appellatus eſt, & honeſta quidẽ res eſt, & eum ſignat cum q̃ uera amicitia cõiunctus eſt. Amatorẽ quippe dicimus, qui ad tempus & Veneree amat.

Ab amico amicitia deriuatur, q̃ quid ſit, uide ſupra in Amicitia. Huius oppoſitũ ẽ inimicitiæ plurali numero, quanquã ueteres etiã ſingulari nonnunq̃ protulerunt. Ennius.

Amicitiã arq; inimicitiã in frõte prõpte gero.

Homer. in Iliados, uerba ſunt Achillis ad Hectorem.

ὧσ οὐκ λέοντ καὶ ἀνδρόσιν ὅρκια πίσα,
ὄυλιε λύκοι καὶ ἀνδρεσσ ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν
ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲσ ἀλλήλοισιν.
ὡσ οὐκ ἔσ' ἐμὲ φιλμέναι. id eſt,

Quemad-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quĕadmodũ nõ eſt leonibus & hoĭbus iuſiurandũ fidũ
Et neq; lupi & homines concordem animum habent.
Sed mala cogitant utriq; inter ſe,
Sic non erit te & me mutuo amari. Periander.

ἐτυχὲς κρύπτε, ἵνα μὴ πυθόμενος ἐχθρὸς σοὶ εὐφράνῃ. id eſt,

Infœlicitatem occulta, ne inimicos lætitia afficias.
Pittacus.

μήθλε τὸν ἐχθρὸν φίλον, εὔγου. id eſt,

Neq; inimicum amicum tibi exiſtima. idem.

ἐχθρὸν μὴ φίλον ποίει. Id eſt, Inimicitiam diſſoluo.

Menander.

ἀθάνατον ἐχθρὸν μὴ φυλάττε, ἵνα σωσθῶ. id eſt,

Immortalẽ inimicitiã ne retine mortalis exiſtẽs. idẽ.

ἐχθρὸν σὸν μὴ ἐπὶ τῇ σῇ βλάβῃ. id eſt,

Inimicos ulciſcere, non in tuo damno. idem.

ἐχθροῖς τιμωρῶ, ὅπου' ἂν πάθοισ βλαβήν. id eſt,

Inimicis nõ credens, nunq; utiq; dãno afficieris. idem.

λόγον περὶ ἐχθροῦ, μὴ πιθοῦ ἡγοῦ φίλον. id eſt,

Sermonem ab inimico nunquam putabis amicum.

Iniquitas græce ἀνομία ας ἡ & ἀδικία iniurior dicitur. Eſt autem iniuria omne quod non ſit iure, ut habetur 14.q.4.c. Quid dicam.

Iniuriam facere eſt ſimpliciter aliquem nolentem lædere, & ſcientem quem, & quo, & quomodo præter illius uoluntatem, ſecũdum Ariſtotelem libro 5. Ethicorum.

Iniuriam pati eſt, cum à uolentibus iniuſta inferuntur, ſecundum Ariſto. lib. 1. Rhetoricorũ.

Iniuriari eſt ſponte præter leges officere. Vt ibidem.

Iniuria uenit à iure, eo quod non ſit iure

Iniuria proprie (ut Vlpianus ſentit) eſt iniquitas atq; iniuſtitia. Nam cum quis inique uel iniuſte ſententiam dixit, iniuriam dixiſſe manifeſtũ eſt, quaſi non iuriam.

Iniuria etiã aduerbialiter ponitur, hoc eſt ſine cauſa & immerito quemadmodũ iure pro merito accipi ſolet, Cicer. Neq; iniuria factum eſt: hoc eſt nõ ſine cauſa non immerito. Quandoq; pro cõtumelia ponitur. Plinius: Tot ab eo iniurijs affectus ſum, tot cõuitijs laceſſitus: Quãdoq; pro damno ponitur. Pacu. Patior facile iniuriã, ſi eſt uacua cõtumelia. Hinc iniurior & iniurius, qui alicui iniuriam facit. Et iniurioſus, cõtumelioſus. *Matth. cap. 5.*

Omnis qui iraſcit fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui aũt dixerit fratri ſuo racha, reus erit cõſilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehẽnæ ignis. Si ergo offers munus tuũ ad altare, et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. *idem cap. 6.*

Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorũ, dimittet & uobis pater ueſter cœleſtis delicta ueſtra. Si autem nõ dimiſeritis hominibus, nec pater ueſter dimittet uobis peccata ueſtra.

idem cap. 8.

Accedens Petrus ad Ieſum dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittã ei? uſq; ſepties? Dicit illi Ieſus: Nõ dico tibi uſq; ſepties, ſed uſq; ſeptuageſies ſepties.

Lucas cap. 6.

Dimittite & dimittemini. Date, & dabit uobis. Menſurã bonã, & confertã & coagitatã, & ſuperefluentẽ dabunt in ſinum ueſtrum. Eadem mẽſura qua menſi fueritis, remetietur & uobis.

Aug. ſup Pſal. 102. & habetur 11. q 3 Qui iuſtus.

Qui iuſtus eſt & iniuſte maledicitur, præmium illi redditur.

Idem in hom. & habetur 14. q. 5. Forte aliquis.

Forte aliqs cogitat & dicit: Multi ſunt Chriſtiani diuites, auari cupidi, non habeo peccatũ ſi ſuum illis abſtulero, & pauperibus dedero. Vnde eũ illi nil boni agũt, mercedem habere potero. Sed huiuſmodi cogitatio à diaboli calliditate ſuggeretur: nã ſi totũ tribuat pauperibus quod abſtulerat, addit potius peccatum q̃ minuat.

Idem de uerbis domini tractatu 35. & habetur 14. q. Nolite.

Nolite uelle eleemoſynas facere de fœnore & uſuris. *Idem & habetur ibidem. Immolans.*

Immolãs ex iniquo oblatio eſt maculata. Dona iniquorũ nõ probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationibus iniquorũ, nec in multitudine ſacrificiorũ eorum propitiabitur peccatis. Qui offert ſacrificiũ de ſubſtãtia pauperis, quaſi qui uictimat filium in cõſpectu patris ſui. Panis egentium uita pauperis eſt. Qui defraudat illum homo ſanguinis eſt. Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit neceſſario, fratres ſunt.

Idem de uerbis domini, tractans illud Apoſtoli: Donantes uobiſmetipſos.

Dicit dominus: Dimitte, & dimittetur tibi. Si ego prior dimiſi, dimitte illis poſtea: nam ſi non dimiſeris, reuocabo te & quicquid dimiſeram, replicabo tibi.

Hieronymus libro 3 ſuper Matth. Si peccauerit in te frater tuus.

Nos in dei iniuria benigni ſumus, & in noſtris contumelijs exercemus odia.

Idem ſuper illud: Si non remiſeritis de cordibus ueſtris.

O formidoloſa ſententia, ſi parua fratribus non dimittimus, magna nobis à deo non dimittent.

Ambroſius libro de Officijs. & habetur 14 q. 5. Denicq;

Denicq; ſi non poteſt ſubueniri alteri niſi alter lædatur, cõmodius eſt neutrum iuuari q̃ grauari alterũ. Ideoq; in cauſis pecuniarijs interuenire non eſt ſacerdotale, in quibus non poteſt fieri quin alter lædatur frequenter qui uincit, quoniam interceſſoris beneficio ſe uictum arbitratur. Sacerdotis eſt igitur nulli nocere, prodeſſe uelle omnibus. *ibidem.*

Qui nõ repellit à ſoc.o ſi poteſt iniuriã tam ẽ

initio, quam ille qui infert.

Gregorius Ianuario epiſcopo, & habetur 24. q. 4. Inter querelas.

Nil te cogitare de cœleſtibus oſtendis, ſed terrenam te habere conuerſationem ſignificas, dū pro uindicta propriæ iniuriæ, quod ſacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis inuexiſti.

Ioannes Chryſoſto. ſuper illud Matth. 5. Qui dixerit fratri ſuo Fatue.

Parua uerba multoties homicidium perpetrauerint, & ciuitates integras euerterunt. Nunquam paruum æſtimes fratrem ſtultū uocare, auferens ei prudentiam & intellectum, quo homines ſumus & ab irrationabilibus diſtamus.

Ibidem ſuper Matthæum.

Quicquid à quolibet hominum paſſi fuerimus iniuſte, aut remiſſionem accipiemus omnium peccatorum, aut ſi tanta in nobis delicta nō fuerint, clarioribus honorabimur coronis.

Ibidem.

Si uindicare uis ſile, & funeſtam ei dediſti plagam. *ibidem.*

Diſcamus exemplo Chriſti noſtras iniurias magnanimiter ſuſtinere, dei autem iniurias, nec uſq; ad auditū ſufferre: nam ſi in iniuriis ꝓpriis patientiam tenere laudabile eſt, iniurias autem dei ſuſtinere nimis impium eſt.

Iſidorus.

Iniuria eſt uerbo uel facto cum aliquo iniuſte agere, exprobrare eſt in faciem maledicere.

Caſſio ſuper illud Pſal. Conculcauerunt.

Grauiſſimum genus iniuriæ eſt, uſq; ad pedē contumeliæ peruenire.

Rabanus ſuper illud Matthæi 5. Gaudete & exultate.

Neſcio quis noſtrum poſſit implere ut lacerētur opprobriis fama noſtra, & exultemus in domino. Eleganter enim in quodam uolumine legimus, quod ſi non quæras gloriam, tamen dolebis cum inglorius fueris.

Seneca in Prouerbijs.

Viri boni eſt ſcire pati, nec facere iniuriam.

Ibidem.

Difficile eſt iniuriam conuenire cum patiētia.

Ibidem.

Iniuriarum remedium eſt obliuio.

M. T. Cicero lib. Rhetoricorum.

In oī iniuria multū intereſt, utrū perturbatione animi, an conſulte fiat. Perturbatio plerūq; breuis eſt & ad tēpus, ideo leuiora ſunt quę repentino motu accidūt, cū ea quæ præmeditata inferuntur. *Idem libro Officio.*

Qui nō defendit, nec obſtitit iniuriæ ſi poteſt: tam eſt in uitio, cū ſi parētes, aut amicos, aut patriam deſerat. *Idem libro Officio.*

Nec uero rei familiaris amplificatio nemini nocens uituperanda, ſed fugienda iniuria ſemper eſt. *Ibidem.*

Cum aūt duob⁹ modis, i. aut ui, aut fraude fiat iniuria, fraus quaſi uulpeculæ, uis leonis uidetur, utrūq; ab homine alieniſſimū eſt. Sed fraus odio digna maiore. Totius autem iniuſtitiæ nulla capitalior eſt cū eorum, qui cum maxime fallunt, id agunt uti boni uiri uideantur.

Saluſtius in Catilinario.

Nulli mortalium iniuriæ ſuæ paruæ uidentur. Multi eas grauius æquo habere.

Idem in Iugurtha.

In omni certamine qui opulentior eſt, etiam ſi accipit iniuriam, tamen quia plus poteſt, facere uidetur. *Valerius Maximus libro 4.*

Specioſius aliquanto iniuriæ beneficijs uincūtur, cū mutui odij pertinacia penſantur.

Aulus Gellius noctium at. libro 18.

Veterem ferendo iniuriam, uites nouam.

Ariſtoteles libro 1. Ethicorum.

Iniuriam pati melius eſt, quam alteri nocere.

Lucius Apuleius de dogmate Platonis.

Sapientē perfectū eſſe nō poſſe, dicit Plato, niſi cæteris ingenio præſtet & artibus, & potētiæ partibus imbutus ſit. Deniq; ſapiens nec in ſecūdis rebus effertur, nec cōtrahitur in aduerſis, cū ſe ornamētis ſuis ita inſtructum ſciat, ut ab his nulla ui ſegregetur. hunc talem non ſolum inferre, ſed nec quidem referre oportet iniuriam.

Laert. Dioge. de uita & moribus philoſophorū.

Iniuria iniuſte irrogata eius eſt infamia qui facit. *Iuuenalis Satyra 8.*

Curandum in primis ne magna iniuria fiat
Fortibus & miſeris, tollas licet omne, quod uſq; eſt
Auri atq; argenti, ſcutum gladium q; relinques,
Et iacula, & galeam, ſpoliatis arma ſuperſunt.
Quod modo propoſui non eſt ſententia, uerum
Credite me uobis folium recitare Sybillæ.

Iuuenalis Satyra 13.

- Vindicta.
Nemo magis gaudet quam fœmina.

Ouidius in epiſtola Helenæ ad Paridem.

Vtilis interdum eſt ipſis iniuria paſſis.

Propertius libro 3. Elegia 7.

Non eſt certa fides, quam non iniuria uerſat.

Iniuſtitia græce ἀδικία ας ἡ & ἄδικος ου ὁ iniuſtus dicitur. Eſt autem iniuſtitia, per quam aliena ſinguli contra leges retinent, ſecundum Ariſto. li. 1. Rhetoricorum.

Iniuſtitia eſt duplex, ſcilicet illegalis oppoſita iuſtitiæ legali, alia ſecundum inæqualitatem ad alterum. Prima eſt generalis intentione, & ſpecialis obiectio. Secunda uero eſt ſpecialis utroque modo, ex beato Thoma ſecunda ſecundæ quæſtionæ 58 ar. 5.

Iniuſtitia contraria eſt iuſtitiæ, quam aliqui dicunt eſſe habitum animi communi utilitate cō ſeruata, dignitatem ſuam cuiq; tribuentem. De hac materia uide infra in Iuſtitia.

INnocentia græce ἀκακία ας ἡ & ἄκακος ου ὁ innocens dicitur. Eſt autem innocentia puritas animi omnem iniurię illationem abhorrens, ſecundum Ciceronem libro Officiorum.

Innocētia integritas eſt. Sicut nocētes proprie dicuntur qui iniuriam aut maleficium cōmiſe-

runt,

sunt, à noceo uerbo quod est obsum, à & maleficio non abstineo. Ita innocentes dicuntur qui ab omni iniuria & maleficio abstinent. Inde fit innocenter aduerbium & innocuum, quodmodo actiue capitur. Vir. Littusq; rogamus innocuum. Aliquando passiue pro eo cui non nocetur. Virg. Sedere carinæ omnes innocuæ.

Dauid Psalm. 23.

Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in uano animā suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem à domino, & misericordiam à deo salutari suo.

August. de Vera innocentia.

Eam deus innocētiā probat, qua homo non metu pœnæ fit innocens, sed amore iustitiæ. Nā qui timore nō peccat quāmuis non noceat cui uult nocere, & abstineat ab iniquo opere, reus tamen fit sola uoluntate.

Idem & hab. 23. quest. 5. Non est.

Non est innocentiæ parcēdo finere, ut in malum grauius incidat, pertinet ergo ad innocētis officiū, non solū nemini malū inferre, uerūeti/am cohibere à pctō, uel punire peccatum, ut aut ipse q prius odio habet, corrigat experimenot, aut alij terreantur exemplo.

Ibidem sup Psal. 38.

Vera innocētia est, ubi integritas est sine peccato, uenditio ē sine debito, flagellū sine merito.

Ibidem 14. de Ciuitate dei ca. 27.

Cibus aderat ne esuriret, potus ne sitiret, lignum uitæ ne eum senectus dissolueret, nihil tamen corruptionis in corpore ullas molestias ullis eius sensibus ingerebat.

Hieron. sup illud Matth. Quicunq; humiliauerit se sicut paruulus.

Sicut paruulus non perseuerat in iracundia, non læsus meminit, nō uidens pulchrā mulierē delectat, nō aliud cogitat, & aliud loquit, sic & nos, nisi talem habuerimus innocentiā & animi puritatē, regna cælorū non poterimus intrare.

Amb. libro Offic. & hab. 14. quæst. 5 Deniq; si.

Innocens credit omni uerbo. Non uituperāda facilitas, sed laudanda bonitas, hoc est innocentem esse, ignorare quid noceat, & circunscribitur ab aliquo, de omnibus tamen iudicat, qui fidem esse in omnibus arbitratur.

Idem in Hexameron.

Innocentia & integritas leui sorde uiolat aspersa, & gratiæ suæ munus amittit.

Idem de Offic. libro secundo.

Vitam beatam efficiunt tranquillitas conscientiæ & securitas innocentiæ.

Gregorius Moralium libro 2.

Sic uixi ut accusatorē exterius non timerem. Vtinam sic uixissem, ut intra me ipsum accusatorem conscientiam non haberem.

Bernardus sup Canti.

Immediocris est titulus uirtutis, inter prauos uiuere bene, & inter malignantes innocentiæ retinere candorem, & morum lenitatem.

Idem sup Cantica ser. 45.

Sed si quis innocentiā retinet, & nihilominus humilitatē iungit, nonne is tibi uidetur gemmum animę possidere decorum? Rara auis interris, aut sanctitatem non perdere, aut humilitatem sanctimonia nō excludi, & ideo beata quæ utranque retinuit.

Lactantius Firmia. libro sexto Diuin. instit.

Nihil enim sancta & singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat q̄ solā innocētiam, quam si quis obtulerit deo, satis pie religioseq; litauit. *Idem libro 7. cap. 21.*

Tanta est uis innocentiæ, ut ab ea ignis ille refugiat innoxius, qui accipit à deo hāc potestatē, ut impios urat, iustis obtemperet.

M. T. Cicero libro Officiorum.

Atq; etiam hoc præceptum officij diligenter obtinendum est, ne unquām innocentē iudicio capitis arcessas. Id enim sine scelere nullo pacto fieri potest. *Plautus in Amphitryone.*

Quæ non deliquit decet audacem esse, cōfidenter pro se, & proterue loqui.

Dantes Paradisi Canti. 28.

Fede & innocentia son reperte
Selo ne pargoleti. poicia scuna
Pria fuge che le go ancie sine coperte. *id est.*
Fides & innocentia repertæ sunt
Solum in paruulis: post harum utraq;
Antea fugit, q̄ male contegantur.

INquisitio græce ἐπιζήτησις ἡ & ἐπιζητητής οῦ ὁ, inquisitor dicitur. Est autem inquisitio alicuius criminis manifesti, saltem per famam, ex bono & æquo iudicis competētis canonice facta inuestigatio, secundum Hostiensem.

Inquisitio à quæro deducitur, unde etiā quæstores, uel quæsitores, qui à populo creati capitalibus rebus præerant. Virgili. Quæsitor Minos urnam mouet. Quid autem quærere sit, & aliqua ab eo deriuata, uide infra in Quærere.

Esdræ. 2. ca. 8

Virtus domini erit cum eis qui inquirunt eum in omni affectu.

Dauid Psal. 19

Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine dei nostri inuocabimus.

Esaias ca. 55.

Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eū dum prope est. Derelinquat impius uiam suam, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius, & ad deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. *Matthæus cap. 6*

Petite & dabit uobis, q̄rite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit & q quærit inuenit, & pulsanti aperietur. aut quis est ex uobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergo uos cum sitis mali nostri bona data dare filijs uestris, quāto magis pater uester q in cælis est dabit bona petentibus.

Paulus ad Colossenses. ca. 3

Omne quodcūq; facitis, in uerbo aut in opere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

oīa in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti gratias agentes deo, & patri per ipſum.

Auguſt ſuper Pſalm. 104.

Quærite faciem eius ſemper. Si ſemper quæritur quando inuenitur? An ſemper dixit in tota uita, qua hic uiuit. Ex quo hoc debere nos facere cognouimus, quādo & inuētus quærēdus eſt. Iam deum inuenit fides, ſed adhuc eum quærit ſpes. Charitas aūt, & inuenit eum per fidem, & eum quærit habere per ſpem, ubi tunc ſic inuenitur, ut ultra non quæratur. Forte cum facie ad faciem eum uiderimus ſicuti eſt, & adhuc perquirendus erit, & ſine fine quærendus. Quia ſine fine amandus. *Auguſt. ſuper Ioannem.*

Quæramus inueniendum, quæramus inuentum, ut inueniendus quæratur, occultus eſt: ut inuentus quæratur, immenſus eſt.

idem de Ciuitate dei.

Si homo ita creatus eſt, ut per id quod in eo præcellit, attingat illud quod cuncta præcellat: id eſt, unum uerum optimū, ſine quo nulla natura ſubſiſtit, nulla doctrina inſtruit, nullus uſus expedit: ipſe quæratur, ubi nobis ſecura ſunt omnia: ipſe cernatur, ubi nobis oīa certa ſunt: ipſe diligatur, ubi nobis recta ſunt omnia.

Gregorius libro 27. Moralium

Quærite dominum dum inueniri poteſt, modo nō uidetur dominus, & prope eſt. In iudicio uocabitur, & prope non erit: necdum in iudicio apparuit, & ſi quæratur inuenitur. Nam miro modo cum in iudicio apparuerit, & uideri poteſt, & inueniri non poteſt.

Ioannes Chryſoſtomus ſup illud Matth.
Et uendit uniuerſa.

Si non uendideris omnia, nec emes, & ſi animam non habueris ſollicitam & quærentē, nō inuenies. Dico enim oportet adeſſe, & à uitę huius negotijs abeſſe, & uigilantem eſſe.

Bernardus de Diligendo deo.

Nemo te domine quærere ualet, niſi qui prius inuenerit. Vis ergo inueniri ut quæraris? quære ut inueniaris. Potes quæri & inueniri, nec tamē præueniri.

Idem ſermone 24

Si nolumus fruſtra quærere dominum, quæramus ueraciter, ut nec quæramus pillo aliud, nec cum illo aliud, ſed nec ab illo ad aliud conuertamur. Facilius enim eſt cœlum & terram tranſire, q̄ ut ſic quærens nō inueniat, ſic petens non accipiat, & ſic pulſanti non aperiatur.

Bernardus de 12. gradibus humilitatis.

Inquirimus ueritatem in nobis, in proximis, & ſui natura in nobis, noſmetipſos dijudicādo, in proximis eorum malis compatiendo, in ſui natura mundo corde contemplando.

Inſenſibilitas græce ἀναισθησία ας ἡ & ἀναίσθητος ου ὁ inſenſibilis & inſulſus dicitur.

Inſenſibilitas eſt uitiū, quo p̄termittuntur neceſſaria uitæ cōtra rationem, ideo eſt peccatum, ex b. Tho. ſecūda ſecūdæ q. 142. art. 1. A ſenſus uenit ſenſibilitas & ſenſibile, q̄ ſignificat, tam id quod ſentit, quàm quo ſentitur. Idem ſenſificum, quod ſenſus cauſam præſtat.

Inſipientia græce ἀφροσύνη & ἄφρων inſipiens dicitur. Et eſt idem quod ſtultitia, & contrariatur ſapientiæ, b. Tho. ſecundæ quæſt. 96. artic. 1.

Inſtabilitas græce ἀβεβαίωσις εως ἡ & ἀστατος, inſtabilis dicitur. Eſt autē inſtabilitas mutabilitas loci uel ppoſiti, b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 33. ar. 4.

Inſtans græce ἐνστὰς dicitur. Eſt autem duplex inſtās, ſcilicet unū ſequēs mobile idem numero realiter differēs ratione, & aliud continuans tēpus, non idem, ſed labens cum eo ex be. Thom. opuſculo de inſtantibus. ca. 3. col. 3.

Inſtantia eſt propoſitio propoſitioni contraria ſecundum Ariſtot libro ſecundo Priorum.

Intellectus græce νόησις εως ἡ & νοέω intelligo dicitur. Eſt aūt intellectus uis animæ, quę inuiſibilia pcipit, ſecundū Auguſtinū de Spiritu & anima.

Intellectus eſt habitus principiorum, ſecundum Ariſtot. libro. ſexto Ethicorum.

Intellectus eſt habitus circa principia intelligibilia, ſecundū eundē lib. magnorū Moralium.

Intelligentia eſt per quā animus ea proſpicit quæ ſunt, ſecūdum Ciceronē lib. Rhetoricorū.

Intelligentia proprie ſignificat actum intellectus, & aliquando ſignificat ſubſtantias ſeparatas, ſcilicet angelos, ſecundum Tho. prima parte quæſtione 79. artic. 4.

De hac materia uide in anima, & in arbore de anima ſupra.

¶ *Ludouicus Cælius Rhodigīnus Lectionum Antiquarum libro 2. cap. 1. de intellectu agente & poſſibili.*

Quædā ſunt inquit Auguſtinus, ſupra intellectum humanū. quædam iuxta, quędā infra. Si quidem cognoſcit deū anima ſupra ſe, angelos iuxta ſe, at uero ſe in ſe. Quicquid cœli continetur ambitu, infra ſe. Igitur ad uera percipienda, quæ ſunt ſupra ipſam, indigere uidetur oīno anima irradiatiōe ab ipſa luce ueritatis primæ, quæ dicitur mens, uel intelligentia, quā prodit Auguſtinus idem, nulla interpoſita natura, formari ab ipſa ueritate. Proinde reſpectu ueritatis ſummæ, & eorum reſpectu intelligibilium, quæ humanum exced̄t intellectū, eſt intellectus agens deus, & huiuſmodi illuminatio, eſt gratiæ infuſio ad diuina cōtemplanda. Ad ea uero gnoſcenda, quæ prope nos ſunt, ut ſunt angelicæ eſſentiæ, indiget item anima reuelatiōe angelica, ſiue inſtructiōe. Qua in re dicitur item angelus intellectus agēs. Ad eorū uero præceptionē, q̄ intra animā ſunt, ut eſt ipſa anima, & potentiæ ipſius habitus, ſcientiæ, ac uirtutes, non indiget anima lumine extrinſeco, ſed innato. & cæt.

Intemperantia græce ἀκολασία ας ἡ ἀκόλαστος ου ὁ intēperatus dicitur. Eſt autem intemperans ille qui omni uoluptate potitur, nec ulla ſe abſtinet.

Inſenſibilis uero eſt, qui omnes fugit inſtar agreſtium, ſecūdum Ariſt. libro 2. Ethicorum.

Initio

Inuidia est tristitia de bono alterius quatenus ex eo timetur nocumentum, uel filijpsi uel alijs. De qua Grego. 22. Moralium ait: Euenire plerunq; solet, & reliqua. Vide infra in tractatu de Inuidia.

Cū tristamur de bono alterius, ex eoq; nobis deest bonū, quod alius habet. Et hoc est proprie zelus, ut dicit Philosophus 2 Rhetor, & est laudabilis, si sit circa honesta. Si autē sit de bonis temporalibus, potest esse cum peccato & sine peccato, q. 36. artic. 3.

Cum quis tristatur de bono alterius, inquantum ille cui accidit est eo indignus. Extra us tristitia (quia est de diuitijs, & alijs quæ dignis & indignis euenire possunt) uocatur a Philosopho νέμεσις, licet apud Aristotelem approbata, prohibita tamen Christiana religione.

Inuidia est tristitia de bono alieno, quo tristamur quadrupliciter.

- Cum quis tristatur de bono alterius inquantum eum excedit in bonis, & hoc proprie est inuidia, & semper mala, quia dolet eo quod est gaudendum, & est peccatum
  - Mortale semper, & ex genere suo quando adest consensus rationis, quia directe opponitur charitati proximi. q. 36. art. 3.
  - Veniale, quando est in sola sensualitate non accedente consensu rationis, ut sunt primi motus, q etiam sunt in perfectis, q. 36. art. 3.
- Ex b Sho. secunda secundæ, q. 34. art. 6.
  - Capitale quia ex se oritur
    - Susurratio. Quando quis quærit minuere gloriam alterius in occulto.
    - Derractio. Quando quis quærit aperte gloriam alterius minuere.
    - Exultatio in aduersis proximi.
    - Afflictio in prosperis proximi.
  - Quia non solum quis tristatur de superexcellentia alterius, sed ultrius uult simpliciter eius mala.

INuidia græce φθόνος. ου & φθονερὸς ου. Inuidus dicitur. Est autem inuidia tristitia de bonis alienis, secundum Ioannem Damascenum.

Inuidia est odium fælicitatis alienæ, secundum Hugonem libro. 2. de Sacramētis, & August. super Psalm. Conuertit cor eorum.

Inuidia est tristitia in apparenti fœlicitate alicuius secundum Arist. libro. 2. Topicorum.

Inuidia est tristitia de bono alterius, in quantū æstimatur diminuere gloriam propriam, secundum b. Tho. secunda secundæ. q 36. art. 1.

¶ Inuidia dolor est de bonorum prosperitatibus, qui torquet, siccat, afflat, exossatq; inuidentes quasi tortor quidā ex tartareis ultoribus ad mortalium exterminia missus.

Inuidentia est ægritudo suscepta propter alterius res secundas, quæ nihil nocent inuidenti. Nā si quis doleat eius rebus secundis, à quo ipse lædatur, non recte dicitur inuidere. Vt si Hectori Agamennon, ex Cic. lib. Tuscul. quæst.

Inuidia ab inuidentia sic differt, q; inuidia nō solum ad eum qui inuidet, sed etiam ad eū cui inuidetur referri potest. Inuidentia uero in eū demū cadit, qui inuidet. Vel inuidia est actus inuidendi, inuidentia ipsa ægritudo.

Inuidia dicit à minus uidendo, quod minus intuemur formā illius de cuius fœlicitate sumus solliciti, deberet autem hoc uerbū regere accusatiuū, quemadmodum & uideo, uerū consuetudine prohibemur, ut inquit Cic. Horatius tamen ius suū retinens audacius dixit: Inuideor.

Ego cur acquirere pauca Si possum inuideor.

Dicimus preterea inuideo tibi hanc rē. Virgil.

Liber pampineas inuidit collibus umbras.

Ab inuideor passiuo fit inuisus, hoc est odio habitus. Et inuidus & inuidiosus quæ sic differunt, quia inuidus est qui actu alicui inuidet. Inuidiosus, qui morbo inuidentiæ laborat. Inuidia aliquando pro odio ponitur. Quintilia. Ne ei tot scelerum commemoratione concitarem inuidiam. hinc inuidiosū pro inuiso & odioso ponimus. *Iob cap. 5.*

Paruulum occidit inuidia.

Prouerbiorum cap. 23.

Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius.

Esaiæ cap. 5.

Væ uobis qui dicitis bonum malum.

Paulus ad Galatas 5.

Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, inuicē prouocantes, inuicem inuidentes.

Augustinus de uerbis domini super Matthæum.

Inuidia est filia superbiæ, sed ista mater superbia nescit esse sterilis, ubi fuerit continuo parit: suffoca matrem, & non erit filia.

Idem de doctrina Christiana.

Inuidia uitium diabolicum, quo solo diabolus est reus, & inexpiabiliter reus. Non enim diabolo dicitur, ut damnetur, adulterium commisisti, furtum fecisti, uillam alienam rapuisti, sed homini statim inuidisti.

Idem super Ioannem.

Tolle inuidiam, & tuum est quod habeo, tolle inuidiam, & meum est quod habes.

Idem de Conflictu uitiorum & uirtutum.

Inuidia dicit, in quo enim minor illo es. Cur nō ergo æqualis uel superior es; multa uales, q; ipsi non ualēt. Non igitur te aut superiores, aut æquales esse debent. Fraterna concordia respondet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſpondet. Si cæteros uirtutibus antecellis, tutius in loco infimo temetipſum conſeruas. Semper enim de alto peior ruina eſt.

Idem ſuper Geneſim libro 3.

Inuidia ſequitur ſuperbiam, nō præcedit. Nō em̄ cauſa ſuperbiendi eſt inuidia, ſed cauſa inuidendi eſt ſuperbia. Cum em̄ ſuperbia ſit amor propriæ excellentiæ, inuidia uero ſit odium fœlicitatis alienæ, quæ unde naſcat̄ ſatis in prōptu eſt. Amando enim quiſq; excellentiā ſuam uel paribus inuidet, q̄d ei coæquantur; uel inferioribus, ne coæquentur; uel ſuperioribus, quod nō eis coæquatur. Superbiendo ergo inuidet, non inuidendo quiſq; ſuperbus ſit.

Hieron. ad Demetriadem.

Oro te q̄d delectationis præſtat inuidia? quē ſecretis quibuſdā conſcientiæ ungulis liuor ipſe diſcerpat, & alienam fœlicitatem eius tormentum facit. *Amb. lib. de Officijs.*

Inter improbum & inuidum hoc intereſt: improbus ſuo delectatur bono, inuidus torquet alieno. Ille diligit mala, hic bona odit.

Gre. 5. Moralium.

Inuidere non poſſumus, niſi eis quos nobis in aliquo meliores putamus. Paruulus itaq; eſt, qui inuidia occiditur, quia niſi inferior ipſe exiſteret, de bono alterius non doleret.

ibidem.

Nil lætari de propriis libet, quia tabeſcentem mentē ſua pœna ſauciat, quā fœlicitas torquet aliqua: & quāto operis in altū fabrica ducitur, tanto fundamentum mentis liuore profundius ſuffunditur, ut quo alij ad meliora properāt, eo ipſo deterius ruat. *Ibidem.*

Tanto quis inuidet alijs bona præſentia, quanto minus ea ipſe contemplerit. *ibidem.*

Dum electi proficiunt, reprobi ad rabiē furoris excitantur, & bona naſcentia quæ uolunt imitari perſequuntur. *Idem 32. Moralium.*

Euenire plerunq; ſolet, ut nō amiſſa charitate, eriā inimici ruina nos lætificet, & rurſum eius gloria ſine inuidiæ culpa cōtriſtet, quia per hoc quoſdam bene erigi credimus, & proficiente illo pleroſq; opprimi formidamus.

Iohan Chryſoſto. ſuper Pſalm.

Inuidia ignis inextinguibilis eſt, etenim ſicut tinea comedit ueſtimentum, ſic & inuidia eum qui zelatur conſumit.

Idem ſuper illud Matthæ. 21. Indignati ſunt.

Quēadmodum colūna ſi recta fuerit, accepto pondere amplius cōfirmatur, ſi autem modice obliquata fuerit, non ſolū non cōfirmatur, ſed amplius uadit ad latus: ſic & cor hominis ſi fuerit rectū, uidens opera uiri iuſti, audiens doctrinam ſapientiæ eius amplius confirmat. Sed ſi cor peruerſum fuerit, non ſolum non confirmatur, ſed magis ad inuidiam excitatur, & magis peruertitur. *Idem ſup Matthæum.*

O inuidia quæ ſemper ſibi eſt inimica. Nāq; inuidet, ſibi quidem ignominiam facit, illi cui inuidet gloriam parit.

Iſidorus in Syno.

Inuidia cuncta bona deuorat ardore peſtifero. Inuidia animę tinea ſenſum comedit, pectus urit, mentem affligit, cor hominis quaſi quædam peſtis depaſcit.

Caſſiodorus libro 1. epiſtola 8.

Quicqd ex inuidia dicitur, ueritas non putat.

Idem libro 6. epiſt. 22.

Maiori cura tractāda ſunt, unde inuidia plus timetur. *Idem lib. 10. epiſt. 11.*

Perfectis quidem proxima eſt indubitanter inuidia. Inuidia melius tolerantia uincitur, quę contentione ſemper augetur.

Boetius de Scholaſtica diſciplina.

Inuidia, ſi ſecundum quid aduenerit, ut in diſcendo gratuita eſt. Simplex uero eſt proprij auctoris conſumptiua. *ibidem.*

Ab optimo longe inuidia relegata eſt.

Idem libro Diuiſionum.

Nullus liuor inuidiæ debet obfuſcare obliqs morſibus detractionis illud q̄d arduū eſt in natura, & digeſtum eſt ad legentium utilitatem.

Alanus de contemptu naturæ.

Inuidia quod monſtroſius monſtrō, aut quod dānoſius damnum? quæ culpabilior culpa? quę pœnalior pœna? Hæc eſt erroneę cæcitatis abyſſus, humanæ mētis infernus, cōtentionis ſtimulus, corruptionis aculeus. Qui ſunt inuidiæ motus, niſi humanæ tranquillitatis hoſtes, mundanæ tentationis ſatellites, animi laborantis uigiles hoſtes, alienæ fœlicitatis excubiæ.

Proſper in libro qui dicitur Via regia.

Inuidia cuncta uirtutum culmina cōcremat, cuncta bona peſtifere deuorat.

Idem libro 3. de Vitijs & uirtutibus.

Inuidia in ſuum autorem reciproca eſt, de bono alterius tabeſcentis animi cruciatus.

Seneca epiſtola 27.

Inuidiā effugies, ſi te nō ingeſſeris oculis, ſi bona tua non iactaueris, ſi ſciueris in ſinu gaudere.

Idem lib. 13 epiſtola.

Nemo eorum qui in repub. uerſantur, quos uincat, ſed à quibus uincatur aſpicit.

Idem lib. de Beneficijs.

Cauere magis amicorum inuidiam, quàm inimicorum inſidias oportet.

Idem in Prouerbijs:

Si non inuideris maior eris. Nam qui inuidet maior eſt. Scito q̄d eſt inuidia. Dolor eſt animi ex alienis commodis. Scito etiam & illud, quod nulli inuidet uir bonitate præditus.

Idem li. de Tranquillitate animi.

Alit liuorem infœlix inertia, & omnes deſtituunt cupiunt, qui ſe prouehere non poſſunt.

Idem de moribus.

Et ſi multos inimicos tibi faciat iniuria, multos tamen faciet inuidia.

Ibidem.

Homo ſum quomodo deuitabo ſeculariū rerum inuidiam? Facilius eſt pauperi contemptum effugere, quàm diuiti inuidiam.

Ibidem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nam quanta fœlicium sunt gaudia, tantùm / uidorum sunt gemitus

Aristoteles libro 2. Rhetorices.

Similis inuidet simili. Si in hoc quod similis unus excedit alium, unde uulgus odit uulgum, & ñguli ñgulum.

Idem libro 2. Topicorum.

Inuidus est qui tristatur de prosperitate bonorum. *Idem libro 1. Metaphysicæ.*

Diuinum ens non inuidet.

Laert. Dioge de Vita & moribus philosoph.

Malum alienum netuum feceris gaudium, dicebat Socrates. *Idem.*

Fœlicitas semper subiecta est inuidiæ, sola ergo miseria inuidia caret, idem dicebat.

Cicero pro Lucio Cornelio.

Est enim huius seculi labes quædam & macula, uirtuti inuidere.

Idem Philippica nona.

Nemo alterius qui confidit uirtuti inuidet.

¶ *Idem oratione 1. contra Catilinam.*

Inuidia uirtute parta, gloria non inuidia existimanda est. *Idem Rheto. libro 2.*

Aphricano iustitia uirtutem, uirtus gloriam, gloria æmulationem comparauit.

Idem Rhetoric nouorum libro 4

O uirtutis inuidia comes, quæ bonos insequeris plærunq; atq; adeo infectaris.

Sallustius in Iugurtha.

Meminisse debemus, post gloriam inuidiam sequi. *Ibidem.*

Difficile est inuidiam gloria uincere.

¶ *Ibidem.*

Polluta licentia inuidiam accendit.

Idem in Catilinario.

Plerunq; ex opulentia inuidia oritur.

Ibidem.

Semper in ciuitate quibus nullæ opes sunt, bonis inuident, malos extollunt, uetera odere, noua expectare, odio suarum rerum omnia mutari student, turbatione atq; seditionibus sine cura aluntur. Quoniam egestas facile sine damno habetur. *Ibidem.*

Egregij ciues imitari bonos, q; inuidere bonis malunt. ¶ *Titus Liuius.*

Inuidia tanq; ignis summa petit.

¶ *Idem Decade quarta libro 5.*

Nulla ingenia tam prona ad inuidiam sunt, q; eorum qui genus ac fortunas suas animis nõ æquant: quia uirtutẽ ac aliorum bonũ oderũt.

¶ *Idem Decade 3 libro 3*

Inuidia oborieus beneficijs obruenda.

¶ *Idem Decade 3 libro 9.*

Senescente inuidia mollescunt iræ.

¶ *Polybius historiæ libri 1.*

Præclara facinora & res à quoquam egregie gestæ magnam plerunq; inuidiam & graues calumnias conflare solent: quibus ortis quidem affinium atq; amicorum multitudine freti, facile resistunt: hospites uero omnis præsidij experies, utroq; malo facile conteruntur.

Valerius Maxim lib. 4. titulo de Amicitia.

Nulla tam modesta fœlicitas, quæ malignitatis dentes uitare possit.

Xenophon in Pædia Cyri lib. 1.

Scio nonnullos liuore ductos morbo animi obtemperaturos. Tamen memor nullam unq; uirtutem caruisse inuidia (male etenim cum eo agitur, cui nullus inuidet) æquanimiter feram eorum dicacitatem. Solent inuidi, & qui prę cæteris suo ingenio diffidunt, aut qui præstant impudentia, alios detrahendo obloquẽdo q; lacessere, uerum utantur suo instituto ac moribus, modo id sciant, malitiam magnam partem uenieni sui bibere. *Idem lib. 2. de uita Cyri.*

Neq; enim pericula præbent inuidiæ locum ullum aduersus eos, qui aut excellũt armis, aut laudem apperunt, sed diligunt potius, laudantque tanquàm socios laborum & communis utilitatis propugnatores.

Quin Curtius de gestis Alexan. lib. 8.

Alexander dixit inuidos homines nihil aliud esse q; ipsorum tormenta.

Paulus Orosius de Ormesta, lib. 4.

Quia inuidi atq; maligni uitioso oculo uidẽt, quæ uident: & confusi caligine nequitiæ in ea cadunt, ut minus uidendo plus uideant, cum tamen id quod est ita, ut est uidere non possint, in tantum enim captum cor obliquat inuidia, ut rectum natura non uideat.

Phocylides.

μὴ φθονέοις ἀγαθῶν ἑτάροις, μὴ μᾶλλον ἀνάφῃς,
ἄφθονοι οὐρανίδαι καὶ ἐν ἀλλήλοισι τελέσσαι,
οὐ φθονέῃ μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἠέλιον αὐγαῖς,
οὐ χθὼν οὐρανίοις ὕδασιν, ἠέρθεν ἐοῦσα,
οὐ ποταμοὶ πελάγεσσιν, ἀεὶ δ' ὁμόπαν ἔχουσιν. id est,

Ne inuideas bona socijs, ne maculam contrahas,
Sine inuidia cælestes etiam inter se sunt.
Non inuidet luna multo præstantioribus solis radijs,
Non tellus cælestibus altitudinibus, cum subter ipsa sit:
Non flumina pelagis, sed semper concordiam habent.

Periander.

μηδενὶ φθονέοις. id est,

Nemini inuideas.

Idem.

Ὥσπερ ἡ ἐρυσίβη τὸν σῖτον νόσημα, οὕτως φθόνος φιλίας ἕστιν ἄρρώστημα. id est,

Quemadmodum rubigo propria est frumenti ægritudo sic inuidia amicitiæ est infirmitas.

Idem.

Ὥσπερ ὁ ἰὸς ὁ σίδηρον, οὕτως ὁ φθόνος τὴν ἔχουσαν αὐτὸν ψυχὴν ἐξανατρύχει. id est,

Quemadmodum ærugo ferrum, sic inuidia animam illius in quo inest conterit. *Idem.*

Ὅσῳ γὰρ ἂν φθονῇς, τοσούτῳ μειζόνων γίνῃ πρόξενος ἀγαθῶν τῷ φθονουμένῳ. id est,

Cum magis utiq; inuidebis tanto maiorum fies causa bonorum inuiso. *Hesiodus.*

καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων·
καὶ πτωχὸς πτωχῷ νέμεται, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ. id est,

Et figulus figulo irascitur, & lignarius lignarius,
Et pauper pauperi inuidet, & poeta poetæ.

Ex primo Epigrammatum.

φθόν-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ἡ φθόνος ἐστὶ κάκιστον· ἔχει δέ τι καλὸν ἐν αὑτῷ
τὴκει γὰρ φθονερὸν δ᾽ μματα καὶ κραδίην. id est,

Inuidia est pessimū q̄d, sed habet quoddā pulchrū in se.
Consumit enim inuidentium oculos & cor.
Sophocles in Aiace furente.

πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντ᾽ δ φθόνος ἕρπει. Id est,

Ad habentem enim inuidia serpit.
Plautus in duobus Captiuis.

Est miserorū, ut male ualētes sint, atq; ut inuideāt bonis
Idem in Truculento.

Inuidere alij bene esse tibi male esse, miseria est: si qui inuident, egent illis quibus inuidetur.
Lucanus libro 4.

Abscidit nostræ multum sors inuidia laudi.
Ouidius Metamorph. libro 2. Inuidiam describens.

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
Nusquam recta acies, liuent rubigine dentes.
Pectora felle uirent, lingua est suffusa ueneno.
Risus abest, nisi quem uisi fecere dolores.
Nec fruitur somno uigilantibus excita curis:
Sed uidet ingratos, intabescitq; uidendo.
Successus hominum, carpitq; & carpitur una,
Suppliciumq; suum est.
Et paulo infra.
Virq; tenet lachrymas, quia nil lachrymabile cernit.
Idem de Ponto lib. ulti. Elegia ultima.

Ergo summorum patria proscindere liuor
Desine, neu cineres sparge cruente meos.
Omnia perdidimus, tantummodo uita relicta est,
Præbeat ut sensum materiamq; malis.
Quid iuuat extinctos ferrum dimittere in artus?
Non habet in nobis iam noua plaga locum.
Idem libro 1. Fastorum.

Lite uacent aures, insanaq; protinus absint.
Iurgia, differt opus liuida turba tuum.
Idem libro 4.

Quo non liuor adit?-
Idem libro 1. de Arte.

Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit,
Tunc suus ex merito quemq; tuetur honos.
Idem de Remedio libro 1.

Summa petit liuor.-
Tibullus libro 4. elegia 10.

Nil opus inuidia est, procul absit gloria uulgi,
Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu.
Martialis libro 1. Epigrammaton.

Omnibus inuideas liuide, nemo tibi.

Idem libro 5. Epigram. ad Regium.

Esse quid hoc dicam: uiuis quod fama negatur,
Et sua quod rarus tempora lector amat.
Hi sunt inuidiæ nimirum Regule mores,
Præferat antiquos semper ut illa nouis.
Sic ueterem ingrati Pompei quærimus umbram,
Et laudant Catuli Iulia templa senes.
Eminus est lectus saluo tibi Roma Marone,
Et sua riserunt secula Mæoniden.
Rara coronato plausere theatra Menandro,
Norat Nasonem sola Corynna suum.
Vos tamen o nostri non festinate libelli,
Si post fata uenit gloria, non propero.
Horatius libro 2. satyra 3.

Inuidiam placare paras uirtute relicta,
Contemnere miser, uitanda est improba Syren
Desidia, aut quicquid uita meliore parasti,
Ponendum æquo animo.-
Idem Epistolarum libro 1. epistola 2.

Inuidus alterius marcescit rebus opimis.
ibidem.

Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.-
Idem Epistolarum libro 2. epistola 1.

Vrit enim fulgsre suo, qui prægranat artes
Infra se positas, extinctus amabitur idem.
Francis. Petrar. soneto 142.

O inuidia inimica de uirtute,
Chabel principij uoluntier contrasti,
Per qual sentier cosi tacita intrasti
In quel bel pecto, & cum qual arte il mute. id est,
O inuidia inimica uirtutis.
Quæ pulchris principijs libens aduersaris,
Quo itinere sic tacita ingressa es
In pectus illud pulchrum, & qua arte ipsum mutas.
Idem Triumpho Famæ cap. 2.

Come crebber larti,
Crebbe linuidia: e col saper insieme
Nei cori infiati, i suo ueneni hasparti. id est,
Sicut creuerunt artes,
Creuit inuidia, & cum sapere simul
In corda elata sua uenena sparsit.

Inuocatio græce ἐπικλησις, εως, ἡ, & ἐπικαλέω inuoco dicitur. Est autem inuocare, in se uocare per affectum & deuotum cultum, secūdum beatum Thomam super epistola ad Romanos 10, lectione 2. col. 2.

Ira

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

- Causa
  - Excellentia irascentis.
    - Obliuio, quæ est cuiusdam signum paruipensionis, nam q̃ magni pendimus memoriæ cõmendamus.
    - Despectus quem maxime significat
      - Denuntiatio tristium, quæ est signum, quod non uereatur quis contristare.
      - Hilaritas in infortunijs alicuius, quia signũ est quod paruifacit bonum uel malum passi.
    - Paruipẽsio quæ triplex est .s.
      - Epirreasmus .i. impedimentũ propositi, uel uoluntatis implẽdæ, cum impedimenti nulla inde prouenit utilitas.
      - Contumeliatio
        - Quia ea maxime derogat excellentiæ contumeliam passi.
        - Qui iniustius paruipẽditur, ut diues in pecunia, & rhetor in loquendo.
    - Defectus
      - Irascentis, ut infirmitas & alia contristantia,
      - quia defectibus subiacentes facilius læduntur, ut infirmi.
      - Eius contra quem irascimur, uilis & despecti.
- Passio quæ & appetitus sensitiui dicitur
  - Partes secundum Ioannem Damascenum & Gregorium Nyssenum.
    - Fellea, quæ cito accenditur, & cito desistit, & hæc a Cicerone dicitur Excandescentia.
    - Mania quæ diu in memoria manet.
    - Cotus, id est, furor qui non quiescit donec puniat.
  - Effectus
    - Delectatio
      - In spe uindicandi in futurum.
      - In uindictam de præsenti inferẽdo. q̃a sic quietatur motus iræ.
      - In continua uindictæ cogitatione, in qua immorando delectatur.
        - Cor palpitans
        - Corpus tremens
        - Lingua præpedita
        - Facies ignescens
        - Oculi exasperati
        - Votorũ ignorantia
        - Clamor irrõnabilis
        - Verborũ ignorãtia.
    - Feruor sanguinis & spiritus, circa cor ex quo apparere solent, secundum Gregorium hæc:
      - Perturbatio usus rationis. Virgilius
      - Furor iraq; mentem præcipitant.
      - Taciturnitas. Quia in lingua, sicut in facie, & in oculis expressius relucet uestigium cordis irati.
- Ira
  - Virtus. Et dicitur ira per zelum, secundum quam appetitur uindicta, secundum ordinem rationis. De quo Hieronymus ad Riparium, & habetur 23. q. 8. cap. Legi Syromastem.
  - Peccatum
    - Mortale
      - Cum appetit puniri eum qui non meruit.
      - Cum appetit puniri ultra quam meruit.
      - Cum appetit puniri non secundum legitimum ordinem, ut a se, uel ab alio quam a suo iudice.
      - Cum appetit puniri, sed non propter debitum finem, qui est conseruatio iustitiæ uel correctio culpæ.
      - Cum ex iræ uehementia quis excidit a dilectione Dei & proximi.
      - Cũ appetitur uindicta in re pua, q̃ si etiã actu inferretur nõ esset mortale
    - Veniale
      - Cũ motus iræ præuenit iudicium rationis, & consensus non subsequitur.
      - Cum nimis ardenter irascitur interitus.
      - Cum nimis manifestat signa iræ exterius.
    - Capitale, quia est caput uitiorum, secundum Gregor. 31. Mor. secundũ q̃ ira est,
      - Ex corde oritur
        - Indignatio qua irascens indignũ putat iniuriantẽ quod cõtra eum tale quid fecerit.
        - Tumor mentis, quo irascens uarias uindictæ uias excogitans animum suum huiusmodi cogitationibus replet.
      - In ore oritur
        - Clamor quo inordinate & confuse quis loquens uehemẽtem iram demonstrat.
        - Blasphemia, qua irat⁹ in uerba iniuriosa cõtra deũ prorũpit
        - Cõtumelia, qua in uerba iniuriosa cõtra prox mũ prorũpit.
      - In cpe oritur
        - Rixa, qua intelligũtur oia nocumẽta facto, proximis illata ex ira
        - Acuta, quæ nimis cito & ex leui causa insurgit.
        - Amara, quæ iniuria illata diu in memoria permanente diurnam tristitiam concipit.
        - Grauis uel difficilis, quæ non remittit iram quousq; puniat.
    - Generale, quia eius species sunt tres, secundum philoso. 4. Ethicorum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

IRA græce ὀργὴ, ἀπὸ τοῦ ὀργᾶσθαι iraſcor dicitur. Eſt autem ira accẽſio ſanguinis circa cor, ſecundum Ariſtotelem lib. 1. de anima.

Ira eſt feruor eius, q̃ circa cor eſt ſanguinis, uaporatione fellis uel perturbatione fiens, ſecundum Ioannem Damaſcenum libro 2. c. 16.

Ira eſt irrationabilis perturbatio mentis, ſecundum Hugonem libro 2. de ſacramentis.

Ira eſt libido puniendi ius qui uidetur læſiſſe iniuria, ſecundum Cice. li. Tuſ. quæſt.

Ira eſt cupiditas puniẽdi eius à quo te inique putas læſum, ſecundum Poſſidonium.

Iracundia eſt exceſſus iræ; Ideo eſt uitiũ oppoſitum manſuetudini, ſecundum b. Tho. ſecũda ſecundæ q. 157. ar. 1. Differtq̃ ab ira (ut placet Donato) quod ira eſt ex cauſa, iracundia ex uitio multũ iraſcentis. Ab ira uenit̃ iraſcor & iratus, ac iracundus, quæ ita differunt, q̃ iratus eſt qui ex aliqua re laceſſitus exeanduit, iracundus qui ex quacunq̃ etiam parua cauſa mouet̃ ad iram ſemper. Alterum ex cauſa eſt, alterum ex moribus. *Dauid pſal. 4.*

Iraſcimini & nolite peccarẽ.

Prouerb. cap. 12.

Fatuus ſtatim indicat iram ſuam, qui aũt diſſimulat iniuram callidus eſt. *Ibidem c. 15.*

Vir iracũdus rixas prouocat, qui patiens mitigat ſuſcitatas. *Ibidem.*

Reſponſio mollis frangit iram, & ſermo durus concitat furorem. *Ibidem 18.*

Spiritus uiri ſuſtentat imbecillitatẽ ſuã, ſpiritum uero ad iraſcendũ facilem quis poterit ſuſtinere? *Ibidem 22.*

Noli eſſe amicus homini iracũdo, neq̃ ambules cum uiro furioſo, ne forte diſcas ſemitas eius & ſumas ſcandalum animæ tuæ.

Ibidem cap. 27.

Graue eſt ſaxũ & onerоſa harena, ſed ira ſtulti utroq̃ grauior. *Ibidem*

Ira non habet miſericordiam, nec erũpens furor, & impetũ concitati ſpiritus ferre quis poterit? *Ibidem 29.*

Vir iracundus prouocat rixas, & quo ad indignandum facilis eſt, erit ad peccandum procliuior. *Eccleſiaſtici 8.*

Cum iracundo non facias rixam. *Ibidem 28.*

Certamen feſtinantiũ incendit lites. *Et poſt.*

Si ſufflaueris quaſi ignis ardebit, & ſi expueris extinguetur.

Paulus ad Epheſios 4.

Sol non occidat ſuper iracũdiam ueſtram.

Ibidem.

Omnis indignatio aut ira tollatur à uobis.

Auguſtinus ſuper Pſalmos.

Ira inueterata odiũ eſt, ira turbat oculũ, odiũ extinguit: ira feſtuca eſt, odiũ trabs: hoĩes quotidie iraſcuntur filĩs, non tamen oderũt filios.

Idem de uera innocentia.

Diuina bonitas ideo iraſcitur in hoc ſeculo, ne iraſcat̃ in futuro, & miſericorditer tẽporalẽ exhibet ſeueritatẽ, ne æternam ultionẽ inferat.

Idem de ciuitate 14.

Non eſt quærendũ utrum quis iraſcat̃, ſed q̃re iraſcat̃; nec utrum ſit triſtis, ſed q̃re: nec utrum timeat, ſed quid timeat. Iraſci enim peccanti, ut corripiatur, contriſtari pro afflicto ut liberetur: timere periclitanti ne pereat, nullus ſanæ mentis uel conſiderationis reprehendat.

Idem de conflictu uirtutum & uitiorum.

Ira dicit: Quæ æq̃nimiter erga te ferri nõ poſſunt, hæc omnino patienter tolerare peccatum eſt, quia niſi eis cum magna exaſperatiõe reſiſtatur, contra te deinceps ſine mẽſura cumulant. Patientia reſpondet: Si paſſio redẽptoris ad mẽtem reducitur, nihil tam durum q̃d non æque toleretur. Quanta enim ſunt hæc quæ patimur comparatione illius? Ille opprobria irriſiones, contumelias, alapas, ſputa, flagella, ſpineam coronam, crucem q̃ ſuſtinuit, & nos miſeri uno ſermone fatigamur, uno uerbo deijcimur.

Idem de uerbis apoſtoli.

Iram fratris tunc portabis, cũ tu aduerſus eũ non iraſceris, ut rurſum eo tempore, quo te ira præoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate ſupportet.

Idem ad Diaſcorum.

Nulli iraſcenti ira ſua uideat̃ eſſe iniuſta. Ira enim inueteraſcẽs ita fit odium, dum quaſi iuſti doloris admixta dulcedo diuti⁹ eam in uaſe detinet, donec totum aceſcat, uaſq̃ corrumpatur.

Idem ad Vigilantium.

Quãdo iratus fuero, & aliquid mali in animo meo cogitauero, & me nocturnum phantaſma delectat, baſilicas martyrum intrare nõ audeo, ita totus & anima & corpore contremiſco.

Hieron. ſuper Ioel prophetam.

Eſt ira quæ iuſticiã non operatur, & furori p̃xima menti ſuæ uim poteſtate facit, intẽtum ut labia trement, dentes concrepent, uultus pallore mutetur. Recte illud laudatur Architæ Tarentini, qui cum uillico iratus, iam te inquit occiderem, niſi iratus eſſem.

Idem ad Demetriadem.

Quid iracundo furor ſuus confert, quem ſæuiſſimis exagitatum ſtimulis conſcientiæ, ita ab omni conſilio ac mente deturbat, ut dum iraſcitur inſanire credatur.

Idem lib. 3. contra Ruffinum, & dicit fuiſſe Ariſtotelis ſententiam.

Ignem gladio ne confodias, id eſt iratum & tumidum animum maledictis ne laceſſas.

Idem ad Celantiam.

Quid uirtutis habet uinum non bibere, & ira & odio inebriari?

Ambroſius de ſancto Ioſeph, & habetur. 11 q. 3. ira ſæpe.

Ira ſæpe etiã innocẽtes ad crimen adducit, gaudum iuſto amplius iraſcimur, & uolumus alienа coercere peccata, grauiora cõmittimus. Ideo apoſtolus ait, Non uos uindicantes chariſſimi, ſed date locum iræ, hoc eſt declinemus eam ne nos illa corripiat. Vnde dñs Ieſus mittens ad

euan/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

euangelizandū discipulos, misit eos sine auro, sine argento, sine pecunia, sine uirga, ut incentiua litis & instrumenta eriperet ultionis.

Idem libro I. *de Officijs.*

Resiste iræ si potes, cede si non potes, si præuenerit & præoccupauerit mentem tuam iracundia, & ascenderit in te, non relinquas locum tuum, Locus tuus patientia est. *Ibidem.*

Non mediocre est mitigare iracundiam, non inferius quàm animo commoueri, hoc nostrū est, illud est naturæ. *Ibidem.*

Irascemini ubi est culpa, cui irasci debeatis. Non potest enim fieri ut non rerum indignitate moueamur, Alioquin non uirtus, sed lenitudo & remissio iudicatur. *Ibidem.*

Qui sibi irascitur, quia cito mutus est desinit irasci alteri, Qui autē uult irā suam probare iustam, plus inflammatur, & cito in iram cadit.

Idem de Iacob, & uita beata libro I.

Est & passio grauissima culpa cōscientiæ, quā ratio emollit, & comprimit. Emolliri enim potest, eradicari non potest, quoniam animus qui est rationis capax, non est suarum passionū dominus, sed reprehensor. Neq; enim fieri potest, ut facilis ad iracundiam non irascatur, sed ut ratione se temperet, indignitatem cohibeat, à puniendo se reuocet, sicut & propheta docet nos dicens: Irascimini, & nolite peccare: concessit quod naturæ est, negauit quod culpæ est.

Idem ad Vercellen.

Non iram imperat sed indulget naturæ quā homo præuenire nō potest, mitigare potest. Igitur & si irascimur, affectus noster modū recipiat, sed secundum naturam, non peccatū præter naturam. *Idem super Lucam libro* 5.

Præclarum est motum temperare consilio, nec minoris uirtutis dicit cohibere iracundiā, indignationemq; compescere q̄ omnino non irsci: cū plerunq; illud leuius, istud fortius æstimetur. *Idem libro de Paradiso.*

Incentiuum male operandū aut iracundia, aut cupiditas esse consueuit.

Idem super Lucam.

Mitiga affectum tuum, & non irascaris, aut certe iratus ne peccaueris.

Gregorius Mauritio imperatori, & habetur 11. *quæst.* 3 *Illa præpositorum.*

Illa præpositorum solitudo utilis est. Illa est cautela laudabilis, in qua totū ratio agit, & furor sibi nihil uendicat. Restringēda sub ratione potestas est, nec quid agendum prius, q̄ concitata ad tranquillitatem mens rédeat. Nam commotionis tēpore iustū putat oīe quod fecerit.

Idem libro 3. *Moralium.*

Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Racha in hebræo uox est interiectionis quæ animum irascentis ostendit, nec tamen plenū uerbū iracundiæ exprimit. Prius ergo ira reprehenditur sine uoce, postea uero ira cum uoce, sed necdū plane uerba format, ad extremū ira cū uerbo. Et notandū q̄ in ira prohibet reū esse iudicio: in uoce iræ, quæ est Racha, reum cōsilio, in uerbo uocis reū gehennæ: per gradus enim culpæ crescit ordo sententiæ; quia iudicio adhuc callsa discutitur, in consilio autem sententia diffinitur, in gehenna uero ea quæ de consilio egreditur sententia expletur.

Idem 5 *Moralium.*

Per iram sapientia perditur, ut quid quove ordine agendum sit nesciatur. *Idem.*

Aliquando ira perturbato animo quasi ex iudicio silentiū dicit, ut qui se foris per linguā non exprimit intus deterius igneſcat, ut iratus quisque collocutionē suā proximo subtrahat, & nihil dicendo quod sit aduersus eum dicat.

Ibidem.

Plerunq; per silentium clausa ira intra mentē uehementius æstuat, & clamosas uoces tacita orma, uerba sibi quibus exasperetur obijcit, & quasi in causæ examine posita duris exasperata respondet. *Ibidem.*

Quanta sit iracūdiæ culpa pensare possumꝰ; per quam patientia perditur, ut quid, quo ordine sit agendum nesciatur omnino: quia nimirū intelligentiæ lucem ira subtrahit, cum mentem permouendo confundit. *Ibidem.*

Per iram iustitia relinquitur, qua dū perturbata mens iudiciū sine ratione exasperat, omne quod furor suggerit rectum putat. Per iram gratia uitæ socialis amittitur, quia se ex humana ratione non temperat, necesse est ut bestialiter uiuat. Per iram mansuetudo amittitur. Per iram cōcordia rumpitur. Per iram lux ueritatis amittitur, quia cum menti iracundia cōfusionis tenebras incutit, huic deus radium suæ cognitionis abscondit. *Ibidem.*

Per irā spiritus sancti splendor excutitur qui super humilem & quietum requiescere dicitur, quia cum ira subtrahit, quietem suam spiritui sancto habitationē claudit, cuius recessiōe animus uacuus ad apertam morum insaniam ducitur, & usq; ad superficiem ab intimo cogitationum fundamento dissipatur. *Ibidem.*

Nam iræ suæ stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit, lingua se prepedit, facies igneſcit exasperantur oculi & nequaquā recognoſcuntur noti, ore quidem clamorem formar, sed intus quid loquatur ignorat, in quo itaque iste ab arreptitijs longe est, qui actionis suæ conscius non est? *Ibidem.*

Aliquando iracundus manus non erigit, sed in maledictionis iaculum linguam uertit. Fratris nanq; interitum precibus expoſcit, & hoc deum perpetrare expetit. *Ibidem.*

Alia est ira quā impatientia excitat, alia quam zelus formidat. Illa ex uitio, hæc ex uirtute generatur. Ira per uitium oculos mentis excæcat, ira autē per zelū turbat. Si nobis in proximis delinquentibus irascimur, non peccamus. Si enim sic proximos, ut nos amare præcipimur, restat ut sic eorum erroribus, sicut nostris uitijs irascamur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibidem.

Quis nouit poteſtatē iræ tuæ? Poteſtas ire dei, noſtra nō poteſt mente comprehendi. Quia eius diſpenſatio ſuper nos, ſæpe nos unde æſtimaſ deſerere, inde nos recipit, & unde nos recipere creditſ, inde dereliquit, ne plerunque hoc fiat gratia, quod ira creditur, & hoc aliquando ira ſit quod gratia putatur. Nōnullos enim flagella corrigunt. Nonnullorum in impatientiæ æſtum animā perducūt, & alios proſpera quæ demulcent ab inſania mitigant, alios quia eleuant, ab omni ſpe euerſionis eradicant.

Idem 26. Moralium.

Si is qui corrigere nititur ira ſuperatur, opprimit antequam corrigat. Nam dum plus quàm debet accenditur, ſub iuſte ultionis obtentu ad immanitatem crudelitatis effrenatur.

Idem ſuper Ezechielem.

Menti furore ebriæ omne quod rectum dicitur, peruerſum uidetur.

Ioannes Chryſo. de Laudibus Pauli hom. ſexta.

Non cōmoueri malū eſt, ſed irrationabiliter nulloquè negotio iuſto flagitante, commoueri.

Idem ſuper Matthæum homil. 17.

Sicut ligna ignis materia ſunt, ſic quæcunq; loquitur quis in ira, facta ſunt eſca illius.

Idem homil. 18.

Ira debet uinci patientia. Ignis enim eſt, ſed ignis non extinguitur igne, ſed aqua.

Idem ſuper Matth. homil. 23.

Non dolere quia peccaueris, magis indignari atq; iraſci facit deum, quàm ipſum quod ante peccaueras.

Idem ſuper Matthæum 2.

Coerceri oīno nequit animus praua ſemel uoluntate uitiatus. Quia zelus ſapere neſcit, & ira conſilium non habet. *Ibidem.*

Reges ſiquidem cum ex alijs cauſis iraſcuntur, cito placantur, illa autem ira eſt inextingui bilis, quam regni zelus accendit.

Idem ſup illud Matthæi 5. Qui iraſcitur fratri ſuo. & cæt.

Nam ſi ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec crimina cōpeſcuntur. Itaque qui cū cauſa non iraſcit peccat. Patientia enim irrationabilis uitia ſeminat, negligētia nutrit, & non ſolū malos, ſed etiā bonos ad malū inuitat. *Caſſiodorus ſup illud Pſalm. Iraſcimini & nolite pec.*

Melior ē qui uincit iram, q̄ qui capit ciuitatē.

Idem ſuper Matthæum.

Motum ſiquidem animi feruidū propter humanam fragilitatē in poteſtate habere nō poſſumus, ſuffragantē tamē gratia dei ratione diſciplinam cōtinemus. Nam ſi iraſcamur nec dei conſideratione refrenamur, ſed à uoto noſtro impedimur aliquo neceſsitatis obiectu, tunc utiq; conſtat nos facti crimen portare etiam ſi non poſſumus quod uolebamus efficere.

Lactantius Firmī de Ira dei.

Deus itaq; qui iraſcitur non in totū prohibet iram, quia is affectus neceſſario datus eſt.

Beda ſup epiſtolam Iacobi, & habetur 11. quæſt. 3 Ep ſcopus.

Ira enim uiri iuſtitiam dei non operatur, quia qui iratus aliquem ſententiam profert & ſi ille quantum ad ſe iuſtam reportet ſententiam, iſte tamen qui non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij in eum ſententiā dedit, iuſtitiam dei in quem perturbatio non cadit, non mutat.

Idem ſup Parabolas libro 2.

Hæc eſt natura iræ ut dilatata langueſcat & pereat, plata uero magis ac magis conflagret.

Seneca ad Lucilium epiſtola 89.

Quid enim prodeſt equū regere, & curſum eius freno temperare, & affectibus effrenatiſſimis abſtrahi. *Idem epiſtola 90.*

Quid enim prodeſt intus æſtimata habere omnia, ſi ſis impetu nimius.

Idem ad Lucilium epiſtola

Quidam nunquàm magis quàm cum erubuerint timendi ſunt, quaſi omnem uerecundiam effuderint. *Idem libro de Ira.*

Nihil eque profuit iratis, quàm intueri deformitatem rei, id eſt iræ. Nam in ea facies turbatior, ora pulcherrima fœdat, toruos uultus ex tranquillitate reddit, linquit decor omīs iratos.

Ibidem.

Qualem putas animum, cuius extra imago tam fœda eſt: Et ſequitur. Qualia poetæ inferna lia monſtra finxere ſuccincta ſerpentibus, & igne, & flatu &c. talem nobis iram figuremus.

Idem libro 2. de ira.

Vindicta ſine pœna differenda eſt ad emendationē eius, qui debet puniri. Vnde Socrates ſeruo ait: Cæderem te niſi iraſcerer.

Idem libro tertio de Platone,

Maximum remedium iræ eſt dilatio, ut primum eius feruor relangueſcat, & caligo q̄ mētem premit, aut decidat aut minus denſa ſit.

Ibidem.

Immodica ira gignit inſaniam, hæc ardeſcit affectus ex amore, q̄ ex odio naſcit. Non uiuimus minus inter ſeria quā inter luſus & iocos, nec intereſt ex quàm magna cauſa iraſcat, ſed in qualem perueniat animum. Sic ignis nō refert quàm magnꝰ, ſed quo incidat. Ingentis iræ exitus furor eſt, & ideo ira uitanda eſt non immoderationis cauſa, ſed ſanitatis.

Ibidem.

Nihil inter inſanum & iratum eſt, non unus dies, alter ſemper inſanit, alter ſemper iraſcit.

Idem in Prouerbijs.

Iracundia infœlicitas gemmatur. Iracundus cum iraſci deſierit tunc iraſcitur. Sibi reſpicere nihil conſueuit iracundia.

Ibidem.

Quo minus preſſeris iram, hoc ab ira magis premeris, tunc enim incipimus alijs iraſci, cum nobis deſinimus. Finis iræ initium eſt pœnitentiæ. *Ibidem.*

Apud bonū uirū cito moritſ iracundia, breuis mens

mens eſt ipſa iracũdiæ memoria. Fulmẽ *eſt* ubi cum poteſtate habitat iracundia, grauiſſima eſt probi hominis iracũdia, grauis tamẽ pœna *eſt* quem poſt factum pœnitet.

Ibidem.

In amore ſemp mendax iracũdia eſt, iratũ breuiter uites, inimicũ diu. Iracundiam qui uincit hoſtem ſuperat maximum. Iratus etiã facinus conſilium putat. Si quis iraſcitur ab alio, pœnas à ſe exigit. *ibidem.*

Animo dolenti nihil oportet credere.

Ibidem.

Boni uiro cito morietur iracundia.

Sene. in Tantalo Tragœ. 2.

Cum ſuperat ira ſanguine neſcit tegi.
Iratus nihil niſi criminis loquitur. *ibidem.*
Quos amor uerus tenuit tenebit
Ira cum magnis agitata cauſis.

Idem tragœd. 6.

Sed regi frenis nequit, & ira ardẽs hoſtis, et uictoris cõ miſſa nocti quicquid indignum, ut ferum cuiquã uideri potuit, hoc fecit dolor tenebræ. p quas ſe irritat furor.

idem Tra. 7.

Ira quæ tegitur nocet.

idem Tra. 8.

Mixtus dolori ſubdit ſtimulos timor. *ibidem.*

Quocũq; me ira, quo dolor, quo ſpes feret, huc ire pergam. *Ariſt. lib 3. Rethoricorum.*

Iraſci in quibus non oportet, inſipientis eſt.

Ibidem

Non iraſci in quibus oportet, inſipientis eſt.

idem lib. 2. Rethoricorum.

Ad omnẽ iram ſequitur delectatio, propter ſpem puniendi: unde Homerus dicit, quod ira eſt dulcior melle ſtillante. *Ibidem.*

Infirmi, bellantes, coeuntes, amantes, ſitiẽtes & uniuerſaliter deſiderantes aliquid & nõ aſſequentes, hi de facili iraſcuntur.

Ibidem.

Multum inopinatum, etſi non ſit ualidũ, contriſtat magis. *ibidem.*

Si quis in philoſophia cupit honorari, iraſcit eiquieam deſpicit. *Ibidem.*

Manſuetudo eſt quietatio iræ

Idem.

Obliuio ſignum eſt parui penſionis, & ꝓpterea factiua eſt iræ. *ibidem.*

Tempus quietat iram. *ibidem.*

Ira factiua eſt inimicitiæ, & odij.

idem lib. 1. Elenchorum.

Homines irati & turbati minus poſſunt conſiderare orationes. *Plato lib de Repub.*

Nihil tam contrarium reipub. quàm iræ commotio, & impetus furoris in ciuibus.

Laertius Diogenes de Vita & mori. philo.

Iræ dominari, non cupere impoſſibilia, non feſtinare in uia, loquẽtem non mouere manum, legibus obedire, dicebat Chilo.

ibidem.

Conſilio maxime, dicebat Bias, contraria ſunt feſtinantia & ira.

ibidem.

Ignem gladio ne fodias, id eſt, iratum & cumidum animum uerbis maledicis ne laceſſas, dicebat Pythagoras. *ibidem.*

Iratus filio ipſe te coerce, dicebat Socrates.

ibidem.

Interrogatus Plato per quid cognoſcit ſapiẽs, ait: ſapiens cũ uituperatur non iraſcitur, & nõ extollitur cum laudatur. *ibidem.*

Ira immoderata inſantã gignit, dicebat Epicurus 9. *M. T. Cicero. lib. officiorum.*

Omnis aũt & animaduerſio & caſtigatio cõtumelia uacare debet. Cauẽdum eſt etiã ne maior pœna quam culpa ſit, & ne eiſdẽ cauſis aliꝫ plectentur, aliꝫ ne appellentur quidem, prohibẽda eſt autem ira, maxime in puniendo. Nũquã enim iratus qui acceſſerit ad pœnã, mediocritatem tenebit, quæ eſt inter nimium & parum.

ibidem.

Non uero audiendi ſunt ꝙ grauiter inimicis iraſcendum putant, idq; magni animi & fortis uiri eſſe credunt.

Idem de finibus bonorum & malorum.

Etſi ſatis clemens ſum in diſputando, tamen interdum ſoleo ſubiraſci.

Idem lib. 3. Tuſcula. queſtion.

Exiſſe ex poteſtate dicimus, qui effrenati feruntur aut libidine, aut iracundia, quanquam ipſa iracundia libidinis eſt pars, ſic enim diffinitur iracundia, ulciſcendi libido. Qui igitur exiſſe ex poteſtate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non ſint in poteſtate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum eſt.

ibidem.

Peripatetici multis uerbis iracundiã laudant, coẽ fortitudinis eſſe dicũt, multoq; & in hoſtẽ & improbum ciuem uehementiores iratorum impetus eſſe. Leuis autem iracundia eorũ qui ita cogitant, prælium rectũ eſt. hoc fieri conuenit dimicare pro legibus, pro libertate, propatria, hæc nullam habẽt uim, niſi ira excanduerit fortitudo. Nec uero de bellatoribus ſolũ diſputant, imperia ſæuiora eſſe putant nulla, ſine aliqua acerbitate iracundiꝫ. Oratorẽ denicꝫ in modo accuſantem, ſed ne defenſionẽ quidem probant ſine aculeis iracundiæ, quæ ſi etiam nõ ſit, tñ uerbis atq; motu ſimulandum arbitrantur, ut auditoris irã oratoris incẽdat actio, uirumq; uideri negant, qui iraſci neſciat.

ibidem.

An quiſquam poteſt ſine perturbatione mẽtis iraſci? Bene igitur noſtri, cum oĩa eſſent in morbis uitia, quod nullum erat iracũdia fœdius, iracundos ſolos morboſos nominauerunt. Oratorem uero iraſci minime decet, ſimulare non dedecet. An tibi iraſci tum uidemur, cum quid in cauſis actius & uehementius dicimus?

idem libro 4. Tuſcu. quæſtionum.

Illud laudat Architæ, qui eum uillico factꝰ eſſet iratior, quo te modo inqt accepiſſem niſi iratus eſſem? ubi ſunt ergo iſti qui iracundiam uti

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lem dicunt? Potest utilis esse insania? aut natura lis est? An quicq̃ esse potest secūdum naturam q̃ sit repugnante ratione? Quomodo aũ si naturalis esset ira, alius alio magis iracūdus esset? aut finem haberet priusq̃ esset ulla ulciscendi libido? aut quem q̃ pœniteret, quod fecisset per iram? ut Alexandrum regem uidem⁹, qui cum interemisset Clitum familiarem suū, uix à se manus abstinuit, tanta uis fuit pœnitendi.

Idem Rhetoric. ueterum. lib. 1.

Nam ab iratis si perspicue pax & beneuolentia petitur, non modo ea non inuenitur, sed augetur atq; inflammatur odium.

Salustius in Catilinario.

Quæ apud alios iracundia dicitur, ea imperio superbia atq; crudelitas appellatur.

Salustius in Iugurtha.

Cupido & ira pessimi consultores.

Valerius Maximus lib. 1. de neglecta religione.

Deor⁹ spreti monitus excandescunt, & humana consilia castigantur, ubi se cælestib⁹ præferunt. *Ibidem.*

Lento enim gradu ad uindictam sui diuina procedit ira, tarditatemq; supplicij grauitate compensat. *Ibidem.*

Sumpsissem à te supplicium nisi tibi iratus essem. *ibidem.*

Malo impunitum te dimittere, quam propter iram iusto grauius punire.

Poggius li. 4. de Vita Cyri & Xenophonte.

Ira atq; indignatio non præstant cõturbato animo quid cutissimum sit, consultandi locum.

Paulus Oro. de Ormesta, lib. 2.

Expers consilij furor dolorem uirtutem pudat, quantumcunq; meditatur, ira tamen promittit audaciam. *idem lib. 5.*

Consideracionem furor adimit.

Angelus Politianus in epistola ad Laurentium Medicen de terra.

Iracundia & pudor pedisequæ ambæ & comites uirtutis. *ibidem*

Inspicientes, ut est apud poetã: Et quis cuicq; dolor uicto, quæ gloria palmæ. Qui em̃ recenti adhuc ętate ita esset affect⁹, ut neq; is laude neq; ignominia moueret, nihil ab eo quicq̃ egregiũ sperandum fore Lacedæmonij iudicabant.

Homerus in Iliados.

Λειός δ' ἀλειώμεθα μινίθ'. id est,
Iouis autem fugiamus iram.

χαλεπὴ δὲ θεῦ μηνίς. id est.
Molesta autem iradei est.

Idem in Iliados uerba Nestoris de Achille irato.

φραζώμεθ' ὡς κέν μιν ἀρεσσάμενοι πεπίθοιμεν,
λώροισίν τ' ἀγανοῖσιν, ἔπεσί τε μειλιχίοισιν. id est,
Consideremꝰ quomõ ipsum iratũ placantes mitigemus.
Donis splendidis uerbisq; blandis.

Idem in eodem.

σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμὸν
ἐνὶ στήθεσι φίλοφρόσυνη γὰρ ἀμείνων. id est,
Tu uero magnam iram.
Contine in pectoribus. Humanitas enim melior.

Phocylides.

μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα, χαλίνωσον δ' ἄγριον ὀργήν,
πολλάκις γὰρ πλήξας, ἐκόλων φόνον ἐξετέλεσας. id est,
Ne sis prõptus ad manum sed frena agrestem iram.
Sæpe enim cum percusseris, inuitus cædem patrasti.

idem.

θυμὸς ὑπερχόμενος, μανίην ὀλοφρονα τεύχει. id est,
Ira animum subiens, insaniam perniciosam gignit.

Menander.

ἄνθρωπος ὢν, γίγνωσκε τῆς ὀργῆς κρατεῖν. id est,
Homo existens, disce iræ imperare.

Idem.

βλάπτει τὴν ἄνδρα θυμὸς εἰς ὀργὴν πεσών. id est,
Lædit uirum animus in iram cadens. *idem.*

ζῆσῆς βίον κράτιστον, ἂν θυμὸς κρατῇς. id est,
Vives uitam optimam, si iræ imperaueris.

Idem

ὀργὴ δὲ πολλὰ μεγάλ' ἀναγκάζει κακά. id est,
Ira autem multa facere cogit mala.

Idem

ὀρθεῖς μετ' ὀργῆς ἀσφαλῶς βουλεύεται. id est,
Nullus cum ira tuto deliberat. *idem.*

ὀργὴ φιλούντων μικρὸν χρόνον. id est,
Ira amantium paruum durat tempus.

Idem.

φεύγειν ἀεὶ δεῖ δεσπότας θυμουμένους. id est,
Fugere semper oportet dominos iratos.

Plautus in Curculione.

Noli amabo uerberare lapidem, ne perdas manum.

Plautus in Pseudolo.

Cauendum est ab ab hoste irato.

Terentius in Andria.

Amantium iræ amoris redintegratio est.

idem in Heeyra.

Non maximas quæ maxime sunt interdum ire inimicitias faciunt. *ibidem.*

Pueri inter se q̃ primum leuibus noxijs iras gerunt.

Vergilius Aeneidos lib. 2.

Furor iraq; mentem
Præcipitant. *Idem lib.*
Rimanti telum ira facit.

Ouid. Metamorph. l. 8 fab. 4.

Tangit & ira deos.

Idem l. 1. Amorum Elegia 2.

Quaslibet infirmas adiuuat ira manus.

Idem elegia 7.

Sed nunquam deeris spatiosum tempus in iram,
Sæpe simulantes ira morata facit.

Idem lib. 3 de Arte amandi.

Candida pax hominis, trux decet iras feras.
Ora tamen ira, nigrescunt sanguine uenæ.
Lumina Gorgoneo leuius angue micant.

Idem epist. Hypsipyles ad Iasonem.

Quælibet iratis ipsa dat arma dolor.

Idem l. 1. de remedio amoris.

Dum furor in cursu est, currenti cede furori:
Difficiles aditus impetus omnis habet.

Idem epist. Medeæ ad Iasonem.

Sed quid prædicere pœnam.
Attinet, ingentes parturit ira minas.

Propertius l. 1. Elegia 1.

Fortiter & ferrum sæuos patiemur & ignes,

Sit mo

Sit modo libertas, quæ uelit ira loqui.
Idem libro 3 elegia 15.
Neſcit ueſtras ruens ira referre pedem.
Horatius Carmium libro 1. Ode 16.
Compeſce mentem, me quoq; pectoris
Tentauit in dulci iuuenta
Feruor & in celeres iam mbos
Miſit furentem, nunc ego mitibus
Mutare quæro triſtia.
Idem ſermo. lib. 2. Satyra 3.
Stultitiane erret, nihilum diſtabit, an ira,
Aiax immeritos dum occidit.
Idem epiſtolarum libro 1. epiſtola 2.
Ira breuis furor eſt animum rege, qui niſi paret,
Imperat hunc frenis, hunc tu compeſce catena.
Homerus Iliados 8.
Procul hinc procul ira recedat
Quæ turbat ſapientẽ hominem.
Claudianus alloquens Theodoſium.
Si ducceris ira,
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Interius leges.
Iuuenalis Satyra 6 de ira mulierum.
Quoties facit ira nocentes
Hunc ſexum, & rabie iecur incendente feruntur
Præcipites ut ſaxa iugis abrupta.
Idem ſatyra 8.
Pone iræ frena modumq;
Dantes purgatorij 17.
Sentimi quaſi preſſo un mouer dala
Auentarmi nel uiſo & dir: Beati
Pacifici, che ſon ſenza ira mala. *id eſt,*
Senſi prope me quaſi quandam alæ motionem
Aduentantem mihi in uiſum, & dicentem: Beati
Pacifici, qui ſunt ſine ira mala.
Franc. Petrar. Soneto 186.
Vincitor Alexandro ira uinſe,
Et fel minor in parte che Philippo.
Ira e breue furor & chi nol frena,
E furor longo chel ſuo poſſeſſore
Speſſo ad uergogna & talhora morte il mera. *id eſt,*
Victorem Alexandrum ira uicit,
Fecitq; eundem in parte minorem Philippo patre.
Ira eſt breuis furor quem qui non reprimit,
Eſt furor longus, qui ſuum poſſeſſorem.
Aut ad dedecus, aut ad mortem ducit.

Iris græce adictio eſt ἰριστλοσ ἡ. Et eſt refractio uiſus à nube rorida ad ſolem, ſecundum Ariſtotelem libro quarto Meteororum.

Ironia græce dictio εἰρωνεία ας ἡ & eſt uitium quo quis aſſerit minora de ſe quàm credat, ideo ſemper eſt peccatum. Tamen leuius ut plurimum q̃ iactantia, ex beato Thoma ſecunda ſecundæ quæſtione 110. articulo 2.

Irregularitas græce ἀκανονικία ἡ & ἀσάθμητοσ ου ὁ ἡ irregularis dicitur. Eſt autem irregularitas impedimentum, repulſio executionis diuini officij ſeu ſacramenti ex canonica conſtitutione proueniens.

Irreligioſitas græce ἀνευσεθεία ας ἡ dicitur. Eſt autẽ irreligioſitas quæ habet manifeſtã cõtrarietatem ad religionem per contemptum & reuerentiam dei uel rei ſacræ, ex beato Thoma ſecunda ſecundæ q. 92. prin.

Irriſio græce ἐπιχάρισμα ατοσ τὸ dicitur. Irriſio autem & ſubſannatio conueniunt in fine, ſed differunt in modo, quia prima fit naſo rugato ſecũda uero fit ore, id eſt, in uerbis & cachinno, ex beato Thoma ſecunda ſecundæ quæſtione 75. articulo primo.

ITer ſalutis & perditionis quo uel in cœlum uel ad inferos itur.

Mathæus cap. 7.

Intrate per anguſtam portam, quia lata porta & ſpatioſa uia eſt quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam: quàm anguſta porta & arta uia *eſt* quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam.

Lactantius Firmianus diuin. inſtit. libro 6. capite 3.

Duæ ſunt uiæ per quas humanam uitã pgredi neceſſe eſt, ſcilicet una quæ in cœlum ferat, altera quæ ad inferos deprimat: quas & poetæ in carminibus, & philoſophi in diſputationib⁹ ſuis induxerunt. Et quidem alteram uirtutum eſſe uoluerunt, alteram uitiorum, eamq; quæ ſit aſſignata uirtutibus, primo aditu eſſe arduã & confragoſam. In qua ſi quis difficultate ſuperata in ſummum eius euaſerit, habere eum de cætero planum iter amœnumq; campum & omnes laborum ſuorum capere fructus uberes atque iucundos. Quos autem primi aditus difficultas deterruerit, eas in eam uitiorum uiam labi atq; deflectere, quæ primo ingreſſu ſit quaſi amœna, multoq; triſtior: deinde cum in eam paulo ulterius proceſſerint, amœnitatis eius ſpeciẽ repente ſubduci, exoriri autem uiam præcipitẽ, nunc ſaxis aſperam, nunc obductã ſentibus, nũc gurgitibus interciſam, uel torrẽtibus rapidam, ut laborare, hærere, labi, cadere ſit neceſſe. Quæ omnia eo proferuntur, ut appareat in uirtutibus capiendis labores eſſe maximos, in præceptis autẽ maximos fructꝰ, et ſolidas atq; incorruptas uoluptates. Vitia uero quibus delinimentis naturalibus allicere animos hominum, & inanium iucunditatum ſpecie captos ad acerbas amaritudines miſerias q; perducere.

Lactantius ibidem

Omnis ergo hæc de duabus uijs diſputatio ad frugalitatẽ ac luxuriã ſpectat. Dicunt enim humanæ uitæ curſum y literæ ſimilẽ, quam unuſquiſq; hominum, cum primum adoleſcentiæ limẽ attigerit, & in eum locum uenerit, ubi ſe partes uia ſcindit in ambas, hæreat natabundus, ac neſciat in quam ſe partem potius inclinet. Si ducem nactus fuerit, q̃ dirigat ad meliora titubantẽ, hoc eſt aut philoſophiã didicerit, aut eloquẽtiã, aut aliquid honeſtæ artis quo euadat ad bonã frugẽ, quod fieri ſine labore maximo nõ poteſt, honeſtã ac copioſam uitã diſputãt peractu rum. Si uero doctorẽ frugalitatis nõ inuenerit, ad ſiniſtram uiam quæ meliorem ſpeciem men

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

patiatur incedere, i. deſidiæ, luxuriæ, inertiæq; ſe tradere, quæ ſuauia quidem uidentur ad tẽpus uera bona ignoranti: poſt autem amiſſa omni dignitate ac re familiari in omnibus myſterijs uicturum. *ibidem.*

Nos igitur melius eſt uerius, quia duas iſtas uias, cœli & inferorum eſſe dicimus, qui iuſtis immortalitas, iniuſtis pœna æterna propoſita eſt. *Ibidem.*

Nos aũt oĩs ſexus & generis & ætatis in hoc cœleſte iter inducimus, quia deus qui eius uiæ dux eſt, immortalitatẽ nulli homini nato negat. Forma quoq; uiarum ipſarum non ita eſt ut illi putauerunt. Quid enim opus eſt y in rebus contrarijs atq; diuerſis: ſed altera illa melior conuerſa eſt ad ſolis ortum, altera illa deterior ad occaſum: quoniam qui ueritatem ac iuſtitiam ſequitur, is accepto immortalitatis præmio luce potietur. Qui autẽ ab illo malo duce electus prætulerit uitia uirtutibus mendacium ueritati, neceſſe eſt ad occaſum & tenebras deferatur. *Ibidem cap. 4.*

Vna eſt igit uirtus ac bonorũ uia, quæ fert nõ in eliſios campos (ut poetæ loquuntur) ſed ad ipſam mundi arcem. At leua malorum exercet pœnas, & ad impia tartara mittit. Eſt em̃ criminatoris illius, qui prauis religionibus inſtitutis uertit homines ab itinere cœleſti, & in uiam perditionis inducit: cuius uiæ ſpecies & figura ſic eſt cõpoſita in aſpectu, ut plana & patens omni genere florũ atq; fructuum delectabilis eſſe uideatur. In ea enim poſuit deus omnia quæ p bonis habentur in terra, opulentiam dico, honorem, quietem, uoluptatem, illecebras omnes, ſed cũ his pariter iniuſtitiam, incredibilitatem, ſuperbiam, perfidiam, libidinem, cupiditatem diſcordiam, ignorãtiam, mendaciũ, ſtultitiam, cæteraq; uitia. Exitus autem talis eſt uitæ, cum uentum fuerit ad extremum, unde iam regredi nõ licet: cum omni ſua pulchritudine tam ſubito præcidit, ut non ante quis fraudem proſpicere poſſit, & præcipitatus in altitudinem profundam cadat. Quiſquis enim præſentium bonorũ ſpecie captus, & in his conſequendis & fruendis occupatus non præuiderit ea quæ poſt mortem ſecutura ſunt, ſeq; à deo auerterit. Is uero qui ad inferos deiectus in æternam damnabitur pœnã. Vis ergo illa cœleſtis difficilis & cliuoſa propoſita eſt, uel ſpinis horentibus aſpera, uel ſaxis aſtantibus impedita, ut cum ſummo labore ac pedũ tritu, cumq; magna cadẽdi ſolicitudine ſit cuiq; gradiendum. In hac poſuit iuſtitiam temperantiam, patientiam, fidem, caſtitatẽ, abſtinentiam, concordiam ſcientiam, ueritatem, ſapientiam, cæteraſq; uirtutes, ſed ſimul cum his paupertatem ignorantiam, laborem, dolorem, amaritudines omnes. Quiſquis enim ſpem ſuã porrexerit lõgius, & maiora maluerit, carebit his terræ bonis, ut expedito ac leuis difficultatẽ uiæ ſuperet. Necem̃ poteſt q̃ ſe apparatu regio circumderit, aut diuitijs ornauerit, anguſtias illas uel ingredi uel tenere, unde intelligitur ideirco malis & iniuſtis facilius prouenire quæ capiant, quia prona & decliuis eſt eorum uia; bonis autẽ quæ optent difficile procedere, quia difficili & arduo itinere gradiũtur. Iuſtus ergo quoniam durum aſperumq; iter ingreſſus eſt, contemptui, deriſui, odio ſit neceſſe eſt. Omnes enim quos cupiditas aut uoluptas præcipites trahit, inuident eiq; uirtutem capere potuit, & inique ferunt id habere aliquẽ quod ipſi non habent. Erit itaq; pauper, humilis, ignobilis, ſubiectus iniuriæ, & tamen omnia quæ amara ſunt perferẽs. Et ſi ſapientiã iugem ad ſummum illum gradum finemq; perduxerit, dabitur ei corona uirtutis, & à deo pro laboribus, quos in uita propter iuſtitiam pertulit immortalitate donabitur. Hæ ſunt uiæ quas deus humanæ uitæ aſſignauit, in quib⁹ ſingulis & bona oſtendit & mala: ſed ordine præpoſtero atq; conuerſo. In una enim monſtrauit tẽporalia prius mala cum æternis bonis, qui eſt ordo melior. In altera temporalia prius bona cũ æternis malis, qui eſt ordo deterior, ut quicunq; præſentia mala cum iuſtitia elegerit, maiora & certiora bona conſequat̃ ſi fuerint illa quæ ſpernit. Quiſquis autem præſentia bona præpoſuerit iuſtitiæ, in maiora & lõgiora incidet mala, quàm fuerint illa quæ fugit. Hæc enim uita temporalis, quia breuis eſt: ideirco & bona eius & mala breuia ſint neceſſe eſt. Illa uero ſpiritualis quæ huic terrenæ contraria eſt, quia ſempiterna eſt: ideirco & bona eius & mala ſempiterna ſunt. Ita fit ut & bonis breuibus mala æterna, & malis breuibus bona æterna ſuccedant. Itaq; cum ſimul propoſita ſunt homini bona & mala: conſiderare unumquenq; ſecum decet, quanto ſatius ſit pro perpetuis bonis mala breuia penſare, & pro breuibus & caducis mala perpetua ſuſtinere. Nam ſicuti hoc ſeculo cum eſt propoſitũ cum hoſte certamen, prius laborãdum eſt: ut ſis poſtmodũ in otio, eſuriendũ, ſitiendum, æſtus, frigora perferenda, humi quieſcendum, uigilandum, periclitandum eſt, ut ſalutis pignoribus et domo & re familiari & omnibus pacis ac uictoriæ bonis perfrui poſſis. Sin autem præſens otiũ malueris & laborem malum tibi maximum facias neceſſe eſt: præoccupabit enim aduerſarius non reſiſtentem. Vaſtabuntur agri, diripiẽt domus, in prædam uxor ac liberi uenient, ipſe inſeruiere ac ſeruire, quæ omnia ne accidãt præſens commodum differendum eſt, ut magis lõg⁹ uſq; pariatur. *ibidem cap. 7.*

Hæc aũt quæ uia eſt ueritatis, & ſapientiæ, & uirtutis, & iuſtitiæ, quorum omnium fons unus eſt, una uis, una ſedes & ſimplex eſt, quod paribus animis ſummaq; cõcordia unũ ſequamur et colamus deũ: & anguſta, quoniã pauciorib. uirtus data eſt & ardua, quoniã ad bonũ q̃ ſummũ & ſublime ẽ, niſi cũ ſumma difficultate & labore non poteſt peruenirĩ. *idem li. 6. cap. 8.*

Hæc eſt uia quã philoſophi quæruntſed ideo nõ inueniũt, q̃a in terra potius ubi apparere nõ poteſt

poteſt quærunt. Errant ergo uelut in mari magno, nec quo ferantur intelligunt, quia nec uiã cernũt, nec ducem ſequuntur unum. Eadem nãque ratione hanc uitæ uiam quæri oportet, qua in alto iter nauibus quæritur: quæ niſi aliquod cæli lumen obſeruent, incertis curſibus uagantur. Quiſquis autem rectum iter uitæ tenere nititur, non terram debet aſpicere, ſed cœlum: & ut apertius loquar, nõ hominẽ ſequi debet, ſed deum, nõ his terreſtribus ſimulacris, ſed deo ſeruire cœleſti, non ad corpus inferri oĩa, ſed ad mentem: non huic uitæ dare operam, ſed æternę. Itaq; ſi oculos in cœlum ſemper intendas, & ſolem qua oriẽ obſerues eũq; habeas uitæ quaſi nauigij ducem, ſua ſponte in uiam pedes dirigentur, & illud cœleſte lumen quod ſanis mẽtibus multo clarius ſole eſt, cũ hic quem in carne mortali uidemus: ſic reget, ſic gubernabit, ut ad ſummum ſapientiæ uirtutisq; portum ſine ullo errore perducat. Suſcipienda igitur dei lex eſt, quæ nos ad hoc iter dirigat, illa ſancta, illa cœleſtis, quam Marcꝰ Tullius libro de repub. tertio pene diuina uoce depinxit, cuius ego ne plura dicerem uerba, ſubieci. Eſt quidem lex recta ratio naturæ congruens, diffuſa in omnes, conſtans, ſempiterna, quæ uocet ad officium iubendo, uetando à fraude deterreat: quæ tamen neq; improbos fruſtra iubet, aut uetat, nec improbos iubendo aut uetando mouet.

Cyprianus in epiſtola de malignitate dæmonis.

Lata & ſpatioſa itinera uitæ lætalis, illic illecebræ & mortiferę uoluptates: illic diabolus blãdit, ut fallat: arridet, ut noceat: allicit, ut occidat.

Virgilius de litera Pythagoræ.

Litera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni,
Humanæ uitæ ſpeciem præferre uidetur.
Nam uia uirtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemq; aditum primum ſpectantibus offert:
Sed requiem præbet feſſis in uertice ſummo.
Molle oſtentat iter, uia lata, ſed ultima meta
Præcipitat captos, uoluitq; per aadua ſaxa.
Quiſquis enim duros caſus uirtutis amore
Vicerit: ille ſibi laudemq; decusq; parabit.
At qui deſidiam luxumq; ſequetur inertem,
Dum fugit oppoſitos incauta mente labores,
Turpis inopsq; ſimul miſerabile tranſigit æuum.

Dantes Florenti purgatorij. Cant. c. 4.

Queſta montagna e tale,
Che ſempre al caminar diſotto e graue:
Et quanto hom piu ua ſu, e men ſa male.
Pero quandalla ti para ſoaue
Tanto, che ſuandar te fia legiero,
Come a ſecunda io giuſo andar per naue:
Allor ſarai al fin deſto ſentiero,
Quiui di ripoſar laſſ' anno aſpetta. Id eſt,
Hic mons talis eſt,
Vt ſemper aſcendenti grauis ſit:
Et quanto quis magis aſcendit, minus lædit.
Ideirco quanto hic tibi uidebitur ſuauior
Tanto, ut ſurſum ire ſit tibi leue.
Sicut ſecundum curſum nauiganti:
Tunc erit in fine huius itineris,
Hic laboris requies ſpectanda tibi.

Idem Paradiſi Cant. cap. 5.

Siati Chriſtiani a mouerui piu graui,
Non ſiati come panna ad ogni uento:
Et non crediate cognaqua ui laui.
Hauete il nouo el uecchio teſtamento,
El paſtor de la gieſa, che ui guida:
Queſto ui baſti al uoſtro ſaluamento.
Se mala cupidiggia altrq ui grida,
Homini ſiate e non pecore matte.
Si chel giudeo de uoi tra uoi non rida.
Non fate comagnel, chi laſcia il latte
De la ſoa madre, ſemplice, e laſciuo
Seco medeſmo, a ſuo piacer combatte. Id eſt.
Sitis Chriſtiani in motu graniores,
Non ſitis ſicut penna ad omnem uentum:
Nec credite ut quiq; liquor uos abluat.
Habetis uetus & nouum teſtamentum.
Et paſtorem eccleſiæ qui uos ducit:
Hoc ſatis ſit ſaluti ueſtrum omnium.
Si mala uos cupido alio ducit.
Homines ſitis & non pecora ſtulta:
Sic ut Iudæus intra uos non uos derideat.
Nolite ſic agere ut agniculus, qui lac relinquit
Suæ matris, ſimplex, & laſciuus
Secum met, placere ſibi ſtudens.

IVBILATIO græce ἀλαλαγμὸς οῦ ὁ & ἀλαλάζω iubilo dicitur. Eſt aũt iubilatio declaratio quędam & illuſtratio gaudij concepti. Eadem iubilum dici poteſt. Sane iubilare dicitur à iubare, Iubar em̃ proprie lucifer dicitur, quod iubar lucis effundat. Sunt autem iubę crines à collo animalium pendentes, unde iubatos leones dicimus, qui iubas habent, ad differentiam non habentium iubas. Hac etiam metaphora nõ modo ad ſolem, ſed etiã ad homines utimur. Claudianꝰ. Perfratris regale iubar. Iubilare aliqui à iuuãdo deducí uolunt, quaſi animi iucunditatem oſtẽdere. Iuuare enim delectare eſt, unde & iucunditas. Alij uero dicunt iubilare dici á ſono ipſo uocis. Ita enim dictum eſt iubilo, ut ouo à uocibus q̃ bus læti ac triumphantes uti ſolemus. Iubileus eſt lætitia immenſa quæ uerbis exprimi non poteſt, ſed uoce datur intelligi, ſecundum. b. Tho. ſuper Pſalm. 32. col 2.

IVCVNDITAS græce χρησότης. ητος & χρηστὸς οῦ. ὁ. iucũdus dicitur. Eſt autem iucũditas gaudium ad exteriora adeo prorumpens, ut alios excitet ad gaudendum. Tho. 4. ſentent, diſtinct. 49. q̃ ſtione 3 articulo 1. uenitq; à iuuo, ut iubilatio ſupradictum eſt.

IVDAEVS cõmuniter eſt quicũq; legẽ Moſaicam ad literam tenet. dicũturq; ludæi à nomine principalis tribus, ſ. Iudæ, qui etiã prius Hebrei dicebant ab Heber, cuius familia cultũ dei tenuit, cæteris idololatria fœdatis. Dicũtur præterea recutiti propter circunciſionem.

IVDEX græce κριτὴς οῦ ὁ. & κρίνω iudico dicit. Venit que a iudico q̃ſi ius dico, & iudicatio quæ eſt iuſti iudicij, ſec. Ariſt. li. 1. Poli. hinc etiam iudicium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qui eſt actus iudicis inquantū iudex eſt.i.inquā tum eſt ius dicens,ideo eſt actus iuſtitiæ.hexecutio iuſtitiæ,ſecundum beatum Thomā ſecūda ſecundæ qu.60.articulo 1. *Exodi cap.23.*

Non ſequeris turbam ad faciendum malum, neq; in iudicio plurimorū acquieſces ſententiæ, ut à uero deuies,pauperis quoq; non miſerebe/ris in iudicio. *Ibidem.*

Non declinabis in iudicium pauperis. *Ibidem.*

Inſonte & iuſtum non occides, quia auerſor impium. Nec accipies munera,quæ etiam excęcant prudentes, & ſubuertunt uerba iuſtorum. *Leuitici cap.19.*

Nō facies quod iniquū eſt,nec iniuſte iudicabis.Non conſideres perſonam pauperis,nec honores uultū potentis.Iuſte iudica proximo tuo. *Ibidem.*

Nolite facere iniquū aliq̄d in iudico.ſ.in pōdere,in numero & menſura. *Deut.ca.1.*

Audite illos,& quod iuſtū eſt iudicate,ſiue ciuis ſit ille,ſiue peregrinus,nulla erit diſtātia perſonarum.Ita paruum audietis ut magnum,nec accipietis cuiuſquam perſonam,quia dei iudicium eſt. *Ibidem.*

Iudices & magiſtros cōſtitues in oībus portis tuis,quas dominus deus tuus dederit tibi p/ſingulas tribus tuas,ut iudicent populum iuſto iudicio,ne in alteram partem declinent.Non accipies perſonā nec munera,quia munera excæcant oculos ſapientū,& mutāt uerba iuſtorum. Iuſte quod iuſtū eſt perſequeris,ut uiuas & poſſideas terram quam dominus deus tuꝰ dederit tibi. *Ibidem cap.24.*

Non occident patres pro filijs,nec filij pro patribus,ſed unuſquiſq; pro peccato morietur. Nō peruertes iudicium aduenæ & pupilli,nec auferes pignoris loco uiduæ ueſtimentum. *Ibidem cap.27.*

Maledictus q̄ peruertit iudiciū aduenæ, pupilli & uiduæ,dicet omnis populus amen. *Ibidem.*

Maledictus q̄ accipit munera,ut p̄cutiat animam ſanguinis innocentis,& dicet omnis populus amen. *Reg.4.cap.14.*

Nō morient patres pro filijs,nec filij p̄ patribus:ſed unuſquiſq; in peccato ſuo morietur. *Paralip.libro 2 cap.19.*

Non em̄ hominis exercebitis iudiciū,ſed domini:& quodcunq; iudicaueritis,in uos redūdabit:ſit timor domini uobiſcum,& cū diligentia cuncta facite. Non eſt em̄ apud dominum deū noſtrum iniquitas,nec perſonarū acceptio,nec cupido munerum. *Ibidem cap.24.*

Nō occident patres p̄ filijs, nec filij pro patribus,ſed unuſquiſq; morietur in peccato ſuo. *Dauid Pſalmo 2.*

Et nūc reges intelligite,erudimini q̄ iudicatis terrā. Seruite domino in timore,et exultate ei/cum tremore. Apprehendite diſciplinā,nequando iraſcatur dominus, & pereatis de uia iuſta. *Idem Pſalmo 52.*

Si uere utiq; iuſtitiā loquimini,recte iudicate filij hominum, *Idem Pſalm.81.*

Deus ſtetit in ſynagoga deorum,in medio autē deos dīſtinguit. Vſq;quo iudicatis iniquitatē, & facies peccatorū ſumitis? Iudicate egeno & pupillo,humilem& pauperem iuſtificate.Eripite pauperem,& egenum de manu peccatoris liberate. *Prouerb.4.*

Oculi tui recta uideant. *Ibidem cap.17.*

Qui em̄ iuſtificat impiū, & condemnat iuſtū, uterq; abominabilis apud deum. *Ibidem.*

Munera de ſinu impius accipit, ut peruertat ſemitas iudicij. *Ibidem cap.18.*

Accipere p̄ſonā imp̄ī in iudicio nō eſt bonū, ut declines à ueritate iudicij. *Ibidem 24.*

Cognoſcere perſonā in iudicio nō eſt bonū,q̄ dicunt impio iuſtus es,maledicent eis populi,& deteſtabuntur eos tribus. *Ibidem cap.28.*

Qui cognoſcit in iudicio faciē non bene facit, Iſte & pro buccella panis deſerit ueritatem. *Eccleſiaſtes cap.8.*

Etenim quia non profertur cito cōtra malos ſententia, abſq; timore ullo filij hominū perpetrant mala. *Sapien.cap.1.*

Diligite iuſtitiā qui iudicatis terrā. *Ibid.ca.6.*

Audite ergo reges terræ & intelligite, diſcite iudices finiū terræ,præbete aures uos qui continetis multitudines, & placetis uobis in turbis nationum:quoniam data eſt à domino poteſtas uobis & uirtus ab altiſſimo,q̄ interrogabit opera ueſtra, & cogitationes ſcrutabitur: q̄m cum eſſetis miniſtri regni illiꝰ nō rectè iudicaſtis,nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ,neq; ſecundum uolūtatem dei ambulaſtis. *Ibidem 34.*

Cum tranquillitate iudica. *Eccle.cap.4.*

In iudicādo eſto pupillis miſericors ut pater, & pro uiro matri illorum,& eris tu uelut filius altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis q̄ mater. *Ibidem ca.7.*

Noli q̄rere fieri iudex,niſi ualeas uirtute irrūpere iniquitates,ne forte extimeſcas faciē potentis,& ponas ſcandalum in agilitate tua. *Ibidem cap.20.*

Xenia & dona excæcāt oculos iudicū,& q̄ſi mutus in ore auertit correctiones eorum. *Eſaias cap.1.*

Omnes diligunt munera,ſequuntur retributiones,pupillo non iudicant, & cauſa uiduæ nō ingreditur ad illos. *Idem cap.5.*

Vę qui dicitis malū bonū, ponētes tenebras lucem,& lucem tenebras, ponētes amarum in dulce,& dulce in amarum. *Ibidem.*

Væ qui iuſtificatis impiū p̄ muneribus, & iuſtitiam iuſti auferetis ab eo.Propter hoc ſicut deuoras ſtipulam & ligna ignis & calor flammæ exurit:ſic radix eorum quaſi fauilla erit,& germen eorum ut puluis aſcendet. *Idem ca.10.*

Væ qui condunt leges iniquas,& ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt,ut opprimerēt pauperes in iudicio,& uim facerent cauſæ humilium populi: ut eſſet uiduæ præda eorum, & pupillos diriperent. *Idem cap.59.*

Conuerſum

Cõuerſum eſt retrorſum iudicium, & iuſticia longe ſtetit, quia corruit in plateis ueritas, & æquitas non potuit ingredi.

Hieremias cap. 5.

Cauſam uiduæ nõ iudicauerunt, cauſam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum nõ iudicauerunt. Nunquid ſuper his non uiſitabo dicit dominus, aut ſuper gentem huiuſcemodi non ulciſcetur anima mea.

Idem cap. 22.

Hæc dicit dominus: Facite iudicium & iuſtitiam, & liberate ui oppreſſum de manu calumniatoris, & aduenam & pupillum & uiduam nolite contriſtare, neq; opprimatis inique, & ſanguinem innocentem ne effundatis in loco iſto.

Lucas cap. 11.

Ieſus ait: Et uobis legiſperitis uæ, quia oneratis homines oneribus, quæ portare nõ poſſunt, & ipſi uno digito ueſtro non tangitis ſarcinas.

Iacobi 1.

Ira enim uiri iuſtitiam deo non operatur.

Auguſt. libro de uera reli. & hab. diſt. 4. In iſtis.

In iſtis tẽporalibus legib⁹ quanq; de his homines iudicent cum eas inſtituunt, tamen cum fuerint inſtitutæ & firmatæ, non licebit iudici de ipſis iudicare, ſed ſecundum ipſas.

Idem de pœni. & hab. 11. q. 3. Quamuis.

Quãuis uera ſint quædã, tamẽ iudici non ſunt credenda, niſi certis indicijs demonſtrentur.

Idem ad Macedo. & hab. 14. q 5. Non ſane.

Non ideo debet iudex uẽdere iuſtum iudicium, aut teſtis teſtimonium uerum, quia uẽdit aduocatus iuſtum patrocinij, iuriſperitus uerum conſilium: Illi em̃ inter utranq; partem ad examẽ adhibent, iſti ex una parte cõſiſtunt. Cũ aũt iudicia & teſtimonia, quæ nec iuſta nec uera ſunt uendenda, iniqua & falſa uendunt: multo ſceleratius utiq; pecunia ſumitur, quia ſcelerate etiam quamuis a uolentibus datur.

Idem contra Macedonium.

Iuſti eſt incedere recta intentione: iudicis aũt eſt iudicare iuſto ordine. Modus rogandi iudicẽ eſt, ut faciat quod ſalua fide facere poteſt.

Hiero. ſuper epiſt. ad Galatas, & habetur 23. quæſt. 5 Iudex.

Iudex nõ eſt autor ſceleris homines uicẽdo.

Idem ſuper Hier & habetur ibidem.

Homicidas, ſacrilegos & fœnerarios punire, non effuſio ſanguinis eſt.

Amb. ſuper Bea. imma & hab. 3 q. 7. Iudicet.

Iudicet ille de alterius errore, qui non habet in ſeipſo quod condemnet. Iudicet qui non agit eadem quæ in alio putauerit punienda ne cum de alio iudicat, in ſe ferat ſententiã. Iudicet ille, qui ad pronuntiandum nullo odio, nulla offenſione, nulla leuitate ducatur.

Ibidem.

Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit & proprio domeſticæ uoluntatis, ſed iuxta leges & iura pronunciat, ſtatutis iuris obtẽperat, non indulget propriæ uoluntati, nihil præparatum & meditatum de domo defert: ſed ſicut audit, ita iudicat: & ſicut ſe habet natura, decernit, obſequitur legibus, non aduerſatur, examinat cauſæ merita, non mutat. Diſcite iudices ſeculi quẽ in iudicãdo tenere debeatis affectum, quam ſocietatem, quam ſobrietatem, quam ſyncerita/tem. *Ibidem.*

Qui iudicat, uolũtati ſuę obtemperare nõ oportet ſed tenere quod legum eſt. *Ibidem.*

In iudicando cordi magis eſt cuſtodia ueritatis, quàm obedientia uoluntatis.

Idem libro de Officijs.

In iudicio gratia abſit, cauſę merita decernant.

Gregorius, & habetur 2 q. 3. Qui recte.

Qui recte iudicat & præmium remunerationis expectat, fraudem in deũ perpetrat: quia iuſtitiam quã gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ uendidit. Bonis male utuntur, qui pro temporali lucro iuſte iudicant: tales quippe ad ueritatem non iuſtitiæ defenſio, ſed amor præmij prouocat: quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur, confeſtim à iuſtitiæ confeſſione recedunt. Acceptio nummorum præuaricatio ueritatis eſt, unde & pro iuſto dicitur. Qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitabit.

Idem moralium. 19.

Maiora crimina credenda non ſunt mox cum audiuntur, ſunt tamen citius punienda, cum ueraciter cognoſcuntur.

Idem Moralium 19 ſuper illud Iob 29. Cauſam quam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam.

Ad proferendam ſententiam nunq; præcipites eſſe debem⁹, ne indiſcuſſa temere iudicem⁹, nec quælibet mala audita nos moueant, ne paſſim ſine probatione credamus.

Idem homilia 26.

Plerunq; cõtingit ut iudicis locum teneat, cuius ad locum uita minime concordat, ac ſæpe agitur, ut uel immeritos damnet, uel aliquos ipſe ligatos ſoluat. Sæpe in ſoluendis ac ligandis ſubditis ſuæ uoluntatis motus, non autem cauſarum merita ſequitur, unde fit, ut ipſe ligandi aut ſoluendi poteſtate ſe priuet.

Idem in Moralibus.

Iudicare digne de ſubditis nequeũt, qui in ſubditorum cauſis nõ merita, ſed odium uel gratiam ſequuntur.

Iſidorus, & habetur diſt. 29. Sciendum.

Sciendũ eſt, q; pleraq; capitula ex cauſa, ex perſona, ex loco, ex tẽpore cõſideranda ſunt, quoniam modi quia medullitus non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli intricando impingũtur, cum ante iudicant q; intelligant, ante inculpant, q; iterando lecta perquirant.

Idem de ſummo bono libro 3. cap. 58.

Quatuor modis humanũ peruertit iudiciũ, timore, cupiditate, odio, amore. Timore, dũ metu poteſtatis alicuius ueritatem loqui pauemus, cupiditate, cum præmio muneris alicuius corrũpimus, odio, cum contra quẽlibet aduerſarium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſarium molimur: Amore, dū amico uel propin quis placere contendimus. *Ibidem*

Diues muneribus cito corrūpit iudicē, paup autē dum non habet quod offerat, non ſolum audiri contemnit̄, ſed etiā contra ueritatē oppri mitur. Cito uiolatur auro iuſtitia. Nullam reus pertimeſcit culpā, quā redimere nummis exiſti mat. *Ibidem Soliloqui. libro* 1. *cap.* 1.

Perimit leges auaritia, iudicātium prēmia & dona legibus iura tollunt, ubiq; pecunia uincit ubiq; uenale iudicium eſt.

Caſſiodorus lib. 1 *epiſtola.* 3.

Facilis recti perſuaſor eſt innocens iudex. Ex ceſſus tunc ſunt in formidine, cum credunt iu dicibus diſplicere. *Idem libro* 3. *epiſtola* 28.

Tamdiu iudex dicitur, cꝫ diu iuſtus putatur.

Idem libro 3. *epiſtola* 29.

Inumbrat publicā formā in conſule tenacita tis obſcuritas. *Boe. de Conſo lib.* 1. *pro.* 4.

Si inflāmare ſacras ędes uoluiſſem, ſi ſacerdo tes impio iugulare gladio, ſi bonis omnibus ne cem ſtruxiſſe dicerentur, præſentem tamen ſen tencia confeſſum conuictumve puniſſet.

Alanus de complanctu naturæ.

Si aūt iudicis uel aduocati ſulphuret pecunia, Orphei lyra, carmen Amphionis, muſa Virgi lij, uoce pecuniæ ſuffocant. Quid plura? ubi nū mꝰ loquit̄, Tulliani eloquij tuba rauceſcit. Vbi nūmus militat, Hectoreæ militiæ fulgura cōpe ſcuntur. Vbi pugnat pecunia, uirtus expugna tur Herculea. Nummus uincit, nūmus regnat, nummus imperat uniuerſis.

Innocentius de miſeria hominis.

Iudices mali nō attendunt merita cauſarum, ſed pecuniarū merita: non iura. ſed munera, nō iuſtitiam, ſed pecuniam: non quod ratio dictat, ſed q̄d uoluntas affectat: nō q̄d lex ſentit, ſed q̄d mens cupit. Non inclinant ad iuſtitiam animū, ſed iuſtitiam declinant ab animo, non ut quod licet hoc libeat, ſed ut liceat quod libet.

Seneca ad Lucilium epiſtola. 88.

Prorſus perſuaſimus cꝫ multi furto non eru beſcunt, quod multi adulterio gloriantur. Nā ſacrilegia minuta puniuntur, magna in Trium phis feruntur. *Idem in Prouerbijs.*

Ad pœnirendum properat, qui cito iudicat. In iudicando criminoſa eſt celeritas.

Seneca in Hercule furente.

Iudex futurus ſanguine humano abſtine qui cunq; regnas, ſcelera texātur modo maiore no ſtra. *Idem Tragœdia* 7.

Si iudicas, cognoſce: ſi regnas, iube. *Ibidem.*

Qui ſtatuit aliquid parte in audita altera, æ quum licet ſtatuerit, haud æquus eſt.

Ariſtoteles libro Rhetoricorum.

Litigātis nihil eſt niſi oſtēdere, q̄a res eſt uel nō eſt, uel quia facta eſt aut quia non facta eſt, utrū autem ſit iuſta uel iniuſta, oportet ipſum iudicē cognoſcere, & non diſcere à litigantibus.

Idem libro 7. *Ethicorum.*

Iudex eſt qui in ciuilibus cōcertationibus in quiſita iudicat. *Idem libro* 3 *Topicorum.*

Nemo eligit iuuenes iudices, aut duces: q̄a non conſtat eos prudentes eſſe ſed eligit ad fortitudi nem. *Idem libro* 1. *Rhetoricorum.*

Amor, & odium, & proprium cōmodum, ſe pe faciunt iudicem non cognoſcere uerum.

Laert. Dioge. de Vita & moribus philoſoph.

Interrogatus Solō q̄d eſt rex? Reſpōdit, fortis poteſtās. Quid lex? Araneæ tela: quia ſi in eam inciderit quid debile, retinetur: graue autē per tranſit tela reſciſſa. *Ibidem.*

Iudex bonus nemo erit, niſi qui de ſe alterū cognouerit iudicari. *Ibidem.*

Qui innocentem damnat, ſeipſum uulnerat quoniam ſua ſententia ſemper reus ſeipſum pu nit conſcientia. *Ibidem.*

Cum Xenocrates uidiſſet quēdam latronem duci ad patibulum, ſubriſit dicens, quod magni fures minores morte damnabant.

Cicero Rhetoricorum libro 2.

In iudicijs quid æquum ſit quæritur.

Ibidem.

Non oportet ante ſupplicium quam iudici um interponere. *Idem Rethoricorum lib.* 2.

Duabus de cauſis iudicē iudicare oportet, ſi aut ſcriptum ſit obſcure, aut neget aliquid ad uerſarius. Cum & ſcriptum ſit aperte, & aduer ſarius omnia confiteatur, tunc iudicem legi pa rere, non interpretari legem oportet Nam ſum ma prudentia eſt, cum quis contra id quod ſcri ptum ſit, aliquid probare uelit. *Ibidem.*

Iudex is uidetur legi obtemperare, qui ſenté tiam eius, non qui ſcripturam ſequitur. Si leges duæ aut plures, aut quotquot erunt conſeruari non poſſunt, quia diſcrepāt inter ſe, ea maxime conſeruanda putetur, quæ ad maximas res per tinere uidetur, & maxime conſeruanda eſt ea lex, quæ diligentiſſima & ſancta eſt. multis enī in legibus multa præterita ſunt, quæ idcirco p̄ terita arbitrantur, quod ex cæteris de quibus ſcriptum eſt intelligi poſſunt. Nam oportet cō iectura ex eo quod ſcriptum eſt, ad id quod non ſit ſcriptum peruenire. Nemo enim poteſt om nes res per ſcripturam complecti, ſed is commo diſſime ſcribit, qui curat ut quædam ex quibuſ dam intelligantur.

Idem libro de Oratore.

Plura multo homines iudicant odio, aut a more, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut ſpe, aut timore aut errore, aut ali qua commotione mentis, cꝫ ueritate aut præſcri pto, aut in eis norma aliqua, aut iudicij forma la, aut legibus.

Idem Officiorum libro 3. *cap.* 11.

Ponit em̄ perſonas amici, cū induit, perſonā iudicis. Tantū dabit amicitiæ, ut uerā amici cau ſam eſſe malit, & ut orandæ litis tempus quo aliquid per leges liceat accommodet.

Idem Officiorum libro 3. *cap.* 16.

Iudicis eſt enim ſemp in cauſis uerum, patro ni autem nonnunquam ueriſimile.

Valerius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Valerius Maximus libro 7.

Quam porro ſubtiliter Anacharſis leges aranearum telis comparabat, nam ut illas infirmiora animalia retinere, ualentiora trāſmittere: ita his humiles & pauperes conſtringi, diuites & præpotentes non alligari aiebat.

Quint ilianus declamatione 10.

Multum me uel uos fallit opinio iudices, ſi ullam cauſam ita euidēter deferri in forū poſſe putatis cui nulla mendacij uelamenta contingāt.

Lucius Apuleius de Aſino aureo lib. 3.

Nō ad inſtar barbaricæ ueritatis, uel tyrannicæ impotentiæ, damnari debet aliqs inauditus & in pace placida tam dirum ſeculo prodi non debet exemplum. *Phocylides.*

πᾶσι δίκαια νέμειν, μηδὲ κρίσιν εἰσ χάριν εἶκειν. id eſt,
Oīb. iuſta diſtribue, neq; iudiciū ad gratiā trahas. Idē.
μὴ κρῖνε πρόσωπον. id eſt, Noli iudicare faciem. idē,
ἦν οὐ κακὸσ δίκασσ, ἡ θεὸσ μετέπειτά σε δίκασει id eſt,
Si tu male iudicaueris, te deus deinde iudicabit. Idem.
μηδέποτε κρίνειν ἀδιάκριτον ἀνδρασὶ ἑκάστοις. id eſt,
Nunquam iudicium facere imperitos uiros permittes.
Cleobulus.
τὰ δίκαια κρῖνε. id eſt, Iuſte iudica. Menander.
κατηγορεῖν ὃυκ ἔστι μὴ κρίνειν ὁμοῦ. id eſt,
Accuſare non licet & iudicare ſimul. idem.
ἀνεξέταστον μὴ κέλαδε μηδένα. id eſt,
Inexaminatum ne punies ullum.

Ouidius Triſt. lib. 1. Eleg. 1.

Iudicis officium eſt, ut res ita tempora rerum
Quærere, quæſito tempore tutus eris.

Idem de Ponto lib. 2. Elegia 2.

Non eſt confeſſi cauſa tuenda rei.

Horatius carminum libro 2.

Quotiēs bonus atq; fidus
Iudex honeſtum prætulit utili,
Reiecit alta dona nocentium,
Vultu per obſtantes cateruas,
Explicuit ſua uictor arma.

Idem Sermonum libro 2.

Male uerum examinat omnis
Corruptus iudex.

Iuuenalis Satyra 2.

Dat ueniam coruis uexat cenſura columbas.

IVdicium finale erit uniuerſalis ſeparatio bonorum à malis, ex beato Thoma 4. ſenten. diſtinct. 48. q. 1. artic. 1.

Iudicium generale fiet circa montem oliueti ubi eſt uallis Ioſaphat, & circa locū illum Chriſtus deſcendet, ſicut inde aſcendit, ut idem eſſe oſtendatur, qui deſcendit, & qui aſcendit, ex b. Tho. 4. ſent. diſt. 48. q. 1. arti. 4.

Dauid Pſalm. 95.

Iudicabit orbem terræ in iuſtitia, & populos in ueritate ſua. *Eccleſiaſt. cap.* 11.

Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuū in diebus iuuētutis tuæ, & ambula in uijs cordis tui, & in intuitu oculorū tuorum, & ſcito q̄ pro oīb. his adducet te deus in iudicium. *ibidem cap.* 12.

Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum ſit. *Eccleſiaſt. cap. 12.*

Et impijs & peccatoribus reddet uindictā cuſtodiens eos in die uindictæ. *Eſaias cap. 3.*

Dominus ad iudicium ueniet cum ſenibus populi ſui, & principibus eius. *Iohel cap. 2.*

Magnus enim dies dñi & terribilis ualde, & quis ſuſtinebit eum? *Malachias cap. 3.*

Et accedam ad uos in iudicio, & ero teſtis uelox maleficis & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant uiduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit dominus exercituum.

Machabæorum 2. cap. 12.

At uero fortiſſimus Iudas hortabat populum conſeruare ſe ſine peccato ſub oculis, uidētes q̄ facta ſunt pro peccatis eorū qui ꝓſtrati ſunt. Et facta collatione duodecim millia drachmas argenti miſit Hieroſolymā offerri ꝓ peccatis mortuorū ſacrificium, bñ & religioſe de reſurrectione cogitans. Niſi enim eos q̄ ceciderāt, ſperaret reſurrecturos, ſuperfluum uideret & uanū orare pro mortuis: & quia conſiderabat, quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant; optima haberēt repoſitam gratiam. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis ſoluantur. *Matth. cap. 13.*

Sicut ergo colligunt zizania & igni comburuntur, ſic erit in conſummatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniq tatē, & mittet eos in caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebunt ſicut in regno patris eorum.

ibidem cap. 25.

Cū aūt uenerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tūc ſedebit ſup ſedem maieſtatis ſuæ & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis, & ſtatuet oues quidem à dextris, hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratū uobis regnū à cōſtitutione mūdi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere, hoſpes erā, & collegiſtis me: nudus eram, & operuiſtis me: infirmus eram, & uiſitaſtis me, in carcere eram, & ueniſtis ad me. Tunc reſpondebūt ei iuſti, dicentes: Domine, qñ te uidimus eſuriētem, & pauimus: ſitiētem, & dedimus tibi potū? Quādo aūt te uidimus hoſpitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te: aut qñ te uidimus infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te? Et reſpondens rex dicet illis: Amen dico uobis q̄diu feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui a ſiniſtris erūt: Diſcedite a me maledicti in ignem æternū, qui paratus ē diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & nō dediſtis mihi potum: hoſpes eram, & nō collegiſtis me: nudus, & non operuiſtis, infirmus & in carcere, & non uiſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& ipſi dicentes: Domine quando te uidimus eſu rientem, aut ſitientem, aut hoſpitem aut nudū, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtraui/ mus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico uobis, quādiu nō feciſtis uni de minoribus his, nec mihi feciſtis: & ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in uitam æternam,

Marci cap. 12.

Cū enim à mortuis reſurrexerint, neq; nubēt, neq; nubent, ſed erunt ſicut angeli dei in cœlis.

Idem cap. 13.

Erūt enim dies illi tribulationes tales, q̄les nō fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit deus uſq; nunc, neq; fiēt. Et niſi breuiaſſet dominus dies, non fuiſſet ſalua omnis caro. *ibidem.*

De die aūt illo uel hora nemo ſcit, neq; angeli in cœlo, neq; filius, niſi pater: uidete, uigilate & orate, neſcitis enim q̄n tempus ſit *ibidem.*

Vigilate ergo, neſcitis enim quando dñs domus ueniet, ſero, an media nocte, an gallicātu, an mane: ne cum uenerit repente inueniat uos dormi/ entes. Quod autem uobis dico, omnibus dico, uigilate. *Lucas cap.* 17.

Nam ſicut fulgur corruſcās de ſub cœlo, in ea quæ ſub cœlo ſunt fulget: ita erit filius hominis in die ſua. *ibidem cap.* 2.

Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis, & in terris preſſura gentiū præ cōfuſione ſonitus maris & fluctuum, areſcētibus hominibus præ timore & expectatione quæ ſuperuenient uniuerſo orbi: nam uirtutes cœlorum mouebūtur. Et tunc ui debunt filium hominis uenientem in nube, cum poteſtate magna & maieſtate. *ibidem.*

Vigilate itaq; omni tēpore orātes, ut digni ha/ beamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis. *Ioannes cap.* 5.

Sicut enim pat̄ habet uitā in ſemetipſo, ſic de/ dit & filio habere uitā in ſemetipſo, & poteſta/ tem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc, quia uenit hora in q̄ oēs qui in monumentis ſunt, audient uocē filij dei, & procedent, qui bona fecerunt in reſurrectio/ nem uitæ: qui uero mala egerunt in reſurrectio nem iudicij. *ibidem cap.* 11.

Scio quia Lazarus reſurget in reſurrectiōe in nouiſſimo die. *Paulus ad Corinth.* 1. *cap.* 3.

Dies enim dñi in igne declarabit, quia in igne reuelabit, & uniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis probabit. *Idem ad Corinth.* 2. *cap.* 5.

Oēs enim nos manifeſtari oportet ante tribu/ nal Chriſti, ut referat unuſquiſq; propria corpo ris prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum,

Idem ad Theſſal. 1. *cap.* 4.

Nolumus aūt uos ignorare fratres de dormiē/ tibus, ut non cōtriſtemini, ſicut cæteri, qui ſpem non habent. Si enim credimus quod Ieſus mor/ tuus eſt & reſurrexit ita deus eos qui dormierūt per Ieſum adducet cū eo. Hoc enim uobis dici/ mus in uerbo domini, q̄a nos qui uiuimus, qui reſidui ſumus in aduentu domini non præuente mus eos qui dormierunt: quoniā ipſe dominus in iuſſu & in uoce archangeli, & in tuba dei de/ ſcēdet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt re ſurgent primi. Deinde nos qui uiuimus, q̄ relin/ quimur ſimul rapiemur cū illis in nubib⁹ obui/ am Chriſto in aera, & ſic ſemper cū domino e/ rimus. Itaq; conſolamini inuicem uerbis iſtis.

ibidem cap. 5.

De tēporibus aūt & momentis fratres nō in/ digetis ut ſcribamus uobis. Ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies domini ſicut fur in nocte ita ue/ niet. Cum enim dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in utero habentis, & non effugient,

Idem ad Timoth. 2. *cap.* 3.

Hoc aūt ſcito, quia in nouiſſimis diebus inſta/ bunt tempora periculoſa, & erunt homines ſei/ ipſos amātes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, pa rentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine af/ fectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & uoluptatū amatores magis quā dei, habentes ſpeciē quidem pietatis, uirtutem aut̄ abnegantes. *Petri apoſt.* 1. *cap.* 4.

Omnium aūt finis appropinquabit, eſtote itaq; prudentes & uigilate in orationibus. *ibidem.*

Et ſi iuſtus quidē uix ſaluabit, impius & pecca tor ubi parebunt? ita & hi qui patiunt ſecundū uoluntatem dei, fideli creatori cōmendent ani/ mas ſuas in benefactis. *ibidem* 2. *cap.* 3.

Venient in nouiſſimis diebus in deceptione il luſores iuxta proprias concupiſcentias ambulā/ tes. *ibidem.*

Vnus dies apud dñm ſicut mille anni, & mille anni ſicut unus dies. Non tardat dñs promiſſio nem ſuam, ſicut quidem exiſtimāt: ſed patiēter agit ppter uos, nolens aliquos perire, ſed oēs ad pœnitentiā reuerti. Aduenient aūt dies dñi ſicut fur, in quo cœli magno impetu tranſiēt elemēta uero calore ſoluent̄. Terra aut̄ & quæ in ipſa ſunt opera exurentur. Cum igitur hæc omnia diſſoluenda ſint quales oportet uos eſſe in ſan/ ctis cōuerſationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentū dei domini, per quē cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardo re tabeſcent. Nouos uero cœlos, & nouam terrā, & promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat. Propter q̄ chariſſimi hæc expectātes, ſatagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pa ce, & domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatē ſalutē arbitremini.

Apocalypſis cap. 1.

Ecce uenit Ieſus Chriſtus cū nubibus, & uide bit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.

Auguſt. homilia 12.

De aduētu ſpōſi clamor in media nocte ſit, q̄a ſic dies iudicij ſurripit ut præuideri nō ualeat q̄n uenit. *Idem li. de ciui. dei.*

Tūc manifeſtus uenies inter iuſtos iudicaturus iuſte, qui occulte uenerat iudicandus ab iniuſtis iniuſte. *Idem libro* 3. *de Symbolo.*

Ille iudex nec gratia prꝫuenit, nec miſericordia iam ſle-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſam flectitur, nec pecunia corrumpitur, nec ſatisfactione uel pœnitẽtia mitigabit. Hic dũ tempus habet agat anima pro ſe, quam diu locus eſt miſericordiæ, quia ibi erit locus iuſtitiæ.

Hiero. & habetur 11. *q.* 3. *Aeſtimant quidem.*

Nec arbitrandũ eſt in die iudicij illos ẽtum à dei filio denegãdos, qui in martyrio Chriſtũ negauerũt: ſed & illos omnes quos opere, uel ſermone uel cognitione Chriſtus negat, uel confeſſus cnoſcetur: de hac puta confeſſione qua diſcipulis præcepit, dicens: Eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ, & in omni Iudæa & Samaria, & uſq; ad ultimum terræ, *Idem ad Heliodorum.*

Veniet dies illa uenier, in qua correptũ hoc & mortale induat incorruptionẽ & immortalitatẽ. Beatus ille ſeruus quẽ inuenerit dñs uigilantem, tunc ad uocem tubæ pauebit terra, cum populis tu gaudebis. Iudicaturo domino lugubris mundus immugiet, & tribus ad tribum pectora ferient. Potentiſſimi quõdam reges nudo latere palpitabunt. Exhibebitur tũc cum prole ſua igneus Iupiter, adducetur cum ſuis ſtultus Plato diſcipulis. Ariſtoteli argumenta non proderunt, tunc tu ruſticanus & pauper exultabis, & dices: ecce iudex qui inuolutus pannis in præſepio uagijt, hic eſt operarij & quæſtuariæ filius, hic qui matris geaſtus ſinu, deus homo fugit in Aegyptum hic ueſtitus coccino, hic pungentibus ſpinis coronatus, hic magus dæmoniũ habens & Samaritanus, cerne manus iudææ quas fixeras: cerne latus Romane quo foderas, uidete corpus an idem ſit quod dicebatis.

idem in epiſtola. 34.

Dicimus quoq; & iudicium futurũ, in quo iudicio unuſquiſq; recipiet ꝓpria corporis prout geſſit, ſiue bona, ſiue mala: quod ſi homies recepturi ſunt ꝓ operibus ſuis, quãto magis diabolus qui oĩbus exiſtit cauſa peccati? De quo ſentimus illud quod ſcriptũ eſt in Euangelio, quia & ipſe diabolus & oẽs angeli eius cum ijs, qui opera eius faciunt, & criminantur: fratres cum ipſo pariter æterni ignis hæreditatem patientur. Si quis autem negat diabolum ignibus æternis mancipandum non eſſe, partem hæreditatis dei cum ipſo, ſed eam in igne accipiat, ut ſentiat uerum eſſe quod negauit. *Idem ſuper Matth.*

Siue comedam, ſiue bibam, ſiue aliquid aliud faciam, ſemper uox illa uideꝫ ſonare in auribus meis: Surgite mortui & uenite ad iudiciũ. Quoties diem iudicij cogito, totus corde & corpore cõtremiſco. Si qua præſentis uitæ eſt lætitia, ita agenda eſt, ut nunquam amaritudo futuri iudicij recedat à memoria. *ibidem.*

Non eſt noſtrum noſſe tempora. i. non expedit nobis diem iudicij noſſe, ſed ſemp incerti de aduentu iudicis ſic quotidie uiuamus quaſi die altera iudicandi ſimus. *ibidem.*

In die iudicij ſol & luna obſcurabunt, nõ diminutiõe luminis, ſed cõparatiõe ueri luminis. Alioquin legimus ſolẽ habiturũ ſeptuplũ lumis ſaerunt. *Ambro. libro de Offi.*

Nihil eſt ꝙd magis proficiat ad uitã honeſtã, q̃ ut credamus eum iudicem futurum, quem & occulta nõ fallunt, indecora offendunt, & honeſta delectant. *Grego. & hab. diſt.* 25. *Qualis.*

Qualis hinc quiſq; egredit, talis in iudicio apparebit, uel repræſentabit: ſed tamen de quibuſdam culpis eſſe ante iudicium purgationis ignis credendus eſt, pro eo quod ueritas dicit: Quia ſi quis in ſpiritũ ſanctũ blaſphemias dixerit, neq; in hoc ſeculo remittitur ei, neq; in futuro: in qua ſententia datur intelligi quaſdam culpas in hoc ſeculo, quaſdã in futuro poſſe relaxari. Quod autẽ de uno negatur conſequens intellectus patet, quia de quibuſdam conceditur. Sed tamẽ ut prædixi, hoc eſt de paruis minimiſq; peccatis fieri poſſe credendum eſt: ſicut aſſiduus & otioſus ſermo, immoderatus riſus, uel peccatum curæ familiaris, quod uix ſine culpa, uel ab ipſis agitur, qui culpã qualiter declinare debeant, ſciunt: quæ & poſt mortem grauant, ſi adhuc in uita poſitis minime mortem fuerint relaxata.

Idem libro 34. *Moralium.*

Sunt eñ nũc etiã qui idcirco peccatis ſuis ponere finem negligunt, quia habere quandoq; finem futura ſuper ſe iudicia ſuſpicantur: quibus breuiter reſpondemus: Si quandoq; finiẽda ſunt ſupplicia reproborum, quandoq; ergo finienda ſunt gaudia bonorũ. Per ſemetipſam nanq; ueritas dicit: Ibũt hi in ſupplicium æternũ, iuſti autẽ in uitã æternã. *idem in hom. Homo quidã erat di.*

Ante retributionẽ extremi iudicij, iniuſti quoſdã iuſtos in regẽ cõſpiciunt, ut eos uidẽtes in gaudio nõ ſolum de ſupplicio ſuo, ſed etiam de illorum bono crucientur: iuſti aũt in tormẽtis ſemper intuent iniuſtos, ut hinc eorũ gaudium creſcat, quia malum cõſpiciunt quod miſericorditer euaſerunt. Tantoq; maiores creatori ſuo gratias referũt, quãto uidẽt in alijs, quod ipſi perpeti, ſi eſſent derelicti potuerant, *idem homi* 25.

In extremo die iudicij, cum apertis cœlis, miniſtrantibus angelis conſedentibus apoſtolis, in ſede maieſtatis ſuæ Chriſtus apparebit, oẽs hũc electi pariter & reprobi uidebunt, ut & iuſti de munere retributionis ſine fine gaudeãt & iniuſti de ultione ſupplicij in perpetuum gemant.

idem ſuper Matthæum

In illa diſtrictione ultimæ increpationis oñe argumentum ceſſat excuſationis: quippe quia ille fortis increpat, quia teſtis conſcientiæ intus animam accuſat.

Idem ſuper illud Matthæi. Omnes capilli ueſtri numerati ſunt.

Sic deus uias noſtras conſiderat, & greſſus dinumerat, ut nec minimæ cognitiones ac uerba minutiſſima, quæ apud nos uiguerunt eius iudicio indiſcuſſa remaneant.

idem ſup illud Matt. 24. *in nubibus cœli cũ maieſtate.*

In maieſtate uiſuri ſunt, quẽ in humilitate uidere noluerũt: ut tanto diſtrictius uirtutẽ ſentiant, q̃to ceruicẽ cordis ad eius ꝓſentiã nõ inclinant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ioan. Chryſoſt. ſup illud Matth. 24. Et uirtutes cœlorum mouebuntur.

Exurgẽte rege cœleſti iudicare uiuos & mortuos, uirtutes angelicę mouebunt, terribiles miniſtri terribilem dominum præcedent. *ibidem*

Patre familias moriẽte domus turbat, familia plãgit, et nigris ſe ueſtimẽtis induit: ſic humano genere propter quod facta ſunt circa finem conſtituto, cœli myſteria lugent, & candore poſito tenebris induuntur. *idem ſuper Matthæum.*

In illo die nihil eſt quod reſpõdeamus, ubi cœlum & terra, aer & aqua, & totus mũdus ſtabit aduerſus nos in teſtimonium peccatorum noſtrorum: & ſi omnia taceant ipſæ cogitationes noſtræ, & ipſa opera ſpecialiter ſtabunt ante oculos noſtros, nos ante deum accuſantes.

idem ſuper 1. ad Corinthios 15.

Vere uox magna, uox tubæ terribilis, cui oĩa obediunt elementa, quæ petras ſcindit, inferos aperit, portas æreas frãgit, uincula mortuorum dirumpit, & de profundo abyſſi animas liberatas corporibus ſuis aſſignat. Hæc autem omnia citius conſumit in opere, q̃ ſagitta traphtin aere, dicente apoſtolo: in momento, in ictu oculi.

Bernardus ſuper Cantica.

Veniet dies illa, in qua plus ualebũt pura corda, q̃ aſtuta uerba, conſcientia bona, q̃ marſupia plena: quoniam quidem iudex ille nõ falletur uerbis, nec flectetur donis.

Lactan. Firmia lib. 7. Diuin. inſtit. cap. 15.

Propinquãte igit huius ſeculi termino humanarum rerum ſtatum cõmutari neceſſe eſt, & in deterius nequitia inualeſcente prolabi, ut iã noſtra hæc tẽpora quibus iniquitas & malitia uſq; ad ſummum gradum creuit: in illius tamen infanabilis mali comparatione fœlicia & prope aurea poſſint iudicari. Ita etẽ iuſtitia rareſcet, ita impietas & auaritia & cupiditas & libido crebreſcet, ut ſi qui tum forte fuerint boni, prædæ ſint ſceleritatis, ac diuexentur undiq; ab iniuſtis. Soli autem mali opulẽti ſint, boni uero in oñibus contumelijs, atq; in egeſtate iactentur: confundetur omne ius, & leges interibũt. Nihil tũc quiſpiã habebit, niſi aut quæſitũ, aut defenſum manu: audacia, & ui omnia poſſidebunt. Nõ fides in hominibus, nõ pax, non humanitas, non pudor, nõ ueritas erit. Atq; ita neq; ſecuritas, neque regimen, neq; requies à malis ulla, Oĩs enim terra tumultuabitur, fremẽtiq; undiq; bella, oẽs gentes in armis erunt, & ſe inuicẽ oppugnabũt.

idem cap. 16.

Quomodo aũt id futurum ſit ne quis incredibile arbitretur, oſtendã. In primis multiplicabitur regnum, & ſumma rerum poteſtas per plurimos, diſſipata & conciſa minuetur: tũc diſcordiæ ciuiles in perpetuũ ferentur, nec ulla requies bellis exitialibus erit, donec & reges decẽ pariter exiſtãt: qui orbem terræ nõ ad regendum, ſed ad conſummandũ partiant. Hi exercitibus in immẽſum auctis & agrorum cultibus deſtitutis, quod eſt principium euerſionis & cladis, diſperdent omnia & comminuent & uorabunt. Tunc repẽte aduerſus eos hoſtis potentiſſimus ab extremis finibus plagæ ſeptẽtrionalis oriet, tunc Aſiam obtinebunt, aſſumetur in ſocietatẽ à cæteris, ac princeps omnium conſtituetur. Noua conſilia in pectore ſuo uolutabit, ut propriũ ſibi conſtituat imperium. Leges cõmutabit & ſuas ſanciet, contaminabit, diripiet, ſpoliabit, occider. Deniq; immutato nomine, atq; imperij ſede translata, cõfuſio ac perturbatio humani generis conſequetur. Tam uero deteſtabile atq; abominandum tempus exiſtet, quod nulli hominum ſit uita iucunda. Euertẽtur funditus ciuitates, atq; interibunt non modo ferro atq; igni, uetumetiã terræ motibus aſſiduis, & eluuie aquarũ, & morbis frequentibus, & fame crebra. Aer enim uitiabit, & corruptus ac peſtilẽs fiet & modo importunis imbribus, modo inutili ſiccitate, nunc rigoribus, nũc æſtibus nimijs. Nec terra homini dabit fructum, nec ſeges quicq̃, non arbor, non uitis feret: ſed cum in flore ſpem maximam dederint, in fruge decipient. Fontes quoq; cum fluminibus areſcent, ut ne potus quidem ſuppetat, & aquæ in ſanguinem, aut amaritudinem mutabunt. Propter hoc deficient, & in terra quadrupedes, & in aere uolucres, & in mari piſces. Prodigia quoq; in cœlo mirabilia mẽtes hominum maximo terrore confundent. Et crines cometarum & ſolis tenebræ, & color lunæ, & cadentium ſyderum lapſus:

ibidem libro 7. cap. 17.

Sed planius quõ id eueniat exponã. Imminẽte iam temporũ concluſione, propheta magnus mittet à deo, qui cõuertat hoĩes ad dei cognitionẽ, & accipiat poteſtatẽ mirabilia faciendi. Vbi cunq; non audierint eum hoĩes, claudet cœlũ, & abſtinebit imbres, & aquam conuertet in ſanguinẽ, & cruciabit illos ſiti ac fame, & quicunq; conabitur eũ lædere, procedet ignis de ore eius atq; comburet illum. His prodigijs atq; uirtutibus conuertet multos ad dei cultum. Peractiſq; operibus eius, alter rex orietur ex Syria, malo ſpiritu genitus, euerſor ac proditor generis humani, qui reliquias illius prioris mali cũ ipſo ſimul deleat. Hic pugnabit aduerſus prophetam dei, & uincet & interficiet eum, et inſepultum iacere patietur: ſed poſt diem tertium reuiuiſcet, atq; inſpectantibus & mirantibus cunctis, rapietur in cœlum. Rex uero ille deterrimus erit quidem & ipſe, & mendaciorum propheta, & ſeipſum conſtituet ac uocabit deum, & ſe coli iubebit, ut dei filium: & dabitur ei poteſtas ut faciat ſigna & prodigia, quibus uiſis irretiat homines ut adorẽt eum. Iubebit ignẽ deſcẽdere de cœlo, & ſolem à ſuis curſibus ſtare, & imaginem loqui, & fient hæc ſub uerbo eius, quibus miraculis etiam ſapientium plurimi allicientur ab eo: tunc eruere dei tẽplum conabitur, & iuſtum populum proſequetur: & erit preſſura & cõtritio, qualis nunq̃ fuit ab initio mundi. Quicunq; ere diderint & acceſſerint ei, ſignabunt ab eo tanq̃ pecudes

pecudes,qui autē recuſauerint notam eius aut in montes fugient,aut cōprehenſi exquiſitis cruciatibus necabuntur.Idem iuſtos homines obuoluet libris prophetarū, atq; ita cremabit, & dabitur ei deſolare orbē terræ menſibus 42.id erit tempus quo iuſtitia proijciet & innocentia odio erit,quo mali bonos hoſtiliter prædabuntur.Non lex,aut ordo,malitiæ diſciplina ſeruabitur:non canos quiſq; reuerebitur, non officium pietatis,non ſexus aut infantiæ miſerebitur.

Idem libro 7.cap.18.

Hæc ita futura eſſe tū prophetæ omēs ex dei ſpiritu,tū etiā uates ex inſtinctu dęmonum ceciderunt.Hydaſpes enim quem ſuperius nominaui deſcripta iniquitate ſeculi huius extremi,pios ac fideles à nocentibus ſegregatos ait cum fletu et gemitu extēſuros eſſe ad cælum manus,et imploraturos fidem Iouis,Iouem reſpectuq; ad terram & auditurum uoces hominum, atq; impios extincturum,quæ omnia uera ſunt, præter unum,quod Iouem dixit illa facturum quæ deus faciet:ſed & illud nō ſine dæmonum fraude ſubtractum eſt,miſſum iri tūc à patre filiū dei, qui deletis omnibus malis pios liberet.

Ibidem cap. 19.

Oppreſſo igit orbe terræ,cum ad deſtruendā immenſarū uirium tyrannidē humanæ opes decreuerint:ſiquidem capto mundo cum magnis latronum exercitibus incubabit. Diuino auxilio tāta illa calamitas indigebit: commotus igitur deus,ancipiti periculo, & miſeranda complo ratione iuſtorum, mittet protinus liberatorē: tunc aperietur cælum medium intēpeſta nocte & tenebroſa,ut in orbe toto lumen deſcendentis dei tanquam fulgor appareat, quod Sybilla his uerſibus locuta eſt, ὁπποτ' ἂν ἔλθῃ πυρ, ἔσαισι κοτος ἐν μεσῃ νυκτὶ μελαίνῃ id eſt. Cum uenerit ignis erūt tenebræ in media nocte obſcura, hæc eſt nox q̄ a nobis propter aduentū regis ac dei noſtri peruigil celebratur. Cuius noctis duplex eſt ratio, quod in ea & uitam tum recepit, cum paſſus eſt, & poſtea orbis terræ recepturus eſt regnū, hic eſt enim liberator & iudex, & ultor, & rex, & deus,quem nos Chriſtum uocamus, qui priusquam deſcendat, hoc ſignum dabit. Cadet repente gladius è cælo,ut ſciant iuſti ducem ſanctæ militiæ deſcēſurum. Et deſcendet comitantibus angelis in medium terræ, & præcedet eū flāma inextinguibilis,& uirtus angelorum tradet in manus iuſtorum multitudinē illam quæ montē circunſederit,& concidetur ab hora tertia uſq; ad ueſperam,& pluet ſanguis more torrentis,deletiſq; omnibus copijs impius ſolus effugiet,& peribit ab eo uirtus ſua. Hic eſt autē qui appellatur antichriſtus:ſed ſeipſe Chriſtū mentietur,& contra uerum dimicabit,& uictus effugiet,& bellum ſæpe renouabit, & ſæpe uincet donec quarto prælio confectis omnibus impijs debellatus& captus tandem ſcelerum ſuorum luet pœnas.

Ibidem libro 7.cap.20.

Poſt hæc aperientur inferi, & reſurgent mortui,de quibus iudicium magnum ipſe idem rex ac deus faciet,cui ſummus pater & iudicandi,et regnandi dabit maximam poteſtatem.

Ibidem libro 7.cap.21.

Primū igitur dicimus tantam eſſe dei poteſtatem,ut etiā in corporalia comprehēdat, & quē admodū uoluerit afficiat. Nā & angeli deū metuunt,quia caſtigari ab eo poſſunt inenarrabili quodam modo.Et dæmones reformidāt, quia torquentur ab eo & puniuntur.Quid ergo mirum,ſi cum ſint immortales animæ,tamen paſſibiles ſint deo? Nam cum in ſe nihil habeāt ſolidum & contrectabile,à ſolidis & corporalibus nullā uim pati poſſunt. Sed quia in ſolis ſpiritibus uiuūt,à ſolo deo tractabiles ſunt,cui uirtus & ſpiritalis ſubſtantia eſt. Sed tamē docēt nos ſanctæ literę quemadmodum pœnas impij ſint laturi. Nā quia peccata in corporibus contraxerūt,rurſus carne induent,ut in corporibus piaculū ſoluant,& tamen non erit caro illa, quam deo homini ſuperiecerit huic terrenę ſimilis,ſed inſolubilis & permanens in æternum, ut ſuffere poſſit cruciatib9,& igni ſempiterno:cuius natura diuerſa eſt ab hoc noſtro q̄ ad uitæ neceſſaria utimur,q̄ niſi alicuius materiæ fomite alatur extinguitur. At ille diuinus per ſeipſum ſemper uiuit,ac uiget ſine ullis alimentis,nec ad miſxtum habet fumū,ſed eſt purus ac liquidus & inaquæ modum fluidus Nō em̄ ui aliqua ſurſum uerſus urgetur, ſicut noſter quem labes terreni corporis, quo tenemur, & fumus intermixtus exhalire cogit,& ad cœleſtem naturam cum trepidatione mobili ſubuolare. Idē igitur diuinus ignis eadēq; ui atq; potētia et cremabit impios, & recremabit:& quātum ex corporibus abſumet,tantū reponet ac ſibi ipſe ęternum pabulū ſubminiſtrabit, quod poetæ in Vulturē & Tytium tranſtulerunt. Ita ſine ullo reuiuiſcentium corporū detrimēto,aduret tātum ac ſenſum doloris afficiet, Sed & iuſtos cum iudicauerit deo etiam ignieos examinabit. Tum quorum peccata uel pondere uel numero prævaluerint præſtringentur ab igni,atq; comburentur,Quos autem plena iuſtitia & maturitas uirtutis excoxerit,illum ignem non ſentient. Habēt em̄ aliqd in ſe dei quod uim flammæ repellat ac reijciat. Tanta eſt uis innocentiæ,ut ab ea ignis ille refugiat innoxius, qui accipit a deo hāc poteſtatē, ut impios urat,iuſtis obtemperet.

Idem libro 7. cap.23.

Non igitur renaſcent,quod fieri non poteſt, ſed reſurgent,& à deo corporibus induent, & prioris uitæ factorumq; omnium memores erūt, in bonis cœleſtibus collocati, ac fruentes iucunditate innumerabilium copiarum præſenti deo gratias agent,q; malum omne deleuerit, quod eos ad regnum uitamq; perpetuam ſuſcitarit:

Idem libro 7.cap.24.

Veniet ſummi & maximi dei filius, ut uiuos ac mortuos iudicet.

Idem libro 7.cap.25.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cõpleris annorũ ſex millibus mutationẽ iſtã fieri oportere, & iã propinquare illũ ſummum cõcluſionis æternæ diẽ de ſignis quæ dicta ſunt à prophetis licet noſcere. Prædixerũt em̃ ſigna quibus cõſummatio tẽporum, & expectãda ſit nobis in ſingulos dies & timẽda. Quando tamẽ compleatur hæc ſumma docent hi qui de temporibus ſcripſerunt, colligentes ea ex literis ſanctis, & ex his uarijs hiſtorijs quãtus ſit numerus annorum ab exordio mundi, qui licet uariẽt, & cum aliquantum numeri eorum ſumma diſſentiat, omnis tamen expectatio non amplius quam ducentorum uidetur annorum. Etiã res ipſa declarat lapſum ruinamq; breui fore, niſi quod incolumi urbe Roma nihil iſtius uidetur eſſe metuendum. At uero cum caput illud orbis ceciderit πάντα εἶναι eſſe cœperit quod Sibyllæ fore aiũt. Quis dubitet ueniſſe iam finem rebus humanis orbiq; terrarum? Illa eſt ciuitas quæ ad huc ſuſtentat omnia, precandusq; nobis & adorandus eſt deus cæli, ſi tamen ſtatuta eius & placita deferri poſſunt, ne citius quàm putemus tyrannus ille abominandus ueniat, qui tãtum facinus moliatur, ac lumẽ illud effodiat, cuius interitu mundus ipſe lapſurus eſt.

Origines ſuper epiſtolam ad Rom. lib. 2.

Cũ bona uel mala cogitamus in corde nr̃o, tam bonarũ q̃ malarũ cogitationũ notæ quædã & ſigna relinquuntur, quæ in die iudicij reuelabuntur. *Anſelmus de ſimilitudinibus mundi.*

A dextris erunt peccata accuſantia, a ſiniſtris infinita dæmonia: ſubtus horrendũ chaos inferni, deſup̃ iudex iratus: foris mundus ardens, intus conſcientia urens. Ibi uix iuſtus ſaluabitur. Heu miſer peccator ſic deprehẽſus quo fugies? latere enim impoſſibile, apparere intolerabile.

Lucanus in principio lib. 1. Pharſaliæ.

Si cum compage ſolita
Secula tot mundi ſuprema coegerit hora,
Antiquum repetens iterum chaos, omnia mixtis
Sydera ſyderibus concurrent, ignea pontum
Aſtra petent, tellus extendere littora nolet,
Excutietq; fretum, fratri contraria phœbe
Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata, diem poſcet ſibi, totaq; diſcors
Machina diuulſi turbabit fœdera mundi.

Ouidius Metamor. libro 1.

Ipſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

Franciſ. Petrar. in triumpho æternitatis.

De guadagni
Veri & di falſi ſara ragione,
Che tuti fien alhora opra daragnì.
Vedraſſi quanto in uan cura ſi pone,
Et quanto in darno ſaffatiga & ſuda:
Come ſono ingannate le perſone.
Neſun ſecreto ſia, chi copra o chiuda.
Fia ogne conſcientia ochiara, o foſcha
Auanti a tutto el mundo aperta & nuda.
Et ſia chi ragion iudichi & cognoſca
Poi uederem prẽhender ciaſcun ſuo uiagio,
Come fera ſcaciata ſi rimboſca.
Et uedrar ſi in quel puncto di parraggio,
Che ui ſanno ir ſuperbi, oro & terreno
Eſſer e ſtato danno, & non uantagio. Id eſt. *Lucrorum*
Verorum atq; falſorum, ſiet ham ratio,
Quæ cuncta ſient tunc arancarum opera.
Videbitur quam ſtulte cura ponitur,
Et quam damnoſe laborando ſudat:
Qua ratione ſint decepti homines.
Nullum ſecretum fiet, quod factum tegat.
Erit omnis conſcientia clara, uel ipſa fuſca
Ante totum mundum aperta, & nuda.
Tunc fiet qui ratione iudicet & cognoſcat.
Poſtea uidebimus quenq; capere iter ſuum,
Vti fera compulſa ſyluam quærit.
Et uidebitur in eo puncto æqualitatis,
Quod uos ſuperbos facit, aurum & terrenum
Fuiſſe uobis damnum, & lucrum nullum.

IVDICIVM temerariũ ſeu ſuſpicioſum eſt cũ aliq; iudicat de his quæ ſunt dubia uel occulta, propter aliquas leues coniecturas, ſecundum bea. Tho. ſecunda ſecundæ q. 60. artic. 2.

Leuitici cap. 19.

Non facies quod iniquũ eſt, nec iniuſte iudicabitis. *Eccleſiaſtici cap. 19.*

Ex uiſu cognoſcitur uir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amict9 corporis, et riſus dentium, & ingreſſus hominis enuntiãt de illo,

Matthæus cap. 9.

Vt quid cogitatis mala in cordibus ueſtris?

Idem cap. 11.

Venit em̃ Ioãnes neq; manducãs, neq; bibẽs: & dicũt dæmoniũ habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: ecce homo uorax & potator uini, publicanorum & peccatorum amicus. *Lucas cap. 6.*

Nolite iudicare & non iudicabimini. Nolite condemnare & non condemnabimini.

Idem 7.

Venit autem Ioannes baptiſta neq; manducans panem, neq; bibẽs uinum, & dicitis: dæmonium habet. Venit filius hominis manducãs & bibens, & dicitis: ecce homo deuorator, & bibens uinum, amicus publicanorum & peccatorum. *Ioannes cap. 7.*

Nolite iudicare ſecũdum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate.

Paulus ad Romanos cap. 14.

Is qui mãducat, nõ manducantẽ nõ ſpernat: & qui nõ manducat, manducãtem nõ iudicet. Deus enim illum aſſumpſit. Tu quis es qui iudicas alienum ſeruũ? Domino ſuo ſtat aut cadit. Stabat autem. Potens eſt enim deus ſtatuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat omnem diem. *Ibidem.*

Tu aũt q̃d iudicas fratrẽ tuũ? aut tu q̃re ſpernis fratrẽ tuum? Oẽs em̃ ſtabim9 ante tribunal Chriſti. Scriptum eſt em̃: Viuo ego dicit dominus, q̃m mihi flectẽt omne genu, & omnis lingua con-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gua cõfitebitur deo. Itaq; unuſquiſq; noſtrum pro ſe rationem reddet deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus. Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri uel ſcandalum.

Idem ad Corinthios cap. 4.

Itaq; nolite ante tempus iudicare quo aduſq; ueniat dñs, qui & illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordium, & tũc laus erit unicuiq; à deo. *Ibidem ca. 6.*

Sic non eſt inter uos ſapiens quiſq; qui poſſit iudicare inter fratrẽ ſuum, ſed frater cum fratre iudicio contendit. *Iacobus in epiſt. ca. 4.*

Nolite detrahere alterutrũ fratres mei. Qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrẽ ſuũ, detrahit legi, & iudicat legẽ. Si aũt iudicas legem nõ es factor legis, ſed iudex. Vnus eſt enim legislator & iudex qui poteſt perdere & liberare. Tu autem quis es qui iudicas proximum tuum?

Auguſt. in ſermone domini in monte & habetur 11. quæſt. 3. ca. Temerarium.

Temerarium iudicium plerunq; nihil nocet ei, de quo temerè iudicatur. Ei autem qui temerè iudicat ipſa temeritas neceſſe eſt, ut noceat.

Idem in epiſt. ad Parentum comitem Arrianum, & habetur 32. quæſt. 6. Iniquum.

Iniquũ eſt, ut quiq; de alio iudicare uelit, & iudicari de ſe nolit. *Idem contra Manichæos li. 2.*

Nolite iudicare. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi exiſtimo, niſi ut ea facta quæ dubiũ eſt quo animo fiant in meliorem partem interpretemur. Quod enim ſcriptũ eſt: A fructibus eorũ cognoſcetis eos, de manifeſtis dictũ eſt, quæ nõ poſſunt bono animo fieri. Sũt quædã facta media quæ ignoramus q̃ animo fiant, qa in malo & bono fieri poſſunt, de quibus temerarium iudicare, maximè ut condemnemus. *Ibidem.*

Duo ſunt in quibus temerariũ eſt iudicium, cauere debemus cum incertum eſt, quo animo quid factum ſit, uel incertum eſt qualis futurus ſit, qui nunc uel bonus uel malus apparet.

Idem libro 19. de Ciuitate dei.

Ignorantia iudicis plerunq; eſt calamitas innocentis *Idem de Paſto.*

Temerarijs iudicijs plena ſunt oĩa. De q̃ deſperamus ſubito conuertit̃, & fit optimus. De quo multũ præſumpſeramus deficit, & fit peſſim⁹. Nec timor noſter certus eſt, nec amor. Quid ſit hodie quiſq; homo uix nouit. Ipſe homo tamẽ utrunq; ipſe nouit quid hodie, quid autem cras nec ipſe. *Idem ſermone domini in monte.*

Maximè hi temere iudicant, qui de meritis alioꝝ & facile reprehendũt, qui magis amant uituperare & damnare quam emendare & corrigere, quod uitiũ uel ſuperbiæ eſt uel inuidiæ.

Hieronymus in epiſt. 5.

Non enim conſcientiæ latebras hominibus ſcire aut nudare permiſſum eſt, dicente ſcriptura: Homo in facie uidet, deus aũt in corde. Deus ſolus intima & ſecreta circunſpicit, ſed manifeſta eſt uox domini monentis, A fructibus eorũ cognoſcetis eos. *Idem epiſtola 9.*

Vnuſquiſq; enim non de futuris, ſed de p̃ſentibus iudicat. *Ambro. ſuper Beati immaculati.*

Iudicet ille de alterius errore qui nõ habet in ſeipſo quod condemnet, iudicet ille qui non agit eadem, quę in alio putauerit eſſe puniendа, ne cum de alio iudicat, in ſeipſum ſententiam ferat. Iudicet ille qui ad pronunciandum nullo odio, nulla leuitate ducitur.

Grego ſuper illud Eccleſiaſtici 7. Noli quærere fieri iudex niſi ualeas uirtute irrumpere iniquitates.

Debet quiſquis ꝓprias uirtutes perpendere, & pro qualitate uirium curam aliorũ ſuſcipere. ne dum delectat̃ loco gloriæ, fiat ſubditis autor ruinæ, & qui grauatur pondere ſuaꝝ, uelit fieri iudex alienaꝝ culparũ. Durum enim eſt, ut qui neſcit tenere moderamina uitæ ſuæ, iudex fiat uitæ alienæ. *Idem Moralium libro 26.*

Hoc ſolet eſſe proprium infirmantiũ iudicũ, ut tanto quempiã exiſtiment iuſtũ, quanto adipiſci conſpiciunt omne quod appetit, cum uidelicet nouerimus nonnunq; bona terrena iuſtis ſubtrahi, quæ largo munere tribuunt iniuſtis, & deſperatis ægris medici quicq̃d popoſcerint dari præcipiunt, & eis quos ad ſalutem reducẽ præuident, quod appetunt dari contradicunt.

Ioannes Chryſoſtomus.

Sunt aliq; qui de oĩbus male iudicant, dicũt enim ſi quis ſtudet & uacat humilitati, hypocrita eſt, ſi recreationi guloſus eſt, ſi patiẽtiæ timidus eſt, ſi iuſtitiæ impatiẽs eſt, ſi ſimplicitati factus eſt, ſi prudentiæ malitioſus eſt, ſi maturitati phlegmaticus eſt, ſi iucundicati diſſolutus eſt, ſi religioni ſingularis eſt, ſi ſocietati ſecularis eſt, ſi ſilentio & paci diſſimulator eſt, ſi aliorũ correptioni, prę ſumptuoſus eſt, ſi inſtat uigilijs & orationibus indiſcretus eſt, ſi dormitioni ſomno lentus eſt, ſi prædicationi & aliorũ ſaluti, appetitor laudis eſt, ſi deſiſtat, negligens eſt, ſi habet gratiam hoĩm, adulator eſt, ſi adulari renuit, dicit̃ q; ſuperbus eſt. *Iſido. li. 1. Soliloqui. 29.*

Animus in corporis habitu apparet, geſtus corporis ſignũ eſt mentis. Occultare poteſt nec ſua uota Venus. *Idem li. 2. cap. 2.*

Ancipitem diu delibera ſententiam.

Idem ca. 15.

In ambiguis deo ſerua ſententiam.

Idem li. 8. ca. 31.

Sermo uanus uanæ cõſcientiæ index eſt. Mores hoĩs lingua pandit. Qualis ſermo oſtẽditur talis animus cõprobatur. *Senec epiſt. 55.*

Argumentum morum ex minibus licet capere, impudicum inceſſus oſtendit, improbum uultus, inſanum riſus habitusq;.

Boetius de Philoſophica conſo. lib. 1. Metro. 7.

Tu quoq; ſi uis Pelle timorem,
Lumine claro Spemq; fugato,
Cernere uerum, Nec dolor adſit,
Tramite recto Nubila mens eſt
Carpere callem, Vinctaq; frenis,
Gaudia pelle, Hæc ubi regnant.

dem libro Benefi cijs.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Molestius est inter duos amicos q̃ inter duos inimicos iudicare. Idem in prouerbijs.

Ad pœnitendum prouocat cito qui iudicat.
Idem Tantal.

Multa sed trepidus solet detegere uultus.
Ibidem.

Magna uolentem quoq; consilia produnt.
Aristoteles libro 1. *Ethicorum.*

Vnusquisq; bene iudicat quæ cognoscit, & hoc est bonus iudex.
Idem libro 2. *Politicorum.*

Melius est iudicare secundum leges & literas q̃ ex propria scientia uel sententia.
Idem libro 3. *Politic.*

Turba multa melius iudicat q̃ unus tantũ.
Idem libro Prædicamentorum.

Dubitare de singulis non est inutile.
Cicero Rhetoricorum ueterum lib. 2.

Ex uictu multæ trahuntur suspiciones, cum quemadmodum apud quos & à quibus educatus & eruditus sit quæriť, & quibus cum uiuat, qua ratione uitæ, quo more domestico uiuat.
Idem de Orato. libro 2.

Imago animi est uultus, iudices oculi. Nam hæc sunt uana pars corporis, quæ quod animi motus sunt, tot significationes possit efficere.
Fran. Petrarcha libro 1. *de Vita solitaria.*

Esse autem occultissimæ profundissimæq; rei humanæ conscientiæ iudex nolim, & possunt omnes deo largiente bene uiuere.
Terent. comœd. 3.

Ita comparatam esse naturam omnium hominum, ut aliena melius iudiceat q̃ sua.

Idq; eo fit, quod in re nostra sumus aut gaudio præpediti nimio, aut ægritudine.
Martialis Epigram. libro 12. *ad Priscum.*

Sæpe rogare soles qualis sim Prisce futurus,
Si fiam locuples, simq; repente potens.
Quenq̃ posse putas mores narrare futuros,
Dic mihi, si fias tu leo, qualis eris?
Idem Epi. libro 2. *ad Zelotypam.*

Cum tibi nota tua sit uita fidesq; mariti,
Nec premat ulla tuos sollicitetq; thoros,
Quid quasi pellicibus torqueris inepta ministris?
In quibus & breuis est, & fugitiua Venus.
Horatius Sermonum libro 1, *satyra* 3.

Stultus & improbus hic amor est, dignusq; notari,
Cum tua præuideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum,
Quam ut aquila, aut serpens Epidaurius?
Ibidem.

Parcus hic uiuit, frugi dicatur ineptus,
Et iactantior hic paulo est, concinnus amicis
Postulat, ut uideatur: at est truculentior, atq;
Plus æquo liber, simplex fortisq; habeatur.
Caldior est, acres inter numeretur, opinor:
Hæc res & iungit iunctos & seruat amicos.
At nos uirtutes ipsas inuertimus, atq;
Syncerum cupimus uas incrustare. probus quis
Nobiscum uiuit, multum demissus homo: illi
Tardo cognomen pingui damus. hic fugit omnes
Insidias, nulliq; malo latus obdit apertum.
Cum genus hoc inter uitæ uersetur, ubi acris
Inuidia, atq; uigent ubi crimina, pro bene sano
Ac non incauto fictum astutumq; uocamus.
Simplicior si quis, qualem me sæpe licenter
Obtulerim tibi Mœcenas, ut forte legentem
Aut tacitum impellat, quouis sermone molestum.
Communi sensu plane caret, inquimus, eheu
Quam temere in nosmet legem sancimus iniquam.
Nam uitijs nemo sine nascitur, optimus ille est
Quis minimis urgetur.
Dantes Flor. Parad. cant. cap. 3.

Ne sien le genti anchor tropo sicure
A giudicar, si come quei che stima
Le biade in campo, pria che sian mature.
Chi ho ueduto tuttol uerno prima
Il prun monstrar si rigido e feroce,
Poscia portar la rosa in su la cima.
Et legno uidi gia forte e ueloce
Correr lo mar per tutto suo camino.
Perir al fine all entrar della foce.
Non creda monna Berta & ser Martino
Per ueder unfurare, altro offerere
Veder li dentro al consiglio diuino:
Che quel puo surgere, e quel puo cadere. Idest.
Nec sint homines adhuc securi nimis
Ad iudicandum, sicut is, qui existimat
Segetes in agro, anteq̃ hæ maturæ fiant.
Vidi ego hyeme tota prima
Pruuum sese monstrantem rigidam atq; ferocem,
Postea ferre rosam in suo cacumine.
Nauigium uidi quondam ualidum & uelox.
Currere mare per omne eius iter,
Perire tandem dum portum ingreditur.
Non credant domina Berta & dominus Martinus
Quod uiderint unum furari, alterum offerre,
Consilium diuinum ob hoc nouisse.
Quoniam ille surgere, hic potest cadere.

IVMENTVM græce κτῆνος uel ὑποζύγιον dicitur. Estq; omne animal seruiens homini, secundum beatum Tho. prima parte q. 72. art. 2.

Iumẽti appellatione aĩalia continentur, quæ uel sarcinas gerũt, uel currus trahũt, bob⁹ duntaxat exceptis, à iuuando, hoc est, auxiliando.

IVRAMENTVM, siue iusiurandum græce ὅρκος uel ὅρκωμα & ἐμνύω iuro dicitur. Est autem assertio uel negatio de aliquo licito possibili & honesto sacræ rei attestatione firmata, secundum Goffri. Hostiẽsis & Archidiaconum.

Iuramentũ est duplex, scilicet assertoriũ q̃d est de p̃senti. Et promissorium quod est de futuro, scãm b. Tho. secunda secundæ q. 89. ar. 4.

Iuramentũ debet habere comites. s. ueritatẽ, iudiciũ, & iustitiam, secundum eundẽ ibidem.

Iurare est deum in testem uocare, & est actus latriæ. Vnde Hieronymus super Matthæum: Qui iurat, aut ueneratur aut diligit eum per quem iurat, ex b. Thoma ibidem.

Iuramentum à iuro dicitur, iuro autẽ à iure. Quid enim est aliud iurare q̃ promittere adhibitis testib. nos ita seruaturos, ac si ius esset. Hic etiam adiuratio, de qua supra in adiuratio.

Lcui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Leuitici cap. 5.

Anima q̃ iurauerit, & ꝓtulerit labijs ſuis, ut uel male quid faceret, uel bene & nõ fecerit, & ipſum iuramẽto & ſermõe firmauerit, oblitaq; poſtea intellexerit delictum ſuũ, agat pœnitentiam pro peccato, & offerat de gregibus agnam ſiue capram, orabitq; pro eo ſacerdos & pro peccatis eius. *Ibidem ca. 19.*

Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen dñi dei tui. *Deuteron. ca. 6.*

Non uſurpabis nomen dñi dei tui fruſtra, q̃ non erit impunitus, qui ſuper re uana nomen eius aſſumpſerit. *Eccleſiaſtes ca. 8.*

Ego os regis obſeruo, & præcepta iuramenti dei. *Eccleſiaſtici cap. 23.*

Iurationi non aſſueſcat os tuum, multi eñ caſus in illa. Nominatio uero dei nõ ſit aſſidua in ore tuo, & nominibus ſanctorũ non admiſceaſ, quoniã non eris immunis ab eis. Sicut enim ſeruus interrogatus aſſidue à liuore non minuitur, ſic omnis iurans & nominãs in toto peccato non purgabitur. Vir multũ iurans implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga.

Paulus ad Hebræos cap. 6.

Hoĩes enim per maiorem ſui iurant, & omnis cõtrouerſiæ eorũ finis ad confirmationẽ eſt iuramentum. *Iacobus apoſt. in epiſtola ca. 5.*

Ante omnia aũt fratres mei nolite errare, neq; per cælũ, neq; per terram, neq; aliud quodcunq; iuramentum. Sit autem ſermo ueſter, eſt eſt, nõ nõ: ut non ſub iudicio decidatis.

Auguſt. de ſermone domini in monte, & hab. 22. quæſt. 1. Ita ergo.

Ita ergo præcepiſſe dominũ intelligitur ne iuraretur, ne quiſpiam ſicut bonum appetat iuſiurandum, & aſſiduitate iurandi ad periurium per conſuetudinem dilabatur. Quapropter qui intelligitur non in bonis, ſed in neceſſarijs iurationem habendam, refrenet ſe quantum poteſt, ut non ea utaẽ, niſi neceſſitas cogat, uidelicet cum uidet pigros eſſe homines ad credendum, quod eis utile eſt credere, niſi iuratione affirmetur.

Idem de ſermone domini in monte, & habetur 22. quæſt. 1. Tu malum.

Tu malum nõ facis, qui uteris bene iuratiõe, quæ & ſi non bona, tamen neceſſaria eſt, ut alteri perſuadeas, quod utiliter perſuades, ſed à malo eſt illius cuius infirmitate iurare cogeris.

Idem in decollatione ſancti Johannis Baptiſtæ, & habetur 22. q. 4. Quod Dauid.

Quod Dauid iuramentum per ſanguinis effuſionem non impleuit, maior pietas fuit. Video Dauid pium hominẽ & ſanctum in iuratiõem temerariam incidiſſe, & maluiſſe non facere quod iurauerat, q̃ iurationem ſuam hominis fuſo ſanguine adimplere.

Ibidem & habetur 22. q. 5. Ille qui.

Ille qui hoĩem prouocat ad iurationẽ, & ſcit eum falſum iuraturum eſſe, uincit homicidam. Quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animã (imo duas animas) & eius animã quem iurare prouocauit, & ſuã. Scis uerũ eſſe quod dicis, & falſum quod ille dicit & iurare compellis. Ecce iurat, ecce periurat, tu quid inueniſti, imo & tu periſti, qui de illius morte ſatiari uoluiſti.

Idem in ſermone de Periurijs, & habetur 22. quæſt. 5. Qui exigit.

Qui exigit iurationẽ, multũ intereſt, ſi neſcit illum iuraturũ falſum, an ſcit. Si enim neſcit, & ideo dicit iura mihi ut fides ei ſit, non eſt peccatum, tamen humana tentatio eſt: ſi aũt ſcit eum feciſſe, & cogit eum iurare homicida eſt. Ille eñ ſe ſuo periurio interimit, ſed iſte manum interfi cientis impreſſit & preſſit.

Idem in ſerm. & hab. 22. quæſt. 5. Ecce dico.

Ecce dico charitati ueſtræ, & qui ſuper lapidem falſum iurat, periurus eſt. Vnde hoc dico, quia multi etiam in hoc fallunt, & putant quia nihil eſt per quod iurant, non ſe crimine teneri periurij, prorſus periurus eſt, quia per id q̃d ſanctum non putas falſum iuras. Sanctum putas cui iuras, non enim q̃ iuras tibi aut lapidi, ſed proximo tuo iuras, homini iuras ante lapidem; ſed nunquid non ante deum? non te audit lapis loquentem, ſed punit deus te fallentem.

Idem in epiſtola ad Publicolam & habetur 22. quæſt. 2. In nouo.

In nouo teſtamento dictũ eſt ne omnino iuremus, q̃d mihi quidem propterea dictũ eſſe uidetur, non quia iurare peccatũ eſt, ſed quia periurare immane peccatum eſt, à quo longe nos eſſe uoluit, qui omnino ne iuremus commonuit.

Idem & habetur ibidem, Vt noueritis.

Vt noueritis uerũ iurare, nõ eſſe peccatũ, inuenimus & apoſtolum Paulum iuraſſe. Quotidie morior ꝓpter ueſtram gloriã fratres quam habeo in Chriſto Ieſu domino noſtro, per gloriam ueſtram iuratio eſt, non enim ſic ait: Per ueſtram gloriã morior, quaſi ueſtra gloria me facit mori, qũo ſi diceretur per uenenum, p gladium, per beſtiam, per inimicũ mortuus eſt, intelligeretur faciente inimico, faciente gladio, faciente ueneno mortuus eſt.

Ibidem & habetur ibidem, Quamuis.

Quàmuis dictum ſit ne iuremus, nuſquam in ſcripturis ſanctis legiſſe memini, ne ab aliquo iurationem recipiamus.

Ibidem & habetur ibidem cap. Mouet.

Mouet te utrũ eius fide utendũ ſit, qui ut eam ſeruet per dæmonia iurauerit, ubi te uolo prius conſiderare, utrũ ſi quiſpiam per deos falſos iurauerit ſe fidẽ ſeruaturũ, & eã ſeruauerit, nõ tibi uidetur bis peccaſſe: ſi enim tali iurationi ꝑmiſſam ſeruaret fidem, ideo tamen peccaſſe iudicaretur, quia ꝑ falſos deos iuraueric. Illud aũt nemo reprehenderet, qa fidem ſeruauit. Nunc uero quia & iurauit per quos non debuit, & contra pollicitam fecit fidem quod non debuit, bis utiq; peccauit. At per hoc qui utitur fide illius quem conſtat iuraſſe per falſos deos, utitur non ad malum, ſed ad bonum & liciũ, non peccato illius ſe ſociat qui per dæmonia iurauit.

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem Seuero epiſc. & habetur. 22. quæſt. 4. ca. Inter cæteros.

Nec credo ſacramentum ad hoc debere fieri ut iniuſta iuratio ſuorum bonorũ ſit iniuſte iurantibus expoliatio, & accipienti æterna dãnatio. Periurij nanq; percutitur pœna, & uelut homicida in extremo examine à iuſto iudice degradabitur, q̃ quem ſacro ſanctum euangeliũ ad iniuſtum, & illicitũ & deo minime amabile quaſi teſtimoniũ iuſtæ & humanæ petitionis adducit.

Idem ſup Pſalmum, Domini eſt terra, & habetur 22. quæſt. 2. ca. In dolo.

In dolo iuras q̃ aliter facturus eſt q̃ promittit, cum periuriũ ſit nequiter decipere credentem.

Idem ſup epiſtola ad Galatas, & habetur 22. q. 1 cap. Non eſt contra.

Non eſt contra præceptum dei iuratio, quæ à malo non iurantis eſt, ſed increduli à quo iurare cogit. Nam hic intelligitur ita dominũ prohibuiſſe à iureiurando, ut quantũ in ipſo eſt quiſq; non iuret, quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanq̃ magnum & ſuaue aliquid.

Idem de uerbis Apoſtoli Ser. 18. & habetur 22. quæſt. 2. cap. Homines.

Hoĩes falſum iurant uel cum fallunt uel cum falluntur Putat hõ uerum eſſe quod falſum eſt, temere iurat, aut ſcit, uel putat falſum eſſe, & tamen pro uero iurat, & nihilominus cum ſcelere iurat. *idẽ ſerm. 27. & hab. 22. q. 1. ca. Si peccatũ.*

Si peccatum eſſet iuratio, nec in ueteri lege diceretur. Non periurabis. Reddes domino iuramenta tua. Non em̃ peccatum nobis p̃cipere tur. Item non uobis dicimus nõ iurare. Si enim hoc dicimus mentimur. Quantum ad me pertinet non iuro, ſed quãtum mihi uidetur magna neceſſitate compulſus, cũ uideo niſi faciam, mihi nõ credi, & ei qui mihi non credet nõ expedire, q̃ non credit. Hac perpenſa ratione & conſideratione librata cum magno timore dico coram deo, aut teſtis eſt mihi deus, aut ſcit Chr̃s, quod ſic ẽ in meo animo. Et ideo quod plus eſt, quid ampliuseſt quam eſt eſt, non non: ſed hoc quod amplius eſt, nõ iurantis, ſed non credẽtis.

Idem libro de Mendacio.

Dico uobis. Non iurare omnino, ne, ſcilicet iurãdo ad facilitatem iurandi ueniatur, de facilitate ad conſuetudinẽ, de conſuetudine in periurium decidatur.

Hieronymus ſup Hieremiam & hab. 22. quæſt. 1. cap. Et iurabunt.

Et iurabunt uiuit dñs in ueritate, & in iudicio & in iuſtitia, & benedicent eum gentes, ipſum q̃ laudabunt: quomodo ergo euangelium iurare nos prohibet? ſed hic iuramentũ pro confeſſione dicitur, & ad condemnationẽ idolorum per quæ iurabat iſrael. Deniq; offendicula auferuntur, & iuratur per dominum deum: quod̃q; dicitur, Viuit dominus, in teſtamento ueteri iuſiurandum eſt, ad condemnationem mortuorum deorum, per quos iurauit omnis idololatra.

Idẽ lib. 2. & hab 22. quæſt. 2. Animaduertẽdum.

Animaduertendũ eſt, q̃d iuſiurandõ hos habeat comites, ueritatẽ, iudicium atq̃ iuſtitiam, ſi iſta defuerint, neq̃ iam iuramentũ erit, ſed periurium. *Idem ſup Mat. lib. 1. & hab. 22. q. pri. Conſidera.*

Cõſidera q̃d ſaluator nõ per deum iurare prohibuit, ſed p̃ cœlum & terrã, & per Hieruſalem, per caput tuum, & hoc quia paruulis fuerat lege conceſſum, ut q̃o uictimas deo immolabant, ne eas immolarent idolis, ſic & iurare permitterent per deum, non quod recte hoc facerent, ſed q̃ melius eſt deo id exhibere q̃ dæmoniis.

Idem & hab. ibidem ca. Habemus.

Habemus in lege dei ſcriptũ, non periurabis in nomine meo, nec polluas nomẽ dei tui in uanum. Ideo admonendi ſunt omnes, ut diligenter caueant periurium, non ſolum in altari ſeu ſanctorum reliquiis, ſed & communi loquela.

Grego. ſup illud Matth. Non periurabis.

Nõ penitus iurare prohibuit, ſed occaſionẽ periurij, quod perfectius eſt, euitare docuit.

Ioan. Chryſoſt. & hab. 22. q. 1. cap. Si aliqua.

Si aliqua cauſa fuerit modicum uidetur facere qui iurat per deum, qui autem per euangelium maius aliquid feciſſe uidetur, quibus dicendum eſt: Stulti propter deum ſcripturæ ſanctæ

Idem & hab. 22. q. 5. cap. Iuramenti.

Iuramenti huiuſmodi cauſa eſt, quia oĩs qui iurat ad hoc iurat, ut quod uerum eſt loquatur. Et ideo dominus inter iuramentũ & loquelam noſtram nullam uult eſſe diſtantiam, quia ſicut in iuramento nullã conuenit eſſe perfidiam: ita quoq; in uerbis noſtris nullũ debet eſſe mendacium, quia utrunq; & periurium & mendacium diuini iudicij pœna damnatur, dicente ſcriptura: Os quod mentitur occidit animã. Quiſquis ergo uerum loquitur iurat, quia ſcriptum eſt: Teſtis fidelis non mentietur.

Ibidem.

Qui periurare paratus, anteq̃ periuret iam periurus eſſe uidetur, quia deus nõ ex operibus iudicat, ſed ex cogitationibus & ex corde.

Idem ſup illud Matth. 5 Dico aũt uobis, non iurare omnino.

Nemo eſt qui frequenter iurat, quin aliquando non periuret, ſicut qui conſueuit multa loqui, aliquando lpquitur importuna.

Iſidorus Sententiarum libro 2. & habetur 17. quæſt. 1. ca. Non eſt contra.

Non eſt contra dei p̃ceptum iurare, ſed dum iurandi uſum facimus, piurij crimẽ incurrimus.

idem & hab. 22. quæſt. 5. ca. Quacunq;

Quacunq; arte uerborum quis iuret, deus tñ qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille qui iurat intelligit. Dupliciter autem reus ſit, qui & nomen dei in uanum aſſumit, & proximum dolo capit.

idem Soliloquio libro 2.

Aſſiduitas iurãdi periurij conſuetudinẽ facit. Vſus iurandi ad periuriũ inducit. Veritas iuramento nõ indiget, firma ſit ſacramẽti tui fides.

Hugo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hugo de S. Victore lib. 1. par. 2. cap. 14.

Qui malum se facturum iurat peccat, & melius est, nunc iuramentū frangere q̄ implere, ita q̄ & malum caueat quod iurauit, & nihilo minus culpam agnoscat, in eo quod male iurauit.

Origenes super Matthæum.

Aestimo q̄m non oportet, ut uir qui secundū euangelium uult uiuere adiuret alterum. Si enī iurare non licet secundū euangelicum Christi mandatū, notum est q̄ nec adiurare alterū licet.

Beda in homilia 43. & habetur 22. q. 4 cap. Si aliquid.

Si aliqd forte nos incautius iurare contigerit quod obseruatum in peiorē uergat exitum, libere illud salubriori consilio mutandum nouerimus, ac magis instante necessitate peierandum nobis, q̄ pro uitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum.

Cicero libro 3. Officiorum.

Sed iureiurando non qui metus, sed quę uis sit, intelligi. *Ibidem.*

Est enim iusiurandum affirmatio religiosa. Quod autem affirmate quasi deo teste promiseris, id tenendum est, sed ad iustitiam & ad fidem pertinet. *Ibidem.*

Est autem ius etiam bellicum fidesq̄ iurisiurandi sæpe hosti seruanda. Quod enim ita iuratum est, ut mens conciperet neri oportere, id seruandum est, quod aliter, id si nō fecerit nullum est periurium. *Ibidem.*

Nec fides nec iuramentum debet esse commune. ¶ *Ibidem.*

Non enī falsum iurare, peierare est, sed q̄ ex aī tui sentētia iuraris, sicut uerbis concipit more nostro, id nō facere periurium est. ¶ *Ibidem.*

Nullum enī uinculū ad astringendam fidē iureiurando. Maiores arctius esse uoluerūt. Iudicant leges in XII. tabulis, iudicant sacra, iudicant fœdera, q̄bus etiam cum hoste deuincit fides: iudicant notatiōes animaduersionesq̄ Censorum qui nulla de re diligentius, q̄ de iureiurando iudicabant. *Phocylides.*

μήτ' ἐπιορκήσῃς, μήτ' ἀργὸς, μήτε ἑκὼν τι. id est,

Non iurabis neq; pure neq; sponte. *Pythagoras.*

σέβου ὅρκον. id est,

Venerare iusiurandum. *Periander.*

ὅρκῳ μὴ χρῶ. id est,

Iureiurando ne utaris. *Menander.*

ἐνλιρῶν δὲ φαύλων ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφε. id est,

Virorum autem malorum iusiurandum in aqua scribe.

Idem.

θεὸν ἐπιορκῶν μὴ λάθῃ λελησέναι. id est,

Deum peierans ne putes latere. *idem.*

ὅρκον δὲ φεῦγε κ' ἂν δικαίως ὀμνύῃς. id est,

Iusiurandum fuge, & si iuste iuraris.

Tibullus lib 1. elegia 9.

Ah miser: & si quis primo periuria cælat,
Sera tamen tacitis pœna uenit pedibus.

Iuuenalis satyra 13.

Tam facile & pronum est superos contemnere testes,
Si mortalis idem nemo sciat, aspice quanta
Voce neget, quæ sit ficti constantia uultus.
Per solis radios Tarpeiaq̄ fulmina iurat.

Ibidem.

Sunt qui in fortunæ iam casu omnia ponunt,
Et nullo credunt mundum rectore moueri,
Natura uoluente uices & lucis & anni,
Atq; adeo intrepidi, quæcunq; altaria tangunt.

Ibidem.

Nulla ne periuri capitis fraudisq̄ nephandæ
Pœna erit, abreptum crede hunc grauiore catena.

Ibidem.

Spartano cuidam respondit Pythia uates:
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret,
Depositum retinere, & fraudem iure tueri.
Iurando quærebat enim quæ numinis esset
Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo.
Reddidit ergo metu non moribus, tamen omnem
Vocem adyti dignam templo, ueramq̄ probauit:
Extinctum tota pariter cum prole domo,
Et quamuis longa deductis gente propinquis.

Iurgium græce λοιδορία, ας. ἡ. & λοιδορέω iurgor dicitur. Videtur iurgium esse idem cum rixa, secundum Bea. Thomam secunda secundæ, q. 41. articu. 2. Differunt tamen iurgium & lis, quod iurgium leuior res est, si quidem inter beneuolos & propinquos concertatio quædam iurgium dicitur, inter inimicos autem lis appellatur. Cicero: Admiror non rerum solum, sed etiam uerborum elegantiam, si iurgat inquit beneuolorum concertatio, non lis inimicorum iurgium dicitur. Idem. Iurgare lex putat inter se uicinos, non litigare. Hinc fit iurgiosus, hoc est contentiosus, contumeliosus. Obiurgo actiuum, & obiurgor deponens, quod est reprehendo, & obiurgator, hoc est reprehensor, & obiurgatio, hoc est reprehensio inde descendunt.

Iurisdictio est facultas atq̄ potestas iurisdicundi, iurisdicere enim præesse iuridicundo, & legibus gubernare, ac iustitiam ministrare. Ipsa quę iurisdictio etiam forus dicitur in masculino secundum Isidorum li. Etymologiarum. At forum in neutro genere, locum significat ubi ius redditur, quod causæ illuc ferantur. Alij dicunt q̄ iurisdictio est iudicis dandi licentia. De foro uide supra in Forum.

Iurisdictio est potestas de publico introducta, & hæc est quandoq̄ ordinata, & quandoq̄ delegata, Spec. in Rubrica de iurisdict. omnium iudic.

Iurisdictionem ordinariam dat lex princeps & consuetudo Abb. in c. duo simul, de off. ordi. in 3. no.

Iurisdictio ordinaria est fauorabilis, delegata uero odiosa. glo. in cap. 1. de rescrip. libro 6. in uers. Processus. circa finem.

Ius patronatus est potestas præsentandi clericum ad beneficium ecclesiasticum, secūdum b. Tho. 4. sent. dist. 25. q. 3. art. 11.

Iuspatronatus laicis conceditur, ut citius inducantur ad fundandum, uel dotandum ecclesias glo. in extraua. glo. 22. suscepti regiminis de elect. uer. uel personis.

Iustitia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



Iustitia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

IVstitia Δικαιοσύνη ης ἡ. & Δικαίου ου ὁ iustus & Δικαίως iuste dicitur. Est autem iustitia habitus per quem iustorū operationes fiunt, per quem agunt & uolunt res iustes, secundum Arist. lib. 5 Ethicor. Iustitia est uirtus qua singuli sua secundum leges possidēt, secūdum Ari. lib. 1. Rheto.

Iustitia est uirtutum præclarissima, & ipsa est omnis uirtus, secundum Ari. lib. 6. Ethicorum.

Iustitia est splendor magnus ex quo uiri boni nominātur. Cuis munus primū est ne cui quis nocet, nisi lacessitus iniuria. Deinde ut cōmunibus pro cōmunibus utatur, priuatis ut suis, secundum Ciceronem libro pri. Officiorum.

Iustitia est habitus animi cōmuni utilitate conseruatus suam cuique tribuens dignitatē. Eius partes sunt religio, pietas, gratia, uendicatio, obseruantia, ueritas, secundum Ciceronem libro secundo Rhetoricorum.

Iustitia eti æquitas ius unicuique rei tribuens pro dignitate cuiusq; sēdm Cicero. lib. 3. Rheto.

Iustitia est seruare unicuiq; quod suum est. De iustitia ueniunt, innocentia, amicitia, cōcordia, pietas, religio, affectus, hūanitas his uirtutibus uir bonus primū sui, atq; deinde reipub. rector efficitur, secundum Macrobium.

Iustitia est constans & perpetua uoluntas ius suum cuiq; tribuens, secundum Vlpianum.

Deutronomij ca. 16.

Quod iustum est, iuste exequere.

Dauid Psal. 91.

Iustus ut palma florebit, sicut cedrus libani multiplicabitur. *Idem Psalm.* 96.

Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Lætamini iusti in domino, & confitemini memoriæ sanctificationis eius. *Idem* 105.

Beati qui custodiunt iudicium, & faciūt iustitiam omni tempore. *Idem* 111.

In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. *Prouerb. ca.* 4.

Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit, & crescit usq; ad perfectam diem.

Ibidem cap. 10.

Nil proderunt thesauri impietatis, iustitia uero liberabit a morte. Non affliget dominus fame animam iusti, & insidias impiorū subuertet.

Ibidem.

Benedictio domini super capit iusti, os autem impiorum operit iniquitatē. Memoria iusti cū laudibus, & nomen impiorum putrescet.

Ibidem.

Opus iusti ad uitam, uia autem impij ad peccatum. *Ibidem cap.* 16.

Initium uitæ bonæ facere iustitiam, accepta est apud deum magis quām immolare hostias.

ibidem cap. 20.

Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios relinquit.

Ecclesiastes cap. 7.

Iustus perit in iustitia sua, & impius multo uiuit tempore in malitia sua. Noli esse iustus multum neq; plus sapias, cur neq; necesse est, ne obstupescas. *Ibidem.*

Bonum est te sustentare iustum, sed & ab illo ne subtrahas manum tuā, quia qui timet deum nihil negligit. *Ibidem.*

Non est enī homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. *Sapientiæ. ca.* 1.

Diligite iustitiam qui iudicatis terram.

Ibidem.

Iustitia enī perpetua est & immortalis, iniustitia aūt mortis acquisitio. *Ibidem cap.* 3.

Iustorum autem animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis.

Ibidem cap. 4.

Iustus aūt si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. *Ibidem ca.* 5.

Stabunt iusti in magna cōstantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. *ibidem ca.* 6.

Qui enī custodierint iustitiā iuste iudicabuntur, & q didicerint iusta, inuenient quid respondeant. *ibidem ca.* 8.

Et si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habēt uirtutes. *Ecclesiastici.* 4.

Pro iustitia agonizare & usq; ad mortē certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te inimicos tuos. *ibidem ca.* 10.

Regnum ā gente in gentē transfertur propter iniustitias & iniurias, & contumelias ac diuersos dolos. *Ioannes apostolus.* 1. *ca.* 2.

Omnis qui facit iustitiam ex deo natus est.

August. de Vera religione.

Hæc est uera iustitia q̄ potius potiora, & minus minora diligimus. *ibidem.*

Nimia iustitia incurrit peccatum, temperata iustitia facit perfectos, salsitudinem correctiōis amor Chri temperet, & dilectionē proximi saliustitiæ condiat.

Idem ad Macedonium.

Hoc certe alienum non est quod iure possidetur, hoc autē iure quod iuste, & hoc iuste, quod bene. Omne igitur q̄d male possidetur alienum est. Male autem possidet qui male utitur.

Idem de agone Christi.

Humana iustitia diuinæ iustitiæ comparata iniustitia est, quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur, sed in solis radium posita tenebrat.

Hieron. ad Demetriadem.

Omnes uirtutum species uno iustitiæ nomine continentur. *ibidem.*

Homo deo suppositus iustitiā percipit, comparatus amittit. Quia quisquis se autori bonorum comparat, se quod acceperat priuat.

Idem in epistola ad filiam Mauritij.

Iustitia non aliud est cur neq; non peccare, non peccare enim est præcepta legis seruare. Præceptorū legis obseruatio duplici genere obseruationis custoditur, ut non eorum quæ prohibentur facias, & cuncta quæ iubentur impleas.

Idem ad Rusticum monachum, & habetur de Pœ. dist. 3 *Septies.*

Septies in die cadit iustus & resurgit. Si cadit, q̄

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

modo iuſtus? ſi iuſtus quomodo cadit? ſed iuſti uocabulum non amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit, & non ſolum ſepties, ſed etiã ſeptuagieſieſſepties delinquenti, ſi cõuertatur ad pœnitentiam, peccata donantur, cui plus donatur plus diligit.

Ambroſius de Officijs.

Iuſtitia eſt quæ nihil alienũ uendicat, quę cui libet dat quod ſuũ eſt, q̃ negligit propriã utilitatem, ut ſeruet cõmunem æquitatẽ, & ſecundũ ipſum prima iuſtitia in deũ, ſecunda in patriã. tertia in parentes, quarta in oẽs. *ibidem.*

Sapienti & iuſto totus mundus diuitiarũ eſt. Iuſtus cõmunia pro ſuis habet, & ſua pro cõmunibus, iuſtus ſe metipſum cũ priuſq̃ alios accuſat. ille eñ eſt iuſtus qui nec ſibi parcit, nec alteri, & occulta ſua latere non patitur. *Ibidem.*

Male ſe rectũ putat, qui regulã ſummę rectitudinis ignorat. *Idem lib. de Paradiſo.*

Iuſtitia magis alijs q̃ ſibi prodeſt, & utilitates ſuas negligis, cõmunia emolumẽta pręponens. *Idem in Hexameron.*

Vbi prudẽtia, ibi & malitia, ubi fortitudo, ibi iracundia, ubi tẽperantia, ibi patiẽtia, plerunq; autẽ alia uitia. Vbi aũt iuſtitia eſt, ibi cõcordia eſt cæterarum uirtutum. Non enim per ſe pars eſt iuſtitia, ſed quaſi mater eſt omnium.

Gregorius lib. 5. Moralium.

Sæpe ipſa noſtra iuſtitia ad examen diuinæ iuſtitiæ deducta iniuſtitia eſt, & ſordet in diſtrictione iudicis, quod in æſtimatione fulget operantis. *Ibidem.*

Sancti uiri quando cum perſonis minoribus contentionum negotia ſubeunt, dum grauare uel in minimis nemẽt, ipſi cõtra iuſtitiam grauari nequaquam refugiunt.

Ibidem.

Sicut nonnunquã grauius eſt peccatũ diligere q̃ perpetrare, ita nequius eſt odiſſe iuſtitiam q̃ non feciſſe. *Idem libro 8.*

Iuſti nec oblata bona pro magno ſuſcipiunt, nec illata mala ualde pertimeſcunt, ſed cum bonis præſentibus utantur, uentura mala metuũt, & dum malis præſentibus gemunt, bonorũ ſequentium amore conſolantur, licet temporali refoueãtur ſubſidio, ſicut uiator utitur ſtabulo quãdo pauſat, & recedere feſtinat, quieſcit corpore, ſed aliud tendit mente, nonnunquã tamẽ & aduerſa perpeti appetunt, & in tranſitorijs proſperare refugiunt, ne delectatione itineris à patria retardentur, ne greſſum in uia peregrinationis figant, & quandoq; ut ad aſpectum cœleſtis patriæ ſine mora perueniant gaudent deſpici, nec dolent neceſſitatibus affligi.

idem in Regiſtro.

Summum bonum in rebus eſt iuſtitiam colere, ac unicuiq; ſua iura ſeruare, & ſubiectis non ſinere quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquum eſt cuſtodiri. *ibidem.*

Turpe eſt mihi defendere, quod nõ cõſtat mihi iuſtũ eſſe, quia ego homines propter iuſtitiã diligo, non aũt iuſtitiam propter homines poſt pono. *Bernard. in ſer. de aduentu.*

Iuſtitia eſt uirtus quæ ſuum cuiq; tribuit. Redde ſuperiori ſiue prælato obedientiam ſiue reuerentiã, quarũ altera cordis, altera corporis eſt. Neq; enim ſufficit exterius obtemperare maioribus noſtris, niſi ex intimo cordis affectu ſimiliter de eis ſentiamus.

Caſſiodorus ſuper illud Pſal. Et operatur iuſtitiã.

Iuſtitia non nouit patrum, nõ nouit matrẽ, ueritatẽ nouit, perſonã non accipit, deũ imitat.

Boetius de Conſolatione libro 1, proſa. 4.

Sed eſſe apud cæteros tutior debui, qui mihi amore iuſtitiæ nihil apud aulicos, quo eſſe tutior obſeruaui. *Idem libro pri.*

Obtemperare iuſtitiæ ſumma libertas eſt.

Lactan. Firm. lib. 5. Diuin. inſtitu. aduerſus gẽtes.

Nunc de iuſtitia q̃ aut eſt ſumma uirtus, aut fons uirtutis, quam non modo philoſophi quæſierunt, ſed poetæ quoq; qui priores multo fuerunt. Hi plane intellexerunt abeſſe hanc à rebus humanis, eamq; finxerunt offenſam uitijs hominum, receſſiſſe à terra, in cœlumq; migraſſe, ſed imprudẽtes poetæ eam ad cœlum cõfugiſſe ad Iouis regnum cecinerunt. In conſpectu eñ omnium iuſtitia eſt. Suſcipite ſi poteſtis, eamq; in domicilio ueſtri pectoris collocate. Efficte æqui ac boni, & ſequit uos ſua ſponte iuſtitia quam quæritis. Deponite omnẽ malam cogitationẽ de cordibus, ueſtris, & ſtatim uobis tẽpuſillum aureum reuertetur, q̃ aliter conſequi nõ poteſtis, q̃ ſi deum colore cœperitis. Cuius quidẽ iuſtitiæ quaſi uenæ ſunt pietatis & æquitatis, his enim duobus fontibus cõſtat tota iuſtitia. Nã fides, temperantia, probitas, innocentia, integritas, & cætera eiuſmodi uel natura, uel inſtitutione parentum poſſunt eſſe in his hominibus qui iuſtitiam neſciunt. *ibidem.*

Denicq; ut concludã diſputationem, nõ poſſe eum ſtultum eſſe ac iuſtũ & eundẽ ſapientẽ & iniuſtũ docet ipſa ratio. Qui eñ ſtultus eſt, qđ ſit bonum ac iuſtũ neſcit, & ideo ſemp peccat. Ducit enim quaſi captiuus à uitijs, nec reſiſtere ullo modo poteſt, quia caret uirtute quã neſcit. Iuſtus aũt ab omni peccato ſe abſtinet, q̃d aliter facere non poteſt, q̃ ſi habeat praui rectiq; notitiam. Rectum aũt diſcernere à prauo q̃ poteſt niſi ſapiens? Ita fit ut nunquam poſſit iuſtus eſſe qui ſtultus eſt, neq; ſapiens qui fuerit iniuſtus.

Cyprianus de 12 abuſionibus.

Iuſtitia regis pax eſt populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimẽtum gentis, cuſtia languorum, gaudium hominum, temperies aeris, ſerenitas maris, terræ fœcũditas, ſolatium pauperũ, hæreditas filiorum, & ſibimetipſi ſpes futuræ beatitudinis.

Anſelmus libro Cur deus homo.

Iuſtitia eſt animi libertas tribuens unicuiq; ſuã propriam dignitatem, maiori reuerentiã, pari cõcordiam, minori diſciplinam, deo obedientiam, ſibi ſanctã monitã, inimico patientiã, egeno ope-

operosam misericordiam.

Aristotelis lib. 5. Ethicorum.

Præclarissima uirtutū est iustitia, neq; hesperus neq; lucifer est ita admirabilis.

idem cap. 5.

Iustitia est habitus secundū quem iustus dicit operatiuus secundum electionem iusti, nō est iustitia ad seipsum. *idem libro 1. Politicorum.*

Sicut optimum animaliū est homo lege fruens, sic pessimum animaliū est homo a lege & iustitia separatus. *Ibidem.*

Sæuissima iustitia est habens arma.

idem libro 1. Politicorum.

Sine iustitia impossibile est habitari ciuitatē.

idem lib 3. cap. 7.

Communicatiuam uirtutem dicimus esse iustitiam, cui necessarium est omnes alias assequi.

idem cap. 19.

Iustum quærentes medium quærunt.

idem lib. 5.

Politiæ maximæ dissoluunt̄ ꝓpter iusti transgressionem. *idem lib 5 cap. 6.*

Quod iustum est æquale uidetur esse.

idem lib. 6 cap. 2.

Semper quærunt ꝙ iustum & æquale est, qui minores sunt, præeminentes autem nihil curāt.

idem lib. 2. Topicorum.

Iustitia regentis est utilior subditis ꝙ fertilitas temporis *ibidem.*

Quod iuste fit, sciēter fit, quod uero iniuste ignoranter. *idem lib. 3.*

Si omnes essent iusti nō utilis esset fortitudo, sed si omnes fortes essent adhuc utilis iustitia esset, ergo melior iustitia ꝙ fortitudo.

idem magnorum Moralium li. 1. cap. 41.

Melius est iustum quod secundum naturā est eo quod est secundum legem. *idem cap. 64.*

Iniustum pati lædi est.

Plutarchus in Apophteg.

Agesilaus cum de fortitudine iustitiaq; rogaretur utra esset melior?

εὐδὲν φέλος ἀνδρείας ἔφασκεν εἶναι, μὴ παρούσης δικαιοσύνης, εἰ δὲ δίκαιοι πάντες γένοιντο μηδὲν ἀνδρείας δεησόμεθα. id est, *Nulla inqt fortitudinis ē utilitas, nisi adsit iustitia: imo si iusti omnes essemus, fortitudine nequaq̄ indigeremus.*

Cicero libro 1. Officiorum.

Meminerimus aūt etiam aduersus infimos iustitiam esse seruandam. Est autem infima cōditio ac fortuna seruorum, quibus nō malæ præcipiunt, qui ita iubent uti mercenarijs ad opera præbenda & iusta exhibenda. *ibidem.*

Cum autem duobus modis. i. aut ui aut fraude fiat iniuria, fraus quasi uulpeculæ, uis leonis uidetur, utrumq; ab homine alienissimū est, sed fraus odio digna maiore. Totiꝰ autem iustitiæ nulla capitalior est ꝙ eorum, qui cum maxime fallunt id agunt, ut uiri boni uideantur.

ibidem.

Iustitia hęc una uirtus sola domina omniū & regina uirtutum. *ibidem.*

Fundamentū autē iustitiæ est fides. i. dictoq;

conuentorumq; constantia & ueritas. *ibidem.*

Iustitiæ munus primū esse, ut ne cui qs noceat, nisi lacessitus iniuria. *ibidem.*

Ea animi elatio quæ cernit̄ in periculis aut laboribus, si iustitia uacat, pugnatq; non pro salute communi, sed pro suis cōmodis in uitio est: Itaq; probe diffinitur à Stoicis fortitudo, cum ea am esse uirtutē dicunt pugnantē pro æquitate.

ibidem.

Præclarum illud Platonis, scientia est quæ remota à iustitia calliditas potius ꝙ sapiētia ē appellanda. *ibidem.*

Difficile est autem cum præstare omnibus cōcupieris, seruare æquitatē, quæ est iustitiæ maxime proxima. *ibidem.*

Et iusta oīa decora sunt, iniusta omnia contra sic indecora sunt ut turpia. *ibidem.*

Prudentia sine iustitia nihil ualet ad faciendā fidem. *ibidem.*

Iustitia sine prudentia multū poterit, sine iustitia nihil ualebit prudentia. *ibidem.*

Tanta uis est iustitiæ, ut ne illi quidē, qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine ulla particula iustitiæ ciuere. *ibidem.*

Qui igitur adipisci ueram iustitiæ gloriā uolent, iustitiæ fungantur officijs. *ibidem.*

Sublata beneficia, liberalitas, bonitas, iustitia funditus tolluntur, quæ qui tollūt etiam aduersus deos immortales impij iudicandi sunt.

idem libro de amicitia.

Facile est iustitiā homini iustissimo defēdere.

ibidem.

Fundamentum est ꝓpetuæ cōmendationis & famæ iustitia, sine q̄ nihil potest esse laudabile.

ibidem.

Nihil est honestum, quod iustitia uacet.

idem 1. libro de legibus.

Nihil est ꝓfecto præstabilius quàm plane intelligi nos ad iustitiā esse natos, neq; opinione, sed natura esse constitutum ius: & iam patebit, si hominum inter ipsos societatem cōiunctionēq; prospexeris. *ibidem.*

Etenim omnes uiri boni ipsam æquitatem & ius ipsum amant, nec est uiri boni errare, & diligere ꝙ per se non sit diligendū & colēdum. Per se igitur ius est expetendum & colēdum, quod si ius, etiam iustitia, sic & reliquæ quoq; uirtutes per se colendę sunt. *ibidem.*

Iustitia nihil expetit præmij, nihil pretij, ꝓ se igitur expetitur. *ibidem.*

Quod si amicitia ꝓ se colēda est, societas quoq; hoīm & æqualitas & iustitia ꝓ se expetēda sunt, ꝙ ni & ita est, omnino iustitia nulla est. Id em̄ in iustissimū ipsum ē, iustitiæ mercedē quærere.

idem lib. 1. de finibus bonorum & malorum.

Inuitat igitur uera ratio bene sanos ad iustitiam, æquitatem fidemq;.

idem libro 2 de finibus bonorum & malo.

Quam multa uero iniuste fieri possunt, quæ nemo possit reprehendere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem libro de Natura deorum.

Iuſtitia ſuum cuiq; diſtribuit.

idem Rethoricorum ueterum lib. 2.

Iuſtitia eſt habitus animi communi utilitate ſeruatus, ſuam cuiq; tribuens dignitatem. Initium iuſtitiæ eſt à natura profectum, deinde quædam in conſuetudinē ex utilitatis ratione uenerunt. Poſtea res & à natura profectas & à cōſuetudine probatas legum metus & religio ſanxit.

Saluſtius in Catilinario.

Omnes hoīes qui de rebus dubijs conſultāt, ab odio, ira, amicitia atq; miſericordia uacuos eſſe decet. Haud facile animus uerum prꝙuidet, ubi illa officiunt. *ibidem.*

Labore & iuſtitia reſpublica eſt.

Vale. Maxi. lib. 6. tit. de Seueritate.

Iam Cambyſes inuſitatæ ſeueritatis qui mali cuiuſdam iudicis ex corpore pellem detractam ſellæ intendit, in eaq; filium eius iudicaturū conſidere iuſſit. Cæterum & rex & barbarus atrocí ac noua pœna iudicis, ne quis poſtea corrumpi iudex poſſet, prouidit.

idem libro 6. tit. de Iuſtitia.

Timochares Ambraciēſis Fabritio cōſuli pollicitus eſt ſe Pyrrhum ueneno per filiū ſuum, q potionibus præerat, necaturum. Ea res cum ad ſenatum delata eſſet, miſſis legatis Pyrrhū monuit, ut aduerſus huius generis inſidias cautius ſe gereret. Memor urbem à filio Martis condítam, armis bella non uenenis gerere. Timocharis aūt nomē ſuppreſſit, utroq; modo æquitatē amplexus, quia nec hoſtē malo exemplo tollere, neq; eum qui bene mereri paratus fuerat prodere uoluit. *Ibidem.*

Nihil illis etiā iuſtitiæ exemplis fortius. Seleucus urbe Locrenſiū à ſe ſaluberrimis atq; utiliſſimis legibus munita, cū filius eius adulterij crímine dānatus ſecundū ius ab ipſo conſtitutum utroq; oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorē patris neceſſitatē pœnę adoleſcentulo remitteret, aliquādiu repugnauit. Ad ultimum precibus populi euictus ſuo prius, deinde filij oculo eruto, uſum utriq; uidēdi reliquit. Ita debitum ſupplicij modū legi tradidit æquitatis, admirabili temperamento ſe inter miſericordem patrem, & iuſtum legislatorem partitus.

Ex primo Epigrammaton.

ἀνδροφόνῳ πατρὸν φαρὰ τειχιοφ ὑπνώοντι
σύκτὸσ ἔπεσῆναι φασι σάρασπιν ὄναρ:
καὶ χρησμωδῆσαι, κατακειμένῳ οὕτῳ, ἀνίσω,
κῶλκειμῶ μετακᾶσ ὦ τάλασ ἄλλαχόθι.
ἔνθε λιγυποισθείσ, μετέβη τὸ δὲ σαθρὸν ἐκεῖνε
τοχίον, ἐξαίφνησ ἐυὴὸσ ἔκειτο χαμαί.
σῶσρα δ' ἔωθεν ἔδε θεοῖσ χαίρων ὁ κακῦργοσ,
ἤλιεσθαι νομίσασ τὸν θεὸν ἀνδροφόνοισ.
ἀλλ' ὁ σάρασπισ ἔχρησε πάλιν διὰ νυκτόσ ἐπισάσ,
κῶδ σῶαι μελλοκείσ ἄθλιε τῶν ἀλίκων.
τὶ μὲ νῦν σεμεθῆκα θανεῖν, θάνατον μὲν ἄλυτον
νῦν ἔφυγεσ σαυτῷ δ' ἰοῦσι φυλακτόμενοσ. hoc eſt,

Homicidæ ruinoſum iuxta murum dormienti,
Nocte aſtitiſſe aiunt Serapin in ſomnijs.
Et uaticinatum fuiſſe iacens tu ſurge,
Et iace mutatus o miſerabilis alio.
Hic aūt excitatus mutauit locum, marcidus autem ille
Murus de repente ſtatim iacuit humi.
Præmia redēptionis aūt mane ſacrificauit dijs gaudens,
Delectari putans deum homicidáis. (*malignus.*
Sed Serapis uatiticinatus eſt rurſus per noctem aſtans,
Curam habere me putas miſer iniuſtorum?
Niſi nunc te permiſi mori, mortē quidem ſine triſtitia.
Nunc effugiſti, cruci ſcias te aſſeruari.

Extertio Epigrammaton.

ὄμμα δίκησ κατορᾷ πάντα τὰ γιγνομένα id eſt,
Oculus iuſtitiæ inſpicit omnia quæ fiunt.

Heſiodus.

ἦ δίκη τε παρθένοσ ἐσὶ διόθεν ἐκγεγαῶσα
κυδρή τ' ὀσιδοίη τε θεοῖσ' ὃ ὄλυμπον ἔχουσιν.
καὶ ἑ ὁπότ' ἂρ τίσ μιν βλάπτῃ σκαλιδρὸν ἐνοτάζων,
αὐτίκα παρ' Διῒ πατρὶ καθεζομένη κρονίωνι,
γηρύετ' ἀνθρώπων ἀδίκον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ
δῆμοσ ἀτασθαλίαι βασιλήων, οἳ λυγρὰ νοεῦντεσ'
ἄλλη παρακλίνασι δίκασ σκολιῶσ ἐνέποντεσ. id eſt,

Ipſa autem iuſtitia eſt uirgo ex Ioue nata,
Caſtaq; uenerandaq; deis qui olympum habitant.
Et quando quis ipſam læſerit oblique damnans,
Statim apud Iouem patrem ſedens Saturnum,
Dicit hominum iniuſtam mentem, donec ſoluat
Populus iniuſtitias regum, qui mala ſentientes
Alia inclinant iuſtitias oblique loquentes.

Menander.

ἀνδρὸσ δικαίου. καρπόσ ἀπόλλυται. id eſt,
Viri iuſti fructus non perit. *idem.*
ἀνὴρ δίκαιοσ ἐσὶν, οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν
ἀλλ' ὃσ τισ ἀδικεῖν δυνάμενοσ οὐ βούλεται. id eſt,
Vir iuſtus eſt, non qui non iniuria afficit,
Sed qui iniuria afficere potens non uult.
idem.
βίοσ δικαίοσ γίνεται τέλοσ καλόν. id eſt,
Vitæ iuſtæ fit finis bonus. *idem.*
δίκαιοσ ἁγασοσ, συμμάχου τεύξῃ θεοῦ. id eſt,
Iuſta faciens auxiliatorem conſequeris deum.
?dem
τρόποσ δίκαιοσ κτῆμα τιμιώτατον. id eſt,
Mos iuſtus poſſeſſio pretioſiſſima.

Euripedes.

δίκη γὰρ οὐκ ἔνεσ' ἐμ βλεφάροισ βροτῶν. id eſt,
Iuſtitia enim non eſt in oculis mortalium.

Plautus in Amphytrione.

Iuſta ab iniuſtis impetrare non decet.
Iuſta autem ab iniuſtis petere inſipientia eſt,
Quippe illi iniqui ius ignorant neq; tenent.

Terent. in Phormione.

Iudices ſæpe propter inuidiam adimunt diuitĕi, aut propter miſericordiam addunt paupertĕi.

ibidem.

Non rete accipitri tenditur neq; miluio,
Qui bonis malefaciūt nobis illis q nihil faciūt tĕditur,
Quia enim in illis fructus eſt, in illis opera luditur.
Alijs aliunde periculū eſt, unde aliquid abradi poteſt.

Ouid. Amorum lib. 2. elegia 7.

Atq; ego peccati uellem mihi conſcius eſſe.
Aequo animo pœnam qui meruere ferunt.

Horatius Carminum li. 3. ode 3.

Iuſtum & tenacem propoſiti uirum.
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non uultus inſtantis tyranni

Me mit

Mente quatit ſolida, neq; auſter
Dux inquieti turbidus Adriæ.
Nec fulminantis magna manus Iouis.
Si fractus illabitur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

¶ *Perſius.*

Vare re guſtatum digito terebrare ſalinum,
Contentus perages ſi cum Ioue uiuere tendis.

Iuuenalis ſatyra 6.

Paulatim deinde ad ſuperos Aſtrea receſſit,
Hic comite atq; duce pariter fugere ſorores.

IVs græce δίκαιον. n. dicitur. Eſt autem inordinatio ciuilis ſocietatis, ſecundum Ariſtotelem libro Politicorum. Vel ſic:

Ius eſt quod uel natura, uel ciuitas, uel populus, uel gens, uel conſuetudo iubet.

Ius naturale eſt quod ubique eandem habet uim, non quia ſic uideatur, uel non: ſecundum Ariſtotelem ibidem.

Ius naturale eſt commune omnium nationū eo q; ubiq; inſtinctu naturæ, non conſtitutione habetur aliqua, ut habetur diſtin. 1. in princi.

Ius ciuile eſt, quod eſt ſociale ad uitam, ut ſufficiens ſit ad libertatem & æqualitatem, uel ſecundum proportionem, uel ſecundum numerum, ex Ariſtotele libro 5. Ethicorum.

Ius ciuile eſt, quod quiſq; populus uel ciuitas ſibi proprium diuina humanaq; cauſa conſtituit, ut habetur diſtinctione 1. circa princip.

Ius gentium eſt ſedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes, poſthimi nia, fœdera pacis, induciæ, legatorum non uiolandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde ius gentium appellatur, q; eo iure omnes fere gentes utuntur, ut habetur diſtinct. 1. ius gentium.

Ius militare eſt belli inferendi ſolennitas fœderis faciendi q; nexus, ſigno dato egreſſio in hoſtem, uel pugnæ commiſſio. Item ſigno dato receptio, ut habetur diſtinct. 1. ius militare.

Ius primo impoſitū eſt ad ſignificādum rem iuſtam. Secundo autem qua cognoſcitur. Tertio locum. Quarto id quod redditur à iudice. Ex b. Thoma ſecunda ſecundæ q. 57. arti. 1.

Ius & æquitas ſic differunt, q; ius oia recta & inflexibilia exigit, æquitas uero eſt quæ de iure multū remittit, ſecundū Donatum ſup Terent.

Ius & fas qūo differunt, uide ſupra in Fas.

Ius & lex differunt, quia ius generale nomen eſt, lex uero iuris eſt ſpecies, ſecūdum Iſidorum lib. Etymologiarum, & habetur diſt. 1. prin.

Ius patronatus eſt poteſtas præſentandi clericum ad beneficium eccleſiaſticum, ſecundum b. Thomam 4. Senten. di. 25. q. 3. articulo 2.

Iuſtificatio græce δικαίωμα. ατος. τ. & δικαόω iuſtifico dicit. Eſt autem iuſtificatio iuſtificationis correctio, ſecundum Ariſto. libro 5. Ethico.

Iuſtificatio nominatur à iuſtitia, ut dicit rectitudinem ordinis hominis ad deum, & partium hominis inter ſe, non autem à iuſtitia particulari uel legali, ſecundum beatum Thomam, prima ſecundæ q. 100. articu. 2.

IVuentus græce νέότης. ητος. & ῆβη. ης. iuuenis dicitur. Eſt autem iuuentus primæ refrigeratiuæ particulæ augmentatio, ſecundum Ariſt. lib. de morte & uita. Iuuenis eſt qui adoleſcentium ætatem exceſſit, ut Marcellus teſtatur, dicit à iuuando, quod ea ætas maxime ſit ad laborem tolerandum apta, hinc iuueneſco. i. iuuenis fio.

Iuuentus nonnunq; ipſam ætatē iuuenilem ſignificat, interdum frequentiam iuuenum.

Homerus in Odyſſeæ.

αἰδὼς δ' ἔυ νέον ἀνδρα γεραίτερον ἐξερεεσθε. id eſt,
Pudor certe iuuenem uirum ſeniorem interrogare.

Menander.

ἀκμὴ τὸ σύνολον οὐδὲν ἄνθους διαφέρει. id eſt,
Vigor iuuentutis penitus nihil a flore differt. *idem.*
μίμνησο νέος ὢν ὡς γέρων ἔσῃ ποτέ. id eſt,
In memoriam redige iuuenis exiſtens, q; ſenex eris quandoq;. *idem.*
νέος πεφυκως πολλὰ χρηστὰ μάνθανε. id eſt,
Iuuenis exiſtens multa bona diſce. *idem.*
νεῳ δὲ σιγᾶ μᾶλλον, ἢ λαλεῖν πρέπει. id eſt,
Iuueni autem magis tacere, q; loqui conuenit.

De hac materia uide ſupra in Adoleſcentia.

LAbor græce πόνος. ου. & πονέω laboro dicit. Eſt aūt labor functio quædam, uel animi uel corporis grauioris operis, uel muneris, ſecundū Cic. li 2. Tuſc. q. Antiqui dicebant labos ſicut honos, lepos, hinc laboro uerbum deducitur, quod nonnunq; ſignificat fatigor, & cum labore ago, & metaphoricos male habeo, quare laborare febre, laborare doloribꝰ iliacis, laborare podagra, & huiuſmodi dicimus. Interdum idem eſt quod conor & enitor, quod etiā ſignificat eius compoſitum elaboro. Item illaboro quod eſt labore uaco. Differunt aūt inelaboratum & illaboratum, quod inelaboratum dicitur quod non ſatis artificio excultum eſt: illaboratū uero quod ſine labore uidetur factū. Illud uitio dari ſolet, hoc laudi. Aliquando laborare eſt cōponere. Vir. Arte laboratæ ueſtes. i. compoſitæ, hinc laborioſus, laboris ſuſtinēs, & laborioſum quod multo labore perfectum eſt.

Geneſis 3.

In labore comedes ex cūctis diebus uitæ tuę.

Ibidem.

Multiplicabo ærūnas tuas & conceptus tuos.

Iob 15.

Homo naſcitur ad laborem.

Paulus ad Theſſaloni. 3.

Qui non uult laborare non manducet.

Idem ad Corinth. 1 cap. 3.

Vnuſquiſq; autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. *Lucas.*

Dignus eſt enim operarius mercede ſua.

Auguſtinus libro de Virginitate.

Diuerſis feminibꝰ pectoris tui colles, ſerenūcas limonijs mediocrib. nūc ieiunijs parcioribꝰ, lectiōe, opę, p̄ce, ut mutatio laboris, induciæ ſint getis. *Gre. Max. Syrac. epiſ. & ha. 12. q². Charitatē.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Iustum nanq; est, ut illi consequantur stipendium, qui pro tẽpore suum cõmodare reperiuntur obsequium. *Idem 5. Moralium.*

Non desinatis in labore persistere, quia sublevatio laboris est uitio colloborantis.

Idem 19. Moral. & hab. distin. 47. Omnes.

Oẽs huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cælestibus debiles. Nam pro tẽporali gloria usq; ad mortẽ desudare appetunt, & pro spe perpetua nec parũ in labore quidẽ subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cælesti mercede uel tenuissimi uerbi ferre contumeliã recusant. Terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione uerõ coram domino uel unius horæ momẽto lassantur. Sæpe nuditatem, deiectionem, famem p acquirendis diuitijs atq; honoribus tolerant, & earum rerum spe se per abstinentiã cruciant, ad quas adipiscendas festinant. Superna autem laboriose quærere, tanto magis dissimulant, quãto magis ea retribui tardius putant.

Leo Papa in ieiunio septimi mensis.

Libentius suscipitur labor pro desiderio uoluntatis, q̃ pro amore uirtutis.

Seneca epistola 1.

Generosos animos labor nutrit, laborẽ si recuses parum esse potes, non est uiri timere sudorem. *Idem libro de Prouidentia.*

Quis uir est qui non est erectus ad honesta, q̃ non est laborisiusti appetens, qui non ad officia cum periculo sit paratus. *Ibidem.*

Nihil infelicius, (ait Democritus) eo cui nil aduenit unq̃ aduersi. Nõ licuit illi se expiare. Male de illo dij iudicauerũt. Indignus uisus est à quo uinceret aliquando fortuna, quæ ignobilissimũ quenq; refugit, cõtumacissimum. i. fortiter obuiantem quenq; & rectum aggreditur aduersus quem uim suam intendat, ignem experit in Mutio, paupertatẽ in Fabricio, exilium in Rutilio, uenenum in Socrate, mortem in Catone.

Cicero 5. Tusculan quæst.

Socratem ferunt, cum usq; in uesperam contentius ambularet, quæsitum q̃ esset ab eo, quare id faceret, respondisse, quod melius cœnaret, obsonare ambulando famem.

Ibidem lib. 2.

Leges Lycurgi laboribus erudiunt iuuentutem, uenando, currendo, natando, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando.

Idem libro 1. de Oratore.

Iustus ac honestus labor honoribus, prẽmijs, splendore decoratur.

Idem liu. de Finibus bono. & malo. princi.

Nam ut Terentianus Chremes non inhumanus, qui nouum uicinum non uult fodere, aut arare, aut aliquid ferre denicq;, non illum ab industria, sed ab illiberali labore deterret.

Ibidem.

Quis nostrum exercitationem corporis suscipit laboriosam, nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur. *Ibidem libro 2.*

Suauis est laborũ præteritorum memoria. *Salustius in Iugurtha.*

Audiui sæpenumero à sanctis uiris mũditiã mulieribus, laborem uiris conuenire, hominibus bonis oportere plus gloriæ q̃ diuiciarum esse. *Phocylides.*

βουλίην ἄνευ καμάτοιο πέλει ἀνδράσιν ἐυπετέες ἔργον
βουλὴ δ' αὐτοῖς μακάρεσι. πόνος δὲ βροτῆν μέγ' ὄφελος. id est,

Nullum sine labore est hominibus facile opus,
Neq; ipsis beatis. Labor uirtutem ualde iuuat.

Menander.

ἔργοις φιλόπονος ἴσθι μὴ λόγοις μόνον. id est,

Opibus laboriosus sis, nõ sermõibus solũ. *idẽ.*

ἐν μυρίοις τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις. id est,

In infinitis pulchra fiunt laboribus. *idem.*

μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν. id est,

Laborare necesse uolẽtibus fortunatos esse. *idẽ*

φιλόπονος ἴσθι, καὶ βίου κτῆσιν καλήν. id est,

Laboriosus sis, & uitã acq; res pulchram. *idẽ.*

ὡς ἥδιον τοῖς σοφοῖσι μεμνῆσθαι πόνων. id est,

Quã suaue sapiẽtibus recordari laborẽ. *Euripid.*

μοχθεῖν δὲ βροτοῖσιν ἀνάγκη. id est,

Laborare autem mortalibus necesse est.

Sophocles.

ἰδοὺ πόνος τοι χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ. id est,

Vide, labore quidem sine, nihil bene succedit.

Virgilius libro 1. Georg.

-Labor omnia uincit
Improbus, & duris urgens in rebus egestas.

Idem 1. Aeneidos.

O passi grauiora, dabit deus his quoq; finem.

Ibidem.

-Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. *ibidem.*

Durate, & uosmet rebus seruate secundis.

Horat. libro 1. Epistolarum, epist. 1.

Non possis oculo quantum contendere Lynceus.
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.
Et quia desperes inuicti membra Glyconis.
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.
Est quondam prodire tenus, si non datur ultra.

Ouidius libro Artis.

Dum uires animiq; sinunt tolerare labores,
Iam ueniet tacito curua senecta pede.

Horat Sermon. 1. satyra 9.

-Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Martialis lib. 1. ad Lucium.

Insteriles campos nolunt iuga ferre iuuenci.
Pingue solum lassat, sed iuuat ipse labor.

C. Manilius Astronomiæ suæ libro 1.

-Longa dies acuit mortalia corda
Et labor ingenium miseris dedit, & sua quenq;
Aduigilare sibi iussit fortuna premendo.

Lac græce γάλα, ακτος, τὸ, & γαλακτοτροφέω lacte alo dicitur. Est aũt lac sanguis cõcoctus, non corruptus, secund. Arist. li. 4. de gene. & corru. Ab hoc nomine γάλα dicitur Galaxias circulus in cælo, quẽ Ouid. 1. Metamorp. uocat lacteam uiam dicens;

Est uia sublimis cælo manifesta sereno,
Lactea nomen habet candore notabilis ipso.

Est aũt galaxias siue galactites ignis purus, propinquus orbi, inflãmatus & lucid⁹, in quo loco sunt

ſunt paruæ ſtellæ, multæ ſcilicet ſpiſſæ, & magnæ, propinquæ & luminoſæ, ex cõiunctione luminis ſtellarum ſibijnuicem ſuſcipientium, & ſplendore ſolis inſuper adiuncto lumine ignis puri & inflammati, uidetur lumẽ oblõgum. Et quia ſunt ſtellæ fixæ in cœlo, propterea uidet in uno loco orbis non recedens ab eo, ex Alberto magno ſuper lib. Meteororum.

LAchryma græce Δακρύον τὸ & Δακρυόεις ὀντὸς ὁ lachrymoſus, & Δακρυχίω lachrymo quæ uſus obtinuit, ut cum aſpiratione ſcribantur. Eſt autem lachryma humor ex oculis flentium manans. Flere aũt lachrymas fundere, unde fletus quandoq; ſubſtantiuum & quartæ declinatiõis. Enniusꝫ Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu. Interdum adiectiuum eſt, ſcilicet participium à fleor. Virg. Hic multum fleti ad ſuperos. Multum fletos poſuit pro nobilibus, quorũ mortem magna ſequitur lamentatio. Hinc flebilis, dignus qui fleatur. Et flebiliter cum fletu, & compoſitum defleo, quod eſt ualde fleo.

Lachrymæ cauſant ex triſtitia, & aliquando ex affectus teneritate præcipue cum conſiderat delectabile cum triſtabili, ut ex deuotione, ex hea. Tho. ſcc. ſec. q. 82. ar. 4. Terent. O lachrymæ præ gaudio.

A lachryma diminutiuũ fit lachrymula, & lachrymor uerbũ, à q̃ illachrymor & collachrymor: & lachrymabilis, flebilis: & lachrymabundus, flẽs & illachrymabile, hoc eſt fletu indignũ.

Dauid Pſalm. 125.

Qui ſeminat in lachrymis, in exultatiõe metet.

Lucas 6.

Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.

Aug. li. Soli. & hab. de pœni. di. 1. c. Irriſor.

Frequẽter peccans & lugens uix ueniã merebitur. Nihil proſunt lamenta ſi replicantur peccata. Nihil ualet ueniam à malis poſcere, & denuo iterare. *Idẽ ad Proban.*

Abſit ab oratione multa p̃catio, ſed feruens pſeueret intentio. Nam multũ loqui eſt in orando rem neceſſariã ſuperfluis agere rebus. Multũ autem precari, eſt eum qui precat diuturna cordis oratione pulſare: nam plerunq; hoc negotiũ plus gemitibus quàm ſermonibus agit, plus fletu quam affatu. *Hiero. ſup Eſa.*

Oratio deum lenit, ſed lachryma cogit: hæc ungit, illa pungit.

Amb. ſup Lucã, & hab. de pœ. diſt. 1. cap Petrus.

Petrus doluit & fleuit, quia errauit ut homo. Nõ inuenio qd dixerit, ſcio quod fleuit. Lachrymas eius lego, ſatisfactionem non lego. Sed q̃ defendi non poteſt, ablui poteſt. Lachrymæ ueniam non poſtulant, ſed merentur.

Idẽ de obitu Val.

Paſcunt frequẽter lachrymæ, & mentẽ alleuãt fletus, refrigerant pectus, & mœſtũ conſolant. Eſt enim pijs affectibus quædã flendi uoluntas, & ꝑlerunq; grauis lachrymas euaporat dolor.

Gregor. in Paſto. & hab. de pœn. di. 3. Qui admiſſa.

Qui admiſſa plangũt, nec tamen deſerunt, cõſiderare ſollicite ſciant, quia flendo inaniter ſe mundãt, qui piuẽdo ſe nequiter inquinãt, cum idcirco ſe lachrymis lauant, ut mundi ad ſordes redeant. *ibidem.*

Vniuſcuiuſq; mens tm̃ pœnitendo compũctionis ſuæ bibat lachrymas, quantũ ſe à deo memini amiſiſſe per culpas. *Idẽ libro 8. Moral.*

Sæpe q̃ torpentes latuit fletibus innoteſcit, et afflicta mens certius inuenit malum quod fecerat, & reatum ſuum, cuius ſecura nõ meminit, hunc in ſe commota deprehendit.

Idem ſup Ezech. hom. 7. ſup illud. Holocauſtum tuum pingue fiat.

Holocauſtũ ſiccum eſt bonum opus quod orationis lachrymæ nõ infundunt. Holocauſtũ pingue eſt, quando hoc quod bene agitur corde humili etiam per lachrymas irrigatur.

Idẽ ſup Axa filia Caleph.

Irriguũ ſupius accipit anima tua, cũ ſe lachrymis regni cœleſtis deſiderio affligit. Irriguũ uero inferius accipit, cũ inferni ſupplicia flẽdo ꝑtimeſcit. *Ioann. Chryſ. & hab. de pœni. diſt. 1. c. Lachrymæ.*

Lachrymæ lauant delictum, q̃ pudor eſt cõfiteri. *Idẽ ſup Matthæum.*

Sicut poſt uehementes imbres aer mundus ac purus efficit, ita & poſt lachrymarum pluuias ſerenitas mentis ſequitur atq; tranquillitas

Iſido. de ſummo ba. & hc. de pœ. di. 3. c. Irriſor.

Multi em̃ lachrymas indeſinenter fundunt & peccare nõ deſinunt. Quoſdam accipere lachrymas ad pœnitentiã cerno, & affectũ pœnitentiæ nõ habere, quia inconſtantia mẽtis, nõ recordatione peccati lachrymas fundũt. Nũc uero reuiuiſcente uſu ea quæ fleuerũt iterando cõmittũt. Eſaias de peccatoribus dicit. Lauamini mundi eſtote. Lauatur & mundus eſt, qui & p̃terita plãgit, & flenda iterum nõ admittit. Lauatur & nõ eſt mundus qui plangit quę geſſit, nec deſerit, & poſt lachrymas ea quæ fleuerat repetit.

Bernardus ſup Cant.

Lachrymæ pœnitentiũ uinum ſunt angelorũ, quia in illis odor uitę, ſapor gratiæ, guſtus indulgentiæ, ſanitas redeuntis innocentiæ, reconciliationis iucunditas, & ſerenæ coſcientiæ ſuauitas.

Idem de contẽptu mundi.

Fœlices lachrymę quas benigne manus cõditoris abſtergunt, & beati oculi qui in talibus liquefieri elegerunt quàm eleuari in ſuperbiã, q̃ omne ſublime uidere, quàm auaritiæ & petulãtiæ famulari.

Caſſiod. ſup Pſalm. Fuerunt mihi lachrymæ meæ.

Fletus eſt cibus animarũ, corroboratio ſenſuum, abſolutio peccatorũ, refectio mẽtium, lauacrum culparum. *Virg. in Bucolicis.*

Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina riuis
Nec cythiſo ſaturantur apes, nec fronde capellæ.

Horatius in Epodo.

Vos quibus eſt uirtus muliebrẽ tollite luctum.

Ouid de remedio amoris.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Neue puellarum lachrymis moueare caueto,
Vt flerent oculos eruditre ſuos.
Idem in epiſtola ad Demophoonta.
Vidi etiam lachrymas, an & eſt pars fraudis in illis?
Hæ quoq; habent artes, quoq; iubentur eunt.
Idem lib. 3. de Ponto, Elegia ultima.
Interdum lachrymæ pondera uocis habent.
Idem Metamor. lib. 2. fab. 9.
Neq; enim cœleſtia tangi
Ora decet lachrymis.

Lene græce λειον ου ὁ & λαω ἰνω lenio, polio, explano dicitur. Eſt autē lene cuius partes in rectum ſibi iacent, ſecundum Ariſt. lib. Prædicamen.

Læne eſt cuius partes æqualiter porrectæ ſunt ſecundum Gil. Porretanum.

Læne eſt quod tactu nullā aſperitatē habet, transferturq; ad animū, & pro modeſto accipit, à q̄ ſit lenio uerbū; quod eſt mitigo, placo, mulceo. Hinc lenitas, manſuetudo, ſuauitas, quam etiam ueteres lænitudinē dicebāt. Sunt qui uelint læne dictū à lento. Lentū enim inter alias ſignificationes etiā ſignificat tenerū & facile flexuoſum. Virg. Lenta quib⁹ torno facili ſupadidata uitis. Eſt & læne p ducta prima ſyllaba: cp non eſt tactu aſperum. Vt Iuuena. Et pumice lænis t. depilatus, politus, & non aſper. Parū ſignificatione læne & leue diſtare uidetur. A leuis fit leuigo uerbum, quod cōplanō, polio, hinc etiam leuigator & leuigatio deducuntur. Item leuor nomen, cuius contrarium eſt aſpericas.

Lænia eſt idem quod patientia, & eſt pars annexa fortitudini, ſecundū bea. Tho. ſecunda ſecundæ q. 128. uideturq; deduci a λαινοσ ὁ quod eſt lapidæus, qui & λιθινοσ ου ὁ, dicitur.

Lætitia græce ἐυφροσύνη νσ ἡ & ἐυφραίνομαι lætor dicitur. Eſt aūt lætitia geſtiētis animi elatio uoluptaria, ſec. Cic. li. 3. de fini bono. & malo.

Lætitia in animo eſt cōmotio ſuauis iucunditatis in corpore, ſecundū Cic. li. 2. de fini. bonorum & malorum.

Lætitia eſt exultatio quædā animi gaudio efferuentiore euētu rerum expetitarum, ſecundū Aul. Gel. lib. 2, noc. at. cap. 27.

Letitia eſt expreſſio uel affectus interior, ſecūdum quod ipſe affectus dilatatur roboratus & perfectus ex cōiunctione appetitus, diciturq; lætitia quaſi latitia, ex bea. Tho. 2 ſent. di. 49. q. 1. ar. 1, quid autē differat lætor & gaudeo. De hac materia multa uide ſupra in gaudium.

Lamentatio græce θρῆνοσ ου ὁ & θρηνέω lamentator dicitur. Eſt autē lamentatio ægritudo cum eiulatu ſec. Cic. in Retho.

Lamentari eſt uoce querula & triſti oratione cladem ſuam teſtari. A quo lamentum & lamētatio deſcendunt. Lamentor (ut quibuſdā placet) dicitur à lamero quod eſt ſcindo.

Laſciuia græce ἀσελγεια ασ ἡ & ἀσελγήσ ησοσ ὁ ἡ laſcivus, & ασελγαίνω laſcivio dicitur. Eſt autem laſciuia indecens motus diſſoluti animi & corporis, ex intēperantia carnali procedens, ſecundum Caſſio. ſuper Pſalm.

Laſciula mollicies eſt petulantia & nequitia, à laſciuio mollīt ago, & laſciue molliter negtes.

Laſciuus is dicitur qui placere omnibus ſtudet uoluptatis cauſa, nec ob aliud quicquam illud agit. Si uero utilitatē aliquā inde adipiſcitur in pecunijs aut re pecuniaria adulator eſt, ex Ariſtotele 4. Ethico.

Latitudo græce πλάτ ⊖ ε ⊖ τὸ & πλατύσ εοσ ὁ latus dicitur. Eſt autem latitudo dimenſio magnitudinis corporalis, ſecundū bea. Tho. prima ſecundę q. 33. ar. 1.

Latria græca dictio eſt, nam λατρεία ασ ἡ cultus & λατρεύω colo dicitur. Quid autem ſit, uide ſupra in Dulia & Idololatria.

Latro græce λησθσ ου ὁ ἡ & λῃστευομαι latrocinor dicitur. Eſt aūt latrocinari uias diripiendi gratia obſidere. Latrocinium ipſa direptio. Latro uel latrocinator, qui ita diripit. Antiqui eos latrones uocabant, qui circa imperatorem ſe habere cō, ſueuerāt, quos nunc ſatellites uocamus, quaſi laterones à latere. Aliquādo pro uenatore capit. Virg. Fixumq; latronis impauidus frāgit telū. A latrone diminutiuū fit latrūculus à quo latrū. culatores uocantur iudices, qui de latrocinijs & talibus maleficijs cognoſcunt. Latro propriedi urnus eſt, fur autem nocturnus. De hac materia habes ſupra ubi furtum, & infra ubi Rapina.

Laus græce ἔπαν ⊖ ου ὁ uel ἔπαινοσ ου ὁ & ἐπαινέω uel ἀινέω laudo dicitur. Eſt autem laus ſermo elucidans magnitudinem uirtutis, ſecundum Ariſt. lib. 1. & 3. Rhet. & bea. Tho. ſuper Pſal. 17. col 3. Dicitur autem à laudo uerbo, quod aliquando ſignificat uerbis extollo. Hora. Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenem. Aliquando idem quod nomino. Plautus. Id ut ſcias, Iouē ſupremum teſtem laudo. Vnde, illaudatus, qui ne nominari quidem dignus eſt, hoc eſt illaudabilis. Virg. Quis aut Euryſthea durū. Aut illaudati neſcit Buſyridis aras? Quidā tamen putant laudo uerbū à laus deriuari, nomēq; ipſum dici ἀφ' ἧ λαοῦ hoc eſt a populo. Quod proprie laus ſit uox populi de aliquo recta loquentis.

Laus & laudatio ſic differūt, quod laudatio eſt oratio ipſa laudantis, laudes continēs ipſius laudati. Laus uero eſt uirtus ipſa non aliunde proueniens, ſed ſuis nixa radicibus. Virgil. Primam merui qui laude coronā. Hinc laudabile dignū laude: & collaudo, ſimul laudo deducuntur.

Prouerbiorum cap. 27.

Laudet te alienus, nō os tuū, extraneus, & non labia tua. *Aug. de ſerm. Domini in monte.*

Laus humana nō appetitur à ſapiente, ſed ſubſequi debet ſapientē & recte facientē, ut illi proficiant qui etiam imitari poſſunt quod laudāt.

Idem ſuper Pſalm. 5.

Eſſe humilem eſt nolle laudari ſe. Qui ergo ſe laudari appetit, ſuperbus eſſe conuincitur.

Idem ſuper Geneſim.

Apuleius auditoribus ſuis admirantibus doctrinā commendabat, non auiditate conſequēdæ laudis, ſed charitate ſeminandæ ueritatis.

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem ad Dioſcorum.

Ibi eſt à uanitate remota laudatio, ubi etiam uituperatio ad offenſionem ſecura eſt.

Ibidem.

Non laudis huius uires ſentit, niſi qui ei bellū indixerit, quia & ſi cuiq; facile eſt laude carere dum negatur, difficile eſt eam non delectari dum offertur. *Idem ad Voluſianum.*

Hanc opinionem faciliter præſumptam quæ ſo deponas tuum animum, q̄ uis erga me bene uolentiſſimum ſoluas atq; eruas, ac de me mihi magisq̄ ulli alteri credas. *Ibidem.*

Nec ualde gaudere debemus quando laudamur, nec cōtriſtari quādo uituperamur. Quia nec deprauare iniuria, nec coronare poteſt laus aliena. *Idem de doctrina Chriſtiana.*

Quid eſt q̄d dicis, ego diues, ille pauper: farcinā tuā cōmemoras, pondus tuum laudas: taces laudes tuas, quia miſerias tuas non cōſideras.

Hieronymus ad Nepotianum.

Caue ne homini rumuſculos acceperis, caue ne offenſam dei in populorū laudes cōmutes.

Ambroſius in Natali S. Euſebij.

Dicit ſermo diuinus. Ne laudaueris hominē in uita ſua, tanquam ſi diceret: Lauda poſt mortem: magnifica poſt conſummationem.

Gregorius 8. Moralium.

Cū p accepta bona reprobi in ſua laude ſe eleuāt, ipſis muneribus contra largitorē pugnant. Inde quippe cōtra ſtantē ſuperbiūt, unde ei amplius humiles eſſe debuerunt. *Ibidem.*

Qui inchoatæ uirtutis ab humano honore laudē recipit, quaſi plantati ligni ante tēpus fructum comedit. *Idem 22. Moralium.*

Quo arbor altius ad ſuperiora ſurrexerit, eo uim uentorū uehemētius ſentit: qa quo pl⁹ q̄ſq̄ in bona opera attollitur, eo ampliori ab ore laudantium flatu fatigatur. *Ibidem.*

Valde perfectorū eſt, ſic oſtēſo opere autoris gloriam quærere, ut dei illata laude neſciat priuata exultatione gaudere. *Ibidem.*

Quaſi latrūculus eſt appetitor laudis humanæ, qui recto itinere gradiētibus ex latere iungitur: ut ex occultis educto gladio gradientiū uita trucidetur. *Idem in Paſtorali.*

Neſcit laudem dū ſuppetit fugere, qui ad hāc dicit, cum deeſſet anhelare. *Ibidem.*

Cum enim pro recto opere laus tranſitoria quæritur, æterna retributione res digna uili pretio uenundatur. *Ibidem.*

Quiſquis laudis concupiſcentias calcare nō ſufficit, ædificationis fraudem perpetrat, ſi bona quæ egit occultat.

Idem ſuper Ezec. lib. 1. hom 9. & habetur 11. q 3. inter uerba.

Inter uerba laudantiū ſiue uituperātiū ad mētem ſemper recurrendum eſt, & ſi nō inuenitur in ea bonū quod de nobis dicitur, magnam triſtitiam generare debet, & rurſum ſi nō in ea inuenitur malum quod de nobis homines loquūtur, in magnā debemus lætitiā proſilire, Quid enim ſi nos omnes homines laudant, & conſcientia liberos nos demonſtrat? Habemus Paulū dicentem: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Iob quoq; dicit: Ecce in cœlo teſtis meus. Si igitur eſt nobis teſtis in cœlo, teſtis in corde, dimittamus ſtultos foris loq; quod uolunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt, niſi quod in puluerē ſufflant, & in oculos ſuos terram excitant, ut unde plus detractionis perflant, inde magis nihil ueritatis uideant.

Ibidem.

Quid enim prodeſt ſi te omnes laudant, & cō ſcientia te accuſat? aut quid obeſſe poteſt ſi omnes derogent, & conſcientia defendat?

Ioan. Chryſ. de laudibus Pauli. homilia 5.

Extrema dementia eſt nulla imminente neceſſitate rerum, & neceſſitate uiolēta totis laudib⁹ uelle decorari. Non eſt ſecundum deum loqui: iudicium eſt potius iſtud inſaniæ. Hoc enim omnem nobis mercedem euacuat.

Idem ſuper illud Matth. 8. Audiens Ieſus miratus eſt.

Nō laudat de fide leproſus, q̄a in lege doctus hic alienigena. ſ. Centurio laudat, q̄a legis ignarus. In modico enim ſermone ſapientiæ pl⁹ laudat ruſticus, q̄ in magno philoſophus, & puer ſi aliquid dixerit ſapienter, laudat, ubi perfecti ſenior non auditur. *Seneca ad Lucil. epiſtola 11.*

Lauda in illo quod nec eripi poſſit, nec dari.

Idem epiſtola 41.

In homine quoq; illud laudandū eſt quod ipſius eſt. Familiam formoſam habet. & domū pulchrā, multum ſerit, multū fœneratur, nihil horū in ipſo eſt, ſed citra ipſum: laudē in illo, quod nec eripi poteſt, nec dari, quod proprium hominis eſt quæris, quid ſit animus & ratio in anima perfecta. *Ibidem.*

Quid ſtultius eſt q̄ in homine aliena laudare, quid eo dementius qui ea miratur quæ ad alīū transferri protinus poſſunt. Nemo gloriari niſi de ſuo debet. *Idem lib. de moribus.*

Bonum eſt laudari, ſed preſtantius eſt eſſe laudabilem. Neminem cito laudaueris, neminem cito accuſaueris. Vitium eſt omnia credere, uitium eſt nihil credere.

Aulus Gellius lib. 6 noct. atti.

Turpius dicebat Pauorinus exigue atq; frigide laudari q̄ inſectanter uituperari. Qui enim maledicit & uituperat, quāto id acerbius facit, tanto pro iniquo & inimico habetur, & propter ea fidem non capit. Sed qui infœcunde laudat, deſtitui à cauſa uidetur. & amicus quidem creditur eius quem laudat & ei creditur.

Ariſto. lib. 2. Ethicorum.

Virtuti debetur laus.

Cicero Rheto. nouorum lib. 3.

Neq; ſolū laudis cauſa rectū ſeq cōuenit. Sed ſi laus cōſequitur, duplicat recte appetendi uoluntas. *Idem Rheto nouo. libro 4.*

Vide ne facias impudēter, qui tuo nomini uelis ex aliorum laboribus libare laudem.

Idem in Paradoxis.

Vt enim

Vt enim quiſq; maxime eſt boni particeps, ita & laudabilis maxime. *ibidem.*

Quicquid eſt laudabile, idem & beatum & florens & expetendum uideri debet.

Virgilius Aeneidos libro 5.

Hi proprium decus & partum indignantur honorẽ.
Nec teneant, uitamq; uolunt pro laude paciſci.

Xenophon.

ὕδιστον ἄσμα ἔπαινος ἐσί. id eſt.

Iucundiſſima cantio laus eſt. *Menander.*

ὑπὲρ σεαυτ῀ μὴ φράσῃς ἐγκώμιον. id eſt.

Pro teipſo ne dicas laudes. *idem.*

φίλον ἔπαινον μᾶλλον ἢ σεαυτ῀ λέγε. Id eſt.

Amicorum laudem magis quam tuijpſius dic.

Iuuenalis ſatyra 8,

Reſpice quid moneant leges, quid curia mandet.
Præmia quanta bonos maneant.

LEctio græce ἀνάγνωσις ῐ. εως & ἀνάγνωσμα ατος. τὸ. Lector dicitur. Veniunt autem lectio & lector à lego, q̃d eſt oculis ſcripta percurro.

Aug. lib. 2. de doctrina Chriſtiana.

Quicquid homo extra didicerit, ſi noxium eſt, ibi damnabitur: ſi utile eſt, ibi inuenietur.

idem epiſtola 3.

Nullæ literæ comparantur duobus domini præceptis, in quibus omnis ars eſt.

idem ſuper Ioannem homilia 1.

Lectio eſt ſicut oleum in flamma, ſi eſt ibi q̃d nutriatur, nutritur, creſcit & permanet.

Hieronymus epiſtola 88.

Statue tibi quot horis ſacram ſcripturam legas, non ad laborem, ſed ad delectationem.

Bernardus libro Meditationum.

Nihil aliud docet me tota ſcriptura, niſi religionis unionem ſeruare.

Caſſiod. lib. de inſti. ſcripturarum, loquens de libris Origenis.

Succos ſaluberrimos caute & ſapienter ſumere debemus, ne pariter uenenum perfidiæ forbeamus. *Seneca ad Lucil. epiſt. 109.*

Illud tamen prius ſcribam quemadmodum tibi iſta cupiditas dicendi, qua flagrare te uideo dirigenda ſit, ne ipſa impediat. Nec paſſim carpenda ſunt, nec auide inuadenda uniuerſa. Per partes peruenitur ad totũ. Aptari onus uiribus debet, nec plus occupari, q̃ cui ſufficere poſſumus, non quantum uis, ſed quantum capis hauriendum eſt. Quo plus recipit animus, hoc ſe magis laxat. *idem epiſtola 45.*

Lectio certa p deſt, uaria delectat: qui quo deſtinauit peruenire uult, unam ſequatur uiã, non per multas uagetur: nõ ire iſtud, ſed errare eſt,

idem ad Lucil. epiſt. 46.

Non refert q̃ multos, ſed q̃ bonos habeas libros. Lectio certa prodeſt, uaria delectat. Multitudo librorum onerat, non inſtruit. Et ſatius eſt paucis autoribus te tradere, q̃ errare per multos. *idem epiſtola 93.*

Quo minus legas nõ te terreo, dum quicq̃d legeris ad mores ſtatim referas.

Ouidius libro 2. Triſtium.

Nec tamen eſt facinus molles euoluere uerſus.
Multa licet caſte non facienda legant.

Legatio græce πρεσβεία. ας & πρεσβεύω. εύσω. legatus dicitur. Eſt aũt legatio miſſio legatorũ. Dicuntur legatus et legatio à lego gas, quod eſt mãdo, decerno, delibero. Vnde & legatũ, quod eſt deliberatio quædam hæreditatis, quã teſtator ex eo quod uniuerſum hæredis foret, alteri collatũ uoluit, ut ait Florentinus iuriſcõſultus. Item legatum eſt quædã donatio teſtamento relicta, ſecundũ Modeſt. iuriſcon. Hinc legatarij, quib⁹ aliquid teſtamento legatum eſt. Hinc etiã compoſita allego, hoc eſt adduco. Delego, hoc eſt demando, committo. Sueto. de Nero. Nulli delegauit officium, ut nõ addiceret. Vnde ſubdelegare dicimur delegatas nobis à principe cauſas alteri cognoſcendas iniungere.

Legiſpoſitiua eſt idẽ quod uirtus regnatiua i. principalis ſpecies prudentiæ quæ cõuenit regi, ſecundũ b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 50. ar. 1.

Legiſpoſitiua et eugnomoſina, i. bona gnome attribuuntur prudentię, ſecundum directionẽ, & attribuuntur iuſtitiæ ſecundum executionẽ, ex beato Thoma ſecunda ſecundę q. 80.

Leno græce πορνοβοσκός. οῦ. ὁ. & πόρνοβοσκεῖον. ου. τὸ. lupanar dicitur. Eſt autem leno qui quęſtuaria mancipia habet, Vel ſic. Leno eſt qui damnatam adulteram ducit, uel qui eam ſibi reconciliat, ſecundũ glo. 1. 9. Quod ſi in adulterio, 32. q. 1.

Leuitas græce κουφότης. ητος. ἡ & κοῦφος. η. ον. leuis dicitur. Eſt autem leue, quod eſt natũ ferri à medio ſecundum Ariſto. lib. 1. de cœlo & mundo. Leuiſſimum autem quod ſuperfertur omnibus aliis ab eo ſurſum latis.

Leuitas aliquãdo dicit de re ſine pondere. Modo proſtultitia, incõſtantia, uilitate ponit. Hinc leuo as, uerbum: hoc eſt in alium tollo, uelut leue. Modo aufero. Vir. Atq; arcta leuari Vincla iubet Priamus. Interdum alleuo, modeſtiam laborem q; extenuo. Virg. Sis fœlix noſtrum q; leues quæcunq; laborem. Hinc alleuo, hoc eſt in altum tollo, uel de imo ſurſum tollo. Item ſub leuo, hoc eſt defendo, adiuuo & releuo, quod pene idem ſignificat quod alleuo.

Lex græce νομός. οῦ. ὁ & νομικός. ἡ. ὁ. legalis dicitur. Et aũt lex ratio ſumma inſita in natura, q̃ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibetq; cõtraria. Eadem ratio cum eſt in mente hominis confirmata & confecta, eſt lex. Et Cic. libro 1. de legi. Lex eſt neq; hominum ingenijs excogitata, nec ſcitum aliquod populorem: ſed æternum quiddam, quod uniuerſum mundum regeret imperandi prohibendiq; ſapientia, ſecundum Ciceronem libro 2. de legibus.

Lex eſt recti præceptio, prauiq; depulſio, ſecundum Ciceronem lib. 2. de natura deorum.

Lex eſt conſtitutio populi, in qua maiores natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt, ut habetur diſtinct. 2. lex.

Lex eſt regula & mẽſura actuũ agẽdorũ uel omittẽdo

omittendorum,ex hea. Thoma prima ſecundæ q. 90. artic. 1.

Lex dicit à ligãdo quia obligat. Vel dicitur à legendo, quod publice legãt, ſecundũ Iſidorũ ex b. Tho. Ibidem. Ouidius Metamor. Nec uerba minantia fixo Aere legebãtur. uel ligebãtur.

Lex eſt dictamen rationis practicæ, ſecundũ b. Tho. prima ſecundæ q. 91. art. 1. A lex ueniũt illex & ex lex, qui ſine lege uiuit: & legislator & legifer, qui legem tulit.

Lex & ius quomodo differant, uide ſupra in Ius. *Prouerbiorum cap. 20.*

Qui cuſtodit legem, beatus. *Eſaiæ cap. 10.*

Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiam, ut opprimerent pauperes in iudicio.

Paulus ad Timoth. 1. cap. 1.

Bona eſt lex, ſi quis ea legitime utatur.

idem ad Coloſſ. cap 3.

Lex eſt uinculum perfectionis.

idem ad Romanos cap. 2.

Gentes quæ legem non habent, ſed ea quæ legis ſunt faciunt, ipſi ſibi ſunt lex.

Iacobus in epiſtola cap. 2.

Quicunq; autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus. Qui enim dixit non mœchaberis, dixit & nõ occides: quod ſi non mœchaberis, occides autem: factus es tranſgreſſor legis.

Auguſtinus libro 9. de ciui. dei.

Omnium legum eſt inanis cenſura, niſi diuinæ legis imaginem gerat.

idem ad Macedonium, & habetur 23. q. 5.

Non fruſtra ſunt inſtituta poteſtas regis & cognitoris ius, ungulæ carnificis, arma militis, diſciplinæ dominãtis, ſeueritas etiã boni patris. Habẽt omnia iſta modos, ſuas cauſas, rationes, utilitates, & hæc cum timentur, & mali coercentur, & boni quieti inter malos uiuunt.

idem contra Petilianum, & habetur 23. q. 5. cap. ad fidem.

Nunquid quia mores optimi libertate uoluntatis eliguntur, ideo mores peſſimi non legis integritate puniuntur. Sed tamen ultrix male uiuendi diſciplina præpoſtera eſt, niſi cura præcedẽs bene uiuendi doctrinam præ tẽdat. Sic igitur quæ uerſus uos leges conſtitutæ ſunt, nõne his bene facere cogimini, ſed malefacere prohibemini?

idem de ue. relig. & habetur diſt. 4. c. in iſtis.

In iſtis tẽporalibus legibus quanq; de his homines iudicẽt cum eas inſtituũt, tamen cum fuerint inſtitutæ & firmatæ, nõ licebit iudici de his iudicare, ſed ſecundum ipſas leges inſtituuntur, promulgantur, firmantur, cum moribus utentium approbãtur. Sicut eñ moribus utentium in contrariũ nõnullæ leges hodie abrogatæ ſunt: Ita moribus utentium ipſæ leges cõfirmantur.

idem in libro de ſpiritu & litera.

Quod imperatorũ lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat. *Ibidem.*

Lex dei charitas eſt. Iex data eſt, ut gratia quæreretur, gratia data eſt ut lex impleretur.

Hiero. libro 3. contra Ruffinum.

Coronam minime carpendam. i. leges urbium conſeruandas.

Grego. in Regiſtro & hab. 25. q. 2. Imperiali.

Imperiali conſtitutum eſt ſanctione aperte, ut ea quæ contra leges fiunt non ſolum inutilia ſed etiam pro infectis habenda ſunt.

Iſidorus libro 2. Etymologiarum.

Factæ ſunt autẽ leges, ut earum metu humana coerceatur audacia, tutaq; ſit inter improbos innocẽtia, & in ipſis improbis reformidatio ſupplicio refrenetur audacia & nocendi facultas.

ibidem.

Erit aũt lex honeſta iuſta, poſſibilis, ſecũdum naturam & ſecundum conſuetudinẽ patriæ, loco tẽporiq; conuenies, neceſſaria & utilis, manifeſta quoq;, ne aliquid per obſcuritatẽ incautũ captione contineat nullo priuato cõmodo, ſed pro communi ciuium utilitate conſcripta: ideo in ipſa conſtitutione iſta conſideranda ſunt, qa cum leges inſtitutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipſis, ſed oportebit iudicare ſecundũ ipſas. *idem libro 5. Etymo. & hab. di. 3 Priuile.*

Priuilegia ſunt leges priuatorum, quaſi priuatæ leges. Nam priuilegium dictum eſt, eo quod in priuato feratur. *Ibidem.*

Omnis autem lex permittit aliquid, ut uir fortis petat præmium aut uerat, aut ſacratũ uirginum nuptias nulli petere liceat: aut punit, ut qui cædem fecerit capite plectatur. Eius enim præmio aut pœna uita moderatur humana.

idem lib. 5. Etymo. & hab. diſt. 1 in prin. decret.

Omnes leges diuinæ ſunt aut humanæ, diuinæ natura, humanæ moribꝫ cõſtant. Ideoq; hæc diſcrepant, quoniam aliæ gentibus aliis placẽt. Fas lex diuina eſt, ius lux humana. Tranſire per agrum alienum fas eſt, ius non eſt.

Ibidem & hab. di. 7. cap. Moyſes.

Moyſes gẽtis Hebrææ primus omniũ diuinas leges & ſacris literis explicauit. Phoroneus rex Græcis primus leges iudiciaq; cõſtituit. Mercurius Triſmegiſtus primus leges Aegyptijs tradidit. Solõ quidẽ primus leges Athenẽſibus dedidit Lycurgus primus Lacedæmonijs iura ex Apollinis autoritate cõfinxit. Numa Põpilius q Romulo ſucceſſit in regno, primus Romanis leges edidit. Deinde cũ populus ſeditioſus magiſtratus ferre nõ poſſet, decẽ uiros legibus ſcribẽdis creauit, qui leges ex libris Solonis in latinũ ſermonem translatas duodecim tabulis expoſuerunt. Fuerũt autem hi Appius Claudius, Titus Genutius Publius Feſtius, Lucius Veturius, Caius Iulius, Aulus Mãlius, Publius Sulpitius, Publius Curiatius Titus Romulius, Spurius Poſthumius. *Iſido. lib. Ety. & hab. diſt. 1. c. Ius.*

Ius generale nomẽ eſt, lex autem iuris eſt ſpecies, ius autem eſt dictum quia iuſtum eſt. Omne autem ius legibus & moribus conſtat.

idem libro 2. Etymolog.

Octo genera pœnarũ in legibus cõtineri Tullius ſcripſit, id eſt, dãnum, uincula, uerbera talionem, ignoꝛ.

nem,ignominiam,exiliũ,ſeruitutem & mortẽ.

Valerius Maximus libro 7. titulo Sapienter dicta aut facta.

Quàm porro ſubtiliter Anacharſis leges aranearum telis cõparabat. Nam ut illas infirmiora animalia retinere,ualentiora trãſmittere: ita his humiles & pauperes conſtringi, diuites & præpotentes non alligari aiebat.

Ariſtot lib. 5. Ethic.

Duplex eſt ius. ſ. naturale & legale. Naturale eſt quod apud oñes habet eandem poteſtatem. Legale eſt quod conſtitutum eſt lege.

Idem libro 6. politicorum.

Non facile eſt permanere ciuitatem non legibus & conſuetudinibus compoſitam.

Laer. Diog. de uita & moribus philoſophorum.

Interrogatus Solon,quid eſt rex? reſpõdit,fortis poteſtas. Quid lex? Araneæ tela, quia ſi in eam inciderit quid debile,retinetur: graue aute pertranſit tela reſciſſa.

Cicero Rheto ueterum. libro. 1.

Quamobrem leges ſeruari oportet, & ad eã cauſam ſcripta omnia interpretare cõuenit: hoc eſt,quoniam reipub. ſeruimus,ex reipub,cõmodo atq; utilitate interpretemur. Nam ut ex medicina nihil oportet putare proficiſci niſi quod ad corporis utilitatem ſpectet,quoniã eius cauſa eſt inſtituta: ſic à legibus nihil conuenit arbitrari, niſi quod reipub. conducat proficiſci, quoniam eius cauſa ſunt comparatæ.

Ibidem libro 2.

Nulla eſt lex,quæ aliquã rẽ inutilẽ aut iniquã fieri uelit. Omnia ſupplicia quæ à legibus proficiſcuntur, culpæ aut malitiæ uindicandæ cauſa cõſtitutæ ſunt Nullæ res neq; legibus neq; ſcriptura ulla, deniq; neq; in ſermone quotidiano atq; imperijs domeſticis poſſunt adminiſtrari, ſi unuſquiſq; uelit uerba expectare, & non uoluntatem eius, qui ea uerba habuerit accedere.

Ibidem,

Leges nobis charæ eſſe debent, non propter literas quæ tenues & obſcuræ notæ ſunt uoluntatis, ſed propter earum rerum quibus deſcriptum eſt utilitatem, & eorum qui ſcripſerunt ſapientiam & intelligentiam.

Idem lib. 1. de leg. in fine.

Profecto ſic ſe res habet, ut qm̃ uitiorum emẽdatricem legem eſſe oportet, cõmendatricemq; uirtutum, ab ea uiuendi doctrina ducatur.

Idem libro 2. de leg.

Hanc igitur uideo ſapientiſſimorum fuiſſe ſententiam, legem neq; hominum ingenijs excogitatã, nec ſcitũ aliquid eſſe populorum, ſed æternum quiddam, quod uniuerſum mundum regeret imperandi prohibendiq; ſapiẽtia, ita principem legem illam & ultimam mentem eſſe dicebat, oĩa ratione aut cogentis aut uetantis dei, ex qua illa lex quam dij humano generi dederunt recte eſt laudata. *Ibidem.*

Sed intelligi ſic oportet & alia & iuſſa ac uetita philoſophorũ uim habere ad recte facta uocandi, & à peccatis auocandi, quæ uis non modo ſenior quàm ætas populorum & ciuitatũ ſed æqualis illius cœlum atq; terras tuentis & regentis dei. *Ibidem.*

Nec quia nuſquã erat ſcriptũ, ut contra oẽs hoſtiũ copias in ponte unus aſſiſteret, à tergoq; pontem interſcindi iuberet idcirco minus Coclitẽ rem geſſiſſe tantæ fortitudinis lege atq; imperio putabimus. Nec ſi regnãte Tarquinio nulla erat Romæ ſcripta lex de ſtupris, idcirco non contra illam legẽ ſempiternam Sextus Tarquinius uim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit. Erat enim ratio pfecta à rerum natura, & ad recte faciendũ impellẽs, & à delicto auocans: quia non tum demum incepit lex eſſe cum ſcripta eſt, ſed tunc cum orta eſt: orta eſt autem ſimul cũ mente diuina, quamobrem lex uera atq; princeps apta ad iubendum & ad uitandum ratio eſt recta ſummi Iouis. *Ibidem.*

Conſtat profecto ad ſalutem ciuium ciuitatumq; incolumitatem uitamq; hominũ & quietam & beatam, inuentas eſſe leges

Idem libro 3. de leg.

Cum dico legem a me dici, nil aliud intelligi uolo cũ imperium, ſine quo nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum uniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mũdus poteſt. *Menander.*

ἰσχυρὸν ὁ νόμος ἐστὶν ἀρχοντ' ἔχῃ . id eſt,

Validum quid lex eſt, ſi regentem habeat. *idem.*

νόμῳ γὰρ πάντα ἄγεται καὶ κρίνεται. id eſt,

Lege omnia fiunt & iudicantur. *idem.*

νόμου τιθεῖσα. τοῖσιν ἐγχωρίοισι κάλλος. id eſt,

Leges ſequi regionales pulchrum. *idem.*

βίαν παραύειν οὐδὲν ἰσχύει νόμου. id eſt,

Vi præſente nihil potest lex.

Liberalitas græce ἐλευθεριότης ἡ & ἐλευθεριότητος ἡ. liberalis dicitur. Eſt autẽ liberalitas uirtus pecunijs benefactiua, cuius cõtrarium eſt illiberalitas, ſecundum Ariſto. libro 1. Rheto.

Liberalitas eſt uirtus beneficiorum erogatrix, quam pro affectu benignitatem, pro effectu beneficentiam dicimus.

Liberalitas eſt mediocritas circa pecunias dãdas, nam liberalis dabit propter honeſtatem: et recte quibus oportet, & quãdo oportet, ex Ariſtot. lib. 4. Ethi.

Liberalitas eſt uirtus bene diſpenſandi diuitias in uſus bonos ſibi, ſuiſq; & alijs ex b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 117. ar. 1.

Liberalitatis duæ ſunt comites, humanitas & clementia, ſecundum Vale. Max. libro 5.

Liberalitas dicitur a liber, unde liberaliter, large, magnifice. Et liberales diſciplinæ libero homine dignæ. *Proverb. 19.*

Diuitiæ ſcilicet erogatæ adduntamicos plurimos. *Paulus ad Corinth. 1. cap. 7.*

Hilarẽ enim datorem diligit deus. *Mat. 7.*

Neſciat ſiniſtra quid faciat dextera tua.

Auguſtinus ſuper Ioannem parte ſecunda, & habetur diſt. 86. Donare.

Donare

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Donate res ſuas hiſtrionibus uitium eſt immane, non uirtus: & ſcitis de talibus quàm ſit frequens fama cum laude, quia laudatur peccator in deſideriſs animæ ſuæ, & qui iniqua gerit benedicitur. *idem in ſermone domini in monte.*

Dandum eſt ꝙ nec tibi nec alteri noceat, & cũ negaueris quod petit, iudicãda eſt iuſtitia: & nõ eum inanem dimittas, & aliqñ melius aliquid dabis, etiam cum iniuſte petentem correxeris.

Hieronymus ad Paulinum.

Conſidera Chriſti ſubſtantiã, ne imprudenter offendas. i. ne immoderato iudicio rem pauperẽ tribuas, non pauperibus, ſecũdum dictum prudentiſſimi uiri, ne liberalitate liberalitas pereat.

ibidem lib. de uiduis.

Liberalitas non cumulatione patrimonij, ſed largitatis diffinitur affectu.

Amb. ſuper epiſt. ad Corinth.

Non ſolum quæritur quantum, ſed de quanto, & quo animo detur.

idem libro 1. de Officijs.

Dominus non uult ſimul effundi opes, ſed diſpenſari: niſi forte, ut Heliſæus boues ſuos occidit, & pauperes pauit ex eo quod habuit, ut nulla cura teneretur domeſtica. *ibidem.*

Et adiuues eum qui poſſeſſiones aliorum eripere conatur, non probatur largitas. Nec illa pfecta eſt liberalitas, ſi iactantię cauſa magis quàm miſericordiæ largiaris. *ibidem.*

Non probat liberalitas uel largitas, ſi quod alter largitur, alteri quis extorqueat, ſi iniuſte quęrat, & iniuſte diſpenſandum putat. *ibidem.*

Perfecta eſt liberalitas, ubi ſilentio quis tegit opus ſuũ & neceſſitatibus ſingulorũ occulte ſubuenit, quem laudat os pauperis, & nõ labia ſua. Denięꝙ perfecta liberalitas fide, cauſa, loco, tempore, commendatur, ut principium operis circa domeſticos fidei. *ibidem.*

Et alia probanda liberalitas, ut proximum ſe minis tui nõ deſpicias ſi egere cognoſcas. Melius em̃ eſt ut ipſe ſubueniastuis, quibus pudor eſt ab alijs ſumptũ depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitati. *ibidem.*

Eſt duplex liberalitas. Vna q̃ ſubſidio rei aduuat. i. uſu pecuniæ. Altera quæ operum collatione impendit, quæ multo frequẽter ſplendidior multoꝙ prędarior. Quãto utilius regẽ Pharaonem ſanctus Ioſeph conſilio prudentiæ inſtruit quàm ſi contuliſſet pecuniam? Pecunia em̃ unius ciuitatis non redimeret ubertatem, proſpicientia uero totius Aegypti per quinquẽnium famem repulit. *ibidem.*

Quicqd ex affectu puro ac ſyncero promittit, hoc eſt decorum, non ſuperfluas ædificationes aggredi, non prætermittere neceſſarias.

Grego. & hab. diſt. 86. Fratrem noſtrum.

In ipſa aũt liberalitate modus adhibendus eſt rerum & perſonarũ. Rerum, ut non omnia uni, ſed ſingulis quædam præſtentur, ut pluribus prodeſſe poſſimus. Perſonarum, ut primum iuſtis, deinde peccatoribus, quibus tamẽ dare prohibemur, non quia homines ſunt, ſed peccatores.

idem 19. Moralium.

Quibuſdam inopiam ferre non ualẽtibus tolerabilius eſt minus tribuere, quàm poſt largitatem ſuam ex inopiæ anguſtia murmurare.

ibidem.

Nunquam eſt uacua manus à munere, ſi arca cordis eſt repleta bona uoluntate.

Leo Papa in apparitione domini.

Nulli paruus eſt cẽſus, cui magnus eſt animus: nec de rei familiaris menſura pẽdet modus pietatis. Maiora quidẽ ſunt impendia diuitum, & minora mediocriũ. Sed nec diſcrepat fructus operum, ubi non deeſt affectus operantium.

ibidem.

Si nõ ẽ oĩm æqualis facultas, debet eſſe par pietas, quoniam fideliũ largitas nõ de muneris penſatur pondere, ſed de beneuolentiæ quãtitate.

ibidem.

Semper illi quod largiatur occurit, cui bene uelle non deficit.

Boetius lib. 2. de Conſolatione.

Tunc ſolum pretioſa eſt pecunia, quando uſu largiendi deſinit poſſideri.

idem libro 2. proſa 5.

Diuitiæ neuel ueſtri, uel ſui natura prætioſæ ſunt, ſcripta eſt ſupra in Diuitiæ.

Seneca lib. 1. de Clementia.

Non eſt liberalis qui de alieno eſt liberalis, ſed ille qui quod alteri donat ſibi detrahit.

idem libro de beneficijs.

Quidam beneficiũ ab hoĩe duro & aſpero datum panem lapidoſum uocauit, quem eſurienti accipere neceſſarium eſt, ſed tamen acerbum.

ibidem libro 1.

Beneficiũ ſiue liberalitas fit dupliciter, aut opera, aut pecunia, altera ex arca, altera ex uirtute depromitur *idem epiſt. 83.*

Refert cuius animi ſit qui præſtat, nõ cuius ſtatus. Non eſt glorioſum quod ab initio & tergiuerſante fit. Nihil facit uirtus quod neceſſe eſt.

ibidem.

Multi ſunt qui non donant, ſed proijciunt: nõ uoco liberalem pecuniæ ſuæ iratum.

idem de beneficijs.

Oĩs benignitas properat, & pprium eſt libenter facientis cito facere. Qui de die in diem trahens profuit, non ex animo fecit: itaqꝫ duas maximas res perdidit, & tempus & argumentum amicæ uoluntatis. *ibidem.*

Nonnunqꝫ magis nos obligat qui dedit parua magnifice, qui regum opes æquauit animo, qui exiguum tribuit, ſed qui libenter: qui pauperta tis ſuæ oblitus eſt, dũ in ea reſpicit, qui occaſionem qua prodeſſet quæ fluit. *ibidem.*

Multo gratiꝰ uenit quod facili, q̃ ex plena manu uenit ſeu dat. Exiguũ eſt quod in me contulit, ſed amplus non potuit. Ad hoc quod dedit magnum eſt, ſed dubitauit, ſed diſtulit, ſed cum daret gemuit, ſed ſupbe dedit, ſed cum contulit ambitioni dedit, non mihi. *ibidem.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Caue ne beneficium malus ſit facultate tua, in eſt enim tali liberalitati cupiditas rapiẽdi, ut ad largiendũ ſuperant copiæ, ſequuntur enim talẽ largitionẽ rapinæ: cũ enim dando egere cœperint, alienis bonis manus inferre coguntur, & maiora odia eorum aſſequuntur quibus ademerunt, quàm fauores eorum quibus dederunt.

ibidem.

Officium liberalitatis eſt omni petẽti dare, deos imitari. Si deos imitaris, da etiã ingratis, nam & ſceleratis ſol oritur, & piratis maria patent. Ex rerum oĩm optimi autores, ignorãtibus beneficia dare incipiunt, ingratis perſeuerant: non ceſſant diũ beneficij congerere, unam ſortiti intẽtionem, ſcilicet prodeſſe, imitemur illos: demus etiam ſi multa in irritum data ſunt. Ingratꝰ eſt, nõ fecit mihi iniuriam, ſed ſibi: nam gratum beneficium ſemper delectat, ingratum ſemel.

idem lib. 2. de beneficijs.

Ab Antigono Cynicus petit talentũ. Reſpondit plus eſſe quàm Cynicum deceret petere, repulſus petit denarium. Reſpondit minus eſſe q̃ quod regem deceret dare. Turpiſſima huius cauillatio eſt. Inuenit enim quomodo neutrũ daret. In talento Cynicũ, in denario regem reſpexit: cum poſſet & denarium Cynico dare, & talentũ tanquã rex. *ibidem.*

Melius Alexander cum daret ciuitatẽ cuidam dicenti, non conuenire ciuitatem humili fortunæ ſuæ, reſpondit: Non quæro quid oporteat te accipere, ſed quid deceat me dare.

idem lib. 5. de beneficijs.

Sicut nõ eſt liberalis qui ſibi donat, nec clemẽs qui ſibi ignoſcit, nec miſericors qui malis ſuis tãgitur, ſed qui alĩs. Ita etiã nemo ſibĩpſi beneficium dat, ſed naturæ ſuæ parat, quæ monet ad refutanda nociua, & appetenda proficua.

idem lib. 1. de beneficijs.

Inter multos ac uarios errores temere uiuentium inconſultoq; nihil propemodũ uiri optime liberalis quàm beneficia nec dare ſcimus, nec accipere. *ibidem.*

Cum bñficia in uulgus largiri inſtitueris, multa perdenda ſunt, ut unum bene des.

ibidem.

Gratiſſima ſunt bñficia quę ſunt parata, facilia occurrentibus, in quibus nulla mora fuit niſi ac cipientis uerecundia. *ibidem.*

Nihil ita uitandum in dando beneficium ſicut ſuperbia. *idem lib. de beneficijs.*

Dabo egenti ſed non ut ipſe egeam. Succurram pericuro, ſed non ut ipſe peream.

ibidem.

Videamus ne mittamus munera ſuperuacua, ut feminæ arma, ruſtico libros, aut ſtudijs dedito retia. *ibidem.*

Videndum eſt & conſiderandum, quid, cui, qualiter, quando, ubi, & quare ſit dandum.

ibidem.

Turpiſſimum genus beneficij eſt incõſulta donatio in dando. *ibidem.*

In dando beneficia eligendus eſt uir ſimplex, memor, gratus, alieni abſtinens, non ſui auarus, & maxime beneuolus.

idem in Prouerbijs.

Bis peccans, cum peccanti obſequium accommodas. *Cicero lib. 1. de legibus.*

Quid liberalitas gratuita ne ẽ, an mercenaria, ſi ſine præmio benigna eſt gratuita ſi cum mercede cõducta. Nec eſt dubium quin is qui liberalis benignusue dicitur, officium non fructum ſequatur. *Idem lib. 1. Officiorum cap. 18.*

Et liberalitate utamur q̃ amicis proſit, nemini noceat, nihil enim liberale quod non iuſtum.

Idem libro 2. Officiorum.

Multi patrimoniа effundũt inconſulte largiendo. Quid aũt ſtultius quàm quod facis libenter, curare ne id diutius facere poſſis. *ibidem.*

Duo ſunt largorum genera, quorum alteri prodigi, ſcilicet qui in epulis & inuitationibus, & gladiatorum muneribꝰ, ludoꝝ uenationumq; apparatu pecunias profundunt, & in ea res quarum memoriam aut nullam aut breuẽ relicturi ſunt. Alĩ ſunt liberales, qui facultatibus ſuis aut captos à prædonibus redimũt, aut æs alienum ſuſcipiunt amicorum cauſa, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur in re acquirenda uel liganda.

idem libro Officiorum.

Largitio quæ fit ex re familiari, fontem ipſum benignitatis exhaurit. *ibidem.*

Qui opa.i, uirtute & induſtria liberales ſunt & benefici, primũ quo pluribus profuerint, eo plures ad beneficiendum adiutores habebunt: deinde conſuetudine bñficentiæ paratiores erũt, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendũ. *ibidem.*

Oĩno meminiſſe debemus id quod à noſtris hominibus uſurpatũ ſæpiſſime, iam in prouerbĩj conſuetudinem uenit, largitionem fundum non habere, cum & idem qui conſueuerunt, & idẽ illud alĩ deſiderent. *ibidem.*

Cauſa igitur largitionis eſt, ſi aut neceſſe, aut utile. *ibidem.*

Gratiſſima eſt liberalitas, eo etiam ſtudioſius eã plerique laudant. *ibidem.*

Conueniet aũt tum in dando munificũ eſſe, tũ in exigendo non acerbũ. *ibidem.*

Eſt eĩ non modo liberale, paulũ nõnunq; de ſuo iure cedere, ſed interdũ & fructuoſum.

ibidem.

Habenda eſt autem ratio familiaris rei, quàm quidem delabi ſine re flagitioſum eſt.

idem Tuſcu. quæſtio. lib.

Cur miſereare potius quàm feras opem, ſi id facere poſſis. *idem lib. 2. Rethoricorũ ueterũ.*

Nam beneficij magnitudo ex utilitate & honeſtate, aut neceſſitudine demonſtratur.

Idem in Oratione.

Equidẽ nil tam propriũ hominis exiſtimo, q̃ non mõ bñficio, ſed etiã bñuolentię ſignificatione alligari. Nihil porro tam immane, tam ferũ, quàm

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quàm committere, ut beneficio non dicatur indignus, ſed uinctus eſſe uideatur.

Vale. Maxi. lib. 4. cap. 8. tit. de liberalitate.

Liberalitatis duo ſunt maxime ꝓbabiles fontes, uerũ iudiciũ, & honeſta beneuolẽtia: nã cũ ab his oritur, tũc demũ eius ratio conſtat, dono aũt ipſi gratia & magnitudo quidẽ ſua, ſed efficaciorem aliquanto opportunitas conciliat.

Idem lib 5 cap. 1. tit de humani. & clemen.

Liberalitati quas aptiores comites ꝙ humanitatẽ & clementiam dederim? Quoniã idem genus laudis expetũt, quarũ prima inopia, proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna præſtatur: cumq; neſcias ꝙ maxime probes, eius tamẽ commendatio præcurrere uidetur, cuius nomẽ ex ipſo nomine quæſitum eſt.

Ariſtoteles libro 4. Ethicorum.

Liberalitas dabit honeſti gratia & recte, nam quibus oportet, quot oportet & quãdo, & alia cuncta, quæ rectã ſequuntur dationem & liber uel ſine moleſtia. *ibidem.*

Liberalis unde oportet, commoda capiet, puta ex propriis rebus quas poſſidet, non quia honeſtum ſit, ſed quia neceſſarium, ut habeat qu donet, nec ſua negliget, uolẽs per illa quibuſdã ſufficere. *ibidem.*

Eſt eius qui liberalis ſit uehementer excedere, ita ut ſibiipſi pauciora relinquantur. Nam ad ſe quidem ipſum non reſpicere liberalis eſt. *ibidem.*

Iuxta facultates liberalitas dicitur, nõ enim in multitudine datorum, ſed in dantis habitu liberalitas conſiſtit. Nec eñ quicq; prohibet liberaliorẽ eſſe qui pauciora dat, ſi modo tenuiores ei ſunt facultates. *ibidem.*

Magis liberales eſſe uidẽt, qui nõ quæſierũt ipſi, ſed ab aliis ut ex hæreditate acceperũt, nam indulgentiã nunq; experti ſunt. *ibidem.*

Non facile eſt, ut liberalis quisq; ditetur, cum neq; cupiat, neque conſeruet, ſed contra eroget. Nec multi per ſeipſas faciunt pecunias, ſed ut aliis dare poſſint. Itaq; fortuna accuſat ꝙ qui maxime digni ſunt, pecunias minime habẽt. Enim uero id non abſque ratione cõtingit, fieri enim non poteſt, ut diuitias habeat is, qui habere non curat. *ibidem.*

Liberalis accipiet unde oportet, ſequitur eñ conuenientem liberalitatem talis acceptio. *ibidem.*

Moleſtius feret liberalis, ſi quid cum oportet non erogauerit, quàm ſi erogauerit, quod non oportet. *ibidem.*

Prodigalitas non multum augmẽtari poteſt, non enim facie nullatenus accipientem, cunctis largiri, cito nanq; deficiũt patrimonia priuatorum, unde per ætatem indigentia facileq; corrigi, & ad mediocritatem redigi poteſt. *ibidem.*

Prodigus uidẽt nõ abhorrere à morũ ꝓbitate, nõ enim abiecti neq; generoſi eſt excedere in dãdo, & non capere dementis eſt. *ibidem.*

Prodigus multo melior eſſe uidetur quàm auarus, hic enim multis prodeſt, ille nemini, nec ſibi ipſi quidem. *ibidem.*

Prodigorum dationes liberales nõ ſunt, ſed interdũ quos pauperes eſſe cõuenit diuites faciunt. Et honeſtis quidẽ hoĩbus nihil dãt, aſſentatoribus autem, aut aliam quampiam uoluptatem afferentibus multa. *ibidem.*

Prodigi quia honeſtatẽ non ſequunt in uita, ad uoluptates declinant *Teren. in Adelphis.*

Re ipſa repperi nihil eſſe homini melius facilitate at quæ clementia.

De hac materia uide ſupra in Amor proximi. & in Clementia.

Libertas græce ἐλευθερί α ab ἐλεύθερος ου ὁ liber dicitur. Eſt autem libertas naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet, niſi quod ui aut iure facere prohibetur, ut habetur de inſtitut. de iure perſonarum, princi. cuius oppoſitum eſt ſeruitus, ueniq; à liber.

Libertus pariter inde deriuat, & is eſt qui cũ eſſet ſeruus, factus eſt liber, inde etiam fit libertinus, quod eſt adiectiuũ nominis, & eſt relatiuũ ingenui, ſicut libertus relatiuum patroni.

Libertini ſunt qui iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt, ſicut ingenui qui libera matre nati, nec poſtea ſerui facti ſunt. Inde libertinitas & ingenuitas dicuntur.

Liberum arbitrium quid ſit, uide infra in liberum arbitrium. *Exodi cap. 21.*

Si percuſſerit quiſpiam oculum ſerui ſui, aut ancillæ, & luſcos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo, quem eruit. Dentem quoq; ſi excuſſerit ſeruo uel ancillæ ſuæ, ſimiliter dimittet eos liberos. *Leuitici cap. 19.*

Homo ſi dormierit cum muliere coitu ſeminis quæ ſit ancilla etiã nobilis, & tamẽ pretio nõ redempta, nec libertate donata, uapulabũt ambo, & non morientur, quia non fuit libera.

Eccleſiaſtici cap. 10.

Seruo ſenſato liberi ſeruiẽt, & uir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus, & inſcius non honorabitur. *Paulus ad Colloſſ. 3:*

Dñi quod iuſtũ eſt, & æquũ ſeruis præſtate, ſciẽtes quoniam & dominum uos habetis in cœlo.

Auguſt. Donato presbytero, & habetur 23. q. 4. Diſplicet.

Si uoluntas mala ſemper ſuæ permittenda eſt libertati, quare Paulus nõ eſt permiſſus uti peſſima uoluntate, qua perſequebatur eccleſiã, ſed proſtratus eſt, ut cæcaretur: cæcatus eſt, ut mutaretur: mutatus eſt, ut mitteret: miſſus eſt, ut qualia fecerit in errore, talia pro ueritate pateretur. Si uoluntas mala ſemper ſuæ permittenda eſt libertati, quare monetur pater in ſcripturis ſanctis filium durum non ſolum uerbis corripere, ſed etiam latera eius tundere, ut ad bonam diſciplinam coactus ac domitus dirigatur, unde idẽ Salomon dicit: Tu percutis eum uirga, animam autem eius liberas à morte.

Auguſtinus lib. de uera religione.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quem delectat uera libertas, ab amore rerū mutabilium liber eſſe appetat, & quē regnare delectat, uni omnium regnatori deo ſubiectus ſit. Plus eum diligendo, q̄ ſemetipſum.

Idem de correctione & gratia.

Prima libertas, uoluntatis erat poſſe peccare, nouiſſima erit multo magis non poſſe peccare. Prima immortalitas erat non poſſe mori: nouiſſima erit multo magis non poſſe mori. Prima erat perſeuerantiæ poteſtas, bonum poſſe nō deſerere: nouiſſima erit perſeuerantiæ fœlicitas, bonum non poſſe deſerere.

Ambro. in ſer. domini de ieiunio, qui incipit. Diuinum ad patrem, & hab. di. 35. cap. 6.

Manebat autem anteq̄ uinum inueniretur omnibus inconcuſſa libertas. Nemo ſciebat à cō ſorte naturæ ſuę obſequia ſeruitutis exigere; nō eſſet hodie ſeruus, ſi ebrietas non fuiſſet.

Ambroſius de Ioſeph.

Ille uero in quauis cōditione ſeruitij liber eſt, qui amore non capitur, auaritiæ uinculis nō tenetur, metu criminis nō obligatur, qui ſecurus expectat præſentia, quem non terrent futura.

Gregorius Montano & Thomæ, & habetur 12 q. 2. Cum redēptor.

Cum redemptor noſter totius cōditor creaturę ad hoc propitiatus humanā uoluit carnē aſſumere, ut diuinitatis ſuæ gratia dirupto, q̄ tenebātur captiui uinculo ſeruitutis, priſtinæ nos reſtitueret libertati. Salubriter agitur ſi hoīes quos ab initio natura liberos protulit, & ius gentium ſubſtituit iugo ſeruitutis, in ea quæ nati fuerant manumittentis beneficio libertati reddantur.

Bernardus de Libero arbitrio.

Cū nobis triplex poſita ſit libertas, à peccato, à miſeria à neceſſitate, hāc ultimo loco poſitam contulit nobis in cōditione natura. In prima reſtauramur à gratia, media reſeruatur nobis in patria, indicatur prima libertas naturæ, ſecunda grātiæ, tertia gloriæ: prima habet multum honoris, ſecunda plurimum uirtutis, nouiſſima cumulum iocunditatis. *Seneca epiſtola 47.*

Quid ſit libertas quæris? nulli rei ſeruire, nulli neceſſitati, nullis caſibus fortunę ab æquo diſcedere. *idem in Prouerbijs.*

Liber non eſt quē ſuperbus inflāmat animus.

idem de breuitate uitæ.

Horum miſera conditio eſt, qui nec ſuis quidē laborant occupationibus, ad alienum dormiunt ſomnum, & ad alienū ambulāt gradum.

Seneca Tragœdia 4.

Fortem facit uicina libertas ſenem. ibidem.
Ingenia melius recta in laudes ſe ferunt,
Si mobilem animum uegeta libertas alit.

idem Tragœdia 7.

Raro eſt in dominos iuſta licentia.

Cicero libro Paradoxorum.

Quid autem eſt libertas, niſi poteſtas uiuēdi ut uelis? *Quintilianus declamatione 10.*

Genus ſeruitutis eſt coacta libertas.

Ariſtoteles li. 8. Politi.

Virtus & malitia determinant ſeruos & liberos, nobiles & ignobiles. *Idem 6. Politi.*

Opus libertatis eſt, uiuere ut uult aliquis, quia ſeruus non uiuit ut uult. *Menander.*

ἐλευθέρα γὰρ ἀνδρὸς, τὰ ἀληθῆ λέγειν. id eſt

Liberi enim uiri uera dicere. *idem.*

ἐλεύθερον φύλαττε τὴν σαυτοῦ τρόπον. id eſt,

Liberum ſerua tui ipſius morem. *idem.*

σαυτὸν φύλαττε τοῖς τρόποις ἐλεύθερον.

Teipſum ſerua moribus liberum.

Lucanus libro 4. Pharſaliæ.

Sed regna timentur.
Ob ferrum, & ſeuis libertas utitur armis.
Ignorat ne dato quiſquam ne ſeruiat enſes?

Horat. Sermonum libro 2. ſatyra 7.

Quis nam igitur liber? ſapiens ſibi qui imperioſus,
Quem neq; pauperies, nec mors, nec uincula terrent.
Reſponſare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in ſeipſo totus teres atq; rotundus.
Externi ne quid ualeat per leue morari,
In quē manca ruit ſemp fortuna. Idem epi. li. 1. epi. 1.
Ad ſummum ſapiens uno minor eſt Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denig; regum,
Præcipue ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt.

Dantes Paradiſi Can. cap. 5.

Lo magior don che dio per ſua larghezza.
Fece creando, & alla ſua bontade
Piu conformato, & quel che piu ſe apprezza,
Fu de la uolunta la libertade:
Di che le creature intelligenti
Et tutte, ſole furo & ſon dotade. *id eſt.*

Maius munus quod deus ſua munificentia
Fecit creando, & ſuæ bonitati
Conformis, & quod magis exiſtimatur,
Fuit uoluntatis liberum arbitrium:
Quo creaturæ intelligentes
Et omnes, ſolæ fuerunt & ſunt dotatæ.

Liberum arbitriū eſt idem realiter quod uoluntas, ſecundū quod in ea eſt uirtus intellectus, unde liberum arbitriū eſſe dicitur facultas uoluntatis & rationis, ex b. Thom. 1. parte, q. 83. articul 0. 34.

Liberum arbitrium non eſt in brutis. ibi. q. 58. art. 3. *Eccleſiaſtici cap. 15.*

Deus ab initio conſtituit hominē, & reliquit illum in manu conſilij ſui.

Libido græce ἐπιθυμία ας ἡ. Eſt autem libido quicquid libet, diciturq; à labando, ſecundū Varronem, q̄ quæ placent in mentē prolabant. Vnde nō modo turpiū, ſed etiā honeſtarū rerū uoluntas libido dicitur. Saluſt. Magisq; in decoris armis, & militaribus equis, q̄ in ſcortis, atq; cōuiuijs libidinem habent. Teren. Neq; tuæ libidini aduerſabor, hoc eſt uoluntati. Si uero libidinē ſimpliciter dicimus, neq; cuius rei additur, de Venerea intelligimus: hinc libidinoſus, hoc eſt, in libidinem propenſus, & libidinoſe molliter, laſciue deſcendunt. Libidini ſubſunt ira, excandeſcentia, odium, inimicitia, diſcordia, indigentia, deſideriū &c. huiuſmodi ſecundum Ciceronem libro Tuſcul. Quæſt.

Linea

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Linea græce γραμμὴ ἴσ᾽ ἡ dicitur: Et eſt magnitudo quæ ad unũ. i. ad unã partem diuidit, ſecundũ Ariſtotelem libro 1. de cœlo & mundo.

Linea eſt longitudo ſine latitudine & profundicate, cuius extremitates ſunt duo puncta, ſecundum Marcum Varronem.

Lineam ſic definit Euclides: γραμμὴ ἐς ἰ μῆκος ἀπλατές. i. Longitudo illatabilis.

Linea conſanguinitatis eſt ordinata collectio perſonarũ conſanguinitate coniunctarum, ab eodem ſtipite deſcendentium, diuerſos continẽs gradus, ſec. b. Tho. 4. ſen. di. 40. q. 2. articulo 1.

LIngua græce γλῶσσα ἡσ ἡ & γλωσσόδοσ ἰοσ ὁ ἡ lingua dicitur. Dicitur autem lingua à lingendo cibo, ſecundum Mar. Varronem.

Lingua dicitur à lingendo, quia lingit adulãdo mordet detrahendo, ſecundum Hugo. li. 2. de anima. Placet tamẽ magis opinio Varronis: Lingua eñ cibos cõglobat, & deprimit ac tranſmittit in uentrem, uel dicitur, quod ſit dẽtium ſeptis, quaſi muro circumuallata ac ligata.

Iob cap. 11.

Nunquid qui multa loquit nõ audiet? aut uir uerboſus iuſtificabitur? *Dauid Pſalm. 139.*

Vir linguoſus non dirigetur in terra. Virum iniuſtum mala capient in interitu.

Prouerbiorum cap. 4.

Remoue à te os prauum, & detrahentia labia ſint procul à te. *Ibidem cap. 8.*

Arrogãtiam & ſuperbiam, & uiam prauam, & os bilingue deteſtor. *Ibidem cap. 10.*

In multiloquio non deerit peccatum, qui aũt moderatur labia ſua prudentiſſimus eſt. *Ibidem cap. 12.*

Propter peccata labiorum ruina pximat malo. *Ibidem cap. 13.*

Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuã: qui autem inconſideratus eſt ad loquendũ, ſentiet mala. *Ibidem.*

Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat. *Ibidem cap. 15.*

Reſponſio mollis frãgit irã, ſermo durus ſuſcitat furorem. Lingua ſapientum ornat ſcientiã, os fatuorum ebullit ſtultitiam. *Ibidem.*

Lingua placabilis lignum uitæ, quæ autẽ immoderata eſt, conteret ſpiritum. *Ibidem.*

Lætatur homo in ſententia oris ſui, & ſermo opportunus eſt optimus. *Ibidem cap. 17.*

Qui cælat delictũ, quærit amicitias: qui altero ſermone repetit, ſeparat fœderatos. *Ibidem.*

Qui moderat ſermões ſuos doctus & prudẽs eſt, & pretioſi ſpiritus uir eruditus. *Ibidem 18.*

Labia ſtulta miſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocat. Os ſtulti contritio eius, & labia ipſius ruina animę eius. Verba bilinguis quaſi ſimplicia, & ipſa peruenĩũt uſq; ad interiora uẽtris. *Ibidem.*

Qui plus reſpõdet q̃ audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignũ. *Ibidem cap. 24.*

Labia deoſculabitur qui recta uerba reſpondet. *Ibidem.*

Ne ſis teſtis fruſtra contra proximum tuum, nec lactes quenquam labijs tuis. *Ibidem cap. 25*

Quæ uiderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito, ne poſtea emendare nõ poſſis cum dehoneſtaueris amicum tuum. Cauſam tuã tractes cum amico tuo, & ſecretum extraneo ne reueles, ne forte inſultet tibi cum audierit, & exprobrare non ceſſet. *Ibidem.*

Patientia lenitur princeps, & lingua mollis confringet duritiam. *Ibidem.*

Iaculum, & gladius, & ſagitta acuta, homo q loquitur contra proximum falſum teſtimoniũ. *Ibidem.*

Sicut urbs patens & abſq; murorum ambitu, ita uir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. *Ibidem cap. 26.*

Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis. Reſpõde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe uideatur. *Ibidem.*

Qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat. *Ibidem.*

Lingua fallax non amat ueritatem, & os lubricum operatur ruinam. *Ibidem. 29.*

Homo qui blãdis & fictis ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus eius. *Ibidem.*

Totum ſpiritum profert ſtultus, ſapiens differt & reſeruat in poſterum. *Ibidem.*

Vidiſti hominem uelocem ad loquendũ, ſtultitia magis ſperanda eſt, quàm illius correctio. *Eccleſiaſtes cap. 4.*

Multas curas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus inuenietur ſtultitia. *Eccleſiaſtici cap. 5.*

Si eſt tibi intellectus reſpõde proximo, ſin aũt ſit manus tua ſuper os tuũ, ne capiaris in uerbo indiſciplinato & confundaris. Honor & gloria in ſermone ſenſati, lingua uero impudentis ſubuerſio eſt ipſius. *Ibidem cap. 6.*

Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos & lingua eucharis in bono homine abundabit. *Ibidem cap. 7.*

Noli uerboſus eſſe in multitudine presbyterorum, & non iteres uerbum in oratione tua. *Ibidem cap. 9.*

Terribilis eſt in ciuitate ſua hõ linguoſus, & temerarius in uerbo ſuo odibilis erit. *Ibidẽ ca. 11.*

Priuſquam audias ne reſpondeas uerbum, & in medio ſeniorũ ne adijcias loqui de ea re, quæ te moleſtat. *Ibidem cap 14.*

Beatus uir qui nõ eſt lapſus uerbo ex ore ſuo. *Ibidem cap. 18*

Ante iudicium para iuſtitiam tibi, & anteq; loquaris diſce. *Ibidem cap. 19.*

Eſt qui labitur lingua ſua, ſed non ex animo. Quis eſt enim qui non deliquerit in lingua ſua? *Ibidem cap. 21.*

Narratio fatui quaſi ſarcina in uia, nam in labijs ſenſati inuenietur gratia. *Ibidem.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Qui narrat uerbum non audienti, quaſi qui excitat dormientem de graui ſomno.

Ibidem cap. 27.

Cum ſtulto ne multum loquaris, & cum inſenſato ne abieris. *Ibidem cap. 28.*

Aurū tuum & argentum tuū conflа,& uerbis tuis facito ſtateram, ne forte labaris in lingua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantiū tibi,& ſit caſus tuus inſanabilis in mortem.

Ibidem cap. 22.

Vbi auditus non eſt, nō effundas ſermonem.

Ibidem.

Adoleſcens loquere in cauſa tua, uix cum neceſſe fuerit. *Ibidem.*

In medio magnatorum loquí non præſumas, & ubi ſunt ſenes non multum loquaris.

Ibidem cap. 37.

Cum uiro irreligioſo tracta de ſanctitate,& cum iniuſto de iuſtitia: & cum muliere, de his, quæ emulatur,cum timido de bello,cum negotiatore de traiectione,cum emptore de uēditione,cum uiro liuido de gratijs agendis, cum impio de pietate,cum inhoneſto de honeſtate,cū operario agrario de omni opere,cum operario annuali de cōſummatione anni,cum ſeruo pigro de multa operatione. *Matth. cap. 5.*

Nō quod intrat in os hoc coinqnat hominē, ſed quod procedit ex ore coinquinat hominē.

Ibidem.

Non intelligitis qa oīne quod in os intrat, in uentrem uadit,& in ſeceſſum emittitur quę autem procedūt de ore, de corde exeunt,& ea coinquinant hominem. De corde em̄ exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemię, hęc ſunt quæ inquinant hominem. *Marcus. cap. 7.*

Nihil eſt extra hominē introiens in eū, quod poſſit eum coinquinare, ſed quæ de homine procedunt, illa ſunt quæ coinquinant hominem.

Ioannes cap. 3.

Qui de terra eſt, de terra loquitur.

Paulus ad Cor. 1. cap. 15.

Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

Idem ad Epheſios cap. 4.

Omnia ſermo malus ex ore ueſtro nō procedat.

Ibidem cap. 5.

Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere. *Idem ad Coloſſenſes cap 4.*

Sermo ueſter ſemper in gratia ſale ſit cōditus, ut ſciatis quomodo oporteat uos unicuiq; reſpondere. *Idem ad Theſſal. 1. cap. 3.*

Exhortatio em̄ ueſtra nō de errore, neq; de immunditia, neq; in dolo, ſed ſicut probati ſumus à deo, ut crederetur nobis euangeliū. ita loquimur nō quaſi hominibus placētes, ſed deo, qui probat corda noſtra. *Paulus ad Timot. 2. ca. 3.*

Stultas aūt & ſine diſciplina quæſtiones deuita, ſciens quia generat lites. *Iaco. in epiſt. cap 1.*

Sit autē oīnis homo uelox ad audiendū, tardus autem ad loquendum,& tardus ad iram.

Ibidem.

Si quis aūt putat ſe religioſum eſſe,& nō refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius uana eſt religio. *Ibidem cap. 3.*

Si qs in uerbo nō offendit, hic pfectus eſt uir. Poteſt etiā freno circūducere totum corpus. Si autem equis frena in ora mittimus ad conſentiendum nobis, omne corpus illorū circumferimus. Et ecce naues cum magnæ ſint,& à uentis ualidis minentur, circumfecunt autem à modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis uoluerit. Ita & lingua modicum quidē membrū eſt, & magna exaltat. Ecce quātus ignis, q̄ magnā ſyluam incendit. Et lingua ignis eſt uniuerſitas iniquitatis. *Petrus apoſt. 1. cap. 3.*

Qui em̄ uult uitā diligere, & dies uidere bonos, coerceat linguā ſuam à malo,& labia eius ne loquantur dolum. *Ioannes 1. cap. 4.*

Ipſi de mundo ſunt,& ideo de mūdo loquuntur,& mundus eos audit. *Iudas apoſt. in epiſt.*

Hi ſunt murmuratores querulоſi, ſecundū deſideria ſua ambulātes, & os eorū loquit ſuperbiam, & mirantes perſonas quæſtus cauſa.

Auguſtinus in Enchiri. & habetur 22. q. 2. Is autem.

Verba propterea inſtituta ſunt, nō ut per ea ſeinuicem homines fallant, ſed ut eis quiſq; in alterius notitiam cogitationes ſuas pferat. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod ſunt inſtituta peccatum eſt. *Idem de natura & gratia.*

Ante te eſt æquitas, unā linguā habes ad ꝺd uis eam uertes. Quare ergo potius ad iniquitatem, & nō ad æquitatē: cibos amaritudinis nō das uētri, & cibos iniqtatis das linguæ tuæ malignæ ſicut eligis quo ueſcaris, ſic elige quod loquaris. *Idem libro 1. de uerbis domini.*

Linguā nullus hominum domare poteſt. Homo domat ferā, etnō domat linguā. Domat leonem, & nō frenat ſermonē: domat ipſe, & non domat ſeipſum. Domat quod timebat, nec ſe domat. Non timet quod timere debebat.

Idem de moribus Eccleſiæ.

Naturæ ordo ita ſe habet, ut cū aliquid dicimus, rationē præcedat aut oritas: nam infirma ratio uideri poteſt, quæ cum reddita fuerit, autorem poſtea per quem firmetur aſſumit.

Hieron. ſuper 12. prophetas lib. 2. ſuper illud.

Ezech. Fili hominis.

Pro ſigno ſunt interioris hoīs uerba erumpentia, quomodo libidinoſum q̄ ſua celat uerba et uitia callide interdum turpis ſermo demōſtrat, minoribus enim maiora monſtrant, uultuq; & oculis diſſimulari non poteſt conſcientia, dū luxurioſa & laſciua mens lucet in facie & ſecreta cordis motu corporis & geſtibus indicat.

Idem, & habetur 22. q. 5. cap. Quoties.

Quoties uero loquimur aut non opportuno tēpore, aut nō in opportuno loco, aut nō ut cōuenit audientibus: toties ſermo malus procedit de ore noſtro ad deſtructionē eorū qui audiūt. Cōſideremus itaq; quid loq̄mur, q̄a p oīa otioſo uerbo reddituri ſumus rationē in die iudicij.

Idem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

idem ad Heliodorum.

Nihil impudentius arrogantia rusticorũ, q̃ garrulitatẽ autoritatẽ putant, & parati ad lites in subditos intonant.

Ambro. super Beati immaculati.

Periculosum est dicere nõ solum falsa, sed etiam uera, si is ea non quibus oportet insinuet: quod uitium quadripartitum est, uel adulationis, uel auaritiæ, uel iactantiæ, uel loquacitatis incautæ, *Idem de lib. 1. Virginitate.*

Ingreditur mors per ostium tuum, si falsum loquaris, si turpiter, si procaciter. Postremo si ubi non oportet loquaris. *idem lib. 1. de officijs.*

Quam plures uidi loquendo in peccatũ incidisse, uix quempiam tacendo, ideoq̃ tacere nosse, quam loqui difficilius est. *Ibidem.*

Alliga sermonem tuum ne luxuriet, ne lasciuiat, qui multiloquio peccat, sibi colligat, sit restrictior, & ripis coerceatur, cito lutum colligit amnis & undas, iugum sit uerbis tuis, & statera atq̃ mensura, ut sit grauitas in sensu, in sermone pondus, atq̃ in uerbis modus. *Ibidem.*

Sapiens priusquã loquitur multa considerat, quid dicat, cui dicat, quo in loco & in tẽpore.

Gregor. lib. 5. Moralium.

Praui sicut in sensu leues sunt, ita in locutiõe præcipites, quia quod leuis cõsciẽtia cõcipit, leuior protinus lingua prodit. *ibidem.*

Cũ intẽtionem bonã loquutio cauta nõ sequitur, ipsa pietatis propositio in transgressiõis uitiũ uertitur. *Idem Moralium lib. 6. in fine.*

In omni quod dicitur, necesse est ut causa, tẽpus & psona pensetur, si uerba sentẽtię ueritas roborat, si hoc tempus congruũ pullulat, si ueritati sententiæ & cõgruitati tpis nõ repugnat,

Grego. Homil. 6.

Omne uerbũ otiosum q̃d locuti fuerint hoĩes, reddent de eo rationem in die iudicij. Otiosum quippe uerbum est, quod aut utilitate rectitudinis, aut iustæ necessitatis caret. *ibidem.*

Tempus tacẽdi, & tẽpus loquendi, discreta uicissitudine pensanda sunt tpa, ne aut cũ restringi debet lingua, p̃ uerba se inutiliter soluat, aut cum loqui utiliter potest, semetipsam pigre restringat. *ibidem.*

Quot superuacuis uerbis mens à silentij sui cẽsura dissipatur, quasi tot ruinis extra se ducitur, unde redire interius ad sui cognitionem nõ sufficit, quia per multiloquiũ exterius sparsit, uim intimæ considerationis amittit, *ibidem.*

Si illatas molestias lingua tranquille diceret, à cõscientia dolor emanaret. Vulnera enim clausa plus cruciant, quia cũ putredo quæ intus feruer erjcitur, ad salutẽ dolor aperitur.

Idem lib. 8. Moralium.

Lingua sub magni moderaminis libratione seruanda est, nõ insolubiliter obliganda, ne aut laxata in uitiũ defluat, aut restricta etiam ab utilitate torpescat. *idem lib. 16. Moralium.*

Isti sunt casus culpæ crescentis, ut lingua ũ nõ restringitur, nequaquã ubi ceciderit iaceat, sed semper ad deteriora descendat.

idem 16. Moralium.

Aliqñ sancti etiã corã hoĩbus compelluntur bona facere, aut etiã hoĩbus sua facta narrare. Sed ad eũ finẽ omnia referunt, ut nõ ipsi ex ijsdem operibus, sed deus glorificetur Dũ enim facta prædicant, ipsa eorũ p̃dicatio fortasse despicitur, quorum uita nescitur. Cõpelluntur igitur uitã suam dicere, ut auditorum suorum ualeant uitam mutare, & facta sua referunt, & uenerari appetunt, ut reuerenter audiantur. Scriptũ quippe est. Cum eleuarentur animalia, eleuabantur simul & rotæ, quia uidelicet cum auditorum mentes p̃dicãtium uitã cõspiciunt, necessario & in prædicatione admirantur. Hinc ẽ q̃ prædicatores boni & honorem propter elationem fugiunt, & honorari propter imitationẽ uolunt. *idem in Pastorali.*

Qui dimittit aquã, caput est iurgiorũ. Aquæ quippe dimittere, est linguam in fluxu eloquij relaxare, quo cõtra in bona etiam parte dicitur aqua p̃funda, uerba ex ore uiri. Qui ergo dimittit aquã caput est iurgiorũ, quia qui linguã non refrenat, concordiam dissipat,

Iohannes Chrysostomus super Matthæum.

Malum hominem melius posset tacendo alliquis uincere, q̃ respõdendo, quia malitia nõ instruitur sermonib⁹, sed excitat. Ideo dñs recedẽdo cõpescere studuit, q̃s rñdẽdo nõ cõpescuit,

Isidorus Soliloquiorum libro 2.

Vanus sermo cito polluit mentem, & facile agitur q̃ libenter auditur.

Hugo lib. 2, de anima.

Lingua dicitur, q̃a lingit adulando, mordet detrahendo, aterahit mentiendo, ligat, & ligari nõ põt, labilis est, & teneri nõ põt, sed labit & fallit. Labitur ut anguilla, penetrat ut sagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas seminat discordias, uno ictu multos peutit & interficit, blanda est & subdola, & paratã ad exhauriẽda bona, & miscenda mala. Qui custodit linguam suam, custodit animam, qm̃ mors & uita in potestate linguæ est.

Cassiodorus super illud Psalm. Dixi custodiam.

Quis est hoĩm sic cautus, ut si inter æmulos loquatur, nullũ eius uerbũ incurrat aliquã quæstionem. Difficilis res est in lubrico fauciũ constitutam ueritatis rigidæ tenere mensuram, cui si incaute frena laxentur, frequenter cõtra se loquitur. Facilius enim culpa tacẽdo refugit q̃ loquendo. Salomõ dicit: Ori tuo facito ostiũ & seram, & uerbis iugum atq̃ stateram.

Boetius de consolat. lib. 1. prosa 12.

Platone sanciente didicisti, cognatos de quibus loquuntur rebus oportere esse sermones.

Origẽ. super epistola ad Roma. lib. 3.

Dolus est, cum aliud quis lingua loquitur, aliud uoluat in corde: quod crimẽ nescio si nudos quosq̃ & electos relinquat. Sed puto q̃ alius plus, alius minus: nemo tamen sit ad hoc perfecte liber, nisi ille de quo dicitur: qui peccatum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.
Seneca ad Lucilium epiſt 24.

Turpe eſt aliud loqui, & aliud ſentire.
idem epiſtola 32.

Non multis uerbis opus eſt, ſed efficacibus. Seminis modo ſpargendi ſunt.
Idem epiſtola 40.

Tardiloquum te eſſe iubeo. *Ibidem.*

Quemadmodū ſapienti uiro inceſſus modeſtior conuenit, ita oratio preſſa, non audax. Sūma ergo ſummarum hæc erit tibi.
Idem epiſtola 107.

Nemo quod audierit tacebit, Nemo quātum audierit loquetur. *idem in prouerbijs.*

Imago animi ſermo eſt. Qualis uir talis oratio. Magnū eſt uocis & ſilentij temperamentū. Garrulo non reſpondere conuitium eſt.
ibidem.

Loquax inimicus cp̄ taciturnus min⁹ offēdit.
Idem de moribus.

Velicentioſa mancipia animi imperio redige linguam, cupiditatēq; opprime, ſi nō potes, paulum remitte. Sæpe ea quæ ſanari ratione non poterant, ſanata ſunt tempore.
Ibidem.

Priuſquam promittas delibera, ſed cum promiſeris ſtatim facias. *Ibidem.*

In hoc incumbe, ut libentius audias cp̄ loquaris. Auribus frequentius utere cp̄ lingua. Qui nescit tacere, neſcit loqui.
Idem Tragœdia 4.

Curæ leues loquuntur, ingentes ſtupent.
idem Tragœdia 9.

Animi retine uerba furentis,
Temere emiſſam comprime uocem.
Plato in Timæo.

Propter hoc nobis datus eſt ſermo, ut præſtoforent mutuæ uoluntatis iudicia.
Ariſto. lib. 1. Aethicorum.

Sermones inquirendi ſunt ſecundū materias de quibus ſunt. *idem lib. 2.*

In obſcuris, apertis teſtimonijs oportet uti.
idem libro 4.

Qualis unuſquiſq; eſt, talia dicit, & talia operatur, & taliter uiuit. *idem libro 10. Aethicorum.*

In actionibus humanis minus creditur ſermonibus cp̄ operibus. *Ibidem.*

Quando ſermones diſſonant in operibus ſenſibiliter, tunc contemnuntur. *Ibidem.*

Sermones conſonantes operibus, ſunt accepandi, diſſonantes uero deſpiciendi ſunt.
idem libro 1. Politicorum.

Nullum aliorum animalium ſermonem habet, niſi homo. *ibidem.*

Homini natura ſermonem dedit,
idem de regimine Principum.

Exemplis utimur in docendo, ut facilius intelligatur quod dicitur.
idem in epiſt. ad Alexandrum.

Sic uiue, uel loquere cum deo, tanq; hoīes audiant, *idem libro 1. Perihermenias.*

Ea quæ ſunt in uoce, ſunt earum quæ in aia paſſionum notæ, id eſt, uoces ſunt ſigna conceptuum animæ *ibidem.*

Propter noſtrum affirmare uel negare, nihil ſequitur in re. *idem libro 1. Priorum.*

Exempla ponimus, non q̄ ita ſint, ſed ut ſentiant addiſcentes. *idem lib. 2. Topicorum.*

Loquendum eſt ut plures, ſapiendū eſt ut paciores. *idem lib. 5.*

Conturbat audientē, quod frequēter dicitur.
Laer. Dioge. de uita & mor. philoſophorum.

Noli cito loqui. Eſt enim inſaniæ indiciū, dicebat Bias. *Macrobius Saturnalium lib. 1.*

Oportet enim uerſari in conuiuio ſermones, ut caſtitate integros, ita appetibiles uenuſtate.
ibidem.

Nam ſuperfluum uideo inter ſapientes nota proferre: Sic etiam loquendum eſt cū hoībus, tanq; dijs audiant, & ſic loquendum cū dijs, tanq; hoīes audiant. Cuius ſecunda pars ſentit, ne quid à dijs petamus quod uelle nos indecorum ſit hominibus cōfiteri.
Macrob. Saturn. lib. 2.

Comes facundus in uia pro uehiculo eſt.
idem Saturn lib. 5.

Amœnitas intertexta faſtidio narrationū medetur. *Idem lib. 7.*

Hæc una de philoſophiæ uirtutibus, quia cū orator non aliter niſi orando probet, philoſophus non minus tacendo pro tēpore cp̄ loquendo philoſophatur.
Cicero in Paradoxis.

Nihil eſt tam incredibile, quin dicēdo fiat probabile. *Idem Rhetoricorum nouorum libro 2.*

Difficilimum eſt inuentum expedire, & expedite pronunciare.
Lucius Apuleius de Dogmate Platonis.

Omniū terrenorū nihil hoīe præſtabilius prudentia dedit, cui quidē linguæ, & dentiū uallū. & ipſius oculi uenuſtas acceſſit: quod q̄dē alijs animantibus ad explendā uictus neceſſitatē, inferendasq; uentri copias cōparatū eſt, ſed homini prōptuariū potius rectæ ratiōis, & ſuauiſſimæ orationis datum eſt, ut quæ prudētia corde cōcepit, ea ſenſu promat oratio.
Aulus Gellius noctium atticarum lib. 1. c. 15.

Qui ſunt leues & futiles & importuni locutores, quiq; nullo rerū pōdere innixi, uerbis humidis & lapſantibus defluunt, eorū orationem bene exiſtimatū eſt in ore naſci, nō in pectore. Linguam aūt debere aiunt nō eſſe liberam, nec uagam, ſed uinculis de pectore imo ac de corde aperto moueri, & quaſi gubernari.
Ibidem.

Heſiodus poetarum prudentiſſimus, linguam nō uulgandā, ſed recōdendam eſſe dicit, pinde ut theſaurū, eiusq; eſſe in promēdo gratiam plurimam, ſi modeſta, & parca, & modulata ſit.
ibidem.

Optimus eſt homini linguæ theſaurus, & ingens
Gratia quæ parcis menſurat ſingula uerbis.

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem libro 12. cap. 2. recitans uerba M. Catonis contra quendam Albinum.

Breuiloquentiam quisq; in dicendo colat.

Phocylides.

ἁπλοῦν τοι λόγ☉ ἀνδρὶ τομωτερόν ἐστι σιδήρου,
ἁπλοῦν ἑκάστῳ νεῖμε θεὸς, σῦσιν ἠεροφοίτων.
ὄρνισι μὲν πολλὴν ταχύτητ', ἀλκήν τε λέουσι,
ταύροις δ' αὐτοχύτοις κεραίαις, κέντρα μελίσσαις
ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε, λόγ☉ δ' ἔρυμ' ἀνθρώποισι. id est,

Scutum sane sermo homini potentius est ferro.
Scutum unicuiq; tribuit deus natura uolantem.
Auibus quidē multā celeritatem, fortitudinēq; leonibus,
Tauris autem innata cornua, aculeos apibus
Innatum auxilium dedit, sermo autem defensaculum hominibus.

Bias.

ἄκουε πολλά, λάλει δ' ὀλίγα. id est,

Audi multa, sed loquere pauca.

Pittacus.

γλῶτ[α] μὴ προτυχέτω τῶ νῶ. id est,

Lingua ne præcurrat mentem. idem.

μὴ σπεῦδε λαλῶν. id est, Noli festinare loquendo.

Hesiodus.

γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστ☉
φειδωλῆς, πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης. id est,

Optimus est homini linguæ thesaurus, & ingens
Gratia, quæ parcis mensurat singula uerbis.

Menander.

πρὸς ἐλέγοντας οὐδὲν ἀντιπεῖν ἔχω. id est,

Aduersus benedicētes nihil contradicere habeo. idem.

ἰσχυρότερον δὲ γ' οὐδὲν ἐστι τοῦ λόγου. id est,

Potentius autem nihil est sermone. idem.

λόγ☉ γὰρ ἐστι λύπης φάρμακον μόν☉. id est,

Sermo enim est tristitiæ remedium solus. idem.

λόγῳ μ' ἔπεισας φαρμάκῳ σοφωτάτῳ. id est,

Sermone me psuasisti remedio sapiētissimo. idem.

λόγοις ἀμείβου τοὺς λόγοις πειθόντα σ'. id est,

Sermonib. responde sermonibus illi q̄ psuadet tibi. idē.

λυπεῖν γὰρ ἔυνους εἰδέναι χαῦαι λόγ☉. id est,

Tristitiā enim beneuolus scit medicare sermo. idem.

λόγ☉ μόνοις ἐοίκασι βροτῶν βί☉ μόνῳ. id est,

Sermone administratur mortalium uita solo. idem.

μέγιστόν ἐστιν ὀργῆς φάρμακον λόγ☉. id est,

Maximum est iræ remedium sermo. idem.

ὁ λόγ☉ ἰατρός ἐστι τοῦ κατὰ ψυχὴν πάθους. id est,

Sermo medicus est, quæ est in animo passionis. idem.

ῥῆμα παρὰ καιρὸν ῥηθὲν ἀνατρέπει βίον. id est,

Verbū cōtra opportunitatē dictū subuertit uitā. idē.

ἓν ψεῦδος λόγου τὸν, οὐκ ἀναίρεται πάλιν. id est,

Cum emiserit sermonē aliquis nō resumet rursus. idē.

ψυχῆς νοσούσης ἐστὶ φάρμακον λόγ☉. id est,

Animi ægrotantis est medicina sermo. idem.

λύσμορον ἴσθι μᾶλλον ἢ κακήγορ☉. id est,

Infelix sis potius quam maledicus. idem.

ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται. id est,

Viri character ex sermone cognoscitur.

Apollinarius.

ἢν μὲν ἄπονθ' λέγῃς με κακῶς, οὐδὲν ἀδικεῖς με
ἢν δὲ πάροντα καλῶς ἴσθι κακῶς με λέγων. id est,

Si de me absente dixeris male, nulla afficis iniuria me.
Si de me præsente bene, scias te male de me dicere.

Theocrides.

θνητοῖς ἐν γλώσσᾳ λολιὰ νοσ☉ ὁ ἀχάλινο☉
ἀφροσύνη τίκτει πολλάκις δυστυχίαν. id est,

Mortalibus linguam dolosa moribus effrenis.
Stultitia parit sæpe infœlicitatem.

Terentius Comœdia 6.

Nihil est dictu facilius.

Virgilius libro 8. Aeneidos.

Varioq; uiam sermone leuabat.

Idem libro 14.

Varijsq; trahunt sermonibus horas.

Ouidius Metamor. lib. 13. in principio.

Tutius est igitur factis contendere uerbis,
Quam pugnare manu.

Idem epistola Medeæ ad Iasonem.

Quis uellet tanti nuntius esse mali?

Idem Amorum libro 2. elegia 2.

Vidi ego compedibus liuentia crura gerentem,
Vnde uir incestum scire coactus eras.
Pœna minor merito nocuit mala lingua duobus,
Vir doluit, famæ damna puella tulit.
Crede mihi, nulli sunt crimina grata marito
Nec quenquam, quamuis audiat illa iuuant.

Idem de Ponto lib. 2. Elegia 2.

Lingua file, non est ultra narrabile quicquam.

Idem Fastorum libro 2.

Et feruet multo linguaq; corq; mero.

Propertius libro 2. Elegia 1.

Nauita de uentis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles uulnera, pastor oues.

Idem libro 2. Elegia 31.

Sed tu non debes inimice credere linguæ,
Semper formosis fabula pœna fuit.

Tibullus lib. 1. Elegia 2.

Et mea nunc pœnas impia lingua tulit.

Horatius in Arte Poetica.

Decipimur specie recti, breuis esse laboro,
Obscurus fio, sectantem leuia nerui
Deficiunt animiq; prosilus grandia turget.
Serpit humi tutus nimium, timidusq; procellæ. Ibidē
Vt syluæ foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt, sic uerborum uetus interit ætas,
Et iuuenum ritu florent modo nata, uigentq;. Ibidem.
-Tristia mœstum
Vultum uerba decent, iratum plena minarum,
Ludentem lasciua, seuerum seria dictum.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum, iuuat aut impellit ad iram,
Aut ad humum mœrore graui deducit & angit,
Post effert animi motus interprete lingua.
-Nescit uox missa reuerti. Ibidem.

Idem Sermonum lib. 1. Satyra 1.

-Ridentem dicere uerum,
Quis uetat?- Idem epistola lib. 1. satyra 2.

-Plenius æquo
Laudat uenales qui uult extrudere merces.

Dantes purgatorij Cant. cap. 4.

Et pero quando sode cosa o uede,
Che tenga forte a se lanima uolta
Vasse nel tempo, elhom non se nauede. id est,
Ea propter cum auditur aliquid aut uidetur,
Quod detineat fortiter ad se conuersam animam,
Fugit tempus, nec id percipit homo.

Idem paradisi. cap 1.

Transhumanar significar per uerba
Non si poria: pero lexemplo basti
A cui experienza gratia serba. id est,

Transcen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Transcendere ex humana natura ad diuinã uerbis ex-
Non posset. idcirco exemplum satis sit (primi
Ei cui experientia gratiam seruat.
Franc. Petrar. triumpho mortis ca 2.
Se dire hai altro studio de esser breue.
Et col tempo dispensa le parole. id est.
Si quippiam aliud dicturus es, stude breuitati,
Et cum tempore distribue uerba ipsa.

De hac materia habes multa infra in Tacitur.

Litigium græce λίτις. ιδος. ὁ. & λιτίζω litigo. Est aũt litigium proprie contradictio in uerbis, non ex defectu amoris animos unientis, sed ex hoc q̃ quis non ueretur contristare personam, ex bea. Tho. secunda secundæ q. 116. ar. 10. Litigium à litigo uenit, illud autem à lis deducitur. Lis uero (ut quidam uolunt) à limes dicitur, quod primæ inter homines lites de limitibus fuerint. A litigo quod est discepto, contendo, uenit litigiosum, hoc est id de quo lis. Litigiosus, qui frequẽter in litibus uersatur.

Literatura græce γραμματίσ. ας. ὁ. & γράμμα. ατ⊙. τὸ. litera dicitur. Est autem litera minima pars uocis compositæ, significatq; elementũ, ut à uel b, si singulariter declinatur: Si uero pluraliter, epistolas significat. Poetæ tamen singulari pro plurali nonnunq̃ utuntur necessitate carminis, p̃sertim hexametri uel pentametri, in quibus literas, uel literis, locari non possunt. Ouid. Quam legis à rapta Briseide litera uenit. Hinc literat⁹, qui literarum studijs eruditus est, cuius contrarium est illiteratus. Hinc etiam literula diminutiuum. hinc oblitero, q̃ est obscurum facio, & ex hominum memoria tollo, quasi è literarum monumentis deleo, ab hoc fit obliteratio.

Litura non à litera, sed à lino, habet enim primam breuem. Ouid. Quascunq; aspicies lachrymæ fecere lituras.

Litera aũt quasi legitera, q̃ legentibus iter præbeat: uel (ut alij) à lino, q̃m scribendo illinitur, hoc est leniter inducitur atramentum.

Locatio græce ἴκλοσις. ιδος. ἡ. & ἐκλίθομι loco dicitur. Est aũt locatio p̃sonæ uel rei ad usum facta cõcessio, mercede in pecunia numerãda cõuẽta.

Locator dicitur ille qui rei suæ usum alteri p̃ pretio cõcedit, ut loco tibi domum meam, ego sum locator, tu uero conductor.

Locare est usum alicuius rei pretio concedere, à quo locatio dicit. Cice. Vxoris fundus erat colono locatus. Aliq̃ locare est marito dare. Plautus: Filiam eius pupillam locauit. Vnde illocabilis, quæ tradi uiro non potest: Plaut. Virginem habeo grandem, dote cassam atq; illocabilem. Aliquando significat ponere, quasi in loco constituere. Virgili. Hic alta theatri Fundamenta locant alij. Aliquando idem quod reponere, unde locatum repositum dicimus. A loco fit locatarius, qui domum aut fundum aliu due similem in locatione conducit.

Locus græce τόπ⊙. ου. ὁ. dicitur. Est q̃ terminus corporis continentis immobilis primũ, secundum Aristotelem lib. 4. Physico. Locus est idem per essentiam, quod superficies corporis locantis, secundum b. Tho. 2. Senten. dist. 12. q. 5. ar. 1.

Locutio græce λαλία. ας. ἡ. & λαλέω loquor dicitur. Est autem locutio uocis per linguã explanatio, secundum Aristot. libro 4. de Anima.

Longanimitas græce μακροθυμία. ας. ἡ. & μακρόθυμ⊙. ου. ὁ. longanimus dicitur. Est autem longanimitas uirtus qua habetur animus tendendi in aliquid, distans in longinquum, secundum b. Tho. prima secundæ, q. 70. art. 3.

Longanimitas magis respicit spem, quàm timorem uel audaciam, uel tristitiam, sicut etiam magnanimitas, ex b. Tho. secunda secundæ q. 136. art. 5.

Luctus græce κλαυθμό. ῦ. ὁ. & ὀλίγομαι lugeo dicitur. Est autem luctus dolor qui exterius prodit uultu ipso atq; aspectu, à lugeo. Sæpe ipse habitus uultus atq; uestis, luctus dicitur.

Luctus est planctus pro mortuis, secundum b. Tho. super Psalmo. 34. co. 10.

Luctus est ægritudo, ex eius qui charus fuerat interitu acerbo, secundum Ciceronem libro Tusculã. quæst.

De hac materia uide supra in lachrymæ.

Lucubratio græce ἀγρυπνία. ας. ἡ. & ἀγρυπν⊙. ου. ὁ. uigil dicitur. Est autem lucubratio idem quod uigilia, & à lucubro uenit, quod est uigilo, opus etiam ipsum quod fit lucubrando, lucubratio dicitur, quia hæc ad lucernam fieri solent, huius diminutiuum est lucubratiuncula.

Lvcrum græce κέρδ⊙. ους. τὸ. & κερδαίνω lucror dicitur. A quo uerbo uenit cerdo. donis, q̃ est quicũq; artes illaberales exercet quæstus gratia, qui græce κίρκω. οπ⊙. ὁ. hoc est astutus, & quasi κίρδωμαι dicitur. Cercopa græci uocãt, quem nostri lucrionem uocant, id est, lucrari undiq; cupientem. *Cassiodorus epistola. 1. lib. 9. epist. 3.*

Aurum siquidem per bella quærere, nefas est: per maria, periculum: per familiaritates, opprobrium: in sua uero natura honesta sunt lucra q̃ quæ nemo lædit ur. Bene quæritur, quod de nullis dominis abrogatur. *Idem epistola 14.*

Commodũ debet esse cum modo, nam si mẽsuram qualitatis excesserit, uim sui nominis nõ habebit. *Idem lib. 11. epist. 8.*

Illud tñ uere possumus dicere, quod conflat deum non punire. *Plautus in Asinaria.*

Necesse est facere sumptũ, q̃ quærit lucrũ.

Hesiodus: μὴ κακὰ κερδαίνῃς, κακὰ κέρδεα ἶσα ἄτησιν. id est, *Noli male lucrari, mala lucra æqualia dãnis.*

Menander: βίον πορίζειν πάντοτε πλὴν ἐκ κακῶν. id est, *Victum acquire undiq; præterquam ex malis.*

idem: βέλτιστε, μὴ τὸ κέρδ⊙ ἐν πᾶσι σκόπει. id est, *Optime, noli lucrum in omnibus considerare.*

idem: κέρδ⊙ πονηρὸν φεῦγε, κἀὰ κέρδ⊙ κακόν. id est, *Morem malum fuge, & lucrum malum*

idem: κέρδ⊙ πονηρὸν μὴ λαβεῖν βούλου ποτέ. id est, *Lucrum malum nec capere uelis.*

idem: κέρδ⊙ πονηρὸν ζημίαν ἀεὶ φέρει. id est, *Lucrum malum, damnum semper fert.*

idem: τὰ μικρὰ κέρδη μείζονας βλάβας φέρει. *Paruum lucrum maiora damna fert.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

τὸ κέρδος οὐδὲ κέρδος, ἂν δίκαιον ᾖ. id eſt,
Lucrum puta lucrum ſi iuſtum ſit. *idem.*
τὰ δ' αἰσχρὰ κέρδη κυμφορὰς ἐργάζεται. id eſt,
Turpia autem lucra calamitates pariunt. *idem.*

Sophocles in Aiace.

μὴ χαῖρ' ἀτρείδαι κέρδεσι μὴ κάλοις. id eſt,
Ne gaudeas Atride lucris non honeſtis.

Iuuenalis ſatyra 14.

-Lucri bonus eſt odor ex re
Qualibet.-

Lumen græce φῶς φωτὸς, τὸ. & φώστηρ. ῆρος. ὁ. luminare dicitur. Eſt autem lumen qualitas inhærens diaphono, ſecundum quam diaphanum eſt actu transparens, ſecundum Ariſt. lib. 2. de Anima.

Lumen eſt color perſpicui, ſecundum accidens, per aliud ſcilicet à corpore lucido, ſecundum Ariſtotelem libro de ſenſu & ſenſato.

Lumiuare dicitur eſſe corpus lucens, & radios emittens ut ſol, luna, & omnes ſtellæ. Non corpus diaphanum, nec opacum, ex b. Tho. ſecunda ſecundæ, diſt. 15. q. 1. art. 1.

Lux pariter φῶς. φωτός. τὸ. dicitur. Eſt autem lux nõ corpus nec eſt euidentia coloris, ſecundum b. Tho. prima parte q. 67. art. 2.

Lux differt à lumine, radio, & ſplendore, ſecundum eundem ſecun. Sentent. diſt. 13 q. 3.



Vxuria græce ἀσωτία, ας. ἡ. & ἄσωτος luxurioſe & ἀσώτευμα. luxurioſus dicitur. Eſt autem luxuria ſolutio in uoluptates ſecundum Iſidorum libro Etymolog.

Luxuria eſt concupiſcentia experiendæ uoluptatis, uel concubitus deſiderium ſupra modum, uel contra rationem afferens, ſecundum Hugonem libro de ſacramentis.

Luxuria eſt appetitus inordinatus uenereorum, ſecundum beatum Thomam ſecunda ſecundæ q. 153. & in q. de malo, q. 15.

Luxuria principaliter eſt circa uoluptates uenereas: Secundario autem dicit exceſſum in aliis, ex beato Thoma ſecunda ſecundæ quæſtione 153. artic. 1.

Luxuria ſiue luxuries, ſiue luxus, eſt immoderata appetitio cuiuſcunq; rei gratæ, rationi non obtemperans. Capiturq; pro immoderata profuſione. Cicero: Intelligimus quàm ſit turpe defluere luxuria, delicate ac molliter uiuere. Sumitur etiam pro nimia rei abundantia. Vnde luxuriare quoq; modo profundere, modo nimium abundare ſignificat. Virg.

Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.

Reperitur etiam luxurior luxuriaris, & luxor luxaris in eadem ſignificatione. Dicuntur autem hæc à luxo, quod ſignificat ſoluo, à quo etiam luxa, & luxata membra dicuntur ſoluta, & ſuis locis mota. Item luxuriati, quorum membra ſuis locis mota ſunt. Plini. Alte radix decocta luxatis prodeſt.

Exodi cap. 22.

Maleficos nõ patieris uiuere. Qui coierit cum iumento moriatur.

Auguſtinus ſuper illud Leuitici capite 29. & habetur 15. quæſt.

Mulier.

Mulier quæ acceſſit ad omne pecus, & uult aſcendi ab eo, interficietis mulierẽ, & pecus morte moriat. Rei em̃ ſunt. Quæritur quomodo ſit reum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

reum pecus, cum ſit irrationale, nec ullo modo capax legis eſt. Item pecora inde credẽdum eſt iuſte interfici, quia tali flagitio contaminata indignam refricant facti memoriam.

Idem de Chriſtiana fide, & habetur 32.q.5.ea.ca.Nec ſolo.

Nec ſolo affectu, & tactu, ſed aſpectu quoque appetit & appetit concupiſcentia fœminarum. Nec dicatis uos animos habere pudicos, ſi habetis oculos impudicos, qa impudicus oculꝰ impudici cordis eſt nuncius, & cũ ſe ſibi inuicẽ etiã tacente lingua cõſpectu mutuo corda nunciãt impudica, & ſecundũ cõcupiſcentiam carnis ardore alterutro delectant, etiã in tactis abimmũda uiolatione corporibus fugit caſtitas ipſa de moribus. *Idem lib. 12. de Ciuitate dei.*

Luxuria non eſt uitiũ corporum pulchrorũ, uel ſuauium, ſed animæ peruerſę amãtis corporeas uoluptates neglecta temperantia, qua aptamur ſpiritualibus. *Idem libro 15.*

Sicut iniquum eſt auiditate poſſidendi tranſgredi limitem agrorum, ita iniquum eſt libidine concumbendi ſubuertere limitem morum.

Idem libro de Doctrina Chriſtiana.

Luxuria eſt inimica deo, inimica uirtutibus, perdit oẽm ſubſtantiam, & ad preſens uoluptatem deliniens, futurã non ſinit cogitare paupertatẽ.

Idem libro Confeſſionum.

Ex uoluntate peruerſa facta eſt libido, & dũ ſeruitur libidini facta eſt conſuetudo. Dum cõ ſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas.

Idem de ſingularitate clericorum.

Quanti & q̃les epiſcopi & clerici poſt cõfeſſionum & victoriarũ calcata certamina, poſt magnalia & ſigna mirabilia uſq; quaq; mõſtrata noſcuntur cũ his omnibus naufragaſſe, cum uolũt in naui fragili nauigare. Quantos leones domuit una infirmitas delicata, id eſt luxuria, quæ cũ ſit uilis & miſera de magnis efficit prædam.

Hieronymus ad matrem & ad filiam.

Qui luxuriatur, uiuens mortuus eſt, ferreas mentes libido domat, quæ maiorem in uirginibus patitur famem, dum dulcius oĩe quod neſciunt putant. *Idem in epiſtola 43.*

Ventrem diſtentum cibo, uoluptas ſequit genitalium. *Amb li. de Abel & Caim.*

Sæuus criminũ ſtimulus libido eſt, q̃ nunq; manere quietiũ patitur affectũ. Nocte feruet, die anhelat. *Gregorius 22. Moralium.*

Quælibet alia fiant bona opera, ſi luxuriæ ſcelus non abluitur, immẽſitate huius criminis obruuntur. *Ibidem.*

Malum luxurie aut cogitatione perpetratur, aut opere. Callidus eñ aduerſarius noſter, cum ab effectu corporis expellitur, ſecreta cogitatione polluere nititur.

Ioannes Chryſoſt. ſuper Matthæum.

Vitium libidinis facile exuacantia & otio naſcitur. Nam diffinitio amoris hęc eſt, animæ uacantis paſſio. Ieem dicit Poeta:

Otia ſi tollas periere Cupidinis arcus.
Contemptæq; iacent, & ſine luce faces.

Iſidorus de ſummo bono lib. 2. cap. 39.

Principaliter his duobus uitijs diabolꝰ humano generi dñatur .i. ſuperbia mentis, & luxuria carnis. unde Iob de diabolo dicit: Sub umbra dormit in ſecreto thalami, & locis humẽtibus, per thalamum inanis ſuperbia, & per locahumẽtia carnis luxuria demonſtratur.

Bernardus ſuper Cantica.

Luxuriæ currus quadriga uoluitur uitiorũ, ingluuie uidelicet uentris, libidine coitus, mollitie ueſtium, otijq; ſaporiſq; reſolutione. Trahitur equis æque duobus, proſperitate uitæ, & rerum abundantia, & qui his præſident, duo, ignauiæ torpor, & infida ſecuritas.

Boetius de ſcholaſtica diſciplina.

Meretrix nonaria eſt inferni ianua, uia iniquitatis, ſcorpionis percuſſio, uiſcariũ ſcelerum, puteus interitus. *Seneca Tragœdia 4.*

Vincit ſanctos dira libido. *Idem Trag. 8.*
Totum per orbem maximum eſt exortum
Malum luxuria peſtis blanda.

Ariſtoteles libro 3. de Anima.

Leporis fœmina equitat marem in coitu.

Ibidem.

Vir appetit coitũ in hyeme, mulier in æſtate.

Ibidem.

Mutatio uocis eſt ſignum motus ad coitum.

Idem lib 6. de Animalibus.

Gallinæ multum ouantes cito moriuntur.

Ibidem.

In omnibus animalibus eſt appetitus & dilectio coitus. *Ibidem.*

Omne quadrupes magis deſiderat in uere coitum, q̃ in alio tempore. *Idem lib. 15.*

Sperma eſt ſuperfluum nutrimenti.

Idem libro 7. de Anima.

Accidit hominibus & quadrupedibus coitũ deſiderantibus ad tactum & uiſum ſubito ſpermatizare. *Idem lib. de Animalibus 28.*

Viri multorum pilorum ad coxas & à parte inferiori, ſunt multi coitus.

Ibidem.

Mulier & equa ſuper oẽs fœminas diligunt coitum. *Ibidem.*

Puberes plus delectantur in coitu quàm cæteræ aliæ ætates, & quanto plus aſſueſcunt, tanto plus appetunt.

Commentator ſuper li. de Cauſa lon. & breui.uita.

Qui multum coeunt, parum uiuunt, unde caſtrati plus uiuunt, quàm non caſtrati.

Ibidem.

Propter paucitatem coitus, plus uiuit mulus quàm equus, & maſculi quàm fœminæ.

Laert. Diog. de Vita & moribus philoſopho.

Demoſthenes ſtomachum Laidis nobiliſſimæ meretricis iocando ſuppalpitans & quæritans, hoc quantum, illa dicente: mille denarijs, reſpondit: ego pœnitere tanti non emo.

Cicero libro Officiorum.

Atq; etiã ſi conſiderare uolumus, q̃ ſit in natura ho-

ra hominis excellentia & dignitas, intelligem⁹ q̄ſit turpe defluere luxuria, & delicate ac mollitur uiuere, quam ſ̄ honeſtō parce, continenter, ſeuere ac ſobrie, *Ibidem libro 2.*

Luxuria uero cum omni ætati ſit turpis, tum maxime ſenibus fœdiſsima eſt.

Idem Rhet. nouorum libro 2.

Maius eſt maleficium ſtuprare ingenuam, q̄ ſacrum legere, cum alterū propter egeſtatem, alterum propter intemperatam ſuperbiā fiat.

Idem in libro de ſenectute.

Libidinoſa intemperans ſ̄ adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti.

Macrobius Saturnalium libro 3.

Viros triumphales uictores gentiū luxuria uincit. *Valerius Max. libro nono tit. de Luxuria.*

Blandum eſt malum luxuria, quam accuſare aliquanto facilius eſt, quàm uitare.

Ibidem de Annibale.

At Campana luxuria perquàm utilis ciuitati noſtræ fuit; inuictum enim armis Annibalē illecebris ſuis complexa vincendum Romano militi tribuit. *Claudianus.*

Luxuries prædulce malum, quæ dedita ſemper
Corporis arbitrijs hebetat caligine ſenſus.
Ouidius libro 2. de Remedio amoris.
Nec minus erucas aptum eſt uitare ſalaces,
Et quicquid Veneri corpora parat.
Vtilius ſumas acuentes lumina rutas,
Et quicquid Veneri | corpora noſtra negat.
Idem epiſtola Briſeidis ad Achillem.
Eſt aliquis ſolitis collum tetigiſſe lacertis,
Præſentēſq̄ oculos admonuiſſe ſinu.
Propertius libro 3. elegia 12.
Certa quidem tantis cauſa eſt manifeſta ruinis
Luxuriæ nimium libera facta uia eſt.
Martialis libro nono ad Ponticum.
Ponticeq̄ nunquam futuis, ſed pellice leua
Vteris, & Veneri ſeruit amica manus.
Hoc nihil eſſe putas, ſcelus eſt (mihi crede) ſed ingens,
Quantum uix animo concipis ipſe tuo.
Nempe ſemel futuit generaret Horatius ut tres,
Mars ſemel ut geminos Ilia caſta daret.
Omnia perdiderat, ſi maſturbatus uterq̄
Mandaſſe manibus gaudia fœda ſuis.
Ipſam crede tibi naturam dicere rerum
Iſtud, quod digitis Pontice perdis homo eſt.
Hora. Sermon. libro 1. ſatyra 1.
ſine matronas ſectarier unde laboris
Plus haurire mali eſt, q̄ ex re decerpere fructus.
Iuuenalis ſatyra 1.
Sanē mercedem | ſanguinis, & ſic
Palleat, ut nudus preſſit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram.
Idem ſatyra ſexta.
-Quod enim non excitēt inguen
Vox blanda & nequam, digitos habet.
¶ Lucanus 4. Pharſaliæ.
-O prodiga rerum
Luxuries nunquam paruo contenta paratu,
Et quæ ſit rerum terra pelagoq̄ ciborum,
Diſcite q̄ paruo liceat producere uitam.
¶ Perſius ſatyra 5.
-Ille
In Venerem putris, ſed cum lapidoſa chiragra
Tum craſſos tranſiſſe dies lucemq̄ paluſtrem
Et ſibi tam ſeri uitam ingemuere relictam.
Dantes inferni Canti. ca. 5.
I uenni in loco dogne luce mutto,
Che mugia come famar per tempeſta,
Che da contrario uento e combatuto.
La bufera infernal, che mai non reſta
Mena li ſpiriti cum la ſua rapina
Voltando & percotendo gli moleſta.
Et quando egiogon inanzi alla ruina,
Quiui leſtrida col pianto & lamento,
Biaſteman quiui la uirtu diuina.
Inte ſi che acoſi facto tormento
Eran damnati peccati peccator carnali.
Che la ragion ſometten al talento *ideſt,*
Perueni in locum omnis lucis caſſum,
Qui mugiebat inſtar maris conciti,
Quod contrarijs uentis commouetur.
Turbo inferorum, qui nunquam ceſſat
Ducens ſpiritus cum ſua rapacitate
Voluendo & uerberando infeſtat plurimum.
Et cum perueniunt ante eorum ruinam
Illicſtridores cum planctu & querela,
Blaſphemant illic uirtutem diuinam.
Intellexi quod huiuſmodi pœna
Damnabitur peccatores carnales,
Qui rationem ſummittunt ipſi lucro.

MAGISTER græce ὁ διδάσκαλος, ου. ὁ. dicitur. Et is appellatur q̄ alicuius rei præceteris curam gerit ſecundū Hoſtieñ. Magiſtri ꝓprie dicunt̄ artiū præceptores, transfertur tamē hoc nomen ad omnes, quibus præcipua cura rerū incūbit. Dicunt autē uelà monendo, uel monſtrando, uel q̄d magis cæteris poſsint, uel quod magis quàm cæteri diligentiam & ſolicitudinē rebus quibus præſunt debent. A magiſter magiſtro, hoc eſt moderor, guberno: & magiſterium, quod nonnulli pro ipſa magiſtri dignitate uſurpant. *Idcobus in epiſtola ca. 3.*

Nolite plures magiſtri fieri fratres mei, ſcientes quoniam maius iudicium ſumitis.

Auguſtinus libro 4. de Ciuitate dei.

Non debet curare q̄ docet, quanta eloquentia doceat, ſed quāta euidentia ꝓpter quod aliquādo negligat uerba cultiora. Nec curet q̄ bene ſonet, ſed quid qūo indicet, quod offerendo intendit. *Idem libro 4. de Doctrina Chriſti.*

Doctor in ſuo ſermone mallet rebus placere q̄ uerbis, nec exiſtimet dici melius, niſi quod uidetur uerius, nec doctor uerbis ſeruiat, ſed uerba doctori. *Ibidem.*

Bonus doctor uulgi more loquat̄, ut ambiguitas obſcuritaſq̄ uitentur. Non ſic dicat ut à doctis, ſed ab indoctis dici ſolet. Quid em̄ prodeſt locutionis integritas, quam nō ſequitur intellectus audientis?

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hieronymus ſuper illud Matth. 22. Magiſter ſcimus quia uerax es.

Magiſtrū uocāt, vt quaſi laudatus myſterium cordis ſui ſimpliciter aperiat, eoſq; uelit habere diſcipulos. *Idem ſup epiſtolam ad Titum ſup illud, Non tracundum &c.*

Nihil eſt fœdius præceptore furioſo, qui cum debeat eſſe manſuetus & humilis ad omnes, ex diuerſo, toruo uultu, trementibus labijs, rugata frōte, effrenatis conuitijs, facie inter pallorē & ruborē uariata, clamore perſtrepitat, & errantes nō tam à bono retrahit, quàm ad malum ſua ſæuitia præcipitat. *Idem epiſt. 36.*

Habet neſcio quid latētis energię uiua uox, & in aures diſcipuli de doctoris ore trāsfuſa fortius ſonat. *Idem epiſt. 89.*

Magiſter probæ ætatis & uitæ eruditionisq; eligendus ē. Nec puto erubeſcit doctꝰ uir illud facere in propinqua uel nobili uirgine, ꝙ fecit Ariſtoteles in Philippi filio, ut ipſa librorū uarietate initia monſtraret literarum. Non ſunt contēnenda quaſi parua, ſine quibus conſtare magna non poſſunt. *Ibidem.*

Græcorū narrat hiſtoria Alexandrū potentiſſimum regē moribus & inceſſu Leonidis pædagogi ſui nō potuiſſe carere uitijs, quibus adhuc paruulus fuerat infectus. *Ibidem.*

Procliuis enim eſt malorū æmulatio, & quorum uirtutes aſſequi neſcis, uitia imitaris.

Gregorius in Paſtorali cap. 1.

Sunt pleriq; qui mentiri ſe neſciunt, quæ nō didicerint docere cōcupiſcunt, qui pondus magiſterij tanto leuius exiſtimant, quāto uim magnitudinis illius ignorant.

Ioan. Chryſoſt. ſup illud Mat. 26. Magiſter quod eſt magnum mandatum in lege.

Magiſtrū uocat, cuius nō uult eſſe diſcipulus. De mādato magno interrogat, qui nec minimū ſeruat. *Iſidorus in Sinonymis 18.*

Dionyſius magiſtrū ſibi in grāmatica elegit Donatū in rhetorica Victorinū, in theologia Gregoriū Nazianzenū, ſimiliter ſibi Theophraſtus elegit Ariſtotelē, Ariſtoteles Platonē, Plato Socratē, regina Auſtri ſapientiſſimū Salomonem. *Boetius libro de Schola. diſciplina.*

Doctor debet eſſe eruditus: prius em̄ oportet vt diſcat ꝙ doceat, debet eſſe manſuetus prout opportunū eſt, debet eſſe rigidus, ut lites diſſoluat, oblatrantes remordeat, obloquentes reprimat, proteruientes caſtiget, debet eſſe diligens. Nam ſicut in unoquoq; opere mater cōſtantia inuenit, ita uniuerſæ doctrinæ nouerca eſt negligentia. *Ibidem.*

Sit in ſermone uerax, in iudicando iuſtus, in conſilio prouidus, in cōmiſſo fidelis, & cōſtans in uultu, pius aſpectu, uirtutibus inſignis, bonitate laudabilis. *Ibidem.*

Qui non nouit ſe ſubijci nunquàm ſciet magiſtrari. *Ibidem.*

Miſerum eſt enim eſſe magiſtrum, qui nunquam nouit ſe eſſe diſcipulum.

Ibidem.

Diſcipulus debet eſſe beneuolus animo, attētus ad audiendū, docilis ad intelligendū, beneuolus ad retinendum. *Ibidem.*

Non eſt dignus ſcientia, quia ſcientiæ inſurgit præceptori. *Ibidem.*

Oportet quod prius qs diſcat quàm doceat.

Bernardus de Præcepto & diſpenſatione.

Melius eſt obedire deo ꝙ hominibus, & ipſis melius magiſtris ꝙ diſcipulis. Porro in magiſtris melius noſtris ꝙ extraneis, quibus aūt melius conſtat obedire, ipſis proculdubio non obedire eſt deteſtabilius. *Seneca epiſtola 7.*

Plus homines oculis ꝙ auribus credunt: longum em̄ iter per præcepta, efficax & breue per exempla. Zenonē enim Cleanthes non expreſſiſſet, ſi tantū eum audiſſet: obſeruauit illum, ut ex forma uiueret. *Idem epiſt. 65.*

Multū egerunt qui ante nos fuerunt, ſed non peregerunt. Suſcipiendi tamē ſunt & ritu deorum colendi. Quā uenerationē præceptoribꝰ meis debeo, eandē illis præceptoribus generis humani à quibus tanti boni initia fluxerunt. Si conſulē uideo aut prætorē, omnia quibus honor haberi ſolet faciam, equo deſiliam, caput adaperiā, ſemita cedam. Quō ergo Mar. Catonem & Lęlium ſapientē & Socratē cum Platone in animū meum ſine dignatione ſumma recipiam? Ego illos ueneror, & tantis nobilibus aſſurgo. *Ariſt. libro nono Ethicorum.*

Magiſtris, dijs, & parentibus non poteſt reddi æquiualens. *Idem libro de Morte & pomo.*

Docentes alios mentiri non debent.

Iuuenalis ſatyra 7.

Noſſe uolunt omnes mercedem ſoluere nemo.
Mercedem appellas, quid enim ſcio? culpa docentis
Scilicet arguitur, ꝙ leua in parte mamillæ
Nil ſalit Arcadico iuueni. *Ibidem.*
Hos inter ſumptus ſexterția Quintiliano
Vt multum duo ſufficient, res nulla minoris
Conſtabit patri quam filius. *Ibidem.*
Pœnituit multos uanæ ſterilisq; cathedræ.
Ibidem.
Dij maiorum umbris tenuem, & ſine pondere terrā
Spirantesq; crocos, & in urna perpetuum uer,
Qui præceptorem ſancti uoluere parentis
Eſſe loco. *Ibidem.*
Rara tamen merces, quæ cognitione tribuni
Non egat, ſed uos ſæuas imponite leges,
Vt præceptori uerbum regula conſtet,
Et legat hiſtorias, autores nouerit omnes
Tanquam ungues digitosq; ſuos. ut forte rogatus
Dum petit aut thermas, aut Phœbi balnea, dicat
Nutricem Anchiſe, nomen patriamq; nouerca
Archemoli, dicat quot Aceſtes uixerit annos,
Quot Siculus Phrygibus uini donauerit urnas.

Magiſtri in theologia, & ſtudentes in theologia quinq; annis, accipiant fructus beneficiorū ſuorum, de magiſtris cap. Vltim.

De hac materia habes ſupra ubi Diſciplina & Doctrina.

MAGNA-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

MAgnanimitas græce μεγαλοψυχία, ας. ἡ. & μεγαλόψυχος, ου. ὁ. magnanimus dicitur. Est autem magnanimitas uirtus quæ uersatur circa magna, secundū Aristot. lib. 4. Ethicorum.

Magnanimitas est uirtus magnorum beneficiorum affectiua, cuius contrariū est pusillanimitas, secundum Aristot. li. 1. Rhetoricorum.

Magnanimitas importat intensionem animi, uel ad magna absolute, uel secundū proportionem, ex b. Tho. secunda secundæ q. 129. art. 1.

Magnanimitas est uirtus tendēs ad maxima, secundū rectam rōem, ex b. Tho. ibidē art. 3.

Magnanimitas quid differat à fidutia, uide supra in Fidutia. Quid differat à fortitudine, uide supra in Fortitudo. *Amb. ad Simplicianum.*

Sapiens non metu frangit, nō potestate mutatur, non extollitur prosperis, nō tristibus mergitur. *Seneca epistola 94.*

Cogitanda ergo sunt oīa, & animus aduersus ea quæ possunt euenire firmandos exilia, tormenta morbi, bella, naufragia, meditare.

Idem de quatuor uirtutibus.

Si magnanimus fueris, nunq; iudicabis tibi cōtumeliam fieri. De inimico dices non nocuit mihi, sed animum nocēdi habuit: & cum illum in potestate tua uideris, uindictam putabis uindicare potuisse. Scito enim magnum & honestum uindictæ esse genus ignoscere.

Ibidem.

Magnanimitas aūt si ultra modū suum se extollat, faciet uirū minacē, inflatū, turbidum, inquietū, & in quascunq; excellentias dictorq; atq; factorq; neglecta honestate festinū, qui omentis oībus supercilia subrigens, ut bestiarius inquietat, excitat, alium ferit, aliū fugat, sed talis aut miserū appetit finē, aut ærumnosam sui memoriā derelinquit. Mēsura ergo magnamitatis est, nec timidum esse hominem, nec audacem.

Ibidem.

Eris magnanimus si pericula non appetas, ut temerarius, nec formides, ut timidus. Nā timidum non facit animum, nisi reprehēsibilis uitæ conscientia. *Ibidem.*

Magnitudo aūt animi si à comitate humana sit remota, feritas quædam erit & immanitas.

Ibidem in epistolis.

Pauper fiam, inter plures ero: exul fiam, me natum putabo quo mittar. Non sum uni angulo natus, patria mea totus mundus est.

Idem epistola 37.

Magnanimi est magna contemnere, & mediocria malle q̄ nimia. *Idem epistola 40.*

Aīm excellentem, moderatū oīa tanq̄ minora transeuntē, quicquid timemus optamusq; ridentē, cælestis potentia agitat. Non potest res tanta sine adminiculo numinis stare, quēadmodum radij solis contingunt quidē terrā, sed ibi sunt unde mittunt, sic animus magnus ac sacer conuersat quidē nobiscū, sed hīc origini suę.

Idem epistola 66.

Animus intuendus, ut pariter fugiendoq; ac petendorum, nō ex opinione, sed ex natura pretia rebus imponens, asperis blandisq; pariter inuictus, neutri se fortunæ submittens, supra oīa quæ contingunt accidunt̄q; eminens impertur/batus, intrepidus, quem nulla uis frangit, quem non attollunt fortuita, nec deprimunt, talis animus uirtus est, hæc est eius facies.

Ibidem.

Magnanimo de rebus magnis iudicandū est, fortunatior est qui omnia rerum diuersarum onera rigida sustollit ceruice, eo qui supra fortunam extat. Non mirum est in trāquillitate non concuti. Illud mirare, ibi extolli aliquem, ubi omnes deprimuntur. Ibi stare, ubi omnes iacēt.

Idem epistola 72.

Magnanimus stat rectus sub quolibet pondere. Nulla illum res minorē facit, nil illi eorum quæ ferenda sunt displicet, quicquid cadere in hominem potest, in se cecidisse nō quæritur, uires suas nouit, uincit fortunam uirtute.

Idem libro de moribus.

Nihil magnum est in rebus humanis, nisi magno animo despicias. *Ibidem.*

Propriū enim est magnanimitatis uere se non sentire percussum, in magnis enim fera & magna ad latratum canum lenta respicit.

Cicero libro 1, de Officijs.

Viros fortes magnanimos esse, eosdem uolumus ueritatis amicos, minimeq; fallaces.

Ibidem.

Ad magnanimū pertinet neq; perturbationi animi, neq; hoīs, neq; fortunæ succumbere.

Ibidem.

Ad magnanimum pertinet ea quæ uident̄ acerba ita ferre, ut nihil à statu naturæ discedat, nihil à dignitate sapientis. *Ibidem.*

Magnanimitas est uirtus spontanea difficiliū aggressio & rationabilis.

Lucanus lib. 2. Pharsaliæ.

Sit subitum quodcunq; paras.

Ibidem.

- Sed Cæsar in omnia præceps,
Nil actum credens, cum quid superesset agendum
Instat atrox.

Magnificentia græce μεγαλοπρέπεια, ας. ἡ. & μεγαλύνω magnifico dicitur. Est aūt magnificētia magnarum rerum & excelsarum cū animi ampla quadam & splendida propositione cogitatio atq; administratio, secund. Cicero. in Rheto.

Magnificentia est uirtus magnitudinis sumptuum effectiua, cuius contrarium modicitas, secundum Aristo. lib. 1. Rhetoric.

Magnificentia est uirtus factiua magnorū, & est uirtus generalis si sumatur facere communiter, scilicet pro omni opere, si uero propriæ .s. pro operatione exteriori, est uirtus specialis, ex b. Tho. secunda secundæ q. 134. art. 1.

Maiestas græce μεγαλειότης, ητος. ἡ. dicitur. Est q; decus, amplitudo & dignitas, uel populi, uel senatus, uel magistratus, uel principis, uel imperatoris, aut etiam priuati magni uiri, uel alterius etiā rei inanimatæ,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Maieſtatis crimen, iuriſcõſulti diffiniunt eſſe quod aduerſus populum Romanũ, uel aduerſus ſecuritatem eius committitur.

Maieſtas eſt ſumma poteſtas ſecundum bea. Tho. ſuper epiſtolam ad Hebræos lec. 2. fin.

MAlitia græce κακία, ας. ἡ. & κακότης, malus dicitur. Eſt autem malitia mentis atq; animi deprauatio, à tramite ueritatis de uia, ſecundum Ambroſium in Hexameron.

Malitia eſt uerſuta & fallax ratio nocendi, ſecundum Cic. li 3. de Natura deorum. Differt autem malitia à uitioſitate, q malitia certi cuiuſdam uitij nomen eſt, uitioſitas omnium.

Regum x cap. 22.

Si perſeueraueritis in malitia, & uos & rex ueſter pariter peribitis. *Sapient. cap. 16.*

Homo autem occidit quidẽ per malitiam animam ſuam. *Amb. in Hexameron.*

Mala non ſunt niſi quæ crimine mentẽ implicant, & conſcientiã ligant. *Greg. ſuper Iobel.*

Sicut ignis amoris mentẽ erigit, ita ignis malitiæ inuoluit, quia & ſpũſſanctus cor q repletę leuat, & ardor malitiæ ad inferiora ſemper incuruat. *Idem lib. 12. Moralium.*

Mens praua ſemp in laboribꝰ eſt, qa aut molitur mala quę inferat, uel metuit ne ſibi ab alijs inferantur, & quicquid contra proximos excogitatur, hoc cõtra ſe cogitari à proximis formidat. *Greg. Nazianzenus in Apologetico.*

Velocius malitię parua ſcintilla conſumit, q uirtutis ignibus cõcaleſcere poſſimꝰ. Nã & mellí plurimo paꝛꝛ abſinthĩ iniectum uelocẽ amaritudinem tradit, mellis etiã ſi duplum inijciat abſinthio, non poterit eius obtineri dulcedo.

Ioannes Chryſoſt. ſuper Matthæum. cap. 2.

Coerceri omnino nequit animus praua ſemel uoluntate uitiatus, quia zelus ſapere neſcit, & ira conſilium non habet.

Idem ſuper Matth. ca. 22.

Sicut ignis quãto amplius ligna ſuſceperit, in maiorem flãmam erigitur, ſic anima mala quãto magis ueritatẽ audierit, eo amplius in malitia excitatur. *Ibidem.*

Aetate minores, malitia pares. Nam pulli ſerpentium ſtatura breuiores ſunt, ueneno autem æquales, catuli luporum, & ſi uenatione nocere non poſſunt, iam tamen ſanguine gaudent, & morſibus lædunt. *Ibidem.*

Debuerunt Saducæi timere Phariſ, oꝛ exemplo, ut ne ſimiliter interrogãtes cõfundant. Sed ardẽs malitia dum ſe ſatiare feſtinat, rei exitum non aſpicit, maleuolẽtia enim & liuor nutriũt imprudentiam. *Bernard. ſuper Cantic.*

Habet malitia curſum ſuũroris 4. conſiſtentem, ſæuitia, impatientia, audacia, impudẽtia. Valde eñ uelox eſt currus iſte ad effundẽdum ſanguinẽ, qui nec innocentia ſiſtit, nec patientia retardat, nec timore frenatur, nec pudore inhibetur. Trahitur aũt duobus pernicibus equis, & ad omnes perniciem paratiſſimis, terrena potentia & ſeculi pompa: porro præſident his duobus equis aurigæ duo, tumor & liuor. Tumor quidem pompam, liuor potentiam agit.

Caſſiodorus ſuper illud, Anni eorum ſicut aranea.

Malignitatẽ uitę noſtræ ſimilitudo declarat, Aranea eſt animal debile ac tenuiſſimum, quod tranſeuntibus muſcis quædam retia doloſa cõtexit, ſic anni illoꝝ q ſceleratis operibus dediti ſunt inanibus & ſubdolis machinationibus occupant. *Richardus de uerbis Apoſtoli ſuper illud, Non in fermento malitiæ & nequitiæ.*

Malitia eſt ex propoſito & deliberatione malo cognito prono animo conſentire. *Seneca epiſt. 82.*

Malitia ipſa maximã partẽ uenẽni ſui bibit, at uenenum quod ſerpentes in alienam pernicie em proferunt, ſine ſua continent, non eſt huic ſimile, hoc habentibus peſſimum eſt. *Idem in Prouerbijs.*

Malefacere qui uult nusq; non inuenit cauſam, maleuolus ſemper ſua natura nititur. *Idem in Tragœdia. 6.*

Capienda rebus in malis præceps uia. *Ibidem.*

Nil ratio & uſus audet in magnis malis, tenet horror artus. *Menander.*

ἄγει γὰρ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην. id eſt, Ducit diuinitas malos ad iudicium. *Idem.*

θεὸς δὲ πλημμύρει, οὐχ ὑπερπυδᾶ βροτούς. id eſt, Deus autem flagellum non euitat mortalis. *Idem.*

λήσῃ δ' εἰς τέλος μὴ δόκει πονηρὸς ὤν. id eſt, Latere uſq; in finem ne putes cũ ſis malus. *Idem.*

θεὸς δ' ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πάνθ' ὁρᾶν. id eſt, Acutus dei autem oculus ad omnia inſpicienda. *Idem.*

ἀνὴρ πονηρὸς δυστυχεῖ κἀν εὐτυχῇ. id eſt, Vir malus infœlix eſt, & ſi fœlix ſit. *Idem.*

ἀνδρὸς πονηροῦ φεῦγε συμβουλίαν ἀεί. id eſt, Viri mali fuge conſilium ſemper. *Idem.*

ἀνδρὸς πονηροῦ ὁπλάγχνου δυ μαλάσσεται. id eſt, Viri mali cor non mitigatur. *Idem.*

λύσιμορφος ἔιην μᾶλλον ἢ καλὸς κακός, id eſt, Deformis ſim magis, quam pulcher malus. *Idem.*

τὸν δόλιον ἀνδρα φεῦγε παρ' ὅλον τὸν βίον. id eſt, Doloſum uirum fuge per totam uitam. *Idem.*

θεὸς δ' ὀυδὲ τοὺς κακοὺς ἐνδαιμονεῖν. id eſt, Dei uituperium malos beneficio afficere. *Idem.*

καὶ ζῶν ὁ φαῦλος κἀθανὼν κολάζεται. id eſt, Et uiuens malus, & mortuus punitur. *Idem.*

κακῷ σὺν ἀνδρὶ μὴ δ' ὅλως ὁδὸν πόρῃ. id eſt, Malo cum uiro neq; omnino iter facias. *Idem.*

πονηρὸν ἄνδρα μηδέποτε ποιῶ φίλον. id eſt, Malum uirum nunquam facias amicum. *Idem.*

φασὶν κακίστους οἱ πονηροὶ τοὺς καλούς. id eſt, Dicunt peſſimos mali illos qui ſunt boni. *Idem.*

ὡς ἔργον ὦ (ἦν ἐν πονηροῖς ἤθεσιν. id eſt, Quam difficile bene uiuere inter malos mores. *Ex primo Epigrammaton.*

ὀυδεὶς ἀνθρώπων ἀδίκων τίσιν οὐκ ἀποτίσῃ. id eſt, Nullus hominum iniuſtorum pœnam non ſoluet.

De hac materia habes infra ubi Peccatum.

Malignitas græce κακία, ας. ἡ. & πονηρός, ά, όν. malignus dicit. Malignus uero dicitur quaſi malus ignis. i. prauã habens intentionem ſecun. b. Tho. ſuper pſal

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

psalmum 36. principio. Est enim malignus, asper, difficilis, inuidus, auarus. Hinc malignā uitam q̄ angusta atq; ardua est. Virg. Aditusq; maligni.

MALIVOLENTIA græce κακόνοια ας ἡ. uel χαιρεκακία ας ἡ & κακόηθ-ης ες ὁ. maliuolus. Est aūt maliuolētia uoluptas ex malo alterius sine suo emolumento, secundum Ciceronem lib. Tusc. quæst.

MALVM græce κακόν ν. τὸ dicit. Et nihil est aliud quam boni priuatio, sicut tenebræ sunt priuatio luminis, secundū Ioan. Damas. lib. 2. cap. 4.

Malum nihil aliud est quàm bonum imperfectum secundum b. Th. secūdo Sen. dist. 34. q. 1.

De hac materia uide supra in malitia, & infra in peccatum.

MALLVVIVM græce λεκάνη ης ἡ. dicit. Et est uas in quo manus lauant, ut pelluuiū in quo pedes lauantur, quod etiā peluis appellat. Hæc eadē fœminino quoq; genere malluuiæ & pelluuiæ.

MANIFESTATIO græce ἐπιφάνεια ας ἡ. & φανερός, ά, όν. manifestius dicitur. Est autē manifestū id quod uel per confessionem uel probationem legitime notū fuerit, aut euidētia rei, quæ nulla possit cergiuersatione cælari, ut habetur in cap. cū olim de uer. signi.

Manifestum, hoc est clarum, apertū, quasi ad manus foris stans, hinc manifesto uerbū, & manifeste aduerbiū, hoc est clare, & manifestarius, qui uulgo notorius dicitur. *Plautus.*

Capio fustem, obtrunco gallum furem manifestarium.

MANSVETVDO græce πραότης ητος ἡ & πραΰς ῦτης ἡ. mansuetudo mediocritas circa iram, secundum Arist. li. 4. Ethicorum.

Mansuetudo est depressio atq; sedatio iræ, secundum eundem libro 1. & 2. Rhetoricorum.

Mansuetæ feræ dicunt cicures. Nam cicurare antiqui dicebant mansuefacere, secundū M. Varronem. Et quicquid à fero discretum est dicitur cicur. Cieur ingenium dicimus mite atque mansuetum. Videturq; deductum à cico. Nam cicum ueteres dicebant membranam tenuem, quæ est in malo punico discrimen.

Mansuetudo quid à clementia differat, uide supra in Clementia.

Mansuetudo quid à fortitudine, uide supra in Fortitudo.

Mansuetus & mitis quomodo differant, uide infra in Mitis. *Matth. 5.*

Beati mites, quoniam possidebunt terram.

Iacobus cap. 1.

Abiicientes omnē immunditiā, & abundantiam malitiæ, in māsuetudine suscipite insitū uerbum, quod potest saluare animas uestras.

Augustini in sermone domini in monte.

Mites sunt qui credūt improbationibus, & nō resistunt in malo, sed uincunt in bono malum.

Ambro. super Lucam lib. 5.

Cum deposuero omne peccatum, & etuero omnem malitiam & simplicitate contentus fuero, inops malorum, supereſt ut mores temperem. Quid enim mihi prodest carere sceleribus, nisi fuero mitis atq; mansuetus.

Grego. Moralium lib. 19. parte 4. cap. 2 3. & habetur dist. 45. ca. Sunt namq;

Sunt nanq; nōnulli ita districti, ut omnē mansuetudinem benignitatis amittant, & sunt nonnulli ita mansueti, ut perdant districti iura regiminis, unde cunctis rectoribus utroq; summopere, sunt tenēda, ut nec in disciplinæ rigore benignitatē mansuetudinis, nec rursus in mansuetudine districtionē deserant disciplinæ. Quatenus nec à compassione pietatis obdurescāt, cū contumacem corrigunt; nec disciplinæ rigorē molliant, cum infirmorum animos consolantur. Regat ergo rigor disciplinæ māsuetudinē, & mansuetudo ornet sermone rigorē. Et sic alterum cōmendetur ex altero, ut nec rigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.

Ioannes Chrysost super Matthæum.

Ille uero mansuetus est, cum prouocatus fuerit, nec malum cogitat facere, nec facit.

Bernardus super Cantica.

Sunt quidā mites; sed q̄diu nihil dicitur uel agitur, nisi pro eorū arbitrio. Patebit autem q̄ longe sunt à uera mansuetudine, si leuis oriatur occasio. *Isidorus Soliloquiorum lib. 2.*

Magna est uirtus, si non lædas à quo læsus es.

Ibidem.

Magna est fortitudo, si etiā læsus remittas.

Ibidem.

Magna est gloria, si cui potuisti nocere parcas.

Cassiodorus super Psalm. 33.

Mansueti lætentur, non dixit lege docti, non ieiunantes, non psallentes, sed mansueti lætent, qui charitate præcipue habere omnium rerū temperantiam consueuerunt.

Idem sup Psalm 36. Mansueti hereditabunt terram.

Mansuetos appellamus manū consuetos, id est, patientes & mites qui alienas iniquitates tolerant, nec aliquem grauare præsumunt.

Seneca in Hercule furente Tragœd. 1.

-Quisquis est placidæ potens
Dominus quæ uitæ seruat innocuas manus,
Et ineruentum mitis imperium regit.
Animoq; parcit, longa permensus die
Fœlicis æui spatia, uel cœlum petit,
Vel læta fœlix nemoris Elisij loca.

De hac materia uidè supra in Clementia.

MANDVCATIO dicit tria, scilicet fractionem, deglutionem, & nutritionem, secundum beatum Tho. 4. Senten. dist. 12. q. 1 sect. 3.

MANVMISSIO est libertatis datio secundum Vlpianum, & habetur institu. de liber. q. 1. & 12. q. 2. Cum redemptor.

MANVS græce χείρ ρός ἡ dicitur. Est autem manus organum organorum, quia facit omnia instrumēta, & est loco omnium instrumentorū, secundum b. Tho. 3. parte q. 83. art. 5. D cit aūtem à mānando ut (quidā uolunt) quod à brachijs mānet, & ab ea digiti manent, etiq; membrum decentissimū. Manus interdum significat multitudinem. *Virgilius.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Hic manus ob patriam pugnando uulnera passi.
Aliquando potestate. Ouidius.
An nescis longas regibus esse manus?

MARE græce θαλασσα.ης.ἡ.& θαμάω.ἀ.ὁ. marinus dicit. Quod aũt mare fluat & refluat, est ex motu lunæ, cui aqua naturaliter subdit, secundum beatum Thomam prima parte q. 105, artic. 6.

MARIA interpretatur stella maris uel illuminatrix. Et Syro sermone domina, ex b. Tho. super Matth. col. 24.

Maria debet proferri penultima breui, ut Maria. Ita & Lucia proferri debet penultima breui, quemadmodum & Lucius, licet usus oppositum usurpet apud plerosq;

Augustinus in sermone Assumptionis.

Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit, Maria uiuificando profuit. Illa percussit, ista sanauit.

Idem in sermone de Natiuitate beatæ Mariæ.

Aue Maria gratia plena, dominus tecum, tecum in corde, tecum in uentre, tecum in utero, tecum in auxilio. *Ibidem.*

Exultauit Maria, & matrem se læta mirant, & de spiritu sancto se peperisse gaudet. Nec qa peperit innupta terretur, sed quia genuit cũ exultatione miratur. *Idem in sermone Annuntiationis.*

Vera ratiõe censeo confitendũ Mariã in Christo & apud Christũ esse, in Christo, quia in ipso uiuimus, mouemur et sumus. Apud Christũ, quia gloriose ad æternitatẽ assumptã benignitate Christi honoratius susceptã cæteris, atq; ad communẽ utilitatem non additam post mortem putredini, uidelicet uermi & pulueri.

Idem in ser. de Assumptione.

A maledictione Euæ excipit Maria, cui dictũ est, in dolore paries filios, qa ipsa in lætitia parturiuit dominũ. Igitur similiter à maledictione Adæ excipi debuit, cui dicitur, puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Ergo nõ debuit incinerari, licet mortua sit, præceptũ em̃ est honorare patrẽ & matrẽ. Cum ergo Christus in uita præ cæteris honorauit matrẽ, pium est credere ipsum in morte spirituali gratia ipsam præ cæteris honorasse. Caro Christi caro uirginis est, & multo specialius est q̃ Ioseph Iudæ cæterorũq; fratrũ, qui dicebant frater & caro nostra est. Vnde sicut caro Christi nõ uidit corruptionẽ, sic nec caro uirginis thronum dei & thalamum domini, & tabernaculũ Christi dignum est ibi esse, ubi ipse prætiosissimũ thesaurũ dignum est in cœlo seruari q̃ interra. Tantã igitur integritatem merito incorruptibilitas, non putredinis ulla resolutio sequitur. *Ibidem.*

Facta est Mariæ humilitas scala cœlestis, per quam deus descendit ad terram. Quid em̃ est dicere, respexit humilitatem, nisi approbauerit? Multi enim uident in conspectu hominum humiles esse, sed eorum humilitas à domino non respicit. Si enim ueraciter humiles essent, nõ ab hominibus laudari se uellent, non in hoc mundo, sed in deo spiritus eorum exultaret,

Idem libro de Natura & gratia.

Excepta uirgine Maria, de qua propter honorẽ dñi nullã prorsus habere uolo quæstionem. Inde em̃ scimus q̃ plus ei collatũ fuit gratiæ ad uincendum omni ex parte peccatum, quia concipere ac parere meruit eum, quẽ constat nullũ habuisse peccatum. Hac ergo uirgine excepta, si oẽs sanctos & sanctas cum hic uiuerent congregare possem, & interrogare utrum essent sine peccato, quid fuisse respõsum putamus, nisi quod ait Ioannes: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. *Idem lib. de Virginitate.*

Felicior partus spiritualis q̃ carnalis. Beatior enim Maria fuit cõcipiendo Christũ fide q̃ carne. Materna enim propinquitas nihil ei profuisset, nisi fœlicius ipsum fide q̃ carne gestasset.

Idem sup illud Lucæ 11. Beati qui audiunt uerbum dei, &c.

Hoc est dicere Mater mea quẽ appellatis fœlicem, inde fœlix est quia uerbum dei custodiuit, non quia in illa uerbum caro factum est.

Idem libro contra duas hæreses.

Sicut in transitu meo Mariæ non est corrupta uirginitas, sic mea ibi nõ est maculata maiestas.

Ibidem.

Vnde sordes in Maria, quę nec in cõcipiendo libidinẽ, nec in pariendo passa est dolorẽ? Vnde sordes in domo, in qua nullus habitator terræ accessit, solus ad eã eius fabricator & dominus uenit. *Ibidem. Quomodo fiet istud.*

Eua inobediens meruit pœnã, Maria obediẽs consecuta est gratiam, illa gustando prohibitũ maledicta, hæc credendo angelo benedicta.

Idem libro de Virginibus.

Quod profecto non diceret nisi deo uirginem se ante uouisset. Sed quia hoc Israelitarũ mores adhuc recusabãt, desponsata est uiro iusto, nõ uiolenter ablaturo, sed potius contra uiolantes custodituro, quod illa iam uouerat.

Hieron. in sermone de Assumptione.

Aue Maria gratia plena dominus tecũ, &c. Talib9 nanq; decebat uirginẽ oppignerare muneribus, ut esset gratia plena, quæ reddidit cœlis gloriã, terris deum, pacem q̃ refudit fidẽ gentibus, finẽ uitijs, uitæ ordinẽ, moribus disciplinã.

Ibidem.

Quod natura nõ habuit, usus nescíuit, ignorauit ratio, mẽs non capit humana, pauet cœlũ, stupet terra, creatura omnis etiã cœlestis miratur, hoc totum est quod per Gabrielem Mariæ diuinitus nuntiatur. *Ambrosius super Lucam.*

Non mirum si dominus redempturus mundum operationem suam tunc inchoauit Maria, ut per quam salus omnibus parabatur, eadem prima fructum salutis hauriret ex pignore.

Idem super Lucam libro 2.

Maluit dominus aliquos de suo ortu q̃ de matris pudore dubitare. Sciebat enim tenerã uirginis uerecundiã & lubricam famã pudoris, nec putauit ortus sui fidẽ matris iniurijs astruendã. Seruatur itaq; sanctæ Mariæ, sicut pudore integra

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gra,ita&inuiolabilis opinione uirginitas.Oportet enim ſanctos ab his tiſtimonium habere qui fortis ſunt.Nec decuit ſiniſtra uirginis opinione uiuentibus uelamen excuſatiõis relinqui,quod infamata mater quoq; domini uideretur.

Ibidem.

Surgens Maria, &c. Non quaſi incredula de oraculo, nec q̃ſi increta de nuncio, nec dubitãs de exemplo,ſed quaſi ſcta p uoto,religioſa pro officio,feſtina pro gaudio,in mõtana perrexit. Quomodo enim iam deo plena,niſi ad ſuperiora cum feſtinatione conſcenderet? neſcit tarda molimina ſpiritus ſancti gratia.

Idem ſuper Lucam libro 10.

Seruatur itaq; ſanctæ Mariæ ſicut pudore integra,ita inuiolabilis opinione uirginitas. Nec decuit uirginibus ſiniſtra uiuentibus uelamen excuſationis relinqui,quod infamata quoq; mater domini uideretur.Quid aũt Iudæis,quid Herodi poſſet aſcribi,ſi natum uideretur ex adulterio perſequi. Quẽadmodum ipſe diceret, nõ ueni ſoluere legem ſed adimplere:ſi uiderentur incipere à legis iniuria,cum partus innupte; lege damnaretur. *Idem de uirginitate.*

Quicunq; ſibi Mariæ optat præmium,imitetur exemplum. *Ibidem.*

Virgo Maria erat non ſolum corpore,ſed & mente,quæ nullo doli ambitu ſyncerum adulteraret affectum.Corde humilis,uerbis grauis, animo prudens,loquendi peritior,legendi ſtudioſior:non in incerto diuitiarum, ſed in prece pauperum ſpem ponens,intenta opere, uerecũda ſermone. *Idem de uirginibus.*

Quid nobilius dei matre? q̃d ſplẽdidius ea quã ſplẽdor elegit? quid caſtius ea q̃ corpus ſine corporis cõtagione generauit? *Ibidem.*

Arbitriũ mentis non hominẽ ſed deum quẽrere,nullum lædere,oĩbus bene uelle,maioribus aſſurgere,æqualibus non inuidere, iactantiam fugere,rationem ſequi,ueritatẽ amare. Quãdo iſta faſtidiuit humilẽ,quando riſit debilẽ,quando uitauit inopem? Nihil in oculis toruum, nihil in uerbis procax,nihil in actu inuerecũdum, non geſtus fractior,non inceſſus ſolutior, non uox petulantior;ut ipſa corporis ſpecies ſimulacrum fuerit mentis,figura probitatis:talem hãc euangeliſta monſtrauit,talem angelus reperit, talem ſpiritus ſanct? elegit. Quid enim in ſingulis morer,quæ digna fuit ex qua filius dei naſceretur? *Idem libro 2.*

Quãtæ in una uirgine ſpecies uirtutũ emicãt, ſecretũ uerecũdiæ,uexillũ fidei, deuotiõis obſequium,uirgo intra domũ,comes adminiſteriũ, mater ad templum. *Ibidem.*

Sit igitur nobis tanquam in imagine deſcripta uirginitas uita Mariæ:in qua uelut in ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis & forma uirtutis. Hinc ſumatis exempla uirtutis, ubi tãquam in exemplari magiſteria expreſſa probitatis, quid corrigere,quid fugere,qd tenere debeatis oſtenditur. *Idem libro de uirginitate.*

Talis fuit Maria ut eius unius uita omniũ diſciplina ſit. *Idem in ſerm. de nati. beatæ uirginis.*

Beata Maria priuſquã conciperet uel naſceret erat prænũtiata,& deſignata miraculis; nata uero de progenie diuinitus ordinata,priuilegio uirtutũ inſignis emicuit,ſaluatorem cõdidit,à quo glorificata in cœlis nunquam terrigenis patrocinari deſiſtit. *Ibidem*

Ipſa cõteret caput tuũ. Virgo ſibi caput cõtriuit in eo quod humilitatẽ & uirginitatem deo ſanctificauit. Virginitate nanq; ſeruata probatur extinxiſſe cõcupiſcentiam mentis,ſicq; principali ſuggeſtione diaboli uicta uitioſum caput uirtutis pede contriuit. Non tamen hoc ſolo, ſed eo q̃ maxime triumphauit,quã de ſua mundiſſima carne cõparata ſapiẽtia uincit. *Ibidem.*

Beata Maria nõ fortuitu aut ſolum placito, ut quidã putant,ſed diuina diſpenſatiõe nomẽ accepit. ita ut ipſa quoq; uocabuli ſui figura magnum quoddã innueret,interpretatur eñ ſtella maris. Nautis enim mare tranſeuntibus uocare eſt opus ſtellã maris longe à ſupremo cœli cardine coruſcantem,& ex reſpectu illius dirigere curſum,ut poſſint portum deſtinatũ apprehendere. Simili modo fratres oportet uniuerſos Chriſticolas inter fluctus huius ſeculi. Hanc eñ Mariam quæ ſupremo rerum cardine deo proxima eſt, & reſpectu exempli eius curſum uitæ dirigere,quod quid fecerit non iactabitur uanæ gloriæ uento, nec frangẽt ſcopulis aduerſorũ, nec abſorbebitur uoragine uoluptatum, ſed proſpere ueniet ad quietis æternæ portum.

Gregorius in Regiſtro.

Dum unigenitus dei exiſtens ante ſecula, ex Mariæ utero natus eſt homo, inueſtigabili miſeratione facta eſt,& ancilla hominis per deitatẽ, & mater uerbi per carnem.

Idem Moral. ſup illud: Virtus altiſſimi obumbrabit tibi.

Quia umbra non aliter exprimitur,niſi per lumen & corpus uirtus altiſſimi Mariam obumbrat,quia in eius utero lux incorporea corpus ſumpſit, ex qua uidelicet obumbratione omne in ſe refrigerii mentis accepit. *Ibidem.*

Chriſtus non operante coitu,ſed ſpiritu ſancto ſuperueniente conceptus eſt. Natus aũt materna uiſcera & fœcunda exhibuit,& incorrupta ſeruauit. *Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth.*

O inæſtimabilis Mariæ laus,& Ioſeph pio credidit caſtitati,q̃ utero intumeſcẽti, plus gratiæ q̃ naturæ,conceptionem uidit ſed fornicationem nõ exiſtimauit:poſſibilius credebat mulierem ſine uiro concipere,q̃ Mariam poſſe peccare. *Ibidem.*

Comeſſatrix ac uinolenta nunq̃ Maria fuit, quia omnis mulier q̃ uinolenta eſt & comeſſatrix meritrix eſt:nõ leuis,non iocoſa, non cantatrix,nõ turpium uerborum amatrix, & ſicut ſolent plerunq; puellæ quæ libẽter talia aut loquũtur aut audiunt. Non ſuper uirum oculos ſuos extulit,aut infixit aſpectũ. *Ibidem.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ideo fabro lignario desponsata fuit: qa Christus ecclesiæ sponsus omniũ hominum salutẽ per lignum crucis operaturus erat.

Bernardus in sermone libro 2.

Virgo regia ipsa est uia, per quã saluator aduenit. procedẽs de ipsius utero tanquã sponsus de thalamo sua. Per te accessum habeamus ad filiũ o benedicta inuentrix gratiæ, genitrix uitæ, mater salutis, ut per te suscipiat nos qui p̃ te data ꝓ est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua culpam nostræ corruptionis, & humilitas deo grata nostræ ueniam impetret uanitati. Copiosa charitas tua nostrorũ cooperiat multitudinẽ peccatorũ, & fœcunditas gloriosa fœcunditatẽ nobis conferat meritorum. *Ibidem.*

Ad beatam uirginem sicut ad medium, sicut ad arcanum dei, sicut ad rerũ causam, sicut ad negocium seculorum respiciunt: & qui in cœlo sunt, & qui in inferno habitant, & qui nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui sequuntur, & nati natorum, & qui nascuntur ab illis, & qui in inferno, ut eripiantur, & q̃ præcesserunt ut prophetæ fideles inueniantur, & qui sequuntur ut glorificentur.

Ibidem in sermone 98.

Per te uirgo sancta cœlum impletum est, infernus euacuatus est, instauratæ ruinæ cœlestis Hierusalem, miseris expectantibus perdita uita data est. *Ibidem.*

Maria facta est omnia omnibus, sapientibus & insipientibus copiosissima charitate debitricem se fecit, omnibus misericordiæ sinum aperuit, ut de plenitudine eius accipiant uniuersi, captiuus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator ueniam, iustus gratiam, angelus lætitiam, denicꝫ tota trinitas gloriam, filiꝰ persona carnis humanæ substantiam: ut non sit qui se abscondat à calore eius.

Idem super Missus est.

Maria uirginem se oblita gloriatur de humilitate, & tu negligendo humilitatem blandiris tibi de uirginitate. *Ibidem.*

O peccator ad filium dei non audes accedere, quare non liquefias ut cera à facie ignis. Vade ad matrẽ peccatorũ, & ostende ei tua facinora, & ipsa ostendet pro te filio pectus & ubera, & filius ostendet patri latus & uulnera. Pater nõ negabit filio postulanti, & filius non negabit matri interpellãti. Mater nõ negabit peccatori ploranti. *Idem in serm. de conceptione.*

Dico uirginẽ gloriosam de spiritu sancto cõcepisse, non conceptam fuisse, dico peperisse uirginẽ, non tamen partã à uirgine. Alioquin ubi erat prærogatiua matris domini, quia singulare creditur exultare & muttere prolis, & integritate carnis. Si tantum dederis & matri eius, nõ est uirginẽ honorare, sed honori detrahere. Cum igitur hæc ita se habeant, quæ non erit festiuitas conceptionis? Quo ue pacto aut sanctus asseritur conceptus, qui de spiritu sancto non est, aut festus habebitur, qui minime sanctus est.

Idem in sermone de aduentu.

Chꝛs flos campi, & non horti. Campus enim sine omni humano floret adminiculo, hõ semi natus ab aliquo, nõ defossus sarculo, non inpinguatus fimo. Sic omnino uirginis aluus floruit, sic inuiolata & casta Mariæ uiscera, tanquã pascua æterni nitoris floruerunt, cuius pulchritudo non uidit corruptionem, flos imperpetuũ non marcescet. *Idem in sermone de beata uirgine.*

Ecce coram tremendo iudice peccatores assistimus, cuius manus terribilis, gladium iræ suæ uibrat super nos. Et quis auertet eum? Nemo domina tam idoneus, ut gladio dñi obiꝯiat manum, & tu dei amantissima, p̃ quam primum in terris suscepim⁹ misericordiam de manu domini. *Idem in sermone de aduentu.*

Domina nostra, mediatrix nostra, aduocata nostra, filio tuo nos reconcilia, & repræsenta patri, o benedicta, per gratiam quam inueneristi, ut qui mediante te fieri dignatus est particeps infirmitatis nostræ & miseriæ nostræ, te quoque intercedente participes nos faciat suæ gloriæ.

Idem in sermone de natiuitate.

Aduocatam uis habere ad Christum, ad Mariam recurre, exaudiet itaq; matrem filius. Cæterum quicquid illud est quod offerre paras, Mariæ cõmendare memento, si non uis sustinere repulsam. *Ibidem.*

Si pie à nobis pulsata fuerit & inuocata cõpatiet nobis, nec deerit necessitati nostræ: liquidẽ nec facultas deesse poterit, nec uoluntas, q̃m regina cęlorum misericors est, & mater misericordiæ. *Idem super Canti. 2. & 3.*

Est sagitta electa amor Chꝛi, quæ Mariæ animam non solũ modo confixit, sed etiam pertransiuit: ut nullam in pectore uirginali, particulam uacuã relinqueret, sed tota uirtute, toto corde, tota anima diligeret, & esset gratia plena, aut certe pertransiuit eam, ut ueniret usq; ad nos, & de plenitudine illa oẽs accepimus, & fieret mater charitatis. Cuius pater est charitas deum parturiens. Et in sole ponens tabernaculũ, ut scriptura impleretur q̃ dicit: Dedi te in lucem gẽtium. hoc est impletũ per Mariam, quę in carne uisibili edidit, quæue inuisibilẽ nec de carne, nec ẽ carne suscepit. *Idem sermone 32.*

Virtus altissimi obumbrabit tibi: & uere uirtus in carne Christi quæ uirtus obumbrauit, ut q̃d impossibile erat mortali fœminæ obiectam uiuifici corporis præsentiã maiestatis & lucem sustineret inaccessibilem. Virtus plane in qua unius fortitudo contraria debilitata est, & uirtus & umbra fugans dæmones, tutãs homines, aut certe uirtus uegetans & umbra refrigerans.

Idem sermone 55.

Christus transiliuit Gabrielem & uenit ad uirginem, eodem archangelo attestante qui ait: Aue gratia plena dominus tecum. Quid quem modo reliqueras in cœlo, in utero reperis? Transiliit te qui præmisit te, unde dicitur: Exultauit ut gigas ad currendam uiam.

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem lib. 5. de conſideratione.

Mulier euangelica quæ cõmiſcuit tria ſata farinæ, fuit beata uirgo, quæ incarnatione fermẽto fidei ſuæ commiſcuit tria ſata, nouum, antiquũ, & æternũ, ſecũdum animam de nouo creatam, corpus de natura Adam, & æternum in unione unitatis. *Idem ad canonicos Lugd.*

Magna fuit ſanctificatio Hieremiæ, qua potuit uitare faciliter culpã mortalium. Maior ſanctificatio Ioannis baptiſtæ, qua potuit uitare frequẽ tiam uenalium. Maxima uirginis Mariꝫ, qua potuit uitare (imo uitauit) omne peccatum.

Idem ſuper Miſſus eſt.

Hæc eſt uirgo carne & mẽte, uirgo profeſſione, uirgo deniq; qualem ſcribit Apoſtolus mente & corpore ſancta.

Idem ſuper illud Apoc. Habebat in capite coronam ſtellarum.

Quod triennis in templa præſentata eſt beata uirgo, & in contubernio uirginum poſita, non dum plene uerba formabat, & iam greſſu maturo incedebat, ut nõ infantula putaretur, ſed grã dæua, horas ſic diſcernebat, quod mane uſq; ad tertiã orationi uacabat, à tertia uſq; ad nonã texebat uel nebat ad cultum templi: nona autem orationi inſtabat, donec angelus ueniebat, de cuius manu cibum ſumebat, cibũ uero cum alijs uirginibus ſumebat.

Orige. ſup illud Matth. 1. Ioſeph cum eſſet iuſtus.

Ioſeph iuſtus erat uerbo, iuſtus in facto, iuſtus in legis cõſummatione, iuſtus initiæ gratiꝫ. Ideo eam dimittere uolebat, quoniam uirtutem myſteriꝫ & ſacramẽtum quoddam magnificum in ea eſſe cognoſcebat, cui approximare ſe indignum æſtimabat, exemplo Petri Lucæ 5. Recede à me, quia homo peccator ſum.

Petrus Damia. in ſer. ſuper Euang. Liber generat.

Hinc fratres, hinc ergo ꝓpendite, quibus laudibus digna ſit beata & gloriosa uirgo Maria, q̃ illum de caſtiſſimis illis uiſceribus nobis genuit, qui nos de tam profũdo gutture auidiſſimi draconis eripuit. Ad eius nanq; digna efferenda præconia non rhetoricorũ diſerta facundia, nõ dialecticorum ſubtilia argumenta, non acutiſſima philoſophorum aperta reperiuntur ingenia. Et quid mirum, ſi hæc ineffabilis uirgo in ſuis laudibus modum humanꝫ uocis exuperat, cum et ipſam humani generis naturam excellentiũ meritorum dignitate traſcendat.

Idem in ſermone de Natiuitate beatæ uirginis.

Quo pacto eius feſtiuitatẽ digne celebrare? poteſt infirmitas hominũ, quæ gaudiũ parere meruit angelorũ? Qualiter eã laudare poterit mortalis hominũ tranſitoriũ uerbum, quæ illud de ſe protulit uerbũ quod manet inæternum? Quę lingua in eius laude inueniẽt idonea, quæ illũ genuit, cui omnia benedicũt, & cum tremore obediunt elementa? *Anſelmus de laudibus Mariæ.*

O fœmina mirabiliter ſingularis, & ſingulariter mirabilis, per quã elemẽta renouant, angeli reintegrant, inferna euacuant, homines ſaluantur. O fœmina plena & ſuper plena gratia, de cuius plenitudinis exundantia reſperſa reſultat oĩs creatura. O uirgo benedicta per cuius beatitudinem benedicet omnis creatura, & nõ ſolum creatura à creatore, ſed etiã creator à creatura laudat. O Maria dulciſſima ſemperꝫ beatiſſima. Si oĩs peccator ad te cõuerſus & à te ſit deſpectus, neceſſe eſt ut intereat. Si oĩs peccator ad te conuerſus & à te cõſpectus impoſſibile ẽ ut pereat.

Idem de conceptu beatæ uirginis Mariæ.

Si Hieremias q lugẽtibus erat ꝓpheta futurus, in uulua eſt ſanctificatus, & Ioannes in ſpiritu & uirtute Heliæ uẽturus ſeruꝰ eſt in utero matris ſpiritu ſancto repletus: q̃s dicere audeat ſingulare totius ſeculi propitiatorium & filiꝫ dei unicũ reclinatorium mox in ſuæ conceptionis exordio ſpiritus ſancti gratia deſtitutum?

Idem de conceptu uirginali cap. 12. & 13.

Decebat ut illius hominis cõceptio pe matre puriſſima fieret. Nempe decẽs erat ut ea puritate, qua maior ſub deo nequit intelligi uirgo illa niteret, cui deus pater unicum filium, quem de corde ſuo æqualem ſibi genitum, tanꝫ ſeipſum diligebat, ita dare diſponebat, ut naturaliter eſſet unus idemq; communis dei patris & uirginis filius. *Ibidem.*

Nihil tibi dña eſt æq̃le, mihi cõparabile. Om̃e em̃ q̃ eſt, aut ſupra te eſt, aut infra te eſt. Quod ſupra te eſt, ſolus deus eſt: quod infra te eſt, eſt omne quod deus non eſt. *Ibidem cap. 26.*

O dña, ſi tuus filius factus ẽ per te frater noſter, nõne tu per illũ facta es mater noſtra? Ecce ingt dominus mater tua. O peccator homo gaude & exulta. Non eſt unde deſperes, non eſt unde formides, id quod iudicabitur, de te totum dependet ex ſententia fratris tui & matris tuæ.

Idem in orationibus.

O beata fiducia, o totũ refugium, mater dei eſt mater noſtra, iudex noſter eſt frat noſter. Qua igit certitudine debemus ſperare, qua conſolatione poſſumus timere, quorũ ſiue ſalus ſiue damnatio de boni fratris, & de bonæ matris pendet arbitrio. *Idem cur deus. & hab. cap. 1.*

Oportebat ut ſicut per hominis inobedientiã mors in humanum genus intrauerat, ita per hominis obedientiam uita reſtitueretur: & quemadmodum peccatum quando fuit cauſa noſtræ damnationis, initium habuit à fœmina: ſic ſalutis autor naſceretur de fœmina: ut ſicut diabolus per guſtum ligni ſuauis hominem uicerat, ſic per paſſionem quam intulit ab homine uinceretur. Dantes paradiſi cant. cap. ult.

La tua benignita non pur ſuccorre
A chi domanda, anci multe fiate
Liberamente al domandar precorre:
In te miſericordia in te pietade,
In te magnificentia in te ſe aduna
Quantunche in creatura e dibontade. *id eſt,*
Tua liberalitas nedum ſuccurrit
Petenti, quinimo ſæpenumero
Libere petitionibus præuenit:

In

In te miſericordia, in te pietas.
In te magnificentia, in te unitur
Quicquid in creatura eſt bonitatis.
Bapt. Mantuanus Parthe. lib. 1. cap. 2.

Nulli adeo uiuax animi ſolertia, nulli
Tam fœlix aderit flentis gloria linguæ,
Vt Mariæ poſſit laudes æquare loquendo,
Quæ data ſunt illi nunquam mortalibus ullis
Antea conceſſit nec poſt concedet olympus.

MArtyrium græca dictio eſt. Nam μαρτύριον τὸ teſtimonium ſignificat, & μαρτύρ προσ testis. Dicitur autem martyriũ actus uirtutis quadruplicis. ſ. fortitudinis ut elicientis principaliter: patientiæ uero ut elicientis cõſequenter, ſed charitatis ut imperantis, & fidei ut finis, ex beato Thoma ſecunda ſecundæ quæſtione 124. articu. 1. cap. 1. & 2.

Martyrium eſt actus maximæ perfectionis, nõ quidem ſecundum ſe, ſed ut imperatur à charitate, & ut eam oſtendit, ut ibidem articulo 3.

Mors eſt de ratione martyrij, ut ibidem ar. 4.

Matthæus cap. 11.

A diebus aũt Ioannes baptiſtæ uſq; nunc regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiũt illud. *Auguſtinus ſup. Pſalm.*

Seculi homines infœliciter fœlices ſunt, martyres autem fœliciter infœlices erant.

Idem contra Petilianum, & habetur 23. q. 5. cap. Tu dixiſti.

Neq; enim ueneramur nomine martyrum eos, qui ſibi collum ligauerunt.

idem de Verbis apoſtoli.

Iniuria eſt pro martyre orare, cuius debemus orationibus commendari.

Hieron. in Ionam prophetam, & habetur 23. q. 5. Non eſt noſtrum.

Non eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatã ab alijs libenter accipere: unde in perſecutionibus nõ licet mihi propria perire manu abſq; eo ubi caſtitas periclitatur, ſed percutiẽti colla ſubmittere. *Ambro. & habe. 23. q 8. c. Conuenior.*

Vultis in uincula rapere, uultis in mortẽ, uoluntas eſt mihi. Non ego me uallabo circumfuſione populorum, nec altaria tenebo uitam obſecrans, ſed pro altaribus gratis immolabor.

Gregorius in hom. de uirginibus.

Martyr pro Chriſto mori nõ potuiſſet corpore, niſi prius deſideriſs terrenis mortuus fuiſſet in mente. Erectus nanq; animus uirtutis culmine, tormenta deriſit, præmia calcauit, ante armatos reges & prælides ductus imperterritus ſtetit, feriente robuſtior, iudicante ſublimior.

idem ſuper euang. homilia.

Quamuis occaſio perſecutionis deeſt, habet tamen & pax noſtra martyrium ſuum, quia & ſi carnis colla ferro non ſubdimus, ſpirituali tamen gladio deſideria in mente trucidamus.

idem in homilia.

Duo ſunt quippe martyrij genera, unũ in publico, aliud in mente, ſimul in actione. Itaq; eſſe martyres poſſumus, etiam ſi nullo ferro percutiendi trucidemur. *idem in homilia.*

Mori à perſequente martyrium in aperto operæ eſt, ferre uero contumelias & odientem diligere, martyrium eſt in occulta cogitatione.

idem homilia 35.

Si adiuuante nos domino uirtutem patientiæ ſeruare cõtendimus, & in pace eccleſiæ uiuimus, martyrij palmam tenemus. *ibidem.*

Nos ſine ferro & flãma martyres eſſe poſſumus, ſi patientiam ueraciter in animo cuſtodiamus.

Ioannes Chryſ. ſuper Matthæum.

In præſijs ſenſibilibus qui paratior eſt ad occiſionem, probior eſt & hoſtibus terribilior, cui cum rex non poſſit ſuſcitare poſt mortẽ, quãto magis hic ubi tanta ſpes reſurrectionis eſt.

Bernardus in ſermone.

Quod martyrium grauius q̃ inter epulas eſurire, inter ueſtes multas pretioſas algere, & paupertate premi, inter diuitias quas offert mũdus, quas oſtẽtat malignus, quas deſiderat noſter appetitus. Propterea pauperibus pariter & martyribus regnum cœlorũ promittitur, quia paupertate quidem emitur, ſed in paſſione pro Chriſto abſq; dilatione percipitur.

Hugo de Clauſtro animæ.

Fortiſſimus Abraã ſed beatus Laurentius fortior fortiſſimo. Audiamus qualiter Abraã ſua dimiſit, & Laurentius ſua diſperſit, & dedit pauperibus. Abraam filiũ ſuũ deo obtulit, Laurẽtius ſeipſum pro filio dei. Hic ignem parat, collo ligat filiũ, gladium euaginat, ſed angelum audit prohibentem ne perficiat. Ille ad ignem poſitus Chriſtum prædicauit, carnifices uero urgentes carbones miniſtrando uerbis non exaſperat, efficitur holocauſtum domino, id eſt totum incenſum intus igne charitatis, exterius uero flamma tribulationis. Hic quia obediens efficitur filium recipit incolumẽ: Ille quia pſeuerat in tormentis, à dei filio recipitur ad ſalutem.

Mathematica græca dictio eſt. Nam μαθηματικὴ ἐπιστήμη dicitur, & eſt ſcientia quadruuialis. Periti uero huius ſcientiæ μαθηματικοὶ dicuntur, Iuuenalis: Nota mathematicis geneſis tua. Dicitur q; mathematica, quoniam ueteres græci geometriam, muſicam, arithmeticam, & aſtrologiam, diſciplinas altiores μαθήματα appellabant. Vulgus autem Chaldæos quoq; magos mathematicos uocat, exinde aũt his ſcientijs ornati ad perdiſcenda mundi opera & principia naturæ procedebant, ac tunc demq; φυσικοὶ, id eſt, naturales nominabantur.

MAtrimonium græce συζυγία κατὰ & συζυγὸς ὁ ἡ, coniunx dicitur. Eſt autem matrimonium legitima ſocieras inter uirum & fœminam, in qua ex pari cõſenſu ſemetipſum alteri debet, ſecundum Auguſtin. libro de uirginitate beatæ uirginis.

Matrimonium eſt uiri mulieriſq; coniunctio maritalis inter legitimas perſonas uitã indiſſolubilem retinens, ſecundum Magiſtrum ſenten. 4. ſen. diſt. 27.

Matrimo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Matrimoniū eſt coniunctio maris & fœminę inter perſonas legitimas individuam uitæ conſuetudinem retinens, ut habetur 22. q. 2. ℈. 1.

Matrimonium eſt uiri & mulieris coniūctio individuam conſuetudinem uitæ retinēs, ut habetur inſti. de pa. po. ℈. Nuptiæ.

Matrimoniū dicitur quaſi matris muniū, id eſt officiū, uel quaſi matrem muniens uel monens, uel quaſi mater manēs, uel quaſi á matre & nato. Dicitur autē magis à matre, quia magis pertinet ad rationem eiꝰ q̄ pater. Nam mulier principaliter facta eſt propter hoc, nō autem uir. Et mulier circa prolem eſt magis officioſa, ex bea. Thoma 4. ſen. diſt. 27. q. 1. art. 1.

Matrimonium contrahendum impedientia & iam contractum dirimentia ſunt quæ continentur his uerſibus:

Error, conditio, uotum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, uis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis:
Hæc ſocianda uetant connubia facta retractant.

Tobias cap. 6.

Angelus Raphael dixit Tobiæ: Audi me & oſtendā tibi qui ſunt q̄bus præualere poteſt dæmoniū. Hi nanq̄ qui coniugiū ita ſuſcipiunt, ut deum à ſe & ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita uacēt, ſicut equus & mulus in quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. Tu autem cum acceperis eā, ingreſſus cubiculum per tres dies continens eſto ab ea, & nihil aliud niſi orationibus uacabis cum ea.

Prouerbio. cap. 19.

Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à dño aūt propria uxor prudens *Eccleſiaſtici cap. 7.*

Noli diſcedere à muliere ſenſata & bona, quā fortitᵉ es in timore domini, gratia enim uerecūdiæ illius ſuper aurum. *Ibidem.*

Trade filiam & grande opus feceris, & homini ſenſato da illam. *Ibidem cap. 25.*

In tribus placitum eſt ſpiritui meo quæ ſunt probata coram deo & hominibus: concordia fratrū, & amor proximorum, & uir & mulier ſibi bene conſentientes. *Ibidem.*

Beatᵉ q̄ habitat cū muliere ſenſata. *Mat. cap. 1.*

Dictum eſt aūt, quicunq̄ dimiſerit uxorē ſuam, det ei libellū repudij. Ego autē dico uobis, quia omnis qui dimiſerit uxorē ſuā excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari, & qui dimiſſam duxerit, adulterat. *Ibidem cap. 19.*

Acceſſerūt ad Ieſum Phariſęi tentātes eū & dicentes: Si licet homini dimittere uxorē ſuā quacunq̄ ex cauſa? Qui reſpondens ait eis: Nō legiſtis, quia qui fecit ab initio hominem maſculū & fœminā fecit eos. Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrē & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erūt duo in carne una. Itaq̄ iā nō ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non ſeparet. *Ibidem.*

Quicunq̄ dimiſerit uxorē ſuā, niſi ob fornicationem, & aliā duxerit, mœchatur. Et qui dimiſſam duxerit, mœchatur. *Lucas cap. 16.*

Omnis qui dimittit uxorem ſuā & alteram ducit, mœchatur: & qui dimiſſam à uiro ducit, mœchatur. *Paulus ad Romanos cap. 7.*

Nam quæ ſub uiro eſt mulier uiuēte uiro alligata eſt legi: ſi aūt mortuus fuerit uir eius, ſoluta eſt à lege uiri. igit̄ uiuēte uiro uocabitur adultera, ſi fuerit cū alio uiro. Si autem mortuus fuerit uir eius, liberata eſt à lege uiri, ut nō ſit adultera ſi fuerit cum alio uiro. *Idem ad Cor. 1. cap. 7.*

Bonum eſt homini mulierē nō tāgere, ꝓpter fornicationem autem unuſquiſq̄ ſuam uxorē habeat, Vxori uir debitū reddat, ſimiliter aūt & uxor uiro. Mulier ſui corporis poteſtatē non habet, ſed uir: ſimiliter aūt & uir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, ut uacetis orationi, & iterum reuertimini in idipſum, ne tentet uos ſatanas ꝓpter incontinentiam ueſtram. *Ibidem.*

Quod ſi nō ſe cōtinent, nubāt. Melius eſt enim nubere q̄ uti. His autem qui matrimonio iuncti ſunt præcipio non ego, ſed dominus, uxorem à uiro non diſcedere. Quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut uiro ſuo reconciliari. *Ibidem.*

Alligatus es uxori, noli quærere ſolutionē. Solutus es ab uxore, noli quærere uxorē. Si aūt acceperis uxorem, non peccaſti: & ſi nupſerit uirgo, non peccauit. *Ibidem.*

Reliquum eſt, ut & qui habeāt uxores, tanq̄ non habentes ſint: & qui flent, tanq̄ non flētes: & qui gaudent, tanq̄ non gaudentes: & qui emunt, tanq̄ nō poſſidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanq̄ non utantur. Præterit enim figura huius mundi. Volo autē uos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt quę domini ſunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuiſus eſt. Et mulier innupta & uirgo cogitat quæ domini ſunt, ut ſit corpore ſancta & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat uiro. *Ibidem.*

Si quis aūt turpem ſe uideri exiſtimat, ſup uirgine ſua, quod ſit ſuperadulta & ita oporteat fieri, & quod uult faciat, non peccat ſi nubat. Nā q̄ ſtatuit in corde ſuo firmus nō habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare uirginem ſuam, benefacit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem ſuam, benefacit. & qui non iūgit, melius facit *Idem ad Corin. 1. cap 11.*

Volo autē uos ſcire q̄ omnis uiri caput Chriſtus eſt, caput aūt mulieris uir, caput uero Chriſti deus eſt. *Idem ad Epheſios cap. 5.*

Mulieres uiris ſuis ſubditæ ſint ſicut dño, quoniā uir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtᵉ caput eſt eccleſię, ipſe ſaluator corporis eiꝰ, ſed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres uiris ſuis in omnibᵒ. Viri diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiā, & ſeipſum tradidit ꝓ ea, ut illam ſanctificaret, mundās eam lauacro aquæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

aquę in uerbo uitę,ut exhiberet ipſe ſibi gloriо ſam eccleſiam non habentem maculam aut ru gā,aut aliquid huiuſmodi:ſed ut ſit ſancta&im maculata,ita ut uiri debēt diligere uxores ſuas, ut corpora ſua:qui ſuam uxorē diligit, ſeipſum diligit.Nemo enim unquam carnem ſuā odio habuit, ſed nutrit & fouet eā ſicut & Chriſtus eccleſiam,quia mēbra ſumus corporis eius, de carne eius,& de oſſibus eius.Propter hoc relin quet homo patrē & matrem ſuam, & adhære/ bit uxori ſuæ,& erunt duo in carne una. Sacra mentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. Veruntamē & uos ſingu li unuſquiſq; uxorem ſuam, ſicut ſeipſum dili/ gat, uxor autem timeat uirum ſuum.

Idem ad Coloſſ. cap. 3.

Mulieres ſubditæ eſtote uiris, ſicut oportet in domino. Viri diligite uxores ueſtras, & nolite amari eſſe ad illas. *Idem ad Tit. cap. 2.*

Aduleſcentulas decet ut uiros ſuos amēt, fili os ſuos diligant, prudētes, caſtas, ſobrias, dom* curam habentes, benignas, ſubditas uiris ſuis, ut non blaſpemetur uerbum dei.

Paulus ad Hebræos cap. 13.

Honorabile conubium in omnibus & tho/ rus immaculatus. Fornicatores enim & adulte ros, iudicabit deus. *Petrus 1. cap. 3.*

Similiter & mulieres ſubditæ ſint uiris ſuis.

Auguſt. & habetur 27. q. 1. Nuptiarum.

In coniugali quippe uinculo ſi pudicitia non ſeruatur, damnatio non timetur.

Idem, & habetur diſt. 5. Ad eius.

Ad eius uero concubitū uir ſuus accedere nō debet, quouſq; qui gignitur ablactet. Praua aūt conſuetudo in cōiugatorum moribus irrepſit, ut filios quos gignunt nutrire mulieres conte/ mnāt, eosq; ad nutriendum alijs mulieribus tra dant, quod uidelicet ex ſola carnis incontinen tia uidetur fuiſſe inuentum, quia dum ſe cōcine re nolunt, deſpiciunt lactare quos gignunt. Hęc autem ſciant quæ filios ſuos ex praua conſuetu dine alijs ad nutriendum tradunt, niſi purgatio nis tempus prius trāſierit, uiris ſuis non debent admiſceri. Quippe & ſine partus cauſa, cum in mēſtruis cōſuetis detinentur uiris ſuis miſceri prohibentur, ita ut lex ſacra morte illum feriat, ſi quis uir ad menſtruatam mulierem accedat.

Idem & habetur 23. q. 5. Si uxorem.

Si uxorē quis habeat ſterilē, ſiue corpore de formem, ſiue debilem membris, uel cæcam, uel claudam, uel ſurdam, uel ſi quid aliud, ſiue mor bis, ſiue laboribus doloribusq; confectā, & quic qd excepta fornicationis cauſa cogitare poteſt uehementer horribile, pro ſocietate fideq; ſuſti neat. *Idem, & habetur 33. q. 4. Quantumcunq;.*

Quotieſcunq; aut dies natalis domini, aut reli quæ feſtiuitates aduenerint, non ſolum ab infi delium cōcubinarum conſortio, ſed etiā à pro prijs uxoribus abſtinere debemus.

Idem, & habetur 35. q 3. Si uir.

Si uir & uxor nō iam duo, ſed una caro ſunt, non āliter eſt nurus deputanda quàm filia.

Idem libro de bono coniugali.

Quidam nubentes poſt uotum aſſerunt adul teros eſſe; ego autem dico uobis, quod grauiter peccant, qui tales diuidunt.

Idem, & habetur 27. q. 2. Coniunx uocatur.

Cōiunx uocaī prima deſpōſationis fide, quā concubitu non agnouerat, nec fuerat cognitu rus, nec peierat, nec mendax manſerat coniugis appellatio, ubi nec fuerat nec futura erat carna lis ulla commixtio, propter quod fidele cōiugi um ambo parētes Chriſti uocari meruerunt, nō ſolum illa mater, uerum & ille pater eius: ſicut & cōiunx matris eius, utrunq; mente nō carne.

Ibidem cap. Omne.

Omne itaq; nuptiarum bonum impletum eſt in ipſis parentibus Chriſti, proles, fides, ſacramē tum. Prolem cognoſcimus ipſum dominū. Fi/ dem, quia nullum adulterium: ſacramentum, quia nullum diuortium, ſolus ibi nuptialis con cubitus non fuit: quia in carne peccati fieri non poteſt ſine pudenda concupiſcentia carnis quæ accidit ex peccato, ſine quo uere cōcipi uoluit qui futurus erat ſine peccato.

Idem & habetur 32. q. 2. Quicquid.

Quicquid inter ſe coniugati immoderatū, inue recōdū, ſordidumve gerunt, uitium eſt homi/ num nō culpa nuptiarum. Iam in ipſa quoq; im moderata exactione debiti carnalis quā eis nō ſecundū imperium præcepit, ſed ſecundum ue niam concedit Apoſtolus, ut etiam præter cau ſam procreādi ſibi miſceant, & ſi eos praui mo res ad talem concubitum impellunt, nuptiæ ta men ab adulterio ſeu fornicatione defendunt; Neq; illud propter nuptias admittit, ſed ꝓpter nuptias ignoſcitur. Debent ergo ſibi cōiugati, non ſolum ipſius ſexus ſui cōmiſcendi fidem li berorum procreandorum cauſa, quę prima eſt humani generis in iſta mortalitate ſocietas, ueꝝ etiam infirmitatis inuicem excipiendæ ad illici tos concubitus euitandos mutuam quodāmo do ſeruitutem ut etiam ſi alteri eorum continē tia perpetua placeat, niſi ex alterius cōſenſu fie/ ri non poſſit, non autem datur præſentia ſancti ſpiritus tempore quo cōiugales actus geruntur.

Idem de bono coniugali, & hab. 32. q. 7. Interueniēte.

Interueniente diuortio nō abſoluetur cōfœde ratio nuptialis. Ita ut ſibi cōiuges ſint etiam ſepa rati, cum illis etiam cōmittitur adulterium, qui bus etiam fuerint poſt ſuū repudium copulati.

Ibidem, & habetur Tantum

Tantū ualet uinculū ſociale, ut cū cauſa pro creādi colligitur, ut nec ipſa cauſa procreandi diſſoluatur: poſſet enim homo ſterilem dimittē re uxorē, & aliam ducere de qua filios haberet, & tamen non licet. *Ibidē & habetur ibid. Vſq;adeo.*

Vſq;adeo inter uiuētes maneant inita iura ptiarū, ut potius inter ſe ſint coniuges etiam ſe parati, q̄ cum his quibus adhæſerunt.

Idem de adulterinis coniugij lib. 1. & habetur 32. q. 7. c. Quemadmodum.

Quēmad

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quemadmodũ non recte dici poteſt, ſi neſcit homo nõ peccar, ſunt enim peccata ignorantiũ, quàmuis minora ꝙ̃ ſcientium. Ita enim non recte dici poteſt ſi cauſa fornicationis dimiſerit uxorem uir, & aliam duxerit, non mœchat. Eſt enim mœchatio & eorum, qui alias ducunt, relictis propter fornicationem prioribus, ſed utiq; minor quàm eorum, qui non propter fornicationem dimittunt.

ibidem & habetur 27. q. 2. ca. Si tu abſtines.

Si tu abſtines ſine uxoris uoluntate tribuis ei fornicandi licentiam, & peccatum illius tuæ imputabitur abſtinentiæ.

idem libro 4. Confeſſ. & hab 27. q. 2 cap. Inſtitutũ.

Inſtitutum eſt ut ſponſæ iam pactæ non ſtatim tradantur, ne uilem habeat maritus datam, quam ſuſpirauerit ſponſus dilatam.

idem de adul. con. & hab. 32. q. 1. c. Non erit.

Non erit turpis neq; difficilis etiam poſt parata atq; purgata adulteria reconciliatio coniugij, ubi per claues regni cœlorum non dubitatur fieri remiſſio peccatorum, non ut poſt uiri diuortium adultera uocetur, ſed ut poſt Chriſti cõſortium adultera reuocetur.

ibidem, & hab. 33. q. 7. Adulterij malum.

Adulterij malum uincit fornicationẽ. Vide in Sodomia. *ibidem li. 2. & hab. 32. q. 7. Licite.*

Licite dimittitur uxor ob cauſam fornicationis, ſed manet uinculum prioris, propter quod fit reus adulterij, quicunq; duxerit dimiſſam ob cauſam fornicationis.

ibidem, & hab. 33. q. 4 cap. Apoſtolus.

Apoſtolus nec ad tempus ut uacent orationi, niſi ex conſenſu uoluit coniuges, nec carnali inuicem fraudari debito.

idem in ſermone domini in montẽ, & habetur 32. q. 7. cap. Fieri poteſt.

Fieri poteſt, ut uir dimittat uxorẽ cauſa fornicationis, quam exceptam eſſe uoluit. Iam uero ſi nec illi nubere conceditur uiro ſuo à quo receſſit, neq; huic alteram ducere uiua uxore ſua quam dimiſit, multo minus fas eſt illicita cum quibuslibet ſtupra committere.

ibidem, & habetur ibidem, cap. Dominus ad illud.

Dñs ad illud confirmandũ, ut non facile dimittatur uxor, ſolã fornicationis cauſam excepit, cæteras uero innumerabiles & uniuerſas moleſtias ſi quæ extiterint, iubet pro fide coniugali, & pro caſtitate fortiter ſuſtineri.

idem ad Valẽtinum de nuptijs uel concupiſcentijs, & hab. 31. q. 1. ca. Denicq;

Denicq; mortuo eo cũ quo fuit uerũ cõnubiũ, fieri poteſt coniugiũ cum q̃ præceſſit adulteriũ.

idem libro 2. contra aduerſarium leg. & pro. & habetur ibidem Deus maſculum.

Deus maſculum & fœminam propagãdi generis cauſa, nuptiali caſtitate cõiunxit, & ſecundas nuptias, quæ in unoquoq; teſtamento permittuntur, licitas eſſe monſtrauit.

idem in libro quæſtionum Gen & habetur 33. quæſt. 5. Eſt ordo.

Eſt ordo naturalis in hominibus, ut ſeruiant fœminæ uiris, & filij parentibus, quia in illis hęc iuſtitia eſt, ut maiori ſeruiat minor.

idem in q Numeri, & hab. ibid. ca. Manifeſtum.

Manifeſtum eſt ita legem noluiſſe fœminam ſub uiro eſſe, ut nulla eius uota quæ abſtinẽtiæ cauſa uouerit, reddantur ab ea, niſi author uir fuerit permittendo.

idem ſuper primam epiſt. ad Corin. & habetur 32. quæſt. 1. ca. Quod ſi.

Quod ſi dormierit uir eius, non dicit primus, uel ſecundus, uel quartus. Nec nobis diffiniendum eſt, quod non diffinit apoſtolus, unde nec ullas debeo damnare nuptias, nec eis uerecundiam inferre numeroſitatis.

idem ad Heditiam, & habetur 33. quæſt 5. cap. Secundum uerba.

Secundũ uerba apoſtolica etiã ſi uir continere uoluiſſet, tibi debitũ reddere cogeretur, & illi deus imputaret continentiã, ſi nõ ſuæ ſed tuæ cederet infirmitati, ne in adulterium caderes.

idem de fide ad Petrum.

Quia ægritudini ſemper conſulendum eſt, propterea ſi contigerit primo priuari cõiugio, ſi uoluerit ſecundas uel tertias inire nuptias, nullum de illis peccatũ habebit ſi eas caſte ſeruauerit.

idem de baptiſmo puerorum.

Bene utitur malo concupiſcentiam reſtringens connubio.

idem ſup Pſal. 146. & hab. 33. q. 5. Si dicat.

Si dicat uir continere uolo, nolo autem uxor; non poteſt, quod enim tu uis, nõ uult illa. Nunquid per continentiam tuam debet illa fornicaria fieri? ſi alij nupſerit te uiuo, adultera erit, non uult deus tale damnum tali lucro compenſari. Redde debitum, & ſi non exigis, redde: pro ſatisfactione perfecta deus tibi computabit, ſi non quod tibi debetur exigis, ſed reddis quod debetur uxori.

Hieronymus in epiſt. Pauli ad Corin & habetur 32. quæſt. 1. In coniugio.

In coniugio quis poſitus, quæcunq; peccata fecerit non propriam infuſcant coniugem, ſed fornicatio uxorem coinquinat, ut iam ſit uiro ſuo licita ſed adultera.

idem de uirginibus, & hab. 31. q. 1. Quomodo.

Quomodo uirginibus fornicationis periculo concedit nuptias, & excuſabile facit quod per ſe nõ appetitur, ita eodem fornicationis periculo, concedit uiduis ſecunda matrimonia contrahere. Melius eſt enim licet alterum & tertium unum uirum noſſe quàm plurimos id eſt tolerabilius ẽ uni homini proſtitutam eſſe quàm multis. Siquidẽ & illa in euangelio Samaritana ſextum maritum habere ſe dicens arguitur à domino, quod non ſit uir eius. Vbi enim numerus maritorum eſt, ibi uir qui proprie unus *eſt*, eſſe deſiſtit, una coſta à principio in unam uxorem uerſa *eſt*. Erunt inquit duo in carne una non dixit tres, neque quatuor, alioquin non duo, ſed plures.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem ad Pammachium, & hab. 32. q. 1. Aperiãt.

Aperiant quæſo aures obtrectatores mei, & uideant me ſecundas nuptias & tertias in domino conceſſiſſe, qui ſecũdas & tertias nuptias non damnauit, primum potuit damnare matrimonium. *ibidem.*

Non damno bigamos, imo nec trigamos, & ſi dici poteſt octogamus.

ibidem.

Ego nunc uoce proclamo libera, non damnari in eccleſia bigamiam, imo nec trigamiam, & ita licere quinto & ſexto, quomodo & ſecundo marito nubere.

Idem ad Oceanum de morte Fabiolæ, & habetur 32. q. 5 Præcepit.

Præcepit dominus uxorem non debere dimitti excepta cauſa fornicatiõis: & ſi dimiſſa fuerit, manere innuptam: quicquid uiris præcipitur, hoc conſequenter redundat ad fœminas, neque enim adultera uxor dimittenda eſt, & uir mœchus retinendus eſt.

idem in epiſtola ad Ruſticum.

Sicut boni filij adulterorum nulla eſt defenſio, ſic mali filij coniugatorum nullum crimen eſt matrimonij, quia non in ſeminibus, ſed in uoluntate naſcentis, cauſa uitiorũm eſt atq; uirtutum. *idem ad Damaſum.*

Iuuenes uero hoc ſunt admonendi modo, ut ſi uxores habeãt, doceant caſte uiuere cum uxoribus ſuis, alienam ſciant eſſe ſceleratum contingere. *Hieron. contra Iouinia. cap. 15.*

Nemo enim melius ſcire poteſt, quid ſit uxor uel mulier illo, qui paſſus eſt.

ibidem.

Quæ enim mihi incũbet neceſſitas uenire in dubium, utrum bona an mala futura ſit quam duxero? Melius eſt, inquit, habitare in terra deſerta, q̃ cum uxore litigioſa & iracunda: q̃ rarum ſit uxorem ſine his uitijs inueniri, nouit ille qui duxit uxorem, unde pulchre Varius Geminus ſubimis orator, qui non inquit litigat, cœlebs eſt. Melius eſt habitare in angulo tecti, q̃ cum uxore maledica in domo communi. Si domus communis eſt mariti & uxoris, erigit uxorẽ in ſuperbiam, & contumeliam uiro facit, quanto magis ſi ditior uxor fuerit, & in domo eius uir manſerit? Incipit enim nõ uxor, ſed domina eſſe uiro, ſi offenderit, migrandum eſt. Stillicidia eijciunt hominem die hyemali de domo ſua, ſimiliter & mulier maledica de propria domo, aſſiduis quippe iurgijs, & quotidiana garrulita, te facit perfluere domum eius, & eijcit eum de ædibus ſuis, id eſt, de eccleſia.

idem contra Iouinia. cap. 27.

Veniã ad maritatas q̃ mortuis uel occiſis maritis ſuis ſuperuiuere noluerunt, ne cogerentur ſecundos noſſe concubitus, & quæ mire unicos amauerũt maritos, ut ſciamus bigamiam apud Ethnicos etiam reprobari. Dido ſoror Pygmalionis multo auri & argenti pondere congregato Aphricam nauigauit, ibiq; urbem Carthaginem condidit, & cum ab Hyarba rege Libyæ in coniugem peteretur, pauliper diſtulit nuptias, donec conderet ciuitatem, nec multo poſt extructa in memoriam mariti quondam Sichæipyra, maluit ardere q̃ nubere. Caſta mulier Carthaginem condidit, & rurſum eadem urbs in caſtitatis laude finita eſt. Nam Hardrubalis uxor capta & incenſa cum ſe cerneret à Romanis capiendam eſſe, apprehenſis ab utroq; latere paruulis ſi'ijs in ſubiectum domus ſuæ deuolauit incendium. Quid loquar Nicerati coniugẽ quæ inpatiens iniuriæ uiri, mortem ſibijpſa conſciuit ne trginta tyrannorum, quos Lyſander uictis Athenis impoſuerat, libidinem ſuſtineret.

ibidem.

Fertur Aureolus Teophraſti liber de nuptijs, in quo quærit, an uir ſapiens ducat uxorem: & cum definiſſet, ſi pulchra eſſet, ſi bene morata, ſi honeſtis parentibus. ſi ipſe ſanus ac diues, ſic ſapienter aliquando inire matrimonium ſtatim intulit, hæc autem in nuptijs raro uniuerſa concordant, non eſt ergo uxor ducenda ſapienti. Primum enim impediri ſtudia philoſophiæ, nec poſſe quenquam libris & uxori pariter inſeruire. Multa eſſe quæ matrimoniorũ uſibus neceſſaria ſunt, pretioſæ ueſtes, aurum gemmæ, ſumptus, ancillæ, ſuppellex uaria, lecticæ & exedra deaurata, deinde per noctes totas garrulæ conquæſtiões: illa ornatior procedit in publicum, hæc honoratur ab omnibus, ego in conuentu fœminarum miſella deſpicior. Cur aſpiciebas uicinam? Quid cum ancillula loquebaris? de foro ueniens quid attuliſti? Non amicum habere poſſumus, nõ ſodalem, alterius amorem, ſuum odium ſuſpicatur. Si doctiſſimus præceptorum qualibet urbium fuerit, nec uxorem linquere, nec cum ſarcina ire poteſt; pauperem alere difficile eſt, diuitem ferre tormentum. Adde quoniam nulla eſt uxoris electio, ſed qualiſcunq; obuenerit habenda, ſi iracunda, ſi fatua, ſi deformis, ſi ſuperba, ſi fœtida: quodcunque uitij eſt, poſt nuptias diſcimus. Equus, aſinus, bos, canis, & uiliſſima mãcipia, ueſtes quoq; & lebeter, ſedile ligneũ, calix & urceolus fictilis probantur prius, & ſic emuntur, ſola uxor non oſtenditur, ne ante diſpliceat quàm ducatur.

ibidem.

Legimus quendam apud Romanos nobilem, cum eum amici arguerent, quare uxorẽ formoſam & caſtã & diuitẽ repudiaſſet, protendiſſe pedẽ & dixiſſe eis, & hic ſotularis quem cernitis, uidetur uobis nouus & elegans, ſed nemo ſcit præter me, ubi me premat. Scribit Herodotus, quod mulier deponat cũ neſte & uerecundiam, & noſter Comicus fortunatũ putat, qui nunq; uxorẽ duxerit.

Idem contra Iouinianum, libro 1. cap. ultimo

Amor formæ rationis obliuio ẽ, & inſaniæ proximus, fœdũ minimeq; conueniens animo ſpiritui uitium, turbat cõſilia, altos & generoſos ſpi-

ſos ſpiritus frangit,à magnis cogitationibus ad humilimas detrahit, quærelos,iracundos teme rarios dure,imperioſos ſeruiliter, blādos omni bus inutiles ipſi nouiſſime amori facit. Nā cum fruēdi cupiditate inſatiabilis flagrat,plura tem pora ſuſpicionibus, lachrymis, conquæſtioni/ bus perdit,odium ſui facit,& ipſe nouiſſimè o/ dium eſt. Tota amoris infectatio apud Platonē poſita eſt,& omnia eius incommoda Lyſias ex plicat,quod non iudicio,ſed furore ducatur,& maxime uxorum pulchritudini grauiſſimus cu ſtos accubet.

Ibidem.

Refert prærerea Seneca cognouiſſe ſe quen dam ornatum hominem,qui exiturus in publi/ cum faſcia uxoris pectus colligabat, & ne pun/ cto quidem horæ preſentia eius carere poterat, potionemq; nullam ſibi, niſi alterius tactam la/ bris uir & uxor hauriebant. Alia deinceps non minus inepta facientes,in quæ improuida uis ar dentis affectus erumpebat. Origo quidem amo ris honeſta erat,ſed magnitudo deformis. Nihil autem intereſt,q̄ eſt honeſta cauſa quis inſani/ ar,unde & Sextus in Sententiolis: Adulter eſt, inquit,in ſuam uxorem amator ardentior. In a/ liena quippe uxore oīs amor turpis eſt, in ſua nimius: ſapiens uir iudicio debet amare coniu/ gem,non affectu. Reget impetus uoluptatis,nec præceps fertur in coitum: nihil eſt fœdius,quàm uxorem amare quaſi adulteram.

Ibidem.

Certe qui dicunt ſe cauſa reipublicæ & gene ris humani uxoribus iūgi,& liberos tollere,imi tentur ſaltem pecudes, & poſtq̄ uxorum uēter intumuerit,nō perdant filios: nec amatores ux/ oribus ſe exhibeant,ſed maritos.

Ibidem.

Multa ſunt quæ præclara ingenia nobilitāt, mulieris uirtus ꝓprie pudicitia eſt. Hæc Lucre tiam Bruto æquauit,neſcias an etiam prætule/ rit, quoniam Brutus nō poſſe ſeruire à fœmina didicit. Hæc æquauit Corneliam Graccho,hæc Portiam alteri Bruto,notior eſt marito ſuo Ta naquil: illum inter multa regū nomina iam ab ſcondit antiquitas. Hāc raro inter fœminas uir tus altius ſeculorum omnium memorię,quàm ut excidere poſſit infixit.

Auguſtinus lib de uirgin bus,& habetur 27.q.2.Cum initiatur.

Cum initiatur coniugium, coniugij nomen aſciſcitur, nam defloratio uirginitatis non facit matrimonium,ſed pactio coniugalis: denicq; cū mulier uiro coniungitur,coniugium eſt,non cū puella uiri admixtione cognoſcitur.

Idem de patriarchis,& habetur 37. q.2.in omni.

In omni matrimonio cōiunctio intelligitur ſpiritualis,quam confirmat & perficit coniun/ ctorum commixtio ſpiritualis.

Ibidem,& habetur 30.q.5.Nec illud.

Nec illud otioſum,quod cum ueniret Rebec ca uidit Iſaac deambulātem,& cum interrogaſ ſet quis eſſet,cognito q̄ ipſe eſſet cui duceretur uxor,deſcendit,& caput obnubere ſuum corpi dicens: uerecundiam in nuptijs præire debere: inde enim & nuptiæ dictæ, q̄d pudoris gratia ſe puellæ obnuberent.

Idem ad Paternum,& habetur 27.q.2. Si quis deſponſata.

Si quis deſponſata ſibi & tradita utatur erit, coniugium uocatur.

Idem & habetur 32.q.1.Nuptiæ.

Nuptiæ terrā replent, uirginitas paradiſum.

Idem & habetur 33.q.2 An quod in.

An quod in ſubditos nefas eſt,in comparem fas eſt? Dimittis ergo uxorem, quaſi iure ſine cri mine,& putas hoc tibi licere,quia lex humana non prohibet,ſed prohibet lex diuina: qui ho/ minibus obſequeris, deum uerere, audi legem domini,cui obſequuntur,& qui leges fecerunt. Quos deus coniunxit, homo non ſeparet.

Idem ad Sabinum,& habetur de pœniten. di/ ſtinctione 2.Quando.

Quando Adam ſolus erat, non eſt præuari/ catus,quia mens eius adhærebat deo.

Idem in ſermone de aduentu domini,& habe/ tur 33.q.4.Fratres.

Si cauſa procreandorum filiorum ducitur uxor,non multum tempus conceſſum uidetur ad ipſum uſum,quia & dies feſti,& dies profeſ/ ſionis,& ipſa ratio conceptus, & partus, iuxta legem ceſſare uſum carnis his debere tempori/ bus demoſtrant.

Idem lib.de Viduis.

Propemodum non inferioris uirtutis eſt,ab ſtinere coniugio,quod aliquando delectauerit, q̄ coniugij oblectamenta neſcire. Copula nupti alis nō eſt quaſi copula uitanda,ſed quaſi neceſ ſitatis ſarcina declinanda.

Gregorius Temitiq̄ atritio & habe.27. q.2.Sunt qui dicunt.

Sunt qui dicunt religionis gratia cōiugia de bere diſſolui,uerum ſciendum eſt ſi hoc lex hu mana cōceſſit,lex tamen diuina prohibuit. Per ſe enim ueritas dicit: Quos deus coniunxit,ho/ mo non ſeparet,quo etiam ait: Non licet dimit tere uxorem excepta cauſa fornicationis. Quis ergo huius latori legis cōtradicat? Scimus quia ſcriptum eſt: Erunt duo in carne una.

Idem in Regiſtro,& hab.27.q.2. Decreta.

Decreta legalia deſponſatā, ſi cōuerti uolue rit nullo modo cenſuerunt damno mulctari.

Ibidem libro 12.Moralium.

Bonum eſt cōiugium, ſed mala ſunt quę circa illud ex huius mundi cura ſuccreſcunt: dum ergo tenetur quod non nocet ex rebus uix poſi tis,committitur plerunq; quod nocet. Sicut læ pe rectum mundumq; iter pergimus, & tamen ortis iuxta uiam uepribus per ueſtimenta reti/ nemur. In uia quidem munda non offendimur, ſed à latere naſcitur quo pungamur.

Ibidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Qui tentationũ procellas cum difficultate tolerant, coniugij portum petant, melius est nubere q̃ uri. Sine culpa enim ad cõiugium ueniũt, si tamen necdum meliora deuouerunt.

Ioannes Chryso. super Matthæum & habetur 32. q. 1. cap. Sicut.

Sicut crudelis & iniquus est, qui castã dimittit uxorem: sic fatuus est & iniustus, qui retinet meretricem, patronus enim turpitudinis est, qui cælat crimen uxoris.

Idem, & habetur ibidem, Si quis.

Si quis uxorem suam inuenerit adulteram, & postea deinceps placuerit habere eam in matrimonio, duobus annis pœniteat: ideo quia cum adultera mixtus sit, quæ adhuc crimine suo nõ est purgata: aut abstineat se à matrimonio eius, donec expleatur satisfactio criminis pœnitentiæ suæ. Ideo, quia post satisfactionem pœnitentiæ non meretur uocari adultera. Similiter, si uirũ suum uxor inuenerit adulterum, non ad impatria iudicantur.

Idem super Matthæum & habetur 27. q 2. Matrimonium.

Matrimonium quidem non facit coitus, sed uoluntas, & ideo non soluit illud separatio corporis, sed uoluntas: ideo, qui dimittit coniugẽ suam, & aliam non accipit, adhuc est maritus. Nam & si corpore separatus est, tamẽ adhuc uoluntate coniunctus est, cum ergo aliam acceperis, tunc eam plene dimittit: non ergo qui dimittit mœchatur, sed qui alteram ducit.

Idem super Matth. 19. Quos deus coniunxit, homo non separet.

Quemadmodum si uides hominem ãssidue amicitias medicorum colentem, ex hoc statim intelligis, q̃ infirmus est, sic & cum uideas, siue uirum siue mulierem de dimittendis uxoribus aut uiris legem interrogãtes, cognosce, quia uir ille lasciuus est, & mulier illa meretrix est.

Isidorus libro 9. Etymologiarum, & habetur 27. q. 2. Coniuges.

Coniuges uerius appellantur à prima desponsationis fide, quamuis adhuc ignoret inter eos coniugalis concubitus.

Ibidem, & habetur 32 q. 4. Liberi.

Liberi dicti sunt, qui ex libero matrimonio orti sunt. Nam & filij ex libero & ancilla seruilis sunt cõditionis, semper enim qui nascitur deteriorem partem sumit. Naturales aũt filij dicũtur ingenuarum concubinarum filij, quos sola natura genuit, non honestas coniugij. Si uero qui non sunt de legitimo coniugio, matrem potius quàm patrem sequuntur.

Idem lib. 11. & hab. 35. q. 4 ca. Consanguinitas.

Consanguinitas dum sæpe paulatim propaginem ordinibus dirimẽs usq; ad ultimum gradum se subtraxerit qui propinquitas esse desierit, tunc primum lex in matrimonij uinculum eam recipit, & quodammodo reuocabit fugiẽtem. Ideo autem usq; ad sextum generationis gradum consanguinitas statuta est, ut sicut sex ætatibus mundi generatio & hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur.

Idem super eo uerbo Matthæi: Quos deus coniunxit, homo non separet.

Quæris quomodo? subandi uiolenter, sine lege absque ratione. Quos deus coniunxit, homo non separet: non enim homo separat, quos pœna cõdemnat, quos reatus accusat, quos maleficium coartat.

Idem & habetur 3. q. 5. ca. Series.

Series consanguinitatis sex gradibus hoc modo dirimitur: filius & filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus illis seorsum seiunctis: ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi, nepos, neptis, primus: pronepos proneptis, secundus: abnepos abneptis, tertius: adnepos adneptis quartus: trinepos trineptis, quintus: trineptis filius, & trinepotis filia, sextus.

Leo, & hab. 31. q. 1. Nullus.

Nullus ducat in matrimonium, quàm prius polluit adulterio.

Seneca Tragœdia 9.

Vince obsequendo potius immitem uirum.

Aristoteles libro Oeconomi.

Communicatio uel coniunctio uiri & fœminæ in animalibus irrationabilib⁹ est solum gratia prolis procreandæ. In hominibus autem non solum filiorum gratia, sed etiam gratia alterius utilitatis, ut inuenitur à filijs potentibus parentes impotentes in senio effecti, & ut quæ parentes potentes existentes facere filijs impotẽtibus, recipiant à potentibus senio affecti.

Ibidem.

Natura fecit unum animalium cõiugalium forte, scilicet masculum: ut ulciscatur præ fortitudine sibi illata: aliud uero fragile, scilicet fœminam, ut magis se custodiat præ timore.

Ibidem.

Oportet uirum puellam ducere in uxorem, ut doceat eam bonos mores.

Idem libro 7. Politicorum.

Mulieres coniugari congruit, circa ætatẽ annorum octodecim: uiros uero circa ætatem triginta sex annorũ. *Idem lib 2. Prior.*

Dilectio magis eligenda est q̃ coitus, quia dilectio fit secundum bonam uoluntatem, & coitus secundum actum corporalem.

Plato in Memnone.

Decet domum mulierem bene dispensare, salua facientem omnia quæ intrinsecus, & obsequentem esse uiro.

Laert. Diog. de uita & moribus philoso.

Virgines sine dote nubere Lycurgus iussit, ut uxores non pecuniæ causa eligerentur, seueriusq; matrimonia sua uiri coercerent, cum nullis frenis dotium tenerentur.

Ibidem.

Nulla tam bona uxor est, in qua non inueniatur quid, sicut nihil superius benigna coniuge: ita nihil infesta muliere crudelius: est igitur uxor aut tu es

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tutum refugium, aut pœnale tormentum.

ibidem.

Cum quidam lætanter diceret Diogeni, se de nouo duxisse uxorem, ait ille: Paruum solatium & magnam solicitudinem es lucratus.

ibidem.

Eurípedes (ut ait Boetius) carentem liberis in infortunio dicebat esse fœlicem.

Plutarchus in Apophthegmat.

Obiurgatus Hiero tyrannus à quodam, ꝙ sibi os fœteret, suæ id uxori crimini dabat, utpote quæ nihil unquam hac de re dixisset, at illa ait: existimabam enim uiros omnes ita olere.

Valerius Max. libro 4. de Amore coniugali.

Tuos quoq; castissimos ignes Portia M. Catonis filia cũcta secula debita admiratione prosequent. quæ cum apud Philippos uictum & inermem pium uirum tuum Brutum cognosceres, quia ferrum non dabatur, ardẽtes ore carbones haurire non dubitasti, muliebri spiritu uirilem patris exitum imitata, sed nescio an hoc fortius, quod ille usitato, tu nouo genere mortis absumpta es. *idem libro 7.*

Vnicæ filiæ pater Themistoclem consulebat, utrum eam pauperi & ornato, an locupleti parum probato collocaret? Cui is: Malo inquit uirum pecunia, ꝙ pecuniam uiro indigentẽ. Quo dicto stultum monuit, ut generum potius ꝙ diuitias generi legeret.

Lucius Apuleius de Magistratibus.

Virgo formosa, & si sit oppido pauper, tñ abũde dotata, affert quippe ad maritũ nouam animi indolẽ, pulchritudinis gratiam, floris rudimentũ: ipsa uirginitatis cõmendatio, iure merito omnibus acceptissima est maritis. Nam quod cunq; aliud in dotẽ acceperis, potes cum libuerit ne sis beneficio obstrictus omne ut acceperas retribuere, pecuniam renumerare, mancipia restituere, domo demigrare, prædijs cedere, sola uirginitas accepta est, reddi negat, sola apud maritum ex rebus dotalibus remanet: uidua autẽ qualis nuptijs uenit, talis diuortio digredit, nihil affert impossibile, sed uenit iam alio perfloratа. *Idem de Dogmate Platonis.*

Diuites inferiores nuptias nõ recensent, & locupletũ consortia inopes consequant, & si uires opum non congruunt, ingenia tamen diuersa miscenda esse, ut iracundo tranquilla iungatur, & sedato homini incitatior mulier applicet, ut talibus obseruationũ remedijs soboles natura discrepante confecta morum prouẽtu meliore coalescat, & ita compositarum domorum opibus ciuitas augeatur.

Aulus Gel. li. 1. Noc. at. refert uerba Metelli.

Et si sine uxore possemus Quirites esse, omnes ea molestia carerem⁹, sed qm̃ ita natura tradidit ut nec cum illis satis commode, nec sine illis ullo modo uiui possit, saluti perpetuæ potius ꝙ breui uoluptati consulendum est.

Varro in Satyra quæ scribitur Menippea.

Vitium coniugis aut tollendum est aut ferrendum.

Qui tollit uitium, commodiorem coniugem præstat:
Qui fert, seipsum efficit meliorem.

Homerm in Iliados. uerba sunt Iouis ad Iunonem.

μὴ δὲ πάντας ἐμὸς ἐπιέλπεο μήθους εἰδήσειν. id est,

Nõ sane omnes meos spères sermones scire.

Idem in Iliados.

ὅστις ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων τὴν αὐτῷ φιλέει, κῆ κῦλεται. id est,

Quicũq; bonus marítus & prudẽs suã amat & curat. *Homerus Iliados, uerba Hectoris ad Andromachen.*

ἀλλ' οὔ μοι ἐρώων τόσσων μέλει ἄλγε' ὀπίσσω,
οὔτ' αὐτῆς ἐκάβης, οὔτε πριάμοιο ἄνακτος,
οὔτε κασιγνήτων οἵ κεν πολέες καὶ ἐσθλοὶ,
ἐν κονίῃσι πέσοιεν ὑπ' ἀνδράσι δυσμενέεσσιν,
ἔσσον σεῖ, ὅτε κέν τις ἀχαιδὴν χαλκοχιτώνων
λαοφόρτιδα σὴν ἄγηται. id est,

Sed mihi nõ tm̃ curæ est Troianorũ dolor futurus,
Nec ipsius Hecubæ, neq; Priami regis
Neq; fratrum, qui multi & boni
in puluere ibus cadant sub uiris inimícis.
Quantũ tui o Andromache, qñ aliquis Græcorum armatorum
Lachrymantem trahat.

Idem in Iliados, uerba Iouis de Iunone.

ἀεί γάρ μοι ἔωθεν ἐνικλᾷς, ὁππότε νοήσω. id est,

Semper enim mihi consueuit perturbare, quod cunq; cogitem. *Phocylides.*

σίγα τεὴν ἄλοχον, τί γὰρ ἀδὺτερον καὶ ἄρειον,
ἢ ὅταν ἀνὴρ ἐὴν γυνὴ φρονέῃ φίλα γύαλος ἄχῃ,
καὶ πόσιν ἢ ἀλόχῳ μήδ' ἐμπίσῃ ἀνδρὶ δὲ καὶ νεῖκος. id est,

Ama tuã uxorẽ, quid enim suauius & melius,
Quã cũ uiro uxor cõueniat amice usq; ad senectutem,
Et maritus suæ uxori, neq; incidat inter eos contentio. *Idem.*

μὴ μείνῃσ' ἄγαμος μήπως νώνυμος ἔλθῃ.
λώστη μὲν φύσις κ' αὐτὸς, τέκε δ' ἔμπαλιν ὡς ἐλοχεύθης. id est,

Ne maneas sine nuptijs, ne sine nomine pereas:
Des aliquid naturæ & ipse, gigne & tu rursus ficuti genitus es. *Idem.*

ἵππους μὲν εὐγενέας λίσσεσθαι μὲν λαὸν οἶκον,
ταύρους δὲ ὑψιτένοντας, ἄταρ σκυλάκων παναγρίους,
γῆμαι δ' οὐκ ἀγαθὴν ἐρι δαινομένην ἀφρονέοντες.
οὐ δὲ γυνὴ κακὸς ἀνδρὶ ἀπαναίνεται ἀφνειὸν ὄντα. id est,

Equos aũt nobiles quærimus habere in domo,
Taurosq; altæ ceruicis, & catulos uenatorios:
Ducere autem in uxorem malam fœminã cõtendimus insipientes.
Neq; mulier malum uirum renuit, si diues sit.

Hesiodus.

ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὴν πρὸς οἶκον ἄγεσθε,
μήτε ἐρικόντερον ἑτέρου μάλα πολλ' ἀπολείπων,
μητ' ἐπιθεὶς μάλα πολλὸν, γάμος δὲ τοῦτο ἀρίστος. id est:

Tempestiuus aũt mulierẽ tuã ad domũ ducas,
Neq; natus plures triginta annos,
Neq; multũ pauciores, nuptiæ enim tempestiuæ istæ. *Idem.*

παρθενικὴν δὲ γαμεῖν, ὥσ' ἦθος καὶ δι' ἀκούσῃ. id est,

Virginem aũtem duc in uxorẽ, ut mores castos doceas. *Idem.*

τὴν δὲ μαλίστα γαμεῖν, ἥτις σίδερον ἐγγύθι ναίει
πάντα μαλ' ἀμφὶς ἀλώρης, μὴ γείτονι χάρματα γήμας. id est,

Hãc aũt maxime duc in uxorẽ, q̃ prope te habi
Omnia ualde circunspicies, ne uicinis gaudia sint tuæ nuptiæ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ex primo Epigrammrton.

εἰ τις ἅπαξ γήμας, πάλι δεύτερα λέκτρα λιώκει,
ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον. id eſt,

Si quis ſemel duxerit uxorẽ, rurſus ſecũda cubilia ſequi-
Naufragus nauigat bis profundum difficile. (tur.
ibidem.

οὐκ ἔστι γήμας ὅστις οὐ χἠμάζεται
λέγουσι πάντες καὶ γαμοῦσ' εἰδότες. id eſt,

Non eſt ducens uxorem qui nõ tempeſtatibus agitetur,
Dicunt omnes, & ducunt uxorem ſcientes.

Dionyſius.

ὥρη ἐφᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ παπαῦσθαι. id eſt,

Tempus amandi, tempus ducendi uxorem, tempuſq; quieſcendi. Menander.

ἄλυπον ἕξεις τὸν βίον χωρὶς γάμου. id eſt,

Sine triſtitia habebis uitam ſine nuptijs. Idem.

γαμεῖν ὁ μέλλων εἰς μετάνοιαν ἔρχεται. id eſt,

Ducere uxorem qui eſt futurus, in pœnitentiam uadit.

Idem.

γάμος γὰρ ἀνθρώποισιν εὐκταῖον κακόν. id eſt,

Nuptiæ enim hominibus deſideratum malum. Idem.

ὅτου προκρίνῃ χρημάτων, γαμοῦντα δεῖ. id eſt,

Morem præponere pecunijs ducturum uxorem oportet

Idem.

νομίζε γήμας' ἄλλος εἶναι τῷ βίῳ. id eſt,

Tibi perſuade, ſi duxeris uxorem, ſeruus eſſe uitæ.

Idem.

ὃ μὴ γαμῶν ἀνθρωπος οὐκ ἔχει κακόν. id eſt,

Qui non ducit uxorem homo, non habet mala. Idem.

ῥᾴων βίος ζῷ', ἂν γυναῖκα μὴ τρέφῃς. id eſt,

Facilem uitam uiues, ſi uxorem non nutriueris.

Idem.

ὡς τρὶς κακοδαίμων, ὅστις ὢν πένης γαμεῖ. id eſt,

Quam ter infœlix qui exiſtens pauper ducit uxorem.

Plautus in Aululari.

Dum morata recte ueniat, dotata eſt ſatis. Hæ funcatq; aliæ multæ in dotibus magnis incõmodi tates, ſumptuſq; intolerabiles: nã quæ in dota ta eſt, ea in poteſtate eſt uiri, dotatæ mactant & malo damno uiros. Ibidem.

Laudant ſapienter factum & conſilio bono, opulentiores pauperum filias ut indotatas ducant. Idem in Sticho.

Bonas mulieres æquum eſt facere, ut abſentes uiros perinde habeant quaſi præſentes ſint. Ibidem.

Stultitia eſt uenatum ducere inuitos canes, hoſtis eſt uxor in uira, quæ ad uirũ nuptui dat.

Ouidius epiſtola Hermiones ad Oreſtem.

-Nec turpe marito
Aſpera pro charo bella tuliſſe thoro.

Idem epiſtola Deianiræ ad Herculem.

Quam male inæquales ueniunt ad aratra iuuenci.
Tam premitur magno coniunge nupta minor.

Ibidem.

Si qua uoles apte nubere nube pari.

Idem libro 2. Artis amandi.

Lite fugant nuptæq; uiros, nuptasq; mariti,
Inq; uicem credunt rem ſibi ſemper agi.
Hoc decet uxores, dos eſt uxoria lites.
Audias aptatos ſemper amico ſonos.

Idem Triſtium libro 5. elegia ultima.

Eſſe bonam facile, ubi quod uetet eſſe remotum eſt,
Et nihil officij nupta quod obſtet habet.
Cum deus intonuit non ſe ſubducere nymbo,
Id demum eſt pietas, id ſocialis amor.

Propertius libro 2. Elegia 6.

Fœlix Admeti coniunx & lectus Vlyſſis,
Et quæcunq; uiri fœmina limen amat.

Catullus in Epithalamio.

Et tu nec pugna cum tali coniuge uirgo,
Non æquum eſt pugnare pater cui tradidit ipſe.
Cum connubium maturo tempore adepta es,
Virginitas non tota tua eſt, ex parte parentum,
Ipſe pater cum matre quibus parere neceſſe eſt,
Tertia pars matri data, pars data tertia patri,
Tertia ſola tua eſt, noli pugnare duobus,
Qui genero ſua iura ſimul cum dote dederunt.

idem Elegia 1.

Sed magis o nuptæ, ſemper concordia ueſtras
Semper amor ſedes incolat aſſiduus.

idem elegia 12.

Anſilleno uiro contenta eſt uiuere ſolo,
Nuptarum laus eſt laudibus eximijs.

Martialis libro 1.

Coniugis audiſſet fatum cum Portia Bruti,
Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor:
Non dum ſcitis ait mortem non poſſe negari,
Crediderim ſatis hoc uos docuiſſe patrem,
Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas,
I nunc & ferrum turba moleſta nega.

Martialis libro 1. ad Flaccum.

Qualem Flacce uelim quæris nolimue puellam:
Nolo nimis facilem difficilemq; nimis.
Illud quod medium eſt atq; inter utrunq; probatur.
Nec uolo quod cruciat, nec uolo quod ſatiat.

Martialis libro 6. de Telaſſina.

Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege eſt,

Idem libro 7. de Galla.

Difficile eſt uero nubere Galla uiro.

Idem libro 8. ad Priſcum.

Vxorem quare locupletem ducere nolim.
Quæritis? uxori nubere nolo meæ.
Inferior matrona ſuo ſit Priſce marito,
Non aliter fiunt fœmina uirq; pares.

Idem libro 11. in uxorem.

Vxor uade foras, aut moribus utere noſtris.

Iuuenalis ſatyra 6.

-Veniunt a dote ſagittæ.
Libertas emitur, coram licet annuat atq;
Reſcribat, uidua eſt locuples quæ nupſit auaro.

ibidem.

-Facies non uxor amatur.

ibidem.

Nulla ne de tantis gregibus tibi digna uidetur?
Sic formoſa, decens, diues, fœcunda, uetuſtos
Porticibus diſponat auos, intactior omni
Crinibus effuſis bellum dirimente Sabina
Rara auis in terris, nigroq; ſimillima cygno,
Quis feret uxorem cui conſtat omnia malo,
Malo Venuſinam, quam te Cornelia mater
Gracchorum ſi cum magnis uirtutibus affers
Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos.

ibidem.

Huius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Huius enim rari ſummiq; uoluptas
Nulla boni. Ibidem.
Nil unquam inuita donabis coniuge, uendes
Nec obſtante nihil hæc ſi nolit, emitur.
Hæc dabit affectus. Ibidem.
Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa eſt:
O demens ut a ſeruus homo eſt? nil fecerit, eſto,
Hoc uolo, ſic iubeo ſit pro ratione uoluntas.
Imperat ergo uiro. Ibidem.
Semper habet lites alterna q; iurgia lectus
In quo nupta iacet minimum dormitur in illo.

Aulus Gel. Noct. arti li. 5. ca. 11.

Cõ rogatus eſſet à quodam Bias, deberetne uxorẽ ducere, an uitam uiuere cœlibem? inquit:

ἤτοι καλὴν ἕξεις ἢ αἰσχρὰν τὴ εἰ καλὴν, ἕξεις κοινὴν, εἰ δὲ αἰσχρὰν, ἕξεις ποινὴν ἑκατέρων δὲ οὐκ ἀγαθὸν, οὐ λυπτέον ἄρα. id eſt,

Aut pulchram duces, aut deformem. Si pulchram, habebis communem: ſi turpem habebis pœnam. Neutrum autem bonum: non eſt igitur ducenda uxor.

MEdicina græce ἰατρεία. ας. ἡ. & ἰάομαι medeor, & ἰατρὸς. ὁ. medicus dicitur. Eſt autẽ duplex medicina, ſ. removens morbum & promouens ad perfectam ſanitatẽ. Prima conuenit infirmis, ſecũda uero ſanis, ex beato Tho. 3. parte q. 80. arti. 4. Ars medicinæ duplex, ſ. ſpeculatiua & practica. Idem in quæſtionibus de ueritate q. 2. art. 9. *Matthæus ca* 10.

Nõ eſt opus ualẽtibus medicus, ſed male habentibus. *Marcus ca.* 2.

Nõ neceſſe habent ſani medico, ſed qui male habent. Nõ eñ ueni nocare iuſtos, ſed pc̃ores.

Lucas ca. 4.

Nõ egent qui ſani ſunt medico, ſed qui male habent. Non enim ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. *Lucas ca.* 8.

Medice cura teipſum.

Hieronymus ſuper Hiere. lib. 2.

Oĩs medicina habet ad tempus amaritudinẽ, ſed poſtea fructus doloris, ſanitate compẽſatur.

Amb. ſuper Pſalm. 103. *& hab de Conſe. diſt.* 5. *Contraria.*

Contraria diuinæ conditioni præcepta medicinæ ſunt, quæ à ieiunio reuocant, lucubrare non ſinunt, ab omni intentione meditationis abducũt: ita ut qui ſe medicinis dederit, ſeipſum ſibi abnegat.

Grego. in Paſtorali.

Impius & imperitus eſt medicus, q̃ alienũ mederi appetit, & ipſe uulnus q̃d patitur neſcit.

Idem in Paſtorali.

Moris medicinalis eſt, ut ſæpe feruorẽ uiſcerũ in prurigínem cutis trahat, & plerũq; inde interius curat unde exterius fauciat: ita nonnunq̃ diuinæ diſpenſationis medicamine agit̃, ut exterioribus doloribus internũ uulnus ordinetur.

Grego. in homilia.

Modus mediciuæ eſt ut aliquando ſimilibus, aliquando contraria contrarijs curet, calidis frigida, frigidis calida curare conſueuit. Veniens ergo ad nos deſuper medicus noſter, tantisq; inueniens languoribus preſſos, quoddam nobis ſimile, & quoddam nobis cõtrarium apposuit. Ad homines quippe homo uenit, & ad peccatores iuſtus: concordauit nobiſcum in ueritate naturæ, ſed diſcordauit uel diſcrepauit à nobis in rigore iuſtitiæ.

Idem in homilia de uno martyre.

Sicut in arte medicinę calida frigidis, frigida calidis curantur, ita dñs noſter contraria oppoſuit medicamenta peccatis: ut lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis manſuetudinem, elatis præciperet humilitatem.

Ioan. Chryſoſt. ſuper illud Matth. 8 *Oſtende te ſacerdoti & offer munus.*

Spirituali medico ſpiritualem offerebat mercedem, nam omnes medici pecunijs, iſte autem ſolis orationibus placatur.

Iſidorus lib. 4 *Etymolog.*

Nomen medicinæ à modo ac temperamento impoſitum exiſtimatur, ut non ſatis, ſed paulatim adhibeatur: nam in multo cõtriſtatur natura, mediocritate autem gaudet. Vnde & qui pigmenta & antidota aſſidue biberint uexant, im moderatio enim omnis non ſalutem, ſed periculum affert.

Bernardus in Apologetico.

Delicata nimis medicina eſt priusalligari q̃ uulnerari, membrum non percuſſum plangere, & nõdum ſuſcepto ictu admouere manum, fouere unguento ubi non dolet, emplaſtrum adhibere ubi ſciſſura non eſt.

Bernardus ſuper Cantica.

Vnde irrepſit morbus, inde remedium intret, & per eadem ſequatur ueſtigia, uita mortẽ, tenebras lux, uenenum ſerpentis, antidotum ueritatis, & ſanet oculum qui turbatus eſt, ut ſerenius uideat, quem turbatus auris prima mortis ianua prima aperiatur & uitæ.

Boettus lib. 1. *de Conſolatione.*

Si operam medicantis expectas, oportet ut uulnus tuum detegas.

Anſelmus ſuper Pſalm. 5.

Medicus ægroto cõfitenti ſuam infirmitatẽ, medicinam negare non debet: pſuadeat animæ in quæ mala ſe præcipitauit, & ideo ut ex difficultate ſanationis magis ſibi caueat, quod enim facile ſanatur, non multum cauetur.

Seneca in Prouerbijs.

Crudelẽ medicum intemperantia facit, male ſecum agit æger, qui medicum hæredem facit.

Idem lib. de Beneficijs.

Grauiſſima infamia eſt medici opus quærere.

Ariſt. lib. 2. *Ethicorum.*

Medicinæ fiunt per contraria.

Idem l. b. 1. *Topicorum.*

Rhetor non ſemper perſuadebit, nec medicus ſemper ſanabit.

Seruius Sulp. epiſtola ad Ciceron. conſolatoria.

Noli imitari malos medicos qui in alienis malis profitentur tenere ſe medicinæ ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt.

Cicero libro 2. *de Diuinatione.*

At hoc ne homines quidem probi faciunt, ut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

amicis impendentes calamitates p̃dicent, quas illi effugere nullo modo possint. At medici q̃quam intelligunt sæpe, tamen nunquam ægris dicunt illo morbo eos esse morituros. Omnis enim prædictio malitum probatur, cum ad prædictionem cautio adiungitur.

Cicero lib. 1. de finibus bonorum & malorum.

Medicorum scientiam non ipsius artis, sed ualetudinis causa probamus.

Homerus in Iliados.

ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. id est,

Medicus enim uir multorũ æquualẽs aliorum.

Menander.

ἰατρὸς ἀλλόλεχος, νοσοῦντι πάλιν νόσος. id est,

Medicus garrulus ægrotãti alius morbus. *idẽ.*

πολλῶν ἰατρῶν εἰσῆλθός μ' ἀπώλεσεν. id est,

Multorum medicorum ingressus me perdidit.

Euripydes in Hippolyto.

κρεῖσσον δὲ νοσεῖν, ἤπερ πεύθειν.
τὸ μὲν ἐστὶν ἁπλοῦν, τῷ δὲ, συνάπτει
λύπη τε φρενῶν, χερσίν τε πόνος. id est,

Melius aũt est ægrotare, q̃ curare ægrotum.
Illud quidem est simplex, huic uero adiungitur
Tristitia q̃ mentium, manuum q̃ labor.

Horatius sermonum libro 1.

Quod mediocrum est
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

Idem epistola lib. 1. epistola 11.

Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.

Ouidius de Remedio Amoris.

Temporibus medicina ualet, data tempore prosunt.
Et data non apto tempore uina nocent.

Ouidius Metamor. libro 1.

-Sed immedicabile uulnus
Ense recidendum est, nec pars syncera trahatur.

Ouid. de Ponto libro 3. elegia 4.

Ad medicam dubius confugit æger opem.

Idem de Ponto libro 3. elegia 7.

Curando fieri quædam maiora uidemus
Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit.

Iuuenalis Satyra 12.

Curentur dubij medici maioribus ægri.

MEdiocritas græce μεριότης, ητος. ἡ. & μέριος. α. ον. mediocris dicitur. Est autem mediocritas existens inter excessum & defectum. Nam medium (unde descendit) est quod participat de utroq; extremorum.

Seneca Tragœdia 10.

Quisquis medium defugit iter
Stabili nunquam tramite curret.

Aristoteles lib. 2. Ethicorum.

Facile est non attingere medium, sed ipsum attingere difficile est. Mediũ in omnibus est laudabile. *Aristot. lib. 4. Politicorum.*

Quanto magis aliqd accedit ad mediũ, tanto melius: quanto magis distat à medio, tanto peius est, *Cicero lib. de Senectute.*

Moderatio modo uirium adsit, & tm̃ quantum quisq; potest nitatur. *Menander.*

ἃ ὁρῶπον ὄντα σαυτὸν ἀναμίμνησκε ἀεί. id est,

Hominẽ esse teipsum recordare semper. *idem.*

ἰσθι μὲν ἡδὺ πᾶσι κἀν τρυχηρᾷ βίῳ. id est,

Aequalis quidem sis oĩbus, & si prę stes diuitijs.

Ex primo Epigrammaton.

πᾶν τὸ περισσὸν, ἐπεὶ λοιγὸς ἐστὶ παλαιὸς,
ὃς καὶ τὸν μέλιτος τὸ πλέον ἐστὶ χολή. id est,

Oẽ superfluũ intempestiuũ, q̃m sermo ẽ antiquus
Quod & mellis nimium est bilis. *Iulianus.*

οἶκος καὶ πάτρη, βίστε χάρις. αἱ δὲ περισσαὶ
φροντίδες, ἀνθρώποις, οὐ βίος, ἀλλὰ πόνος. id est,

Domus & patria, uitæ gratia: superfluæ autem
Curæ hominibus non uita, sed labor. *Bassus.*

μητέ με χείματι τόντος ἄγοι θρασύς, οὐ μὲ γαλήνη
ἀργὴν ἠσπασάμην τὴν πολυηνεμίην.
αἱ μεσότητες ἄριστα, ὅπῃ μέγε πρῆξις ἀνδρῶν,
καὶ μάλα μέτρον ἐγὼ τ' ἄρκιον ἠσπασάμην.
τοῦτ' ἀγάπα φίλε λάμπι, κακοὺς δὲ ἔχθαιρε θυέλλας,
εἰσὶ τινὲς πρηεῖς, καὶ βιότου ζέφυροι. id est,

Neq; me tẽpestate mare ducat cõcitatũ, neq; tran
Otiosam amaui oĩno uẽtis carentẽ. (quillitatẽ
Mediocritates optimę, ubi aũt actiones utroq;.
Et ualde mensuram ego sufficientem amaui.
Hoc ama chare Lampi, malas fuge procellas,
Sunt q̃dam mãsueti & uitæ zephyri. *Palladas.*

ἡ μεσότης γὰρ ἄριστον ἐπεὶ τὰ μὲν ἄκρα πέφυκε
μίν λυσσης ἐπάγειν, ἕκατα δὲ ὕβριν ἔχει. id est,

Mediocritas enim optimum quid, quoniam
summa quidem apta sunt
Pericula inducere, extremã uero conuitium habent. *Plautus in Pœnulo.*

Hoc unum tamen cogito, modus omnibus rebus optimus est habitus:
Nimia oĩa nimium exhibent negocium hoĩbus ex se.

Terentius in Andria.

Apprime in uita hominis utile est, ut ne quid nimis.

Horatius.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraq; nequit consistere rectum.

Ouidius Metamor. lib. 2.

Medio tutissimus ibis. *Ibidem.*
Inter utrunq; tene. *Idem Meta. lib. 8.*

-Inter utrunq; uola.

Martialis epigrammaton lib. 1. ad Flaccum.

Illud quod medium est atq; inter utrunq; probatur.

De hac materia uide infra in Mentira & Pauptas.

Meditatio græce μελέτη. ης. ἡ. & μελετάω meditor dicitur. Quid autem sit, & quomodo differat à consideratione, & cogitatione, & contemplatione, uide supra in Cogitatio. Sane ut etiam ait Seruius super Bucolicis, per antistichon dicimꝰ conuersione l. in d.

Melancholia græca dictio est, à pud illos enim μελαγχολία. ας. ἡ. insania dicitur: μελαγχολάω insanio, & μελαγχολικός. ἡ. ὸν insanus uocatur. Est autem melancholia atra bilis, hoc est cholera.

Memoria græce μνήμη. ης. ἡ. & μνήμων. ονος. ὁ. ἡ. memor & μνημονεύω memoro dicitur. Est autem memoria p quã aĩus repetit ea q̃ fuerunt, se. Ci. in Rhe.

Memoria est iterata resumptio alicuius apprehensi sensu uel intellectu, secundum Aristo. libro de Memoria & reminiscentia.

Memoria est in multis aĩs animalibus: reminiscentia in tm̃ hominibus. Differunt enim memorari & reminisci, primo secundum tempus: quia licet utrunque sit circa præteritum, tamen reminis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

reminiſcentia requirit obliuionem in tempore intermedio, quod nō requirit memoratio, item memoratio bene conuenit alijs animalibus ab homine, reminiſcentia uero non, ex Ariſtotele.

Ibidem.

Memoria eſt pars integralis prudentiæ, quia ad eam requiritur experimentum multorum, quod haberi nō poteſt abſq; memoria p̄teritorum, quia ut dicit Philoſophus 1. Metaphyſicæ, Experimentum eſt ex pluribus memorijs.

Ariſtot. libro de memoria & reminiſcentia.

Memoria non eſt futurorū, nec præſentium, ſed præteritorum tantum. Vnde ſenſus eſt præſentium, ſpes futurorum, memoria præteritorum. *Ibidem.*

Reminiſcentia tantum hominibus ineſt, ſed memoria multis alijs animalibus.

Dantes paradiſi Cantil. c. 5.

Apri la mente a quel chi ti paleſo,
Et ferma ui entro, che non fal ſcienza
Sanza loretenere hauer inteſo. *id eſt.*
Aperi mentem ei, quod tibi palam eſt,
Et intus imprime: nam non fit ſcientia
Non retinendo, intellexiſſe quippiam.

Mendacium.
- Pernicioſum
  - *In doctrina religioni, quod eſt contra ſidem, uel contra bonos mores.*
  - *Quod nulli prodeſt, et alicui obeſt.*
  - *Quod uni prodeſt, & alteri obeſt.*
- Iocoſum
  - *Quod ſit ſola mentiendi libidine. Ariſtot. libro 4. Ethico. dicit, quod mēdax, quia talis eſt ſecundum habitum, ipſo mendacio gaudet.*
  - *Quod ſit cupiditate placēdi ſuauilogo.*
- Officioſum ſiue bonignum
  - *Quod nulli obeſt, & alicui prodeſt ad pecuniam eius ſeruandam.*
  - *Quod nulli obeſt, & alicui prodeſt, ad uitam corporis ſeruandam.*
  - *Quod nulli obeſt, & alicui prodeſt, ut ab immunditia corporis aliquem tueatur.*

Ex Aug. li. de Mendacio.

MENDACIVM græce ψεῦδος ους. τὸ. & ψεῦδος ους. τὸ. mendax, & ψεύδομαι mentior dicitur. Eſt autem mendacium falſa uocis ſignificatio cum intentione fallendi, ſecundum Auguſtinum libro de Mendacio.

Mentiri eſt concretum, & mendacium eſt abſtractum. Ideo dicens uerū contra opinionem eius mentitur, ſed quod dicit non eſt mendacium. ex b. Tho. 3. Sent. diſt. 38. quæſt. pri.

Mentior à mente deriuantur, q̄d eſt contra id q̄d eſt in mente loquor. Differtq; in mendaciū dico, nā qui mentit nō ipſe fallit, ſed alterū fallere conatur. Qui uero mendaciū dicit, ipſe fallitur, cum credat ſe uerum dicere. Vnde Nigidius Vir bonus inquit præſtare debet, ne mentiatur: prudēs, n emendacium dicat: illud à mente deducitur, hoc à menda quod errorem ſignificat. Vnde mēdoſum librum dicimus, plenum erroribus: hinc emendo, corrigo, & emendator & emendatrix. A mendacium mendax, mendaciter, mendacius, mendaciſsimus deſcendūt.

Exodi cap. 23.

Non ſuſcipies uocē mendacij, nec iunges manum tuam, ut pro impio dicas falſum teſtimonium. *Leuitici cap. 19.*

Non mentiemini, nec decipiat unuſquiſque proximum ſuum. *Iob cap. 13.*

Nunquid deus indiget ueſtro mendacio, ut pro illo loquamini dolos?

Prouerbiorum cap. 6.

Sex ſunt quæ odit dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius: Oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium ſanguinem, cor machinans cogitationes deſſimas, pedes ueloces ad currendum in malum profe rentem mendacia & eum qui ſeminat inter fratres diſcordias.

Prouerbiorum cap. 8.

Arrogantiā & ſuperbiā, & uiam prauā, & os bilingue deteſtor. *Ibidē ca. 10.*

Qui nititur mendacijs hic paſcit uentos idem autem ipſe ſequitur uentos uolantes.

Ibidem.

Abſcondunt odium labia mendacia, qui profert contumeliam, inſipiens eſt.

Prouerbiorum cap. 12.

Qui quod nouit loquit̄, iudex iuſtitiæ eſt: qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus.

Ibidem.

Abominatio eſt domino labia mēdacia: qui autem fideliter agunt, placent ei.

Prouerbiorum cap. 19.

Falſus teſtis nō erit impunitus, & qui loquit̄ mendacia peribit. *Sapientiæ cap. 1.*

Sermo obſcurus in uacuū non ibit, os autem quod mentitur occidit animam.

Eccleſiaſtici cap. 4.

Non contradicas uerbo ueritatis ullo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.

Eccleſiaſtici cap. 7.

Noli amare mendacium aduerſus fratrē tuum, neq; in amicum ſimiliter facias. Noli uelle mentiri on e mendacium, aſſiduitas enim illius non eſt bona. *Paulus ad Ephe ca. 4.*

Deponētes mēdaciū loquimini ueritatē, unuſquiſq; cum proximo ſuo, qm̄ ſumus inuicem membra. *Iacob in epiſt cap. 3.*

Nolite gloriari, & mēdaces eſſe aduerſus ueritatem. *Auguſt. in Enchiridion & hab. 20. q. 2.*

Is autem qui mēdtitur contra id quod animo ſentit, loquit̄ uoluntate fallendi. Et utique uerba propterea inſtituta ſunt, nō ut per ea ſe inuicem homines fallant, ſed ut eis quiſq; in alterius notitiam cogitationes ſuas proferat. Verbis autem uti ad fallaciam, non ad quod ſunt inſtituta peccatum eſt.

Idem ibidem, & hab. ibidem. In ipſarum.

In ipſarū cōſideratione rerū quæ dicunt tantum intereſt, quia ſiue quis fallat, ſiue mentiat, ubicunq; falli & mentiri minus eſt malū, quantum ptinet ad hominis uoluntatē: tamen longe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tolerabilius eſt in his quæ à religione ſeiuncta ſunt mentiri, quàm in his ſine quorum fide uel notitia, deus cœli non poteſt falli.

Auguſt. ibidem, & habetur ibidē. Mihi autem.

Mihi aūt non abſurde uidet omne quidē mendacium eſſe peccatū, ſed multū intereſt q̄ animo, & de quibus rebus quiſq; mentiat. Non enim ita peccat qui cōſulendi, qūo ille q̄ nocendi uoluntate mentitur, nec tantū nocet qui uiatorē mentiendo in aduerſum iter mittit, quantum is qui uitā uitæ mēdacio fallente deprauat.

Auguſt. lib. q. Gen. & habetur 22. q. 2. Quod ait.

Mendacia enim à mendacibus ſerio agunt, non ioco, cum autem quæ non ſunt, tanquàm ioco dicuntur, non deputentur mendacia.

Aug. li. de cōſict. uit. & airt. & 22 q. 2. Nec artifi.

Nec artificioſo mendacio, nec ſimplici uerbo oportet quenquàm decipere, quia quomodo libet mentitur quis, occidit animam.

Aug. de uerbis apoſt. & hab. 22. q. 2. Hoīes falſum.

Intereſt quemadmodū uerbū procedat ex animo, ream linguam non facit, niſi rea mens.

Ibidem & habetur ibidem, Cum humil.

Cum humilitatis cauſa mentiris, ſi non eras peccator antequàm mentireris, mentiendo efficeris, quod euitaras.

Idem ad Caſulanum, & hab. 11. q. 3. Quiſquis.

Quiſq; metu cuiuslibet poteſtatis ueritatē occultat, irā dei ſup ſe prouocat, q̄a magis timet dominum q̄ deum, & poſt pauca: Vterq; reus eſt, & qui ueritatē occultat, & qui mendaciū dicit: quia & ille p̄deſſe nō uult, & iſte nocere deſiderat. *Auguſt. ſup Ioannem.*

Qūo deus pater genuit filium ueritatem, ſic diabolus lāpſus, genuit quaſi filiū mendacium.

Auguſt. ſuper epiſt. ad Galatas.

Quicquid figurate fit aut dicitur, nō eſt mendacium. *Hieronymus ſup Hieremiam, libro 2.*

Aliud eſt iurare falſum, aliud iurare in dolo. Non enim omnis qui aliter facturus eſt q̄ promittit, in dolo iurat, licet eū apoſtolus Gorinthijs promitteret, ueniam ad uos, non tamen in dolo iurauit, aut mendaciter promiſit. Ille aūt in dolo iurat, aut mēdaciter promittit, in cuius mente eſt non ſic ſe facturum, ut promittit: ille, autē qui promittit falſum, quod putat uerum nec in dolo iurat, nec mendaciter promittit.

Hieronymus ſup Michæam.

Congregationē diuitiarum ſequitur mendacium, manus enim aſſueta theſauros condere, fraudulentam linguam poſſidet: ueritas paupertatem, mendacium diuitias parit.

Ambroſi. in ſerm. de dominica de Abraam & habetur. 22. quæſt. 5. Cauete.

Cauete fratres mendaciū, quia oēs qui amant mendaciū filij ſunt diaboli, non ſolum in falſis uerbis, ſed & in ſimulatis operibus mendaciū eſt: mendaciū nanque eſt, ſe Chriſtianū dicere, & opera Chriſti non facere: mendaciū eſt epiſcopum, ſacerdotem, uel clericum ſe profiteri, & contraria huic ordini operari.

Gregorius in libro octauo Moraliū.

Nōnunq̄ peius eſt mēdaciū meditari, q̄ loquā loqui plerunq̄ præcipitationis eſt, meditari uero ſtudioſæ prauitatis. *Ibidem.*

Mendaciū quoq; genus p̄fecti uiri ſummopere fugiunt, ut nec uita alicuius per eorū fallaciam defendat, ne ſuæ animæ noceant dum p̄ſtari nituntur carni alienæ, quanq̄ hoc peccati genus facillime credamus relaxari. Nam ſi quælibet culpa ſequēti ſolet pia operatione purgari, quanto magis hoc facile abſtergitur, quod mater boni operis ipſa pietas admittit.

Ioannes Chryſoſtomus ſup Matthæum.

Conceſſum eſt diabolo interdū uera dicere, ut mendacium ſuum rara ueritate cōmendet.

Idem ſup Matthæum 21.

Mendacia ſi nō habent quē decipiāt, ipſa ſibi mentiunt, ſicut ait Pſal. Mentita ē iniquitas ſibi.

Iſid. in Syno. & habetur 22. q. 2. Omne genus.

Omne genus mendaciī ſummopere fuge, nec caſu, nec ſtudio loquaris falſum, nec ut præſtes mentiri ſtudeas, nec qualibet fallacia uitam alicuius defendas, caue mendacium in omnibus.

Bernardus ſup Cant. ſermone 18.

Aliud eſt ſub incerto hoc uel illuc opinando ſentire, aliud eſt temere affirmare quod neſcias: eſt em̄ qui dubie profert mendacium, nec mentitur: eſt qui ueritatem quam neſcit affirmat, & mentitur. Nam & ille non quidē quod non eſt eſſe, ſed ſe quod credit credere dicit, & uerū dicit, & ſi hoc uerum non ſit quod credit. Is cū ſe certum unde certus non eſt, dicit, uerum nō dicit, etiam ſi uerum ſit de quo aſſerit.

Boetius libro 1. de Conſo. proſa 4.

Sed ſi ſemper mentiens imprudentia rerum merita nō poteſt immutare, nec mihi Socratico decreto fas eſt arbitror, uel occuluiſſe ueritatem uel conceſſiſſe mendacium.

Lactantius Firmia. libro 2. diuin. inſtitut.

O quàm facile eſt redarguere mendacia.

Ariſtoteles libro 2. Phyſico.

Abſtrahentium non eſt mendacium.

Idem libro. 4. Ethicorum.

Omne mendacium prauum eſt & fugiēdum.

Ariſtoteles libro. Elenchorum.

Duo ſunt opera ſapientis, quorum unum eſt non mentiri, de q̄bus nouit alterum uero mentientem manifeſtare poſſe.

Laert. Diog. de uita & moribus philoſoph.

Qui in mendacio confidit, cito deficiet.

Franc. Petrarcha libro 1. ca. de uita ſolitaria.

Vt enim immortalis ē ueritas, ſic fictio & mendacium non durant, ſimulata illico pareſcūt, & magno ſtudio compta cęſaries uento turbatur exiguo, & operoſo licet impreſſus fucus ſudore diluitur, & argutum quoq; mendaciū uero cedit coram q̄ preſſius intuente diaphanum eſt, opertū omne detegitur, abeunt umbræ, natiuusq; rebus color manet, & latere diutius magno eſt labor. Nemo ſub aquis diu uiuit, erumpatoportet, & frontem quam celabat, ōperiat.

Poggius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Proggius lib. 2. de uita Gyri.

Nàm mendacem esse, maximum scis esse impedimentum ad ueniam impetrandam.

Homerus in 1 Iliados.

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσί, ἄλλο δὲ εἴπῃ: id est,

Exosus enim mihi ille ueluti inferni portæ,
Qui aliud quidem occultum habet in mentibus, aliud uero ore profert.

Hom. in γ. Odyss. uerba sunt Palladis de Nesto.

ψεῦδός γ' οὐκ ἐρέει μαλακὸν πεπυμένος ἔπος. id est,

Mendacium enim non dicet, ualde enim prudens est.

Phocylides.

μύθους μὴ βάζειν, τὰ δ' ἐτήτυμα πάντ' ἀγορεύειν: id est,

Mendacia noli dicere, seduera omnia loquere. Idem.

μηδ' ἕτερον κεύθειν κραδίῃ νόον, ἄλλ' ἀγορεύειν. id est,

Noli aliam occultare in corde sententiam, & aliam proferre. Cleobulus.

ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς φρόνιμος καὶ σοφός. id est,

Mendaciũ odit omnis prudens & sapiens. Menand.

ψευδόμενος οὐδεὶς λανθάνει πολὺν χρόνον. id est,

Mentiens nullus latet ad multum tempus. Idem.

ψεῦδος μεταβολὴ τὸν βίον λυμαίνεται. id est,

Mendacij crimen uitam lædit. Idem.

ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς σοφὸς καὶ χρήσιμος. id est,

Mendacium autem odit omnis sapiens & utilis.

Ouidius lib. 13. Metamorph.

Sed mihi quid fingere prodest.

Dantes inferni cap. 16.

Sempre a quel ucr cha facia di menzogna
De l hom chiudér. le labra quanto puote,
Pero che senza colpa fa uergogna.

Dantes inferni cap. 23.

Iougi gia dire a bologna
Del diauol uitij assai tra quali udij
Cheiliæ bugiardo e padre de menzongna.

Mensis græce μήν, ηνος, ὁ. dicitur ἀπὸ τῆς μήνης quod est luna. Nam lunæ ratione mensis constitutus est. Vnde M. Varro: Mensis à lunæ motu dictus dũ ab sole profecta rursus redit ad eum luna. Aegyptij quoq; teste Herodoto menam uocauere lunam. A mensis fit menstruus adiectiuum, ut opus menstruum, hoc est opus unius mẽsis. Item menstrua substantiuum numeri pluralis tãtum, quod significat superfluum illũ humorẽ, quem singulis mensibus mulieres nisi grauidæ sint emittũt, quo tẽpore coitus marium cum his exitiales & pestiferi sunt, præsertim in præsente luna, cum purpurã quoq; ab his pollui tradant.

Mens græce νοῦς & per κράσιν νῦς, ῦ, ὁ. dicitur. Venit que à metiẽdo uel à memini, secundum b. Tho. prima parte, q. 79 art. 9.

MEnsura græce μέτρον, ου. τὸ. & μετρητός, ῆ, ὁ. mẽsurabilis dicitur. Est autem mensura illud per quod cognoscitur quãtitas rei, secundum bea. Tho. prima Secundæ, q. 90. art. 1. & post. lect. 36.

Mensura est duplex. s. intrinseca & extrinseca. Prima est in quolibet mensurato subiectiue: secunda uero in uno solo, secundum eundem 2. Sent. dist. 2. q. 1. & in q. de ueri. q. 1. art. 5.

Phocylides.

πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί. id est,

Omnium mensura optima, transgressiones autem euitabiles. Idem.

μέτρῳ μὲν φαγέειν, καὶ πιεῖν, μὴ μυθολογεύειν. id est,

Cum mensura comede, & bibe, & loquere.

Pythagoras.

μέτρον ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον. id est,

Mensura in omnibus optima.

Hesiodus.

εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι
αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον αἴ κε δύνηαι:
ὡς ἂν χρηίζων μὴ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς. id est,

Bona mensura a mutuo sumes a uicimo, bonaq; redde
Eadem mensura, & melius si potes:
Vt si alias indigueris & sumministrantem inuenias.

De hac materia habes supra in Mediocritas.

MErcatura græce ἐμπορία. ας. ἡ. & ἔμπορος. ου. ὁ. mercator, & ἐμπορεύομαι mercor dicitur. Est autẽ triplex mercatura, scilicet nauigatio, deuictio, id est, fœneratio, & negotiatio, secũdum Aristotelem libro 1. Politic. Negotiatio de se non est uitiosa, licet habeat turpitudinem. Ideo licita est si sit ad finem honestum, uel necessarium, id est, quod negotiator lucretur moderate: uel ad suæ familiæ sustentationem, uel pauperum, uel communicatis, si in festo, iusto contractu, & non ad caristiam, secundum beat. Tho. quæst. 77. art. 4.

Mercatura dicitur à mercor, illud uero à mereo, est enim mereri gratia aliquid operari, unde merere militare. Lucanus: Aere merent parauo. Differunt autem merx & mercatura, quod merx est species ipsa quæ emitur uenditurue, à quo mercimonium & commercium, quasi contractio quædam mercium ueniunt. Mercatura uero est actus ipse emendi ac uendendi merces. Mercem Varro à merẽdo ære dictam uult: mercis appellatio, ut uult Vlpianus ad res tantum mobiles pertinet.

Leuitici cap. 19.

Statera iusta & æqualia sint pondera, iustus modius, æquus sextarius.

Ecclesiastici cap. 27.

Difficile exuitur negotians à negligentia, & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum.

Ibidem cap. 37.

Inter medium emptionis & uenditionis angustiabitur peccans. Ibidem.

Cum negotiatore tracta de traiectione, & cũ emptore de uenditione.

August. de Ciui. dei, lib. 13. cap. 3.

Oẽs uolunt uiliter emere & care uendere.

August. super Psalm.

Desiderio tuo locum facis diabolo, ecce em̃ diabolus proposuit lucrũ, & mutuaunt ad fraudem. Lucrum habere non poteris, nisi fraudem feceris, sed lucrum esca est, fraus laqueus: sic atrẽde escam, ut uideas & laqueum, quia lucrum habere non poteris, nisi fraudẽ feceris. fraudem autem si feceris, capieris.

Ambrosius libro 3. de Officijs.

In con-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

In contractibus uita eorũ quæ uẽneunt prodi iubent, ac niſi intimauerit uenditor, q̃uis in ius emptoris tranſierit, doli actione uacuantur.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum, & habetur diſtinct. 88. Eijciens.

Eijciens dominus uendentes & ementes de templo, ſignificauit qa mercator nunq̃ poteſt deo placere, & ideo nullus Chriſtianus debet eſſe mercator, aut ſi uoluerit eſſe, proijciat de eccleſia, dicente Propheta: Quia non cognoui negotiatiões, introibo in potentias dñi. Quemadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos uolens ambobus placere, ſine alloquio mali eſſe non poteſt, neceſſe eſt ut iſti male de illo loq̃tur, & illi male de iſto: ſic mercator ſiue mendacio & periurio eſſe non poteſt. Sed ſubſtantia talium ſtabilis eſſe non poteſt, neq; ad bonũ proficit, quod de malo congregatur. Quemadmodum enim ſi triticum, aut aliud tale cernas cribro, dum huc & illuc iactatur, omnia grana paulatim deorſum cadunt, & tandem in cribro nil remanet niſi ſtercus; ſic de ſubſtantia negotiatorum nouiſſime nil remanet niſi peccatum.

Leo Papa & habetur de pœn. diſt. 5. Qualitas.

Qualitas lucri negotiantem aut accuſat aut arguit, quia eſt & honeſtus quæſtus & turpis. Veruntamen pœnitenti utilius eſt diſpendia pati, q̃ periculis negotiationis aſtringi, quia difficile eſt inter mentis & uendentis cõmercium non interuenire peccatum.

Cicero libro 3. Officiorum.

Quid ſtultius q̃ uenditorẽ uitia rei quam uẽdit narrare, & quaſi præco prædicere, domum peſtilentiæ uendo. *Ibidem.*

Hoc genus cælandi quis non uideat? Certe non apti, non ſimplicis, non ingenui, non iuſti, non boni uiri; ſed potius uerſuti, obſcuri, aſtuti, fallacis & callidi.

Idem libro 1. Officiorum.

Primum improbant hi quæſtus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitor & fœnerator.

Ibidem.

Illiberales & ſordidi quæſtus ſunt mercenariorum omniũ, quorum opera, non quorum artes emuntur, eſt enim illiberalis ipſa merces auctoramentum ſeruitutis. Sordidi etiam putãdi qui emũt à mercatoribus q̃d ſtatim cariusuendant, nihil enim proficiunt niſi admodum mentiãtur, nec uero quic̃q̃ eſt turpius uanitate, neq; enim quic̃q̃ ingenuum habere poteſt officina.

Ibidem.

Mercatura autem ſi tenuis, ſordida putanda eſt, ſin copioſa, magna & multa undiq; portans, multis q; ſine uanitate impertiens, non eſt admodum uituperanda.

Ariſtoteles libro 6. Politicorum.

Neceſſarium eſt in omni ciuitate aliquid uendi & aliquid emi.

Horatius epiſto. libro 1. epiſtola 1.

Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.

Idem libro 2. epiſtolarum, ad Iulium Florum.

Plenius æquo
Laudat uenales qui uult extrudere merces.

De hac materia uide ſupra in Auaritia, & infra in Nauigatio.

Merces græce μισθος. ὁ. & μισθωτος. ὁ. mercenarius dicitur. Eſt autem merces id quod recompenſatur pro operis retributione. Ideo reddere mercedem, eſt actus iuſtitiæ, ſicut reddere prætium rei emptæ, ſecundum b. Tho. prima Secundæ, q. 14. articulo 1. Mercenarius uero actus is dicitur, qui fit propter mercedem, non autem qui eſt circa eam b. Tho. 3. Sentent. diſt. 26. q. 1. art. 1. Vtrunq; dicitur à mereo, de quo ſupra in dictione Mercatura.

MEritum græce ἀξια. as. ἡ. & ἀξιομαι mereo dicitur. Eſt autem meritum actio, qua iuſtum eſt, ut agenti aliquid detur, ſecundum b. Tho. 3. parte q. 45. ar. 6. Differũt autem mereri & commereri, quod mereri dicimur bona, commereri uero mala, ex Donato ſuper Teren. Dicũturq; hæc à mereo, de quo Mercatura: unde etiam meretrices dicuntur mulieres, quæ ſordidiſſimi quæſtus gratia proſtãt, & quarum turpitudo uenalis eſt: à quib⁹ meretricium, ars ipſa dicitur meretricia, & meretricor, ſcortor: & meretricius. a. um. quicquid quæſtum facit corpore ſuo.

Eccleſiaſtici cap. 16.

Omnis miſericordia faciet locum unicuiq; ſecundum meritum operum ſuorum, & ſecundum intellectum peregrinationis ipſius.

Paulus ad Titum cap. 3.

Non ex operibus iuſtitiæ q̃ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiã ſaluos nos fecit.

Auguſtinus de libero arbitrio.

Deus autor eſt meriti, qui & uoluntatem applicat operi, & opus explicat uoluntati.

Idem libro Confeſſionum.

Quiſq; tibi enumerat uera merita ſua, quid tibi enumerat niſi merita tua?

Idem ſuper Matthæum.

Simplices & indocti regnum cælorum rapiunt, & nos cum literis noſtris ad infernum deſcendimus. *Gregorius in homel. 10.*

Non eſt magni meriti ſi quid foris erga nos agatur in corpore, ſed magis penſandum eſt q̃d agatur in mente; nam præſentem mundum deſpicere, tranſitoria non amare, mente medullitus in humilitate deo & proximis ſternere, contra illatas contumelias patientiam ſeruare, & cuſtodita patientia dolorem malitiæ à corde repellere, egenis propria tribuere, aliena minime ambire, amicum in deo diligere, & propter deum, & eos qui ſunt inimici amare, de afflictione proximi lugere, de morte inimici non exultare, hæc eſt noua creatura.

Ioannes Chryſoſt. de Compunctione cordis.

Et ſi miles moriamur, & ſi in omnes uirtutes animæ expleamus, nihil dignum gerimus ad ea quæ ipſi à deo percipimus.

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem de reparatione lapſi.

Vidimus aliquoties nonnullos cœpiſſe poſtremo, & factos merito priores. *Idem hom.* 70.

Quicqd geſſeris parū eſt, quicquid feceris minus eſt. Omne eñ meritū breue eſt cōparatione donorū. Numera bñficia ſi potes, & tunc cōſidera quicquid mereris. *Ioan. Chryſoſt. ibidem.*

Si totū tempus uitæ huius occupāt obſequia, laudes teneant, gratiarum actiones inſiſtant, nō poteris penſare quod debes. *Ibidem.*

Sic licet excellēs hominum meritum, ſit naturæ iura cōſeruans, ſit legum iuſſis obtemperās, fidem impleat, iuſtitiam teneat, uirtutes exerceat, dānet uitia, peccata repellet, exempla ſemet imitantibus præbeat, nihil eſt reſpectu eiuſdē.

Ibidem.

Cum diuinis muneribus actus propriōs meditare, nec dignum te iudicabis eo quod fueris, ſi intelligas quod mereris, *Idem ſup Matth.* 11.

Grandis uiolentia eſt in terra naſci, & cœlum rapere, & habere per uirtutem, quod nō poſſumus habere per naturā. Regnum cœlorum uim patitur, quia gloria domui Iſrael patribus debita, à prophetis nuntiata, à Chriſto oblata, fide gentium occupat & rapit, dum per pœnitentiam quā Ioannes prædicauit reuiuiſcunt, ad cœleſtem patriā quaſi in alienū locum redeuntes.

Bernardus ſuper Cantica.

Præpoſterus ordo ē ante meritū exigere præmiū, & ante laborē ſumere ciburn. *Bern. ſer. 53.*

Hoc totum hominis meritum, ſi totam ſpem ponat in eo, qui totum ſaluum fecit: ſufficit ad meritum ſcire quod non ſufficiant merita.

METVS græce φόβος. ου. ὁ. & φοβοῦμαι metuo dicitur. Eſt autem metus expectatio mali, ſecnndū Ariſtot. libro. 4. Ethicorum.

Metus eſt opinio magni mali impendētis, cui ſubijciūtur pigritia, terror, timor, exanimatio, conturbatio & formido. Metuo ſecundum M. Varro. dicitur à quodam motu animi, cum id quod malum caſurum putat mens refugit. Metus facit eius diminutiuum meticulus.

De hac materia uide inf. in Timor.

Militaris prudentia, eſt uirtus qua regitur multitudo exercitus ad tuitionem totius boni communis, ſec. b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 48. ca. 4.

MILES græce στρατιώτης ου ὁ. & στρατία. ας. ἡ. militia, & στρατεύω milito dicit. Venitq; à mille, q̄ſi mille ſimus quiſq; hoc ē quiſq; ex millenario numero fuerit. Legio enim primo ut Varro inquit, trium milium fiebat, & ſingulæ tribus Tatiēſium, Rannium & Lucerū mille militum mittebāt. Hinc milito uerbum, hoc eſt militiā exerceo: & militare, more militū: & cōmilito, onus, qui ſimul militat, hoc eſt ſocius in bello: & cōmilitium, ipſa belli ſocietas. Militię genera apud ueteres tria erant. Alij enim euocati dicebantur, qui non milites, ſed p̄ milite erāt. Alij tumultuarij qui neceſſitate aliqua electi ad unum duntaxat bellum militabant. Alij ſacra mēto religati, qui poſt electionē in remp. iurabāt, q̄d militare ſacramentū dicebat. Hi plenā militiā habebant. Erantq; quinq; & uiginti annis obligati. Militiæ inſtrumenta ſunt Galea, in qua conus & criſta, thorax, lorica, baltheus, cingulū, ſcutū, clypeꝰ, parma, certa, ſcutū breue, ocrea, tragula, gladius, enſis, ſparus, gæſa, uerrutum, pilū, aclides, pugio ſcorpius, catapulta, contus, glandes plūbeꝰ, phalarica, ſemiphalarica, ſoliferrea, lancea, rumigeſtri, falces, bipēnes, frameā, romphęa, arfaculæ, cateiæ ſcibōes, ſudes, ſicæ, machæræ, hemiſpathæ, ueruinæ ligulæ, climaculæ, uenabulum ſariſſæ, ſaxa, certa, tegemē, pelta, uehicula, currus, equi, in aquis gauli, corbitæ, caudicæ, naues lōgæ, biremes triremes, lembi, naues onerariæ hippagines, cercuri celoces, oxiæ, ſchediæ, remieculi, ſchaphę lyntres, actuariq; pſumię, uel geſſeoretæ, uel orioles, cattæ, pōtones, nuctuariæ mediæ, phaſellis, patones, myoparōes, cauſulica, mareplacidæ, cidarū, ratariæ, cataſcopium, cymba, piſtrix, horia, liburni. Hæc oīa militię uſui eē poſſūt. Sūt & alia, ut teſtudo, cētōes, uineę, q̄ſcatos uocabulo barbaro uocāt, plutei.

Addam murorū defenſionē, agger, muſculi, turres ambulatoriæ, ſcalæ, q̄bus muros primus Capaneꝰ dicit aſcēdiſſe. Exoſtra, pons, reſenō, ſclopitum, præteruolans, bambarda, aliaq; id genus. De hac materia habes ſupra in Bellum.

MILLE grece χίλια & χίλιοσίς. οῦ ὁ. mille ſinūs dicit. Eſt aūt mille numerus cubus, cuius radix eſt decem, ſec. b. Tho. 4. ſen. diſt. 43. artic. 3.

MYOPARO onis, dictio græca eſt, illi enim μυοπάρωνος. ὁ. dicūt. Eſt autē myoparo nauigij genus pyratarū, cuius Val. Max. fecit mentionē libro 3. tit. de iure triumphādi. Qui ex deſertis mōtibus myoparonum q; pyraticis noſtris laudis inopes laureæ ramulos feſtinabunda manu decerpſerunt.

MIRACVLVM græce θῶμα, ατος. τὸ. & θαυμάσιος. α. ὁ. mirabilis. Eſt aūt miraculū res, q̄ unde manauerit, aut q̄ ratione cōſtiterit digno ſcere eſt arduū, ut elicit ex prolo. Vlt. cap. primi lib. Vale. Max. Vel ſic: Miraculum eſt quicqd præter naturæ uſum euenit, & ideo in admirationē nos trahit. Venit aūt miraculum à mirror. Mirari aūt proprie eſt re aliqua tanq̄ noua obſtupefieri. Aliquādo mirari eſt cum uoluptate & delectatione intueri. Virg. Seu quis olympiacæ miratus præmia palmæ. Aliquād o mirari ēuenerari Virg. Ille operū cuſtos, illū admirantur, & oēs Circunſtāt. Hinc admirabile. i. ad miratione dignū. & admirabundus, admiratiōe plenus. *Auguſt. & habetur.* 1. q. 1. c. *Teneamus.*

Teneamus fratres mei unitatē, præter unitatē, & q̄ facit miraculū nihil eſt. In unitate erat populus Iſrael, & nō faciebat miracula præter unitatē. Erant magi Pharaonis, & faciebāt ſimilia Moyſi, populus Iſrael ut dixi, nō faciebat miracula. Qui erant ſaluādi apud deū, qui faciebant miracula, an q̄ nō faciebāt? Petrus apoſtolus reſuſcitauit mortuum, Simō magus fecit multa. Erāt quidā Chriſtiani qui nō poterāt facere q̄d faciebat Petrus, nec q̄d faciebat Simō. ſed ijdē

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gaudebant, quia nomina eorum ſcripta erant in cœlis. *Auguſt libro 10. de ciuit. dei.*

Quicqd igit mirabile fit in hoc mūdo, profecto minus eſt, q̄ totus hic mūdus, id eſt, cœlū & terra, & oīa quæ in eis ſunt, quæ certe deus fecit, nā & in omni miraculo qđ fit p hominē maius miraculū eſt homo. Quāuis igit miracula uiſibilium naturarum uidendi aſſiduitate uileſcant, tamē ea cum ſapiēter intuemur inuſitatiſſimis rarisq̄ maiora ſunt. *Idem lib. 21. de ci. dei.*

Sicut nō fuit deo impoſsibile quas uoluit inſtituere, ſic ei nō ē impoſſibile in quicqd uoluerit quas inſtituit naturas mutare. *Idē li. 22. de ci. dei.*

Miracula leguntur in populis ut credant, nec in populis tamen niſi credita legerent. Hæc autē ubicunq̄ fiunt, uix à tota ciuitate ipſa ſciuntur, uel à quocunq̄ commanentiū in loco, nam plerunq̄ fiunt ignorantibus cæteris, maxime ſi magna ſit ciuitas, & quando alibi aliſq̄ narrantur: tanta ea cōmendat authoritas, ut ſine difficultate uel dubitatione credantur, quamuis Chriſtianis fidelibus indicentur.

Auguſtinus 83. quæſtionum.

Aliter magi faciūt miracula, aliter boni Chriſtiani, aliter mali. Magi per priuatos contractus cum dæmonibus, boni Chriſtiani per publicā iuſtitiam, mali Chriſtiani per ſigna publicæ iuſtitiæ. *Ibidem.*

Ideo non oībus ſanctis iſta miracula attribuuntur, ne perniciosiſſimo errore decipiant infirmi: æſtimātes in talibus factis eſſe maiora bona, q̄ in operib9 iuſtitiq̄ quibus uita æterna cōparat.

Auguſtinus lib. Confeſſionum.

Eunt oēs admirari alta montiū & ingētes fluctus maris & latiſſimos lapſus fluminū, & oceani ambitum, & gyros ſyderum, & relinquūt ſe ipſos nec mirant, nam & omni miraculo quod fit maius miraculum eſt homo.

Hieron. ſuper illud Matth. 7. Nonne in nomine tuo uirtutes multas fecimus &c.

Prophetare & uirtutes facere, & dęmonia eīcere interdum nō eſt meriti q̄ operatur: ſed uel inuocatio Chriſti hoc agit, uel ob cōdemnationem eorum qui inuocent, uel utilitatem eorū qui uident & audiunt.

Amb. de ſacramētis. & hab. de conſe. diſt. 2. Reuera.

Reuera mirabile eſt qđ deus māna plueret patribus, & quotidiano cœli paſcebant alimento. Vñ dictū ē: Panē angelorū māducauit homo.

Ioan. Cryſo. ſup principio Matth.

Quatuor mirabiles imitatores fecit deus. De piſcatore primum eccleſię paſtorem. De perſecutore magiſtrum eccleſiæ & doctorē. De publicano primum euangeliſtam. De latrone primum cœlicolam. *Ibidem.*

Tria totq̄ mūdus mirabat, Chriſtū poſt mortē reſurrexiſſe, cū carne i cœlū aſcēdiſſe, & p 12. apoſtolos piſcatores totū mūdū cōuertiſſe. Huiq̄ aūt quadruplex fuit cauſa. ſ. pecunię contēptq̄, glorię deſpectus, ſeculariū occupationū ſegregatio, & terribiliū ppeſſio. *Idem ſup Matth.*

Mirabilius eſt uidere hominē cōuitia paſſum & non motum, q̄ hominē uulneratū & percuſſum non cadentē. *Iſido. libro 1. de ſum. bo.*

Miracula in ſignū ſunt, nō fidelibus, ſed infidelibus: quia ſignū fidelibus eſt neceſſariū qui iam crediderunt, ſed infidelibus ut cōuertant. Nam Paulus pro non credētium infidelitate patrem Publiī de infirmitate febrium uirtutib9 curat. Infirmatem uero Timotheū fidelem nō oratione, ſed medicinaliter temperat, ut noueris miracula pro incredulis, non pro fidelibus fieri.

Hugo de operationibus trium dierum.

Res multis modis apparēt mirabiles, aliquando ex magnitudine, aliquādo ex paruitate, aliquādo qa raræ, aliquādo quia pulchræ. *Ibidem.*

Miramur etiā quare crocodil9 manducās inferiorē molā nō mouet, & qūo ſalamādra in igne illię ſa permanet. Quis dedit ericio ſpinas & docuit eum, ut ſe pomis turbine diſcuſſis inuoluat, quibus onuſtus incedēs ſtridet quaſi plauſtrū. Et formica hyemis ſuperuenturæ præſcia, granis horrea ſua replet. Aranea q̄q̄ de uiſceribus ſuis laqueos nectit, ut prædā capiat. Iſti ſunt teſtes ſapientiæ dei. *Dantes paradiſi c. 24.*

Sel mundo ſe riuolſe al Chriſtianeſmo
Dixi io ſenza miraculi, quæſto uno
E tal che gli altri non ſono el centeſimo. id eſt.
Si mundus ſe conuertit ad fidem Chriſti
Dixi ſine miraculis hoc unum
Tale eſt ut alia non ſint centeſimum:

MISERATIO græce ἐλεημοσύνη dicit, & eſt uſus ſeu effectus miſericordiæ, quæ eſt uit9, ſec. bea. Tho. ſuper Pſal 24. co. 3. Dicitur à miſeror aris, q̄d ita differt à miſericors eris, q̄d miſereri paſſiuum affectum habet. Eſt enim corde anxium eſſe ex alicuius miſeria. Miſereri uero actiuū eſt, & uerbis aut lachrymis, aut ope dolorē, quem ex alicuius miſeria habemus oſtendere. A miſereor fit miſericordia, quæ eſt ægritudo cordis ex miſeria alicuius iniuſte laborantis ſuſcepta: nam dolor ex parricidę, aut proditoris, aut alterius ſcelerati ſupplicio ſuſcept9, mollities quędam animi, non miſericordia eſt. A miſeris fit miſeratio, quæ ſignificatio miſericordiæ, qua ex alicuius infœlicitate mouemur. Item à miſerendo fit miſericors, quia ex alicuius calamitate dolorē animo ſuſcipit. A miſerādo miſerator, qui opus aliquod miſericordiæ exhibet cuis miſeretur. Item miſereor genitiuo uel datiuo iungitur. Ouidius. O uirgo miſerere mei. Miſereor accuſatiuo. Virgilius: Aut miſeratus amantem eſt. Hæc omnia à miſer ueniunt.

MISERIA græce κάκωσις ἢ & ἄθλιος in. 2. miſer dicitur. Eſt aūt miſeria copia tribulationis & inopia cōſolationis, quādo multiſariē quis patitur, & à nemine releuat, ſecundum Auguſt. libro diſſini. *Eccleſiaſtici cap. 40.*

Occupatio magna creata eſt oībus hominib. & iugum graue ſup filios Adam, à die exitus de uentre matris eorū, uſq̄ in diē ſepulturę in matrem omniū. *Auguſt. libro de uerbis romin.*

Qui ne-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Qui nequiter uult uiuere, nõne tãto miſerior eſſe conuincitur, quanto facilius mala eius uolũtas impletur? *Auguſt. de libero arbitrio.*

Conſidera quantũ potes, q̃ magnum bonũ ſit ipſum eſſe quod & beati & miſeri uolunt. Nã ſi hoc bene conſideraueris, uides intantũ eſſe te miſerum, inquantum nõ appropinquas, quod ſummum eſt. *Gregor. ſuper Ezechielem.*

Peccãtes quoſq; tũc cõſideremus amplius miſeros, quando eos conſpicimus in culpa ſua ſine flagello derelictos. *Boet. li. 2. de conſol. proſa 4.*

Quis eſt em̃ tã cõpoſitæ fœlicitatis, ut nõ aliqua ex parte cum ſtatus ſui qualitate rixetur? Anxia enim res eſt humanorum cõditio bonorum: & quæ uel nunq̃ tota proueniat, uel nunq̃ perpetua ſubſiſtat. Huic cenſus exuberat, ſed eſt pudor degener ſanguis. Hũc nobilitas notũ facit, ſed anguſtia rei familiaris incluſus mallet eſſet ignotus. Ille utroq; circumfluꝰ, uitam cœlibem deflet. Ille nuptijs fœlix, orbus liberis, alieno cenſum nutrit hæredi. Alius prole lætatus ſi lij filiæ ve delictis mœſtus illachrymat. Idcirco nemo facile cum fortunæ ſuæ conditione concordat. Ineſt em̃ ſingulis quod inexpertus ignoret, expertus exhorreat.

Innocentius de uilitate conditionis humanæ.

Quis ergo det oculis meis fontẽ lachrymarũ, ut fleam miſerabilẽ humanæ cõditionis ingreſſum, culpabilẽ humanæ cõuerſationis progreſſum, damnabilem humanæ diſſolutionis egreſſum. Conſideraverim igitur cum lachrymis de quo factus eſt homo, quid faciet homo, quid facturus ſit hõ. Sane formatus eſt homo de terra, conceptus in culpa, natus ad pœnam, agit prava quæ non licent, turpia quæ nõ decent, uana quæ non expediunt. *Seneca Tragœdia 2.*

Proprium hoc miſeros ſequitur malum,
Nunquam rebus credere lætis,
Reddat fœlix fortuna licet:
Tamen afflictos gaudere piget. Seneca Trag. 3.
Miſeros magis fortuna conciliat ſuis. Idẽ Trag. 6.
Nec turpe puta quicquid miſeros fortuna iubet.
Seneca Tragœdia 7.
Miſerias lenit quies. Virg. Aeneid. lib. 12.
Forſan miſeros meliora ſequentur.
Lucanus Pharſaliæ lib. 3.
Et tantum miſeris iraſci numina poſſunt. Idẽ li. 8.
Longi pœnas fortuna fauoris.
Exigit a miſero.
Ouidius epiſtola Briſeidis ad Achillem.
An miſeros triſtis fortuna tenaciter urget?
Ouidius de Ponto lib. 1. Elegia 4.
Siue pium uis hoc. ſeu uis muliebre uocari,
Confiteor miſero molle cor eſſe mihi.
Ouidius de Ponto libro 2. Elegia 8.
Quia res timida eſt omnis miſer.
Idem libro 4. Elegia 12.
Crede mihi miſeros prudentia prima reliquit,
Et ſenſus cum re conſiliumq; fugit
Ouidius Metamorph. libro 6.
Miſeris q̃ uenit ſolertia rebus. Iuuenalis Satyra 7.
Curandum in primis ne magna iniuria fiat
Fortibus, & miſeris, tollas licet omne quod uſquam eſt
Auri atq; argenti, gladium ſcutumq; relinques,
Et iacula, & galeam, ſpoliatis arma ſuperſunt.
Quod modo propoſui non eſt ſententia, uerum
Credite me uobis ſolitum recitare Sybillæ

MISERICORDIA. A græce ἐλεος. εος. τὸ. & ἐλεήμων. ονος. ὁ. miſericors dicimus. Eſt autem miſericordia ægritudo animi ob alienarum miſeriarũ ſpeciẽ, ſec. Senecam li. de Clementia.

Miſericordia eſt triſtitia in alienis malis, ſecũdum Ioannem Damaſc. libro 2. c. 24.

Miſericordia eſt ægritudo ex triſtitia alteriꝰ iniuria laborãtis. Nemo em̃ patricidæ aut proditoris ſupplicio miſericordia commouetur, ſecundum Cice. libro Tuſcu. quæſt.

Miſericordia eſt alienæ miſeriæ in noſtro corde compaſſio, qua utiq; ſi poſſumus, ſubuenire compellimur, ſecundum b. Auguſt. 9. de ciuitate dei, & prima parte, q. 21. art. 3.

Miſericors à cõpatiendo alienæ miſeriæ uocabulũ eſt ſortitus, & hinc appellata eſt miſericordia, qa miſerũ cor facit aliena miſeria, ſec. Iſid. lib. Etym. Veteres etiã miſereo p miſeror, & miſereo pro miſereor dicebãt. Ennius: Miſerete manus, date ferrum, Quo me anima priuem.

Miſerabilis ita differt à miſer, q̃d miſer eſt in miſeria cõſtitutus, Miſerabilis uero miſeratione dignus. Ouid. Sisq; miſer ſemp, ne ſis miſerabilis ulli. A miſero uerbo antiquo fit miſereſco, hoc eſt moueor miſericordia. Vir His lachrymis uitã damus, & miſereſcimꝰ ultro. A miſereor etiã uenit cõmiſeratio, quæ eſt cum uel aſpectu alicuius, uel oratione, uel etiam cogitatione adducimur, ut eiꝰ miſereamur. A miſericorde fit miſericorditer, & miſero miſeriter.

Miſereor & miſeror quomodo differant, uide ſupra in Miſeratio. *Prouerb. cap. 20.*

Miſericordia & ueritas cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius.

Prouerbiorum cap. 29

Rex enim iuſtus erigit terram ſuam.

Sapientiæ cap. 11.

Miſereris omnium domine, & nihil odiſti eorum quæ feciſti. *Matthæus in Euangelio cap. 5.*

Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. *Matthæus cap. 9.*

Euntes diſcite quid eſt, miſericordiam uolo, & non ſacrificium. *Ioannis 1. cap. 3.*

Qui uiderit fratrẽ ſuũ neceſſitatem habere, & clauſerit uiſcera ſua ab eo. quõ charitas dei manet in eo? *Amb. lib. de Offi. & hab. 23. q 4. Eſt iniuſta.*

Eſt iniuſta miſericordia. Deniq; in lege ſcriptũ eſt de quodã: Nõ miſereberis illiꝰ. Et in li. Reg. legitur, q̃ Saul contraxit offenſam, quia miſertus eſt Achab hoſtiũ regem, quem prohibuit diuina ſententia ſeruari. Itaq; ſi quis latronem filijs deprecãtibus motus, & lachrymis coniugis eius inflexus. abſoluendum putat: cui adhuc latrocinandi aſpirat affectus, nõne innocẽtes tradet exitio, q̃ liberat multorũ exitia cogitantẽ?

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Certe ſi gladium reprimit, uinenla diſſoluit, laxat exilium, cur latrocinādi qua poteſt clementiori uia non eripit facultatem, qui uoluntatem extorquere non potuit?

Amb. li. de Offi. & hab. diſt. 86 cap. Eſt probanda.

Eſt probāda & alia liberalitas, ut proximos ſeminis tui ne deſpicias, ſi egere cognoſcas. Melius eſt em̄ ut ipſe ſubueniastuis, quibus pudor eſt ab alijs ſumptū depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium inuſitatis. *Amb. ibidem cap. Paſce.*

Paſce fame moriētem: quiſquis em̄ paſcēdo hominem ſeruare poteris, ſi nō paueris fame occidiſti. *Idem libro de Officijs.*

Miſericordia largior ubi fides prōptior. Nihil tam commēdat Chriſtianum quàm miſeratio charitatis. *Ibidem.*

Vaſa ſacrorum uēdere opus eſt, ubi quis fide ſyncera & perſpicaci prudentia miſericordiæ munus impleat. Sane ſi aliquis in ſua declinat emolumenta crimen eſt: ſi uero pauperibus erogat, captiuum redimit, miſericordia eſt.

Idem ſuper epiſtolam Pauli ad Timoth. 4.
Pietas ad omnia utilis eſt.

Omnis ſumma diſciplinę Chriſtianę in miſericordia & pietate eſt, quam aliquis ſequens ſi lubricum carnis patitur, ſine dubio uapulabit.

Amb. in ſermone domini in dominica de Abraā, & habetur de pœni. diſt. 1. cap. Medicina.

Medicina miſericordiæ tollit pcā magna, habemus plura ſubſidia qbus peecata noſtra redimimus. Pecuniā habes, redime peccatum tuū. Nō uenalis eſt dns, ſed cuipſe uenalis es peccatis tuis. Venūdatus es, redime te operib⁹ tuis, redime te pecunia tua. Vtilis eſt pecunia, ſed prętio ſa eſt miſericordia. Eleemoſyna inqt à peccato liberat. Crimina ergo eleemoſynis redimūtur.

Gre. Mora. li. 28. parte 4. ca. il. & ha. di. 42. Diſciplina.

Diſciplina uel miſericordia multū deſtituit, ſi una ſine altera teneat: ſed circa ſubditos ineſſe debet rectorib⁹, & iuſte cōſulens miſericordia, & pie ſæuiens diſciplina. Hinc eſt qp ſemiuiui illius uulneribus, q à Samaritano in ſtabulū ductus eſt, & adhibet uinū, & oleū, ut per uinū mordeant uulnera, per oleū foueant, quatenus unuſquiſq; q in ſanādis uulneribꝫ præeſt, in uino morſum diſtractionis adhibeat, in oleo mollitiē pietatis. Per uinum mundātur putrida, per olcum ſananda fouentur. Miſcēda eſt ergo lenitas cū ſeueritate. Faciēdum eſt igitur quoddā ex utroq; cēperamentū, ut neq; multa aſperitate exulcerētur ſubditi, neq; nimia benignitate ſoluantur.

Grego. & habetur diſt. 50. cap. Conſiderandum.

Conſiderandū nobis eſt cur omnipotens deus eū quē cunctę eccleſiæ prę ferre diſpoſuerat, ancillæ uocē pertimeſcere, & ſeipſum negare permiſit. Quod nimirū magna eſſe actum pietatis diſpēſatione cognoſcimus, ut is q futurus erat paſtor eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter alij miſereri debuiſſet. Prius itaq; eū oſtēdit ſibi, & tūc præpoſuit cæteris, ut ex ſua infirmitate cognoſceret, qp miſericorditer alienas infirmitates toleraret: *Ioann. Chryſoſt ſuper Matthæum.*

Iuſtitia ſine miſericordia nō eſt iuſtitia, ſed crudelitas. Sic miſericordia ſine iuſtitia nō eſt miſericordia, ſed fatuitas. *Idem ſuper Matthæum.*

Miſericordia eſt, ſalutis præſidiū, fidei ornamēcum, propiciatio peccatorū. Hæc eſt quę iuſtos probat, ſanctos roborat, deleultores oſtentat.

Lactan. Firmia. li. 6 cap. 12.

Captiuorū etiā redemptio magnum atq; præclarum iuſtitiæ munus eſt, quod idem ipſe Tullius approbauit: Atq; hæc benignitas inquit etiā reipublicę eſt utilis, redimi à ſeruitute captiuos, locupletare tenuiores. Hanc ergo cōſuetudinē benignitatis largitioni munerū lōge antepono. Hæc eſt hominū grauiū atq; magnorum. Proprium igitur iuſtorum opus eſt alere pauperes, ac redimere captiuos, cū apud iniuſtos etiā, qui hæc faciant graues ac magni appellent. His em̄ maximæ laudis eſt benefacere, quos nemo ſperauit eſſe facturos. Nam qui bonū facit, uel conſanguineo, uel proximo, uel amico, haud ullā uel certe non magnam laude meretur, quia facere debet, ſi tp impius ac deteſtabilis niſi fecerit id quod ab eo, & natura ipſa & neceſſitudo exigit, & ſi facit, nō tam gloriæ aſſequēdæ qp reprehenſionis uitādæ gratia facit. Qui aūt facit alieno & ignoto, is uero dignus eſt laude: quoniā ut faceret, ſola ductus eſt humanitate. Ibi ergo iuſtitia eſt, ubi ad benefaciēdum neceſſitatis uinculum nullum eſt. *Ibidem.*

Nē minus magnū iuſtitiæ opus eſt pupillos & uiduas deſtitutos, & auxilio indigētes tueri atq; defendere, qp adeo uniuerſis diuina lex illa præſcribit, quando quidē boni quiq; iudices ad officiū ſuum iudicant pertinere, ut eos humanitate naturali foueant ac eiſdem prodeſſe nitantur. *Cicero Rhetō. ueterum libro 2.*

Eorum miſereri oportet, qui propter fortunā, non propter crimen in miſeriis ſunt.

Cicero in oratione pro Qu. Ligario.

Nulla de uirtutib. plurimis admirabilior nec gratior miſericordia. Homines em̄ ad deos nulla re propius accedūt qp ſalutē hominibus dando. Nihil habet fortuna maius qp ut poſſit, nec natura melius, quàm ut uelit ſeruare.

Saluſtius in Catilinario.

Oēs homines qui de rebus dubijs conſultāt, ab odio, amicitia, ira, atq; miſericordia uacuos eſſe decet: nā animus haud facile uerum prouidet ubi illa officiunt. *Valerius Max lib. 5.*

Nam & ſi egregium eſt hoſtem abijcere, nō minus tamen laudabile infœlicibus ſcire miſereri. Phocylides

πολλὸν μεν τε βροτὸν κὴ ἀλίτροπον μιμᾶ ὑπαλύσσειν
ἐλπτρὸν ἐστ' ἐχθροῦ τυχεῖν φίλον ἐυμενέοντα. Id eſt,

Errantemq; mortalem & naufragū ne ſubterfugias,
Bonum eſt pro inimico adipiſci amicum beneuolum.

Ouidius libro 2. de Ponto.

Regia (crede mihi) res eſt ſuccurrere lapſis.

Iuuenalis Satyra 8.

Miſerere inopum ſociorum. Idem Satyra 15. Molliſſi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

-Molliſſima corda
Humano generi dare ſe natura fatetur.
Quæ lachrymas dedit hæc noſtri pars optima ſenſus.
Statius in Thebaide.
Pulchrum eſt uitam donare petenti.
Dantes lib.2.cap.3.
Horribil furon li peccati mei,
Ma la bonta infinita ha ſi gran bracia.
Che prende cio che riuolge a lei. *id eſt,*
Horrenda fuerunt peccata mea,
Sed bonitas immenſa tam grandia habet brachia,
Vt apprehendant quicquid reuoluitur ad ipſam,

De hac materia habes ſupra in Amor proximi, Clementia, Eleemoſyna & Liberalitas.

Miſſa græce λειτουργία, ας, ἡ. & λειτουργέω miniſtro dicitur. A nobis uero miſſa dicitur quaſi trãſmiſſa, eo quia à populis per miniſterium ſacerdotis, qui mediatoris uice fungitur inter deum & homines, preces, uota, oblationes deo tranſmittũtur, ſecundum Hugonem de ſacramentis libro 11.

Miſſa dicitur quaſi tranſmiſſa. ſ. àpopulo, & econuerſo. Vel dicitur ab emiſſione catechumenorum & excommunicatorum, ſecundum beatum Tho. 3. parte. q. 83.

Mitis græce πρᾶος, ου, ὁ, & πραΰνω mitigo dicitur. Is autem dicitur mitis, qui ſemper fuit ſine ira. ſ. pius & humilis. Manſuetus uero qui de feritate reducitur ad hoc, ſec. b. Tho. ſuper Pſal. 24. co. 6.

Mitis proprie dicitur lenis, clemens, manſuetus. Cuius contrariũ eſt immitis, hoc eſt aſper, ſæuus, crudelis. Hinc per metaphorã mitis pro tranquillo accipitur. Virgilius: Mitis ut in morem ſtagni, placidæq; paludis. Item pro maturo. Virgil. Sunt nobis mitia poma. A mitis fit miteſco, hoc eſt manſueſco, ut Færæ domi æducatæ miteſcunt. Interdum trãquillor. Apuleius: Conflaceſcunt fluctus, mare miteſcit. Aliquãdo maturesco. Plinius: Reliquorum pomorum ueloci tas cito miteſcentium tranſuolat. Hinc mitigo, quaſi mitem ago.

Myſterium a μύω quod eſt claudo dicitur. Et eſt myſterium idem quod ſacramentum.

Myſteria proprie dicuntur eccleſiaſtica, ſiue diuina ſacramenta. 1. q. 1. multi. ante medium.

Mitra quæ habet duo cornua, diſignat duo teſtamenta, ſcilicet uetus & nouum. Mitramq; habent epiſcopi ad inſtar Moyſi qui reuerſus fuit cornutus à monte ubi accepit legem dei. Bacũlus paſtoralis dicitur croſſa. Annulus datur epiſcopis in ſignum matrimonij inter ipſos & eccleſiam. Caligæ epiſcopales, qui compagus dicuntur, alio nomine ſandalia nuncupãtur. Vide infra in litera S. Sandalia, glo. in ca. ut apoſtolicę, de priui. lib. 6. in uer. Pro intellectu.

Moderatio ſapit diminutionem. glo. in Cle. prece. de iure patro. in uer. moderationem.

Modeſtia qua moderamur alia non moderanda per temperantiam, continentiam, clementiam, & mãſuetudinem: & ſunt quatuor, ſcilicet

- Interior motus animi in alta tendentis, quem moderatur — Humilitas, Cui opponitur: Superbia
- Deſiderium pertinentium ad cognitiõem, quod moderatur — Studioſitas, Cui opponitur: Curioſitas
- Corporales motus & actiones, ut decenter fiant & modeſte. tam in his quę ſerio, q̃ quę ioco aguntur. Quos moderãtur tres uirtutes, ſ.
  - Bona ordinatio qua diſcernitur quid faciendum, dimittendum, & quo ordine, & in hoc firmiter perſiſtere facit. Cuius oppoſitum: Innominatum.
  - Ornatus, quo in agendis decentia obſeruatur. Cuius oppoſitum: Innominatum.
  - Auſteritas, qua in colloquijs, & quibuscunq; alijs adhibetur moderatio. Cuius oppoſitum: Innominatum.
  - Secundum Andronicum Peripatie.
    - Eutrapelia ſec. Ariſt. quæ eſt modeſtia circa ludos, dicta uel facta ioco ſa, tribus obſeruatis B. Tho. ſecunda ſecundæ q. 168.
      - Primo ut ſint uerba uel facta non turpia uel alias nociua.
      - Secundo ut non ſoluatur tota ſeriegrauitas animæ.
      - Tertio, ut alia uerba uel facta ludicra congruant perſonis, locis, temporibus, & alijs circunſtantijs.
    - Humilitas ſecundum Andronicum, quæ eſt habitus nõ ſuperabundans in ſumptibus & p̃parationibus, ut idem Andronicus dicit, quę excludit gloriæ intentionem in exteriori cultu.
    - Per ſe ſufficientia, q̃ facit ut nõ quærantur deliciæ in ſupfluo cultu, & eſt habitus contentus q̃bus oportet, & determinatiuus eorum quæ ad uiuere conueniunt. Hæc a Macrobio Parcitas dicitur.
    - Simplicitas ſecundum eundem Andronicum, qua excluditur ſuperflua ſolicitudo, unde dicit, quod eſt habitus contentus his quæ contingunt. Hæc a Macrobio Moderatio uocatur.
- Exterior apparatus ut in ueſtibus & huiuſmodi quem moderatur

MOdeſtia græce σωφροσύνη, ης, ἡ. & σώφρων, ονος, ὁ. modeſtus dicitur. Eſt autem modeſtia in animo continens moderationem cupiditatũ, ſecundum Cic. lib. 3. Rhetoricorum nouorum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Modeſtia eſt per quã pudor honeſtatis clarã & ſtabilem cõparat authoritatẽ, ſec. Cic. in Rhet.

Modeſtia eſt ſcientia eaꝝ quæ agũtur aut dicuntur collocandorũ, ſec. Cic. li. 1. Officiorum.

Modeſtia eſt uirtus moderatiua paſſionum. Ideo adiungitur temperantiæ ut uirturi principali, quia eſt circa difficillima, ut ex beato Tho. ſecunda ſecundæ q. 144.

Modeſtia à moderor, ꝙ modo cũ accuſatiuo, modo cum datiuo iungitur. Deſcendit hinc etiam moderatio, quæ ſe. b. Tho. ſecunda ſecundę q. 157, art. 3. prouenit ex quadam dulcedine affectus, qua quis abhorret omne quod poteſt alium contriſtare. Et ideo dicit Seneca, quod temperantia eſt quædam leuitas animi. Nam auſteritas animi econtrario uidetur eſſe in eo qui nõ uereatur alios cõtriſtare. Cic. Temperantẽ græci σώφρονα uocãt, eamq; uirtutem σωφροσύνην, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare. Nonnunq; etiam modeſtiam. A moderor fit moderator, hoc eſt rector & gubernator. Moderor autem à modus uenit.

Eccleſiaſtici cap. 19.

Amictus corporis & riſus dentiũ, & geſtus oris enunciant de eo. *Paulus ad Colloſ. 4.*

Modeſtia ueſtra nota ſit oĩbus hominibus.

Ambroſius Officiorum lib. 1.

Eſt in ipſo motu, geſtu, inceſſu tenẽda uerecũdia. Habitus eĩm mentis in corporis ſtatu cognoſcit. hinc homo cordis noſtri abſcondit, aut leuior, aut iactãtior, aut turpior, aut cõgruior, cõſtãtior, & purior, & maturior ęſtimat. Itaq; uox quædam eſt animi corporis motuũ. *Ibidem.*

Eſt greſſus pbabilis in quo ſit ſpecies authoritatis grauitatisq; põdus, tranquillitatis ueſtigiũ, ita tamen ut ſtudium deſit atq; affectio, ſed motus tibi ſit purus ac ſimplex. *Ibidem.*

Sicut molliculum & infractũ, aut uocis ſonũ, aut corporis geſtũ non pbo, ita neq; agreſtẽ, neque ruſticã naturã imitemur. Effigies enim formæ diſciplinæ, forma honeſtatis eſt. *Ibidem.*

Hoc eſt pulchritudinẽ uiuendi tenere, conuenientia cuiq; ſexui & perſonæ reddere: hic ordo geſtorum optimus, hic ornatus ad oĩem actionem commodus. *Ibidem.*

Motum natura informet. Si q̃d ſane in natura uitiũ eſt, induſtria emendet. *Ibidem libro 3.*

Sermones pferamus libra iuſtitiæ examinatos, ut ſit grauitas in ſenſu, in ſermõe põdus, atq; in uerbis modus, temperantia cordis habeat animi munditiam, iuſtitia miſericordiam, prudẽtia pacem, fortitudo manſuetudinem.

Cicero Officiorum libro 3.

Nihil turpe faciendũ bono uiro, etiã ſi ex oĩarte lateat. *Cicero Rhetoricorum nouorũ lib. 3.*

Modeſtiæ partib⁹ utimur, ſi nimias libidines, honoris, pecuniæ, ſimulq; rerũ uituperabimus, ſi unamquamq; rem certe naturæ termino diffiniemus, ſi quoad cuiq; ſatis ſit oſtendemus, & ſi nimium progredi diſſuadebimus, & modum unicuiq; rei ſtatuemus.

Cicero de finibus bonorum & malorum.

Honeſtũ igitur id intelligimus q̃ tale eſt, ut detracta omni utilitate ullis p̃mijs fructibusq; per ſeipſum poſſit iure laudari, q̃ male ſit, non tam diffinitione q̃ ſum uſus, intelligi poteſt (quanq; aliquantum poteſt) q̃ cõmuni omniũ iudicio, & optimi cuiuſq; ſtudijs atq; factis. Qui permulta ob eam cauſam faciunt, quia decet, quia rectum, quia honeſtum eſt, & ſi nullum conſecuturum emolumentum uident.

Idem li 2. de finibus bonorum & malorum.

Vt enim cõſuetudo loquit, id ſolũ dicit honeſtum q̃ eſt populari fama glorioſum. *Ibidem.*

Non poteſt iucunde uiui niſi honeſte.

Idem lib. Officiorum.

Si uero ineſt in oratiõe modeſtia & grauitas, nihil admirabilius fieri poteſt, eoq; magis, ea ſi ſunt in adoleſcente. *Iulius Cæſar libro 7.*

Non minus in milite modeſtia, q̃ uirtus atq; animi magnitudo deſideranda eſt.

Laer. Diog. de uita & morib. Philoſophorum.

Loquentẽ nõ mouere manũ Chilo uolebat.

Franciſ. Petrar. de uita ſolit lib. 1. ca. 2.

Conſtat enim aĩ uirtutes p̃cipueq; modeſtiã ſanitati multum conferre corpore, & frequẽter q̃ plus corpori ſeruiunt, plus obeſſe. *Menander.*

ταμιεῖον ἀρετῆς ἐστὶ σωφροσύνη μενε. id eſt,

Promptuarium uirtutis eſt modeſtia ſola.

Euripides in Medea.

Στέργει δέ με τὼφροσύνα,
δώρημα κάλλιστον θεῶν: id eſt,

Amet autem me modeſtia,
Donum pulcherrimum deorum. *Idem in Hippolyto.*

Φεῦ φεῦ, τὸ σώφρον ὡς ἀπαοτα χῦ καλὸν,
καὶ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται. id eſt,

Heu heu modeſtia quomodo ubiq; pulchrum quid,
Et gloriam bonam inter mortales affert.

Mœchia græca dictio eſt, μοιχεία. æ. f. & adulteriũ ſignificat, & μοιχός. ὄ. δ. mœchus dicitur, & idem eſt quod adulter. Hinc mœchor uerbum, hoc eſt, adulterium committo. De hac materia uide ſupra in Adulterium.

Mollities græce ἀπαμότης. ητος. ἡ. & ἀπαλός. ὄ. ὸν. mollis dicitur. Eſt autem molle q̃ cedit in ſeipſum ſecundum ſuperficiem, non econtra circunſtando, ſecundum Ariſtot. lib. 4. Meteoro.

Mollities opponitur pſeuerantiæ. Eſt enim mollis q̃ recedit à bono, ꝓpter triſtitias cauſatas ex defectu electionum, quaſi cedens debilimonenti, ſecundum Ariſto. libro 7. Ethico.

Mollicies eſt etiam contra caſtitatem, quæ alio nomine dicitur immunditia ſeu uoluntaria pollutio. De qua uide ſupra in Luxuria.

Molle iunctum cũ homine, modo laudẽ ſignificat modo uituperationẽ. Laudem, ut molle ingenium, quod facile diſcit, facileq; inſculpit. Vituperationem, ut mollis homo, id eſt, effœminatus, non ſeuerus, non fortis, non animi cõſtantis reſiſtentisq; fortunæ. Per metaphorã autem, quoniam ea quæ tenera ſunt, pro uoluntate noſtra facile tractamus, & quocunq; libet ducimus, mollẽ aliquando pro domito ponimus.

Virgilius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Virg. Belgica uel molli melius feret eſſeda collo Vel pro facili, pro maturo, pro opportuno ac tẽpeſtiuo, pro remiſſo & contẽnendo, pro placido Hinc fiunt mollities, molleſco, mollifico, molliefacio & mulceo, q̃d eſt delinio, quaſi molliceo, unde demulceo, & malleꝰ, q̃ſi molleus, ꝙ ea quæ dura ſunt molliunt̃ ad ignẽ, ut malleis flagellent̃, Cuius diminutiuũ malleolus, ꝙ modo paruũ malleum, modo nouellum palmitem innatũ prioris anni flagello cognominatum ab ipſius malleoli ſimilitudine, quia ex ea parte qua decidit̃ ex ueteri ſarmẽto prodiens, utrinq; malleoli ſpeciẽ præbet. Hinc etiã mulier quaſi mollier dicitur. De qua in dictione Fœmina, & infra in Mulier dicemus.

Momentum græce ῥοπὴ ἡροπὴ uel ἀτόμου τὸ dicitur. Sumiturq; dupliciter. pro inſtanti, & pro tempore inperceptibili, ſecundum b. Tho. ſuper epiſtolam Corint 1. cap. 15. lec. 9. co. 1.

Momentum proprie ſignificat exiguã quandam mutationem, & pene indiuiſibilem. Veteres hoc etiam Momen dicebant: Lucretius momine ſi à paruo poſſunt impulſa moueri. Capit̃ nonnunq; pro quocunq; minimo. Plin. Comitialibus morbis Oeſypum cum myrrhq; momẽto prodeſt. Hinc momentaneum, hoc eſt caducum, & quod facile mutatur ac deficit. Deriuat̃ autem à moueo, unde & mobilis, qui facile mouetur. mobilitas, mobiliter & motio.

MOnachus græca dictio eſt, μοναχὸς ὁ & ſolitarium ſignificat, diciturq; a μόνος ὁ ſolus, & eſt is qui uiuit ſeparatus ab hominum conuerſatione. A monos pariter uenit monarcha μοναρχης ου ὁ, i. unicus princeps, a μόνος & ἄρχος princeps. lea & monarchia, hoc eſt unitus principatus. Item monomachia, quæ eſt ſingulare certamen, a μόνος ſolus, & μαχὴ ἡ pugna Ex his componitur μονομαχία ἡ & μονομαχὸς ὁ gladiator.

Auguſt. ad Aurelianum 1, & habetur 16. q. 2 legi. ℣. Nimis

Nimis dolendum eſt, ſi tam ad ruinoſam ſuperbiam monachos ſubegerimus, & tam graui contumelia clericos dignos putamus in quorũ numero ſumus, cum aliquando bonus etiã monachus uix bonũ clericũ faciat, ſi adſit eis ſufficiens continentia, & tamen deſit inſtructio neceſſaria, aut perſonæ regularis integritas.

Hieronymus ad Euſtochium.

Quoties cõſiſtutus in illa uaſta ſolitudine, quę exuſta ſolis ardoribus horridum monachis præſtat habitaculum putabã me Romanis intereſſe delicijs. Sedebã ſolus, quia amaritudine repletus eram, horrebãt ſacco membra deformia & ſqualida cutis ſitum Aethiopiſſe carnis obduxerat. Quotidie lachrymæ, quotidie gemitus. Et ſi quando repugnantẽ me ſomnus imminens oppreſſiſſet nuda humo uix oſſa hærentia collidebã. De cibis uero & potu taceo, cum etiã languẽtes monachi aqua frigida utãtur, & coctum aliquid accepiſſe luxuria ſit. Illi igitur ego qui ob gehennæ metum tali me carcere damnaueram, ſcorpionũ tantũ ſocius & ferarum, ſæpe choris intererã puellarũ. Pallebant ora ieiunijs, mensq; deſiderijs æſtuabat & in frigido corpore ſola libidinum incendia pulſu abãt. Itaq; omni auxilio deſtituꝰ ad Ieſu iacebã pedes, rigabã lachrymis, crine tergebã, & repugnantẽ carnem edomabam, inædiæ ſubijciebã. Memini me clamãtem die crebro iunxiſſe cũ nocte, nec prius à pectoris ceſſaſſe uerberibus, q̃ à domino rediret increpante trãquillitas. Ipſamq; cellulã meã qua ſi cogitationum cõſciam pertimeſcebam, & mihi iratus ſola deſerta penetrabam. Sicubi cõcaua uallium, me ibi in oratione locabã, ſicubi montium prærupta cernebã, & (ut teſtis eſt mihi deus) poſt multas lachrymas, poſt cœlo oculos inhærẽtes, nonnunq; uidebar agminibus intereſſe angelorum. *Hiero. ad Ripuriam & Deſiderium, & habetur 16. q. 1. Monachus.*

Monachꝰ nõ docẽtis ſed plangẽtis habet officiũ, qui uel ſe uel mundum lugeat, & domini pauidus præſtoleꝰ aduentũ. *Idem ad Paulinum.*

Laudat̃ iure monachus, qui ueneratiõi habet ſacerdotes & non detrahit gradui, per quam factus eſt Chriſtianus. *Idem ad Ruſticum.*

Tu ſi monachus eſſe uis nõ uideri habeto curam rei familiaris cui renuntiãdo hoc eſſe cœpiſti, ſed animæ tuæ monachũ nomen loquẽdo & diſcurrẽdo, ſed tacẽdo & ſedendo quiſq; nouerit. *ibidem.*

Aegyptiorũ monaſteria hunc morem tenẽt, ut nullũ abſq; opere & labore ſuſcipiant, non tã propter uictus neceſſaria, q̃ propter animæ ſalutem, ne uagetur cogitationibus perniciosis. *idem ad Heliodorum.*

Conſtat monachum in ſua patria perfectum eſſe non poſſe. *ibidem.*

Quid facit monachus in cellis fœminarũ? q̃d ſibi uolũt priuata & ſola colloquia, & arbitros fugientes ocul? Sanctus amor impatientiã non habet. *Idem in epiſtola ad Pammachium.*

Prima uirtus monachi eſt cõtinere hominũ iudicia. & ſemp apoſtoli recordari dicentis: Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. *Ioannes Chryſoſt. ſuper Ioannem.*

Ioannes eſt princeps monachorum. Ipſe monachus ſtatim ut natus eſt in eremum iuit, in eremo nutritur, Chriſtum expectat in ſolitudine. *Idem ſuper epiſtola ad Hebræos.*

Qui monachum profiteris, qui crucifixus es, qui debes lugere, rides? Dic mihi ubi Chriſtus hoc fecit? Audiſti hoc alicubi? nuſquam, ſed cõtriſtatum ſæpius legiſti. *Iſidorus de ſummo bono libro 1.*

Summa monachi uirtus humilitas, ſummũ uitium eius ſuperbia eſt. *ibidem.*

Tunc autem ſe monachus quiſq; iudicet, quãdo ſe minimum æſtimauerit, etiã cũ maiora uirtutum opera geſſerit. *ibidem.*

Multi monachorũ amore parẽtũ nõ ſolũ terrenis curis, ſed etiã forẽſibus iurgijs inuoluti ſũt, & pro ſuorũ tẽporali ſalute ſuas animas pdiderunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Bernardus ſuper Cantica ſer. 7.

Legumina ingt uentoſa ſunt, caſeus, ſtomachũ grauat, lac capiti nocet, potũ aquæ non ſuſtinet pectus, caules nutriũt melancholiam, choleram porri accendunt, piſces de ſtagno aut de lutoſa aqua meę penitus complexioni non cõgruunt. Quale eſt hoc, ut in omnibus fluuijs, agris, hortis cellarijs reperiri uix poſſit ꝙ comedas. Puta te quæſo monachum eſſe, non medicum, nec de complexione iudicandum, ſed de profeſſione.

Hugo de clauſtro animæ libro 1.

Monachi ſibi clauſtra faciunt, qbus homo exterior teneri poſſit, ſed utinã clauſtra facerẽt, quibus homo interior ordinate teneretur

ibidem.

In choro ſunt corpore, & alio negotio mẽte. Nũc intus maneo, nũc foris exeo, aliud cãto, & aliud cogito. Pſalmodiæ uerba ꝓfero, & pſalmodiæ ſenſum nõ attendo, ſed mente uagus huc & illuc ꝓſpiciens quæcũqꝫ ibi gerunt perluſtro & perſpicio, habitum monachi non conuerſationem habens, in magna corona & ampla cucculla ſalua mihi omnia exiſtimo. *idem lib. 5.*

Si monachus es quid facis in turba? Si amas ſilentium, cur declamantibus aſſidue intereſſe delectaris? Tu ſemper ieunijs & fletibus inſiſtere debes, & tu philoſophari q̃ris? Simplicitas monachi philoſophia eius. Sed docere inquis alios uolo. Non eſt tuum docere, ſed plangere. Si tamen doctor eſſe deſideras, audi quid facias. Vtilitas habitus tui & ſimplicitas uultus, innocentia uitæ, & ſanctitas conuerſationis tuæ docere habent alios.

Monitrum græce τέρας ατος τὸ & τερατῶδης ους ὁ ἡ monſtroſus dicitur. Differunt autem ſic monſtrum, prodigium, portentũ, oſtenſum. Quod monſtra proprie ſunt quæ contra naturã fiunt, ut ſi homo cũ bruti capite pedibusue naſcat. Hæc & pro monſtra aliquãdo dicuntur, quaſi porro aliqd monſtrantia ſiue monentia. Portenta quæ licet naturalia ſint raro tamen ſe oſtendunt, & futurũ aliquid cum temporis interuallo denuntiãt. Oſtenta uero quæ ſtatim futurũ aliquid indicãt, ut ſunt ſereno die facta conitrua, cometæ, mulę partus & huiuſmodi. Prodigia, quæ & ſi naturaliter fiunt, ac ſæpe eueniũt, ſemper tamen aliqd præſagiũt mali. Quapropter prodigium quidã dictum uolunt quaſi porro agẽdum. Tales ſunt bubonis eiulatus abeunti obuiã muſtela, corui cantus, & ſimilia. Hæc tamen ſæpe confunduntur ab autoribus, Et pro eodem ſignificato oĩa capiuntur pro eo quod futurum aliquid oſtendunt dicta ſunt.

Monſtrũ à monſtrãdo, quaſi moneſtrũ, ꝙ moneat aliquid futurum. Prodigium quaſi prædicium, quod prædicat, uel à porro agendo. Portentum quod portendat. Oſtentũ quod oſtendat.

Monumentum græce μνημεῖον ου τὸ uel μνῆμα ατος τὸ, dicitur. Eſt autem monumẽtum quicquid mortui cauſa ædificatum eſt, uel quicquid ad memoriam alicuius eſt factum. Vnde ſepultura & ſtatuæ, tituli, libri, cæteraqꝫ quæ nos rei alicuius præteritæ moneant, monumenta dicunt à monendo. Virgil. Accipe, & hæc manum tibi quæ monumenta mearum. Sint puer. Metaphoricos etiam monumenta aliquãdo dicuntur meretricum cellulæ, quaſi ſepulchra ſint. Martialis. Abſcondunt ſpurcas & monumenta lupas. Munimentum uero ὀχύρωμα ατος τὸ & ὀχυρωτὴς ου munio dicitur. Eſt autem mununentum idem quod munitio, cum. ſ. caſtra, oppida, turres, caſtella aliaue huiuſmodi contra aduẽtum hoſtium muniuntur, ſiue uallo, ſiue foſſa, ſeu aliquo quouis modo. Et à munio dicit munimentũ & munitio.

Morbus græce νόσος ου ὁ & νοσώδης ους ὁ ἡ morboſus dicitur. Eſt autẽ morbus, habitus cuiuſqꝫ corporis contra naturam, qui uſum facit deteriorem. Ita dicit Cæcilius Sabinus in libro quem de edicto ædilium curulium compoſuit Labeonem iuriſconſultum diffinuiſſe, ex Aulo Gellio li. 4. cap. 2. noc. Atticarum.

Morbus & uitium ita differunt, quod morbꝰ cum acceſſu diſceſſuqꝫ eſt, ut febris, inſania, quæ à Græcis phreneſis dicitur. Vitiũ uero eſt, ut cæcitas, claudicatio, uecordia.

Moroſitas græce ἀυθάδεια ας ἡ & ἀυθάδημοσύνη ης ἡ dicitur. Eſt autem moroſitas animi quædam diſpliscentia cum iugi & ſubruſtica aſperitate cõmouetur, quando non ita ad unguem & ex eius ſententia actum eſt quod poſtulabatur.

Moroſus eſt is, qui eſt peruerſis moribus. Cic. At ſunt moroſi & anxij & iracũdi & difficiles ſenes. A moroſus moroſitas deducit. Differtqꝫ moratus à moroſo, ꝙ moratus qui bonis moribus præditus eſt. Morẽ gerere uero eſt obſequi, obedire, & quaſi ad alterius uolũtatem mores ſuos formare. Hĩc eſt morigeror uerbũ, quod eſt morẽ gero, & moriger ſiue morigerus, hoc eſt obſequẽs, obediens, ac facile morem gerẽs, hinc morigeratio, obedientia & obſequentia quæ oĩa a mos moris deriuantur. Mos græce ἔθος ους τὸ pro cõſuetudine & ritu, a quo ἠθος ους τὸ deducitur, ꝙ mortem hoc eſt habitum ac rationem animi denotat, unde ἠθικὰ, hoc eſt moralia deducuntur, hinc eſt κακόηθης ους ὁ ἡ habens malos mores, & κακοχυθὴς malus mos. Iuue. Laqueo tenet ambitioſi. Cõſuetudo mali, tenet inſanabile multos Scribendi cacoethos, & ægro in corde ſenectus. Et ita legendum eſt, non cacethos, ut multi & male legunt, ſcanditurqꝫ Scribendi cacoethos, & ægrin corde ſeneſcit.

MOrs græce θάνατος ου ὁ & θνήσκω morior dicitur. Eſt aũt mors receſſus animæ a corpore, ſecundum Ariſtote. lib. de More & pomo. A mors fit morior tertiæ & quartæ cõiugatiõis, mortalis, morti ſubiectus, mortiferum, quod mortem affert, morticinus, exanguis corruptus, ut caro morticina, quæ in ulcere eſt fede corrupta. *Dauid Pſalm. 88.*

Quis eſt homo qui uiuet, & non uidebit mortem? eruet animam ſuam de manu inferi.

Regum cap. 14.

Omnes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Omnes eñ morimur & quasi aqua dilabimur super terram. *Sapientiæ cap.7.*

Vnus ergo introitus est omnibus ad uitã, & similis exitus. *Ecclesiastici 7.*

In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & inæternum non peccabis.

Ibidem cap. 11.

Ante mortẽ ne laudes hominem quenquam, quoniam in filijs suis agnoscitur uir.

Ibidem cap. 24.

Memor esto, quoniã mors non tardat, & testamentum inferorum, quia demonstratum est tibi. *Ibidem cap.30.*

Melior est mors quàm uita amara, & requies æterna quàm languor perseuerans.

Ibidem cap.44.

Vere enim mors peccatorum pessima.

Iob.10.

Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? *Paulus ad Hebræos.ca.nono.*

Statutum est hominibus semel mori.

Matthæus cap.14.

Vigilate, qa nescitis q̃ hora dominus ueniet.

Lucæ ca.12.

Ideo & uos estote parati, quia qua hora non putabitis filius hominis uenit.

August. supra Genesim ad literam.

Illo die Adam & Eua mori cœperunt, q̃ mortis legẽ qua in seniũ inueterascerent, acceperũt.

Idem libro de Agenda cura pro mortuis.

Vocant ante tempus boni, ne diutius vexentur à noxijs. Mali uero & impij tollunt, ne diutius bonos persequantur.

Idem in Enchiridion, & hab. 13.q.2. Tempus.

Tempus quod inter hominis mortẽ & ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut quęq; digna est, uel requie uel ærumna pro eo q̃d sortita est in carne dum uiueret. Neq; negandum est defunctorum animas pietate suorum uiuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur uel eleemosynæ fiunt in ecclesia. Sed hæc eis prosunt, qui cũ uiuerent, hæc sibi ut postea possent prodesse meruerunt.

Idem libro de Natura & gratia.

Si de diuitijs & honoribus & morũ nobilitate te iactas, de patria & pulchritudine corporis & honoribus q tibi ab hoibus exhibent, respice te ipsum, quia mortalis terra es & in terrã ibis. Circunspice qui similibus fluxere splẽdoribus. Vbi sunt qui ambiebant currũ potestatis? vbi insuperabiles imperatores? Vbi sunt q conuentus disponebant & festa, & equorũ splendidi nutritores? vbi nũc uestes & ornamẽta peregrina? Vbi seruorũ turba? ubi iocus & lætitia? ubi exercituũ duces? ubi satrapę & tyranni? Nõne omnia puluis & fauilla? Nonne in paucis uersibus eorũ uitæ patet memoria? Respice eorum sepulchra & uide qui seruus & qui dominus, q diues, qui pauper. Discerne si potes uictũ à rege, fortem à debili, pulchrum à deformi. Vide si est aliquod in eo signum iactantiæ suæ. Memorare utique naturæ, ne extollaris.

Idem libro de 1. de Ciuitate dei.

Mala mors puranda nõ est, quam bona uita præcessit. Neq; enim facit malam mortẽ, quod sequitur mortem. Non itaq; multum curandũ est eis qui necessario morituri sunt quid accidat ut moriant, sed moriendo quo ire cogantur.

Idem de Disciplina Christiana.

Latet ultimus dies, ut obseruent̃ oẽs dies. Sero parant̃ remedia, cũ mortis imminet periculũ.

Idem de Doctrina Christiana. libro 2.

Timor de futura morte mentem necessario concutit & quasi clauus carnis oñes motus superbiæ ligno crucis affigit. *Ibidem.*

Non potest male mori qui bene uixerit, & uix bene moritur qui male uixit.

Idem super Ioannem.

Quid est mors? Relictio corporis, depositio sarcinæ grauis, sed si alia sarcina nõ portet qua homo præcipitet̃ in gehennã. *Ibidem.*

Qui desiderat dissolui & esse cũ Christo, non patienter morit̃, sed patienter uiuit, & delectabiliter moritur. *Hier. ad Heliodorum.*

Inter eos qui decem vixere annos, & illũ qui mille, postq̃ idem finis uitæ aduenerit, irrecusabilis mortis necessitas, translatũ omne timendum est, nisi q̃ magis senex onustus peccatorũ fasce proficiscitur. *Hieron. Cypriano.*

Memento mortis tuæ, & non peccabis. Qui se quotidie recordatur esse moriturum, contẽnit præsentia, & ad futura festinat.

Idem ad Heliodorum.

Xerxes ille magnus rex potentissimusq; q̃ subuertit montes, maria cõstrauit, cum de sublimi loco infinitam hominũ multitudinẽ & innumerabilem uidisset exercitũ, fleuisse dicitur, quia post centum annos nullus eorũ quos tunc cernebat, superfuturus esset. Sed si possem̃ sup talẽ ascendere speculam, de q̃ uniuersam terrã sub pedibus cerneremus, iam tibi ostenderẽ, totius mũdi ruinas, gentes gentibus, reges regibus regna regnis collisa. Alios torqueri, alios necari, alios absorberi fluctib̃, alios in seruitutẽ trahi. Hic nuptias, ibi planctũ, illos nasci, istos mori, alios affluere diuitijs, alios mendicare. Et nõ tantum Xerxis exercitum, sed totius mũdi homines qui nunc uiuunt in breui spatio defuturos. Vincitur sermo rei magnitudine & minus est q̃ dicimus. Redeamus igitur ad nos, & quasi è cœlo descendẽtes paulisper nostra uideamus. Sentis obsecro te quãdo infans, quando puer, quando senex factus sis. Quotidie morimur, quotidie commutamur, & tamen æterno s nos esse credimus. *Ibidem.*

Platonis sentẽtia est, omnẽ sapientũ uitã meditationẽ esse mortis. Debemus igit̃ & nos aio pmeditari, q̃d aliq̃n futuri sumus, & q̃ uelim̃ nolimus lõgius abesse nõ poterit. *Ibidem.*

Nihil æque tibi pficiet ad tẽperantiã omniũ rerũ, q̃ frequens cogitatio breuis cui, & huius incertæ

incerti. Quicquid facies, reſpice mortem.

Hieron. ſuper Ioannem.

Non eſt noſtrũ mortem arripere, ſed illatam ab alijs libenter accipere. Vnde & in pſecutionibus non licet propria manu perire.

Amb. in Hexameron.

Nudi omnes naſcimur, nudi morimur. Nulla diſtinctio inter cadauera mortuorũ, niſi forte quia grauius fœtent diuitum corpora diſtenta luxuria. *Ambro. ſup Lucam libro 5.*

Mors triplex eſt. Naturæ de qua dicet. Quæ. rent homines mortem, & non inuenient. Hæc mors nõ eſt metuẽda fortibus, deſiderãda ſapientibus, miſeris expetẽda. Culpæ de qua dicit: Anima q̃ peccauerit, ipſa morietur. Gratiæ, quæ ſecularium aufert interitum uoluptatũ, in qua non natura, ſed delicta moriunt. Hãc mortem ſubimus conſepulti cum Chriſto in baptiſmo.

Grego in homil. Sint lumbi ueſtri.

Sic mors ipſa cum uenerit, uincitur, ſi priuſquam ueniat ſemper timeatur.

Idem libro 12. Moralium.

Adhoc aũt conditor noſter latere nos uoluit finem noſtrũ, diemq; noſtræ mortis eſſe incognitum, ut dum ſemp ignoratur ſemper proximus eſſe credatur, & tanto quiſq; ſit feruentior in operatione, quãto & incertus eſt de vocatione ꝙ dũ incerti ſumus quando moriamur, ſemper ad mortem parati debeamus uenire.

Ibidem.

Qui conſiderat qualis erit in morte, ſemp pauidus erit in operatione, atque inde in oculis ſui conditoris uiuet. *Idem libro 24. Mor.*

Iuſtorum animæ leuibus quibuſq; contagijs ipſo ſæpe mortis pauore purgantur, & æternæ retributionis gaudia iam ab ipſa carnis ſolutione percipiunt. Plerunq; uero contemplationis internæ, & priuſquam carne ſpolientur hilareſcunt, & dum uetuſtatis debitum ſoluunt, noui iam muneris lætitia perfruuntur.

Grego. libro 4. Dialogorum.

Interdũ contingit iuſtis, ut in morte ſua ſanctorum precedentiũ viſiones aſpiciãt, ne ipſam mortis ſuæ ſententiam pœnalem pertimeſcãt, ſed dum eorum menti ciuium internorum ſocietas oſtenditur, à carnis ſuæ copula ſine doloris & formidinis fatigatione ſoluantur. Aliquãdo in cõſolatione egredientis animæ ipſe apparere ſolet author, & retributor uitæ.

Idem ſuper illud Matthæi 10. In teſtimonium illis & gentibus.

Mors iuſtorum bonis eſt in adiutoriũ, malis in teſtimonium, ut inde peruerſi ſine excuſatiõe pereant, unde electi exemplũ capiant ut uiuãt.

Idem in Regiſtro.

Vita noſtra ſimilis eſt nauigãti. ꝫs nanq; qui nauigat fiet, ſedeat, iaceat, uadatq;, impulſu nauis ducit. Ita ergo & nos ſumus. Quia ſiue uigilantes, ſiue dormientes, ſiue iacentes, ſiue ambulantes, ſiue uolentes, ſiue nolentes, per momẽta temporum quotidie ad finem ducimur.

Idem libro nono Moralium & Dialogorum 4.

Fit miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu, quia & mors uiuit, & finis ſemper incipit, & deficere defectus neſcit.

Ioan. Chryſoſt. ſup Matth. 10.

Mors munus neceſſariũ eſt naturæ iam corruptæ, quæ non eſt fugienda, ſed potius amplectenda, & iterum fiat uoluntarium quod futurum eſt neceſſarium. Offeramus deo pro munere, quod pro debito tenemur reddere.

Idem in ſermo. de Patientia.

Moriens cunctos ſalutat, donec ſuæ mentis dominus eſt, donec ſua lingua poterit log. Valete inquit amici mei, & deum p me orate. Iter enim pergam extraneum, quod nunquam ambulaui, in regionem longinquam, quam nemo uidit, & in ſeculum alterũ animarum, unde nullus reuerſus, & in regiões metuẽdas p quas nullus me comitatur, & ante iudicem terribilem, ubi neſcio quid mihi contingat.

Iſidorus libro 3. de ſummo bono.

Illi deplorandi ſunt in morte, quos miſeros infernus ex hac uita recipit, non quos cœleſtis aula lætificando includit.

idem Soliloquiorum libro 1. ca. 1.

Mors calamitatis terminum præbet, omnem calamitatem mors adimit. Melius eſt bene uiuere, quàm male mori.

Bernardus de tranſitu Malachiæ.

Mors peccatorum peſſima, quorum & natiui tas mala, & uita peior. Sed pretioſa mors ſanctorũ, pretioſa plane, tanquã finis laborũ, tanquam uictoriæ conſeruatio, tanquam uitæ iuuenua, & perfectæ ſecuritatis ingreſſio.

Hugo de Clauſtro animæ libro 2.

Tres ſunt nũcij mortis Caſus, infirmitas, ſenectus: caſus dubia, infirmitas grauia: ſenectus certa denuntiat. Caſus nuntiat mortem latentem: Infirmitas apparentẽ. Senectus præſentem. Ex hac incertitudine, mortis timor. Ex grauitate dolor. Ex certitudine ſenectutis, nõ obſtinatio, ſed humilitas & afflictio ſequi debet.

Caſſiodorus ſuper Beati immaculati.

Quis mortem temporalem metuat, cui æterna uita ꝓmittitur? Quis labores carnis timeat, cum ſe in perpetua requie nouerit collocandũ?

Boetius de Conſolatione libro 1. Met. 1.

Mors hominum fœlix quæ ſe nec dulcibus annis
Inſerit, & mœſtis ſæpe uocata uenit.
Heu heu q̃ ſurda miſeros auertitur aure,
Et flentes oculos claudere ſæua negat

Idem libro 3. proſa 11.

Omne nanque animal cueri ſalutẽ laborat, mortem uero perniciemq; deuitat.

Ibidem.

Nam ſæpe mortem cogentibus cauſis, quã natura reformat, uoluntas amplectitur.

Lactantius Firm. Diuin. inſtit. libro 3.

Si qs nos interroget, utrum ne bonũ ſit mors, an malum, reſpõdebimus qualitatem eius exul
tæ ratione pendere. Sicut ipſa uita bonũ eſt, ſi
cum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cum uirtute uiuatur, malum si cũ scelere, sic & mors ex præteritis uitæ actibus ponderãda est. Ita fit, ut si uita in dei religiõe trãsacta sit, mors malum non sit, quia translatio est ad immortalitatem: si aliter malum ũt necesse est: quoniã ad æterna supplicia transmittit.

Lactant Firmia. Diuin. institu. lib. 6. cap 4.

Est em̃ criminatoris illius qui prauis religiõibus institutis auertit homines ab itinere cœlesti, ut in uiam perditionis inducat. In ea posuit deus omnia quæ pro bonis habentur in terra, opulentiã dico, honorẽ, quietẽ, & uoluptatẽ, illecebras omnes. Sed cum his pariter iniustitiã, incredulitatem, superbiã, perfidiã, libidinẽ, cupiditatem, discordiam, ignorãtiam, mendatium, stultitiam, cæteraq; uitia. Exitus autem huius uitæ talis est, cũ uentũ fuerit ad extremũ, unde iam ingredi nõ licet cũ omi sua pulchritudine, tã subito proceditur, ut non ante quis fraudem prospicere possit, q̃ præcipitatus in altitudinem in profundum cadat. *Idem li. 7.*

Deferatur si fieri potest uia perditiõis & fraudis, & quanto quisquis annis in senectutẽ uergẽtibus, appropinquare cernit illũ diem, quo sit ei ex hac uita migrandũ. cogitet q̃ purus abscedat, q̃ innocens ad iudicium ueniat. Non ut faciunt quidam cæcis mentibus, qui iam deficientibus corporis uiribus, in hoc admonẽtur instãtis ultimæ necessitatis, ut cupidius & ardentius hauriendis libidinibus intendant, qua exuoragine liberet se quisq̃ dũ licet, dũ facultas adest, seq; ad deũ tota mente conuertat, illum diem securus expectet, quo præsens dominus mundiq; deus de singulorum factis cogitationibusq; iudicabit. *Seneca epistola 22.*

Nemo nostrum aliter q̃ quomodo natus est, exit e uita, falsum est peiores morimur, q̃ nascimur, nostrum istud, nõ naturę uitium est. Quid enim turpius q̃ in ipso limine securitatis esse solicitum? *Idem epistola 24.*

Quotidie morimur, quotidie em̃ demitur aliqua pars uitæ, & tũc quoq; cũ crescimus uita decrescit. Infantiã amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam, usq; ad hesternum, q̃quid transit tẽporis perit. Hunc ipsum quem agimus diẽ cũ morte diuidimus. *Ibidem.*

Inquietam nobis uitam facimus metu mortis, & tanta hominum dementia, ut quidam timore mortis cogantur ad mortem. Firmãdi sumus, ne nimis amemus uitam, & ne nimis oderimus mortem. Et cum ratio suadet finire, sed nõ timere. Vir fortis ac sapiens nõ fugerẽ debet de uita, sed exire. Et ante omnia ille quoq; uitetur affectus q̃ multos occupauit, libido scilicet moriendi. *Idem epistola 26.*

Incertum est quo te loco mors expectat, itaq; tu illã omi loco expecta. *Ibidem.*

Meditare mortẽ, qui hoc dicit, medicari libertatem iubet: qui mori discit, seruire dediscit.

Idem epistola 30.

Is ait, tam stultum esse qui mortem timeat, q̃ qui senectutẽ. Viuere noluit qui mori nõ uult. Vita enim data est cum exceptione mortis. Ad hanc itur. quam ideo timere dementis est, quia certa expectantur, dubia metuũtur, mors necessitatem habet æquam & inuictam.

Ibidem.

Nonne gratias agere ille omnibus dijs debet, q̃ satiatus ad requiem homini necessariam, lasso gratã perductus est. *Ibidem.*

Mortem uenientem nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illam diu composuerit. *Ibidem.*

Non mortem timemus, sed cogitationẽ mortis, ab ipsa enim semper tantundem absumus. Ita si timenda mors est, semper timenda est.

Ibidem.

Bassus senex, si quid incommodi, aut metus in morte est, morientis uitium esse dicebat, non mortis. *Idem epistola 54.*

Illum lauda & imitare quẽ non piget mori, cum iuuet uiuere: quę enim est uirtus, cum ejci aris exire? *Ibidem.*

In hoc enim mi Lucili ni fallor, erramus, q̃d mortem iudicamus sequi, cum illa præcesserit, & secutura sit, q̃quid ante nos fuit mors est. *Idem epistola 61.*

Ante senectutem curaui ut bene uiuerem. In senectute ut bene moriar; bene autem mori, est libenter mori; *Idem epistola 64.*

Itaq; assidue cogitemus tam de nostra q̃ de omnium quos diligimus mortalitate.

Ibidem.

Cogitem⁹ itaq; Lucili charissime cito eo nos peruenturos, quo illũ peruenisse mœremus.

Idem epist. 67.

Quorundam uitã mors in medio flore præcidit, aliorum interrupit ipsa principia, alius inter cœnandũ solutus est, alterius somno continuata mors est, aliquem concubitus extinxit.

Ibidem.

Quæ latebra est in quã nõ intret metus mortis? quæ tã emunita & in altũ subducta uitæ q̃es, quã dolor non territet? *Idem epist. 71.*

Si quis in mortẽ inter primos annos delatus est, nõ magis quæri debet, q̃ qui cito nauigauit.

Ibidem.

Nil melius æterna lex fecit, q̃ quod unũ introitum nobis ad uitam dedit, multos exitus.

Ibidem.

Nemo nostrũ cogitat, quando sibi ex hoc domicilio exeundũ sit. Veteres inquilinos indulgẽtia loci, & cõsuetudo etiã inter iniurias detinet. Vis aduersus hoc corpus liber esse, tanq̃ migraturus habita. Propone tibi quandoq; hoc cõtubernio carendum. Fortior eris ad necessitatem exeundi. *Idem epistola 72.*

Certũ est uitã mortẽq; per uices ire, & cõposita dissolui, & dissoluta cõponi. Omne humanũ genus, q̃d est, quodq; erit, morte dãnatum est. Omnes quæ usq; rerũ potiũtur urbes, ubi fuerint aliquando quæret, & uario exilij genere tollentur, alias destruent bella, alias desidia paxq; ad inertiam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inertiam uersa consumet,& magnis opibus exitiosa res luxus. *Seneca epistola 77.*

Non affligit sapiens liberorum amissione, nõ amicorum. Eodem eñ animo fert illorũ mortem, quo suam spectat. *Idem epistola 76.*

Non est res magna uiuere, omnes serui tui uiuũt, omnia animalia. Magnum est honeste mori, prudenter, fortiter. *Ibidem.*

Nonne tibi uidebitur stultissimus omnium, qui fleret q̃ ante annos mille non uixerat? æque stultus est qui flet, quod post annos mille nõ uiuet. Hæc paria sunt, non eris, nec fuisti, utrunq; tempus alienum est, *Ibidem.*

Nullum sine exitu iter est. *Ibidem.*

Nemo tã imperitus est, ut nesciat sibi quandoq; moriendũ, tamen cũ prope accesserit, tergiuersat, fremit, plorat. Quid fles miser? quid trepidas, omnes hac necessitate ducunt. Eo ibis quo omnia eunt. Ad hãc legẽ natus es, hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnib⁹ ante te, hoc oñibus post te. Quãtus te populus morituroru sequetur. Quantus comitabitur? fortior ut opinor esses, si multa milia tibi commorerẽtur, atqui multa milia hominũ & animaliũ hoc ipso momẽto, quo tu mori dubitas, animam uariis generibus emittunt. Tu autem non putabas te ad id aliquãdo peruenturũ ad quod semper ibas? *Ibidem epistola 82.*

Mors nõ est gloriosa, sed fortiter mori gloriosum ẽ. Nemo mortẽ laudat, sed eũ cui mors ante abstulit animũ q̃ conturbauit, Interest utrũ malitia illi an uirtus manũ admouerit. Mors eñ quæ in Catone gloriosa est, in Bruto statim est turpis & erubescenda. Cato illo honestissime usus est, turpissime Brutus, *Ibidem.*

Massa per se nec calida est, nec frigida est, in fornacem coniecta concaluit, in aquam remissa refrixit. Mors honesta est per id quod honestum est, id est, uirtus & animus extrema contemnens. *Ibidem epist. 79.*

Si fines bonorũ & malorum cognouerimus, ita demũ nec tædio uita erit, nec mors timori, si mors accedit & uocat, licet immatura sit, licet mediam præcidat ætatẽ, cognita est illi ex magna parte, natura scit tempore honesta nõ crescere. *Idem epistola 88.*

Hic plus comedit, ille min⁹. Quid refert uterq; tã satur est. Hic pl⁹ bibit, ille min⁹ Quid refert? uterq; nõ sitit. Hic pluribus annis uixit, hic paucioribus, nihil interest, si tam illum multi annis ebatum fecerunt, quam hunc pauci. *Idem.*

Cũ multum ambulaueris, est diu redeundũ. Stultum est timere quod nõ possis uitare. Mortem non effugit qui etiã distulit. Moriar, nec primus, nec ultimus, omnes me antecesserũt, omnes sequent, hac conditione intraui, ut exirem.

Idem ad Lucilium epistola 104.

Detrahentur tibi hic circumiecta, nouissimũ uestimentũ tuæ cutis, detrahetur caro & suffusus sanguis discurrẽsq; per totũ. Detrahent ossa, nerui q; fluidorũ ac labentiũ. Dies iste quem tam quam extremũ formidas æternitatis est, depone onus. *Idem epist. 117.*

Nihil mihi uidetur turpius, q̃ optare mortẽ. *Idem epistola 123.*

Mors malum non est, quid quæris? sola in æquo est generis humani.

Seneca de Clementia libro 3.

Vndecunq; ad inferos una uia est, nulli est, alienа patria mortuo.

Idem in Hercule furente Tragædia 1.

Nulli in ſſu ceſſare licet, nulli ſcriptum proferre diem.

Idem tragædia 3.

Eripere uitam nemo nec homini potest, at nemo mortem, mille ad hanc aditus patent. *Idem Trag. 4.*

Prohibere nulla ratio periturũ potest, ubi quis mori constituit, & debet mori. *Ibidem.*

Mori uolenti deesse nunquam mors potest.

Idem Trag sexta.

Magnifica uerba mors prope admota excutit.

Idem Tragœd. 8.

O quam miserum est nescire mori.

Idem tragœdia 10.

Nunquam est ille miser cui facile est mori.

Aristoteles in libro de Morte & uita.

Vita & mors sunt communia omnibus animalibus. *Ibidem.*

Mors senum finis tristitiæ est, quia multo dolore eis contingente moriuntur.

Idem libro de Iuuentute & Senectute.

Cor primũ fit in animali, unde ipsum est primum uiuens, & ultimum, moriens.

Idem libro 3. Ethicorum.

Qualis unusquisq; est, talis sibi debetur finis.

Ibidem.

Terribilissimum omnium est mors.

Idem libro 5. Ethicorum.

Lex prohibet seipsum interficere.

Laert Diog. de Vita & moribus philoso.

Nullum malum est gloriosum. Mors est gloriosa, mors ergo malum non est, dicebat Zeno philosophus Stoicus. *Ibidem.*

Ab Adriano imperatore Secundus philosophus interrogatus quid est mors? Respõdit: Aeternus somnus, dissolutio corporum, diuitum pauor, pauperum desiderium, ineuitabilis euentus, incerta peregrinatio, latro hominis, somni pater, fuga uitæ, uiuorũ discessio, resolutio omnium. *Cicero Li. 2. Tusculan. quæst.*

Moriendum est enim omnibus. *Ibidem.*

Quæ enim potest in uita esse iucunditas, cum dies & noctes cogitãdum sit, iam iamq; esse moriendum. *Ibidem.*

Cato autem sic abijt e uita, ut causam mortẽ di nactum se esse gauderet, uetat enim dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare. *Ibidem.*

Amalis igit mors abducit, nõ à nobis. uerum si quærimus, hoc quidẽ à Cyrenaico Hegesia fit copiose disputat, ut is à rege Ptolemæo prohibitus esse dicatur illa in scholis dicere, quo multi his auditis mortem sibi ipsis, conscisce rent. Callimachi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

chi quidē epigramma in Ambraciotā Cleombrotum eſt, quē ait. Cum nihil ei accidiſſet aduerſe è muro ſe in mari abieciſſe lecto Platonis libro. *ibidem.*

Certe ſi ante obiſſemus mors nos à malis nō à bonis abſtraxiſſet. Sit igitur aliquis, qui nihil mali habeat, nullū à fortuna uulnus acceperit. Metellus hic Honoratus quatuor filijs, ac quinquaginta Priamus, è quibus decē & ſeptē iuſta uxore nati. In utroq; eandē habuit fortuna poteſtatem, ſed uſa in altero eſt. Metellum enim multi filiæ, filij, nepotes, neptes, in rogum impoſuerūt. Priamum aūt tanta progenie orbatum, cum in aram confugiſſet, hoſtilis manus interemit.

Hic ſi uiuis filijs incolumi regno occidiſſet, aſtante ope barbarica, tectis cælatis, laqueatis: Vtrum tandem à bonis an à malis diſceſſiſſet? tū profecto uideretur à bonis. At certe ei melius eueniſſet, nec tam flebiliter illa canerentur. Hæc omnia uidi inflammari. Priamo ui uitam eripi, Iouis aram ſanguine turpari. *ibidem.*

Non deterret ſapientē mors quæ propter incertos caſus quotidie imminet, & propter breuitatē uitæ nunquam longe poteſt abeſſe.

Ibidem.

Habes ſomnum imaginē mortis, eamq; quotidie induis & dubitas quin ſenſus in morte nullus ſit, cum in eius ſimulachro uideas eſſe nullū ſenſum. Pellantur ergo iſtę ineptię pene aniles, ante tempus mori miſerum eſſe. Quod tandem tempus? naturę ne. At ea quidem dedit uſuram uitæ tanq; pecuniæ, nulla præſtituta die. Quid eſt igitur quod querare ſi repetit, cum uult? Ea enim cōditione acceperas. Idem ſi puer paruus occidit æquo animo ferendum putant, ſi uero in cunis ne conquerendum quidem.

Ibidem.

Pro dij immortales q; optabiliter iter illud in eundem eſſe debet, quo confecto nulla reliqua cura, nulla ſolicitudo futura ſit.

Ibidem.

Sed quid duces, principes memorem, cum legiones ſcribat Cato ſæpe alacris in eum locum profectas, unde redituras ſe non arbitrarentur. Pari animo Lacedæmonij in Thermopylis occiderunt. In quo Simonides, dic hoſpes Spartæ nos te hic uidiſſe iacentes. Dū ſanctis patriæ legibus obſequimur. *Ibidem.*

Qualis eandē Lacæna, quæ cum filium in prælium miſiſſet & interfectum audiſſet. Idcirco inquit genueram, ut eſſet qui pro patria mortem non dubitaret occumbere. *Ibidem.*

Quid Cyreneum Theodorum philoſophū non ignobilem, nonne miramur? Cui cum Lyſimachus rex crucem minaretur, iſtis quæſo inquit, iſta horribilia minitare purpuratis tuis. Theodori quidem nihil intereſt, humi ne an ſublime putreſcat. *Ibidem.*

Durior Diogenes, & id quidem ſentiens, ſed ut Cynicus aſperiꝰ proijci ſe iuſſit inhumatum. Tum amici uolucribus ne an feris? minime uero inquit; ſed bacillum prope me quo abigam ponitote: qui poteris? illi, nō enim ſenties. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil ſentienti. *Ibidem.*

Omni autem ratione illuc certe profectum, ut mortem non ducerem in malis.

Ibidem.

Sed Herodoto autore, aliſq; pluribus primū Argiæ ſacerdotis Cleobis & Biton filij prædicantur. Nota fabula eſt. Cum enim illam ad ſolenne & ſtatutum ſacrificiū curru uehi iuſſiſſet ſatis longe ab oppido ad fanum, morarenturq; iumenta, tunc iuuenes ij, quos modo nominaui ueſte poſita oleo corpora perunxerunt, ad lugū acceſſerunt. Ita ſacerdos aduecta in fanum, cum currus eſſet ductus ab filijs præcata deam dicit, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximū homini dari poſſet à deo. Poſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe, mane inuentos eſſe mortuos. Simili precatiōe Trophonius & Agamedes uſi dicuntur. Qui cum Apollini Delphis templum ædificaſſent uenerātes deum petierunt mercedē, non paruam quidē operis & laboris ſui. Nihil certi, ſed quod optimum homini. Quibus Apollo ſe id daturum oſtēdit, poſt eius diei diem tertium: qui ut illuxit mortui ſunt reperti. Indicaſſe deum dicūt, & eū qui dem deum cui reliqui dij cōceſſiſſent, ut præter cæteros diuinaret mortē eſſe optimū homini.

Ibidem.

Nam ſi ſupremus ille dies non extinctionem, ſed commutationē affert loci, quid optabiliusę ſi autē peremit ac delet omnino, quid melius q; in medijs uitæ laboribus obdormiſcere, & ita conniuentem ſomno conſopiri ſempiterno?

Ibidem.

Itaq; unū illud erat inſitū priſcis illis quos caſcos appellat Ennius, eſſe in morte ſenſum, necq; exceſſu uitæ ſic deleri hominem, ut funditus interiret. Idq; cum multis alijs rebus tum & pontificio iure, & cæremonijs & ſepulchrorū intelligi licet, quas maximis ingenij præditi, nec tanta cura coluiſſent, nec uiolatas tam inexpiabili religione ſanxiſſent, niſi haberent in eorum mētibus mortē, non interitū eſſe omnia tollentem atq; delentē, ſed quandā quaſi migrationē, commutationēq; uitæ, quæ in claris uiris & fœminis dux in cœlū ſoleret eſſe

Cicero libro 1. Tuſcu q.

Teneamus ut nihil cenſeamus eſſe malum, q ſit à natura datum hominibus.

Idem libro 2. Tuſcul. quæſt.

Nam qui id quod uitari non poteſt metuit, is uiuere animo quieto nullo modo poteſt. Sed q non modo, quia neceſſe eſt mori, uerum etiam quia nihil habet mors, quod ſit horrendū mortem non timet, magnum is ſibi præſidiū ad beatam uitā cōparat.

ibidem.

Te natura excelſum quendam uidelicet & altū & humana deſpicientē genuit. Itaq; facile in ani

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mo forti contra mortem habita inſidet ratio.

Idem libro 3. Tuſcul. quæſt.

Theophraſtus autem moriens accuſaſſe natu ram dicitur, & ceruis & cornicibus uitã diutur nam, quorum nihil intereſſet, hominibus quo rum maxime interfuiſſet, tam exiguam uitam dediſſet: quorũ ſi ætas potuiſſet eſſe longinquior, futurũ fuiſſe, ut oĩbus perfectis artibus oĩ do ctrina hominum uita erudiretur. Querebat igit̃ ſe tum cum illa uidere cœpiſſet extingui.

Cicero libro de Senectute.

Mors autem negligẽda eſt, ſi aliquo ducit, ubi ſis futurus æternus. *Ibidem.*

Mortẽ oĩ ætati cõmunem eſſe ſentio. *Ibidem.*

Quod cuiq; tempus ad uiuendum datur, eo debet eſſe contentus. *Ibidem.*

Omnia uero quę ſecundũ naturã fiunt, ſunt habenda in bonis. quid enim tam ſecundum naturam, & emori ſenibus? *Ibidem.*

Sic uitam adoleſcentibus uis aufert, ſenibus maturitas. *Ibidem.*

Vt nauem & ædificium idem deſtruit facillime qui ſtruxit, ſic hominem, eadem optime quę conglutinauit, natura diſſoluit. *Ibidem.*

Nemo cẽſet fugiendam eſſe mortẽ, quam immortalitas ſequat̃. iam ſenſus moriendi aliquis, ſi eſſe poteſt, isq; ad exiguum tempus præſertim eſt ſeni, poſt mortem autem ſenſus nullus optãdus eſt. *Idem libro de Senectute.*

Sed hoc meditatum ab adoleſcentia eſſe debet, mortem ut negligamus, ſine qua meditatione, tranquillo eſſe animo nemo poteſt.

ibidem.

Moriendum enim certum eſt, ſed id incertum an ipſo die. *ibidem.*

Mortem igitur omnibus horis impendentem timens quis poterit animo conſiſtere?

Ibidem.

Nec uero clarorum uirorum poſt mortẽ honores permanerent, ſi nihil eorum ipſorum animi efficerent quo diutius memoriam ſui tenere mus. *Ibidem.*

Jam uero uidetis nihil eſſe tam morti ſimile, & ſomnum. *Ibidem.*

Cõmorandi enim natura diuerſorium nobis non habitandi dedit. *idem li. Paradoxo.*

Mors terribilis eſt his, quorũ cum uita omnia extinguntur, non his quorum laus emori nõ poteſt. *Saluſtius in Catilinario.*

In luctu atq; miſeriis mortem ærumnarũ requem, non cruciatum eſſe duco.

Valerius Maximus libro 2.

Thraciæ uero illa natio merito ſibi ſapiẽtiæ laudem uendicauerit, quæ natales hominũ flebiliter, exequias cum hilaritate celebrat. Hæc ſine ullis doctorum præceptis uerum conditionis noſtræ habitum præuidit. Remoueatur itaque naturalis omnium animalium dulcedo uitæ, quæ multa & facere & pati turpiter cogit, ſi ea mortua eius aliquanto fœlicior & beatior finis reperietur.

Quintilianus Declamatione 3.

Omnis nos hora per tacitos fallentes; q; curſus applicat fato, & in hac perpetuitatis turpiſſima cogitatione deſcripti per exigua feſtinantis æui momenta præmorimur.

Homerus in Iliados.

μοῖραν δ' οὔ τινά φημι, πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρὸς
οὐ κακὸν, οὐδὲ ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται. id eſt,

Mortem nullum aſſero euitaſſe uirorum
Neq; timidum, neq; fortem, poſtea q̃ genitus ſit.

Idem in Odyſſeæ.

ἀλλ' ἤτοι θάνατον μὲν ὁμοίιον, οὐδὲ θεοί περ
καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλκέμεν, ὁππότε κέν δὴ
μοῖρ' ὀλοὴ καθέλησι τανηλεγέ' θανάτοιο: id eſt,

Sed certe mortem quidem moleſtam, neq; ipſi dei
Et amico uiro poſſunt remouere quando
Fatum pernicioſum aſperæ mortis illum attraxerit.

Menander.

βροτοῖσ' ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται. id eſt,

Mortalibus mori omnibus neceſſe eſt. *ibidem.*

ζωῆσ πονηρᾶσ θάνατοσ ἀιρετώτερος. id eſt,

Vita mala mors eligibilior. *idem.*

ἢ ζῆν ἀλύπωσ, ἢ θανεῖν εὐδαιμόνωσ. id eſt,

Vel uiuere ſine triſtitia, uel mori fœlicitet. *idem.*

καλὸν τὸ θνῄσκειν διστυχοῦντι τοῦ ζῆν πρόσω id eſt,

Pulchrum mori, quibus uitu perium uita fert. *idem.*

κρεῖσσον τὸ μὴ ζῆν ἢ ζῆν ἀθλίωσ. id eſt,

Melius non uiuere eſt, q̃ uiuere miſere. *idem.*

ὃν γὰρ φιλεῖ θεὸσ' ἀποθνῄσκει νέοσ. id eſt,

Quem enim amat deus, moritur iuuenis. *idem.*

ὃν πιστὸν ἐγνώσαν πολυτελῆ νεκρόν. id eſt,

Nunquam breui ſumptuoſum mortuum. *idem.*

τὸν γὰρ θανεῖν, οὐκ αἰσχρόν, ἀλλ' αἰσχρὸν θανεῖν. id eſt,

Mori enim non turpe eſt, ſed turpiter mori.

Ex primo Epigrammaton.

τὸν θάνατον τί φοβεισθε, τὸν ποικίλον γενετῆρα,
τὸν παύοντα νόσους, καὶ πενίης ὀλυγάς.
μοῦνον ἅπαξ θνητοῖσ παραγίγνεται, οὐδὲ λέτο' αὐτὸ,
εἰ λέγ τισ θνητῶν λαὐτερον ἐρχόμενον
αἱ δὲ νόσοι πολλαί, καὶ ποικίλαι, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον
ἐρχόμεναι θνητῶν καὶ μεταβαλλόμεναι. id eſt,

Mortem quid timetis quietis genitricem,
Sedantem morbos & paupertatis dolores.
Sola enim ſemel ad mortales accedit, nunq̃ ipſam
Vidit quis mortalium ſecundo uenientem.
Morbi uero multi & uarij interdum ad alium
Euntes mortalium & permutati. Palladas.

πάντεσ τῷ θανάτῳ τηροῦμεθα, καὶ ἐρεφόμεσθα,
ὡσ ἀγέλη χοίρων σφαζομένων ἀλόγων. id eſt,

Omnes morti ſeruamur & nutrimur,
Tanq̃ grex porcorum interfectorum ſine ratione. *idem.*

σῶμα, πάθοσ ψυχῆσ ἄλμησ, μοῖρα, ἄχθοσ, ἀνάγκη,
καὶ λῆμοσ κρατερόσ, καὶ κόλαστοσ βασάνων.
ἀλλ' ὅταν ἐξέλθῃ τ' σώματοσ ὡσ ἀπὸ δεσμῶν
τὸ θανάτῳ, φεύγῃ πρὸσ θεὸν ἀθάνατον. id eſt,

Corpus paſſio animæ infernus, onus, neceſſitas.
Et populus concitatus, & pœna torturarum.
Sed quando egreſſa fuerit e corpore, tanq̃ a uinculis
Mortis fugit ad deum immortalem.

χαίρῃ τισ θεόλιπορ ἐστεὶ θάνορ, ἀλλοσ ἐπ' αὐτῷ
χαιρήσει, θανάτῳ πάντεσ ὀφειλόμεθα. id eſt,

Gaudet q̃dã Theodorus, quoniã mortuus ſũ, alius ſuq̃ ipſa
Gaudebit, morti omnes debemur. *idem.*

κάτθανον, ἀλλὰ μένω σε μένων δὲ τε καὶ σύ τιν' ἄλλον,
πάντασ δμῶσ θνητὸσ ἐσ ἀΐδαο δέχεται. id eſt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Mortuus ſum, ſed expecto te, expectas autē & tu quēdam alium. Omnes ſimul mortales unus Pluto ſuſcipit. Lucanus libro 5.

Sæuitia eſt uoluiſſe mori. Idem libro 6.

Ah miſer extremum cui munus mortis iniquæ
Eripitur non poſſe mori. Idem libro 8.

-Quiſquam me ſecundis
Tradere ſe fatis audet, niſi morte peracta.
Ibidem.

-Mors ultima pœna eſt
Non metuenda uiris.
Propertius libro 3. elegia 10.

Venturam medius præſagit nauita mortem.
Vulneribus didicit miles habere metum.
Tibullus libro 1. elegia 10.

Quis furor eſt atram bellis accreſcere mortem?
Imminet, & tacito clam uenit illa pede.
Horatius Ode 53.

Soles occidere & redire poſſunt.
Nobis cum ſemel occidit breuis lux,
Nox eſt perpetua una dormienda.
Martialis ad Paulum.

Mortis Paule timor tibi uitæ gaudia tollit,
Nam moriens uiues, dum metuendo peris.
Inter naturæ ſi ponas munera, mortem
Te de morte metus ſollicitare nequit.
Idem Epigrammaton libro 2. ad Neuolum.

Non metuas mortem Neuole, ſed timeas.
Idem de Cœnatione Michæ.

Frange thoros, pete uina, roſas cape, tingeq; nardo.
Ipſe iubet mortis te meminiſſe deus.
Idem de Fannio.

Hoſtem cum fugeret ſe Fannius ipſe peremit.
Hic rogo non furor eſt, ne moriare, mori.
Idem libro 4. Epigrammaton ad Colinum.

O cui Tarpeias licuit contingere quercus
Et meritas prima cingere fronde tomas.
Si ſapis, utaris totis Coline diebus
Extremumq; tibi ſemper adeſſe putes.
Lanificas nulli tres exoraſſe puellas
Contigit, obſeruant quem ſtatuere diem.
Diuitior Criſpo, Thraſea conſtantior ipſo,
Lautior & nitido ſis meliore licet.
Nil adijcit penſo Lachæſis, fuſoſq; ſororum
Explicat & ſemper de tribus una necat.
Idem de Curitio.

Nullo fata loco poſſis excludere: cum mors
Venerit, in medio tybure Sardinia eſt.
Idem libro 11. de Cenace.

-Non licet hic uitæ de breuitate queri
Triſtius eſt leto leti genus.
Horatius libro 1. Carminum ad Seſtium.

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas
Regumq; turres o beate Seſti.
Vitæ ſumma breuis ſpem nos uetat inchoare longam.
Iam te premet nox, fabulæq; manes.
Horatius libro 1. Carminum ode 28.

Miſta ſenum ac iuuenum denſantur funera, nullum
Sæuq; caput Proſerpina fugit.
Idem libro 2. ode 3.

Omnes eodem cogimur omnium
Verſatur urna, ſerius, ocyus
Sors exitura, & nos in æternum
Exilium impoſitura cymbæ.
Idem Carminum libro 2. Ode 13.

Improuiſa leti.
Vis rapuit, rapietq; gentes.
Ibidem ode 17.

Ibimus ibimus, Vtcunq; præcedes.
Idem libro 3. Ode 1.

Aequa lege neceſſitas
Sortitur inſignes & imos.
Omne capax mouet urna nomen.
Idem libro 3. ode 2.

Mors & fugacem perſequitur uirum
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus, timidoue tergo.
Idem libro 3. ode 24.

Si figit adamantinos
Summis uerticibus dira neceſſitas
Clauos, non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.
Idem de Arte poetica.

Debemur morti nos noſtraq;. Ibidem.

Mortalia facta peribunt.
Horatius libro Sermonum.

Mors ultima linea rerum eſt.
Idem epiſtolarum libro 2. epiſtola 2.

Luſiſti ſatis, ediſti ſatis, atq; bibiſti,
Tempus abire tibi eſt.
Franciſcus Petrarcha Soneto 8.

Ma del miſero ſtato, ove noi ſemo
Condute da la uita altra & ſerena:
Vn ſol conſorto & de la morte hauemo. id eſt.
Ducti e uita alia & ſerena:
Vnicam conſolationem mortis uidelicet habemus. Idem Soneto 112.

Bel fin fa, che ben amando more. id eſt.
Bonū finem facit, qui bene amando morit.
Idem Soneto 122.

Ben po nulla, chi non po morire. id eſt.
Nil bene poteſt, qui non poteſt mori.
Idem Soneto 210.

Morte fura.
Prima i migliori, & laſſa ſtar i rei. id eſt.
Mors rapit prius meliores atq; dimittit reos.
Idem Soneto 231.

Morte ma liberato un altra uolta.
Et rotol nodo, el foco ha ſpento & ſparſo,
Contra la qual non ual forza ne ingegno. id eſt.
Mors me liberauit rurſus iterum,
Et fregit nodum, ignis extinxit atq; diſperſit,
Contra quam non ualent uires aut ingenium.
Idem Soneto 136.

Morte bi aſmate, anze laudate uui.
Che lega ſciolge, e un punto apre & ſerra.
Et do pol pianto ſa far lieto altrui. id eſt,
Mortem culpatis, imo laudatis uos,
Quæ ligat & ſoluit, & uno momento aperit & claudit. Et poſt luctum nouit lætum facere.
Idem Soneto 133.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ai morte ria, come aſchiantar ſe præſta
Il fruto de moltanni, in ſi poche hore. *id eſt,*
Ha mors rea quantum abrumpere uelox es
Fructum mortalium in tam paucis horis.

Idem Soneto 185.

Ma la fama e ualor, chae mai non morer
Non e in tua forza habiti ig nude loſſa. *id eſt.*
Sed fama & ualetudo, quæ nunquam morit,
Non eſt in tua potentia, habetis nuda oſſa.

Idem Soneto 318.

Non poſſar morte id dolce uiſo amaro,
Ma dolce uiſo dolce poſſar morte,
Che biſogna morir ben altre ſcorte
Quella mi ſaorge ondogni ben imparo.
Et quel che del ſuo ſangue non fu auaro
Che col pie rapre le Tartareæ porte
Col ſuo morir par che me ricon forte
Dunq; uien morte el tuo morir me caro. *id eſt,*
Nō poteſt mors facere dulcem uiſum, amarū:
Sed dulcis uiſus dulcem poteſt facere mortem.
Quid opus eſt ad bene moriendū comes alter?
Illa me ducit, unde omne bonum diſco.
Et ille qui ſui ſanguinis non fuit auarus,
Qui pede fregit Tartareas portas,
Cum ſua morte uidetur me reficere.

Franciſcus Petrarcha Cantilena 27. Stantia 5.

Vn bel morir, tutta la uita honora. *id eſt,*
Vnum pulchrum mori totam uitam honorat.

Ibidem Stantia 7.

Ben more, chi morendo eſce di doglia. *id eſt,*
Bene moritur, qui moriens dolorem exuit.

Franciſ. Petrar. Cantil. 39. Stantia 4.

Che tal mori gia triſto & ſconſolato,
Cui pocho inanci cral mori beato. *id eſt,*
Nā quiſpiā obīt iam triſtis & mœſtus totus,
Cui parum ante mori erat fœlicitas.

Ibidem Stantia 7.

Che morte al tempo e non duol ma refugio.
Et chi ben po morir, non cherchi indug io.
Nā mors in tēpore nō dolor eſt, ſed refugiū,
Et qui bene mori poteſt, non quærat ſpatium.

Idem Triumpho mortis cap. 1.

O tu donna, che uai
Di iuuentute & di belleza altera,
Et tua uita il termino non ſai.
Ioſon colei ſi importuna e fera,
Chiamata ſon da uoi & ſorda & ciecha
Gente, a cui ſi fa nocte in anci ſera
Iho condocta al fin la gente Græca
Et la Troiana, a lultimo ij Romani
Cum la mia ſpada, laqual punge & ſeca.
Populi alteri, Barbareſci & ſtrani.
Et giungendo quand altri non maſpecta.
Ho interroti molti penſier uani.
Hora ad uoi, quando uiuer piu dilecta
Drizo il mio corſo, inanzi che fortuna
Nel ueſtro dolce qualche amaro metta. *id eſt,*
O mulier, incedis
Obiuuentam & pulchritudinem elata.
Et tuæ uitæ terminum ignoras.
Ego ſum illa ſic importuna & ferox,
Vocata ſum à uobis & ſurda & cæca
Gente, cui fit nox ante diei finem.
Conduxi ego ad finem gentem Græcam
Et Troianam, & ultimo Romanos
Cum meo enſe, qui pungit & diuidit.
Populi elati, Barbari & alieni.
Et adiens cum alij non me ſpectant,
Interrupti plurimas cogitationes uanas.
Tunc ad uos, cum uiuere plus delectat
Dirigo meum curſum, antequàm fortuna
In ueſtrum dulce quippiam amari immictat.

Ibidem.

Da India, dal Carthago, Marrocho & Spagna,
El mezo hauea gia pieno, & le pendici
Per molti tempi quella turba magna.
Iui eran, quei che ſun decti fœlici,
Pontifici regnanti, emperatori,
Hor ſono ignudi, miſeri & mendici.
Vſon le richeze, uſon gli honori,
Et le gamme & li ſceptri, & le corona,
Et le mitre cum purpurei colori?
Miſer, chi ſpeme in coſe mortal pone:
Ma ben chi ue la pone ſei ſi troua,
Alla fine inganato, e ben ragione.
O ciechi, il tanto affaticar che giouа?
Tutti tornati a la gran madre antica:
El nome uoſtro a pena ſi ritroua,
Pur de le mille un utile fatichа,
Che non ſian tuta uanita paeſi:
Chintende i uoſtri ſtudij ſi mel dica.
Che uale e ſubiugar tanti paeſi,
Et tributarie far le gente ſtrane,
Cum glianimi al ſuo danno ſemper acceſi? *Id eſt,*
Ab India, Carthagine, Tuneto, Hiſpania,
Medium iam repleuerat, & Manticas
Multis temporibus illa ingens turba,
Illic erant, qui dicti ſunt fœlices,
Pontifices regnantes, imperatores,
Nunc ſunt nudi, miſeri, mendaci.
Vbi ſunt diuitiæ atque honores,
Et gemmæ & ſceptra, atque coronæ,
Et mitræ cum purpureis coloribus?
Miſer, qui ſpem in te mortali collocat,
Sed qui in his ſpem ponit, & ſi ſe reperit,
In fine in his deceptum eſt iuſta ratio,
O cæci, tantus labor quid uobis prodeſt?
Omnes reuertimini ad magnam matrē uetеrē,
Nomen ueſtrum uix reperitur tandem.
Tandem mille laborum unus utilis,
Qui non ſiant cuncti uanitas apparens,
Qui pepercit ueſtra ſtudia is id me doceat.
Quid prodeſt ſubiugare tot regiones,
Et tributarias facere externas gentes,
Cū animis ad dānum propriū accenſis ſemper.

Idem cap. 2.

Dime ſel morire ſi gran pena?
Riſpoſe, Mentre al uulgo dietro uai,
Et allo pinion ſua ceca & dura,
Eſſer felice tu non po giamai.
Lo morte e ſin duna pregion oſcura
A gliamini gentil, a glialtri aneia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Chauo posto nel fango ogni lor cura,
Et hora el morir mio, che si tannoia
Ti sarebbe allegrar se tu sentissi
La millesima parte de mia gioia.
Negar disse non posso, che la affanno
Che ua innanzi al morir, non doglia forte,
Ma piu la dema del æterno damno.
Ma pur che la lma in dio se ri conforte,
El cuor chanse medesmo forse e lasso,
Chaltro che nu sospir breue e la morte. *id est,*
Dic si est mori tam grandis pœna?
Respondit, quousq; uulgus sequeris,
Et opinionem eius cæcam & duram,
Esse fœlix tu nequaquam potes.
Mors finis unius obscuri carceris
Animis nobilibus, at alijs pœna,
Qui posuerunt in cœno iam curam omnem,
Et nunc mori meum, quod tamen displicet,
Gaudium tibi ferret, si tu sentires
Millesimam partem mei gaudij.
Negare dixi non possum, quin dolores
Qui mortem præeunt, non multum doleant,
Sed magis timor æterni damni.
Sed dummodo anima in deo spem reponat,
Cor quod in seipso forte ægrotat,
Nil aliud q̄p q̄dā breuis suspiratio mors ipsa ē.

Motus græce κίνησις ἡ & κινέω moueo dicitur. Est autem motus actus entis in potentia, secundum Aristo. lib. 3. Physic. Item motus motio etiā dicitur. Hinc terræ motus, cuius causa sunt uenti in cauernis terræ inclusi.

Ouid. Metamor. libro 6. fi. dicente borea.
Sollicito manes, totumq; tremoribus orbem.

Motiua uis sensitiua duplex est, s. naturalis & animalis. Vis motiua naturalis est, quæ nō mouet per apprehensionem, nec est subiecta imperio rationis. Et talis est uirtus uitalis, & pulsatiua, quæ mouet arterias, & cor secundum dilatationem & constrictionē. Et huiusmodi uirtus est in corde, sicut in proprio organo. Vnde solū habet esse in animalibus perfectis, pulmonē & cor habentibus. Et hæc uis per spirationē & respirationem est principium contemperandi calorem cordis & corporis. Vis motiua animalis est, quæ mouet per apprehensionē, et est triplex, quia quædā mouet per modum dirigentis, quædam mouet per modum imperātis, & quædam per modum exequentis, ex b. Tho. opusculo de potentijs animæ cap. 5. De his uidere poteris latius supra in arbore animæ.

MVlier græce γυναικός ἡ & γυναικείος ου ὁ mulieribris dicitur. Est aūt mulier illa quæ amplius uirgo non est. Quare Cicero obiurgantib. eum nonnullis, quod sexagenarius Popiliā uirginem duxisset, respondit: Cras mulier erit. Mulieris appellatione, ut uult Caius iurisconsultus etiam uirgo uiri potens continetur, hoc est quæ matura uiro, iam plenis nubilis annis.

De hac uide supra in Fœmina & Mollities.

Prouerbiorum cap. 5.
Ne intēderis fallaci æ mulieris. Fauus ēm distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara quasi absinthiū, & lingua eius acuta, quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrant. Per semitam uitæ non ambulāt. Vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles. Nūc ergo fili audi me, & ne recedas à uerbis oris mei. Longe fac ab ea uiam tuā, & ne appropinques foribus domus eius.

Prouerbiorum cap. 6.
Mulier autem uiri pretiosam animam capit. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut uestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas, ut non plantæ comburantur eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam.

idem cap. 11.
Mulier gratiosa inueniet gloriam. *ibidem.*
Circulus aureus in narib⁹ suis, mulier pulchra & fatua. *Prouerb. ca. 14.*
Sapiens mulier ædificat domum suam, insipiens extructam quoq; manibus destruet.

idem cap. 18.
Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonū, & hauriet iucūditatem à domino. Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum, qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens.

Idem cap. 19.
Dolor patris filius stultus, & tecta iugiter perstillantia litigiosa mulier. *idem cap. 21.*
Melius est habitare in terra deserta, q̄p cū muliere rixosa & iracunda. *idem cap. 23.*
Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. Insidiatur in uia quasi latro, & quos incautos inuenerit, interficiet.

idem cap. 27.
Tecta perstillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparātur. Qui retinet eam quasi qui uentum teneat, & oleum dextræ suæ euacuat.

idem cap. 29.
Qui nutrit scortum perdet substantiam.

idem cap. 31.
Ne dederis mulieribus substantiam tuam.

ibidem.
Mulierem fortem quis inueniet? procul & de ultimis finibus pretium eius. *ibidem.*
Mulier timens dominum, ipsa laudabitur.

Ecclesiastic. cap. 9.
Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in uirtute tua, & confundaris.

ibidem.
Auerte faciem tuam à muliere cōpta. *ibidem.*
Propter faciem mulieris multi perierunt.

ibidem. cap. 19.
Vinum & mulieres faciunt apostatare sapientes, & arguunt sensatos, & qui se iungit fornicarijs, erit nequam. *ibidem cap. 25.*
Non est caput nequius super caput colubri & non est ira super iram mulieris. *ibidem.*
Breuis oīs malitia super malitiam mulieris, sors peccatorum cadat super illam. *ibidem.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A muliere initium factum eſt peccati,& per illam omnes morimur. *Eccleſiaſtici cap. 26.*

Mulieris bonæ beatus uir,numerus enim annorum illorum duplex. *ibidem.*

Dolor cordis & luctus mulier zelotypa, in muliere zelotypa flagellum linguæ omnibus communicans. *ibidem.*

Mulier ebrioſa ira magna,& contumelia, & turpitudo illius non tegetur. *ibidem.*

Gratia mulieris ſedulæ delectabit uirum ſuũ, & oſſa illius impinguabit. Diſciplina datum dei eſt. *ibidem.*

Mulier ſenſata & tacita nõ eſt immutatio eruditæ animæ. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata. *ibidem.*

Qui poſſidet mulierem bonam,inchoat poſſeſſionem: adiutorium ſecundum illum eſt, & columna & requies. *ibidem 36.*

Vbi non eſt ſeps, diripietur poſſeſſio, & ubi non eſt mulier ingemiſcit egens.

Paulus 1. ad Corinth. cap. 14.

Mulieres in eccleſijs taceãt. Non em̃ permittit eis loqui,ſed ſubditas eſſe,ſicut & lex dicit. Siqd autem uolunt diſcere,domi uiros ſuos interrogẽt. Turpe enim eſt mulierem loqui in eccleſia.

Aug. in li. q. Gen. & hab. 23. q. 5. Eſt ordo.

Eſt ordo naturalis in hominibus ut ſeruiãt fœminæ uiris,& filij parentibus,quia in illis hæc iuſtitia eſt,ut maiori ſeruiat minor.

Idem in quæſt. noui & uete. teſt. & habetur 23. q. 5. Hæc imago.

Hæc imago dei eſt in homine, ut unus factus ſit dominus,ex quo cæteri oriantur, habens imperiũ dei,quaſi uicarius eius, quia unius dei habet uir imaginem. Ideoq; mulier ad imaginem dei non eſt facta,ſic etenim dicit,& fecit deus hominem ad imaginem dei fecit illum, hinc etiam Apoſtolus: Virquidẽ ait nõ debet uelare caput, quia imago & gloria dei. Mulier ideo uelet,quia non eſt imago, aut gloria dei.

Hieron. in epiſtola ad Nepotianum, & habetur diſt. 23. Hoſpitiolum.

Hoſpitiolũ tuũ aut raro, aut nunq̃ mulieris pedes terant: oẽs puellas & uirgines Chriſti, aut æqualiter dilige, aut æqualiter ignora. Nec ſub eodem tecto cum muliere mãseris,nec in præterita caſtitate cõfidas. Nec Samſone fortior, nec Dauid ſanctior,nec Salomone poteris eſſe ſapientior. *Idem ad Ruſticum Monachum.*

Matrem tuam ita uide, ne per illam alias uidere coneris, quarum uultus cordi tuo hæreant. Et tacitum uiuat ſub pectore uulnus. Ancillulas quę illi in obſequio ſunt,tibi ſcias eſſe in inſidijs, & quanto uilior eſt earum conditio, tanto facilior eſt ruina. *ibidem.*

Nunq̃ de mulierum formis diſputes, nec qd in cuiuſq̃ domo agatur,alia domus pro te nouerit,fœminæ nomen tuum nouerint, uultũ tuum neſciant. *Idem contra Iouinianum.*

Vxorẽ pauperẽ alere difficile eſt, diuitẽ ferre tormentum eſt. Quid prodeſt diligẽs cuſtodia? cum uxor ſeruari impudica nõ poſſit,pudica nõ debeat. Infida enim cuſtos caſtitatis eſt neceſſitas,& illa uere pudica dicenda eſt,cui licuit peccare, ſed noluit. *ibidem.*

Pulchra cito adamaẽ,fœda non facile cõcupiſcitur,difficile cuſtoditur q̃ plures amant,moleſtum eſt poſſidere quod nemo habere dignet. Minore tamen miſeria deformis habetur q̃ formoſa ſeruatur. *ibidem.*

Nihil tutum eſt in quo totius populi uota ſuſpirant,alius forma,alius ingenio, alius facetia, alius liberalitate ſollicitat, aliquo modo expugnatur, quod undiq̃ inceſſitur.

Hieronymus epiſtola 8.

Illæ oculos Chriſtianos ſcandalizant potius q̃ purpuriſſo,& quibuſdã facis ora oculoſq̃ depingunt, quarum facies Aegyptiaca nimio candore deformes,idola mentiuntur, quas nec numerus annorũ poteſt dicere q̃ uetulæ ſint,quæ capillis alienis uerticem ſtruunt,& præteritam iuuentutem in rugis anilibus poliũt. Erubeſcat mulier Chriſtiana, ſi naturã cogit in decorem, ſed carnis curam facit in concupiſcentijs.

Idem epiſtola 98.

Quid in facie Chriſtianæ purpuriſſus facit, & ceruſa? *ibidem.*

Ignis Iuuenum & fomenta libidinum, impudicæ mentis indicia. Ornatus iſte non dei eſt uelamen, ſed Antichriſti.

Amb. lib. quæſt. noui & uet. teſta. & habetur 33. q. 5. Mulierem.

Mulierẽ conſtat ſubiectã dominio uiri eſſe,& nullam autoritatem habere,nec docere poteſt, nec teſtis eſſe, nec fidem dare, nec iudicare.

Amb. in Hexameron in tract. dlei. 4. & hab. 33. q. 5. Adam.

Adã p Euã deceptus eſt, nõ Eua per Adã: quẽ uocauit ad culpã mulier, iuſtũ ẽ ut eã in gubernatiõe aſſumat, ne iterũ fœminea facilitate labatur. *Idem ſup primam epiſt. ad Corin. & habetur 33. q. Mulier.*

Mulier debet uelare caput,qa nõ eſt imago dei ſed ut uiro oſtendat ſubiecta,& quia præuaricatio p illã inchoata eſt,hoc ſignũ debet habere: in eccleſia propter reuerentiã epiſcopalẽ non habeat caput liberũ,ſed uelamine tectũ,non habeat poteſtatẽ loquendi,quia epiſcopus habet perſonã Chriſti: quaſi ergo ante iudicẽ Chriſtũ,ita ante epiſcopum ſit: quia uicarius domini eſt: propter peccatum originale ſubiecta debet uideri.

Amb. in li. de Paradiſo, & hab. ibidem. Nec illud.

Nec illud otioſum eſt,q̃ nõ de eadẽ terra in q̃ plaſmatus eſt Adam,ſed de ipſius Adæ coſta facta ſit mulier,ut ſciremus unã in uiro & in muliere corporis eſſe naturã,unũ fontem generis humani,ideo non duo à principio facti uir & mulier,nec duo uiri,neq; duo mulieres, ſed primum uir & deinde ex eo mulier. Vnã em̃ naturã uolens hominum conſtituere deus ab uno principio creaturæ hoc incipiens multarum & diſparium naturam eripuit facultatem.

Ambro.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ambroſius libro 1. de Dauid.

Samſon ualidus & fortis leonẽ ſuffocauit, ſed amorem ſuum ſuffocare nõ potuit: uincula ſoluit hoſtium, ſed ſuarũ nõ ſoluit nexus cupiditatum. Meſſes incẽdit alienas, ſed unius ipſe mulieris accẽſus igniculo, meſſem ſuæ uirtutis amiſit.

Ambroſius libro de Officijs.

Fœminarũ cum clericis nullo pacto cõiuncta permittitur cõuerſatio, ianua diaboli, uia iniquitatis, ſcorpionis percuſſio, nociuũq; genus eſt fœmina, cum proximat, ignem accendit. Flammigero igne peritie conſcientiam pariter laborãtis, & exurit fundamenta montiũ. Si cũ uiris fœminæ habitẽt, uiſcariũ non deerit diaboli. *Ibidem.*

Si pudicã quæris fœminã, quã bñ uideris conuerſantẽ mente dilige, nõ corporali acceſſu frequentes. Nemo miles cũ uxore pergit ad bellũ. Fœminæ cũ uiris habitãtes germinant ſpinas, & arcana mentium acuto mucrone percutiunt.

Ioan. Chryſ. in ſer. de collationis Ioannis baptiſtæ.

Quid eñ q̃s dicat, aut qũo quis enarret mulierem illã crudelem malitioſam. Ego quidẽ exiſtimo nullam eſſe in hoc mundo beſtiam cõparabilẽ mulieri malæ. Quid inter q̃drupedia animalia leone ſeuius, ſed nihil hac ferocius. Quid in ſerpentibus dracone acrius? Nec hic quidem cum muliere mala cõferri poteſt. Nã leo & draco in malo inferiores ſunt. Danielẽ leones in lacu ueriti ſunt. Iuſtũ uero illũ Naboth Iezabel interfecit. Cetus Ionam in uẽtre cuſtodit. Dalida Samſonẽ circumuentum illecebris, raſo etiã capite deformatũ alienigenis tradidit. Ioannẽ baptiſt. in deſerto uiuentẽ dracones & aſpides cornutæ ſubdita feritate tremuerũt. Herodias uero eidem caput abſcidit, & tanti uiri mortẽ in pretium ſaltationis accepit. O malum ſummum & acutiſſimum telum diaboli. *Ibidem.*

Per te bella fiũt, per te ſapientes ſe pdunt, per te ſancti occiſi ſunt, per te ciuitates cõbuſtæ ſunt, per te uita pdita eſt, per te mors inuenta eſt, per te te diuites pauperes, per te pulchri turpes, per te fortes debiles, per te ueraces mẽdaces, per te caſti luxurioſi, per te humiles ſuperbi, per te pœnitentes inobediẽtes & deo odibiles fiunt. Hęc eſt mulier antiqua malitia, quæ Adam eiecit de paradiſi delicijs. Hæc humanũ genus merſit in infernũ. Hęc uitã abſtulit mundo, per unius arboris pomũ. Hoc malum hoĩes ducit ad mortem.

Ioan. Chry. ſup illud Mat. 19. Non expedit nubere.

Quid eſt mulier? niſi amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, neceſſariũ malum, naturalis tentatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum periculum, delectabile detrimentum.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Pſal. 50.

Quid eſt ſpecioſa mulier? ſepulchrũ dealbatum, niſi fuerit ſobria, caſta, pudica. Pulchritudo aũt ſine his uirtutibus eſt præcipitium patens, uenenum inſpicientibus compoſitum.

Iſidorus, & habetur 30. q. 5. Fœminæ.

Fœminę dũ maritant, ideo uelant, ut ſe nouerint ſemp maritis ſuis ſubditas eſſe & humiles.

Lanctant. Firmianus diui. inſti. lib. 3.

At nulla uehementior diſcordiarũ eſt cauſa, q̃ unius fœminæ à multis maribus appetitio.

Seneca Tragœdia 10.

O quam cruentus fœminas ſtimulat dolor.
Vna cum patuit pellici ac nuptæ domus.

Seneca in Medea.

Nulla uis flammæ, tumidiq; uenti
Tanta, nec teli metuenda torti
Quanta cum coniunx uiduata tedis
Ardet & odit. *Seneca Tragœ. 4.*
Sed dux malorũ fœmina, & ſcelerum artifex. *ibidẽ.*
Sileantur aliæ ſola coniunx Aegei
Medea reddet fœminas dirum genus. *Idem.*
Deteſtor omnes, horreo, fugio, execror,
Sit ratio, ſit natura, ſit durus furor
Odiſſe placuit. *Ibidem.*
Inſtruitur omnis fraude fœminea dolus.

Ariſtoteles libro 3. de animalibus.

Lac mulierũ nigrarum melius eſt, & pluris ei bi q̃ albarum. *Idem libro 5. de animalibus.*

In annis nubilib⁹ mamillæ incipiunt ingroſſari. *Idem libro 6. de animalibus.*

Nulli aĩalium accidit menſtruum ſicut mulieri. *Idem libro 8. de animalibus.*

Mulier melioris eſt pietatis & cõpoſitionis q̃ uir, ſed maioris inuidiæ, & diligit lites, & malitioſior, & de facili decipitur.

Idem lib. 9. de animalibus.

Impręgnatio accidit mulieribus naturaliter poſt menſtruum. *Ibidem.*

Fœminæ poſt partum cito creſcunt. *Ibidem.*

Mulierib⁹ tẽpore partus accidit fortis calor. *Ibidem.*

Menſtruum in mulieribus ceſſat poſt 44. annos. In aliquibus uero remanet uſq; ad 50.

Idem libro 10. de animalibus.

Mulieres lactantes omnino non menſtruant, uel modicum. *Idem lib. 15. de animalibus.*

Fœtus nõ fit ex permiſtione duorum ſpermatum. Vnde & mulier imprægnatur ſine effuſione ſpermatis. *Ibidem.*

Mas eſt principium motus in generatione. Fœmina uero eſt ſicut materia. *Ibidem.*

Fœmina nõ generat per ſe, quia indiget principio motus quod eſt mas.

Idem libro 16.

Fœmina eſt mas occaſionatus.

Idem libro 18.

Mulier & æqua ſuper omnes fœminas diligunt coitum. *Ibidem.*

In hominibus citius formantur mares quam fœminæ. *Ibidem.*

Fœminæ debiliores ſunt maribus, qa ſunt frigidioris naturæ. *Idem libro 1. Politicorum.*

Conſilium mulieris eſt inualidum, pueri autẽ imperfectum. *Idem libro 3. Politico.*

A mulieribus male regitur ciuitas. *Ibidem.*

Melius eſt mulieris dotem modicam uel mediocrem eſſe, quam magnam.

Idem lib. 7. Politicorum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Finis gñationis in uiris, ut plurimum eſt numerus 70. annoꝝ, in mulieribꝰ aũt quinquagin ta. *Laert. Diog. de uita & moribus Philoſoph.*

Duo lachrymarum genera ſunt in oculis mulierum (dicebat Pytagoras) ueri doloris unum, inſidiarum uero aliud. *Ibidem.*

Mulier ſpecioſa & pulchra templũ eſt ſuper cloacam ædificatũ dicebat Socrates. *Ibidem.*

Interrogatus Secundus philoſophus q̃d eſſet mulier? Reſpondit, hoīs cõfuſio, inſatiabilis beſtia, continua ſolicitudo, indefinẽs pugna, quotidianũ damnũ, ſolicitudinis impedimentũ, uiri incontinentis naufragiũ, aḋulterij uas, pernicioſum prælium, animal peſſimũ, pondus grauiſſimum, aſpis inſanabilis, humanum mancipium.

Cicero Rhetoricorum nouorum lib. 4.

Maiores noſtri, ſi quam unius peccati damnabant mulierem, ſimplici iudici multorũ maleficiorum conuictam putabant, quo pacto? Qm quam impudicã iudicarant eam ueneficij quoq; damnatã exiſtimabant, quid ita? neceſſe eſt eam q̃ ſuum corpus addixerit cupiditati timere permultos. Quos? Iſtos, uirum, parẽtes, ad quos uidet ſui dedecoris infamiam pertinere. Quid poſtea? eos quos tantopere timeat neceſſe eſt, ut q̃ quomodo poſſit ueneficio petat. Cur? quã nulla poteſt honeſta ratio retinere, quam magnitudo peccati facit timidam, intemperantia audacem, natura faciat neceſſe eſt inconſideratam.

Cicero Rhetoric. ueterum lib. 1.

Mulierum genus eſt auarum. *Vale. Max. li. 2.*

Vini uſus olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne. ſ. in aliquod dedecus prolaberent, quia proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconceſſam Venerem eſſe conſueuit. *Ibidem.*

Veneficij quæſtio & moribus & legibus Romanis ignota, compluriũ matronarũ patefactio ſcelere orta eſt, quæ cum uiros ſuos clãeſtinis inſidijs ueneno perimerent, unius ancillæ indicio protractũ, per ſenatum capitali iudicio damnatæ centum & 80. numerum expleuerunt.

Euripides in Medea.

γυνὴ γὰρ, τἄλλα μὲν φόβῃ πλέα,
κακὴ δ' ἐς ἀλκὴν, καὶ σίδηρον εἰσορᾷν,
ὅταν δ' ἐς ἐυνὴν ἠδικημένην κυρῇ,
οὐκ ἔστιν ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα. id eſt,

Mulier enim in alijs quidem timore plena,
Timida autem in pugnam & ferrum inſpicere:
Sed quando circa lectum iniuria affecta fuerit,
Non eſt alia mens magis homicida. *Idem.*

γυναῖκες, εἰς μὲν ἔσθλ', ἀμηχανώταται,
κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται. id eſt,

Mulieres ſumus ad bona conſilij pauperrimæ,
Malorum aũt omnium artifices ſapientiſſimæ. *Idem.*

πάντων δ' ὅσ' ἔστ' ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει,
γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτὸν. id eſt,

Omnium autem quæ ſunt animata, & mentem habent,
Mulieres ſumus miſerrima planta. *Heſiodus.*

μὴ δὲ γυνηικὸς νοὸν πυγοστόλου ἐξαπατάτω
ἄκμυλα κωτίλλουσα, τεὴν διφῶσα καλιήν. id eſt,

Neq; mulier ornans nates tuam mentem decipiat
Blanda loquens, tuam euacuans domum. *Idem*

ὃς δὲ γυναικὶ πίστιν, πίστιν ἔγραψε κλοπῆς. id eſt,

Qui mulieri credidit, credidit ille deceptoribus.

Menander.

χιμὼν κατ' οἶκον ἐστὶν ἀνδρὶ γυνή. id eſt,

Tempeſtas in domibus eſt hominibus mulier. *Idem.*

ὡς ἔστ' ἄπιστον ἡ γυναικεία φύσις. id eſt,

Quam eſt infidum muliebris natura. *Idem*

βίου σπάνις πέφυκεν ἀνδρὶ γυνή. id eſt,

Vitæ raritas eſt hominibus mulier. *Idem*

γυνὴ δικαία τοῦ βίου σωτηρία. id eſt,

Mulier iuſta uitæ ſalus. *Idem*

γυναικὸς ἰσθλῆς ἐπιτυχεῖν οὐ ῥᾴδιον. id eſt,

Mulierem bonam conſequi non facile. *Idem*

γυναῖκα θάπτειν κρεῖσσον ἐστὶν ἢ γαμεῖν. id eſt,

Mulierem ſepelire melius eſt q̃ ducere in uxorem. *Idem*

γυνὴ τοσοῦτόν ἐστι διαπανηρὸν φυτόν. id eſt,

Mulier penitus eſt ſumptuoſum quid natura. *Idem*

γυναικὶ μὴ πίστευε τὸν σαυτοῦ βίον. id eſt,

Mulieri ne crede tuipſius uitam. *Idem*

γυνὴ γὰρ οὐδὲν οἶδε πλὴν ὃ βούλεται. id eſt,

Mulier enim nihil nouit præter quod uult. *Idem*

γυνὴ δὲ χρηστὴ πηδαλίου ἐστ' δικίας. id eſt,

Mulier autem bona temo eſt domus. *Idem*

γυνὴ γυναικὸς πώποτ' οὐδὲν διαφέρει. id eſt,

Mulier a muliere unquam nihil differt. *Idem*

ἐν γὰρ γυναιξὶ πίστιν οὐκ ἔνεστ' ἰδεῖν. id eſt,

In mulieribus enim fidem non licet uidere. *Idem*

θησαυρὸς ἐστὶ τῶν κακῶν κακὴ γυνή. id eſt,

Theſaurus eſt malorum, mala mulier. *Idem*

θηρῶν ἁπάντων ἀγριωτέρα κακὴ γυνή. id eſt,

Feris omnibus agreſtior mala mulier. *Idem*

θαλασσα καὶ πῦρ, καὶ γυνὴ, κακὰ τρία. id eſt,

Mare & ignis & mulier, mala tria. *Idem*

ὃς πέφυκεν ἀσπὶς καὶ κακὴ γυνή. id eſt,

Venenum eſt aſpidis mala mulier. *Idem*

ἰὸν λεαίνης καὶ γυναικὸς ὠμότης. id eſt,

Æqualis leænæ & mulieris crudelitas. *Idem*

καλὸν γυναικὸς εἰσιδεῖν καλὸς ἔρως. id eſt,

Pulchrum mulieris inſpicere pulchros mores. *Idem*

καλὸν φυτὸν πέφυκεν ἐν βίῳ γυνή. id eſt,

Pulchra planta eſt in uita mulier. *Idem*

λύπη παρέστα πάντοτ' ἐστὶν ἡ γυνή. id eſt,

Triſtitia præſens ubiq; eſt mulier. *Idem*

νύμφη δ' ἄπροικος οὐκ ἔχει παῤῥησίαν. id eſt,

Sponſa ſine dote non habet audaciam. *Idem*

ῥύπος γυνὴ πέφυκεν ἠργυρωμένος. id eſt,

Sordes mulier eſt argentata. *Idem*

πέρπορ κακὸν πέφυκεν ἀνδρὶ γυνή. id eſt,

Delectabile malum eſt hominibus mulier. *Idem*

ὑπερφανὸν πρᾶγμ' ἐστὶν ὠφελὸς γυνή. id eſt,

Superbare eſt mulier. *Pittacus.*

γυναικὸς ἄρχε. id eſt, Mulieri impera.

Plautus in Aſinaria.

Satis dicacula eſt amatrix, lingua poſcit, corpus q̃rit, aĩus orat, res monet. *Plautus in Caſſina.*

Nõ matronarũ par eſt officiũ, ſed meretricũ uiris alienis ſubblandiri. *Plautus in Muſtel.*

Mulier q̃ ſuã ætatẽ ſpnit, ſpeculo eluſa è. Mulier recte olet, ubi nihil olet. Nã iſtæ ueteres q̃ ſe unguentis unctitãt uetulæ, edẽtulæ, quæ uitia corporis fuco occultãt, ubi ſeſe ſudor cũ unguẽ eis conſociauit, illico itidem olent, quaſi una cũ multa iura confundit coquus. *Ibidem.*

Purpura ætate occulcãda eſt. Aurũ turpi mulie

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ri,pulchra mulier nuda erit, q̃ purpurata pulchrior, Poſtea ne quicquam exornata eſt bene, ſi morata eſt male. *Ibidem.*

Aedes plenas cõuiuarum & mulierum miſerum eſt opus. *Plautus in Perſa.*

Omnes ſunt lenæ leui fide. Neq; ſtipulæ leui? pondus eſt, quàm fides lenonia. *Ibidem.*

Virgo atq; mulier nulla erit, quin ſit mala quę reciter, ſi quid peruerſæ fieri uidet.

Idem in Rudente.

Tacita mulier eſt bona ſemper, quàm loquẽs.

Idem in Sticho.

Qui poteſt mulieres uitare, uitet: ut q̃tidie pridie caueat ne faciat quod pigeat poſtridie.

Plautus in milite glorioſo.

Quid muliere peius atq; audatius? Nãneq; eques neq; pedes p̃fectus quiſq; eſt tãta audacia.

Plautus in Mercatore.

Nulla mulier eſt bona. *Ibidem.*

E Caſtor lege dura uiuunt mulieres multoq; inigores miſere q̃ uiri. Nã ſi uir ſortũ duxerit clã uxore ſua, id ſi reſciuit uxor, impune ẽ uiro. Si clam domo egreſſa eſt foras ſit cauſa, exigit matrimonio. *Plautus in Pœnula.*

Bono ingenio me eſſe ornatã, quã auro multo malo. *Ibidem.*

Multa ſunt mulierũ uitia, ſed hoc ẽ multis maximũ eſt, cũ ſibi nimis placent, nimisq; operam dant, ut placeant uiris. *Plautus in Bacchide.*

Miſerius nihil eſt, quàm mulier. *Ibidem.*

Viſus merus meretricũ eſt blanditias. *Ibidem.*

Iuuenili ętati nõ cõducit mulier, nec latebroſus locus. *Ibidem.*

Iſthoc illecebroſi? fieri nil poteſt, nox, mulier, uinũ, hoc adoleſcentulo. *Plaut. in Manechmis.*

Meretrix tãtiſper blandit, dũ illud q̃ rapiat uidet. *Terent. in Heautontimerumenon.*

Noſtin mores mulierum: Dum moliunt, dũ comant, annus eſt. *Terentius comœdia 5.*

Oẽs mulieres eadem q̃ ſtudent, uoluntq; oĩa.

Ibidem.

Itaq; adeo uno animo oẽs ſocrus oderunt nurus, uiris eſſe aduerſas æque ſtudiũ eſt, ſimilis pti nacia eſt. In eodem mihi uidentur omnes ludo doctæ ad malitiam. *Ibidem.*

Cenſes ne te poſſe reperire ullam mulierẽ q̃ careat culpa? *Ibidem.*

Mulier mulieri magis congruit.

Virgilius lib. 4. Aeneidos.

-Varium & mutabile ſemper
Fœmina *Virgilius libro 6. Aeneidos.*
Notumq; furens quid fœmina poſſis.

Ouidius Metamorph libro 10. fabula 8.

Viderat offenſus uitijs, quæ plurima menti
Fœmineæ natura dedit.

Ouidius Amoris libro 1. elegia 2.

Aut ſi ruſticitas non uetat, ipſa rogat.

Idem libro 2. Elegia 15.

Verba puellarum foliis leuiora caducis
Irritaq; ut uiſum eſt uentus & aura ferum.

Ouidius libro 1. Artis Amandi.

Spectatum ueniunt, ueniunt ſpectentur ut ipſæ
Inuenit artem. *bidem.*

Fœmina qua cupidi carpar amantisopes. *Ibidem.*
Fallite fallentes, ex magna parte prophanum.
Sunt genus in laqueos quos poſuere cadant. *Ibidem.*
Vim licet apelles grata eſt uis iſta puellis.
Quod iuuat inuitæ ſæpe dediſſe uolunt.

Ouidius libro 2. Artis amandi.

Illæ munditijs annorum damna rependunt,
Et faciunt cura ne uideantur anus.

Ibidem libro 3.

Cura dabit faciem. facies neglecta peribit,
Idaliæ ſimilis ſit licet illa deæ. *Ibidem.*
Fœmina caniciem germanis inficit herbis,
Et melior uero quæritur arte color.
Fœmina procedit denſiſſima crinibus emptis,
Proq; ſuis alios efficit ære ſuos. *Ibidem*
Scitis & inducta candorum quærere cera,
Sanguine quæ uero non rubet.
Rare tamen menda facies caret, occule mendas.
Quaq; poteſt uitium corporis abde tui. *Ibidem.*
Cui grauis oris odor, nunquam ieiuna loquatur,
Et ſemper ſpatio diſtet ab ore uiri. *Ibidem.*
Quo non ars penetrat, diſcunt lachrymare decenter,
Quoq; uolunt plorant tempore quoq; modo. *Ibid.*
Non nimium uobis formoſa ancilla miniſtret,
Sæpe uicem dominæ præbuit illa mihi. *Ibidem.*
Nil igitur matrona leget, quæ carmine ab omni,
Ad delinquendum doctior eſſe poteſt.

Ouidius epiſtola Herus ad Leandrum.

Vt corpus teneris, ſic mens infirma puellis.

Propertius libro 2. Elegia 6.

Nam nihil inuitæ triſtis cuſtodia prodeſt,
Quam peccare pudet Cynthia, tuta ſat eſt.

Propertius libro 2. Elegia 8.

Sed uobis facile eſt uerba & componere fraudis,
Hoc unum didicit fœmina ſemper opus.
Non ſic incerto mutantur flumine Syrtes,
Nec folia hyberno iam tremefacta noto.
Quam cito fœminea non conſtat fœdus in ira,
Siue ea cauſa grauis ſiue ea cauſa leuis.

Idem Elegia 12.

Formoſis leuitas ſemper amica fuit.

Propertius libro 3. Elegia 18.

Obiſcitur totiens a te mihi noſtra libido.
(Crede mihi) uobis imperat illa magis.
Vos ubi contempti rupiſtis frena pudoris,
Neſcitis captæ mentis habere modum.

Tibullus libro 1. Elegia 9.

Tu procul hinc abſis, cui formam uendere cura eſt
Et pretium plena grande referre manu.

Tibullus libro 3. Elegia 4.

Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen:
Ah pereat didicit fallere ſi qua uirum.

Catullus Elegia 6.

Dicit, ſed mulier cupido quod dicit amanti
In uento & rapidu ſcribere oportet aqua.

Martialis epigram. libro 6. de Thaide.

Omnia cum fecit Thaida Thais olet. *Idem lib. 2.*
Scire ſuos fines matrona, & fœmina debet.

Iuuenalis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Iuuenalis Satyra 6.

Quid? quod & antiquis uxor de moribus illi
Quæritur, o medici mediam pertundite uenam
Delicias hominis Tarpeium limen adora
Pronus, & auratam Iunoni cæde iuuencam,
Si tibi contigerit capitis matrona pudici. *Ibidem.*
-Iusta pericli
Si ratio est, & honesta, timent, pauidoq; gelantur
Pectore, nec tremulis possunt insistere plantis.
Fortem animum præstant rebus quas turpiter audent.
Si iubeat coniunx, durum est conscendere nauim:
Tunc sentina grauis, tunc summus uertitur aer.
Quæ mechum sequitur stomacho ualet, illa maritum
Commouit, hæc inter nautas, & prandet, & errat
Per puppim, & duros gaudet tractare rudentes.
Ibidem.
-Faciunt grauiora coactæ
Imperio sexus. minimumq; libidine peccant. *Ibidem.*
Scilicet expectas, ut tradat mater honestos
Aut alios mores quam quos habet? *Ibidem.*
Nulla fere causa est in qua non fœmina litem
Mouerit. *Ibidem.*
Quæ fugit a sexu, uires amat hæc tamen ipsa
Vir nollet fieri, nam quantula nostra uoluptas? *Ibid.*
Nihil est audacius illis.
Deprensis, iram atq; animos a crimine sumunt. *Ibidem.*
Iam fas est admitte uiros dormitat adulter.
Illa iubet sumpto iuuenem properare cucullo.
Si nihil est seris incurritur, abstuleris spem
Seruorum, ueniet conductus aquarius, hic si
Quæritur & desunt homines, mora nulla per ipsam
Quo minus imposito clunem summittat escllo. *Ibidem.*
Iamq; eadem summis pariter, minimisq; libido.
Nec melior pedibus silicem quæ conterit atrum,
Quam quæ longorum uehitur cernice Syrorũ. *Ibidem.*
Multis res angusta domi sed nulla pudorem
Paupertatis habet, nec se metitur ad illum,
Quem dedit hæc, posuitq; modum, tamen utile quid sit
Prospiciunt aliquando uiri frigusq; famemq;.
Formica tandem quidam expauere magistra.
Prodiga non sentit pereunt eu fœmina censum,
Ac uelut exhausta redituus pullullet arca
Nummus & ex pleno semper tollatur aceruo:
Non unquam reputant quanti sua gaudia constent.
Ibidem.
Intolerabilius nihil est quam fœmina dines. *Ibidem.*
Ad mœchum ueniet lota cute, quando uideri
Vult formosa domi. *Ibidem.*
Quæ non faciet quod principis uxor?
Dantes Florentinus.
per lei assai di la ui si comprehende,
Quanto in fœmina foco damor dura, *Id est,*
Per eam plurimum illic comprehenditur,
Quantum in fœmina ignis amoris durat.
Francis. Petrar. Soneto. 153.
Fœmina e cosa mobil per natura.
Vndio soben chuno amoroso stato
In cordi donna, piciol tempo dura. *Id est,*
Fœmina est res mobilis per naturam.
Vnde probe scio quod amabilis status
In corde mulieris breui durat tempore.

Idem Soneto. 227.

Charita de segnor, amor de donna,
Son le catenæ oue con multi affani
Ligato sum, per chio stesso mestrinse. *Id est,*
Charitas principis, & amor fœminæ,
Sunt catenæ quibus labore plurimo
Ligatus sum, quoniam meipsum implicui

MVLTILOQVVM græce Πολυλογία.as.ἡ. & πολυλόγος.ου.ὁ. multiloquus dicitur. Est autem multiloquiũ multitudo locutionis cũ superfluitate, uel præter utilitatẽ uel necessitatẽ. Et sic intelligit Prou. 10. In multiloquio nõ deerit pctm. Ex Ale. de Ales secũda secundæ tractatu de multiloquio.

Multiloquium est filia gulæ, sec. b. Tho. secũda secundæ q. 148. ar. 6. Quid aũt differat à scurrilitate, uide infra in Scurrilitas. Multiloquium etiam multiloquentia dici potest.

MVNDVS græce κοσμος. ου.ὁ. & κοσμικὸς. ου.ὁ. mundanus dicitur. Est autem mundus qui cõstat ex cœlo, terra & terrenis cœlestibusq; naturis, ut ait Possidonius in Meteoris. Siue qui constat ex diis & hominibus, ijsq; rebus, quę horum gratia conditæ sunt, ab ornatu q; dicit, quẽ græci κόσμον uocant. Est etiã mũdus ornatus muliebris, quasi munitus: quamuis alij à mouendo dictum uelint, quoniam mũdus id genus ornatus sit, quod sumũt mulieres ac deponunt. Mundum etiam neutro genere ueteres dixerunt. Luci. Legauit quidam uxori mundum omnem pernumq;. Hinc fit mũdus, à, um, hoc est purus, tersus, politus, à quo immundus, impurus, obscœnus. & mundo, & mundifico uerba, hoc est depuro, detergo. & munditia quæ & mũdities dicitur, hoc est, lautitia & contrarium eius immũditia uel immundities. & aduerbia munde & immunde. Mundus uero muliebris, ut placet Vlp. est quo mulier mundior fit, quo dicit contineri speculum, matulas, unguẽta, uasa unguentaria, & si qua similia: unguẽta uero gratia ualetudinis, mundo muliebri dicuntur non contineri.

Ioannes 1. Can. capite 2.

Nolite diligere mũdũ neq; ea q̃ in mũdo sunt. Si quis diligit mundũ, non est charitas patris in eo. Quoniam omne quod est in mundo, cõcupiscentia carnis est, & cõcupiscentia oculorũ, & superbia uitæ, q̃ non est ex patre, sed ex mundo est, & mundus transit & concupiscentia eius: qui autem facit uoluntatem dei manet in æternum.

August. de uerbis domini sermone 13.

Seculũ est quasi mare, unicuiq; aũt sua cupiditas est tempestas. Amas deũ, ambulas supra mare, sub pedibꝰ tuis est seculi tumor: amas seculũ, absorbet te, amatores suos uorare nouit, non portare: sed cũ fluctuat cor tuũ cupiditate, inuoca Christi diuinitatẽ, ut uincas tuã cupiditatem.

August. tractatu de contemptu mundi.

Si Chrus p te de cœlesti sede descẽdit, tu propter ipsum fuge terrena. Si dulcis est mũdus, dulcior est Chrus. Si amarus est mũdus, oĩa pro te sustinuit Christus. *Boet. de philo. conso. l. 2. prosa 7.*

Oẽm terrq; ambitũ, sicut astrologicis demonstrationi

ſtrationibus accepiſti, ad cæli ſpacium puncti conſtat obtineratione.i. ut ſi ad cæleſtis globi magnitudinem conferatur, nihil ſpacij prorſus habere iudicetur. Huius igitur tam exiguæ in mundo regionis quarta fere portio eſt, ſicut Ptolemæo teſtante didiciſti, quæ à nobis cognitis animantibus incolatur. Huic quartæ, ſi quantum maria paludesq; premunt, quantumq; ſiti uaſta noſtra regio diſtenditur cogitatione ſubtraxeris, uix anguſtiſſima inhabitandi hominibus area relinquitur. In hoc igitur minimo puncti puncto circunſepti atq; concluſi, de promulganda fama: & proferendo nomine cogitatis. Ad quid habet amplum magnificumq; gloria, tam exiguisq; liminibus arctata?

Cyprianus de 12. abuſionibus.

Mundi amor & dei, pariter in uno corde habitare nō poſſunt, quemadmodum oculi pariter cælum & terram nequaquam conſpiciunt.

Caſſiodorus ſuper Pſalm. 44.

Mare iuſte cōparatur hic mundus, quia falſitatibus amarus eſt, fluctib⁹ diabolicis quatitur, uitiorum tempeſtatibus commouetur.

Lactan. Firm. diui. inſti. lib. 7. cap. 5.

Is artificē rerum oīm, is uerum patrē ſuum debita ueneratione ꝓſequitur, q uirtutem maieſtatis eius de ſuoꝝ operum inuentiōe, inceptione, ꝓfectione metitur. Quod planius argumentum ꝓferri poteſt & mundum hoīs, & hoīem ſui cauſa deū feciſſe, q̄ q ex omnibus aīantibus ſolus ita formatus eſt, ut oculi eius ad cælū erecti, faciesad deū ſpectans, uultus cum ſuo parente coīſic, ut uideat hoīem deus, q̄ſi porrecta manu alleuatū ex humo ad contemplationē ſui excitaſſe.

Seneca ad Lucilium epiſtola 27.

Ideo nulli loco animum adiicere debemus, cum hac perſuaſione uiuendum. Non ſum uni angulo natus, patria mea totus eſt mundus.

Plato in Timæo.

Mundus à deo factus eſt. *Ibidem.*

Charitas dei cauſa fuit factionis mundi & originis omnium rerum.

Ariſtoteles libro 1. de cælo & mundo.

Non ſunt plures mundi, nec eſt poſſibile eſſe plures mundos. *Idem libro 8. Phyſicorum.*

Motus eſt æternus, mundus eſt æternus.

Idem de Generatione & corruptione.

Terra eſt frigida & ſicca, aq̄ frigida & humida, aer calidus & humidus, ignis calidus & ſiccus.

Cicero libro de Legibus.

Vniuerſus hic mundus una ciuitas cōmunis, deorum atq; hominum exiſtimanda eſt.

Idem libro 1. de Natura deorum.

Si nulla cauſa eſt cur mortalē fecerit mūdum, non quemadmodū Platonici dicunt ſempiternum. Ab utroq; aūt ſciſcitor, cur mundi ędificatores repente extiterint, innumerabilia aūt ſecula dormierint. Nō em̄ ſi mūdus nullus erat, ſecula nō erant: ſecula nunc dico, nō ea, q̄ dierum noctium⁹q; numero annus curſibus efficiunt. Nam fateor ea ſine mundi conuerſione effici non potuiſſe: ſed fuit q̄dam ab infinito tempore æterni tas, q̄ nulla circūſcriptio tēporis metiebat, ſpatio tm̄ qualis ea fuerit, intelligi nō poteſt, q̄ ne in cogitationē quidem cadit, ut fuerit tempus aliq̄d, nullum cū tempus eſſet. Iſto igit̄ tam immēſo ſpatio q̄ro Balbe cur Pronœa ueſtra ceſſaueꝛit, laborē vefugiebat? At iſte nec attingit deum, nec erāt ullus, cū oēs naturæ numini diuino cælum, ignes, terræ, maria parerent. Quid aūt erat, quod concupiſceret deus mundū ſignis & luminibus tanq̄ ædilis ornare, ſi ut deus ipſe melius habitaret antea, uidelicet tempore infinito in tenebris tanq̄ in gurguſtio habitauerit, poſt aūt uarietate ne eū delectari putamus, quia cælū & terra exornatas uidemus. Quæ iſta pōt eſſe oblectatio deoꝝ q̄ ſi eſſet, nō ea tam diu carere potuiſſet. An hęc ferè, ut dicitis hoīm cauſa à deo cōſtituta ſunt. Sapientūne? ꝓpter paucos ergo tanta eſt facta rerum molitio an ſtultoꝝ? At primum cauſa non fuit, cur de improbis bene mereretur. Deinde quidē aſſecutus, cum omnes ſtulti ſint, ſine dubio miſerrimi, maxim q̄ ſtulti ſunt. Miſerius enim ſtultitia quid dicere poſſumus?

Lucius Apuleius de dogmate Platonis.

Quid enim mundo præſtantius, lauda quā putas ſpeciem portio à te laudabitur mundi.

MVnus græce Δῶρον, dicitur. Et eſt rei alicuius donatio atq; honoris ſignum, ſecundum Ariſt. li. Rhet. Munus autē donum & præmiū (ut placet Donato) ſic differūt, q donū & munus tam ante factum, q̄ poſt factum datur, præmium non niſi poſt factum.

Donum uoluntariū eſt, p̄mium debeī. Donū diſs datur, munus hoībus, p̄mium uiris fortib⁹. Donum à liberali hoīe, prȩmium à prȩclaro. Inter donum & munus hoc intereſt, ſecundū eundem Donatum, q munꝰ eſt id q neceſſario ſubimus, lege, more, imperio eius, qui iubendi habet poteſtatem: donum q nulla neceſſitate iuris, ſed ſponte præſtatur & ſi non præſtatur nulla reprehenſio: & ſi præſtatur, plerunq; eſt laus.

Munus ut placet Varroni dicit̄, quia qui mutuo aīo ſunt, id dant officij gratia, nec à dono differt, niſi cum ꝓ metaphorā, uel ꝓ officio ponit̄, q̄n officia aut à principibus aut rebuspublicis muneris loco dari conſueuerunt, uel pro ludis, quiā principe populis, quaſi muneris loco exhibentur. A munus fit immunis, qui abſq; onere liber eſt, & immunitas exemptio ab onere. Hinc remunero, hoc eſt retribuo, redono, & munificus liberalis, quaſi munera large p̄bens & munificentia, liberalitas, & munifice, liberaliter.

Deuteronomij cap. 16.

Nō accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutāt uerba iuſtorum. *Prouerbiorum cap. 17.*

Munera de ſinu impius accipit, ut peruertat ſemitas iudicij.

Eccleſiaſtici cap. 20.

Xenia & dona excæcant oculos iudicum.

Eſaiæ cap. 1.

Omnes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Oēs diligunt munera, ſequuntur retributiones. *Idem cap. 5.*

Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti auferetis ab eo.

Ambroſius ſuper epiſtolam ad Corinth. 1.

Libertatē arguendi amittit, & peccat, qui ab eo accipit, qui ideo dat, ne corrigatur. *ibidem*

Munera excæcant oculos iudicum, & uim authoritatis iuclinant.

Gregorius in tractatu de euange. & habetur 1. q. 1. Sunt nonnulli.

Cum uirū iuſtum propheta deſcriberet, ait: Beatus qui excutit manus ſuas ab oñi munere, non dixit ſolum à munere, ſed ab oñi munere: quia aliud eſt munus ab obſcgo, aliud à manu, aliud à lingua. Munus ab obſego eſt ſeruitus indebite impenſa, munus à manu pecunia eſt, munus à lingua furor. *idem libro 12. Moralium.*

Non Abel ex muneribus, ſed ex Abel munera oblata placuerunt.

Ioannes Chryſoſt. in tractatu de ſymbolo.

Quis nō erubeſcat dicere, quid mihi dabis, ut tibi iuſtitiam faciam? Nonne ſimile eſt ac ſi dicatur, quid mihi uultis dare, ut meipſum abnegē, officium perdam, & deum uendam? *ibidem.*

Quo beatus Eugenius munera cautius abigebat, ad eum undiq; multiplicius confluebant. Hoc quoque fere ubiq; accidit, ut fugiant, dum quæruntur: dum fugantur, accelerent.

Iſidorus libro 1. de ſummo bono.

Tres ſunt muneꝝ acceptiones, quibus cōtra iuſtitiā humana uanitas militat: fauor amicitiarū, adulatio laudis, & corporalis acceptio muneris. Facilius autem peruertitur animus rei corporeæ munere, q̄ gratiæ laudis q̄ fauore.

Iſidorus & habetur 11. q. 1. Pauper.

Pauper dum nō habet q̄ offerat in iudicio, nō ſolum audiri contemnitur, ſed etiam contra ueritatem opprimit. Cito uiolat auro iuſtitia, nullamq; rem ptimeſcit culpā, quam redimere nūmis exiſtimat. *Cicero lib. 2. de legibus.*

Donis impij ne placare quidē audeant deos. Platonem audiant qui uetat dubitare q̄ ſit mēte futurus deus, cum uir nemo bonus ab improbo ſe donari uelit. *Periander.*

Δωροδόκῳ χρησμὸς. id eſt,
Suſcipe dona cum tua utilitate. *Homerus in Iliad.*
ὄυτοι ἀποβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. id eſt,
Non abijcienda ſunt deorum glorioſa dona.

Idem in Odyſſea.

οὐ γὰρ καλὸν ἀνήνασθαι δόσιν ἐστίν. id eſt
Non enim honeſtum negare donum eſt. *Heſiodus.*
καὶ δόμεν ὅσκεν δῷ, μὴ μὴ δόμεν ὅσκεν μὴ δῷ.
δώτῃ μέν τις ἔδοκεν, ἀδώτῃ δ' οὔτις ἔδωκεν. id eſt,
Da tibi qui dederit, qui non dederit tibi ne da.
Danti aliquis dedit, non danti non dedit ullus.

Menander.

κακὸν γὰρ ἀνδρὸς δῶρον οὐκ ἔχει. id eſt,
Mali enim uiri dona utilitatem non habent.

Euripides in Medea.

Πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς, λόγος. id eſt,
Perſuadere dona & deis, fama eſt.

Terentius comœdia 3.

Quam inique comparatum eſt, ut hi qui minus habent, ſemper addant aliquid ditioribus.

Ouidius epiſtola Oenones ad Paridem.

Turpiter ingenium munera corpus emunt.

Ouidius libro 3. Artis amandi.

Munera (crede mihi) placant homines q̄ deos q̄.
Placatur donis Iuppiter ipſe datis.
Quid faciet ſapiens? ſtultus quoq; munere gaudet:
Ipſe quoq; accepto munere mitis erit.

Martialis ad Emilianum.

Semper eris pauper ſi pauper es Emiliane.
Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus.

Martialis libro 9. ad Ruffinum.

Dum me captares mittebas munera nobis.
Poſtquam cœpiſti das mihi Ruffe nihil.
Vt captum teneas, capto quoq; munere mitte
De cauea fugiat ne male paſtus aper.

De hac materia uide ſupra in Donum. & in Liberalitas.

MVRmuratio græce γογγυσιμὸς. u. δ. & γογγύζω murmuro & γογγυσιτὴς. u. δ. murmurator dicitur. Eſt aūt murmuratio oblocutio indebito modo facta cōtra deū, uel factū alicuius.

Murmuratio eſt quædam querela cum impatientia in his quæ homo deberet patiēter ferre, ſecundum poſtillam quandam ſuper illud Sapientiæ 1. Cuſtodite uos à murmuratione.

Murmuro uerbū factitiū eſt, ꝓprieq; de aqua dicit: Murmur enim lenis aquæ ſtrepitus appellatur, ponitur tñ pro quocunq; ſtrepitu. Accipit plerunq; murmuro pro eo quod eſt ſecreto obloquor & maledico, unde murmurator, murmuratio, murmurabundus deſcendunt.

Prouerbiorum cap. 6.

Sex ſunt quæ odit dñs, & ſeptimū deteſtatur anima eius. Oculos ſublimes, linguā mendacē, manus effundentes innoxiū ſanguinē, cor machinans cogitatiōes peſſimas, pedes ueloces ad currendū in malū, proferentē mendacia, teſtem fallacē, & eū q ſeminat inter fratres diſcordias.

Prouerbiorum cap. 26.

Sufurrone ſubtracto iurgia conquieſcunt.

Auguſtinus ſuper Ioannem.

De nulla re magis deū offendiſſe ille populus Iudaicus dicitur, q̄ contra deū murmurando.

Gregorius in Moralibus.

Qui contra ſuprapoſitam ſibi poteſtatē murmurat, liquet quod illum redarguit, qui eādem poteſtatem homini dedit.

Ibidem.

Quiſquis pro peccato percutit, niſi murmurando renitatur, eo ipſo iam iuſtus eſſe inchoat, quo ferientis iuſtitiam non accuſat.

Iſidorus libro 3. de ſummo bono.

Diſcat non murmurare qui mala patitur, etiam ſi ignorat cur mala patitur. Per hoc quiſq; ſe iuſte pati arbitretur, quia ab illo iudicatur, cuius nunq; iniuſta iudicia ſunt.

Muſica græca dictio eſt, μουσικὴ. ῆ. ſ. & μουσικὸς, οῦ. ſ. muſicus dicitur. Eſt autem muſica peritia modulationis ſono cantuque conſtitens. Tria ſunt genera

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

genera quæ circa artē muſicam uerſant. Vnum genus eſt quod inſtrumentis agitur, aliud quod fingit carmina, tertiū quod opus carmenq; dijudicat. Secūdum genus profecto poetarum eſt, quod non potius ſpeculatione ac ratione q̄ naturali inſtrumento ferē, ſecundum Alpharab.

Mutatio græce μεταβολὴ ῆς. ἡ. & μεταβολικος. ἡ. ὸν. mutabilis dicitur. Eſt autem mutatio quæ eſt in eadem ſpecie alteratio in magis & minus, ſecundum Ariſtotelem libro 5. Phyſicorum.

Mutatū eſſe eſt pars motus diſcreti, & terminus motus cōtinui, ſecun. b. Tho. 1. p. q. 53. ar. 2.

Mutare à quo ſupradicta ueniunt, proprie eſt transferre. Varro Fac ut te aliquo loco cum omni familia mutes. Item uariare, unde mutare animum, mutare ſententiam dicimus. A mutuo fit mutabile, quod facile mutatur. Vir. Varium & mutabile ſemper fœmina. Item immutabile quod nullo modo mouetur ac flectitur; commuto pariter ſimul muto, inde commutabile: uerum commutare uerba eſt litigare. Terentius: Nunq̄ hodie tecum commutaturum patrem unum eſſe uerbū. Ita permuto, permutabile hinc ueniunt.

Mutuatio græce λάνϛομαι. κτ. ἡ. & λανϛάω mutuo dicitur. Mutui datio dicit ab eo, quod de meo fit tuum, & ideo ſi non fiat tuum, non naſcitur obligatio. Mutuum dare eſt mutuare: mutuum damus, ut Paulus iuriſconſultus inquit, nō eandem ſpeciem recepturi quam dedimus, hoc ēm commodatum aut depoſitum eſt, ſed idem genus: nam ſi aliud gen? ueluti pro tritico uinum recipiamus, non erit mutuum. Mutui datio in his rebus eſt, quæ pondere, numero, menſura ve conſiſtunt, quoniam in his non idem ſpecie redditur, ſed genere, cum in cæteris rebus aliud pro alio inuito creditore reddi non poſſit: mutuatio autem eſt actus ipſe mutuandi.

Mutuū à fœnore ſic ſeparat Marcellus, q̄ mutuū ſine uſuris, fœnus eſt cū uſuris. Plau. Nam ſi mutuo non potero, certū eſt ſumam fœnore.

Mutuo & mutuor ita differunt, quod qui pecuniam dat mutuo, is mutuare dicitur; qui uero accipit, is pecuniam mutuatur. Mutuus. a. um. pro uicario accipitur. Apuleius: Mutuam tibi operam præſtiti. Idem: Fac me mutuo diligas, hoc eſt uiciſſim ames. Venit autem mutuo aduerbium à mutuus.

Nanus græca dictio eſt, νάνος. ὁ. Sūt autē nani homines paruulæ ſtaturæ, paululūq; ſupra terram exeantes, hos Latini pomilios ſiue pomiliones uocant, & fœminas pomilias. Pomilionesgræci uocant nanos, quoniam illi nanum uas aquarium uocant, humile & concauum, quod uulgo ſitulum barbatum appellāt. Hinc mala nana dicūtur, quę alio nomine melimela nana uocantur, q̄ ſint mellei ſaporis, nana autē ab arboris paruitate. Eadem muſtea à nonnullis appellantur, à naſcendi celeritate, prima enim proueniunt.

Naris græce ῥὶς. ῥινός. ἡ. dicitur, & ideo dicitur naris, quia per eam odor uel ſpiritus nare non deſinit, ſecundum Lactantium de opificio dei.

Natura græce φύσις. εως. ἡ. & φυσικός. ἡ. ὸν. naturalis dicitur. Eſt autem natura principium, & cauſa motus & quietis in eo, in quo eſt p̄ ſe, & non ſecundum accidens, ſecundum Ariſtotelem libro 1. Phyſicorum.

Natura dicitur à naſcendo, ſecūdum b. Tho. prima parte q. 29. art. 1. Ea enim facit naſci omnia. Natura interdum ponitur pro ui, unde herbarum arborumq; naturas dicimus: à natura fit naturale, quod eſt ſecundū naturam, & naturales filij dicūtur illegitimi, q̄ ſola natura nō coniugij lege ſint orti. Naturale eſt quod conuenit rei ſecundum ſubſtantiā eius, id eſt quod per ſe ineſt ei, ſecun. b. Tho. prima ſecun. q. 10. ar. 1.

Iacobus in epiſtola ca. 3.

Omnis enim natura beſtiarum & uolucrum & ſerpentium, & cæterorum dominantur, & domita ſunt à natura humana.

Aug. li. Confeſſ. & habetur. 23. q. 7. Flagitia.

Flagitia q̄ ſunt contra naturam, ubiq; & ſemper repudianda atq; punienda ſunt, quaſi Sodomitarū fuerunt, quæ ſi omnes gentes facerent eodem criminis reatu diuina lege tenerent, quę non ſic fecit homines, ut ſe illo uterentur modo. Violatur quippe ipſa ſocietas, quæ cū deo nobis eſſe debet, cum eadem natura cuius ipſe autor eſt, libidinis peruerſitate polluitur.

Aug. contra Iouin. & hab. 22. q. 7. Vſus.

Vſus naturalis & licitus eſt, ſicut in cōiugio, & illicitus ſicut in adulterio. Contra naturam uero ſemper illicitus, & proculdubio flagitioſior atq; turpior, quem ſanctus apoſtolus & in maſculis & fœminis arguebat, damnabiliores uolens intelligi, q̄ ſi in uſu naturali, uel adulterando, uel fornicando peccarent.

Auguſtinus libro de Patriarchis, & habetur 32 q. 7. Offerebat.

Offerebat ſanctus Loth filiarum pudorem, nam etſi illa quoq; flagitioſa impuritas erat, tamen minus erat ſecundū naturam coire, q̄ aduerſus naturam delinquere. Præferebat domus ſuæ uerecundiæ hoſpitalem gratiam, etiam apud barbaras gentes inuiolabilem.

Ambroſius libro de Ioſeph.

Vince naturam diligentia, exclude corporis ſomnum, naturam nobis formare non poſſumus, poſſumus diligentia.

Caſſiodo. epiſt. lib. 4 epiſto. 38.

Repugnante natura, quęlibet cedit induſtria.

Boetius de Philoſophica conſolatione lib. 1.

Paucis minimisq; natura contenta eſt.

Idem libro 2.

Celſa non tandem ualuit poteſtas,
Vertere praui rabiem Neronis.

Idem libro 3. proſa 11.

Dat cuiq; natura quod conuenit, & ne dum manere poſſunt intereant, elaborat.

Ibidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Iam uero quanta eſt naturæ diligentia, ut cũ ex ta ſemine multiplicato propagentur, quæ omnia non modo ad tempus manendi, uerum generatim quoq; quaſi in perpetuũ permanendi ueluti quaſdam machinas eſſe quis neſciat?

Seneca libro de Ira.

Naturam mutare difficile eſt.

Seneca ad Lucilium epiſtola 2.

Nulla ſapientia naturalia corporis aut animi uitia deponuntur, quicquid infixum & ingenitum eſt, leuiter arte non uincitur.

Seneca ad Lucilium.

Tenenda eſt uia, cui natura præſcripſit, nec ab illa declinandũ. Illam ſequentibus omnia facilia & expedita ſunt; contra illã uiuentibus non alia uita eſt, cui contra aquam nauigantibus.

Seneca de beneficijs.

Omnibus enim natura fundamenta dedit ſed mentẽq; uirtutum. *Ibidem.*

Inſita ſunt oĩm artium nobis ſemina, magiſterio ex occulto deus producit ingenia, natura inquit, hoc mihi præſtat, nõ intelligis te cum diis mutare nomen deo. Quid enim eſt aliud natura cui deus & diuina ratio, toti mundo partibusq; eius inſerta? Ergo nihil agis ingratiſſime mortalium, qui te negas deo debere, ſed naturæ: quia nihil natura ſine deo eſt, nec deus ſine natura: quia idem eſt officio, nec diſtant officio.

Ariſtoteles libro 2. Metaphy.

Sicut ſe habet oculus nycticoracis ad lumen diei, ſic ſe habet animæ noſtræ intellectus ad manifeſtiſſima naturæ. *Ibidem.*

Natura agit propter finem.

Idem libro 1. de cælo & mundo.

Deus & natura nihil faciunt fruſtra.

Idem libro 2. de cælo & mundo.

Natura ex impoſſibilibus ſemper facit quod optimum eſt. *Ibidem.*

Natura nihil irrationabiliter uel fruſtra facit.

Ibidem.

Mirabilia naturæ multa ſunt.

Idem libro 2. de generatione & corruptione.

Natura ſemper deſiderat, quod melius eſt.

Idem libro 3. de Anima.

Natura nihil facit fruſtra, nec deficit in neceſſarijs, nec abundat in ſuperfluis.

Idem de Reſpiratione & expiratione.

Naturam nihil uidemus fruſtra facere.

Idem libro 8 de Animalibus.

Natura dat unicuiq; ꝙd ſibi conueniens eſt.

Idem libeo 15.

Infinitũ natura reſpuit. *Ibidem lib. 16.*

Natura eſt ſicut rectificator & rector.

Idem libro 17. de Animalibus.

Omne ꝙd facit natura, eſt ſecundũ ordinem.

Ariſtotelis libro 1. Ethicorum.

Ratio uel natura ſemp deprecat ad optima.

Idem lib. 3. Ethicorum.

In naturalibus deſiderijs pauci peccant.

Idem epiſt. ad Alexandrum.

Natura modicum petit, opinio immenſum.

Cicero libro 1. Tuſculanarum Quæſtionum.

Teneamus ut nihil cenſeamus eſſe malum, quod ſit à natura datum hominibus.

Idem libro 1. de Legibus.

Et quidem natura duce, errare nullo pacto poteſt. *Ibidem.*

Nec eſt quiſq; gentis ullius, qui ducem naturam nactus, ad uirtutem uenire non poſſit.

Idem libro 2. de Legibus.

Natura norma legis eſt.

Idem libro 1. de Natura deorum.

Non uides cui blanda conciliatrix, & cp ſolicita ſui ſit fœtus natura. *Ibidem.*

Itaq; nulla ars imitari ſolertiã naturæ poteſt.

Idem libro 2. de Natura deorum.

Zeno igitur naturam ſic diffinit, ut eam dicat eſſe ignem artificioſum ad gignendum progredientem uiam. *Ibidem.*

Natura à Zenone dicit conſulerix & prouida utilitatũ & opportunitatum oĩm. *Ibidem.*

Sequitur ut doceã oĩa ſubiecta naturæ, eaq; ab ea pulcherrime regi. Sed quid ſit ipſa natura explicandum eſt ante breuiter, quo facilius id quod docere uolumus intelligi poſſit. Nanque alij naturam eſſe cenſent uim quandam ſine ratione ſcientem motus in corporibus neceſſarios. Alij autem uim participem rationis atq; ordinis tanq; uiam progredientem declarãtemq; quod cuiuſq; rei cauſa efficiat, quid ſequat. Cuius ſolertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex conſequi poſſit imitando.

Cicero libro 2. de diuinatione.

An uero illa nos terrent, ſi quãdo aliqua portentoſa, aut ex pecude, aut ex hoĩe nata dicunjtur, quorum oĩm, ne fim longior, una ratio eſt. Quicquid eñ oritur qualecunq; eſt, cauſa comprehendit à natura neceſſe eſt, ut iam ſi præter conſuetudinem extiterit, præter naturam tamen non poſſit exiſtere. *Cicero de Senectute.*

Vt nauem & ædificiũ idem deſtruit facilime, qui ſtruxit, ſic hoĩem eadẽ optime quæ cõglutinauit, natura diſſoluit. *Ibidem.*

Omnia uero quæ ſecundum naturam fiunt, ſunt habenda in bonis.

Cicero Rhetoricorum nouorum lib. 4.

Docet nos ipſa natura quid oporteat fieri.

Menander.

ὁ λῦσα πάντα καὶ καμίζεται φύσις. id eſt,
Quæ dat omnia & colligit natura. *ibidem.*

ὁ φυσις ἁπάντων τῶν διαγμάτων κρατεῖ. id eſt,
Natura omnibus doctrinis imperat. *idem.*

ὁ φύσις ἑκάστου γὰρ γένους ἐστὶν πατρὶς. id eſt,
Natura uniuſcuiuſq; enim generis eſt patria. *idem.*

φύσιν πονηρὰν μεταβαλεῖν οὐ ῥᾴδιον. id eſt,
Naturam malam mutare non facile. *idem.*

ἤθη πονηρὰ τὴν φύσιν διαστρέφει. id eſt,
Mores mali naturam permutant.

Propertius libro 2. elegia 22.

Vnicuiq; dedit uitium natura creato.

Horatius in Arte poetica.

Tu nihil inuita dices, facies; q; Minerua.

Formas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum, iuuat aut impellit ad iram.
Horatius Sermonum lib. 2. Satyra 2.
Nam propriæ telluris herum natura, neq; illum
Nec me, nec quenquam statuit, nos expulit ille,
Illum aut nequities aut uafri inscitia iuris,
Postremum expellet, certe uiuacior hæres,
Nunc ager umbreni sub nomine nuper Ofelli
Dictus, erit nulli proprius, sed cedet in usum
Nunc mihi, nunc alij. *Ibidem.*
Naturam expelles furca, tamen usq; recurret.
Iuuenalis Satyra 14.
Nunq̃ aliud natura, aliud sapientia dicet.

NAufragium græce ναυάγιον. γ. ν. & ναυαγέω naufragor, & ναυηγός. ή. ό. naufragus dicitur. Est autem naufragium naue fracta rerũ & corporum submersio, quod plerunq; contingit casu fortuito propter uim tempestatis uel fulminis, dicitq; a nauis & frango Nauis nero & græce ναῦς. νεώς. νεός. dicitur: unde nauale, in quo naues stant seu fiunt, & nauus celer, cuius contrarium est ignauus, à quo ignauus desidia ipsa & ignaue aduerbium desidiose, & nauo uerbum, q̃ est strenue facio: & naumachia, id est, nauale prælium, a ναῦς nauis, & μαχή prælium: unde & monomachia singulare certamen, a μόνον solum, & μαχή pugna, de qua supra in dictione Monachus. A nauis pariter fit nauarc⁹, id est, nauis princeps, & nauclerum qui nauem regit, qui nauicularius dicitur: & nauigo, hoc est naui iter facio, & nauigium ipsa nauis, & nauigatio ipsa profectio, & nauicula parua nauis. Nauta siue nauita, qui in naui agenda se exercet. De aliquibus nauigationis instrumentis, uide supra in Militaris prudentia.

Plautus in Rudente.
Qui homo sese miserum & mendicum dolet,
Neptuno credat sese atq; ætatem suam.
Terentius Comœdia 4.
O fortunate nescis quid mali præterieris, qui nunq̃ ingressus es mare.
Horatius Carmin. libro 1. Ode 3.
Illi robur, & æs triplex,
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem,
Primus, nec timuit præcipitem Aphricum,
Decertantem aquilonibus.
Ibidem.
Ne quis q̃ deus abscidit,
Prudens oceano dissociabili
Terras, si tamen impiæ
Non tangenda rates, transiliunt uada.
Audax omnia perpeti,
Gens humana ruit, per uetitum nefas.
Iuuenalis Satyra 12.
I nunc & uentis animam committe, dolato
Confisus ligno, digitis a morte remotus.
Quattuor aut septem si sit latissima tæda,
Mox cum reticulis, & pane, & uentre lagenæ,
Aspice sumendas in tempestate secures.
Iuuenalis Satyra 14.
Parcat tunicis licet atq; laternis,
Curatoris eget, qui nauem mercibus implet
Ad summum latus, & tabula distinguitur una.

Necessitas siue necesse, græce ἀνάγκη. ης. ἡ. & ἀναγκαῖος. α. ον. necessarius dicitur. Est autem necessarium, quod non potest aliter se habere, secundum Aristot. lib. 4. Metaphy. Vel sic

Necesse est, q̃d ui aliqua cogẽte fieri opus est. Dicuntur autem necesse, necessum, necessarius, necessitas, necessitudo, à cesso, quod est ab opere uaco. Virg. Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra. Cesso uero à cedo uenit.

Necessitas & necessitudo eiusdem significati, modo pro ui quadã urgente accipiũtur, modo pro uinculo quodam religiosæ coniunctionis, à quo necessariĩ dicuntur, qui iure affinitatis cõiuncti sunt, quod nulla inter eos cessatio, hoc est separatio fit, uel quod necessaria inter eos officia conferantur. *Arist. lib. 1. Rhetorie.*

De necessariis & impossibilibus aliter se habere non cõsiliamur, sed de contingẽtibus quæ possunt aliter se habere, quæ in potestate nostra sunt. *Valerius Maximus lib. 2.*

Humanæ imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas.

Menander.
ὕστο τῆς ἀνάγκης πάντα δουλεύεται ταχύ: id est,
Pr̃ necessitate omnia rediguntur in seruitutem cito. *Idem.*
ὕστο τῆς ἀνάγκης πολλὰ ποιεῖμεν κακά: id est,
Præ necessitate multa facimus mala.

Negatio græce ἄρνησις. ήσ. ἡ. & ἀρνέομαι nego dicitur. Est aũt negatio enuntiatio alicuius ab aliquo, secundum Aristo. lib. 1. Periherme. Differt autẽ negatio à priuatione, quia negatio est remotio alicuius in subiecto apto nato ad illud, secundũ Arist. lib. 4. Metaphys. Dicitur autem negatio à non & ago, quando ponitur pro dico. Negare nihil aliud est, q̃ dicere aliquid non esse.

NEgotiatio græce πραγματεία. ή. & πραγματεύς. έως. ὁ. negociator, & πραγματεύομαι negotior dicitur.

Negociatores uidentur serui qui p̃positi sunt negotij exercendi causa, ueluti qui ad emendũ, aut ad locandum & conducendum præpositi sunt. Cubicularĩj autem uel obsonatores nõ uidentur negotiationis appellatione contineri, secundum Labeonem. Sunt igitur negociatores, qui in aliorum negotijs se exercent. Venit aũtem negotiatio & negotiator à negotium, illud uero dicitur quasi non otium.

Ecclesiastici cap. 13.
Qui tetigerit picẽ, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam.
Prouerbiorum cap. 23.
Noli esse amicus homini iracũdo, neq; ambules cum homini furioso, ne discas semitas eius.
Ioannes in Euangelio cap. 8.
Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.
Greg. lib. 5. Moral. sup illud Iob. 5. Non silui.
Silere est à terrenorum desiderijs cor restringere.
Ibidem super super illud Iob. 5. Non silui.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nequaq̃ mens ad ſuperna attollitur, ſi curarum tumultibus occupatur.

Grego. Mora. 17. *ſuper illud Iob 36. Ecce gigantes gemunt ſub aquis.*

Ipſa occupatio ſeculariũ dignitatũ facilioribꝰ uitijs tãto premit, q̃to maioribꝰ curis grauat.

Grego. Moralium 23. ſuper illud Iob, Per ſomnium in uiſione nocturna.

Cum mens ab actiõibus ſopitur, tunc pleniꝰ mandatorum dei pondus agnoſcitur.

Ibidem ſuper illud, Mare loquitur non eſt mecum.

Quid maris nomine, niſi ſecularium mentium inquietudo ſignatur?

Idem Mora. 25. ſuper illud Iob 35. Neq; in hominis poteſtate eſt, ut ad deum ueniat.

In his uiſibilibus cor noſtrum ſpargitur, & quid de ſe interius agatur obliuiſcitur.

Idem Moral. 26. ſuper illud Iob 35. Suſcipe cœlum & intuere.

Sparſis foris mentibus, ad ſeipſas redire difficile eſt. *Idem ſuper Ezech. hom. libro 1.*

Anima quanto magis circa terrena angitur, tanto in his quæ ſunt cœleſtia minus uidet, eo q̃ curis ſuis extra ſe ducitur. *Seneca lib. 3 de Ira.*

Quemadmodũ per frequentia urbis loca in multos incurſandũ eſt, & aliq̃n ab illis retineri, & luto ſpargi neceſſe eſt, ita & uago hoi multa impedimenta & multæ querelæ incidunt,

Seneca ad Lucilium epiſtola 7.

Auarior redeo, ambitioſior, luxurioſior, crudelior, inhumanior, quia inter homines fui.

Ibidem.

Nihil dãnoſius bonis moribus, q̃ in ſpectaculis reſidere qa tunc facilius uitia ſubrepunt.

Laert. Dioge. de uita & moribus philoſoph.

Age ſic alienum negocium, ut non obliuiſcaris tuum, dicebat Socrates.

De hac materia habes ſupra in Conuerſatio.

Negligentia græce ἀμέλεια, as. n. & ἀμελὴς, ές. ὁ. ἡ. negligens, & ἀμελέω negligo dicitur. Eſt autem negligẽtia defectus debitæ ſolicitudinis, ſecundum interiorem actum, ex b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 54. art. 1. Differt autem ſic à pigritia & torpore quod pigritia eſt tarditas in exequendis præceptis prudentiæ, torpor eſt remiſſio in executione poſtquàm quis ceperit.

Negligens dicitur quaſi nec eligens, ſecũdum Iſidorum, & b. Tho. ibidem art. 2.

Negligentia tunc eſt peccatũ mortale, qñ pretermittitur actus de neceſſitate ſalutis, uel circũſtantia eius. Vel cum uoluntas eſt adeo remiſſa in ijs quæ dei ſunt, ut totaliter deficiat à charitate dei, q̃ fit ſolum per contemptum, ſi ſecus, eſt ueniale. De hac materia habes ſupra ubi Accedia, & infra ubi Pigritia.

Neophytus græca dictio eſt, etenim νεόφυτος, η, ον: idem eſt quod nouella planta. Quare neophytus is dicitur, qui nouus eſt in fide, uel religione, ut habetur diſt. 48. ca. Quoniam.

Nix græce χιὼν, όνος. ὁ. & χιονὼδης, ες. ὁ. ἡ. niuoſus dicitur. Eſt autem nix aqua congelata, ſicut pruina eſt roſ congelatus, ſecundum beatum Thom. ſuper Iob cap. 38. colum. 7.

NObilitas græce εὐγένεια, as. n. & εὐγενὴς, ές. ὁ. ἡ. nobilis dicitur. Eſt autem nobilitas quædam maiorum claritas, ſecundum Ariſtotelem libro 2. Rhetoricorum.

Nobilitas eſt honorabilitas progeniorũ, nam attenditur ſecundũ uirtutẽ generis, ſc. Ariſt. ibi.

Nobilitas ſiue ingenuitas eſt uirtus & diuitiæ antiquæ, ſecundum Ariſt. li. 4 Politicorum.

Nobilitas eſt quædam laus ueniens de meritis parentum, ſecundum Boetium lib. 3. proſa 6. de Conſolatione philoſophiæ.

Nobile eſt id q̃ ex bono pdijt genere. Generoſum autem quod nõ à ſui natura declinauit.

Nobile aliqñ ſignificat excellens, & dignum notitia, aliquando ſignificat notũ, unde nobilitas deducitur, uenitq̃ à noſco, à q̃ notus cognitus, notitia cognitio, quæ & notitia dicit: & nobilifico notum facio. *Eccleſiaſtici cap. 10.*

Quid ſuperbis terra & cinis? *Iob 31.*

Nunquid non in utero fecit me, qui & illum?

Oſeas cap. 9.

Gloria eorum ab utero & partu.

Auguſt. & hab. 56. Vndecunq̃.

Vndecunq̃ hoies naſcantur, ſi parentum uitia non ſectantur, honeſti & ſalui erunt. Semen enim hominis ex qualicunq̃ homine, dei creatura eſt, & eo male utentibus male erit.

Auguſtinus & hab. ibidem ca Sponſus.

Spõſus ille qui uocaturus erat ad nuptias bonos & malos, congruens inuitatis, naſci etiã uoluit de bonis & malis. Quo exemplo diſcant parentum ſuoꝝ filij inigitates ſibi obeſſe nõ poſſe.

Augu. li. 2. de unico baptiſ. & ha. di. 56. Iſmael.

Iſmael ut ſepararet à populo dei, non obfuit mater ancilla, ſed obfuit fraterna diſcordia.

Hieron. & hab. diſtin. 56. Dominus noſter.

Dñs noſter Ieſus Chriſtus uoluit nõ ſolum de alienigenis commixtionibus, ſed etiam de adulterinis naſci, nobis magnam fiduciam præſtans, ut qualicunq̃ modo naſcamur, dum tamen ueſtigia eius imitemur, ab ipſius corpore non ſeparamur, cuius per fidem membra affecti ſumus.

Idem ad Celantiam.

Sola apud deum libertas eſt, non ſeruire peccatis: ſumma apud deum nobilitas eſt, clarũ eſſe uirtutibus. *Ibidem.*

Nullí te unq̃ de generis nobilitas p̃ponas nec obſcuriores quaslibet & humili loco natos tei inferiores putes. Neſcit religio noſtra perſonas, nec conditiones hominum, ſed animas inſpicit.

Ambroſius & hab. diſtin. 40. Illud.

Illud aũt animaduerte, q̃ extra paradiſum uir factus eſt, intra paradiſum mulier, ut aduertas q̃ nõ loci, gñis nobilitate, ſed uirtute unuſquiſq̃ gratiam cõparat ſibi. Denicq̃ extra paradiſum, hoc eſt in inferiori loco uir factus melior inuenitur, & illa quæ in meliori loco, hoc eſt in paradiſo facta eſt, inferior inuenitur.

Amb. Exa. in tract. 1. dici, & ha. 15. q. 1. Illa cauenda.

Cæterum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cęterum paupertatē & ignobilitatem, ægritudinem & morem, nemo ſapiens mala dixerit, nec in malorum ſorte numerauit.

Grego. & habetur diſt. 40. Adam.

Adam primus homo pro peccato de paradiſo eiectus eſt, hoc eſt, quia dei nobilitatem à ſe deiecit, nobilitate loci priuatus eſt.

Gregorius in dialogo 1. cap. 16.

Nōnullis ſolet nobilitas gñis parere ignobilitatem mētis, ut minus ſe in hoc mundo deſpiciant, qui plus ſe cæteris aliq̄d fuiſſe meminerunt

Ioan. Chry. ſup Mat. ho. 4. & ha. di. 56. Nunq̄.

Nunq̄ de uitijs erubeſcamus parentū, ſed illud unū quęramus, ſemp amplectamur uirtutē uidelicet, huiuſmodi etiā ſi alienigenam habet matrē etiā ſi fornicatione pollutā, uel quolibet huiuſmodi dedecore ſordidatam, nil tñ de eius aut utilitate fuſcabitur, aut crimine polluetur. Quod ſi fornicatorē ipſum ad meliora conuerſum nequaq̄ prior uita cōmaculat, multo magis ex meretrice natus, & adultera, ſi ppria uirtute decoretur, parentum ſuoꝝ nec dedecoratur opprobrijs. *idem homilia 5.*

Nobilitas uel bonitas cognatorum non ualet, niſi fuerimus nos ipſi boni.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum.

Ille clarus, ille ſublimis, ille nobilis, ille tunc integram nobilitatem ſuam putet, ſi dedigne/tur ſeruire uitijs, & ab eis non ſuperari.

Idem ſup illud Mat. 4. Patrem habemus Abraam.

Quid enim prodeſt ei quē ſordidant mores, gñatio clara? aut quid nocet generatio uilis, quē mores adornant? Ipſe enim ſe uacuum ab omnibus bonis oſtendit, qui gloriatur in partibus.

Bernardus ad Eugenium.

Genus apoſtolorum eſt non aliunde nobile, q̄ morum ingenuitate & fidei fortitudine.

Caſſiodorus epiſtolarum libro 9. epiſtola 8.

Doctrina facile exornat generoſum, quæ etiam ex obſcœno nobilem facit.

Boetius de philoſo. Conſolat. lib. 3. proſa 6.

Iam uero q̄ ſit inane, q̄ futile nobilitatis nomen quis non uideat? quæ ſi ad claritudinem refertur, aliena eſt. *Ibidem.*

Splendidum te, ſi tuam non habes, aliena claritudo non efficit.

Boetius de philoſo. Conſo. lib. 3. metro. 6.

Omne hominum genus terris
Simili ſurgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater eſt,
Vnus cuncta miniſtrat. *Ibidem.*
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen.
Quid genus & proauos ſtrepitis?
Si primordia ueſtra
Autoremq; deum ſpectes,
Nullus degener extat,
Ni uitijs peiora fouens,
Proprium deſerat ortum.

Seneca libro de Moribus.

Nobilitas eſt hominis generoſus animus.

Seneca epiſtola ad Lucilium 31.

Generoſos animos labor nutrit.

Idem ad Lucilium epiſtola 29.

Cum uolueris uerā hoīs æſtimationē uidere, & ſcire qualis ſit, nudum inſpice, deponat patrimoniū, deponat honores, & alia fortunæ mendacia. Corpus ipſum exuat, & animum intueare, qualis quantusq; ſit, alieno an ſuo magnus.

Idem ad Lucilium epiſtola 39.

Habet hoc proprium generoſus animus, q̄d concitat ad honeſta. Neminem excelſi ingenij uirum humilia delectant, & ſordida.

Idem libro de beneficijs.

Erigite audacter animos, & quicquid in medio ſordidi iacet, tranſilite: expectat uos in ſummo magna nobilitas.

Idem in Hercule furente. Tragœdia 1.

Qui genus laudat ſuum, aliena laudat.

Ariſtot. libro 1. Rhetoricorum.

Nobilitas ſingularis eſt, quæ à uiris aut mulieribus fit, propter diuitias, aut uirtutes, aut propter aliquid, propter quod aliquis honoratur.

Idem libro 2. Rhetoricorum.

Nobilitas ſiue nobile attenditur ſecundū uirtutem generis. *idem Ethicorum libro 4.*

Nobiles dignificantur honore.

Laert. Dioge. de uita & moribus philo.

Anacharſis exprobrāti ſibi Attico q̄ Scytha eſſet, ait nihil quidē ait probro eſt patria, ſed patriæ tu. *Plutarchus in Apophtegma.*

Iphicrates, quoniam cerdonis eſſet filius, ad Hermodium qui ſibi ignobilitatem exprobrauit: Meum, inquit, genus à meipſo initium ſumit, tuum autem in te finit.

Saluſtius in Iugurtha.

Quanto uita maiorum præclarior eſt, tanto poſteriorum ſecordia flagitioſior.

Lucius Apuleius de deo Socratis.

Si laudas aliquem, quia generoſus eſt, parentes eius laudas. *Menander.*

ἀνὴρ ἄριστος οὐκ ἂν εἴη δυσγενής. id eſt,

Vir optimus non utiq; eſſet ignobilis.

Sophocles in Aiace furente.

ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν ἢ καλῶς τεθνηκέναι τὸν
εὐγενῆ χρεών. id eſt,

Sed uel bene uiuere, uel bene mori
generoſum oportet. *idem.*

ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι. id eſt,

Viuere turpiter, turpe bene natis.

Ouidius lib. 3. Triſtium elegia 4.

Quo quiſq; eſt maior, magis eſt placabilis iræ,
Et faciles motus mens generoſa capit.
Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,
Pugna ſuum finem, cum tacet hoſtis habet.
At lupus & turpes inſtant morientibus urſi.
Et quæcunq; minor nobilitate fera eſt.

Ouidius lib. 13. Metamor. fabula 1.

Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra uoco.

Idem de Ponto lib. 1. elegia penult.

Non cenſus, nec clarum nomen auorum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sed probitas magnos ingeniumq; facit.
Horatius Carminum lib. 4. Ode 4.
Fortes creantur fortibus, & bonis
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus, neq; imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina sed uim promouet insita,
Rectiq; cultus pectora roborant,
Vtcunq; defecere mores,
Dedecorant bene nata culpæ.
Idem sermonum lib. 1. Satyra 6.
Non quia Mecœnas Lydorum quicquid Hetruscos
Incoluit fines, nemo generosior est te,
Nec quod auus tibi maternus fuit, atq; paternus,
Olim qui magnis regionibus imperarint,
Vt pleriq; solent, naso suspendens adunco
Ignotos, ut me Libertino patre natum,
Quem rodunt omnes Libertino patre natum,
Cum referre negas quali sit quisq; parente
Natus, dum ingenuus, persuades hoc tibi uere.
Horatius sermonum lib. satyra 5.
Est genus & uirtus, nisi cum re, uilior alga.
Horatius epistolarum lib. 1. epistola 21.
Maiores pennas nido extendisse loqueris,
Vt quantum demas, uirtutibus addas.
Propertius libro 1. elegia 5.
Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti,
Nescit amor priscis cedere imaginibus.
Iuuenalis satyra 8.
Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri pictos q; ostendere uultus
Maiorum? Ibidem.
Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ
Atria, nobilitas sola est atq; unica uirtus. Ibidem.
Quis enim generosum dixerit hunc, qui
Indignus genere, & præclaro nomine tantum
Insignis? nanum cuiusdam Atlanta uocamus,
Aethiopem cygnum paruam extortamq; puellam
Europen, canibus pigris, scabieq; uetusta
Leuibus, & siccæ lambentibus ora lucernæ
Nomen erit Tigris, pardus, leo, si quid adhuc est
Quod fremit in terris uiolentius. Ibidem.
-Sed te censeri laude tuorum
Pontice noluerim, sic ut nihil ipse futuræ
Laudis agas, miserum est aliorum incumbere famæ.
Ibidem.
Omne animi uitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior qui peccat, habetur.
Ibidem.
At uos Troiugenæ uobis ignoscitis, & quæ
Turpia cerdoni Volesos, Brutosq; decebũt. Ibidem.
Libera si dentur populo suffragia, quis tam
Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni.
Ibidem.
Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Aeacide similis, Vulcaniaq; arma capessas
Quam te Thersitæ similem producat Achilles.
Dantes Florent. paradisi canti. ca. 16.
O pocha nostra nobilitadi sangue.
Se gloriar te de la gente fai,
Quha giudoue laffecto nostro langue. id est,
O parua nostra nobilitas sanguinis,
Si gloriari te de gente compellis,
Illic ubi affectus noster languet.
Franciscus Petrarcha soneto 52.
Solo oue lo cra tra hoscheti & colli,
Vergogna hebbe di me: Chal cor gentile
Basta ben tanto, & altro spron non uolli. id est,
Solus ubi eram intra uirgulta & colles,
Erubui de meipso, nam cordi nobili
Idipsum efficit, nec alterum calcar expostulat.

NOcumentum græce βλάβη. ης. ἡ. & βλάπτω noceo dicitur, á noceo deducitur.
Prouerbiorum cap. 26.
Sicut noxius est q̃ mittit sagittas & lãceas in mortem, ita uir qui fraudulenter nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus dicet, ludẽs feci.
Augustinus super Ioannem.
Facinus est quod agit indomita cupiditas, ut noceat alteri.
Augustinus de cura agenda pro mortuis.
Nec aliquid nocet fidelibus, negata eorũ corporibus sepultura, nec si exhibeatur, aliquid infidelibus prodest.
Hieronymus epistola 8.
Quantũ ad peccati rõem pertinet, nocuit qui nocere disposuit. *Idem ad Celantiam.*
Aliud quoq; est nocere, quod semper potes, aliud prodesse cum possis, aliud non facere, aliud non operari bonum. Illud tibi rursus occurrit non sufficere Christiano, si unum partem iustitiæ impleat, cum utraq; præcipitur.
Iohannes Chrysost. de Reparatione lapsi.
Et si omnes qui mare & terram habitant, conueniant ad lædendum, nocere nequaq; poterũt ei, qui à semetipso non læditur.
Isidorus de summo bono libro 1.
Raro læditur homo ab extraneis, si sui eũ non lædant, magis enim insidijs nostrorum, quam aliorum periclitamur.
Bernardus in sermone.
Sed utinam soli impugnarent nos maligni spiritus cum suggestionibus suis, & nihil nocerent homines pernitiosis exemplis, persuasionibus importunis, sermonibus adulationis, uel detractionis, atq; alijs mille modis.
Seneca in epistolis.
Ridiculum est aliquem odio nocentis innocẽtiam suam perdere: insidiosissime nocet, cui gratiæ aguntur pro iniuria.
Lactantius Firmianus diuina. institut. lib. 5.
Homo qui scientiam boni ac mali habet, abstinet se à nocẽdo, etiã cum incõmodo suo, q̃d animal irrationale facere non potest, & ideo inter summas hominis uirtutes innocentia numeratur, quibus rebus apparet sapientissimum esse qui mauult perire q̃ noceat, utid officium quo à mutis discernitur, seruet.

NOtitia græce γνῶσις εως ἡ & γνωσόω ῶ notus & γνωρίζω notifico dicitur. Dicitur autem notitia quadrupliciter. s. natura, potẽtia, habitus & actus cognoscendi, ex beato Thoma col. 7.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uel 8. uel 6. 4. c. Paul. 2. ad Corint. cap. ult.

Ipſi uos probate, an non cognoſcatis uos metipſos. Aug. in princi. Soliloquio.

Nouerim te domine, nouerim me.

Aug. de ciuita. dei lib. 4.

Scientiã cœleſtiũ & terreſtriũ rerũ magis æſtimare ſolet genus humanũ, in qua profecto meliores ſunt, qui huic ſcientiæ præponunt noſſe ſeipſos. idem lib. 3. de Trinitate.

Laudabilior eſt aĩus cui nota ẽ infirmitas ſua, q̃ qui ea nõ reſpecta uias ſiderum ſcrutaĩ, etiam cogniturus eas, aut qui iam cognitas tenet.

Grego. ſup Ezech. lib. 1. hom. 11.

Sicut concuſſa aqua imaginem reſpiciẽtis nõ reddit, ſed ſolum cum eſt quieta, ſic anima non deprehendit ſe, niſi cum eſt quieta.

Gregorius Moralium ſuper illud Iob 24.

Perfodiunt in tenebris domos.

Quid domorum nomine, niſi conſcientiæ deſignantur, in quibus habitamus quæ contrectando agimus. Gregor. Moral. lib. 31.

Cognoſcere ſe nõ poteſt anima quæ tota apud ſe non eſt, & niſi etiam diuinæ luci apppinquet.

Bernardus ſup Cantica hom. 36.

Volo proinde animam primo omnium ſcire ſeipſam, quod poſtulat ordo rationis, quando quod nos ſumus primum nobis eſt. ibidem.

Superbiam tibi parit ignorantia tui, cum meliorem quam ſis decepta & deceptrix tua te cogitatio eſſe mentitur.

Bernardus ad fratres de monte.

Alia eſt cella interior, alia exterior: exterior eſt domus, ubi habitat anima cum corpore, interior conſcientia quam habitare debet ſpiritus ſanctus. Diligis cellam exteriorem, dilige potius interiorem.

Caſſiodorus ſuper Pſalm. Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum.

Magnus acceſſus ad deũ eſt cognitio infirmitatis ſuæ, locis corpora continenĩ, animi autẽ locus eſt affectio ſua. Magna eſt utilitas ſeruo dei propriam infirmitatẽ recognoſcere, atq; in ſuis uirtutibus & meritis nullam fiduciam habere.

Hugo lib. 1. de Clauſtro animæ.

Melior es ſi teipſũ cognoſcas, q̃ ſi te neglecto, curſus ſiderum, uires herbarum, complexiones hominum, naturas animalium, cœleſtium omnium & terreſtrium ſcientiam haberes. Multi enim multa ſciunt, & ſeipſos neſciunt, cum ſumma philoſophia ſit cognitio ſui.

Boetius de Philoſo. Conſolat. lib. 2. proſa. 5.

Humanæ quippe naturæ iſta cõditio eſt ut cũ cæteris rebus cum ſe cognoſcit, excellat: eadem tamen infra beſtias redigitur, ſi ſe noſſe deſierit. Nam cæteris animantibus ſeſe ignorare natura eſt, hominibus uero uitio uenit.

Pittacus & Chilon,
γνῶθι σεαυτὸν i. noſce teipſum. Iuuena. ſat. 11.
Figendum. & memori tractandum pectore ſiue
Coniugium quæras, uel ſacri in parte ſenatus
Eſſe uelis: nec enim loricam poſcit Achillis.
Therſites, in qua ſe traducebat Vlyſſes.
Ancipitem ſeu tu magno diſcrimine cauſam
Protegere affectas, te conſule, dic tibi quis ſis,
Orator uehemens, an Curtius, an Matho buccæ
Noſcenda eſt menſura tuæ ſpectandaq; rebus
In ſummis minimisq;. Perſius.
Tecũ habita, & noris q̃ ſit tibi curta ſuppellex. ibidẽ.
- Ne te quæſieris extra.

Nouacula græce ξυρὸν οὐ ὁ & κορωνίσ ὁσ ὁ tonſor dicitur. Et eſt culter raſorius, quod nouare, hoc eſt, nouum facere uideatur.

NQuerca græce μητρὸς ἀσὴ dicitur, & eſt ea quã quis liberis ſublatis, nouam uxorem ducit arcendæ familiæ gratia, ſecundum Pompeium. Dicitur autem quod noua à patre ſuperinducatur, ita & uitricus quaſi nouitricus, quod nouus ſuperinducatur à matre. Eſt enim mihi uitricus matris meæ uir.

Menander.
Δεινότερον δουλίου ἄλλο μητρὸς κακόν. id eſt,
Grauius nihil aliud nouerca malum.

Ex primo Epigrammaton.
μητρυιὰ πρόγονοι σὴν ἀεὶ κακὸν δούλῃ φιλοῦσαι
σώζουσιν, φαῦλ ἁρμαγωδεῖ κὴ ἱπολυτον. id eſt,
Nouercæ priuignis ſemper malum, neq; amantes
Saluant. Phædram inſpice & Hippolytum.

Ouidius lib. 1. Metamorph.
Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.

OBedientia græce πειθώ ὁσ, uel πειθάρχισσα & πειθήνιοσ ου ὁ obediens & πείθομαι obedio dicitur. Eſt autem obedientia uoluntatis ꝓpriq; ſubiectio, ſecũdum Ioannem Damaſcenum li. 3. cap. 4.

Obedientia hominis ad deum, eſt affectio uoluntatis coniunctæ deo, ſecundũ b. Anſel. Obedientia hoĩs ad hominem eſt debita reuerentia minoris ad maiorẽ. Obedio idem eſt q̃ pareo, & componitur ex ob & audio. Veteres etiam dicebant obaudio pro obedio.

Geneſis cap. 25.

Dixit dominus ad Iſaac: Tibi & ſemini tuo dabo uniuerſas regiones has. Spondens, complens iuramentum, quod ſpoſpondi Abraã patri tuo, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, daboq; poſteris tuis uniuerſas regiones has, & benedicentur in ſemine tuo oĩes gentes terræ, eo quod obedierit Abraam uoci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea, & cærimonias legesq; ſeruauerit.

Eccleſiaſt. cap. 8.

Qui cuſtodit præceptum, nõ experietur quicquam mali. Regum cap. 15.

Melior eſt obedientia, quàm uictimæ.

Prouerbiorum 21.

Vir obediens loquetur uictorias.

Paulus ad Epheſios cap. 6.

Serui obedire dominis carnalib⁹ cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis ueſtri, ſicut Chriſto, non ad oculũ ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed ut ſerui Chriſti facientes uoluntatem dei, ex animo cũ bona uoluntate ſeruientes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uiuentes, ſicut dño & non hominibus.

Paulus ad Coloſſenſes cap. 3.

Serui obedite dominis carnalibus per omnia, non ad oculũ ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis timentes dominũ. *Petrus epiſt. 1. cap. 1.*

Caſtigantes alias uias in obedientia charitatis.

Actuum apoſtolorum cap. 5.

Obedire oportet deo magis quàm hoibus.

Aug. & hab. 11 q. 4. ca. Non ſemper.

Non ſemper malum eſt, non obedire præcepto, cum dominus iubet ea quæ ſunt contraria deo, tunc ei obediendum non eſt.

idem, & hab. 11. q. 3. cap. Ita corporis. ꝯ. Qui reſiſtit.

Qui reſiſtit poteſtati, dei ordinatiõi reſiſtit, ſed qd ſi illud iubeat, quod non debeas facere? Hic ſane cõtemne poteſtatem, ipſos humanæ legũ gradus aduerte. Si aliquid iuſſerit curator, faciendum eſt, tamen ſi contra pconſul iubeat, non utiq; contemnis poteſtatẽ, ſed eligis maiori ſeruire, nec hinc debet minor iraſci, ſi maior prælatus eſt. Rurſus ſi ipſe conſul aliquid iubeat, & aliud iubeat imperator, uel ſi aliud iubeat imperator, & aliud deus quid iudicas? maior poteſtas deus. Da ueniam o imperator, tu carcerem, ille gehennam minatur. Hinc iam tibi aſſumẽda eſt fides tua, tanq; ſcutũ in quo poſſis oĩa ignea iacula inimici extinguere.

Aug. Donatiſtis & hab. ibidem cap. Imperatores.

Imperatores ſi in errore eſſent (q̃ abſit) & pro errore ſuo contra ueritatem leges darent per q̃s iuſti comprobarent & coronarentur, & non tñ faciendum q̃ illi iubent, quia deus prohibet: ſicut iuſſerat Nabuchodonoſor, ut aurea ſtatua adoraretur, quod qui facere noluerũt, deo talia prohibenti placuerunt. Quando aũt imperatores ueritatẽ tenent, pro ipſa contra errorẽ iubẽte q̃ quiſq; contempſerit, ipſe ſibi iudiciũ acquirit: nam inter homines pœnas luit, & apud deũ frõtem non habebit, quia hoc facere noluit, quod ei per cor regis ipſa ueritas iuſſit.

Aug. 2. Confeſs. & hab. diſt. 8. cap. Quæ contra.

Generale q̃ppe pactũ eſt ſocietatis humanæ obtemperare regibus ſuis, quanto magis deo regnatori uniuerſæ creaturæ ſuæ, ad ea q̃ iuſſerat ſine dubitatione ſeruiendum eſt? Sicut em̃ in poteſtatibus ſocietatis humanæ maior poteſtas minori ad obediendum præponitur, ita deus oĩbus. *Aug. de opere monachorum.*

Quid iniquius quàm uelle ſibi obtemperare à minoribus & nolle obtempere à maioribus.

Aug. in li. q Gen. & hab. 26. q. 5. ca. Eſt ordo.

Eſt ordo naturalis in hominibus ut ſeruiãt fœminæ uiris, & filij parentibus: quia in illis hæc iuſtitia eſt, ut maiori ſeruiat minor.

Hiero. in epi. ad Ephe. & hab. 11. q. 3. c. Si dominus.

Si dominus ea iubet quæ nõ ſunt aduerſa ſanctis ſcripturis, ſubijciatur domino ſeruus. Si uero contraria præcipit, magis obediat ſpiritus, quàm corporis domino.

Gregorius, & hab. 10. q. 3. cap. Quid ergo.

Quid ergo mirum ſi peccator hõ obedientiæ in p̃ſentis uitæ breuitate ſe ſubijcit, q̃n hanc mediator dei tenuit, & tenendã præcepit & cũ obedientes remunerat, non relinquit. Sciendum tñ eſt, nunc q̃ per obediẽtiam malũ fieri aliquãdo autẽ per obedientiã debet bonũ (q̃ agit) intermitti neq; in paradiſo arbor mala extitit, quam deꝰ homini ne cõtingeret interdixit, ſed ut melius per obedientię meritũ homo bñ conditus creſcerer. Dignum fuerat ut etiam à bono prohiberetur, quatenus tãto uerius hoc quod ageret uirtus eſſet, quanto & a bono ceſſans authori ſuo ſe humilem & ſubditum exhiberet.

Gregorius lib. 12. Moralium.

Obediẽtia nõ ſeruili metu, ſed charitatis affectu ſeruãda ẽ: nõ timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ.

Idem libro 35. Mora tractans illud: Melior eſt obedientia quam uictimæ.

Obediẽtia ſola uirtus eſt, quæ mẽti cæteras uirtutes inſerit, inſertas q̃ cuſtodit. Melior eſt obedientia q̃ uictimæ, obedientia uictimis iure p̃ponitur, quia per uictimas aliena caro, per obediẽtiam uero propria uoluntas mactatur.

Bernardus in ſermone de Epiphania.

Si uis eſſe ſapiens, eſto obediens, ſic enim ſcriptum eſt: Concupiſcis ſapientiam? ſerua mandata, & dominus dabit illam tibi.

Bernardus ſuper Cantica.

Bonus obediẽs dat ſuum uelle & ſuum nolle, ut poſſit dicere: Paratum cor meum deus, paratum cor meum, paratum quodcunq; præceperis facere paratum ad nutum citius obedire, Paratum tibi uacare, p̃ximis miniſtrare, meipſum cuſtodire, & in cœleſtium cõtemplatione requieſcere. Amabilis ſocijs, omnibus & officioſus, & nulli oneroſus, deuotus ad deum, benignꝰ ad proximum, ſobrius ad mũdum, domini ſeruus, proximi ſocius, mundi dominus. Superiora habet ad gaudium, æqualia ad conſortiũ, inferiora ad ſeruitiũ.

Bernardus de præcepto & diſpenſatione.

Perfecta obedientia legẽ neſcit, terminis non artatur: nec contenta anguſtijs profeſſionis largiori uolũtate fertur in latitudine charitatis, & ad omne quod iniungitur ſpontaneo uigore liberalis, alacriſq; animi motum non conſiderãs in infinitam libertatẽ extenditur.

ibidem.

Melius eſt obedire deo q̃ hominibus, & ipſis melius magiſtris quam diſcipulis. Porro in magiſtris melius noſtris quã extraneis, quibus autẽ melius conſtat obedire, ipſis proculdubio nõ obedire eſt deteſtabilius.

ibidem.

In obediendi ratione hæc generalis regula teneatur, ut in difficilioribus quidem agendis, obeditio quam præuaricatio grauior iudicet, & in facilioribus minusq; oneroſis contẽptus damnabilior æſtimetur.

ibidem.

Solum cenſeri fregiſſe uotum, uiolaſſe propoſitum,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſitum, præuaricaſſe pactum, qui & præceptum cõtempſerit & remedium. Nam illum ſane dico ſecurum, qui etiam ſi interdum obedire præterierit, conſilium non reſpuit pœnitentiæ.

Ibidem.

Si iubẽte ſeniore ut ſileã, uerbũ mihi forte per obliuionẽ elabit, reum me confitebor obedientiæ, ſed uenialiter. Si ex cõtemptu ſciens & deliberãs ſpõce in uerba prorupero, & rupero ſilentij legem, præuaricatorem me conſtituo, & crimina iter, & ſi impœnitens perſeuero uſque ad mortem, peccaui damnabiliter.

Leo Papa, & hab. 2. q. 6. cap. Qui ſcit.

Qui ſcit quibuſdã præpoſitũ, nõ moleſte ferat aliquẽ ſibi eſſe prælatũ, ſed obedientiã quã exegerit etiã ipſe rependat, & ſicut non uult grauis oneris ſarcinas ferre, ita non audeat alijs importabile onus imponere. Diſcipuli enim ſumus humilis & mitis magiſtri, dicentis: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.

Hugo de 12. abuſionibus.

Inobediẽtiæ morbus ex ſuperbiæ tumore procedẽs, ſicut ſanies ex ulcere, ſic ex ſuperbia contẽptus manat. Hoc aũt tribus modis mederi ſolet, uidelicet emplaſtro, unguento & ferro. i. exemplo boni operis, uerbo exhortationis, & diſciplina correctionis. Cum enim ulcus nõ emittit per confeſſionem ſaniem, uel ex cõmotione non permittit emundationem, reſtat ut ferrire/cipiat infuſionem. i. correctionem diſciplinæ.

Cyprianus de duodecim abuſionibus.

Sicut fructus nõ inuenit in arbore, in qua flos prius nõ apparuit, ſic in ſenectute honorem legitimum conſequi non poterit, qui in adoleſcentia diſciplinæ alicuius exercitatione non laborauit. Diſciplina igitur abſq; obedientia qualiter fieri poterit? Adoleſcens ergo ſine obedientia, adoleſcens ſine diſciplina eſt.

Homerus in Iliados, & ſunt uerba Neſtoris ad Achillem & Agamemn.

ἀλλὰ πίθεσθε καὶ ὔμμες, ἐπεὶ πιθέσθαι ἄμεινον.

Sed obedite & uos, quoniam obedire melius eſt.

Pythagoras.

πρᾶϋνε λόγοισι, ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι.

Mitibus pare ſermonibus, operibus conducibilibus.

Periander.

ἄρχοντι ἕπε — Id eſt, Principibus pare.
εἶκε μεγάλοισι. — Id eſt, cede magnis uiris. Pittacus.
νόμοισι πείθου. — Id eſt, Legibus pare.

Seneca Tragœdia 7

Aequum atq; iniquum regis imperium feras.

Plautus in Sticho.

Faciendum eſt id nobis, quod parentes imperant.

Virgilius in Bucolicis ægloga 5.

Tu maior, tibi me eſt æquum parere Menalcæ.

Virgilius Aeneidos libro 2.

Tu ne qua parentis.
Iuſſa time, neu præceptis parere recuſa.

Dantes Floren. paradiſi cant. 26.

Hor figliol mio, non il guſtar del legno
Fu per ſe la cagion di tanto exilio,
Ma ſolamentẽ il trapaſſar del ſegno. id eſt,

Nunc fili mi, non guſtatio ligni
Fuit per ſe cauſa tanti exilij,
Sed duntaxat tranſgreſſio ipſa ſigni.

Obiectus græce ὑποθετικὸν & ὑπόθεσις obiectio dicit. Eſt aũt obiectus oppoſitio cuiuſcunq; rei ac etiã uerborũ. Ita & obex, hoc eſt obiectio cuiuſcũq; rei. Virg. Intra ſe uaſti Proteus tegit obice ſaxi. Philoſophi tamen obiectum uocant, quicquid cerni poteſt, hoc eſt, quicquid oculis obijci tur, uel ſic. Obiectum non eſt materia ex qua, ſed eſt materia circa quam. Et obiectum habet rationem formæ inquantum dat ſpeciem, ſecũdum b. Tho. prima ſecundæ, q. 18. art 2. Ab obijcio, quod eſt oppono hæc deducuntur.

Obiurgatio græce λοιδορία ας ἡ & λοιδορέω obiurgio dicitur. Eſt autem obiurgatio idem quod reprehenſio, unde uero dicatur, uide ſupra in Iurgium.

Oblatio græce προσφορα ας ἡ & προσφέρω offero dicitur. Eſt autem oblatio omne quod exhibetur in cultu dei. Sacrificium uero ſi inde fiet aliquid ſacrum conſumendum, ſecundum beatum Tho. ſecunda ſecundæ, q. 85. artic. 3.

Obligatio græce λεσμός οῦ ὁ & λεσμοτης ου ὁ ligatus, & λεσμόω ligo dicitur. Eſt autem obligatio iuris uinculum, quo neceſſario aſtringimur ad aliquid dandum uel faciendum, ut habetur inſti. de ob. in princip.

Obligatio idem eſt quod deuinctio, unde obligatus & obligatio ueniunt.

Obliuio græce λήθη ης ἡ & ἐπιλανθάνομαι obliuiſcor dicitur. Eſt autem obliuio præteritorum aut futurorum laborum per laudem compoſitorum, aut componendorum uoluptuaria & uoluntaria, ac gratia iucunda q; prætermiſſio, omniumq; honeſtarum rerũ ignaua perditaq; negligentia. Hinc obliuioſus qui facile obliuiſcitur.

Oblocutio græce κακολογία ας ἡ & κακολογέω maledico dicitur. Quid autẽ ſit, & quomodo differat ab exprobratione, uide ſupra in Exprobratio.

Obſeruantia græce παρατήρησις εως ἡ & παρατηρέω obſeruo. Eſt autem obſeruantia per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodã & honore dignamur, ſecundum Ciceronem in Rhetoricis. Huius contrarium eſt deſpicientia inobſeruantiaq; cum quadam animi auerſione.

Obſeruantia eſt ſub pietate ſicut pietas ſub religione, & eſt uirtus ſpecialis, per quam honorãtur perſonæ in dignitate conſtitutæ, ex b. Tho. ſecunda ſecundæ, q. 80.

Obſeruare aliquãdo eſt callide aduertere. Terentius in Andria. Obſerues filium quid agat, quid cum illo conſilij capiat. Componitur autem ex ob & ſeruo, unde uenit aſſeruo, quod eſt cuſtodio.

Obſcuritas græce ζόφος ου ὁ & ζοφόω obſcuro dicitur, ueniuntque obſcuritas & obſcurus à cura, quod ea quæ lumine carent, curam nobis obijciant. Eſtque proprie obſcurum, quod eſt ſine

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eſt ſine lumine. Per methaphorā interdum pro ignobili ponitur, interdum pro tecto, latenti & abſcōdito, unde obſcuram orationem dicimus, uel obſcurū ſermonē, quod ænigma dicitur. Eſt em̄ ænigma quæſtio uerborū obſcuritate inuoluta ſecundum b. Tho. 2. Senten. diſt. 23. artic. 1. Vel ænigma eſt obſcura allegoria, ſecundum Quintil Eſt autem ænigma græca dictio αἴνιγμα τ⊙ τὸ & αἰνιγματικόσ⊙ ὁ ænigmaticus dicitur.

OBſtinatio græce ἀνθάλθεια σ⊙ς & ἀνθάλθησ⊙σ ὁ ſtinatus dicitur. Eſtq; pertinax, impudenter tenax, quaſi omnino tenax, ſecundum Iſiid. lib. Etymologi. Differunt tamen pertinax & perſeuerans: quia perſeuerans eſt quantum oportet pertinax uero plus quàm oportet.

Obſtinatus eſt ille qui perſiſtit in ratione peruerſa abſtinēs à bonis, ſicut continens proprie eſt q̄ perſiſtit in ratione recta à prauis concupiſcentijs abſtinens, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ, q. 155. art. 1. Ab obſtino uerbo quod ſignificat obſirmo, uenit obſtinatio, hoc eſt animi firmitas: & obſtinatus, obſirmatus.

Actuum apoſtolorum cap. 4.

Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.

Auguſt. libro 6. Confeſſionum.

Suſpirabā ligatus nō ferro alieno, ſed mea ferrea uolūtate: uelle meū tenebat inimicus, & inde funes mihi fecerat. Ex peruerſa em̄ uoluntate facta eſt cōſuetudo, & dū conſuetudini nō reſiſtitur, facta eſt neceſſitas. Quibuſdā annulis ſibimet annexis tenebar me ſtricte dura ſeruitus,

idem epiſtola ad Marcellum.

Intereſt inquantū & in quibus rebus erretur, et quàm facile ſi quis corrigat, uel quanta pertinacia ſuum deſendere conetur errorem.

Bernardus in epiſtola 252.

Ob hoc inflexibilis & obſtinatæ mētis malum punitur æternaliter, licet temporaliter ꝑpetratum, quia quod breue fuit tempore uel opere, longū eſſe cōſtat in pertinace uoluntate, ita ut ſi nunc̄ moreret, nunc̄ uelle peccare deſineret, imo ſemper uiuere uellet, ut ſemꝑ peccare poſſet. *Hugo de 12. abuſionibus*

Tres ſunt ſpecies obſtinatorū. Prima, eorū qui ex correctione proficiunt: ſecunda, eorū qui ex cōmonitione deteriores ſiunt: tertia, eorū qui emendationē promittūt, ſed non faciunt. Ex correctione Manaſſes factus eſt melior, Nabal ex cōmotione deterior, Pharao ex afflictione deterior. *Seneca in Prouerbijs.*

Tunc eſt cōſumata infœlicitas, ubi turpia non ſolū delectant, ſed etiam placent, & deſinit eſſe remedio locus, ubi quæ fuerant uitia, mores fiunt *Ariſtot. libro 1. Phyſicorum.*

Contra negantes prima principia non eſt diſputandum. *Cice libro. 1 de fin. bono. & malo.*

Nec cū iracūdia, aut pertinacia recte diſputari poteſt. *Valerius Maxim. libro 7.*

Inutiliter aliquid concupiſcere, & eo perſeueranter morari, exitio uicina ea dulcedo eſt.

Franciſ. Petrar. Cantil. 42 ſtantia. 3.

Che uo cangiando pelo
Ne cangiar poſſo obſtinata uoglia.

OCcaſio græce ἐφορμή ἤ⊙υ & καιρόσ⊙ὖ ὁ dicitur Eſt autem occaſio opportunitas tēporis caſu proueniens. Veniteꝑ ab occido penult. breui, quod modo ſignificat obuenio, ab ob, quod eſt circum, uel propter, & cado.

Occido etiam nonnunc̄ interimor ſignificat, unde occaſus, hoc eſt interitus. Aliquādo cado, unde ſol occidere dicitur, quia cadece uidetur dum mergitur, & occaſus ſolis ipſa merſio ſolis.

Phocylides.

καιρῷ λοιμίνδρ, μὴδ' ἀντιπνέϝρ ἀνέμοισι. id eſt,

Occaſioni obtempera, & noli ſpirare contra uentos. *Menander.*

ἅπαντα καιρῷ χάριν ἔχει τετυγμένα. id eſt,

Omnia tempeſtiue gratiam habent. *idem.*

καιρὸσ γάρ ἐσι τῶν νόμων κρέιττων πολύ. id eſt,

Occaſio em̄ eſt legibus potētior multo. *idem.*

καιρὸι δὲ καταλύουσι τὰσ τυραννίδας. id eſt,

Occaſiones aūt diſſoluūt tyrānides. *idem.*

καιρῷ τυχὸν γὰρ πτωχὸσ ἰσχύει μέγα. id eſt,

Occaſionē nactus enim pauꝑ pōt multū *idem.*

πολλῶν ὁ καιρὸσ γίγνεται παραίτι⊙ς. id eſt,

Multarum rerum occaſio eſt cauſa. *idem.*

πολλοῦσ⊙ ὁ καιρὸσ ἀνδρασ⊙ὐκ ὄντασ ποιεῖ. id eſt,

Multos occaſio uiros nō exiſtētes facit. *idem.*

τάχισ' ὁ καιρὸσ μεταφέρει τὰ πράγματα. id eſt,

Celerrime occaſio permutat res. *idem.*

τὸν καιρὸν ἔυχου πάντων θεῶν ἔχειν. id eſt,

Occaſionē precare ubiq; propitiā habere. *idem.*

ὠσμίκρ⊙ μικρόν ἐσιν ἦν καιρῷ λοθῇς. id eſt,

Quàm magnū paruū eſt in tēpore datū. *idem.*

ὥρα τὰ πάντα ϝ βίου κρίνει καλῶσ. id eſt,

Hora omnia uitæ iudicat pulchre.

Periander.

καιρὸν προσμένων. Id eſt, Occaſionem expecta.

OTioſitas græce ἀπραγμοσύνη σ⊙ῦ uel ϝασύνη κ⊙ῦ dicitur. Eſt aūt otioſitas cum q̄s quiete neceſſaria ſaluti corporis accepta uacat ab aliquo opere ſpirituali, uel corporali, & hæc eſt filia accediæ. Otium eſt uacatio à labore, cuius contrarium negotium eſt. Aliquando otium pro literario ſtudio capitur.

Prouerbiorum cap. 10.

Qui congregat in meſſe filius ſapiens eſt, qui autem ſtertit æſtate, filius confuſionis.

Eccleſiaſtici cap. 30.

Multam malitiam docuit otioſitas.

Eccleſiaſtici cap. 50.

Operamini opus ueſtrum ante tempus. Liudiē. *Ioannes in euangelio cap. 4.*

Me oportet operari dū dies eſt. *Idē c. 12.*

Ambulate dum lucem habetis.

Matthæus cap. 1.

Quid hic ſtatis tota die otioſi?

Paulus ad Theſſal. 2. cap. 4.

Qui non laborat, non manducet.

idem ad Ephe. cap. 5.

Videte quō caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes redimentes tempus.

Auguſt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Augustinus de Ciui. dei libro 19.

In otio non debet esse inera uacatio, sed aut inquisitio ueritatis aut inuentio,

Hieronymus libro 3. contra Rufinum, dicit sui esse sententiam Aristotelis.

Oneratis superponendū, deponentibus non cōmunicandū: id est, ad uirtutē incedentibus augenda præcepta, tradētes se otio relinquendos.

Hieron, epistola 17.

Non sufficit à malis esse otiosum, si quis fuerit à bonis otiosus. *ibidem.*

Occupandū est bonis rebus ingenium, & sanctæ conuersationis usus alius interendus.

Grego. Moral. 5. sup illud Thren. 1. Viderūt eam hostes, & deriserunt sabbathum eius.

Hostes sabbatha derident, cum maligni spiritus ipsi uacationis otia ad illicitas cogitationes pertrahunt.

Ioannes Chryso. sup Ioannem hom. 26.

Peruersi facti sumus ab otio.

ibidem.

Nam laborare nos corrumpere assuescit.

Seneca in epistola.

Quædam tempora nobis eripiunt, quædā subducuntur, quædam effluunt, turpissima animi iactura quæ per negligentiam fit.

ibidem.

Magna pars iam præterijt. Quicquid ætatis retro est, mors tenet, dum differtur, uita transcurrit. *ibidem.*

Omnia aliena sunt, tempus tantum nostrum est. *Seneca epistola 58.*

Otiosus non sibi uiuit, sed quod turpissimum est, uentri & somno. *ibidem.*

Ille non uiuit, qui nemini uiuit.

idem epistola 109.

Non dedit nobis natura tempus, ut aliquid ex eo uacet perdere.

Seneca in Prouerbijs.

Quies tibi non desidia sit, ut cum ab alijs luditur, tu sancti aliquid honestiq; tractabis.

Seneca Tragœdia 7.

Miserias lenit quies. *idem Trag. 8.*

Omnis nimium longa properanti mora est.

Seneca libro de Clementia.

Emollit otium uires, sicut rubigo ferrum;

ibidem.

Fax immota torpet ignem agitata restituit.

Aristoteles libro 4. Ethicorum.

Reges & ludus in uita uident esse necessaria.

Aristoteles libro 7. Ethicorum.

Maior est delectatio in quiete quàm in motu.

Aristo. libro 8. Politicorum.

Omnis laborans requie indiget.

Cicero libro 2. de natura deorum.

Mihi em̄ qui nihil agit, esse omnino nō uidetur. *Salustius in Iugurtha.*

Proditionū consilia per otiū ex loci opportunitate capiuntur. *ibidem.*

Etenim ignauia nemo immortalis factus est, neq; quisquam parens, liberis, ut æterni fierent, ignauiam optauit, magis ut boni & honesti uitam suam agerent.

Q. *Curtius de gestis Alexandri libro 3.*

Omnia Alexandri facilius q̄ moram perpeti poterat. *idem libro 5.*

Fatigatis necessaria quies est.

Valer. Maxi. libro 8. cap. 6.

Otium, industriæ & studio, maxime contrarium uidetur.

Idem lib. 7. tit. Sapienter dicta aut facta.

Appium Claudiū crebro solitū dicere accepimus, negotiū populo Romano, melius q̄ otiū cōmitti, non q̄ ignoraret q̄ iucundus trāquillitatus status esset, sed q̄ animaduerteret prę potētia imperia agitatione rerū ad uirtutē capescendam excitari, nimia quiete in desidiam resolui. Et sane negotium nomine horridum ciuitatis nostræ mores in suo statu cōtinuit. Blandæ appellationis quies, plurimus uitijs respersit.

Valerius Maximus libro 8. de otio.

Homerus quoque ingenij cœlestis uates, non aliud sensit uehementissimis Achillis manibus canoras fides aptando, q̄ ut eorum militare robur leni pacis studio relaxaret.

Menander.

ὡς πολλὰ θνητοῖς, ἡ σχολὴ ποιεῖ κακά. id est,

Quam multa mortalibus otium facit mala.

Terentius Comœdia 4.

Quid credebas dormienti tibi confecturos deos?

Ouidius libro de Remedio amoris.

Otia si tollas periere Cupidinis arcus,
Contemptæq; iacent, & sine luce faces.

Ouidius libro 1. de Ponto, Elegia 6.

Cernis ut ignauum corrumpant otia corpus.
Et uitium capiant ni moueantur aquæ.

Catullus Elegia 3.

Dulce uiatori lasso in sudore leuamen,
Cum grauis exustus æstus hiulcat agros.

Lucanus libro 1. Pharsaliæ.

Tolle moras semper, nocuit differre paratis.

idem libro 4.

Variam semper dat otia mentem.

Baptista Mantuanus Parthenices libro 1.

Homini labor utile semper
Calcar erit, segni pigros rubigine sensus
Otia corrodunt, sopitaq; pectora torpor
Noxius obliquat, ferrum si transit in usu
Assiduo splendore micat, uultuq; nitenti
Audent ad argenti deus aspirare superbum.
At si longa quies serit fuscatur, & atram.
Vertitur in scabiem, celeriq; absumitur æuo.

Oculus græce ὀφθαλμὸς οὗ ὁ & ὀφθαλμία ας ἡ oculorum morbus dicit. Oculi dicūtur, quia ciliorū tegminibus eos deus occuluit, secundum Var.

Odor græce ὀσμὴ ἧς ἡ dicitur. Est aūt odor natura quædā in humido ab enchymo sicco impresso, sec. Aristot. li. de Sensu & Sensato.

ODium græce μῖσος εος τὸ & μισητὸς οῦ ὁ. Odiosus, & μισέω odi dicitur Est autem odium ira inueterata, secundū Ciceronem libro quarto Tusculanarum quæstionum.

Odium

Odium eſt uetus ira ex pluribus cauſis colle cta, diuturno tempore perſeuerans, ſecundum Auguſtinum libro Diffinitio.

Odiū eſt diſſonātia appetitus animalis, uel ap petitus rationalis ad apprehenſum ut diſcōue niens, ſicut amor eſt conſonantia eius ad conue niens: ſec. b. Tho. prima Sec. q. 29. ar. 1. 2.

Odium deducit ab odi uerbo anomalo, quod ſignificat odio habeo: à quo oſus & peroſus dici tur qui odio habet, hinc odioſus interdum qui habet odio, interdum moleſtus. Terent. Si por ro odioſi eſſe pergitis.

Odium differt ab inuidia, ꝙ odium in bruto rum etiam natura comperit, ut eſt inter egithū & acanthidem, quorū nec cruor quidē cum in terfecti fuerint cōmiſceri poteſt: ꝙ ſi forte miſ cueris, rurſus fluit & ſeparatur: inuidia uero hu manum genus non excedit, ſecūdum Plutarch. in libro de differentijs odij & inuidiæ.

Odium item differt ab inuidia, quia nemini iu ſte inuidemus, odio uero iuſte cū plures habeā tur, ſicuti qui neq; malorum conſuetudine fugi unt: multi odio ſe habent, nemo ſibi inuidet.

Odiū dei eſt filia luxuriæ, odium uero proxi mi eſt filia inuidiæ. *Leuitici 19.*

Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publice argue eum, ne habeas ſuper illo pc̄tm̄. *Prouer. cap. 10.*

Odium ſuſcitat rixas, & uniuerſa delicta ope rit charitas. *ibidem 27.*

Meliora ſunt uulnera diligentis, quàm fraudu lenta oſcula odientis. *Ioannes apoſtolus primæ cap. 2.*

Qui dicit ſe in luce eſſe & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt uſq; ad huc. Qui diligit fratrem ſu um, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt: qui autē odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit q̄ uadat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. *Ibidem cap. 3.*

Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt: & ſcitis quoniam omnis homicida non habet uitam æternam in ſe manentem. *ibidem cap. 4.*

Si quis dixerit qm̄ diligo deum, & fratrē ſuum oderit, mendax eſt. Quis enim non diligit fratrē ſuum quē uidet, deum quē non uidet quō po teſt diligere? & hoc mandatum habemus à deo, ut qui diligit deum, diligat & fratrem ſuum. *Auguſt. ſuper Matthæum.*

Odium eſt inueterata ira, ubi odium, ibi cha ritas eſſe nō poteſt: ubi charitas abeſt, ibi nil bo ni eſt. *ibidem.*

Feſtuca in oculo ira eſt, trabs in oculo odium eſt. *ibidem.*

Multū aliud eſt, quando quiſq; iraſcens in ali quo uerbo modū excedit, quod poſtea deleat pœnitendo. Aliud eſt ſeruare inſidias incluſas in corde, multum poſtremo inter hæc uerba ſcri pturæ: Turbatus eſt præ ira oculus meus: de illo autem aliquid dictum eſt, qui odit fratrem ſuū homicida eſt: multum intereſt inter turbatum oculum, & extinctum: feſtuca turbat, trabs ex tinguit. *Auguſtin. ſermone conſecrationis eccleſiæ.*

Si ad menſam cuiuſque potentis hominis ne mo præſumit cōſciſſis ueſtibus & inquinatis ac cedere, quanto magis à conuiuio æterni regis, id eſt ab altari domini, debet ſe unuſquiſq; inuidiæ uel odij ueneno percuſſus, iracūdiæ furore reple tus, cum reuerentia & humilitate ſubtrahere. propter quod dicitur: Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. & iterum: Amice quomodo huc intraſti, nō ha bens ueſtem nuptialem? *Auguſt. ſup illud Pſal. Perfecto odio oderam illos.*

Hoc eſt perfecto odio odiſſe, ut uitia non ho mines oderis, nec uitia ꝓpter homines diligas. *Gregorius in Paſtorali, cap. 48.*

Omnes qui per diſcordiam ſeparantur, à uiri ditate dilectionis areſcunt. *Gregorius in Homilia.*

Tunc bene animā noſtram odimus, cum eius carnalibus deſiderijs nō acquieſcimus, cum eius appetitum frangimus, eius uoluptatibus relu ctamur. *Idem ſuper Matth. 5. in hom.*

Qui ergo motum nocendi habet in animo, de bet iudicare ſe reum: ſi autem prodeat in coitu meliam aduerſus fratrem, eget reconciliatione: ſi autem non iudicat ſe reum, nec fratri uult re conciliari ex cōtemptu perſeuerans in odio, re us erit gehennæ. *Gregorius lib. 10. Moral.*

Vitam animæ quælibet culpa polluit, ſerua tus uero dolor contra proximum occidit, men ti nāq; ut gladius figitur, & mucrone illius ipſa uiſcerum occulta perforantur. *Ioannes Chryſoſt. ſup Matthæum.*

Sicut rex in imagine ſua honoratur, ſic deus in homine diligitur, & oditur. Non poteſt homi nem odiſſe qui deū amat: nec poteſt deū amare, qui hominem odit. *ibidem.*

Caro inimicum ſuū diligere non poteſt, ani ma aūt poteſt, quia dilectio uel odium carnis in ſenſu eſt, animæ uero in intellectu. Quando er go nocemur ab aliquo, & ſi ſentimus odiū, ſed tamen extingui uolumus, cognoſce quia caro noſtra odit inimicum, anima uero diligit. *ibidem.*

Hæc eſt pugna periculoſa, & hæc glorioſa uic toria, qui poterit odiſſe quod amat, & amare quod odit. *Caſſio. ſup illud Pſal. Perfecto odio oderam illos.*

Perfectum odiū eſt homines diligere, & eorū uitia ſemper horrere, nā in illa parte qua creatu ra dei ſunt, amandos eſſe nō dubiū eſt. In illa iniquitate horrendi ſunt, in qua ſe polluerunt. *Seneca in Prouerbijs.*

Peiora ſunt tecta odia ꝙ aperta, & agnoſcia mat qui odium oſtendit. *ibidem.*

Quàmul

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quàmuis agas ut ne quis meritò tuo oderit, e/ runt tamen semper qui te odiẽt. *Seneca in Trag.*

Simul ista mũdi rector deus posuit odiũ atq; regnum, odia qui nimium timet, regnare nescit.

Seneca in Hercule furente Tragœdia 1.

Si æterna semper odia mortales agent, nec ceptus unq̃ cadat ex animis furor: sed arma fœlix teneat, infœlix paret. Nihil relinquẽt bella. Tũ uastis ager squalebit ar/ uis subdita tectis face. Alto sepultis obruet gẽtes cinis.

Idem tragœd. 7.

Professa perdunt odia uindictæ locum.

Aristot. lib. 1. Rhetoricorum.

Amor & odium & proprium cõmodum, sæ/ pe faciunt iudicem non cognoscere uerum.

Cicero lib. de amicitia.

Molesta est ueritas, siquidẽ ex ea nascitur odi/ um, quod est uenenum amicitiæ.

Ouid. Amorum, uel de fine tit. lib. 2. Elegia. 2.

Si sapis o custos odium (mihi crede) mereri
Desine, quem metuit quisq; perisse cupit.

Francis. Petrar. Can. 25. Stantia 7.

Segnor mirate como il tempo uola,
Et si come la uita
Fuge, & la morte ne sopra le spalle.
Voi sete hor qui, pensate a la partita,
Che lalma ignuda & sola,
Conuien charriue a quel dobioso calle
A passar questa ualle
Piacciaui porre giu lodio & losdegno,
Venti contrarij alla uita serena:
Et quel che naltrui pœna
Tempo si spende a qualche atto piu degno
O di mano, o dingegno,
In qualche bella lode
In qualche honesto studio si conuerta,
Cosi qua giu se gode,
Et la strada dil ciel si troua aperta. ideſt,
Domini animaduertite qualiter tempus uolat,
Et qualiter uita
Fugit, & mors sit supra dorsum nostrum.
Vos estis nunc hic, recessum ipsum discite,
Quod anima est nuda & sola,
Oportet ut perueniat ad uiam dubiam.
Ad transeundam hanc uallem
Placeat deponere odium ac indignationem
Venti contrarij uitam claram reddunt,
Et id quod in alterius pœna
Tempus emittur, ad actionem digniorem
Manus aut ingenij,
In quampiam pulchram laudem,
In aliquod honestum studium conuertatur,
Sic hic gaudetur,
Et uia cœli patens reperitur.

Oeconomia græca dictio est, οἰκονομία ας ἡ dispen/ satio domestica, & οἰκονομέω guberno, & οἰκονόμος di/ spensator rei familiaris dicitur. Hæc aũt est pru dentia rectiua multitudinis unius familiæ, secun dum b. Thomam ij. ij. q. xlvij. Cuius finis est ultimus totum bene uiuere secundum domesti cam conuersationẽ, secundum eundẽ ibidem, quæstione quinquagesima, ar. 3.

Offensio græce πρόσκοψις εως ἡ uel πρόσκομμα ατος τὸ & προσκόπτω offendo dicitur. Offendere & defendere proprie contraria sunt. Nam offendere est in/ currere in aliquid atq; incidere. Terent. Offendi adueniẽs quendã mei loci hinc atq; ordinis homi nem. Defendere uero est impellere. Quoniam uero qui incidunt in aliquid, lædere sæpe solent id in quod incidũt, & econtrario qui depellunt tuentur, factum est ut offendere frequentissime pro lædere usurpetur, & defendere pro tueri & quasi uim depellere. Offendere aliquando est in uenire. Varro: Romã regressus sibi nil offendi q̃ ante annos quinquaginta reliquerim. Ab offen/ do fit offendiculum, q̃ significat impedimentũ, obstaculum & offensam.

Offensio atq; offensa ita differunt q̃ offensio semper passiue accipitur offensa uero actiue. Ci/ cero: In corpore ægro odiosa ẽ oĩs offensio. Idẽ: Cũ tot eius offẽsas pati nõ possem, inde discessi.

Officium græce καθῆκον ντος τὸ dicitur. Est aũt offi cium actus congruus cuiusq; personæ. Vel sic: Officiũ est quod quisq; facere debet p̃ suæ cõ/ ditione personę. in quo animaduertere oportet quid loco conueniat, quid tẽpori, quid rerũ aut personarũ dignitati: diciturq; ab officio, cis, quo antiqui pro officio utebantur. Hinc officiosus dicitur obsequiosus, & qui facile merẽtibus ex/ hibet honorẽ. à quo officiose, id est cum officio & obsequiose. Officiũ etiã dicitur magistrat9, uel quia honoris gratia institutus est, uel qa opẽ populo fert, uel qa ius q̃ unicuiq; debetur red/ dit. Cæteræ uero artes actionẽ suã officium uo, cãt, unde officium grãmatici, officium medici, officium architecti. Hinc fit officina. i. locus in quo artifices sua opera faciunt. Differt autẽ à ta/ berna, q̃d officina est ubi opera efficiuntur, ta/ berna ubi uenduñt. unde opifices & tabernarij dicuntur. Cicero: Opifices & tabernarios atq; o mnẽ illã fœcẽ ciuitatũ q̃d ẽ negotij cõcitare: taber nas etiã antiq casas dixere, q̃ ex tabulis fierẽt.

Olfactus græce ὀσμὴ ῆς ἡ uel ὀσμάομαι ὦ dicitur. Quid aũt sit, quo organo, quo medio, quo obiecto uta tur, uide supra in arbore aiæ. Similiter de aliis sensibus, tam exterioribus q̃ interioribus.

Omissio græce παράλειψις εως ἡ & παραλείπω omitto dicitur. Omissio importat prætermissionẽ boni debiti in ordine ad legẽ diuinã uel humanã, uel in ordine ad proximum. Primo modo opponi/ tur iustitiæ legali. Secundo uero opponitur ius stitiæ speciali, secundum b. Thomã secunda se cundæ, q. lxxix ar. iij.

Opinio græce δόξα ης ἡ & δοξάζω opinio dicitur. Est autẽ opinio actus intellectus declinantis in u nam partẽ contradictionis cum formidine alte/ rius, secundum b. Tho. 2. 2. q. 79. ar. 4.

Differũt autẽ sic opinio, fides, scientia, dubium, & scrupulus, quia opinio est assensus intellect9 ad aliquid, nõ quia sufficiẽter moueatur ab ob iecto proprio, sed per quãdã rationabilẽ electio nẽ uoluntarie declinans in unam partem magis quàm in alteram, cum dubitatione tamen, &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

formidine alterius partis. Ita tamen ꝙ ad illam partem quod formidat non haberetur ratio ex presse concludens: Formidatur tamen propter debilitatẽ ratiõis alterius partis: fides aũt est cũ certitudine absq; tali formidine. Scientia uero ẽ assensus intellectus mori ab obiecto ꝓ seipsum cogniti: sicut in principijs primis, uel per aliud si cut in conclusionibus, quarum est scientia: Hæc ex b. Thoma ubi supra. Dubium quid sit, uide supra in Dubium. Scrupulus est cũ intellectus ex leuibus coniecturis seu medijs & multũ debilibus mouetur ad unam partem, & hæc etiam dicitur suspicio

Opportunitas græce εὐκαιρία ας ἡ & εὐκαιρότης ου ὁ opportunus dicitur. Opportunitas est idem quod commoditas, scribiturq; duplici p. nec uenit ab opus, nec ab oportet, sed ab ob & portus: quoniam nauigantibus maxime utiles optatiq; portus sunt. Opportunũ dicimus, siue opportune accedere quod pro desiderio nostro accidit: e diuerso importunum esse, siue importune fieri dicimus quæ sunt uel præter rationẽ loci, seu temporis seu personarum. Importunum igitur dicimus hominem procacẽ atq; molestum, à quo importunitas dicta. Importunum pro inquieto & portu carente ponitur.

Oppositio græce ἀντιθεσις ἡ & ἀντικειμαι oppono. Est autem opponere ex aduerso ponere. Vnde opposita contraria, oppositio cõtrarietas. Sunt autem oppositæ quæcunq; circa idem simul, & ob rem eandem, aut ad idem extrinsecus à scita esse nullo modo possunt. Quadrifariam aũt opposita dicuntur, uel ut ad aliquid, sicut duplum & dimidium, uel ut contrarium, sicut album & nigrum: uel sicut habitus & priuatio, ueluti uisus & cæcitas: uel sicut affirmatio & negatio, quẽadmodum homo sedet, homo non sedet.

Opprobrium græce ὀνειδισμος ου ὁ dicitur. Quid aũt sit. & uñ deducaĩ, uide supra in Exprobratio.

Opus græce ἔργον ου & ἐργάζομαι operor, & ἐργασία ας ἡ opera dicitur. Differunt autẽ opus & opera, ꝙ operæ sunt diurnum officiũ, opus uero finis fructusq;, secundũ Vlp. iurisconsultũ. Teren. utrũq; uno uersu optime expressit quod in opere faciundo opere cõsumis tuæ. Hinc operæpretium, id est, fructuosum, ad rem pertinens. Aliquãdo tamen opus ꝓ opera capi uidetur. Virgil. Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. opus qñq; pro necesse capitur, ut egrotanti est opus medico. Hinc oportet uenit, quod significat pariter necesse est.

Ecclesiastici cap. 9.

Quodcunq; potest manus tua instãter operare,

ibidem cap. 11.

Mane semina semen tuum. *Iacobus cap. 1.*

Quid proderit fratres mei, si fidẽ quis dicat se habere, opera aũt nõ habeat. Nunquid poterit fides saluare eum? *Ibidem.*

Sicut enim corpus sine spiritu mortuũ est, ita fides sine operibus mortua est.

Aristoteles lib. 4. Ethicorum.

Qualis unusq;sq; est talia dicit, talia operatur,

idem lib. 10. Ethicorum.

In actionibus humanis minus creditur sermonibus ꝙ operibus. *Ibidem.*

Quando sermones dissonant operibus sensibiliter, tunc contemnuntur. *ibidem.*

Delectatio tenet operantem in opere.

De hac materia habes supra in Acidia, Labor, Otiositas.

ORatio græce εὐχή ῆς ἡ & εὔχομαι oro dicitur. Est autem oratio dicentis pius affectus in deum, secundum August. & habetur iij. Senten. di. 15. ar. 2.

Oratio est oris ratio, per quam nostri cordis intima manifestamus deo, sec. b. Tho. 4. Sent. di. 15. & b. Tho. 2. 2. q. 83. art. 4.

Oratio est actus rationis practicæ. s. qua ẽ uel petitio decentium à deo; uel ascensus mentis in deum, b. Tho. 2. 2. q. 83. art. 1.

Oratio magistraliter diffinita, est ostensio uoluntatis nostræ ei à quo impetrare speramus id quod desideramus.

Orare est placidos petere, obsecrare est iratos rogare, secundum Donatum super Terẽ. Venit ipsius ultro lachrymans, orans, obsecrans.

Oramus quæ bona sunt. Supplicamus in aduersis, uel cũ lachrymis, secundũ Donatũ super Terẽ. Ab oratio uenit oratiũcula diminutiuũ. Est etiã oratio apud grãmaticos cõgrua dictionum ordinatio, & apud logicos oratio est uox significatiua, cuius partiũ aliquid significatiuũ est separatim ut dictio, non ut affirmatio, uel negatio, secundũ Arist. libro 1. Perihermen.

Tobias cap. 12.

Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna, magis ꝙ thesauros auri recondere.

Iudith cap. 4.

Scitote qm̃ exaudiet dñs preces uestras, si manentes permanseritis in ieiunijs & orationib⁹ in conspectu dñi. Memores estote Mosi serui dñi, qui Amalech confidentẽ in uirtute sua, & in potentia sua & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, nõ ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit.

Dauid Psal. 34.

Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur.

Prouerbiorum cap. 15.

Longe est dñs ab impijs, & orationes iustorũ exaudiet. *Ecclesiastici cap. 7.*

Melior eꝝ finis orationis ꝙ principium.

ibidem cap. 18.

Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse homo qui tentat deum.

ibidem cap. 21.

Fili peccasti non adijcias iterum, sed & de priscis dimittantur.

Ioannis 16.

Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis.

Matthæus cap. 6.

Tyanẽ

Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito, & pater tuus qui uidet in abſcondito reddet tibi. *Idē cap. 7.*

Petite, & dabitur uobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit; & qui quærit inuenit; & pulſanti aperietur. *Matthæus cap. 26.*

Vigilate & orate, ne intretis in tentationem, *Lucas cap. 11.*

Cum oratis dicite: Pater, Sanctificetur nomẽ tuum. Adueniat regnum tuum. Panem noſtrũ quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis peccata noſtra, ſi quidem & nos dimittimus debenti nobis: & ne nos inducas in tentationem. *idē 18. Saluator dit.*

Oportet ſemper orare & non deficere. *Paulus ad Corinthios 1. cap. 11.*

Omnis uir orans aut prophetans uelato capite, deturpat caput ſuum. *Ibidem.*

Omnis autem mulier orans aut prophetans non uelato capite deturpat caput ſuum. *Idem 1. ad Corinth. cap. 14.*

Si orem lingua, ſpiritus meus orat, mens aũt mea ſine fructu eſt. *idem ad Theſſalon. cap. 5.*

Semper gaudete, ſine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite. Hæc eſt enim uoluntas dei in Chriſto Ieſu in omnibus uobis. *idem ad Timotheum 1. cap. 2.*

Volo ergo uiros orare in omni loco, leuãtes puras manus ſine ira & diſceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato cum uerecũdia & ſobrietate ornantes ſe non in tortis crinibus aut auro aut margaritis uel ueſte pretioſa: ſed q̃ decet mulieres promittentes pietatẽ per opera bona. *Petrus apoſtolus cap. 4.*

Vigilate in orationibus & hoc in ſpiritu & ueritate. *Iacobus apoſtolus cap. 5.*

Multum enim ualet deprecatio iuſti aſſidua. Helias hõ erat ſimilis nobis paſſibilis, & orauit oratione ut nõ plueret ſuper terrã, & non pluit annos tres & mẽſes ſex. Et rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuũ. *Actuum apoſt. cap. 19.*

Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu dei. *Aug. de cathechizandis rudibus, & habetur di. 38. cap. Sedulo.*

Nõ ſunt uoces ad aures dei, niſi animi affectu. *Idem ſuper Pſalm. 65.*

Multi lãgueſcunt in orando, & in nouitate cõuerſionis ſuæ feruenter orant, poſtea languide, poſtea frigide, poſtea negligenter: qui & quaſi ſecuri ſint, uigilat hoſtis, dormis tu. *Auguſtinus ſup Pſalm. 65.*

Non deficias in oratione. Deus quod cõceſſurus eſt, etſi differt, non aufert. Non leuitate utitur qui promiſit. Non facile ſentẽtia mouetur. Quod promiſit eſt fixum, fallere non poteſt, habet unde faciet. *ibidem.*

Orationis purę magna eſt uirtus, & uelut fidelis nuntius mandatum peragit, & penetrat quo caro non peruenit. *idem ſup Pſalm. 85.*

Oratio tua locutio eſt ad deum. Quãdo legis deus tibi loquitur. Quando oras cũ deo loqueris *Idem Pſalm. 118.*

Tunc porro in toto corde clamat, quãdo aliũ de nõ cogitatur. Tales orationes rarę ſunt multis, crebræ paucis: utrum ne cuiquam, neſcio. *Idem in ſermone de Quadrageſima.*

Hæ ſunt duæ alæ orationis quibus uolat ad deum, ſi illud quod communicatur ignoſcit de linquenti, & donat egenti. *Idem ſup Ioan. ſermo. 20.*

Qui nouit quid det & cui det, aderit petenti, aperiet pulſanti. Et ſi forte non dederit, nemo dicat ſe deſertum. Forte enim aliquid dare differt, ſed neminem eſurientem relinquit. Si enim non dat ad horam, exercet quærentem, nõ contemnit petentem. *idē ad Probati.*

Abſit ab oratione multa precatio, ſed feruẽs pſeueret intentio. Nam multũ loqui eſt orãdo rem neceſſariam ſuperfluis agere uerbis. Multũ autem precari, qui precatur, diuturna cordis excitatione pulſare. Nam plerunq; hoc negotium plus gemitibus q̃ ſermonibus agitur, plus fletu q̃ affatu. *idem in Enchyridio.*

De quotidianis breuibusq; peccatis ſine q̃bus hæc uita non ducitur, quotidiana oratio fideliũ ſatisfacit. *idem in glo. Matthæi 6.*

Oratio paucis uerbis res multiplices cõprehẽdit, ut ſic cito ſimplicitas fidei ſufficientiam ſuæ ſalutis addiſceret, & prudentia ingenioſorũ profunditate myſteriorum ſtupeſceret. *idem ſuper oratione dominica.*

Impudentia eſt ut à deo petas diuitias. Nõ eſt impudentia, ut petas panem quotidianum, aliud eſt enim ut ſuperbias, aliud ut uiuas. *Hiero. in Leuit. ut hab. di. 36. ca. Si quis uult.*

Moyſes ad bella nõ uadit, nõ pugnat cõtra inimicos: ſed quid facit? orat. Vincit populus eius. Si relaxauerit & dimiſerit manus, populus eius uincitur & fugatur. Oret ergo ſacerdos eccleſiæ indeſinenter, ut uincat populus qui ſub ipſo eſt, hoſtes inuiſibiles Amalechitas, qui ſunt dæmones impugnantes eos, qui uolunt pie uiuere in Chriſto. *idem ſup Abacuk.*

Dominus noſter ſciẽs clemẽtiæ ſuæ pondera atq; mẽſuras nõ exaudit clamantẽ, ut eum probet, & magis prouocet ad rogãdum, & quaſi igne excoctum iuſtiorem & puriorem faciat. *idem & habetur de con. di. 5. cap. Mediocriter.*

Non enim uerbis tantum, ſed corde orandus deus eſt. Quapropter melius eſt quinq; pſalmorum decantatio cum cordis puritate ac ſerenitate ac ſpirituali hilaritate, quàm totius pſalterij modulatio cũ anxietate cordis atq; triſtitia. Cũ igitur pro cunctis animabus pſalmus uel miſſa dicitur, nihil minus quàm ſi pro uno quolibet ipſorum diceretur accipit. *Idem & hab. 13. q. 2. In præſenti.*

In p̃ſenti ſeculo ſcimus ſiue orationibus ſiue cõ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

filijs inuicem posse nos adiuuari. Cum autē ante tribunal Christi uenerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noe rogare posse, pro quoquam, sed unumquenq; portare onus suum.

idem sup Marcum.

Ieiunio passiones corporis, oratione pestes sanandæ sunt mentis.

idem ad Demetriadem.

Lectionem frequenter interrumpat oratio, & animam iugiter adhærentem deo grata uicissitudo sanctæ operationis accendat.

idem contra Vigilantium.

Error fuit q; dum uiuimus, mutuo pro nobis orare possumus: postq; autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exordiendo oratio.

Ambrosius libro de Officijs.

Sit oratio pura, simplex, dilucida, atq; manifesta, plena grauitatis & ponderis, non affectata elegantia, sed intermissa gratia.

idem de Viduis.

Vbi est oratio adest uerbum, fugatur cupiditas, libido discessit.

idem in Hexamero libro ultimo.

Si pro te rogas tantū pro te solo rogabis: si aūt pro omnibus roges, omnes pro te rogabunt.

idem libro de pœnitentia.

Multi animi dū congregant unanimes fiūt magni & multorū preces impossibile est cōtemni.

idem sup Lucam libro 15.

Vberior est dei gratia q; precatio: semper eīm plus tribuit deus q; rogatur. Nam latro rogabat ut sui memor esset dominus cum uenisset in regnum suum. Dominus autem ait: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

Grego. & hæbe. 13. q. 2. Animæ.

Animæ defunctorum quatuor modis soluūtur. Soluuntur autem oblationibus sacerdotū, aut precibus sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut ieiunio cognatorum.

idem Registri lib. 1. & hab. 11 q. 6. Scriptum.

Longe est dñs ab impijs, & orationes impiorum nō exaudiet. *idem in prologo 2. Moralium.*

In grauibus peccatis quis positus dum suis premitur, aliena non diluit. Mundus ergo ostenditur esse de se, qui emundationem potuit pro alijs obtinere. *idem libro 2. Moralium.*

Ille deo ueram orationem exhibet, qui semet ipsum cognoscit, quia puluis sit humiliter uidet, qui nihil sibi uirtutis tribuit, qui bona quæ agit esse de misericordia conditoris agnoscit.

idem libro 10. Moralium.

Oīpotens deus sæpe eius precē in perturbatione deserit, q; præcepta illi9 in trāquillitate contēnit.

Idem Mora. 21. sup illud Iob 31. Quis mihi tribuat adiutorium, ut desideriū meū oīpotēs tribuat.

Vera postulatio est, non in oris uocibus sed in cordis cogitationibus, ualentiores uoces apud dei aures non faciunt uerba sed desideria.

idem libro 25 Moralium.

Quisquis p alijs intercedere nititur, sibi potius ex charitate suffragatur. Et pro semetipso tanto citius exaudiri meretur, quāto deuote pro alijs intercedit. *idem libro 16. Moralium.*

Tunc cor fiducian in oratione accipit, cum sibi uitæ prauitas nulla contradicit.

Ioannes Chrysostomus sup Matthæum.

Pro se orare necessitas cogit, pro alijs aūt charitas fraternitatis hortatur: dulcior autem ante deum est oratio, non quam necessitas transmittit, sed quam charitas fraternitatis commendat.

idem sup Matthæum 18.

Nihil potētius homine orāte: qui orat cū ieiunio duplices alas habet. Nam neq; oberrat, neq; torpet. *idem super Matthæum 26.*

Cōsuetudo erat ei sine eis orare, in q̄ docemur tempore orationis quærere secretū & fugere tumultum. *Isidorus de summo bono libro 3.*

Duobus modis oratio impedit ne impetrare quisq; ualeat postulata, hoc est, si aut quisq; adhuc mala committit, aut si delinquenti sibi debitum non dimittit. *Ibidem.*

Sæpe multos deus non exaudit ad uoluntatem, ut exaudiat ad salutem. *ibidem.*

Orationibus mundamur, lectionibus instruimur. Vtrunq; bonum est si liceat: si non licet utrunq;, melius est orare quàm legere.

Idem Etymologiarum libro 6.

Sicut nullū in uulnere proficit medicamentū, si adhuc in eo ferrum sit, ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc dolus in mente, uelodium manet in pectore.

idem de summo bono.

Oratio in præsenti uita tantum pro remedio peccatorum effunditur, psalmorum autem decantatio perpetuam dei laudem demonstrat in gloria superna, sicut scriptum est: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorū laudabunt te. Cuius operis mysterium quicunque fideliter intenta mente exequitur, quodam modo angelis sociatur.

idem Etymologiarum libro 6.

Qui uult orationem suam uolare ad deū, faciat illi duas alas ieiunium & eleemosynam, & ascendet celeriter & exaudietur.

idem Soliloquiorum libro 2.

Immundus spiritus orationis instantia uincit, dæmonia oratione ejiciūtur, oratione dęmonia superantur. *Cassio. sup Psal. 16. Exaudi domine.*

Ipsius est oratio plecta, cuius & causa clamat, & lingua & actus sermo, & uita & cogitatio.

idem sup Psalm. Psallite sapienter.

Non solum cantantes, sed intelligētes psallere debemus. Nemo enim sapienter quicquam facit quod non intelligit.

idem sup Psalm. Confitebor tibi in uasis.

Pulchre definitum est psalmos esse uasa uertatis, quasi spiritualia dolia uinū domini incorrupto sapore seruantia.

idem sup Psalm. Miserere mei deus.

Magna uoce ille clamat ad dominum, qui cū uis lingua taceat, bonis tamen operibus perseuranter clamat. *idem sup Psalm. 101.*

In psal/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

in pſalmis uincitur mundus, plorando ſuperatur diabolus, & cui mille cohortes ad pugnandum non ſufficiunt, oratione unius pauperis inclinatur. *Boetius de conſolatione lib 5.*

Sperare & orare ſolus motus eſt, quo homines cum deo loqui uidentur. *ibidem.*

Nō fruſtra in deo ſunt poſitæ ſpes & preces, quæ cum recte fiūt inefficaces eſſe non poſſunt. *Cyprianus, & habetur de conſecra. diſtinct. 1. Quando autem.*

Quādo autem ſtamus ad orationē fratres dilectiſſimi inuigilare & incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio carnalis hominis & ſecularis abſcedat. Nec quicquam tunc animus aliud cōſ id ſolum cogiter quod precatur, ideo & ſacerdotes ante orationē præfatione præmiſſa, parāt fratrū mentes dicendo: Surſum corda, ut dum reſpondet plebs: habemus ad dominum, admoneatur nihil ſe aliud cōſ dominū cogitare debere. Claudatur contra aduerſariū pectus, & ſoli deo pateat, nec ad ſe hoſtem dei tēpore orationis uenire patiatur.

Seneca ad Lucilium epiſt. 4.

Non ſunt ad cœlū eleuandæ manus, nec exorādus ædituus ut nos ad aurē ſimulachri, quaſi magis audiri poſſimus admittat: prope eſt deus, tecum eſt, in te. *Cicero libro primo de Legib.*

Ad diuos adeunto caſte, pietatem tenento. Opes etiam adhouēto, ſed ſi quis ſecus faxit deus ipſe uindex erit. *Menander.*

ἐυχὸς δὲ καὶ σὺκ ἀνύκουσ' θεός. id eſt,

Precis iuſtæ exauditor deus.

Ex 1. *Epigrammaton.*

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ ἐυχομένοις, καὶ ἀνεύκτοις
δμιδίδις, τὰ δὲ λυγρὰ, καὶ ἐυχομένων ἀπερύκοις. id eſt,

Iupiter rex bona quidē, & precātibus & nō precātib.
Nobis da, mala uero & a precantibus remoueas.

Ouidius libro 1. de Arte.

Flectitur iratus uoce rogante deus.

Martialis libro 8. epigram. ad Domitianum.

Offendunt nunquam thura precesq; Iouem. Idē li. 10.
Et dominum mundi flectere uota ualent.

idem libro 10. Epigram. ad Marcum.

Non quacunq; manu uictima cæſa litat.

Horatius Carminum libro 3. ode 23.

Cœlo ſupinas ſi tuleris manus
Naſcente luna ruſtica Philyre,
Si thure placaris & orna
Fruge lares, auidaq; porea,
Nec peſtilentem ſentiet Africum
Fœcunda uitis nec ſterilem ſeges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero graue tempus anno. ibidem.
Immunis aram ſi tetigit manus
Non ſumptuoſa blandior hoſtia
Mollibit auerſos penates
Farre pio, & ſaliente mica.

idem epiſtolarum lib. 1. epiſt. ad Lollium.

Sed ſatis eſt orare Iouem, qui donat & aufert,
Det uitam, det opes, æquum mi animum ipſe parabo.

Sillius Italicus libro 4.

Iuſta ite precati
Thure pio. *Iuuēnalis Satyra 10.*

Orandum eſt ut ſit mens ſana in corpore ſano.
Fortem poſce animum mortis terrore carentem.

Dantes purgatorij Can. cap 4.

Se oratione in prima non maiuta
Che ſurga ſu di cuor, che n gratia uiua:
L altra che ual, che in cielo non e audita. id eſt,
Si oratio in primis non me adiuuat
Quæ oriatur ex corde, quod gratia uiuat,
Alta quid ualet? quæ in cœlo non exauditur?

Orator græce ῥήτωρ ορος ὁ & ῥητορικὸς oratorius dicitur. Venit q̄ ab orando, hoc eſt, dicēdo. Differunt aūt orator, rhetor, & declamator ſic, quod orator eſt qui in iudicijs uel in cōcionibus cauſas agit. Rhetor qui rhetoricā profitetur. Declamator qui aut docendi alios aut exercēdi ſe gratia fictam cauſam agit, ut in ueris poſtea cauſis poſſit orare quod declamare dicitur, quare declamare erit ficto themate cōponere: hinc actiones ipſæ orationes & declamationes uocātur. Ab orator dicitur oratorius ria, rium: ut oratorius ſermo, oratoria facultas, oratorium munus, & oratorie aduerbium, hoc eſt more oratorio.

Cicero libro 1. Officiorum.

Eſt enim propriū oratoris aperte, diſtincte, & ornate loqui. *idem li. 3. Offic.*

Inhumanum eſt eloquentiam ad hominū ſalutem & conſeruationem datam, ad bonorum peſtem perniciemq; conuertere.

De hac materia habes ſupra ubi
Concio & eloquentia.

Orbitas græce ὀρφανία ασ ἡ & ὀρφανόσ οῦ ὁ orbus dicitur. Orbus uero proprie dicit is, q lumē oculorū amiſit quaſi amiſſis orbibus propter rotundi tatem oculorum. Hinc per metaphoram orbi dicūtur, quicunq; aliqua re chara priuati ſunt, q̄ ſi oculis priuati. Hinc etiā orbo uerbum, hoc eſt priuo, & orbatus priuatus, & orbitas ſiue orbitudo, quæ eſt illa qualitas patrum poſt amiſſos liberos, uel filiorum poſt amiſſos patres Hinc etiam orbefacio, hoc eſt orbitatē alicui induco, & orbum liberis facio, unde orbifico & orbificus deducuntur. Orbē latini circulū, & orbiculum paruum circulum dicunt. Mundumq; a rotūditate orbem uocāt. Item orbitus, ta, tum, hoc eſt, circularis. Varro: Ve ſydera cœli circa terrā atq; axem uoluuntur motu orbito. Orbita uero eſt ueſtigium rotæ. A quo exorbito fit, hoc eſt, à recto decedo, & quaſi extra orbitam eo.

Cicero lib. 1. Tuſcu. quæſt.

Cęcitas ferri facile poteſt, ſinō deſint ſubſidia ualetudinū. Democritus luminibus amiſſis alba & atra cernere nō poterat. At uero bona & mala, & æqua & iniqua honeſta et turpia, magna et parua. Etiam ſine uarietate colorum licebat bene uiuere, ſine motione rerum non licebat.

De hac materia habes infra Viſus.

ORDO græce τάξις ιος ἡ & τάσσω ordino dicitur. Eſt autem ordo parium diſpariumque rerum ſua cuiq; loca tribuens diſpoſitio, ſecundum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cundum Augustinum de ciuitate dei libr. 19.

Ordo ab ore dicitur, quod idem est quod dispono, quasi ore pronuntio, qui cuiq; locus esse debeat. A quo ordo dispositio gradus. Item ordinarium, in quo ordo seruatur. Extraordinarium quod fit extra ordinem: ordinate aduerbiū, hoc est seruato ordine.

Ordo sacer est signaculum quoddam in quo spiritualis potestas traditur ordinato ad officium, secundum Magistrum sententiarum, & beatum Bona. in 4. dist. 24.

Paulus ad Corinthios 1. *cap.* 14.

Omnia honeste & secundum ordinē fiant in uobis. *Greg. Columbo epi. & hab.* 1. *q.* 1. *Pueri.*

Pueri ad sacros ordines nullatenus admittātur, ne tanto periculosius cadant, quanto citius conscendere ad altiora festinant.

Idem in Registro.

Ne hi qui ordinati sunt pereant, prouideri debet quales ordinentur, ut aspiciatur si uita eorū continens in annis plurimis fuit, si studium lectionis, si eleemosynæ amorem habuerunt.

ibidem.

Nullus debet ad altare accedere, nisi cuius castitas ante susceptū mysterium fuerit approbata. *ibidem.*

Ordinate ad ordines accedendū est. Nā casum appetit, qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus, per abrupta ascensum quærit.

Idem Anastasio presbytero, & habetur distin. 40. *cap. Non loca.*

Non loca uel ordines creatori nostro nos proximos faciunt, sed nos aut merita bona coniungunt, aut mala disiungunt.

Origenes super Leuiticum.

Agnoscat unusquisq; ordinē suum, & quid dignum sit eo ordine quem suscipit intelligat, & ita libret actus suos, ita etiam sermonem, incessum quoq; & habitum moderetur, ut cum ordinis sui professione conueniat: ne audiat dicit ad se à deo, quia propter uos blasphematur nomen meum inter gentes. *ibidem.*

Requiritur in ordinando sacerdote præsentia populi, ut sciant omnes & certi sint, quia qui ex omni populo est præstantior, qui doctior, qui in omni uirtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotiū, & hoc astante populo ne aliqua post modum retractio cuiq;, ne quis scrupulus resideret.

Boetius metro 6.

Sic quod præcipiti uita
Certum deserit ordinem
Lætus non habet exitus.

Seneca ad Lucilium epistola 39.

Nihil aūt ordinatū, q̄d præcipitat & ꝓperat.

ORnatus siue ornamentum græce κόσμος ὁ & κοσμέω orno dicitur. Ornatus autē delitiæ sunt necessarij tripliciter. s. propter infirmitatem, consuetudinem & dignitatē, ex b. Tho. 4 sent. di. 15. q. 2. art. 3.

Ornatus uirorū & mulierū mensurandus est ad modū & mensurā ꝑsonæ & ad intentionē. Si em̄ mulieres portant ornamenta decenter, secundum statum & dignitatē suam ut moderate se habeant in factis suis, secundum consuetudinē patriæ, erit actus uirtutis modestiæ: quæ ponit modum in incessu, statu habitu & in oībus motibus exterioribus, & poterit esse meritorius si fit cū gratia. Similiter si fit ut placeat uiro suo, uel ab alijs mulieribus retrahatur ex hea. Thoma super Esaiam cap. 3. fi. Mulier & uir ornās se, ut ꝓuocet alios ad cōcupiscentiā peccat mortaliter. Non aūt semper si ex leuitate uel uanitate propter iactātiam, ex b. Tho. secunda secundæ q. 169. art. 2. *Ecclesiastici cap.* 9.

Auerte faciem tuā à muliere cōpta, & ne circunspicias speciem alienam. *ibidem cap.* 19.

Amictus corporis, risus dentium, & incessus hominis enuntiant de homine.

Paulus 1. *ad Cor. cap.* 6.

Vir si comam nutriat, ignominia est illi.

Petrus 1. *cap.* 3.

Mulierum non sit extrinsecus capillatura aut circundatio auri.

August. ad Possidonium, & hab. de conse. dist. 5.

Fucare figmētis quo uel rubicūdior uel cādidior uel uerecūdior appareat, adulterina fallacia est, quo nō dubito etiā ipsos maritos se nolle decipi, q̄bus solis permittēdæ sunt fœminæ ornari, secundū ueniā nō secundū imperiū. Nā uerus ornat⁹ maxime Christianorū & Christianarū nō tm̄ est ullus fucus mendax, uerū nec aurī quidē uestisq; pompa, sed mores boni sunt.

idem de sermone domini.

Quāta amētia est effigiē mutare naturę, pictura quærere. Tolerabiliora propemodū in adulterio crimina sunt: ibi em̄ pudicitia, hic natura adulteratur. *Hieronymus ad Eustochium.*

Quid dicam de his, qui ambiunt ad sacerdotium, quibus cura est, ut uestes bene oleāt, ut pes laxa pelle nō oleat: quibus ut crines calamistro rotentur, quibus ut digiti annulis radient, & si uia humidior fiat uix in eam pedes uestigia comprimant. *ioem epistola* 84.

Vestis nec satis mūda nec sordida & nulla diuersitate notabilis, ne ad te obuians turba cōsistat, ne digito demonstreris. *ibidem.*

Nec affectatæ sordes, nec acquisitæ delitiæ Christiano conueniunt.

idem epistola 72.

Vestium sordes candidæ mentis indicia sunt.

Ambrosius in Hexame.

Deles picturam dei mulier, si uultū tuum materiali candore obliniſti.

idem de Virginitate lib. 1.

Collū carena constringit, pedes compedes includūt. Nil refert an corpus auro ligetur an ferro, si ceruix premitur, si grauatur incessus, nil pōtium iuuat, nisi quod uos mulieres estis miserabiliores, cū qui publico iure damnantur. Illi optant uiuos ligari. Mulier sic ornata omnium domus est dæmonum infernalium.

Bernardus super Missus est.

Quid

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quid de habitu dicã, in quo nõ iam color ſed color requiritur, magisq; cultui uestium q̃ uirtutũ inſiſtitur. Pudet dicere: uincunt in ſuo ſtudio muli erculæ, qũ à monachis pretiõ affectatur in ueſti bus, non neceſſitas. *Idem in Apologe.*

Vanum cor uanitatis notitiã ingerit corpori. Exterior em̃ ſuperfluitas interioris uanitatis in dicium eſt. Mollia indumẽta animi molliciem indicant, non tm̃ curaretur corporis cultus niſi prius neglecta fuiſſet mens inculta uirtutibus.

Ioannes Chry. ſup Matt. hom. 23. in fine.

Quid à pueris diſtam? ludẽdibus & domos fabricãtibus nos qui domos præclaras fabrica mus, niſi quod nos cum pœna hoc agimus, illi cum gaudio. *Ibidem.*

Nondũ uiri facti ſumus, ſed cũ effecti uiri erimus ſciemus, q̃ hęc ſunt ludibria & ea deridebimus: ſimus ergo uiri uſq; quo à terra trahimur in lignis & lapidibus, magna ſapiẽtes, uſq; quo ludimus. *Cyprianus in lib. de habitu Virgiuum.*

Fœminæ manus deo inferũt qñ illud q̃d ille formauit reformare contendunt. *Ibidem.*

Serico & purpura indutæ Chriſtum ſyncere induere non poſſunt: auro, margaritis & monilibus adornatæ ornamẽta mentis & cordis perdiderunt. *Seneca ad Helbiam.*

Noſti Romuli caſam, dic poti? illud humile tugurium. Sed nempe uirtutes recipit, & oĩbus templis formoſius eſt, cũ ibi iuſtitia fuerit, conti nentia cum prudentia, cum pietas omnium offi ciorum, cum recte diſpenſatorum ratio, cum di uinorum humanorum q̃ ſcientia, nullus locus anguſtus qui hanc magnã uirtutũ turbã capit, nullũ exiliũ graue, ire cum hoc comitatu libet.

Idem ad Lucilium epiſtola 40.

Non faciunt equum meliorem aurea frena.

Ouidius epiſtola Phedræ ad Hippolytum.

Sint procul a nobis iuuenes & fœmina compti.
Fine coli modico forma uirilis amat. *Idẽ li. 1. Ar.*
Form a uiros neglecta decet. *Ibidem.*
Munditiæ placeant, fuſcentur corpora campo,
Sit bene conueniens & ſine labe toga.
Linguaq; nec rigeat, careant rubigine dentes.
Nec uagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec male deformet rigidos tonſura capillos.
Sit coma, ſit docta barba reſecta manu.
Et nihil emineat, & ſint ſiue ſordibus ungues,
Inq; caua nullus ſtet tibi nare pilus.
Cætera laſciuæ faciant concede puellæ,
Et ſi quis male uir quærit habere uirum. *ibidem.*
Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos,
Nec tua mordaci pumice crura teras. *Ibidem li. 3.*
Mundicijs rapimur, non ſint ſine lege capilli,
Admotæ formam dant q̃; regant q̃; manus.

Oſtentatio græce ἐπιδείξις. ε.ῶ. & ἐπιδεικνύς. ύω. ſ. oſtentator, & ἐπιδείκνυμι oſtento dicitur: ſumitur autẽ oſtentatio p iactantia, & inani gloria: uenit aũt ab oſtẽto quod ſignificat ſæpe & cum iactantia quadã oſtendo, à quo deſcendit. Oſtendo uero componi uidetur ab ore & tendo, quoniã os in id ſolemus extẽdere q̃d uolumus demonſtrare. Ab oſtẽto pariter ſit oſtentũ de q̃ ſupra in monſtrum. De hac materia habes ſupra ubi tractãtia.

Pactum græce συνθήκη. ης. ἡ. & συντίθεμαι pæciſcor dicitur. Dicitur autem pactũ à pactione, inde eſt pacis nomen appellatum. Pactio enim eſt duorum pluriumue in idem placitum ſeu conſenſus ut lib. 1. ff. de pac. Vel ſic: Pactum eſt quo inter aliquos conuenit.

Pagus græce πάγος. ου. ὁ. dicitur. Eſt autem pagus prima ſocietas quæ conſtituitur ex pluribus domibus utilitatis gratia non quotidianæ, ſecundum Ariſto. libro 1. Politic.

Pagus dicitur πήγνυμι. ñς. ſ. quod apud græcos fons dicitur. Etenim plures ſimul domus ruſticæ, hoc eſt plures uillæ pagus uocãtur, quoniã circa fontes condi huiuſmodi uillæ conſueuerunt. Hinc pagani dicti, q̃ſi ex eodem fonte potãtes, hoc eſt uillani. hinc ſemipaganus, quaſi ſemiuillanus.

Palpatio græce ψηλαφησις. ιος. ἡ. & ψηλαφητός. ή, ό. palpabilis & ψηλαφάω palpo dicitur. Palpabile quodlibet eſt tangibile, & non econtrario, ex hea. Tho. 4. Sent. di. 44. q. 2. art. 2.

Palpatio non pertinet ad tactum, ut diſcretiuus eſt contrariorum, ſcilicet calidi & frigidi, & huiuſmodi: ſed ut diſcretiuus corporum ſolidorum, ſecundum b. Tho. 3. Sen. di. 21. q. 2. art. 4.

Palpare ſiue palpari (utroq; em̃ modo dicit) p prie eſt leuiter & quaſi tentando tangere, unde pro adulari frequenter accipitur, & palpatores ex eo dicuntur adulatores. A palpo fit frequentatium palpito, quod leuiter & frequenter moueo, & quaſi palpando, unde palpitare cor dicitur ob frequentem motum. Plin. Palpitat certe cor, quaſi alternatim mouetur.

Palpebra græce βλέφαρον. ου. τὸ dicitur. Sunt aũt palpebræ capilli quos in genis hoĩes utriq; habẽt, dictæ uel à palpando, hoc eſt tremendo, ut Varroni placet, uel à palpando, hoc eſt prætentando obiecta. Ob hoc enim natura palpebras homini dedit, ut ceu uallum quoddã uiſus eſſent, & prominens munimentum circa occurſantia animalia, aut alia fortuito incidentia.

Panis græce ἄρτος. ου. ὁ. dicitur. Panis autem forma ſubſtantialis conſequit mixtionẽ farinæ & aquę & ipſam uiſionẽ, ex b. Tho. 4. ſen. d. 11. q. 1. ar. 1.

Panis furnaceus qui in furno coquitur, à Græcis κλίβανος. ου. ὁ. clibanus dicitur, & ſubcinericius, qui ſub cinere: focatius, qui in foco.

Panis azymus eſt panis ſine fermento, à Græcis enim fermentum ζύμη. ης. ἡ. dicitur.

Panis dicit à paſcendo, ut Varroni placet, uñ pappa deducit q̃ proprie eſt cibus puerorũ, unde fit pappo uerbũ, hoc eſt edo, cibũ ſumo. Plaut. Nouo liberto opus eſt quod pappet. A panis fit panifex, qui panem facit, & panifica mulier panem faciens, & panificium, ipſa panis factura.

Papa græce πάππας. ου. ὁ dici poteſt, & eſt ſummus põtifex, qui habet plenitudinẽ pontificalis poteſtatis ſicut rex in regno, ſed epiſcopi aſſumuntur in partẽ ſolicitudinis, q̃ſi iudices ſingulis ciuitatib?

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

præpoſiti, ex b. Tho. ſecũdà ſecundæ q. 98. ar. 9. & 4. Senten. di. 20. art. Dicitur autem à papæ admirantis interiectione, uel ꝙ ſit pappas, hoc eſt pater omnium Chriſtianorum.

Par græce ἴσος, η, ον. dicitur. Eſt autem par quod in omnes æquabile eſt. Paris autem numeri ſpecies ſunt tres. Eſt eñ una quæ dicitur pariter par. Alia uero pariter impar. Tertia impariter par.

Pariter par numerus eſt qui poteſt in duo paria diuidi, eiusꝙ pars in alia duo paria, ut hoc totiens fiat uſqꝙ dum diuiſio partium ad indiuiſibilem naturaliter perueniat unitatem, 64. in 32. in 16. in 8. in 4. in 2.

Pariter impar numerus eſt qui & ipſe quidem paritatis naturã ſubſtantiamꝙ ſortitus eſt, ſed in contraria diuiſione naturę numeri pariter paris opponitur, ut ſunt 6. 10. 14. 18. 22. & his ſimiles.

Impariter par numerus ex utriſꝙ confectus, & medietatis loco gemina extremitate cõcluditur, ut quia ab utroꝙ diſcrepet eadem ad alterutrum cognatione iungatur. Hic autem talis eſt qui diuiditur in æquas partes, cuiusꝙ pars in alias æquas diuidi poteſt, & etiam aliquando partes partium diuiduntur, ſed non ut uſqꝙ aduntatem progrediatur æqualibus iſta diſtinctio, ut ſunt 24. & 38. ex Boetio Arithmeticæ lib. 1.

Parcitas quid ſit, uide infra in Parſimonia.

Parabola ſiue parabole dictio græca eſt παραβολὴ ῆς. ἡ. & a παραβάλλω quod eſt aſſimilo uenit: Eſt autem parabola ſententia habens obſcuram ſimilitudinem, ſecundum bea. Thom. prima parte q. 1. art. 10.

Parabola eſt ſermo ſimilitudinarius, qui aliud dicit, & aliud ſignificat, ſecundum b. Tho. ſuper Eſaiam 14. col. 1.

Paradiſus græca dictio eſt. Nam παράδεισος. ου. ὁ. pomarium ſignificat, unde & poma illa paradiſea uocãtur, à ſitu, quod fere in omnibus pomarijs inſerantur odore ſaporeꝙ inſignia.

Paradiſus triplex eſt, ſcilicet terreſtris, cæleſtis & ſpiritualis. i. uiſio dei, ex b. Tho. 1. parte q. 102. ar. 1. & ſecunda ſecundæ q. 175. art. 3.

Paradiſus terreſtris eſt locus corporeus in oriente ut in nobiliſſimo loco, & interpretatur hortus, ex b. Tho. 2. 2. q. 84. art. 3. Eſtꝙ locus cõueniens habitationi humanæ, ga habet aerem temperatum & tenuiſſimum, & plantas ſempꝙ floridas, ſecundum b. Tho. 1. parte q. 102. ar. 2.

De paradiſo cæleſti uide ſupra in Gloria æterna.

De paradiſo ſpirituali, uide ſupra in Deus.

Paradoxos græca dictio eſt παράδοξος. η. ον. admirabilis & præter opiniõem. Eſt autem paradoxon quod eſt admiratiõe dignum, & opinionem hominum ſuperat. Nam δόξα græce opinio eſt, unde extant Paradoxa Ciceronis.

Paraferna græce eſt παραφέρνα, unde parafernalia bona dicuntur à iure conſultis quæcunꝙ præter dotem fœminis a ſponſis dantur a παρα præter, φερνὴ dos.

Paraſitus græca dictio eſt παράσιτος. ου. ὁ. Eſt is qui aliorum menſam & cibaria ſequitur. cõponiturꝙ παρά quod ſignificat iuxta, & σῖτος. ου. ὁ. quod eſculẽtum ſignificat, quare paraſiti uocantur qui ad uoluptatem eius in cuius contubernio ſunt loquunt & faciunt, nihil repugnantes cibi & uentris gratia. Hinc diminutiuum paraſitaſter, quod nõ ſignificat paruum paraſitum, ſed paraſitorũ imitatorem. In after enim nomina deſinentia potius imitationem ꝙ diminutionem ſignificãt eius à quo deſcendunt.

De hac materia uide ſupra in Gula.

PArens græce γονεύς. έως. ὁ. ἡ. Eſt autem parens nõ modo pater & mater, ut uulgus putat, auꝰ proauus, & auia, proauia. Quin etiã Caius iuriſconſultus ſentit omnes ſuperiores parentis appellatione contineri. Venit autem parens à pario, paris. Eſt enim parere fœtum emittere, quod proprium fœminarum eſt. Dicitur etiam de uiris. Cæcilius: Hic uicinus noſter peperiſſe ſe filium memorat, hoc eſt genuiſſe. Metaphoricose etiam parere eſt acquirere, comparere. Virgi. Ite ait egregias animas quæ ſanguine nobis Hanc patriam peperere ſuo, decorate ſupremis Muneribus. A parens parentare deducitur, quod proprie eſt parentibus iuſta celebrare. Et parentalia conuiuia, quæ in parentum aut propinquorum mortibus fieri conſueuerunt. Et parricida, qui parẽtem occidit, & crimen ipſum parricidum. Is autem qui patrẽ occidit dicitur patricida, qui & græce πατροφόνος dicitur, & qui matrem matricida, qui & græce μητροκτόνος dicitur, ſceluſꝙ ipſum patricidium & matricidium appellatur.

Exodi cap. 20.

Honora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longæuus ſuper terram, quam dominus deus tuus dabit tibi. *Idem cap. 21.*

Qui percuſſerit patrem ſuum aut matrẽ morte moriatur. *Leuitici cap. 19.*

Vnuſquiſꝙ patrem ſuum & matrem ſuam timeat. *Idem ca. 20.*

Qui maledixerit patri ſuo uel matri, morte moriatur. *Ibidem.*

Qui maledixerit patri ſuo aut matri morte moriatur, patri matriꝙ qui maledixerit, ſanguis eius ſit ſuper eum. *Deuteron. cap. 4.*

Honora patrem tuum & matrẽ, ſicut præcepit tibi dominus deus tuus, ut longo uiuas tempore, & bene ſit tibi in terra quam dominus deus tuus daturus eſt tibi. *Ibidem cap 21.*

Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempſerit, apprehendent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicñ, dicentꝙ ad eos: Filius noſter proteruus & cõtumax eſt, monita noſtra audire cõtemnit, comeſſationibus uacat, & luxuriæ atꝙ conuiuijs: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, & auferatis malum de medio ueſtri, & uniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat. *Ibidem ca. 27.*

Maledictus qui nõ honorat patrem ſuum & matrem ſuam, & dicet omnis populus Amen.

Tobias ca. 4.

Igitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Igitur cum Tobias putaret orationem ſuã exaudiri ut mori potuiſſet, uocauit ad ſe Tobiam filium ſuũ dixitq; eis: Audi fili mi uerba oris mei, & ea in corde tuo quaſi fundamẽtum conſtrue. Cum acceperit deus animam meã, corpus meum ſepeli, & honorem habebis matri tuæ oĩ ibus diebus uitæ eius. Memor enim eſſe debes q̃ & quanta pericula paſſa ſit propter te in utero ſuo. Cum autem & ipſa compleuerit tempus uitæ ſuæ, ſepelias eam circa me.

Prouerb. cap. 19.

Qui affligit patrem & fugat matrem, ignominioſus erit & infœlix. *ibidem ca. 20.*

Qui maledicit patri ſuo & matri, extinguetur lumen eius in mediis tenebris. *ibidem ca. 23.*

Audi patrem tuum qui genuit te, & ne contempſeris cum ſenuerit mater tua.

Ibidem ca. 28.

Qui ſubtrahit aliqd à patre ſuo uel à matre, & dicit hoc non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt. *Ibidem ca. 30.*

Oculum qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ ſuffodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ.

Eccleſiaſtici ca. 3.

Sicut qui theſaurizat, ita & q̃ honorificat matrem ſuam. *Ibidem.*

Qui honorat patrem ſuum, iucundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur.

Ibidem.

Qui honorat patrem ſuum, uita uiuet longiore, & qui obedit patri, refrigerabit matrem.

Ibidem.

Qui timet dominum, honorat parentes, & q̃ſi dominiũ ſeruiet his qui ſe genuerũt in opere & ſermone & omni patientia. *Ibidem.*

Honora patrem tuum ut ſuperueniat tibi benedictio à deo, & benedictio illius in nouiſſimo manet. *Ibidem.*

Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta.

Ibidem.

Ne glorieris in contumelia patris tui, non eñ eſt tibi gloria ſed confuſio. *ibidem ca. 3.*

Gloria eñ hominis ex honore patris ſui, & decus filij pater ſine honore. *Ibidem.*

Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in uita illius, & ſi defecerit ſenſu, ueniã da, & ne ſpernas eum in tua uirtute.

Ibidem.

Eleemoſyna enim patris nõ erit in obliuione: nam pro peccato matris reſtituet tibi bonum & in iuſtitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis cõmemorabitur tui, & ſicut in ſereno glacies, ſoluentur peccata tua. *Ibidem.*

Quam malæ famæ eſt qui derelinquit patrem, & eſt maledictus à deo qui exaſperat matrem.

Ibidem.

Honora patrem tuũ, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris. Memento quoniã niſi per illos natus nõ fuiſſes, & retribue illis quomodo & tibi.

Ibidem.

In omni uirtute dilige eum qui te fecit, & miniſtros eius ne derelinquas.

Paulus ad Epheſios cap. 6.

Filij obedite parẽtibus ueſtris in dño, hoc eñ eſt, Honora patrem tuum & matrem tuam, q̃d eſt mandatum primum in promiſſione, ut bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram: & uos patres nolite puocare ad iracũdiam filios ueſtros, ſed educate illos in diſciplina & correptione domini. *Idem ad Coloſſen.*

Filij obedite parentibus per oĩa, hoc enim placitũ eſt in domino. Patres nolite ad indignationem puocare filios ueſtros, ut nõ puſillo animo fiant. *Augu. de uerbis domini ſermone 6.*

Pater & mater ſi ratione ſunt educãtes te, ſi in Chriſto nutrientes te: audiendi ſunt & in oĩbus obtemperandum eſt eis in omni iuſſione.

Idem & hab. diſt. 55. cap. Sponſus.

Spõſus ille q̃ uocaturus erat ad nuptias bonos & malos cõgruens inuitatis, naſci etiam uoluit de bonis & malis. Quo exemplo diſcant parentum ſuorũ filij iniquitates ſibi non obeſſe poſſe.

Hieron. tractans illud. Honora patrem & matrem.

Meretur cæcitatis ſubire ſupplicium, qui parentum uultus coruo uiſu deſpexerit, & elatis oculis laeſerit pietatem.

Idem ſuper illud Matthæi 10. Qui amat patrem.

Si neceſſitas uenerit, ut amor parentũ ſiue filiorum amori dei comparet, & nõ poſſit utrũq; ſeruari, odium in ſuos, pietas in deum ſeruãda eſt.

Idem in epiſtola ad Heliodorum.

Gladium tenet hoſtis ut me perimat, & ego de matris lachrymis cogitabo?

Idem in epiſtola ad Ruffinum.

Sicut boni filij adulterorũ nulla eſt defenſio, ſic mali filij coniugatorum nullũ crimen eſt matrimonij, quia non in ſeminibus, ſed in uoluntate naſcentis cauſa uitiorum eſt atq; uirtutum.

Amb. ſuper illud Matth. 19. Honora patrem.

Primus gradꝰ pietatis eſt iſte, ut q̃s authores ſibi uoluit eſſe deos, honores obſequijs, abſtineas cõtumelijs, nec uultu lædẽda eſt pietas parentũ.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper illud Mulier ecce filius tuus &c.

Docet nos Chriſtus uſq; ad ultimã reſpirationẽ parentũ diligentiã habere. Qui enim alijs mulieribus aſtãtibus nihil dixit, docet nos plus aliquid impendere parentibus. Sicut eñ aduerſantes genitores ad ſpiritualia noſſe nõ debent, ita quando nihil impendunt, omnia debent eis præbere ante alios, quia genuerunt, quia aluerunt.

Caſſiodorus ſuper illud pſalm. Iniquos odio habui

Filios & parentes, ſi aduerſi ſunt, alienata debemus uoluntate contemnere. Sæpe tamen quos flamma uon terruit, quos ferrum non ſubdidit, neceſſitudinum blandimenta flexerunt.

Ariſto. lib. 8. Ethicorum.

Pater tria bñficia dat filio, eſt ſibi cauſa eſſendi generando, eſt ſibi cauſa nutriendi educando,

& eſt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& eſt ſibi cauſa diſciplinæ informando.

Ibidem.

Parẽtes amant ſuos filios ſicut ſui aliquid exiſtentes, filij aũt parẽtes ut ab his aliquid exiſtẽs,

Ibidem.

Parentes plus amant filios ꝙ econuerſo, quia magis ſciunt parẽtes, ꝙ filij ſunt eis nati ꝙ filij.

Ibidem.

Matres plus diligunt filios quàm patres, quia certiores ſunt de eis. *Ibidem.*

Mater poteſt abnegare filio, & nõ ecõuerſo.

Idem lib 9. Ethicorum.

Omnis artifex diligit opus ſuũ, & etiã ipſum magis diligit ꝙ diligat ab opere, ut patet de parentibus reſpectu filiorum. *Ibidem.*

Matres plus amant filios, quàm econuerſo.

Idem lib. 9. Ethicorum in principio.

Dñs parentibus & magiſtris nõ poteſt reddi æquiualens. *Idem lib. 8. Topicorum*

Qui dubitat utrũ oporteat deos uenerari, aut parẽtes honorare, nõ indiget ratione ſed pœna.

Valerius Maximus lib. 1.

Iuſtiſſime quadam pari uindicta parentum ac deorum uiolatio expianda eſt.

Iſocrates in ſermone admonitorio ad Dæmonicum.

τοιῦτ' γίνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἷοις ἂν αὐτὸς εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σαυτοῦ παῖδας. id eſt,

Talis ſis circa parẽtes quales utiq; precatus fueris circa teipſum tuos filios. *Ibidem.*

τοὺς δὲ γονεῖς τίμα. id eſt Parentes autem honora.

Homerus in Iliados. Verba ſunt Hectoris de Aſtymacte filio.

ζεῦ, ἄλλοι τε θεοὶ, δότε δὴ καὶ τὸν δὲ γενέσθαι
παῖδ' ἐμὸν, ὡς καὶ ἐγώτερ, ἀριπρεπέα τρώεσσιν,
ὧδε βίην τ' ἀγαθὸν, καὶ ἰλίου ἶφι ἀνάσσειν
καὶ ποτέ τις εἴπῃσι, πατρὸς δ' ὅγε πολλὸν ἀμείνων. id eſt,

O Iupiter aliiq; dei, cõcedite & hunc fieri
Filiũ meũ, ſicuti me excellentẽ inter Troianos.
Et ſic uirib, præſtantẽ, & Ilio egregie imperare.
Vt aliqñ aliqs dicat, patre hic multo pſtantior.

Menander.

ἤλυγε πατὴρ φρόνησιν ἀντ' ὀργῆς ἔχων. id eſt,

Suaue quid ẽ pater ptudentiã loco iræ habens.

Ibidem.

βούλῃ γονεῖσι πρὸ παντὸς ἐντιμᾶς ἔχειν. id eſt,

Velis patentes ante oẽ in honoribus habere. *idẽ.*

γονεῖσι δὲ, καὶ φίλοις εὐεργέτει. id eſt.

Parẽtes honora, & amicos bñficio affice. *Idem.*

ἐλπίζε τιμῶν τοὺς γονεῖς πράξειν καλῶς. id eſt,

Spera honorãs parentes te facturꝫ bene. *idem.*

θεοὶ μέγιστοι τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονεῖς. id eſt,

Dei maximi ſapientibus parentes. *idem.*

ὑκανῶς βιώσῃ γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς. id eſt,

Sufficiẽter uiues in ſenectute paſcẽs parẽtes. *Idẽ.*

νόμιζε σαυτῷ τοὺς γονεῖς εἶναι θεούς. id eſt,

Perſuade tibiipſi parentes eſſe deos. *idem.*

πρὸς ὕβριν ὀργὴν ὐκ ἔχει χρησὸς πατήρ. id eſt,

Aduerſus filium iram non habet bonus pater.

Phocylides.

παισὶ μὴ χαλέπαινε τεοῖς, ἀλλ' ὕπιος ἴσθι·
ἦρι μέτι πᾶσ' ἀλίτῃ, κωλυέτω δὲ μήτηρ
ἢ καὶ πρεσβύτατοι γενεῆς, ἢ δημογέροντες. id eſt,

Filiis ne iraſcere tuis, ſed indulgens ſis:
Si uero q̃d filius etraueric, caſtiget filiũ mater.
Vel maiores natu familiæ, uel populi ſeniores.

Pittacus.

μὴ ἐρίζε γονεῦσι, κἂν δίκαια λέγωσι· id eſt,

Noli cõtendere cũ parentibus, etiã ſi iuſta dicas,

Idem.

γονέας τίμα. Id eſt, Parentes uenerare,

Cleobolus.

τοὺς τέκοντας ὑπομονὴ νίκα. id eſt,

Parentes patientia uince.

Plautus in duobus captiuis.

Quàm tu filiũ tuũ, tam me pater meꝰ deſiderat.

Idem in Sticho.

Si affirmabit pater aduerſum nos, pati non oportet, ꝙ ille faciat, cuius poteſtas plus poteſt.

Terentius comœdia 2.

Decet filium ex more patris, nõ patrem ex more filij uiuere. *Idem comœd. 3.*

Matres oẽs filijs in peccato adiutrices, & auxilio paterna iniuria ſolent eſſe. *Ibidem.*

Nam qui mentiri aut fallere inſueuerit patrẽ, tanto magis audebit cæteros. *Ibidem.*

Pudore & liberalitate liberos retinere ſatius ẽ (credo) ꝙ metu. *Ibidem.*

Hoc patriũ eſt potiꝰ conſuefacere filiũ ſua ſpõte recte facere, ꝙ alieno metu. *Idem comœdia 5.*

Nam matris ferre iniurias pietas iubet. ibidem.
Nam me parenti potius q̃ amore obſequi oportet.

Virgilius Aeneidos lib. 2. de Aenea.

Ergo age chare pater ceruici imponere noſtræ,
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit:
Quo res cunq; cadent, unum & commune periclum.
Vna ſalus ambobus erit. Idem lib. 6.
Vicit iter durum pietas. Propertius lib. 3. elegia 11.
Nam quantum ferro tantum pietate potentes
Stamus.

De hac materia habes ſupra ubi filius.

PARSIMONIA græce φειδὼ ὁσσή & φειδολόσυ ὁ parcus & φείδομαι parco dicitur. Eſt aũt parſimonia, qua animi, honeſti & utilis cauſa ne diſpendium faciant, & bona ſua operum nomine uel facultatum appellata inutiliter inhoneſteq; cõſumant, ſed tueantur atq; cuſtodiant, prudenter conſiderant. Cuius contrarium eſt luxuria ſeu luxus, & bonorum ſuorum dilapidatio, uideſq; parſimonia differre à frugalitate, quod parſimonia eſt quid generalius. Frugalitas uero eſt proprie cibi potusq; mentis frugi ac bene compoſitæ moderatio, cuius contrarium uoracitas. Cicero tamen frugalitatem dicit plura complecti, ſcilicet fortitudinem, iuſtitiam, prudentiam.

Parſimonia à parſi p̃terito huius uerbi parco uenit. Eſt enim parcere inter alia quæ habet ſignificata idem ꝙ abſtinere. Vir. Parce pias ſcelerare manus. Vnde parcere pecuniæ abſtinere ab expendẽda pecunia, ſiue parum expendere pecuniam, & parcere labori, id eſt nihil uel parum laborare. Hinc ut diximus fit parſimonia, quæ pro moderatione ſumptuũ & parcitate, hoc eſt conuerſatione rerum accipitur. Ab eodem uerbo uenit parcus, qui frugi eſt & ſumptibus parcit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cit,& parcitas,quæ idem eſt quod Parſimonia.

Phocylides.

ἄρχομενος φείδου πάντων,μὴ τερμ' ἐπυλλίνης. id eſt,

Cum incipis parſimonia utere in omnibus,ne in fine indigeas. *Heſiodus.*

ἀρχομένου δὲ πίθου μὴ γίγνεσθε κόρεες ἀσσον.
μεσσόθι φείδεσθαι,λειπὼν δ' ἐπὶ πυθμένι φείδου. id eſt,

Incipiente autem dolio,& finiente ſatiare.
Sed in medio parſimonia utere,grauis in fundo parſimonia. *Lucianus.*

ὡς τεθνηξόμενος,τῷ σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε,
ὡς δὲ ζωόμενος,φείδεο σῶν κτεάνων.
ἐστὶ δὲ ἀνὴρ σοφὸς ὄντως,ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας,
φείδοι,καὶ μετάνιη μέτρον ἐφημόσατο. id eſt,

Tanquam moriturus tuis bonis fruere.
Tanquam autem uicturus parce tuis poſſeſſionibus,
Eſt autem uir ſapiens hic,qui ambo hæc cognoſcens.
Parſimoniæ & ſumptui menſuram aptauit.

Pars græce μέρος.ους.τὸ. & μερικος.ὴ.ὸ. particularis, & μερίζω diuido dicitur.Partes autẽ ſunt in quas materialiter diuiditur totum,ſecundum bea.Tho. tertia parte q.90.ar.Partis diminutiuum eſt particula græce μερίδιον.Pars eſt triplex, ſcilicet integrale,uniuerſale & proteſtatiuum,ſecũdum b.Tho.parte 76.ar.8. & ſecunda ſecundæ q.48. Hinc uenit participare,quod nihil aliud eſt q̃ a liquid ab alio partialiter accipere,ſecundum b. Tho.ſuper Metaphyſice li.lect.10.col.1. circa fi. Particulare dicitur,quia in eo particulatur natura communis ſecundum uirtutem eſſendi in pluribus,non autem ſecundum ratiõem eius, ex beato Tho.1.Sen,diſt.23.ar.2.

Pars ſecũdum aliquos dicitur à pari,quia partes ſimul iunctæ pares, hoc eſt æquales ſunt toti. Vel à partu, q̃ pars à toto deducta, & quaſi parta ſit. Hinc fiunt particeps,participiũ,& participiale nomen,& plura alia.

Paruificentia græce μικροπρέπεια.ας.ἡ. dicitur.Eſt autem paruificentia uitium oppoſitum magnificẽtiæ,& eſt circa magnos ſumptus. Ideo minus uitium q̃ illiberalitas ſecundum b. Tho, ſecunda ſecundæ q.135.ar.1.

Paſſio græce πάθος.ους.τὸ. uel πάθημα.ατος.τὸ. & παθητικός.ὴ.ὸ.paſſiuus dicitur. Eſt autem paſſio effectus illatio q̃ actionis,ſecundum Gilbertum Porretanum libro ſexto principiorum. Venit autem à patior,unde paſſibilis,patibulum,& patientia, de qua infra.

PAtientia græce ὑπομονὴ.ῆς.ἡ. & ὑπομονικὸς.ὴ.ὸ.patiens,& ὑπομένω ſuſtineo dicitur.Eſt autem patientia uirtus,contumeliarum & omnis aduerſitatis impetus æquanimiter portans,ſecundum Ciceronem in Rhe.Patientia eſt honeſtatis & utilitatis cauſa,rerum arduarum & difficilium uoluntaria ac diuturna perpeſſio,ut ibidem. Patientia eſt ſuas & ſuorum iniurias ac cætera mala æquanimiter ferre,ut habetur 23.q.1.ȝ.1.

Eſdræ 3.cap.10.

Nunc ergo retine apud teipſum dolorem tuum,& fortiter fer qui tibi contigerunt caſus.

Prouerbiorum cap.16.

Melior eſt patiens uiro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore urbium.

Ibidem cap.19.

Doctrina uiri per patientiam noſcit,& gloria eius eſt iniqua prætergredi. *Ibidem cap.25.*

Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiem. *Eccleſiaſtes cap.7.*

Melior eſt patiens arrogante.

Eccleſiaſtici cap.27.

Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. *Matth.cap.5.*

Audiſtis quia dictũ eſt oculũ pro oculo,dentẽ pro dente,ego aũt dico uobis,nõ reſiſtere malo,ſed ſi quis te percuſſerit in dextram maxillã tuam,præbe ei & alteram, & ei qui uult tecum in iudicio contendere,& tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium,& quicunq; te angariauerit mille paſſus,uade cum illo & alia duo.

Paulus ad Romanos cap.5.

Tribulatio patientiam operatur,patiẽtia autem,probationem,probatio uero ſpem.

Idem 2.ad Timoth.cap 3.

Et omnes qui pie uolunt uiuere in Chriſto Ieſu,perſecutionem patientur.Mali autem homines & ſeductores perficient in peius errantes, & in errorem mittentes. *Ibidem.*

Patientia enim uobis neceſſaria eſt, ut uoluntatem dei facientes reportetis promiſſionem.

Iacobus in epiſtola cap.1.

Omne gaudium exiſtimate fratres mei,cũ in tẽtationes uarias incideritis, ſciẽtes q̃ probatio fidei ueſtræ patientiam operatur. Patientia aũt opus perfectum habeat,ut ſitis perfecti & integri in nullo deficientes. *Ibidem.*

Beatus uir qui ſuffert tentationem,quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromiſit deus diligentibus ſe.

Idem in epiſtola cap.5.

Patientes igit eſtote & uos, & cõfirmate corda ueſtra,quoniam aduentus domini appropinquabit, nolite ingemiſcere fratres in alterutrũ ut non uindicemini, ecce iudex ante ianuã aſſiſtit. Exemplũ accipite fratres exitus mali,& longanimitatis,& laboris,& patientiæ per prophetas,qui locuti ſunt in nomine domini,ecce beatificamus eos q̃ ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob audiſtis,& finem uidiſtis,quoniã miſericors eſt dominus & miſerator. *Petrus apoſt.1.cap.2.*

Hæc eſt gratia ſi propter dei conſcientiam ſuſtinet q̃s triſtitias patiens iniuſte. Quæ enĩ eſt gratia,ſi peccantes & collaphizati ſuffertis,ſed ſi bene faciẽtes patiẽter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud deum. In hoc enim uocati eſtis,quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis,uobis relinquens exẽplum, ut ſequamini ueſtigia eius. Qui peccatum nõ fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius, qui cũ maledicereturnon maledicebat,cum pateretur nõ comminabatur,tradebat autem iudicanti ſe iniuſte,qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum,ut peccatis mortui iuſtitiæ uiuamus,cuius liuore ſanati ſumus.

Auguſt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Auguſt. de puero Centurionis. & habetur 23. q.4. cap. Paratus.

Paratus debet eſſe homo iuſtus & pius, patiens eorum malitiam ſuſtinere, quos fieri bonos quærit, ut potius numerus creſcat bonorum, ut non pari malitia ſe quis numero addat malorū.

Idem in epiſtola ad Probam.

Perfacile eſt ueſtē cōtemptam habere, inclinato capite incedere, uelū ſuper capillos dimittere, ſed uerum humilem patientia oſtendit iniuriæ.

Idem in ſermone de Patientia.

Ne indignemini fratres, ſi mūdo mali florēt, & uos aduerſa patimini, quia nō eſt Chriſtianæ religionis in temporalibus exaltari, ſed potius deprimi. Mali eī nihil habent in cœlo, & uos nihil habere debetis in terra, ſed ſpe illius boni ad quod tenditis, quicquid in uia contingit gaudere debetis. *Idem in ſerm. ad Lippium.*

Noli admirari frater, ſi poſtq̄ Chriſtianus effectus es, mille te undiq̄ tribulationes uexant, qm̄ Chriſtus noſtræ religiōis caput eſt, nosq̄ eius mēbra ſumus. Debemus ergo non ſolū eum, ſed & uitam eius cumulatiſſime ſequi. Vita enim Chriſti reſperſa fuit anguſtijs plurimis, ſumma paupertate circundata, à Scribis & Phariſæis eſt deriſus, tādem propter nos peccatores morti turpiſſime traditus eſt: unde coniectura eſt, cum te deus immenſis perſecutionibus corripit, te & in electorum ſuorum numero deſtinaſſe, nam ſine huiuſmodi tribulationibus nequaquam ad eū peruenire poſſumus. Omnes em̄ qui ad paradiſum redire deſiderant, oportet tranſire per ignē & aquā. Siue fuerit Petrus apoſtolus, cui datæ ſunt claues regni cœlorum, ſiue Paulus uas electionis, ſiue Ioānes, cui reuelata ſunt ſecreta cœleſtia, neceſſe eſt ut omnes dicant: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

Idem in ſermone Innocentium.

Fratres chariſſimi, bonos & iuſtos uiros ſemp perſecutionē malorū ſuſtinuiſſe cognoſcimus, ſi diligēter conſideramus, inueniemus illos maiora ſupplicia ſuſtinuiſſe qui faciunt, q̄ qui ſuſtinere uidentur. Omnis enim homo qui alium in corpore perſequitur, prius ipſum in corde perſecutionem ſuſtinere cognoſcitur, nam ſi etiam ille qui perſequitur aliquid de ſubſtantia eius tulerit, maius ipſe diſpendium ſibi facit. Quia nemo habet iniuſtū lucrum ſine iuſto damno, ubi eſt lucrū ibi & damnum, lucrum in arca, dānum in conſcientia: tulit ueſtem, & perdidit fidē: acquirit pecuniam & perdit iuſtitiam.

Idem de doctrina Chriſtiana lib. 1.

Quanto in hac uita fruimur deo uel per ſpeculū uel in ænigmate, tanto peregrinationē noſtram & tolerabilius ſuſtinemus, & ardētius ſuſferre cupimus.

Idem ſuper Ioannem Homilia 58.

Deus in paſſione ſua percuſſus ad maxillam non præbuit aliam, demonſtrās illa magna p̄cepta patientiæ, non in oſtentatione corporis, ſed in cordis præparatione facienda.

Idem libro de uerbis domini. & habetur 23. q.4. Tolerandi.

Tolerandi ſunt quidē mali pro pace, nec corporaliter ab eis recedatur, ſed ſpiritualiter exire eſt facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum licet pro gradu cuiuſquam ſalua pace, diſplicere eſt, non tangere, non enim prophetæ qui hoc dicebant populum ſuum dimiſerunt, ſed inter eos habitabant quos increpabant, unum templum cum eis intrabant, eadē ſacra celebrabant. Hoc ergo exire eſt ore non parcere, hoc eſt, immundum nō tangere, uoluntati malæ non conſentire.

Idem ſuper Ioannem, & habetur ibidem cap. Quid ergo.

Quid ergo uoluit dñs noſter Ieſus Chriſtus fratres chariſſimi admonere eccleſiam noſtrā, quādo unum proditorem in duodecim habere uoluit, niſi ut malos toleremus, nec corpus Chriſti diuidamus, ecce inter ſanctos eſt Iudas, ecce fur eſt Iudas, & ne contendas fur & ſacrilegus, & nō qualiſcunq̄ fur, ſed loculorum dominicorum, ſed ſacrorum. *Ibidem cap. Tu bonus.*

Tu bonus tolera malū. Nā & Chriſtus Iudā, cum ſciret furem eſſe tolerauit, & ad prædicandum miſit, eiq̄ cum alijs euchariſtiam dedit.

Idem de uerbis apoſtoli.

Irā fratris tunc portabis, cum tu aduerſus eū non iraſceris, ut rurſum eo tempore quo te ira præoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate ſupportet. *Idem ſuper Pſalm. 21.*

Intelligat homo medicum eſſe deum & tribulationē medicamentum eſſe ad ſalutem, non pœnam ad damnationem, ſub medicamēto poſitus ureris, ſecaris, clamas, nō audit medicus ad uoluntatem, ſed audit ad ſanitatem.

Hieronymus epiſt. 88.

Affectus & perturbationes quandiu in tabernaculo corporis huius habitamus, & fragilicarne circūdamur, moderate regere poſſumus, amputare non poſſumus.

idem epiſtola ad Nepotianum.

Miles Chriſti non laude extollitur, nec uitupe ratione frangitur, non diuitijs tumet, nec cōtrahitur paupertate, & læta cōtemnit & triſtia, per diem ſol non uret, & luna per noctem.

Ambroſius ſuper Beati immaculati.

Illud eſt magnificum, ſi ſubiectus contumelijs, iudicium dei laudes, ſi uexatus ægritudine, iudicio dei deputes, ſi inopia, non reuocet quominus laudes iuſtitiam dei.

Idem ſuper Lucam libro 5.

Voluit Chriſtus deſeri, uoluit prodi, uoluit ab apoſtolo ſuo tradi, & cū ſis deſertus à ſocio, proditus ab ipſo moderate feras tuum errare iudicium, periſſe beneficium,

idem Officiorum libro 1.

Nō mediocre eſt mitigare iracundiā non inferius q̄ animo nō commoueri, hoc noſtrum eſt, naturæ illud. *Greg. lib. 2. Moralium*

Magna eſt cōſolatio in eo quod diſplicet, q̄d ordi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ordinante illo erga nos aperitur, cui nō niſi iuſtum placet. *Idem lib. 21. Moralium.*

Feſtina conſolatio bonorū conſideratus finis malorum. Dum enim ex eorum interitu malū conſpiciunt quod euadunt, leue æſtimāt quicquid aduerſum in hac uita patiuntur.

Idem in Regiſtro.

Facilis erit cōſolatio ſi inter flagella quæ patimur, quæ fecimus ad memoriā reuocamus, hęc nō iam flagella, ſed dona eſſe cōſpicimus, ſi quæ carnis delectatiōe peccamus, carnis dolore purgamus. *Idem ſuper Prouerb. 25. Doctrina uiri per patientiam noſcitur.*

Tanto quiſq; minus oſtendit doctus quanto minus patiēs. Nec enim poteſt ueraciter bona docēdo impendere, ſi uiuēdo neſcit aduerſa æquanimiter tolerare. Perfecti enim doctoris eſt, aliorum improbitatē patiēter ſufferre, ut ſe nouerit ab iniquis patienter obſeruari. Nec enim propria munditia ſine tolerantia ſufficit, nec tolerantia ſine munditia ualet.

Idem lib. 2. Moralium.

Sæpe hoſtis callidus cum imparatam mentē ad tolerantiam uidet, quid ad ea maxime diligatur exquirit, & ibi ſcādali laqueos inſerit, ut quo magis res quæq; diligitur, eo per eam facilius patientia turbetur.

Idem lib. 2. Mor. ſup illud, Frater ſui draconum.

Nullus perfectus eſt qui inter mala proximorum patiens nō eſt. Qui enim æquanimiter aliena mala nō intollerat, ipſe ſibi per impatientiā teſtis eſt, quia ab omni plenitudine lōge diſtat. Abel quippe renuit eſſe, quē Caīn malitia non exercet. Sicut in tritura paleæ grana præmunt, ſic flores inter ſpinas prodeunt, & roſa quæ redolet creſcit cum ſpina quæ pungit.

Idem libro 5. Moralium.

Patienter quippe illatā iniuriā tolerat, qui pie meminit quod forcaſſe adhuc ex ſe habeat, in quo ipſe debeat tolerari, & q̄ſi aqua ignis extinguit, cū ſurgēte furore animi ſua cuiq; ad mentem culpa reuocat, quia erubeſcit peccatis non parcere, qui deo uel proximo ſe recolit parcendo peccaſſe. *Ibidem.*

Si mens forti intentione in deū dirigitur, quicquid in hac uita ſibi amarum ſit, dulce æſtimat, omne quod affligit, requiem putat.

Idem libro 7. Moralium.

Mitigat uim doloris cōſiderata ęquitas ferētis.

Idem in Prologo Moral.

Quædā uerba Iob imperitis lectoribus aſperа ſonāt, qui ſanctorū dicta pie intelligere ſicut dicunt ignorāt. Quia animō dolentis & iuſti in ſemetipſis aſſumere neſciūt, ideo doloris uerba bene interpretari nō poſſunt. Mentem quippe patientis bene penſare nouit cōdeſcentio paſſionis. *Idem lib. 10. Moralium.*

Dolor flagelli temperat, cum culpa noſcit. Quia quanto quiſq; ferramentum medici patientius tolerat, tanto magis putridum conſpicit eſſe quod ſecat *Ibidem.*

Mala uitæ præſentis cāta durius ſentit, quāto penſare bonum quod ſequitur negligit, nequaquam nos gratia in aduerſitate deſerit, quia quo nos durius & diſpenſatiōe pcutit, eo ampliꝰ & pietate cuſtodit. *Idem lib. 11. Mor.*

Nunq; eſt patientia uirtutis in proſperis, ille uero patiens eſt, qui & aduerſis conuertit, & tamen à ſpecie ſuæ rectitudinis non curuatur.

Idem libro 16. Moralium.

Qui à ſtatu patientiæ ante linguarum uulnera corruit, ipſe ſibi teſtis eſt, quod cōtra manſuetæ percuſſionis gladios non perſiſteret.

Idem libro 30. Moralium.

Tunc illata uitia bene toleramus, cum ſecretō mētis ad mala ꝓpetrata recurrimus. Leue quippe uidebit quod iniuria percutiemur, dum in actione noſtra cōſpicimus, quia peius ē q̄ murmuremus, ſicq; fit, ut contumelijs gratia magis quam ira debeatur, quarū interuentu deo iudice pœna grauior declinari poſſe confiditur.

Ibidem.

Glorioſius eſt iniuriam tacendo fugere, quàm reſpondendo ſuperare, & ſi ſeruus conuitium dicat, iuſtus taceat, & ſi infirmus iniuriam faciat, iuſtus ſufferat, & ſi pauper criminetur, iuſtus non reſpondeat.

Idem in homilia ſuper Euangelium: Cum audieritis.

Plerunq; ideo patientes uidemus, quia retribuere mala nō poſſumus. Sed idcirco malū non retribuit, qui nequaquam ualet, proculdubio patiens non eſt, quia patientia non in oſtentione requiritur, ſed in corde.

Ibidem.

Non eſt perfecte bonus niſi qui fuerit & cum malis bonus, bonus enim non fuit, qui malos tolerare recuſauit.

Idem ſuper Ezechielem homilia 7.

Patientia uera quæ ipſum amat quem portat. Nam toleraſſe & odiſſe non eſt uirtus manſuetudinis, ſed uelamentum furoris.

Idem Homilia 35.

Sed adiuuante nos domino uirtutē patientiæ ſeruare contendimus, & in pace eccleſiæ uiuimus, & martyrij palmam tenemus.

Ibidem.

Nos ſine ferro & flāma martyres eſſe poſſumus, ſi patientiā in animo ueraciter cuſtodiamus.

Idem Homilia de Martyribus.

Mori à perſequente Martyriū in aperto opere eſt: ferre uero contumelias, & odientē diligere, martyrium eſt in occulta cogitatione.

Idem ſuper euangel. 35.

Doctrina uiri per patientiā noſcitur, tanto ergo minus quiſq; oſtenditur doctus quanto conuincitur minus patiens. Nec enim poteſt ueraciter bona docendo impendere, ſi uiuendo æquanimiter neſciat bona tolerare.

Idem ſuper Ezechielem.

Nulla ſunt bona quæ agimus, ſi non æquanimiter proximorum mala toleramus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem in homil. ſuper Euang. Cum audieritis prælia.

Patientia eſt aliena mala æquanimiter ꝓpeti, contra eum quoq; qui mala irrogant, ullo dolore morderi. *Idem ſup Ezechiel. homil. 7.*

Tribus modis uirtus patientiæ exerceri ſolet: Alia nāq; ſunt quæ à deo, aliā quæ ab antiquo aduerſario, alia quæ à proximo ſuſtinemus. A ꝓximo nanq; ꝓſecutiones, damna & contumelias ſuſtinem9. Ab antiquo aduerſario tentamēta, à deo autem flagella toleramus, ſed in his omnibus modis uigilanti oculo ſemetipſum debet circunſpicere, ne contra mala proximi pertrahaſ ad retributionē mali, ne cōtra tentamēta aduerſarij ſeducatur ad delectationē uel conſenſum delicti, ne contra flagella opificis proruat ad exceſſum murmurationis.

Ioan. Chryſoſt. ſermo 18.

Faciamus de neceſſitate uirtutē ſeu uoluntatem, exempli gratia: Propriū quis amiſit, filium, ſubſtantiā alius omnem, & fortunę bona, ſi noueris quod pactum eſt ſemel, nec deleri amplius, nec ſolui poſſe, licebit ea inſanabili calamitate utilitatis aliqd cōparare, ſi magno ac uirili animo aduerſos tuleris fortunę caſus. proq; maledictis dño laudē referas. Hoc pacto quæ ſpem præter obuenerint mala, in uoluntatis officiū commutabis. *Idem ſuper Matth.*

In propriis iniurijs patientē eſſe laudabile eſt, iniurias autem dei diſſimulare impium eſt.

Ibidem.

Si uindicare uis ſile, & funeſtā ei dediſti plagā.

Idem ſuper Matth. 5. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, oculum pro oculo.

Primus gradus patiētiæ eſt nō incipere iniuſtitiam: ſecundus poſtq; incept9 eſt æqualibus nō uindicari. Tertius eſt nō facere uexanti ea quæ paſſus es. *Idem ſup epiſt. ad Heb.*

Nihil ita confuſionē facit ingerēti mala, ſicut fortis tolerantia patientis, & neq; in uerbo neq; in opere reddere uindictam.

Iſidorus Soliloquiorum lib. 2.

Magna eſt uirtus ſi non lædas à quo læſus es. Magna eſt fortitudo ſi etiam læſus remittas. Magna eſt gloria, ſi cui potuiſti nocere parcas.

Idem lib. 4. de Summo bono.

Diſcat non murmare qui mala patit, & ſi ignorat cur mala patitur, per hoc ſe iuſte pati arbitretur, quia ab illo iudicatur cuius nunquam iniuſta iudicia ſunt.

Bernardus ſuper Cantica ſermo 86.

Ad uirtutes ſpectat tribulatiōes fortiter ſuſtinere ad ſapientiam in tribulatiōibus gaudere: Cōfortare cor tuum & ſuſtine dominū. Virtutis eſt guſtare & uidere quoniā ſuauis eſt dñs ſapientiæ. *Idem ſuper Canti.*

Sunt quidā mites, ſed quādiu nihil dicitur uel agit, niſi pro eorum arbitrio. Patebit aūt quam lōge ſint à uera manſuetudine, ſi leuis oriat occaſio. *Idem ad Euge. de Conſide. lib. 2.*

Nō bona patientia eſt cū poſſis eſſe liber, ſeruū te permittere fieri: uera patiētia eſt pati uel agere contra quod libeat, ſed nō præter ꝙ liceat.

Hugo libro 2. de Clauſtro animę.

Qui doloré capitis nō patimur benigne, quo modo ꝓ Chriſto capitis abſciſionē pateremur? Qui flagellū timent, qūo flagella ſuſtinerent?

Boetius de Conſolatione philoſ. lib. 4 proſa 6.

Quidā ſupplicijs inexpugnabiles, exemplūq; ceteris pertuleruntinuictam malis eſſe uirtutem.

Lactant. Firm. Diuina inſtituit. lib. 3.

Beatus eſt igit̄ ſapiens tormētis, ſed cōtorquetur pro fide, pro iuſtitia, pro deo, illa patientia doloris beatiſſimum faciet. *idem lib. 5.*

Magna & p̄cipua uirtus patientia eſt, quāpariter uulgi publicæ uoces, & Philoſophi, & oratores ſummis laudibus cōcelebrant. quod ſine gari nō poteſt quin ſumma uirtus ſit, neceſſe eſt iuſtum & patientē uirum in poteſtate eſſe hois iniuſti, ut patientiā capiat, patientia eſt em̄ malorum, quæ aut inferuntur, aut accidunt cum æquanimitate perlatio. Ergo iuſtus & ſapiēs qa uirtutem capit, habet in ſe patientiā, qua carebit omnino ſi nihil patietur aduerſi: contra qui in rebus proſperis agit impatiens eſt, & uirtute maxima caret. *Idem lib. 5.*

Oīa itaq; amara & grauia patiēter ferēda ſunt.

Seneca li. de moribus.

Libenter feras quod neceſſe eſt, dolor patiētia uincetur. *Idem in Prouerbijs.*

Feras, non culpes, quod mutari nō poteſt: Furor fit Iæſa ſæpius patientia.

Idem de uirtutibus lib. 4.

Si magnanimus fueris, nunquā iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices, nō nocuit mihi, ſed animū nocendi habuit, & cū illum in poteſtate tua uideris, uindictā putabis uindicare potuiſſe. Scito em̄ magnū & honeſtū uindictæ eſſe genus ignoſcere. *Idem epiſtola 68.*

Quæris an omne bonū optabile ſit? Si bonū ē inquis fortiter torqueri, & magno animo uti, & patiēter ægrotare, ſequit̄ ut iſta optabilia ſint, diſtingue. Tormenta à me abeſſe uelim, ſed ſi ſuſtinenda fuerint, ut me in illis fortiter, honeſte, animoſe gerā, optabo. qdni ego malim nō incidere bellū, ſed ſi incido, & uulnera, & famem, & omnia quæ bellorū neceſſitas affert, generoſe feram, optabo: itaq; non incommoda optabilia ſunt, ſed uirtus, qua perferuntur incōmoda. nō pati tormenta optabile eſt, ſed fortiter pati.

Idem epiſtola 93.

Cogitāda ergo ſunt oīa, & animus aduerſus ea quæ poſſunt euenire firmādus, exilia, tormēta, morbi, bella, naufragia meditare. *Ibidem.*

Cōſurgamus itaq; aduerſ9 fortunā, & q̄quid inciderit ſciamus nō eſſe tam magnū q̄ rumore iactetur. *Valer. Maxim. lib. 3.*

Aequaliter ſe in aduerſis gerere, quid aliud eſt q̄ ſæuientē fortunā in adiutoriū ſui pudore uictam conuertere? *Idem lib. 8.*

Neq; ſecundarum rerum prouentu inſolenter abuti, neq; aduerſis proſpere debilitari oportet.

Cice-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cicero Tuſculanarum quæſtionum libro 2.

Quare ſi (ut initio cõceſſiſti) turpitudo peius eſt q̃ dolor, nihil eſt plane dolor, nam dum tibi tempore, nec uiro dignum uidebitur, gemere, eiulare, lamentari, frangi, debilitari, dolere, cũ honeſtas, tum dignitas, tum decus aderit, cuiq̃ in ea conturberis, tu continebis, cedet profecto uirtuti dolor & animi inductione lãgueſcet, auc enim nulla uirtus eſt, aut contemnendus eſt dolor omnis. *ibidem.*

Spartæ uero pueri ad aram ſic uerberibus accipiuntur, ut multis è uiſceribus ſanguis exeat, nonnunq̃ etiam (ut cũ ibi eſſem audiebam) ad necem, quorum non modo nemo exclamauit unq̃, ſed ne ingemuit quidẽ. Quid ergo hoc pueri poſſunt, uiri non poterunt, & mos ualet, ratio non ualebit? *Ibidem.*

Si ſummus dolor eſt, breue eſſe neceſſe eſt.
Ibidem.

Contemno magnitudinem doloris, à qua me breuitas temporis uindicabit, ante pene q̃ inuenerit. *ibidem libro 3.*

Summa eſt ſtultitia ſummo confici mœrore.
Homerus in Iliados, Verba ſunt Diones ad Venerem uulneratam a Diomede.

τέτλαθι τέκνον ἐμὸν, καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ. id eſt,
Patere filia mea & tolera, triſtitia q̃uis effecta.
Idem in Odyſſeæ.

τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης. id eſt,
Tolera corde, & enim peius aliquando tuliſti.
Pittacus.

ἀνέχου ὑπὸ τῶν πλησίων μικρὰ ἐλαττούμενος. id eſt,
Tolera ſi ab his qui ſunt prope, minima quæda tibi detrahantur. *Menander.*

ἀνδρὸς τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν. id eſt,
Viri eſt accidentia generoſe ferre. *idem.*

ἀνεγκε λύπην καὶ βλάβην ἐρρωμένως. id eſt,
Fer triſtitiam & damnum fortiter. *idem.*

κοὔφως φέρειν δεῖ τὰς παροῦσας τύχας. id eſt,
Leuiter ferre oportet præſentes fortunas. *idem.*

κἰκα λογισμῷ τὴν παροῦσαν συμφοράν. id eſt,
Vince ratione præſentem calamitatem. *idem.*

πρῶ τύχης ἄγνοιαν εὐχερῶς φέρειν. id eſt,
Conare fortunæ ignorantiam facile ferre. *idem.*

στερρῶς φέρειν χρὴ συμφορὰν τὸν εὐγενῆ. id eſt,
Fortiter ferre oportet calamitatẽ generoſum. *idem.*

τὴν τῶν κρατούντων, μάθε φέρειν εὐσεβῶς. id eſt,
Imperantium diſce ferre licentiam. *idem.*

φρονοῦντός ἐστι ζημίαν ῥᾴδιον φέρειν. id eſt,
Sapientis eſt damnum facile ferre. *idem.*

φέρειν ἀνάγκη θνητὸν ὄντα τὴν τύχην. id eſt,
Ferre neceſſe mortali exiſtenti fortunam.
Plautus in Rudente.

Hoc quod eſt neceſſarium eſt perpeti.
Terentius in Andria.

Quoniam non potes quod uis, id uelis quod poſſis.
Idem Comœdia 6.

Nam quæ inſcitia eſt aduerſus ſtimulum calces.
Ibidem.

Quod ſors feret feramus æquo animo, iſtuc uiri eſt officium. *Virgilius Aeneidos libro 1.*

O ſocij (neq̃ enim ignari ſumus ante malorum)
O paſſi grauiora, dabit deus his quoque finem.
Ibidem.

Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Ibidem.

Durate, & uoſmet rebus ſeruate ſecundis.
Idem Aeneidos libro 2.

Quid tantum inſano iuuat indulgere labori?
Ibidem libro 4.

Et obnixus curam ſub corde premebam.
Ibidem libro 5.

Superat quonam fortuna ſequamur.
Quoq̃ uocat uertamus iter. *Ibidem.*

Quo fata trahunt retrahuntq; ſequamur.
Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferenda eſt.
Ouidius Metamor. libro 8. fabula 7.

Paupertatemq̃ ferendo
Effecere leuem, nec iniqua mente ferendam.
Idem Metamor. libro ultimo fabula 44.

Nec enim fortuna quærenda
Sola tua eſt, ſimiles aliorum reſpice caſus,
Mitius iſta feres.
Idem Amorum libro ultimo elegia 9.

Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim.
Sæpe tulit laſſis ſuccus amarus opem.
Idem libro 1. de remedio amoris.

Dura aliquis præcepta uocet mea, dura fatemur
Eſſe, ſed ut ualeas multa dolenda feres.
Sæpe bibi ſucos, quamuis inuitus amaros
Aeger, & oranti menſa negata mihi eſt.
Vt corpus redimas ferrum patieris & ignes,
Arida nec ſitiens ora lauabis aqua.
Vt ualeas animo, quicquam tolerare negabis.
At pretium pars hæc corpore maius habet.
Sed tamen eſt artis triſtiſſima ianua noſtræ,
Et labor eſt unus tempora prima pati.
Aſpicis ut prenſos urant iuga prima iuuencos:
Vt noua uelocem cingula lædat equum.
Idem libro 2. de remedio.

Poſſe pati facile eſt: tibi, ni patientia deſit,
Protinus ex facili gaudia ferre licet.
Idem Triſtium libro 5. elegia ultima.

Contudit ingenium patientia longa malorum,
Et pars antiqui nulla uigoris adeſt.
Idem in epiſtola Oenones ad Paridem.

Leuiter ex merito quicquid patiare ferendum eſt,
Quæ uenit indigne pœna dolenda uenit.
Laberius.

Furor fit læſa ſæpius patientia.
Ibidem.

Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.
Lucanus.

Gaudet patientia duris.
Propertius libro 4. elegia ultima.

Deſine Paule meum lachrymis urgere ſepulchrum,
Panditur ad nullas ianua nigra preces.
Cum ſemel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato ſtant adamante uiæ.
Te licet orantem fuſcæ deus audiat aulæ.
Nempe tuas lachrymas littora ſurda bibent.
Vota mouent ſuperos, ubi portitor æra recepit,
Obſerat herboſos lurida porta rogos.
Tibullus libro 3. elegia 3.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Non ego firmus in hoc, non hæc patientia noſtra.
Ingenio, frangit fortia corda dolor.
Horatius Carminum lib. 1. ode 13.
Sed leuius fit patientia
Quicquid corrigere eſt nefas.
Idem carminum libro 2. ode 20.
Abſint inani funere neniæ.
Luctus & turpes & querimoniæ.
Compeſce clamorem, ac ſepulchri
Mitte ſuperuacuos honores.
Iuuenalis ſatyra 13.
Ponamus nimios gemitus flagrantior æquo
Non debet dolor eſſe uiri, nec uulnere maior.
Ibidem.
-Dicimus autem
Hos quoq; fœlices, qui ferre incommoda uitæ,
Nec iactare iugum uita didicere magiſtra.
Lucanus Pharſaliæ libro 9.
-Componite mentes
Ad magnæ uirtutis opus, magnoſq; labores.

Patria græce πατρὶς. ίδ. ος. ή. dicitur. Et eſt urbs ſeu oppidum, unde orti ſiue oriundi ſumus, dicta & communis omnium parens ſit. Aliquando & prouincia ipſa ex qua orti ſumus patria dicitur, ſed tamen improprie. Hinc patrium, quod patriæ eſt. Pater autem unde & patria deducitur, græcum eſt πατὴρ. ῆρος. ὁ. & πατὴρ per ſyncopam, ſic dictum, & παντηρεῖ hoc eſt, oñia ſeruat. Vel παιδῶν τηρῶν, hoc eſt, filios ſeruans. Hinc paternus, hinc patriarcha nouum quidem & græcum, & is eſt, qui patrum, hoc eſt pontificum princeps & primus eſt. Hinc paterfamilias, q̃ primus eſt, & in familiam imperium habet. A patre uenit etiam patronus, qui is eſt qui ligatoris cauſam agit, quaſi pater, ſicut cliens is eſt qui litigat, & cuius cauſa agitur. Cuius diminutiuum clientulus dicitur, & clientela, quod modo ſignificat clientum multitudinem, modo officium eorum erga patronos, à colo & hæc deducuntur. Quid autem patronus ab aduocato differat, uide ſupra in Aduocatus. A patrono fit patrocinium, quod eſt ipſa rei protectio. Et patrocinari quod eſt tam uerbo q̃ facto imbecilliorem protegere. A patre item fit patricida, qui patrem interficit, à quo patricidium. Patricida græce πατροφόνος ſeu πατροφόντης. ου. ὁ. & πατροκτόνος. ου. ὁ. paricidium, q̃d quaſi parenticidium dicitur. Hinc à pater fit patronymicum apud grammaticos, quod ſub patris nomine ſignificat filiũ, ut Priamides, hoc eſt Hector Priami filius, & patriſſo, hoc eſt patri ſimilis ſum.

Patriæ & parẽtibus homo maxime debitor eſt poſt deum, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 60. ar. 3. In patria & parentibus includunt oẽs conſanguinei, ciues, & amici patriæ, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ, q. 80. art. 1.

Homerus in Odyſſea.

ὡς οὐδὲν γλύκιον ἢ πατρίδι οὐδὲ τοκῆϊ
γίνεται, εἴ περ καί τις ἀπόπροθι πίονα οἶκον
ναίῃ ἔρ ἀλλοδαπῇ ἀπὸ πατρίδος ἠδὲ τοκήων. id eſt,

Sane nihil dulcius ſua patria neq; parentibus
Eſt, quamuis quis procul diuitem domum
Terra in aliena habitet procul a parentibus.

Ouidius libro 3. de Ponto, elegia 4.
Non dubia eſt Ithaci prudentia, ſed tamen optat
Fumum de patrijs poſſe uidere focis.

De hac materia uide ſupra in Amor patriæ.

Pauor græce φόβος. ου. ὁ. & θαμβός. ὸ. ή. attonitus, & θαμβέω paueo & ſtupeo dicitur. Eſt autem pauor metus mentem è loco mouens, ſecundum Ciceronem libro Tuſc. q. Ex quo eſt illud Ennij: Tum pauor mihi ſapientiam omnem ex animo expectorarat.

Pauor immobilitat cor. Ideo differt ſecũdum magis & minus à timore faciente motũ eius ſecundũ Siſtolen, ex b. Tho. ſup Eſai. 8. le. 2. co. 2.

De hac materia habes infra ubi timor.

Paupertas ſiue pauperies græce πενία. ας. ἡ. & πένης. ητος. ὁ. pauper, & πενιχρός. ὸ. ή. pauperculus, uilis dicitur. Pauper (ut Varro ſentit) dicitur à parua pecunia, unde pauptas ſeu pauperies. Hora. Mox reficit rates. Quaſſas indocilis pauperiẽ pati. Hinc paupero & depaupero, q̃d eſt pauperem facio. Quomodo autem paupertas ab egeſtate differat, uide ſupra in Egeſtas.

Paupertas cõfert ſeptem bona, ſcilicet peccatorum recognitionem, uirtutum conſeruationem, cordis quietem, deſideriũ impletiõem, ſpiritualium bonorum dulcedinem, meritorum exaltationem, & cæleſtem hæreditatem, ex b. Thoma ſuper Eſaiam 48 fin.

Paupertas eſt duplex, ſ. pauptas ex coacta neceſſitate, & paupertas ex propria uoluntate, ſecundum b. Tho. contra gentiles li. 2. ca. 134.

Dauid Pſalm. 9.
Quoniam nõ in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.
Ibidem Pſalm. 36.
Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas. *Prouerb. ca. 15.*
Etiam proximo ſuo pauper odioſus eſt, amici uero diuitum multi. *ibidem ca. 14.*
Melius eſt parum cum timore domini, q̃ theſauri magni & inſatiabiles. *Ibidem ca. 16.*
Melius eſt parum cum iuſtitia, q̃ multi fructus cum iniquitate. *Ibidem ca. 17.*
Qui deſpicit pauperẽ exprobrat factori eius. *Ibidem ca. 18.*
Cum obſeruationibus loquit pauper, & diues effabitur rigide. *ibidem ca. 19.*
Melior eſt pauper iuſtus q̃ uir mendax. *Ibidem cap. 30.*
Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tm̃ uictui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus illicear ad negandũ, & dicam: Quis eſt dominus? Aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen dei mei. *Eccleſiaſtes cap. 9.*
Sapientia pauperis contempta eſt, quia uerba eius non ſunt audita. *Eccleſiaſtici cap. 18.*
Memento paupertatis in tẽpore abundantiæ, & neceſſitatem paupertatis in die diuitiarum. *Ibidem cap. 27.*
Propter inopiam multi deliquerunt, & qui q̃rit locupletari, auertit oculum ſuum.

Auguſt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Auguſt. de uerbis apoſtoli ſermone 28.

Non tibi diſpliceat paupertas tua, nihil ea potes ditius inuenire, uiſus nobis eſt q̄ locuples ſit, cęlum emit quibus theſaurus conferri poſſit, q̄ paupertati uidemus indultū, ut ad regnum cælorū ueniret. Dines poſſeſſione ſua obtinere nō potuit, nunc obtinet ut contemptu perueniat.

Idem de Eccleſiaſticis dogmatibus.

Bonum eſt facultates cum diſpenſatiōe pauperibus erogare, melius pro intentione ſequēdi dominum inſimul donare abſolutū ſolicitudine egere cum Chriſto. *Idem Pſalm. 76.*

Oīnis philoſophię magiſtra nobis eſt inopia, non ita laudamus Ioſeph cum frumentum diſtribuebat, ſicut cum carcerem habitabat.

Idem de uerbis domini.

Hi ſunt pauperes ſpiritu, qui quando faciunt aliquid boni deum laudant, quādo aliquid mali, ſe accuſant. *Ibidem.*

Fœcūdus eſt ager pauper, cito reddit donantibus fructum. Via cæli eſt pauper, per quā uenitur ad patrem, incipe erogare ſi non uis errare.

Idem ſuper Ioannem ſermone 52.

Quare Chriſtus habuit loculos, niſi q̄a eccleſia ipſius loculos habitura erat. Oportebat enim ut mediator dei & hominū, ſicut nos excitauit ad ſumma, ita nobis compateretur ad infima.

Hieronymus & ha. 12. q. 5. ꝯ. Crates.

Crates ille Thebanus homo quondā ditiſſimus, cū ad philoſophandū Athenas pergeret, magnū auri pōdus abiecit, neq̄ putauit ſe poſſe & uirtutes & diuitias ſimul poſſidere. Nos ſuffarcinati auro, chriſtū pauperē ſequimur, & ſub prætextu eleemoſynæ priſtinis opibus incubantes, quomodo poſſumus aliena fideliter diſtribuere, qui noſtra timide reſeruamus? Plenus uēter facile de ieiunijs diſputat. Nō Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene uixiſſe laudandū eſt. *Ambroſius de Cain & Abel.*

Eſto pauper ſpiritu, & eris dines q̄licunq̄ cenſu. Quia non in abundantia diuitiarum uita eſt hominis, ſed in uirtute & fide. Iſtæ te diuitiæ uerum diuitem faciunt, ſi ſis in deum dines.

Idem Officiorum libro 2. ca. 21.

Hoc malum iamdudū humanis influxit mētibus, ut pecunia honori ſit, & animi hominum diuitiarum adminiſtratione digni, ut nemo niſi dines honore dignus putetur.

Idem ſuper illud Pſal. Increpaſti ſuperbos.

Nihil grauiꝰ q̄ ut fratres noſtros pauperiores ſuperbo oculo deſpiciamus, cōformes nobis intolerabili repellamus faſtidio, noſtra indignos gratia iudicātes, quia ſunt inopes, cum paupertas facilius deo q̄ theſaurus acceptior.

Idem in Hexameron, & habetur 15. q. 1. cap. Illa. ꝯ. Cæterum paupertatem.

Cæterum paupertatem & ignobilitatē, ægritudinem & mortem nemo ſapiēs mala dixerit, nec in malorū forte numerauit, quia neceſſaria iſta in bonis habentur maximis, quarum nobis alia ex commoditate accidere uidentur.

Gregō. in homilia, Homo quidam erat dines.

Cum quoſdam pauperes aliqua reprehenſibilia perpetrare conſpicitis, nolite deſpicere, q̄a fortaſſe quos ſuperfluitas tenuiſſimæ prauitatis inquinat, caminus paupertatis curat.

Idem in Paſtorali.

Offerēda eſt eis cōſolatio, quos caminus paupertatis excoquit, illis inferēdus eſt timor, quos conſolatio gloriæ temporalis extollit.

Ioannes Chryſoſto in ſermone, 18. ſuper epiſtola ad Hebræos.

Paupertas eſt manuductrix quædam in uiā quæ ducit ad cælum, unctio Athletica, exercitatio quædam magna & admirabilis, portus tranquillus. Nihil opulentius eo, qui paupertatem ſponte diligit, & alacritate ſuſcipit.

Iſidorus & habetur 12. q. 3. ca Pauper.

Pauper dū non habet quod offerat in iudicio non ſolū audiri contemnit, ſed & cōtra ueritatē opprimit. Cito uiolatur auro iuſtitia. Nullamq̄ reus pertimeſcit culpā, quam redimere numm9 exiſtimat. *Idem Soliloquiorum lib. 2. ca. 52.*

Multi propter opes pericitarunt, multi ppter diuitias in diſcrimen uenerūt, multis exitiabiles fuere diuitiæ, multis mortem generauere opes.

Bernard. in ſerm. de omnibus ſanctis.

Vis obtinere cælū? paupertatis utilitatē complectere, & tuum erit. Paupertas enī uirtus non putatur, ſed paupertatis amor. Regnū deniq̄ cęlorū eſt pauperū, beatus q̄ poſt illa nō abijt quæ poſſeſſa onerāt, amata inquināt, amiſſa cruciāt.

Leo papa ſermone 4. de Quadrageſima.

Semper dines eſt Chriſtiana paupertas, nec pauet iſto mundo ingentia laborare, cui donatū eſt in omnium domino oīa poſſidere. Operantibus ergo quæ bona ſunt non omnino metuendum, nec eis deſit facultas operandi, cū & in duobus minutis euangelicæ illius uiduæ ſit laudata deuotio, & pro calice aquæ frigidæ prēmium habeat gratuita largitio. Ex affectibus enim piorum benignitatis menſura taxatur, & nunq̄ eum miſerandi efficacia deſerit, in quo miſericordia ipſa non deficit.

Boetius de Conſolatione philo. libro 2.

Nunquam dines adit qui trepidus gemens
Seſe credit egentem.

Idem de Schola diſciplina.

Nouerca eſt diſciplinæ egeſtas.

Seneca epiſtola 4.

Magnæ diuitiæ ſunt lege naturæ compoſita paupertas. *Idem epiſtola 18.*

Non enī horrenda res eſt aqua, & polēta, aut fruſtum hordeaci panis, ſed uoluptas eſt ex his capere uoluptatem, & ad id ſe reduxiſſe, quod eripere nulla fortunæ iniquitas poſſit.

Idem epiſtola 2.

Nō ſibi fœlix pauper erit, niſi felices cecidiſſe uiderit. Honeſta res eſt læta paupertas, illa uero non eſt paupertas ſi non læta eſt, qui cum paupertate bene conuenit, dines eſt, non qui parum habet, ſed qui plus cupit pauper eſt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibidem epiſtola 16.

Si ad naturam uiues, nunq̃ eris pauper, & ſi ad opinionem nunq̃ eris diues.

Ibidem.

Exiguũ natura deſiderat, opinio immenſum.

Ibidem epiſtola 17.

Paupertas eſt contenta deſideriis inſtantibus ſatisfacere. *Ibidem.*

Multis ad philoſophandũ obſtitere diuitiæ, paupertas autẽ expedita ſecuta eſt, aut ergo pauper ſis, aut pauperi ſimilis ſi animo uacare uis.

Ibidem epiſtola 18.

Aude hoſpes contẽnere opes, & te quoq; dignum finge deo. Nemo alius deo dignus q̃ qui opes contemplit. Quarum poſſeſſione tibi non interdico, ſed efficere uolo, ut illas intrepide poſſideas. Quod uno cõſequeris modo ſi te etiam ſine illis beate uicturum perſuaſeris tibi, ſi illas tanquam exituras ſemper aſpexeris.

Ibidem.

Ne imparatos nos fortuna deprehendat, ſit nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus ſi ſciuerimus, quod non ſit graue pauperes eſſe, ad paupertatem ſua ſponte deſcendere, præoccupare eſt tela fortunæ.

Idem epiſtola 20

Ob hoc unum amãdum eſt paupertas, quod à quibus ameris oſtendit. *Ibidem.*

Quod diuitijs nõ poteſt ſcire, paupertate ſcies, illa uero certoq; tenebit amicos, diſcedet q̃ſ quis, non te, ſed tua ſequebatur. O quando illa dies ueniet, quo nemo in honorem tuum mentiatur. *ibidem.*

Redige te ad parua, ex quibus cadere nõ poſſis, ineſt paupereati (ſine qua nihil eſt iucundum) ſecuritas *idem epiſtola 25.*

Panẽ & aquã natura deſiderat, nemo ad hoc pauper eſt, intra q̃ quiſquis' deſiderium ſuum claudit, cum ipſo Ioue de fœlicitate contendat.

Idem de quatuor uirtutibus.

Nec paupertas ſibi immunda ſit, nec parſimonia ſordida, nec ſimplicitas neglecta, nec lenitas languida, & ſi res tibi exiguæ ſint, nõ ſint tamen anguſtæ, nec tua defleas, nec aliena mireris.

Idem libro de Moribus.

Quis eſt pauper? qui ſibi uidetur pauper, qui paupertatem timet, timendus eſt. Scire uti paupertate, maxima fœlicitas eſt.

Idem in Prouerbijs.

Nudũ latro dimiſit, & in obſeſſa uia pauperi pax eſt. *Idem in Hercule furente tragœdiæ 1.*

Laus uera & humili ſæpe contingit uiro, non niſi potenti falſa.

O quantum bonum eſt obſtare, nulli capere ſecuras dapes humi iacentem, ſcelera non intrat caſas, tutusq; mẽſa capitur anguſta cibus, uenenum in auro bibitur, exptus loquor. Nam rebus paruis alta præſtatur quies.

Ibidem.

Secura duro membra uerſantur thoro. *ibidem.*

Non capit unquam magnos motus humilis tecti plebeia domus.

Idem Tragœdia 9.

Bene paupertas humili contenta tecto latet. Quatiunt altas ſæpe procelle, aut euertit fortuna domos.

Idem Tragœdia 10.

Ceſpes Tyrio mollior oſtro. Solet impauidos ducere ſomnos. Aurea rumpunt tecta quietem. Vigiles q̃ trahit purpura noctes. *Ibidem.*

Pectora pauper ſecura gerit, tenet e patula pocula fago, ſed non trepida tenet ipſa manu, capit faciles ulesq; cibos, ſed dum ſtrictos reſpicit enſes. Aurea miſcet pocula ſanguis. *Ibidem.*

Quiſquis mediũ defugit iter, ſtabili nunq̃ tramite curit. *Ariſtoteles libro 1. Ethicorum.*

Impoſſibile eſt indigentem operari bona.

Idem libro 2. Politicorum.

Impoſſibile eſt indigẽtem bene principari & ſtudio uacare. *Idem libro 4. Politicorum.*

Qui nimis uiles ſunt & egeni neſciũt principari.

Laertius Diogenes de uita & moribus philoſophorum.

Nihil amittit qui nihil habet, & parum eget qui parum cupit. Socrates dicebat,

Cicero Rhetorico, nouo, libro 4.

Egens eſt qui non ſatis habet, & is cui ſatis nihil poteſt eſſe. *Ibidem.*

Duo ſunt quæ poſſunt ad turpe cõpendium commouere, inopia & auaritia.

Saluſtius in Catilinario.

Qui dimiſſi in obſcuro uitam agũt, ſi quid deliquere pauci ſciunt, forma atq; fortuna eorum pares ſunt. *Ibidem.*

Qui magno imperio prẽditi in excelſo uitam ducũt, eorum facta cuncti mortales nouere, ita in maxima fortuna minima licentia eſt.

Lucius Apuleius de Magia libro 1.

Si quæcũq; in aliqua laude miramur, cũ paupertas ab incunabilis intricata eſt. Paupertas autem priſca apud ſecula omnium ciuitatum conditrix, omniũ artium temperatrix, omnium peccatorum inops, omnis gloriæ munifica, cunctis laudibus apud omnes rationes percompta.

Idem de Aſino aureo libro 1.

Quid uiatori de ſumma pauperie latrones auferre poſſunt? *Ibidem.*

Specimen tibi glorioſum arrogaris, ſi contentus lare paruulo patris tui uirtutes æmulaueris.

Idem libro 3.

Hi ſunt eñ beati, quorũ diuitias nemo nouit.

Iſocrates ad Dæmonicum.

μᾶλλον ἀπορίαν δικαίαν πενίας ἢ πλοῦτον ἄδικον. id eſt,

Ama magis iuſtam paupertatem, q̃ diuitias iniuſtas.

Phocylides.

μηδέποτε χρήσῃς πικρὸς γένη ἀνδρὶ πένητι. id eſt,

Nunquam fœnerator ſis uiro pauperi.

Heſiodus.

μηδέποτ' ἐυλεμένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρί,
πάντλαθ' ὑπεξελίξαι, μαχάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων. id eſt.

Nunq̃ pernicioſam paupertatẽ corrũpentẽ aĩm uiro Suſtineas obijcere, beatorum donum ſemper exiſtentiũ.

Menander.

πενία δ' ἀγνώμονας τοὺς πολλοὺς ποιεῖ. id eſt,

Pau

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Paupertas aũc ingratos ſane multos facit. *idem.*
καλὸν πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν κακῶς. id eſt,
Honeſta paupertate labora magis, q̃ diteſcere iniuſte. *idem.*
λεπτῶς καλὸν ζῆν κρεῖσσον, ἢ λαμπρὸς κακός. id eſt,
Tenuiter honeſte uiuere præſtantius q̃ ſplendi. de iniuſte. *idem.*
μηδὲ πένητα πλουσίῳ λωρὸν μένον. id eſt,
Odi pauperẽ diuiti donantem. *idem,*
πενίαν φέρειν οὐ παντὸς ἀλλ' ἀνδρὸς σοφοῦ. id eſt,
Paupertatẽ ferre, nõ oĩs ſed uiri ſapientis. *idem.*
πένητα σὸν ἀργοῦσα οὐ τρέφει βαθυμία id eſt,
Pauperes pigros non nutrit pigritia. *idem.*
πενία δ' ἀτίμων καὶ τὸν ἐυγανῆ ποιεῖ. id eſt,
Paupertas aũc inhonoratũ & nobilẽ facit. *idem.*
πενίαν φέρειν καὶ γῆρας ἐξισ λύσκαλον. id eſt,
Paupertatẽ ferre & ſenectutẽ, eſt difficile. *idem.*
δυοῖν πένεσθαι βαρύτερον ἔστι φόρτιον. id eſt,
Nullum paupertate grauius eſt onus. *idem.*
τῶν γὰρ πενήτων εἰσὶν οἱ λόγοι κενοί. id eſt,
Pauperum enim ſunt ſermones uani.
Euripides in Medæa.
πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκτὸς ὢν φίλος. id eſt,
Pauperẽ fugit quilibet q̃cul amicus. *Palladas.*
φεύγετε τοὺς πλουτοῦντας ἄναιδες οἰκτυράννους
μισοῦντας πενίην μητέρα σωφροσύνης. id eſt,
Fugite diuites impudẽtes habitãtes domos tyrãnorũ
Odio habẽtes paupertatẽ matrem modeſtiæ.
Plautus in duobus captiuis.

Miſer hõ eſt qui ipſe ſibi q̃ edit q̃rit: & id ægræ inuenit, Sed ille miſerior: q̃ & ægre quærit, & nihil inuenit. Ille miſerrimus, qui cũ etiã cupit quod edat nõ habet. *idem in Epidicho.*

Multa mihi in unũ locum cõfluunt, quæ meũ pectus pulſant ſimul, multiplex ærumnã exercitã habet paupertas, pauor territat animi, neq; ubi meas collocẽ ſpes habeo. *idem in Perſa.*

Quãq̃ nobis ſint res paupculæ, modicæ, et modeſtæ melio ẽ ita uiuere. Nã ad pauptatẽ ſi adnigrat fama grauior paupertas fit. *idem in rudente.*

Oĩbus modis qui pauperes ſunt hoĩes miſere uiuũt, p̃ſertim quibus nec quæſtus eſt, nec didicere artẽ ullã, neceſſitate q̃quid eſt boni, id ſatis eſt habendum. *idem in Stycho.*

Paupertas facit. Ridiculus forẽ. Nam illa oẽs artes perdocet. *idem in Trinummo.*

Quid eget parui eſt pretij. Terent. Comœ. ult.
Nunquam æque ac modo paupertas mihi onus uiſa eſt.
Et miſerum & graue. Virgil. Anei. libro 8.
Aude hoſpes contemnere opes, & te quoq; dignum
Finge Deo. Lucanus libro 3.
Non ſibi ſed domino grauis eſt quæ ſeruit egeſtas. ibid.
- *Quit e tuta facultas.*
Pauperis anguſtiq; laris, o munera nondum
Intellecta deum. idem libro 1.
Paupertas fugitur, totoq; accerſitur orbe.
Quo gens quæq; perit. idem lib. 2.
Damna mouent populos, ſi quos ſua iura tuentur.
idem lib. 4. Pharſa. - *O prodiga rerum*
Luxuries nunquam paruo contenta paratu.
Et quæſitorum pelago terraq; ciborum
Ambitioſa fames, & lautæ gloria menſæ.
Diſcite q̃ paruo liceat producere uitã,
Et quantum natura petat.
Ouid. Metamor. lib. 13. fab. 7.
Pauperis eſt numerare pecus. idem Artis lib. 2.
Pauper amet caute, timeat maledicere pauper.
Multaq; diuitibus non patienda ferat.
idem de remedio lib. 2.
Nil habet unde ſuum paupertas paſcat amorem,
Non tamen hoc tanti eſt pauper ut eſſe uelis.
At tanti tibi ſit non indulgere theatris.
Dum bene de uacuo pectore cedat amor.
idem lib. 3. Amorum ſiue Elegia.
Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores
Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.
Tibullus lib. 1. Elegia 1.
Parua ſeges ſatis eſt requieſcere lecto,
Scilicet & ſolito membra leuare thoro.
idem libro 1. Elegia 10.
Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu
Stabat in exigua lignæus æde deus.
Martialis Epigram. lib 5. ad Emilianum.
Semper eris pauper, ſi pauper es Emiliane,
Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus.
idem Epigram. li. 9. ad Condilum.
Quæ mala ſunt domini quæ ſerui commoda neſcis
Condile, qui ſeruum te genus eſſe diu.
Dat tibi ſecuros uilis lecticula ſomnos
Peruigil in pluma Caius ecce iacet.
Caius ac prima tremebundus luce ſalutat
Tot dominos, at tu Condile nec dominum.
Quod debes Cai redde inquit, Phœbus & illine
Cinamus, hoc dicit Condile nemo tibi.
Tortorem metuis podagra, chiragraq; ſecatur
Caius, & mallet uerbera mille pati.
Quod nec mane uomis nec cunnum Condile lignis
Non maius quam ter Caius eſſe tuus?
idem lib. 11. in Neſtor.
Non eſt paupertas Neſtor, habere nihil.
ibidem ad Caridemum.
O quantum cogit egeſtas.
Horat. Carminum lib. 1. Ode 12.
Regulum, & Scauros, animæq; magnæ.
Prodigium Paulum ſperante pœno
Gratus inſigni referam camœna.
idem Carm. lib. 1. Ode 38.
Perſicos odi puer apparatus
Diſplicent uexæ philyra coronæ,
Mitte ſectari roſa quo locorum
Sera moretur.
idẽ Carm. lib. 2. Od. 10.
Rectius uiues Licini, neq; altum
Semper urgẽdo, neq; dum procellas
Cautus horreſcis, nimium præmẽdo
Littus iniquum.
Auream quiſquis mediocritatẽ
Diligit, tutus caret obſoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius aula.
Sæpius uentis agitatur ingens
Pinus, & celſæ grauiore caſu
Decidunt turres, feriuntq; ſummos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Fulgura montes. *Idem Car. lib. 2. Ode 15*
-Non ita Romuli.
Præscriptum, & intonsi Catonis
Auspicijs ueterumq; norma.
Priuatus illis census erat breuis,
Commune magnum, nulla decem pedis
Metata priuatis opacam
Porticus excipiebat Arcton.
Nec fortuitum spernere cespitem
Leges sinebant, oppida publico.
Sumptu iubentes, & deorum
Templa, nouo decorare saxo. *ibidem Ode 16.*
Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum
Nec leues somnos timor aut cupido
Sordidus aufert. *idem Car. lib. 3. Ode 1.*
Districtis ensis, cui super impia
Ceruice pẽdet, non siculæ dapes
Dulcẽ elaborabunt saporẽ
Non auium, cytharæq; cantus,
Somnum reducẽt, somnum agrestium
Lenis uirorum, non humiles domos
Fastidit umbrosamq; ripam
Non zephyris agitata tempe.
Desiderantem quod satis est, neq;
Tumultuosum sollicita mare.

PAx græce εἰρήνη ης ἡ & εἰρηνεύω pacifico & εἰρηνικὸς ὴ ὸν pacificus dicitur. Est autem pax tranquillitas ordinis, maxima in uoluntate secundum b. Thom. prima secundæ q. 70. art. 3. & secunda secundæ q. 29. o.

Pax *est* tranquilla libertas. Dicitur q; à pactiõe de qua upra in Pactum. Pactio autem à pango q; est figo. Vnde pãgi carmina dicta sunt, quod ceris figerentur. Hinc pango metaphoricos pro cano i cribo, manifesto usurpatur. Hinc pagina utraq; pars folij dicta est quod in ea carmina pãgantur, hoc est, figantur. A pactio fit paciscor hoc est, conuenio, & pactum conuentio. Hinc paco, hoc est, mitigo, lenio, placo, & pacifico q; est pacem facio. A paciscor fit etiam depeciscor compositum: & depactus, quod significat idem quod pactus. Terentius: Iam depacisci mortem cupio.

Prouerbiorum cap. 17.

Melior est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena uictimis omni iurgio.

ibidem cap. 20.

Honor est homini qui separat se à contentionibus, omnes autem stulti miscentur cõtumelijs.

Ecclesiastici cap. 4.

Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi.

ibidem cap. 8,

Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius. *ibidem.*

Non contendas cũ uiro locuplete, ne forte cõtra te cõstituat litem tibi. Multos enim perdidit aurum & argentum, & usq; ad cor regum excẽdit & conuertit. *ibidem.*

Non litiges cũ homine linguato, & nõ structes in ignem illius lingua. *Matth. cap. 5.*

Beati mites quoniam ipsi possidebunt terrã. *ibidem.*

Beati pacifici, quoniã ipsi filij dei uocabũtur. *ibidem.*

Omne regnũ diuisum cõtra se desolabitur, & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se, nõ stabit. *idem cap. 12.*

Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. *Paulus ad Hebræos cap. 12.*

Pacem sequimini cũ omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit deum. *Augustinus de diuersis ecclesiæ obseruationibus & habetur 23. q. 1. c. Apud.*

Apud ueros dei cultores etiam ipsa bella peccata sunt, quæ non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur ut mali coerceantur, & boni subleuentur. *Idẽ libro 2. contra Parmenianũ, & habetur 23. q. 4. cap. Quisquis.*

Quisquis uel quod potest arguẽdo corripit, uel quod corrigere non potest, saluo pacis uinculo excludit, uel quod saluo pacis uinculo excludere non potest; æquitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus, & ab isto maledictio immunis, de quo scriptura dicit: Væ his qui dicunt, quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam. Omnino liber, prorsus securus, penitus est alienis. *Idem homi. 5. & hab. 2. cap. Non oĩs.*

Non omnis qui dicit pax uobis, quasi colũba est audiendus, corui de morte pascũtur. Hoc colũba non habet, imo de fructibus terræ uiuit, innocens uictus eius. *idem de uerbis do. cap. 1.*

Cõcorda cũ aduersario tuo. Nescis quãdo uia finiatur. Cum uia finita fuerit, iudex restat & minister & carcer. At si seruaueris aduersario tuo bonam uoluntatem, & cum eo cõsenseris, pro iudice inuenies patrẽ, pro ministro sæuo angelum tollentem in sinu Abraæ, pro carcere paradisum. *idem de uerbis domini cap. 158.*

Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, uinculũ amoris, consortium charitatis. Hæc est quæ simultates tollit, bella cõpescit, iras cõprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placida, nescit extolli, nescit inflari. Hanc qui accepit teneat, qui perdidit reperat, qui amisit exquirat. Quoniam qui in eadem non erit inuentus, à patre abdicatur, à filio exhæredatur: nihilominus à spiritu sancto alienus afficitur. Nec ad hæreditatem domini poterit uenire, qui testamentum pacis noluerit obseruare. *idẽ sup illud Psal. 84. Iustitia & pax osculatæ sunt.*

Duæ sunt amicæ, iustitia & pax, tu forte unã uis & alterã non uis. Nemo enim est qui nõ uelit pacem, sed non omnes uolunt operari iustiam. Interroga omnes homines, uis pace q;, uno ore respondebit tibi genus humanum, opto, cu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pio,ämo,nolo. Ama iuſtitiam quia duæ amicæ ſunt:iuſtitia & pax,ipſæ ſe oſculãtur: ſi amicam pacis non amaueris, non te amabit ipſa pax,nec ueniet ad te.

idem de ciuitate dei lib. 21.

Bellum in quo caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,& ſpiritus aduerſus carnem nunquam fuiſſet,ſi natura humana in rectitudine pſtitiſſet. Nunc autem quia pacem cum deo fœlix habere noluit,ſecum pugnat infœlix.

idem in ſermone ad eremitas 2.

Qui pacem cordis, oris,& operis non habet, Chriſtianus dici non debet. Qui in hac non ſperat,in lubrico uitam & pedem ponit. In tempeſtate nauem collocat, in præcipitio ſe illaqueat, in arena ſemen ſeminat.

Hieronymus ſup epiſtolam ad Rom. Laudent nomẽ eius in choro.

Quiſquis corpus affligit,ſed cõcordiam deſerit,deum quidem laudat in tympano, ſed non laudat in choro.

Ambroſius libro de Patriarchis.

Melius eſt emigrare cũ gratia, quàm cohabitare cũ diſcordia. Melius eſt ſine lite abire, quã cum iurgio reſidere.

ibidem.

Nulla ſpatia poſſunt eſſe ſatis diſcordibꝰ. Quietis & pacificis etiam anguſta abundãt, diſſonis moribus etiam ſpatioſa arctantur.

Gregorius in Paſtorali.

Si dei uocantur filij, qui pacem faciunt: procul dubio Satanæ ſunt filij, qui pacẽ confundunt.

Ibidem.

Sicut nihil eſt pretioſius deo uirtute dilectionis,ita nihil eſt deſiderabilius diabolo extinctione charitatis. Quiſquis ergo ſeminando iurgia, dilectionem proximorum perimit,hoſti dei familiarius ſeruit.

idem in Morali.

Nemo uires ſuas in pace cognoſcet:& ſi bella deerunt,uirtutũ experimenta non ei proderũt.

Iſidorus Soliloquiorum lib. 2. cap. 22.

Si cõtriſtaueris in aliquo fratrem tuũ, ſatisfac illi. Si peccaueris in eum, age pœnitentiã coram illo. Si offenderis quenquam, repropitiare eum in pace. Perge uelociter ad reconciliationẽ proximi tui. Offenſioni tuæ cito ueniam poſtula. Non requieſcas niſi reconciliatus fueris fratri.

Ioannes Chryſoſtomus de compunctione.

Chriſtus pacem non ex ore,ſed ex corde deſiderat. Et affectu uult proximum, nõ labijs ſalutari.

Bernardus ſup Cantica.

Pax hominibus bonæ uoluntatis. Nõ bonę, ſed plane iniquæ uoluntatis eſt,qui nequaquam pace cõtentus ſuperbo oculo, & inſatiabili corde inquietus anhelat ad gloriam mundi,nec pacem perinde retinẽs,nec gloriã apprehendens.

Caſſiodorus epiſtola 22.

Decet regalis apicis curam generalitatis cuſtodire concordiam, quæ ad laudem regnantis erahitur,ſi ab omnibus pax ametur. Quid eſt enim quod principẽ melius prædicet, quàm quietus populus,cõcors ſenatus,& tota reſpublica morum honeſtate petita?

Boetius libro 4. de philoſophica conſolatione.

Noſtine igitur, quod omne quod eſt,tamdiu manere atq; perſiſtere,quamdiu ſit unum,ſed interire atq; diſſolui pariter atq; unũ eſſe deſierit.

Seneca libro de moribus.

Si pacem diligis,belli non feceris mentionẽ.

idem de beneficijs.

Quietiſſimam uitam agerent homines in terra,ſi hæc duo uerba à natura omnium tolle rent,meum & tuum.

Idem in Hercule furente Trag. 1.

Pacem reduci uelle uictori expedit, uicto neceſſe eſt.

Cicero in Philippicis.

Nomen pacis dulce eſt, & ipſa res ſalutaris, pax eſt tranquilla libertas.

Saluſtius in Iugurtha.

Ego uobis regnum firmum trado, ſi boni eritis,ſin mali imbecillum. Nam concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.

Ibidem.

In omni certamine qui opulẽtior eſt, etiam ſi accipit iniuriam,tamen quia plus poteſt, facere uidetur.

ibidem.

Omne bellum facile ſumitur,cæterum egerrime definitur. Non in eiuſdem poteſtate initium & finis eſt.

Iulius Cæſar.

Magna ex diſſentionibus incommoda oriri ſolent.

Ouidius Artis libro 3.

Candida pax homines,trux decet ira feras.
Ora tument ira, nigreſcunt ſanguine uenæ,
Lumina Gorgoneo ſæuius angue micant.

Tibullus libro 1. Elegia 1.

Interea pax arua colat, pax candida primum
Duxit araturos ſub iuga curua boues.
Pax aluit uites, & ſuccos condidit uuæ,
Funderet ut nato teſta paterna merum.
Pace bidens uomerq; nitens, at triſtia duri
Militis in tenebris occupat arma ſitus.

Horatius Carm. libro 1. Ode 13.

- Fœlices ter & amplius.
Quos irrupta tenet copula,nec malis
Diuulſus querimonijs
Suprema citius ſoluet amor die.

Idem epiſtolarum libro 1. Elegia 3.

- At uos.
Seu calidus ſanguis, ſeu rerum inſcitia uexat
Indomita ceruice feros,ubicunq; locorum
Viuitis, indigni fraternum rumpere fœdus.

Peccatum

PECCATVM.



PEccatum græce ἁμαρτία ας ἡ uel ἁμαρτάσλιος ὁ ἁμαρτωλὸς οῦ ὁ ἡ peccator & peccatrix, & ἁμαρτάνω pecco dicitur. Eſt autẽ peccare uoluntate auerti à deo, ſecundum beatum Tho. prima parte q. 94. art. 1.

Peccator ꝓprie eſt qui ex habitu peccat, uel ex propoſito. ſecundũ b. Tho. ſuper Pſal. 27. co. 2.

Peccatum eſt actus deuiãs ab ordine debiti finis, contra regulam naturæ rationis, uel legis æternæ, ſecundum bea. Th. 1. parte q. 65. ar. 1. & ſecunda ſecundæ q. 102. art. 1. & prima ſecundæ q 21. arti. 1.

Peccatum nihil aliud eſt, ſecundum Auguſtinum, quam neglectis rebus æternis temporalia ſectari, ex bea. Tho. prima ſecundæ q. 71. arti. 6. & ſecunda ſecundæ q. 104. art. 3.

Peccatum nihil aliud eſt quàm utendis frui, & fruendis uti, ſecundum Augu. ex bea. Tho. pri. ſecundæ q. 71. art 6.

Peccatum eſt dictum, uel factum, uel concupitum contra legem æternam, ſecundum Augu. ex b. Thoma prima ſecundæ q. 71. articul. 6. & q. 76. articul. 2.

Peccatum eſt præuaricatio legis diuinæ, & cœleſtium inobedientia præceptorum, ſecundum Amb. ex bea. Tho. prima ſecundæ q. 109. art. 4.

Peccatum eſt, omne quod eſt contra naturalẽ inclinationem, quia contrariatur legi naturę, ex bea. Tho. ſec. ſecundæ q. 133. art. 1.

Peccatũ eſt uoluntas retinendi, uel conſequẽdi, quod iuſtitia uetat, ſecundum Auguſtinum de duabus animabus, ex bea. Tho. prima ſecũdæ q. 74. art. 6.

Peccatum eſt auerſio ab incõmutabili bono, & cõuerſio indebita ad commutabile bonum, ſecun. Aug. lib. de libero arbi.

Peccatum eſt affectio mala uoluntaria, ſecundum eundem. *ibidem.*

Peccatũ originale eſt habitus. ſ. languor naturæ. i. inordinata diſpoſitio, ex diſſolutione harmoniæ originalis iuſtitiæ, ſecundum b. Tho. 2. ſec. 82. art. 1.

Peccatum ueniale eſt quaſi diſpoſitio ad mortale & cõtingit ſemper, uel propter imperfectionem actus, uel propter inordinationem circa ea quæ ſunt ad finem, & utrunq; propter defectum ordinis contingit, ex bea. Tho. prima ſecundæ q. 88. art. 1. & 2.

Peccare proprie eſt adulterium cõmittere, dictum quaſi pellicare, hoc eſt cum pellice coire, & peccatus ipſum adulterium, quaſi pellicatus: ueteres enim nõ peccatum neutro genere, & ſecunda declinatione, ſed peccatis maſculino genere, & quarta declinatione proferebãt. Quod uſq; ad Ciceronis ætatem durauit. Poſtea uſus obtinuit, ut peccatũ neutro tantum genere proferatur, & tam peccatũ quàm pecco de omnibus delictis atq; erroribus dicantur. A pecco fit peccator, & peccatrix.

Peccatum & crimen differunt ſicut genus & ſpecies. Nam omne crimen eſt peccatum, nõ autem ecõuerſo. Eſt enim crimen graue peccatum accuſatione & damnatione digniſſimum, ſecundum Auguſtinum ſuper Ioannem, & habetur diſt. 81. cap. Apoſtolus. *Geneſis cap. 4.*

Nonne ſi bene egeris recipies. Sin aũt male ſtatim in fortibus peccatum tuum aderit. *ibidem.*

Dixit deus ad Cain: Quid feciſti? uox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nũc igitur maledictus eris ſuper terrã quæ aperuit os ſuũ & ſuſcepit ſanguinẽ fratris tui de manu tua. Cũ operatus fueris eam, nõ dabit tibi fructus ſuos. Vagus & profugus eris ſuper terram omnibus diebus uitæ tuæ. Dixit Cain ad dominũ: Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniam merear. Ecce eiĳcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcõdar, & ero uagus & profugus in terra.

Geneſis cap. 8.

Senſus eñ & cogitatio humani cordis in malũ prona ſunt, ab adoleſcentia ſua. *Num. c. 5.*

Cur inquit Moyſes, tranſgredimini uerbũ domini, quod uobis non cedit in proſperum.

ibidem ca. 15.

Anima uero quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit, ſiue ſit ille ciuis, ſiue peregrinus, quoniã aduerſus dominũ rebellis fuit, peribit de populo ſuo. Verbũ enim domini contempſit, & præceptum illius fecit irritũ: idcirco delebit & portabit iniquitatem ſuam. *Eſdræ cap. 8.*

Et quæ contingunt nobis, oĩa fiunt ꝓpter operã noſtrã

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ra noſtra maligna & magna peccata noſtra.

Ibidem 3.cap.1.

Qm̃ me dereliquiſtis,& ego uos derelinquã: petentibus uobis à me miſericordiã, non miſe rebor: quando inuocabitis me, ego non exaudi am uos. Maculaſtis enim manus ueſtras ſangui ne,& pedes ueſtri impigri ſunt ad committẽda homicidia. Non quaſi me dereliquiſtis, ſed uoſ ipſos, dicit dominus. *Ibidem cap. 8.*

In ueritate enim nemo de genitis eſt, qui nõ im pie geſſit,& de cõfitentibus qui non deliquit: in hoc enim annuntiabitur iuſtitia tua,& bonitas tua dñe, cum miſertus fueris eis qui non habẽt ſubſtantiam bonorũ operum. *Ibidem ca.10.*

Ecce pene oẽs in perditionẽ ambulant,& ex terminium ſit multitudo eorum. *Ibid.ca.15.*

Væ eis qui peccant,& nõ obſeruant manda ta mea dicit dominus. *Tobias cap.12.*

Qui autem faciunt iniquitatem & peccatũ, hoſtes ſunt animæ ſuæ. *Iudith cap.5.*

Vſq; dum nõ peccarent in cõſpectu dei ſui, erant cum illis bona. *Iob cap.4.*

Recordare obſecro te, quis unq; innocens periit, aut quando recti deleti ſunt? Quin potius uidi eos qui operantur iniquitatẽ,& ſeminant dolores,& metunt eos, flante deo periſſe,& ſpi ritu iræ eius eſſe conſumptos. *Ibidem.*

Nunquid homo dei cõparatione iuſtificabit, aut factore ſuo purior erit uir? Ecce qui ſeruiũt ei, nõ ſunt ſtabiles,& in angelis ſuis reperit pra uitatẽ. Quãto magis hi qui habitant domos lu teas, qui terrenũ habent fundamentũ conſumẽ tur uelut à tinea, de mane uſq; ad ueſperam ſucci dentur,& quia nullus intelligit, in æternum pe ribũt. Qui autẽ reliqui fuerint, auferẽtur ex eis, morientur,& non in ſapientia. *Iob cap.11.*

Oculi autem impiorũ deficient,& effugium peribit ab eis,& ſpes illorũ abominatio animę. *Iob cap.18.*

Nonne lux impij extinguetur, nec ſplẽdebit flãma ignis eius, lux obtenebreſcet in taberna culo illius,& lucerna quæ ſuper eũ eſt extingue tur: arctabuntur greſſus uirtutis eius,& præcipi tabit eum conſilium ſuum. *Iob cap.20.*

Hoc ſcio a principio, ex quo eſt poſitus ho mo ſuper terram, quod laus impiorum breuis ſit,& gaudiũ hypocritæ ad inſtar puncti. Si aſ cenderit uſq; ad cœlũ ſuperbia eius,& caput e ius nubes tetigerit, quaſi ſterquiliniũ in fine per detur,& qui eum uiderãt dicent: ubi eſt? uelut ſomnium auolans nõ inuenietur, tranſiet ſicut uiſio nocturna. *Iob cap.36.*

Caue ne declines ad iniquitatẽ. *Dauid Pſal.9.*

Increpaſti gẽtes,& periit impius, nomẽ eorũ deleſti in æternũ & in ſeculũ ſeculi. *Ibidem.*

Cognoſcetur dominus iudicia faciens, in ope ribus manuũ ſuarum comprehenſus eſt pecca tor. Conuertantur peccatores in infernũ, om nes gentes quæ obliuiſcuntur deũ. *Idem Pſal.9.*

Dominus interrogat iuſtũ & impiũ, qui autẽ diligit iniquitatẽ, odit animã ſuã. Pluet ſup pec catores laqueos: ignis & ſulphur & ſpiritus pro cellarũ pars calicis eorum. Qm̃ iuſtus dominus & iuſtitias dilexit, æquitatẽ uidit uultus eius.

Idem Pſalmus 13.

Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt deus. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtu diis ſuis, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſq; ad unum. *Ibidem.*

Omnes declinauerũt ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonũ, non eſt uſq; ad unum. Sepulchrum patens eſt guttur eorũ, linguis ſu is doloſe agebãt, uenenum aſpidum ſub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritu dine plenum eſt, ueloces pedes eorum ad effun dendum ſanguinem. *Pſal.30.*

Erubeſcant impij & deducãtur in infernũ, mu ta fiant labia doloſa, quæ loquũtur ad uerſus iu ſtũ iniquitatẽ in ſuperbia & in abuſione. *Pſal.31.*

Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates,& quorum tecta ſunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus. *Ibidem.*

Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus nõ eſt intellectus. In chamo & freno maxillas eorũ cõſtringe, qui nõ approximãt ad te. *Ibidem.*

Multa flagella peccatoris. *Pſal.36.*

Noli æmulari in malignantibus, nec; zelaue ris facientes iniquitatẽ. Quoniã tanq; fœnũ ue locius areſcent,& quemadmodum olera her barum cito decident. *Pſal.51.*

Quid glorĩaris in malitia, qui potens es in ini quitate? Tota die iniuſtitiã cogitauit lingua tua ſicut nouacula acuta feciſti dolũ. Dilexiſti malẽ tiam ſuper benignitatẽ, iniquitatẽ magis q; lo qui æquitatẽ. Dilexiſti omnia uerba præcipita tionis, lingua doloſa. Propterea deus deſtruet te in finem, euellet te & emigrabit te de taberna culo tuo,& radicem tuam de terra uiuentium.

Pſalmus 54.

Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. *Pſal.91.*

Veruntamen uani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris, ut decipiãt ipſi de uani tate in idipſum. Nolite ſperare in iniquitate,& rapinas nolite concupiſcere. Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere. *Pſal.68.*

Sicut deficit fumus deficiant, ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores a facie dei.

Idem Pſal.74.

Dixi iniq;s, nolite inique agere: & delinquẽtib. nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altũ cornu ueſtrũ, nolite loqui aduerſus deũ iniqui tatẽ. Quia neq; ab oriẽte, neq; ab occidẽte, neq; a deſertis mõtibus, qm̃ deus iudex eſt. *Pſal.74.*

Et oĩa cornua pctõrũ confringã. *Idem Pſal.93.*

Et reddet illis iniquitatẽ ipſorũ, & in malitia eorum diſperdet eos, diſperdet illos dominus deus noſter. *Pſal.103.*

Deficient peccatores a terra, & iniqui ita ut non ſint. *Idem Pſal.128.*

Dñs iuſtus cõcidet ceruices pctõrum. *Pro.c.1.*

Fili

Fili mi,ſi te lactauerint peccatores,ne acquieſcat eis. *Prouerbiorum cap.4.*

Ne delectẽris in ſemitis impiorũ, nec tibi placeat malorũ uia,fuge ab ea,nec trãſeas per illã, declina & deſeras eam.Non em̃ dormiunt, niſi cum malefecerint,& nõ capitur ſomnus ab eis, niſi ſupplantauerint. Comedunt panẽ impietatis,& uinum iniquitatis bibunt. *Ibidem.*

Via impiorum tenebroſa, neſciunt ubi corruant. *Prouerbiorum cap.5.*

Iniquitates ſuæ capiunt impium, & finibus peccatorum ſuorum conſtringitur. Ipſe morietur,quia non habuit diſciplinam,& in multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur.

Prouerbiorum cap.10.

Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter;qui aũt deprauat uias ſuas,manifeſtus erit.

Ibidem.

Quod timet impius,ueniet ſuper eum, deſiderium ſuum iuſtis dabitur,quaſi tempeſtas trãſiens non erit impius, Iuſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum. *Ibidem.*

Timor domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur, expectatio iuſtorũ lætitia, ſpes autẽ impiorum peribit. Fortitudo ſimplicis uia domini, & pauor his qui operantur malũ.Iuſtus in æternũ non cõmouebitur,impij aũt non habitabunt ſuper terrã. Os iuſti parturiet ſapientiam,lingua prauorũ peribit, labia iuſti conſiderant placita,& os impiorum peruerſa.

Prouerbiorum cap.11.

Si iuſtus in terra recipit,quãto magis impius & peccator. *Prouerbiorum cap.13.*

Impietas autem peccatorum ſupplantat.

Prouerbiorum cap.14.

Domus impiorum delebitur. *Prouer.ca.15.*

Victimæ impiorum abominabiles domino, uota iuſtorum placabilia. *Ibidem.*

Abominatio eſt domino uia impij,qui ſequitur iuſtitiã,diligitur ab eo, *Prouer.ca.18*

Impius cum in profundum uenerit peccatorum contemnit, ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium. *Idem cap.20.*

Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato. *Prouer.ca 28.*

Fugit impius nemine perſequente, iuſtus aũt quaſi leo confidens abſq; terroribus. *Ibidem.*

Viri mali non cogitant iudicium, qui autem inquirunt dominum animaduertunt omnia.

Eccleſiaſtici ca.5.

Ne dixeris,peccaui,& quid mihi accidit triſte. Altiſſimus enim eſt patiens redditor, de propiciato noli eſſe ſine metu. Neq; adijcias peccatũ ſuper peccatum, & ne dicas miſeratio domini magna eſt.Multitudinis peccatorum miſerebitur,miſericordia enim & ira ab illo cito proximat, & in peccatores reſpicit ira illius,non tardes conuerti ad dominũ,& ne differas de die in diem.Subito enim ueniet ira illius, & in tempore uindictæ diſperdet te. *Eccle ca 12.*

Altiſſimus peccatores odio habet, & impijs reddet uindictam. *Eccleſiaſtici ca. 12*

Quaſi à facie colubri fuge peccata,& ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te. Dentes leonis dentes eius,interficientes animas hominum quaſi romphæa bis acuta,hominis iniquitas, plagæ illius non eſt ſanitas. *Eccleſiaſtici ca. 41.*

Væ uobis uiri impij, qui dereliquiſtis legẽ domini altiſſimi;& ſi nati fueritis, in maledictione erit pars ueſtra. *Eſaiæ cap. 57.*

Non eſt pax impijs dicit dominus deus.

Ezechiel cap.18.

Anima quæ peccauerit,ipſa morietur.

Sophonias cap.1.

Et tribulabo homines,& ambulabunt ut cæci, quia domino peccauerũt,& effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorũ ſicut ſtercora.Sed & argentum eorum & aurum eorum non poterit liberare eos,in die iræ domini.

Machabæorum 1.cap.2.

A uerbis uiri peccatoris ne timueritis,quia gloria eius ſtercus & uermis eſt:hodie extollit, & cras nõ inuenietur.Quia cõuerſus eſt in terrã ſuã,& cogitatio eius perijt. *Matthæus ca.10.*

Nihil enim eſt opertũ quod non reueletur, & occultum quod non ſciatur. *Marcus ca.2.*

Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus deus?

Lucas cap.8.

Non eſt enim occultũ quod non manifeſtetur,nec abſconditum quod non cognoſcatur, & in palam ueniat. *Ioannis cap.8.*

Amen amen dico uobis,quia omnis qui facit peccatũ,ſeruus eſt peccati. *Ioannes cap.9.*

Scimus aũt quia peccatores deus non audit. Sed ſi quis dei cultor eſt, & uoluntatem eius facit,hunc exaudit. *Paulus ad Romanos 3.*

Omnes declinauerũt ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſq; ad unũ.

Ibidem.

Omnes enim peccauerũt,& egent gloria dei.

Idem cap.7.

Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legem mentis meæ,& captiuantẽ me in lege peccati,quæ eſt in membris meis.

Paulus cap.8.

Qui enim ſecundũ carnẽ ſunt,quæ carnis ſunt ſapiunt:qui uero ſecundũ ſpiritũ,quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. Nam prudẽtia carnis mors eſt, prudentia autẽ ſpiritus uita & pax. Quoniam ſapientia carnis inimica eſt deo. *Ibidem.*

Ergo fratres debitores ſumus non carni,ut ſecundum carnem uiuamus. Si enim ſecundum carnem uixeritis,moriemini. Si autẽ ſpiritu facta carnis mortificaueritis,uiuetis.

Paulus 1.ad Corinth.cap.6.

An neſcitis,quia iniqui regnum dei non poſſidebunt? Nolite errare, neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorum cõcubitores, neq; fures, neq; auari, neque ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regnũ dei poſſidebunt.

Paulus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Paulus ad Galat. cap. 5.

Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritū, ſpiritus autem aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, ut non quæcunq; uultis illa faciatis. *ibidem.*

Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiões, ſectę, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſatiões, & his ſimilia, quę prędico uobis ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnū dei non conſequentur. *Idem cap. 6.*

Nolite errare, deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem. Qui autē ſeminat in ſpiritu metet uitam æternam. Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonū ad omnes, maxime ad domeſticos fidei.

Paulus ad Hebræos cap. 10.

Voluntarie em̄ peccantibus nobis poſt incepta notitiā ueritatis, iam non relinquitur p̄ peccatis hoſtia. Terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumpturа eſt aduerſarios. *Iacobus cap. 2.*

Quicunq; aūt totam legem ſeruauerit, offendat aūt in uno factus eſt omnium reus. Qui em̄ dixit nō mœchaberis, dixit & nō occides. Quod ſi non mœchaberis, occides aūt, factus es tranſgreſſor legis. *Petrus 1. cap. 3.*

Declinet aūt à malo & faciat bonū, inquirat pacem & ſequat eam, quia oculi dn̄i ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorū. Vultus aūt domini ſup facientes mala, & quis eſt q uobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis. *Ioan. 1. ca. 1.*

Si dixerimus quoniam peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. *Ibidem cap. 3.*

Om̄is qui facit peccatū, & iniquitatē facit, & peccatum eſt iniquitas. Et ſcitis quia ille apparuit, ut peccata tolleret, & peccatū in eo nō eſt: oīs qui in eo manet non peccat, & om̄ino q peccat, non uidet eum, nec cognouit eum. *ibidem.*

Qui facit peccatū ex diabolo eſt, qm̄ ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, ut diſſoluat opera diaboli. Omnis q natus eſt ex deo, peccatū non facit, qm̄ ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniā ex deo natus eſt: in hoc manifeſti ſunt filij dei, & filij diaboli.

Aug. lib. de adulterinis coniugijs, & hab. 32. q 7. ca. Quemadmodem. ℣. Non recte.

Nō recte dicit pōt, ſi neſcit hō, nō peccat. Sūt em̄ peccata ignorantiū q̄uis minora q̄ſ ſcientium.

Auguſtinus de uera religione, & ha. 15. q. 1. ca. Quod autem. ℣. Vſq; adeo.

Vſq; adeo peccatū uoluntariū malū eſt, ut nullo modo peccatū ſit, ſi non ſit uoluntarium.

Auguſtinus contra Fauſtum, libro 2. & hab. 15. q. 1. ca. Inebriauerunt.

Inebriauerūt Loth filiæ eius, & ſe neſcienti miſcuerūt q̄propt culpandus eſt quidē, nō tm̄ quantū ille inceſtus ſed quantū ebrietas illa meretur.

Aug. li de mēdacio, & ha. 22. q. 2. ca. Faciat.

Faciat & hō pro tēporali ſalute hominū quod poteſt, cū autē ad hoc uentū fuerit, ut tali ſaluti niſi peccando cōſulere non poſſit, tam ſe exiſtimet non habere quod faciat, quoniā ad reliquū eſſe proſpexerit, quod recte faciet.

Aug. li. de ſer. do. in monte, & ha. de pœ. diſt 2. c. Sicut.

Sicut tribus gradib. ad peccatū peruenit. Suggeſtione, cōſenſione & delectatiōe, ita ipſius peccati tres ſunt differētiæ, in corde & in facto, & in cōſuetudine, tanq̄ tres mortes. Vna quaſi in domo. i. cū in corde cōſentit libidini: altera uero q̄ſi iā plata extra portā, cū in factum p̄cedit aſſenſio: tertia cum in cōſuetudinis malæ tanq̄ mole terrena premitur animo quaſi in ſepulchro iam putreus: quæ tria genera mortuorū dn̄m reſuſcitaſſe, quiſquis legit euangelium, agnoſcit.

Aug. li. q. Deut. & ha. de pœn. di. 4. Peccatum.

Peccatum quod ex Adam contrahit tēporaliter redditur, quia oēs propter hoc moriuntur, nō aūt in æternū eis qui fuerunt per gratiā regenerati. Si in ea uſq; in finem permanſerint.

Auguſtinus libro de baptiſmo paruulorum.

Si quæratur à me, utrū homo ſine peccato poterit eſſe in hac uita confiteor poſſe per dei gratiā, & liberum eius arbitrium. *Idem ſuper Ioan.*

Peccatum nihil eſt, & nihil fiunt homines cū peccant. *Auguſtinus de uera religione.*

Nullum peccatum cōmitti poteſt, niſi cū appetunt ea, quæ Chriſtus contēpſit, aut fugiunt quæ ille ſuſtinuit. *Aug. de baptiſmo paruulorum.*

Nemo renaſcit in Chriſti corpore: niſi prius naſcat in peccati corruptione. *Aug. de eccle. dogma.*

Nullus ſanctus & iuſtus caret peccato nec tamen ex hoc definit eſſe iuſtus uel ſanctus, ſi cum affectu teneat ſanctitatem.

Auguſt. lib. de fide ad Petrum.

Si fuerit aliquis coniugalis exceſſus, qui tamē legitimum nō uiolet thorū, habebit nōnullum ſed ueniale peccatum.

Aug. lib. 3. de libero arbitrio.

Quis peccat in eo quod nullo modo caueri poteſt. *ibidem.*

Ex quo incipit homo præcepti eſſe capax ex illo incipit poſſe peccare. Duob. modis peccat antecq̄ ſit ſapiens, ſi aut ſe non accōmodet ad accipiendū præceptum, aut cū accepit nō obſeruet. Sapiens aūt peccat, ſi ſe auertit à ſapientia.

Auguſt. li. 12. de Trinitate.

Sane cū ſola cogitatione mēs obiectatur illicitis, non quidem decernens eſſe facienda, tenens tamen & uolens libenter, quæ ſtatim ut attigerunt animum reſpui debuerunt, non negādum eſt eſſe peccatum, ſed longe minus q̄ſ hoc opere ſtatuatur implendum, & ideo de talibus quoq; cogitationibus uenia petenda eſt, pectuſq; percutiendum atq; dicendum. Dimitte nobis debita noſtra. Faciendum quoque quod ſequitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

atq; in oratione iungendũ. Sicut & nos dimitti mus debitoribus nostris. *idẽ li. de decẽ cordis.*

In ipsis alimẽtis quocũq; cõcessa sunt, si forte excedit modũ, & accepit amplius q̃ est necesse peccat: q̃tidiana sunt ista quæ dico, sed tamen pc̃ta sunt, & non sunt leuia, qa plura. Quia ꝙo quotidiana & plurima sunt, timẽda est ruina multitudinis. Talia pc̃ta dicimus fratres, quotidianis elee mosynis per se mundari. *Aug. sup Psalm. 5.*

Non regnet peccatũ in uestro mortali corpore, non dicit non sit: sed non regnet. Inest peccatum cum delectaris, regnat cum consenseris.

Aug. in ser. dominicæ 4. de aduentu.

Nolite contẽnere uenialia, quia minima sunt, sed timete qa plura: plerunq; eñ bestiæ minutæ multæ necat, nũqd minutissima sunt grana arenæ, sed si amplius in naui mittat, mergit illã ut pereat, q̃ minutæ guttæ pluuiæ, nõne flumina implent domos & deijciunt. *Aug. sup Psalm. 54.*

Oĩs malus aut ideo uiuit, ut corrigatur: aut ideo uiuit, ut per eum iustus exerceatur.

idem in ciuitate dei libro 14.

Viuebat hõ in paradiso sine ulla egestate, cibus ad erat ne esuriret, potus ne sitiret, lignũ uitæ ne illũ senecta dissolueret, nullus intrinsecus morbus, nullus ictus metuebat extrinsecus, nõ lassitudo fatigabat otiosum non somnus premebat inuitum. *August. Confess. libro 8.*

Ex uolũtate uersa est libido, & dũ seruit libidini facta est cõsuetudo. Cõsuetudo autẽ cui nõ resistit, facta est necessitas, à q̃bus quasi anfulis sibimet connexis instar catenæ tenebat me dura seruitus. *August. libro 3. de ciuitate dei.*

Remotis obstaculis insanæ opinionis scelera nuda iudicẽtur, nuda pẽsentur, nuda inspiciant, fallacia tegmina & uanæ laudis gloriæ auferantur, & apparebunt miseriæ peccatorum.

Augustinus libro 7. Confessionum.

Lex peccati est uiolẽtia cõsuetudinis, qua trahitur etiã inuitus animus eo merito, quo in eam nolens illabitur. *August. in Enchiridion.*

Peccata q̃is magna & horrẽda, cum in consuetudinẽ uenerint aut parua esse, aut nulla credantur, usq; adeo, ut non solum occultanda, uerumetiã prædicanda diffamandaq; uideantur.

August sup Matth. hom. 45.

Moles imposita sepulchro ipsa est uis dura cõsuetudinis, qua præmitur anima, nec resurgere, nec respirare permittit. Dictum est autẽ quadriduanus est, re uera ad istam consuetudinem, de quo loquor quodã pgressu peruenit anima. Prima est quasi titillatio delectatiõis in corde, secũda consensio, tertia factum, quarta consuetudo.

Aug. in sermone quarte domi. de aduen.

Nolite fratres mei contẽnere peccata, in q̃bus forte consuetudinẽ iã feciſtis. Omne enim peccatum consuetudine uilescit, & fit homini quasi nullum sit: ob duritiam dolorem perdit, & ualde putre est nec dolet. Quod nõ dolet, non pro sano habendum est, sed pro mortuo computandum est; quando aliquid pungitur & dolet, aut sanũ est, aut est in illo spes ali qua sanitatis. Quãdo autẽ tangitur, pungit, calcatur, nec dolet, pro mortuo habendum, necnon de corpore præcidendum. *Aug. li de natura & gratia.*

Excepta uirgine Maria, de qua propter honorem dñi nullam prorsus habere uolo quæstionẽ, inde eñ scimus, q̃ ei plus collatũ fuit gratiæ ad uincendum omni ex parte peccatum, quia concipere ac parere meruit eum, quẽ constat nullũ habuisse peccatum. Hac ergo uirgine excepta, si omnes sanctos & sanctas cum hic uiuerent congregare possem, & interrogare utrũ essent sine peccato, quid fuisse responsum putamus, nisi q̃ Ioannes. Si dixerimus quia peccatum, &c.

Augustinus libro 3. de libero arbitrio.

Illa est pœna iustissima peccati ut amittat unusquisq; illud quo bene uti noluit, cum sine ulla difficultate posset si uellet. i. ut q̃ sciens recte nõ facit, amittat scire quod rectum sit, & qui rectũ facere cum posset noluit, amittat posse cum uelit. *Hieron. lib. 1. sup Amos.*

Primum peccatũ est cogitasse quæ mala sunt, secundum cogitationib⁹ acquieuisse peruersis: tertium quod est deterius opere cõplesse, quartum post peccatum non facere pœnitentiam, & in suo complacere sibi delicto.

Hiero. sup Psalm. 80. Non erit in te deus recẽs.

Cui deus uẽter est, ei deus recẽs est. Quæcunq; uitia habemus & quotcunq; peccata, tot recentes habemus deos. Iratus sum, ira mihi deus est. Vidi mulierẽ q̃ cõcupiui, libido mihi deus est: unusquisq; eñ quod cupit & ueneratur, hoc illi deus est. *Hieron. in epist. ad Demetriaden.*

Quicq̃d pudet dicere pudet cogitare. Et tutissimum atq; perfectũ, ut assuescat animus solicita semper & peruigili custodia discernere cogitationes suas, & ad primũ animi motũ uel probare uel reprobare quod cogitat, uel bonas cogitatiões alat, uel statim malas extinguat. Hinc nãq; fons est boni, & origo peccandi. Ibi maxime oportet obseruare pc̃tm ubi nasci solet, statimq; ad primã tẽtationis faciẽ & malum antecq; crescat restringere, dũ adhuc est in cogitatione.

Hieron. super Sophoniam.

Si q̃s fortitudinẽ latronis uel piratę eneruat, & infirmos reddit, q̃ deest illis sua infirmitas. Debilitata eñ mẽbra quibus prius nõ bene utebãtur, à malo opere cessabũt. *Idem sup Iosue.*

Pc̃tõribus creatura hostis est. Nihil est aũt q̃ iustus timeat, oĩs creatura ei famulat. Vnde q̃ propphet. promittit ei deus dicẽs: Si transieris p ignẽ flãma nõ nocebit tibi. Oĩs igitur locus suscipit iustũ. Oñis creatura exhibet debitũ famulatũ.

Amb. sup Mar. & hab. 24 q. 1. ca. Non turbatur.

Non turbat nauis quę Petrum habet: turbat illa quæ Iudam habet: & si multa illic discipulorum merita nauigabant, tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat. In utraq; Petrus, sed qui suis meritis firmus est turbatur alienis. Caueamus igitur perfidum, caueamus proditorẽ, ne per unum fluctuemus plurimi.

Ambrosius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ambroſius libro de ſpiritu ſancto.

Peccare in ſpūm ſanctum eſt per malitiam & inuidiam fraternam impugnare charitatem.

Ambroſius ſuper Beati immaculati.

Qui ſe accuſat & ſi peccator ſit, iuſtus eſſe incipit quia nec ſibi parcit, & dei iuſtitias cōfitetur.

Ambroſius ſuper Lucam.

Non uirtus eſt nō poſſe peccare, ſed nolle, atque ita tenere perſeuerantiam uoluntatis, ut uoluntas infantiam, uſus imitetur naturam.

Ambroſius de Iacob. libro. 2.

Prauæ conſcientiæ ſeruit quicunq; uel metu frangit̄, uel delectatiōe irretitur, uel cupiditatibus ducitur, uel indignatiōe exaſperat̄, uel mœrore deiicitur: ſeruilis eſt em̄ omnis paſſio. Quia qui facit peccatū, ſeruus eſt peccati: & quod peius eſt, multorū ſeruus eſt, qui eſt ſubiectus multis uitiis, ita ut ſeruitio ei exire uix liceat.

Grego. & habetur de pœni. diſt. 2. c. Sciendum.

Sciendum quippe eſt, quod tribus modis admittit̄ peccatum, nam aut ignorantia, aut infirmitate, aut ſtudio perpetrato: & grauius quidem infirmitate quàm ignorātia, ſed multo grauius ſtudio quàm infirmitate peccatur.

Gre. & ha. 50. di. Quia ſanctitas. & Quid enim grauius.

Quid em̄ grauius eſt, aut carnale delictū committere, ſine quo pauci inueniunt̄, aut dei filiū iureiurādo negare, in q̄ uerbo hūcipſum B. Petrum apoſtolorū principē, ad cuius ſacrū corpus indigni ſedemus, lapſum eſſe cognouimus: ſed poſt negationē pœnitētia ſecuta eſt, & poſt pœnitētiā miſericordia data ē, q̄ ab apoſtolatu eū non expulit, qui ante quidē ſe negare p̄dixit.

Grego. & hab. de pœ. diſt. 1. c. Voluiſſent.

Voluiſſent inq̄ ſi potuiſſent ſine fine uiuere, ut potuiſſent ſine fine peccare. Oſtēdit enim q̄a in peccato ſemp̄ uiuere cupiūt, quia nunq̄ deſinunt peccare dū uiuunt Ad magnā ergo iuſtitiam iudicantis pertinet, ut nunq̄ careant ſupplicio, qui in hac uita nunq̄ uoluerunt carere peccato. *Gregorius libro 4. Moralium.*

Quatuor modis peccatū perpetrat̄ in corde, quatuor cōſummat̄ in opere. In corde nāq; ſuggeſtiōe, delectatione, cōſenſu, & defenſiōis audacia ppetrat̄. Fit enim ſuggeſtio per diabolū, delectatio p̄ carnē, conſenſus p̄ ſpiritū, defenſiōis audatia per elationē. Quatuor modis peccatū conſummat̄ in opere, prius nanq; latens culpa agit̄, poſtmodū & ante oculos hoīm ſine cōfuſione, reatus aperit̄, deinde & in cōſuetudinē ducitur. Ad extremū quoq; uel falſæ fidei ſeducti onibus, uel obſtinatione miſerę deſperatiōis enutritur. *Gregorius libro 25. Moralium.*

Peccatū quod ex p̄cō oritur, nō iam peccatū tantūmodo, ſed peccatū eſt & pœna peccati, q̄a iuſto iudicio oīpotēs deus cor peccatis obnubilat, ut p̄cedētis peccati merito etiā in alijs cadat, ut qui malum ſciens perpetrat, deinceps iuſte in alijs etiam nolens cadat. *Greg. libro 18. Morali.*

Quædam aūt peccata ſunt, quæ à iuſtis uitari poſſunt, & ſunt nonnulla quæ ab eis uitari non poſſunt. Cuius em̄ cor in hac corruptibili cārne ſubſiſtens in ſiniſtra cogitatiōe non labitur, etiā ſi uſq; ad conſenſus foueā non mergatur, & tamen hoc ipſum graue cogitare peccatū eſt. Sed dū cogitationi reſiſtitur, à cōfuſione animus ſua liberat̄. Mens igitur iuſtorū & ſi libera eſt à peruerſo opere, aliquādo tamen corruit in puerſa cogitatione. *Grego. ſuper Ezech. homil. 2.*

Sicut ignis amoris mentē erigit, ita ignis malitiæ inuoluit. Quia & ſpūs ſanctus cor quod repletum eleuat, & ardor malitiæ ad inferiora ſemp̄ incuruat. *Idem libro 14. Moralium.*

Cum reproborū mentibus occaſio perpetrandi peccati deeſt, deſideriorū cogitationes eorū cordibus nullatenus deſunt, & cū non ſemp̄ diabolum ſequūtur in opere, ualde tamē ſe illi obligant in cogitatione. *Grego. libro 22. Moraliū.*

Vitatū generis hūani uitium eſt, libēdo peccatum cōmittere, & cōmiſſum negādo abſcondere, & cōuictū defendēdo excuſare. *Ibidem.*

Peccatum peccato addit, qui culpæ quam fecit patrocinia defenſionis adiungit.

Ioan. Chry. & habe. in decretis. di. 40. ca. Homo.

Homo Chriſtianus fortiter cadit in peccatū, propter duas cauſas, aut propter magnitudinē peccati, aut propter altitudinem dignitatis.

Ioannes Chryſo. ſuper il. Matt. & per aliam uiam reuerſi ſunt, &c.

Veniſti per uiam fornicationis, ambula per uiam caſtitatis: ueniſti per uiam auaritiæ, ambula per uiam eleemoſynæ. Si autē per ipſam uiam redieris, iterum ſub regno uadis Herodis.

Ioan. Chry. in ſer. 1. Dominicæ aduentus.

Ante peccatum, liberum arbitrium habemus bene operandi, non aūt poſtea: quia non noſtra uirtute poſt peccatū euadere poſſumus de manu diaboli, ſed ſicut nauis fracto gubernaculo, illuc ducimur ubi tempeſtas uoluerit: ſic à diabolo de peccato in peccatum ducimur, nec hactenus quicq̄ facere licebit, niſi quod ipſe diabolus uoluerit. Et niſi deus ualida manu miſericordię ſuæ nos ſoluerit, uſq; ad mortem in uinculis peccatorum noſtrorum permanebimus.

Iſidorus de ſummo bono libro 2. ca. 26.

Omnia fugere homo p̄ōt præter cor ſuū. Nō enim poteſt à ſe quiſq̄ recedere. Vbicunq; erit conſcientia reatus ſui illū non derelinquit. Quis humana iudicia ſubterfugiat. Qui male agit, iudiciū tamen conſcientiæ ſuæ effugere non poteſt. Nam & ſi alijs celat q̄d egit, ſibi tamen celare nō poteſt, quia nouit quod deſit. Duplex aūtem in eo fit iuditiū, quia & hic conſcientiæ ſuę reatu punitur, & illic perpetua pœna damnat̄.

Iſidorus de ſummo bono lib. 3. Cap. 58.

Reges à regendo dicti ſunt. Ideo quilibet recte faciēdo regis nomē tenet, ſed peccādo amittit. Nam & uiri ſancti in ſacris eloquijs reges uocātur, eo quod recte agant, & ſenſus bene regant, & motus reſiſtētes ſibi rationali diſcretiōe componant. *Iſidorus de ſummo bono lib. 2. Cap. 26.*

Diuiſio & pugna, ut ſit in animo hoīs pœna

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

peccati eſt, ex primo homine in oēs filios propagata, ut qui noluit cum deo eſſe unitus, eſſet inſemetipſo diuiſus: & q imperanti dño noluit eſſe ſubiectus ſibiipſi rebellis atq; cōtrarius eſſet.

Iſidorus de ſummo bono. libro 2. cap. nono.

Sæpe occaſio peccandi uoluntatem facit.

Idem libro 2.

Maioris eſt culpæ manifeſte, q occulte peccare. Dupliciter enim reus ē qui aperte delinquit, quia agit & docet. *Bernar. in ſermo. de apoſtolis.*

Non uiuit homo qui ſuperbia inflatur, qui luxuria ſordidatur, qui cæteris inficitur peſtibus, quoniam non eſt hoc uiuere, ſed uitam confundere & appropinquare uſque ad portas mortis. Bonam autem uitam ego puso, & mala pati, & bona facere. Dicitur uulgo q̄d qui bene ſe paſcit bene uiuit. ſed mentica ē iniquitas ſibi, quia non bene uiuit, niſi qui bene facit.

Caſſio ſup il Pſal. 5. Expelle eos quoniā irritauerūt.

Hoc dicimus q̄d tantum unuſquiq; à diuinitate repellitur, quantum eius peccata cumulantur. Quantitas enim delicti menſura eſt repudij quia tantum à deo reus longior redditur, quantum numeroſo crimine dilatatur.

Boetius de philoſo. conſolat. libro 2 proſa 6.

Nec poteſtas ſui compotem facit, quem uitio ſæ libidines inſolubilibus aſtrictum retinēt catenis. Et collata improbis dignitas non modo non efficit dignos, ſed prodit potius & oſtentat indignos. *Boetius libro 4. proſa 5.*

Hoc igitur modo quicquid à bono deficit eſſe deſiſtit, quod fit ut mali deſināt eſſe quod fuerant, ſed fuiſſe homines adhuc ipſa humani corporis reliqua ſpecies oſtētat, quare uerſi in malitiam humanam quoq; amiſere naturā, ſed cum ultra hominem quemq; prouehere ſola probitas poſſit, neceſſe eſt ut quos humana conditio ne deiecit, infra hominis meritū detrudat improbitas. Euenit igitur ut quē transformatū uideas hominem æſtimare non poſſis. Auaritia feruet alienarū opum uiolentus ereptor, ſimilem lupi dixeris. Ferox atq; inquietus linguam litigijs exercet, cani comparabis. Inſidiator occultus ſurripuiſſe fraudibus gaudet, uulpeculus exequetur. Iræ intemperans fremit, leonis animum geſtare credatur. Pauidus ac fugax non metuenda formidat, ceruis ſimilis habet. Segnis ac ſtupidus torpet aſinum uiuit. Leuis atq; incōſtans ſtudia permutat, nihil ab auibus differt. Fœdis immundisq; libidinibus fertur, ſordidæ ſuis uoluptate detinet. Ita fit ut qui probitate deſerta homo eſſe deſierit, cum in diuinam conditionē tranſire non poſſit, uertatur in beluam.

Idem libro 4. proſa 4.

Nec iniuria dici uideo uitioſos tāetſi humani corporis ſpeciem ſeruent, in beluas tñ animorum qualitate mutari. *Idem ibidem.*

Etenim quod incredibile cuiquā forte uideatur infœliciores eſſe neceſſe ē malos, cū cupita perfecerint, q̄ ſi ea quæ cupiunt implere nō poſſunt. Nam ſi miſerum eſt uoluiſſe mala, potuiſſe miſerius eſt, ſine quo uoluntatis miſeræ langueret efferret. *Ibidem.*

Neque enim eſt aliquid in tam breuibus uitæ metis ita ſerum, q̄ expectare lōgum immortalis præſertim animus putet. Quorū magna ſpes & excelſa facinorum machina repentino atque inſperato ſæpe fine deſtruitur. Quod quidem illis miſeriæ modum ſtatuit. Nam ſi nequitia miſeros facit, miſerior ſit neceſſe eſt diuturnior nequam, quos infœliciſſimos eſſe iudicarē, ſi non eorum malitiam, ſaltem mors extrema finiret. Etenim ſi de prauitatis infortunio uera concluſimus, infinitā dico liquet eſſe miſeriam, quam eſſe cōſtat æternam. *Idem libro 4. proſa 4.*

Fœliciores inquit eſſe improbos ſupplicia luentes, q̄ ſi eos nulla iuſtitiæ pœna coerceat.

Ibidem.

Multo igitur infœliciores improbi ſunt iniuſta impunitate damnati, q̄ iuſta ultione puniti.

Ibidem.

Nequeunt enim oculos tenebris aſſuetos ad lucem perſpicuq; ueritatis attollere. Similesque auibus ſunt quarū intuitū nox illuminat, dies cæcat. Dum enim non rerum ordinem, ſed ſuos intuentur affectus, uel licentiam uel impunitatem ſcelerum, putant eſſe fœlicem. Vide enim quid æterna lex ſanciat. Melioribus animum ſi conformaueris, nihil opus eſt iudice præmiū differente, ut teipſe excellentioribus addidiſti.

Idem libro 4 proſa 4.

At uulgus iſta nō reſpicit. Quid igitur hisne ante cedamus quos beluis ſimiles eſſe monſtra uimus? *Lactan. Fir. libro 1. diui. inſtitu.*

Qui eñ uirtutis eſt expers, qui cupiditate ac libidinibus malis uincit, non cupidini, ſed mortis ſubiectus ſempiternæ eſt. *Ibidem.*

Qui peccāt ſæpe fœlices ſunt, & qui pie uiuunt, ſæpe miſeri: ga & fugitiui, & abdicati liberi uiuunt. *Seneca ad Lucilium epiſtola 11.*

Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtet. *Seneca epiſtola 28.*

Initium ſalutis eſt notitia peccati.

Seneca epiſtola 58.

Tunc autem cōſummata infœlicitas, ubi non ſolum turpia delectant, ſed & placent.

Seneca ad Lucilium epiſtola 96.

Erras enim ſi exiſtimas nobiſcum uitia naſci: ſuperuenerunt, ingeſta ſunt.

Seneca libro de moribus.

Nullū cōſcium peccatorū tuorū magis timueris q̄ temetipſum. Aliud eñ potes effugere, te autem nun q̄. Nequitia autē ipſa eſt ſui pœna.

Seneca in Tantalo Trag. 2.

Sæpe in magiſtrum ſcelera redierunt ſua.

Seneca Tragœdia 8.

Periere mores, ius, decus, pietas, fides.

Ariſtoteles libro 1 Phyſicorum.

Vno inconuenienti dato multa contingunt.

Idem libro 1. de cælo & mundo.

Paruus error in principio, maximus eſt in fine.

Idem libro 1. Ethicorum.

Non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nō omnino fœlix ē, q̄ ſꝑiſſime tuſpiſſimꝰ eſt.
idem libro 2. Ethicorum.
Malum eſt facile, & bonum difficile.
Idem libro 3. Ethicorum.
Ignorantia excuſat peccatum. *ibidem.*
In naturalibus deſideriis pauci non peccant.
idem libro 4. Ethicorum.
Prauus honore non eſt dignus.
idem libro 5. Ethicorum.
Peſſimus eſt, qui non ſolum utitur malitia ad ſe, ſed ad alium. *idem libro 7. Ethicorum.*
Homo prauus deterior eſt beſtia.
Cicero lib 4. Tuſc. quæſtio.
Libidinoſum igit̄ & cupidū, & iracundum, & anxium, & timidū cenſeamus eſſe ſapientem?
idem lib. 5. Tuſc. quæſt.
Potes igit̄ aut qui male uiuat, non eum dicere miſerū, aut quē bn̄ fateare eum negare bene uiuere. *idem lib. 2. Rhetor. nouo.*
Nulla eſt lex q̄ aliquam rem inutilem aut ini quam fieri uelit. Omnia ſupplicia quę à legibus proficiſcunt̄, culpæ aut malitiæ ulciſcendæ cō ſtitutæ ſunt. *idm lib. Paradox.*
Peccare certe licet nemini.
idem Rhetoric. nonor. lib. 2.
Voluntario facinori nulla eſt excuſatio: im Prudentiæ, eſt iuſta deprecatio parata.
Homerus in Odyſſeæ.
ξεὺσ σφεας τίσαιτο ἱκετήσι☉ ὅστε καὶ ἄλλους
ἀνθρώπους ἐφορᾷ, καὶ τίνυται ὅστις ἁμάρτῃ. id eſt,
Iupiter illos puniet ſupplicium exauditor, q̄ & alios Homines inſpicit, & punit quicunq; peccat.
idem in 9 Odyſſeæ.
πολὺ φέρτερόν ἐσιν
τεθνάμεν, ἢ ζώοντας ἁμαρτεῖν id eſt,
Multo melius eſt
Mori, quam uiuentes peccare. Menander.
αἰσχρὸν μὲν μηδὲν πράπτειν μηδὲ μάνθανε. id eſt,
Turpe autē nihil fac neq; diſce. *idem.*
δεῖ δ' ἐξαμαρτεῖν τ' αὐτὸν δυκ ἀνδρὸς σοφοῦ. id eſt,
Bis peccare hoc non uiri ſapientis *idem.*
ἔργων πονηρῶν χεῖρ' ἐλευθέραν ἔχε. id eſt,
Ab operibus malis manū liberā contine. *idem.*
ἢ μηδὲν εἰπὼν, δυδὲν ἐξαμαρτάνει. id eſt,
Nihil ſciens, nihil peccat. *idem.*
ὃς μὴ προσήκει, μήτ' ἄκουε μήθ' ὁρᾶ: id eſt,
Quæ nō decent, neq; audi neq; inſpice.
ἢ μὴ ποιεῖ τὸ κρυπτόμενον, ἢ μονοσ ποιεῖ. id eſt,
Vel non facias occultandū, uel ſolus facias.
Lucianus.
ἀνθρώπους μὲν ἴσως λήσεις, ἄτοπόν τι ποιήσας,
ἐν λήσεις δὲ θεούς, συλλογιζομένους. id eſt,
Hoïes quidem fortaſſe latebis abſurdū quid cū feceris: Non latebis autem deos, neq; ratiocinans.
Ex primo Epigrammaton.
δυδεισ ἀνθρώπων ἀδίκων, τίσιν οὐκ ἀπωτίσῃ. id eſt,
Nullus hominum iniuſtorum pœnam non ſoluet.
Plautus in Muſtellaria.
Nihil eſt miſerius, quam animus hominis conſcius.
Plautus in Bacchide.
Qui deliquit ſupplex eſt ultro omnibus.
idem in Perſa.

Cum aliquo malitia certare miſeria eſt.
Ouidius Meta. li. 1. fab. 4.
Viuitur exrapto, non hoſpes ab hoſpite tutus.
Non ſocer a genero, fratrum quoq; gratia rara eſt.
Imminet exitio uir coniugis, illa mariti.
Lurida terribiles miſcent aconita nouerca.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas, & uirgo cæde madentes,
Vltima cœleſtium terras Aſtrea reliquit.
Ouid. Meta. li. 6. fab. 5.
Heu quam difficile eſt crimen non prodere uultu.
Ouid. Metam. lib. 5 fab. 3.
Sed uetitum eſt a deo ſceleri nihil.
Idem li. 10. fab. 9.
Ne credite factum,
Vel ſi credetis, facti quoq; credite pœnam. *ibidem.*
At tu dum corpore non es
Paſſa nephas, animo ne concipe.
Ouid. Amorum li. 1. Eleg. 1.
Multa miſer timeo, quia feci multa proterue,
Exemplīq; metu torqueor ipſe mei.
Ouid. Amorum li. 2. Eleg. 5.
Conſcia pur pureus uenit in ora rubor.
Ouid. Amorum lib 3. Eleg. penul.
Non peccat quæcunq; poteſt peccaſſe negare,
Solaq; deformem culpa profeſſa facit.
Ouid. Artis libro 2.
Ludite, ſed furto celetur culpa modeſto.
Gloria peccati nulla petenda ſui eſt. *Ibidem.*
Neq; enim lex æquior illa eſt
Quam necis artifices arte perire ſua.
Ouid. de Ponto li. 1. Eleg. 1.
Pœna poteſt demi, culpa perennis erit. *ibidem.*
Mors faciet certe ne ſim cum uenerit exul.
Ne non peccarim, mors quoq; non faciet.
Catullus Ode 26.
Nec facta impia fallacium hominū cœlicolis placēti.
Horat. in Arte Poetica.
- Omnes
Viſuros peccata putem mea.
Iuuenal. Satyra 1.
Ex quo Deucalion nimbis tollētibus æquor,
Nauigio montē aſcendit, ſortesq; popoſcit,
Paulatimq; aīa caluerunt mollia ſaxa,
Et maribus nudas oſtēdit Pirrha puellas.
Quicquid agunt homines, uotum, timor, ira, uoluptas,
Gaudia, diſcurſus, noſtri eſt farrago libelli.
Ibidem.
Nil erit ulterius, quod noſtris moribus addat
Poſteritas, eadem faciēt cupientq; minores.
ibidem.
Omne in præcipiti uitium ſtetit, utere uelis
Totos pande ſinus. Iunenalis Satyra 4.
Nemo malus fœlix. Iuuenalis Satyra 8.
Defenſor culpæ dicet mihi, fecimus & nos
Hæc iuuenes, eſto deſiſti nempe, nec ultra
Fouiſti errorem, breue ſit quod turpiter audes.
Quædam cum prima reſecantur crimina barba.
Indulge ueniam pueris. Iuuenalis Satyra 9.
Viuēdum recte, tum propter plurima tum his
Præcipuæ cauſis, ut linguas mancipiorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Contemnas, nam lingua mali pars peſsima ſerui.
Iuuenalis Satyra 13.

Exemplo quodcunq; malo committitur, ipſi.
Diſplicet authori, prima eſt hæc ultio, quod ſe
Iudice nemo nocens abſoluitur, improba quamuis
Gratia fallacis prætoris uicerit urnam. Ibidem.

Egregium ſanctumq; uirum ſi cerno, bimembri
Hoc monſtrum puero, & miranti iam ſub aratro
Piſcibus inuentis, & fœte comparo mulæ.
Sollicitus tanquam lapides effuderit imber,
Examenq; apud longa conſederit uua
Culmine delubri, tanquam in mare fluxerit annis
Gurgitibus miris, & lactis uortice torrens.
Iuuenalis ibidem.

Has patitur pœnas peccandi ſola uoluntas,
Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum.
Facti crimen habet.
Iuuenalis Satyra 15.

Nam genus hoc uitio iam decreſcebat Homero
Terra malos hoïes nunc educat atq; puſillos.
Iuuenalis ibidem.

– Melius nos
Zenonis præcepta monent, neq; enim omnia, quædam
Pro uita facienda putant.
Dantes Floren. lib. 1. cap. 1.

Que oderai le doloroſi ſtrida,
Vedrai li antichi ſpiriti dolenti,
Che la ſeра morte ciaſchun crida:
Et uedera color che ſon contenti
Nel focor per ſe ſperem di uenire
Quando che ſia, a le beate genti. id eſt,
Vbi audies dolentes ciulatus,
Videbis antiquos ſpiritus dolore affectos,
Qui ad mortem ſecundam alte clamant:
Et uidebis quoſdam qui ſunt contenti
In igne, quia ſperant peruenire
Cum tempus fuerit ad beatas gentes.
Dantes Florent. lib. 1. cap. 3.

Et ecch o uerſo noi uenir per naue
Vn uecchio biancho per antiquo pelo,
Cridando guai a uoi anime praue,
Non ſperate mai piu ueder il celo:
I uengo per menarui al laltra ripa,
Ne le tenebræ æternæ, in caldo en gelo. id eſt,
Et ecce uerſus nos ueniebat naue
Quidam ſenex albus ob antiquum pilum,
Clamans ueh nobis animæ prauæ.
Nolite ſperare unq; deinceps uidere cœlum:
Venio ut ducam uos ad ripam alteram,
In tenebras æternas, in calorem & gelu.

PEcunia græce χρῆμα ατος τὸ & χρηματικος ου ὁ pecunia rius, & χρηματώδης ους ὁ pecuniosus dicitur. Eſt autem pecunia totum quicquid homines habent in terra omnia quorũ domini ſunt, ſeruus, uas, ager, arbor, pecus. Quicquid horũ eſt pecunia dicit, ſecundũ Aug. de doctrina Chriſtiana, & habet in decretis 1. q. 3. c. totũ. Pecunia cuius diminutiuum eſt pecuniola, à pecu dicitur, quod olim diuitiæ omnes in agris atq; pecoribus eſſe exiſtimabant. Vnde locupletes & pecuniosi appellati ſunt diuites, quaſi locor& & pecor& pleni. Et licet pecuniæ appellatione non mõ nummi, hoc eſt numerata pecunia, ſed oẽs res tam ſoliq; mobiles, & tam corpora q; iura contineant, ut etiã Hermogianus iuriſconſultus affirmat, frequẽter tñ pecunia pro ea q̃ numerata eſt ab authoribus uſurpat. A pecu paritcr fit peculiũ, q proprie ſignificat rem, quæ non in pecunia numerata conſiſtit, uel in ſolo, uel in corporibus, uel in ſuppellectili noſtro labore, & induſtria paratum, & à nobis ipſis lucrifactum. Vir. Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi. Hinc peculiũ caſtrenſe dicit, ut ait Pomponius, quod a parentibus, & agnatis in militia degẽti donatum eſt, uel quod filius in militia acq̃uit, quod niſi militaret acquiſiturus nõ fuiſſet, Nam q fuiſſet ſine militia acquiſiturus, id peculiũ eius caſtrenſe non dicit. Peculium nonnunq; pro paruo matrimonio capit ſec. Vlpia. Hinc deriuat peculiaris q proprie ſignificat rem ad peculiũ ptinentem. Sed uſu iam receptum eſt, ut q proprió, ſiue ſpeciali, ſeu præcipuo ponatur, unde peculiariter aduerbiũ, hoc eſt ſpecialiter, præcipue. Sane pecus pecoris, ſeu pecus pecudis, utroq; enim modo dicimus, ſignificat oñe animal q ſub hominis imperio è pabulo terræ paſcit, ut boues, aſini, equi, cameli, oues, capræ, elephantes, & reliqua huiuſmodi. Transfert aliquando pecus pecoris ad omne animal, q humana lingua & effigie caret. Vir. de apibus. Et pecudũ cuſtodia ſollers. Hora. de piſ. Oñe cum Proteus pecus egit altos uiſere mõtes. Veteres pecu & pecus. coris, & pecus. cudis, neutro oñia genere protulerũt, unde pecua legimus: unde etiam pecuarium q ad pecus attinet. Pecuarium aliq̃ armentariũ, aliquando loca in quibus armenta conſiſtunt, nonnunq; ipſa armenta ſignificat. Perſius: Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas.

Ambroſius lib. de Officijs.

Pecunia facile conſumit, cõſilia exhauriri neſciunt, hæc uſu augent, pecunia minuit, & cito deficit, conſiliũ aũt collatũ, q̃ in plures diffundit, eo redundantius manet & in ſuũ fontẽ recurrit.

Ambroſius Offic. lib. 2. cap. 12.

Hoc malum iam dudũ humanis influxit mẽtibus, ut pecunia honori ſit, & animi hominũ diuitiarq; admiratione digni, ut nemo niſi diues honore dignus putet. *Iſido. Solilo, li. 1. ca. 1.*

Vbiq; pecunia uincit, oẽs mendacitatẽ ſpernũt.

Caſſiodorus lib. 5. epiſt. 13.

Pulchrum eſt neglexiſſe fœda lucra pecuniæ.

Caſſiod. de dilectione dei cap. 5.

Pecunia cum labore acquiritur, acquiſita cũ timore ſeruatur, & tandem cũ dolore grauiſſimo amittitur. *Plato in Phedone.*

Propter pecuniarq; poſſeſſionem omnia prælia nobis ſunt. *Cicero lib. Officiorum.*

Male enim res ſe habet cum quod uirtute effici debet, id tentatur pecunia. *ibidem.*

Sed ut pecuniæ nõ q̃rendæ ſolũ ratio eſt, uerũ etiam collocandæ, quæ perpetuos ſumptus ſuppeditent, nec ſolũ neceſſarios, ſed etiã liberales: ſic gloria

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſic gloria & quę tēda & collocanda ratione eſt, quanq̄ præclare Socrates ad gloriā hanc uitam proximaſſet, & quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis id ageret, uidelicet, ut qualis haberi uellet talis eſſet. *Valerius Maxi. li. 4.*

Nihil eorū q̄ uirtuti debent, emere pecunia licet. *Idem li. 7. tit. Sapienter dicta aut facta.*

Vnicę filiæ pater Themiſtoclē cōſulebat, utrū eam pauperi ornato, an locupleti parū probato collocaret, cui is inquit, malo uirum pecunia, q̄ pecuniam uiro indigentē, quo dicto ſtultum monuit, ut generum potius q̄ diuitias generi legeret. *Horatius.*

Sed quia maturis non mutare pecunia neſcit.

Iuuenalis ſatyra 13.

Et maiore domus gemitu, maiore tumultu
Planguntur nummi quam funera. *Ibidem.*

Ploratur lachrymis amiſſa pecunia ueris. *Ibidem.*

Interea pleno dum turget facculus ore
Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit,
Et minus hanc optat qui non habet.

Penus græce ταμίειον. τὸ. & ταμίας. α. ὁ. penarius dicit. Eſt aūt penus omne quo homines ueſcunt, ſecundum Cic. li. 2. de Natura deorę. Item eſt penus quicquid longe uſionis gratia recōditur, ex eo quod non in promptu eſt, ſed intus & penitus habere, locus etiam ipſe dicitur penus. Penitus enim proprie ſignificat intrinſecus, unde penitior comparatiuum, hoc eſt interior, & penitiſſimus, hoc eſt intimus. Vnde penetrare quaſi penitus intrare, à q̄ penetrabilis, qui facile penetrat. Vir. Aſpice num mage ſit noſtrum penetrabile telum. Idem: Et penetrabile frigus adurit.

Penetrabile uero ſubſtantiuum id ſignificat, quod eſt in intimis partibus, & penetrabile ſacrificium quod in penetrabili, hoc eſt in intima ædium parte fieri ſolebat. Inde etiam penates q̄ penes nos ſint nati. Penitus autem à penes deriuatur, nam id penes nos uidetur eſſe, q̄d eſt penitus recōditum. Sunt qui nolunt in penu, thus, cereos, ligna, carbones, aliaq̄ ſimilia contineri. Proprie tamen ea ſola penui tribuuntur, quę ad uictum pertinent.

Penuarium ſignificat oīne id quod in penu reponitur, & ipſum penu, unde penuaria cella appellatur. Dicimus autem hic penus, & hæc penus quartę declinationis, & hoc penus penoris tertiæ, & hoc penum peni ſecundæ. A penu quidam putāt penuriam deduci, quaſi urens penu, ſignificatq̄ inopiam omnium rerū, præſertimq̄ earum quæ penu recondi ſolent. Alī à pene dictum uolunt, quod pene urat, uel quod pene minus ſit q̄ neceſſe eſt.

Penus & cellariū ſic differunt, q̄ cellarium eſt paucorum dierum, penus uero longi temporis.

Percurro græce διατρέχω dicitur. Eſt aūt percurrere, expedite in finem currendo deuenire, ſecundum b. Tho. ſuper Eſaiam prophetā col. x. fin.

PErfectio græce τελείωσις. ιου. ἡ. uel τελείωσις. ιου. ἡ. & τελειόω. ω. ὁ. perfectus, & τελείω perficio dicitur. Eſt autem perfectum cui nihil deeſt, ſecundum Ariſtotelem lib. 3. Phyſicorum, & lib. 1. de cælo & mundo.

Perficere eſt abſoluere, à quo p̄fecte aduerbium, hoc eſt abſolute, integre. Eſtq̄ cōpoſitum de facio, ſicut efficio, quod in hoc differt à facio, q̄ facere eſt in opere eſſe, efficere uero ſignificat p̄fectionē, unde affectus & efficax quod eſt, quod ad aliquid agendū uim habet, & maxime conducit, à quo efficacia proui, & effecte quod perfecte ſignificat. A facio item cōponitur proficio, quod eſt profectum facere & profectus. *Plini.* Nec minorē ſub eo p̄ceptore profectum fecit, ſic & præficio, præpono, unde præfectus, præfectura, & multa alia quæ à facio componuntur.

Matthæi cap. 9.

Si uis perfectus eſſe, uade & uende omnia q̄ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & ueni ſequere me.

Auguſt. in 5. Pſal. & hab. 22. q 2. Ne quis.

Ne quis arbitret perfectum & ſpūalem hominē pro iſta tēporali uita morte cuius ſua uel alterius non occiditur anima, debere mentiri,

Hieron. in epiſt. ad Theodorum Monachum.

Si uis p̄fectus eſſe, tu qui perfectū te eſſe pollicitus es, q̄d aliud q̄ perfectā ſectatus es uitā perfectus aūt ſeruus Chriſti nihil p̄ter Chriſtum habet, aut ſi præter Chriſtū habet, p̄fectus nō eſt, eū ſe perfecte deo ſit pollicitus, aut mentitus eſt; Os aūt quod mentitur, occidit animā. Igitur ut concludā, ſi perfectus es, cur bona paterna deſideras: ſi perfectus nō es, dominum fefelliſti.

Ibidem.

Vende oīa, &c. Nec hoc ad perfectionē ſufficit, niſi poſt contemptas diuitias ſaluatorem ſequatur. i. relictis malis faciat bona. Facilius em̄ ſacculus contemnitur q̄ uoluntas.

Hieron. in epiſtola ad Theophontem.

Hæc eſt in oībus ſola perfectio, ſuæ imperfectionis cognitio. *Grego. lib. 4. Dialogorum.*

Plerunq̄ hi quos iam perfectos homines æſtimāt, adhuc in oculis ſummi opificis aliquid habent imperfectionis. Sic ſæpe imperiti homines nedū perfecte ſculpta ſigilla cōſpicimus, & iam quaſi perfecta laudamus, quæ tamen adhuc artifex conſiderat & limat, laudari iam audit, & tamen ea tandem meliorando non deſinit.

Iſidorus libro 3. de ſummo bono.

Oīs perfectus ex lectione & meditatione procedit, quæ enim neſcimus, lectione diſcimus, q̄ didicimus, meditationibus conſeruamus.

Origenes ſuper illud Matt. cap. 20.

Si uis p̄fectus eſſe &c. Ille qui mutauit pro diuitijs paupertatē ut fieret perfectus, non in ipſo tempore quo tradidit bona ſua pauperibus fiebat omnino perfectus, ſed ex illa die incepit ſpeculatio dei adducere eum ad omnes uirtutes.

Ariſtoteles libro 7. Phyſicorum.

Vnumquodq̄ tunc perfectum eſt, cum attingit propriam uirtutem.

Cicero libro Tuſcu. quæſt.

In aīabus nīa ſemina uirtutū innata ſunt, q̄ ſi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bonus cultor creſcere permitteret, ipſa natura ad perfectionem deduceret.

Cicero libro de Amicitia.

Nec quicquam difficilius eſt, q̃ reperire in omni ſuo genere perfectum.

Lucius Apuleus de deo Socratis.

Nihil eſt ſimilius & gratioſius deo, q̃ uir aĩo pfecto bonus, q in tantũ hoĩes cæteros antecellit, q̃tum ipſe à dijs immortalibus antecellitur.

Perfidia græce ἀπιστία.ας.ἡ. & ἄπιστ⊙.ν.δ.ὁ. perfidus dicitur. Eſt autem perfidia fidei uiolatio, & perfidus eſt fidei uiolator. Veniunt à fides, de quo ſupra in dictione fides.

Periculum græce κίνδυν⊙.ν.ὁ. & ἐπικίνδυν⊙.ν.δ.ὁ. periculoſus, κινδυνέυω periclitor dicitur. Periculũ interdum ſignificat ſalutis diſcrimen, unde periculor uerbũ deducit, quod modo ſignificat periculum ſubeo, modo pro experior, ſiquidem & periculum pro experimento ponitur. Terent. Fac periculũ in literis, fac in palæſtra. Venit autem periculum à pereo, quod quidam ab intereo ita ſeparant, ut perire leuius ſit, & quod non omnium rerum finem denotet. Plaut. Qui per uirtutem perit, nõ interit. Dicitur autẽ intereo, quaſi in totum eo. Quando periculum experimẽtum ſignificat, ab experior uidetur deriuari.

Seneca in Hercule furente tragœdia 1.

Nemo ſe tute periculis offerre tam crebro poteſt.

Ibidem.

Quem ſæpe tranſit caſus aliquando inuenit.

Terentius Comœdia 5.

Auribus lupum teneo.

Ouidius Triſtium libro 1. elegia 1.

Terretur nimio pennæ ſtridore columba,
Vnguibus accipiter ſaucia ſecta tuis.
Non procul a ſtabulis audet decedere, ſi qua
Excuſſa eſt auidi dentibus agna lupi.
Vitaret cœlum Phaeton ſi uiueret, & quos
Optauit ſtulte tangere nollet equos.
Me quoq; quæ ſenſi, fatcor Iouis arma tenerẽ
Me reor in feſto cum tonat ore petí.
Quicunq; Argolica de claſſe Capharea fugit,
Semper ab Euboicis uela retorquet aquis.
Et mea cimba ſemel uaſta percuſſa procella
Illum quo læſa eſt horret adire locum.

Ouidius de Ponto lib. 2. elegia 7.

Sed me timor ipſe malorum
Sæpe ſuperuacuos cogit habere metus.
Da ueniam quæſo, nimioq; ignoſce timori,
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo
Omnibus unca cibis æra ſubeſſe putat,
Sepe canem uiſum longe fugit agna lupumq;
Credit, & ipſa ſuam neſcia uitat opem.
Membra refor midant mollem quoq; ſaucia taclum,
Vanaq; ſollicitis incitat umbra metum.
Sic ego fortu ıæ telis confixus iniquis
Pectore concipio nil niſi triſte meo.

Idem Artis libro 2.

Cum mora non tuta eſt eotis incumbere remis
Vtile, & aſſidue ſubdere calcar equo.

Tibullus libro 1. elegia 6.

Ne pigeat magno poſt didiciſſe malo.

Horatius libro 1. epiſtola 16.

Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq̃
Suſpectos laqueos, & opertum miluius hamum.

Peritia græce ἐμπειρία.ας. & ἔμπειρ⊙ peritus dicitur. Dicuntur autem periti docti & experti, ſicut e contra imperiti, indocti & inexperti. Veniunt autem peritia & peritus à perio uerbo, quod ſignificat aperio, doceo, quod uerbum à pario ueteres traxere. Inde etiam uenit experior, de quibus omnibus habes ſupra in experientia.

PEriurium græce ἐπιορκία.ας.ἡ. & ἐπίορκ⊙.ν.δ. periurus dicitur. Eſt autem periurium falſa iuratio, ſecundum Hoſtien.

Periurium eſt mendacium iuramento firmatum, ſecundum b. Tho. 4. di. 39. q. 4.

Peierare eſt mente non ore falſum iurando dicere, ſecundum Ariſtot. libro 1. Rheto.

Periurium uenit à peiero, quod eſt iuramentũ infringo, unde peierator, peieratrix, peieratio deducuntur. Peiero autem ex per & iuro componitur, ſicuti & coniuro, adiuro, coniuratio & adiuratio, de quibus ſupra. Deierare eſt ſancte & uehementer iurare, à quo deierator, deieratrix, & deieratio deſcendunt.

Auguſt. in decollatione Ioannis Baptiſtæ, & habetur 22. q. 5. Ille qui

Ille qui hoĩem prouocat ad iurationẽ, & ſcit eum falſum iuraturum eſſe, uincit homicidam, quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animã imo duas animas, & eius animã quẽ iurare prouocauit & ſuam. Scis uerũ eſſe quod dicis, & falſum quod ille dicit & iurare cõpellis, ecce iurat, ecce periurat, tu quid inueniſti, imo & tu periſti, qui de illius morte ſatiari uoluiſti.

Iſidorus libro 2. Sententiarum, & habetur 22. q. 5. Quacunq;

Quacunq; arte uerborum quis iuret, deus tamen qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit ſicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus ſit, qui & nomen dei inuanum aſſumit, & proximum dolo capit.

Cicero libro Officorum 3.

Fraude periurium aſtringitur non ſoluitur.

Idem libro 2. de Legibus.

Periurij pœna diuina exitium, humana dedecus.

Heſiodus.

ὃς δέ κε μαρτυρίῃσιν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας
ψεύσεται, ἢ δὲ δίκην βλάψας ὑπέστορα πάσσῃ,
τῷ δέτ' ἀμαυρτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλῃται.
ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων. id eſt,

Qui teſtimonijs ſponte iuſiurandum iurans
Mentietur, in eoq; iuſtitiam lædens immedicabiliter læſus eſt,
Huius obſcurior proles in futurum relinquet.
Viri autem uere iurantis proles in futurum melior.

Menander.

θεὸν ἐπιορκῶν μὴ δόκῃς λελῆθέναι. id eſt,

Deum deierans ne putes latere.

Ouidius epiſtola Acontij ad Cidippen.

Tantum periuria uita.

Ouidius libro 1. Amorum.

No

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Non bene conducti uendunt periuria teſtes.
Iuuenalis Satyra 13.
Sunt qui in fortunæ iam caſibus omnia ponunt.
Et nullo credunt mundum rectore moueri
Natura uoluente uices & lueis & anni,
Atq; ideo intrepidi quæcunq; altaria tangunt.
Eſt alius metuens ne crimen pœna ſequatur.
Hic putat eſſe deos, & perierat, atq; ita ſecum
Decernat quodcunq; uolet de corpore noſtro
Iſis & irato feriat me lumina ſiſtro.
Dummodo uel cæcus teneam quos abnego nummos.
Et phthiſis & uomicæ patres, & dimidium crus
Sunt tanti, pauper locupletem optare ad podagram.
Non dubitat.

De hac materia uide ſupra ubi iuramentum.

Permutatio græce Διαλλαγὴ ἤ & Διαλλάττω permuto dicit. Eſt autem permutatio unius rei certæ p altera re certa uicaria præſtatio. C. de reb. permu. l. in glo. Permutatio fit à muto. Mutare proprie eſt transferre, unde mutabile quod mouetur, & immutabile quod nõ mouetur. A muto fit pariter cõmuto. Cõmutare uerba eſt litigare. Terentius: Nunq; hodie tecum commutaturũ patrem unum eſſe uerbũ. Muto frequentatiuũ eſt huius uerbi moueo, d litera in u mutata. Dicimus etiam moto tas, unde motacilla auis uulgo nota, quod ſemper moueat caudam unde uulgo nõ inepte codatre mula dicit. Veteres enim codam pro cauda dicebant.

PErſeuerantia græce ὑπομονὴ ἤ & ὑπομένω perſeuero dicitur. Eſt autem perſeuerantia in ratione bene inſtituta ſtabilis & perpetua permãſio, ſecundum Ciceronẽ in Rhet. & ſecun. Andronicũ, ac b. Th. ſecun. ſecun. q 128. ca.

Perſeuerantia eſt uirtus ſpecialis habens ſpeciale obiectum, ſcilicet opus laborioſum, ut triſtabile diuturnitatis, ſecundum eundẽ ſecunda ſecundæ, q. 122. aart. 1.

Perſeuerantia quid à fortitudine differat, uide ſupra in fortitudo: perſeuerãtiq; extrema ſunt pertinacia, & leuitas perſeuerãtia dicitur à perſeuero uerbo. Eſt autem perſeuerare cum quadam cõſtantia & quaſi pertinacia perdurare. Dicunturq; à ſeuerus, quod aliquando ſignificat grauem & cenſorium, quaſi ſemper uerus, uel ſequẽs uerum, & nulla gratia, nullis illecebris mutabilis. Virg. Curibusq; ſeueris, aliquãdo aſperum. Idem. Montemq; ſeuerum, interdum ſæuũ & uitabilem. Idẽ: Amnemq; ſeuerũ Eumenidũ. Nonnunq; triſtem & anxium. Vnde ſeueritas, hoc eſt, grauitas, conſtantia, aſperitas, triſtitia. Hinc aſſeuero uerbum, q eſt cum quadam ui ac motu animi, quaſi cum ſeueritate aliquid affirmo, hinc aſſeueratio deriuatur. Quintilia. Altera ex aſſeueratione probatio eſt.

Matthæi cap. 10.

Qui autem perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſalus erit. *Paulus ad Hebræos cap. 12.*

Fili mi noli negligere diſciplinam dñi, neq; fatigeris, dum ab eo argueris. Quẽ enim diligit dominus, caſtigat, flagellat autẽ oẽm filium quem recipit: in diſciplina perſeuerate, tanq; filijs uobis offert ſe deus, quis eñ filius quẽ nõ pater corripit. *Aug. ad Eudoxium, & hab. 16. q. 1. Vos aũt.*

Vos aũt fratres hortamur in dño, ut propoſitũ ueſtrũ in dño cuſtodiatis, & uſq; ad finẽ multæ perſeueretis. *Hier. & hab. de Conſ. diſt. 5.*

Quicquid enim neceſſitate fit, cito ſoluitur, quod uoluntate accipitur, perſeuerat.

Greg. in Moral. & eſt de pœni. diſt. 3. cap. Incaſſum.

Incaſſum quippe bonum agitur, ſi ante uitæ terminum deſeratur, quia & fruſtra uelociter currit, qui priuſquàm ad metas ueneri deficit.

Idem ſup Ezech. & hab. de Pœ. diſ. 2. Pennata.

Pẽnata animalia minime reuertunt, cũ incedũt, q prædicatores ſancti ſic à terrenis actibus ad ſpiritualia tranſeũt, ut ad ea quæ reliqueraẽ, ulteriꝰ nullatenus reuertant, & paulo poſt. Nemo mittẽs manũ ſuã in aratrũ, &c. Manũ quippe in aratrũ mittere eſt, quaſi per quendã cõpunctionis uomerẽ ad proferẽdos fructus terrã ſuæ corporis aperire: ſed retro poſt aratrum aſpicit, qui poſt exordia boni operis ad mala reuertit, q deliquit quod quia electis dei minime cõtingit, recte nunc per philoſophiam dicitur: Nõ reuertebantur cum incederẽt. Et paulo poſt. Vnde de Paulus. Vnũ uero quæ retro ſunt obliuiſcẽs ad anteriora me extẽdens, ſequor ad patriã ſuperne uocationis. In anteriora etenim extenſus eorum quæ retro ſunt, oblitus fuerat, quia temporalia deſpiciẽs, quæ ſola ſunt, ꝰterna regrebat.

Idem de homilia 5. & habetur de pœnit. di. 2. Non reuertebantur.

Nõ reuertebant cũ incederẽt, quia electi ſic ad bona tenduntur, ut ad mala perpetrãda nõ redeãt, qui enim perſeuerauerit uſq; ad finẽ, hic ſaluus erit. Et ſicut per Salomonẽ dicitur: Iuſtorũ ſemita quaſi ſplendor pcedit, & creſcit uſq; ad perfectum diem. Iõ eorũ nanq; animo bonũ deſiderium atq; intellectus lucis intimꝰ, iam pars diei eſt. Sed quia uſq; ad finem uitæ in uirtute ꝓficiunt, ad perfectum diem tunc ueniũt, quãdo ad cœleſtia regna perducti in ea luce quam deſiderant, iam minus aliquid non habebunt.

Bernardus epiſtola 139.

Abſq; perſeuerantia, nec qui pugnat uictoriã, nec palmã uictor cõſequit. Nutrix eſt ad meritum, mediatrix ad præmiũ, ſoror patientiæ, cõſtantiæ filia, amica pacis, amicitiarũ nodus, unanimitatis uinculum, ſanctitatis propugnaculũ: tolle perſeuerantiã, nec obſequiũ mercedẽ habet nec beneficiũ gratiã, nec laudem fortitudo. Sola eſt cui æternitas redditur, uel potius quæ æternitati hominẽ reddit, dicente domino: Qui perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit.

Caſſiodorus lib. 1. epiſtola 14.

Malum cum perſeuerat augetur, & remediabile bonum eſt in peccato correctio.

Idem libro 4. epiſto 21.

Vituperationẽ generant, quæ in mediꝰ conatibus ægra deſeruntur. *Idem lib. 5. epiſtola 25.*

Alacriter incũbendum eſt inchoatis, cũ uicini

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tas perfectionis affuerit, ſpes affectus tędium laboris excludit. Magnum genus incitamenti eſt credere deſiderata compleri.

Seneca ad Lucilium epiſtola 1,

Turpe eſt cedere oneri, & luctari cum officio quod ſemel recepiſti. Non eſt uir fortis ac ſtrenuus qui laborem fugit, ne creſcat illi animus ipſa rerum difficultate. *Ibidem.*

Nihil eſt quod non expugnet pertinax opera & intenta ac diligens cura.

Seneca epiſtola 24.

Perſeuerandum eſt, & aſſiduo ſtudio robur addendum eſt, donec bona mens ſit, & bona uoluntas eſt. *Idem epiſtola 65.*

In excelſo eſt uita beata, ſed perſeuerantia penetrabilis. *Idem epiſtola 99.*

Qui conſtans eſt, imperturbatus eſt, ſine triſtitia eſt. *Idem epiſt. 93.*

Conſurgamus itaq; aduerſus fortunã, & qcquid inciderit, ſciamus non eſſe tam magnum, quàm rumore iactetur.

Idem Tragœdia 3.

Sed flecte mentem, pectus antiquum aduoca.
Victas q; magno pectore ærumnas doma.
Reſiſte, tantis in malis uinci malum eſt.

Idem Tragœdia 5.

Haud eſt uirile fortunæ dare.

Idem Tragœdia 6.

Iuuenile eſt uitium, regere non poſſe impetum.

Ibidem.

Audax uirago non tulit retro gradum.

Ariſt lib. 2. Magnorum Moral. cap. 18.

Perſeuerantia eſt circa triſtitias, & ſuſtinens triſtitias, ipſe perſeuerans eſt.

Laertius Diogenes de uitã & mor. philo.

Quicquid propoſueris firmiter ſeruans perſeuera, dicebat Bias. *Cicero libro Officiorum.*

Nihil aũt eſt q̃d tam deceat q̃ in omni re gerenda conſilio q; capiendo ſeruare conſtantia.

Idem libro 3. de Legibus.

Vi opprimi in bona cauſa melius eſt q̃ male cedere. *Idem libro 1. de Naturæ deorum.*

Quid tam temerarium, tam q; indignũ ſapientis grauitate atq; conſtantia, q̃ aut falſum ſentire, aut quod non ſatis explorate perceptum ſit & cognitum ſine ulla dubitatione defendere.

Virgilius Aeneidos libro 6.

Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.
Qua tua te fortuna ſinet.

Dantes Purgatorij canti. cap. 5.

Si come torre ferme che non crolla
Già mai la cima per ſoffiar de uenti. *id eſt,*
Sicut turris firma, quæ non concutit
Vnquam cacumen propter flatum uentorum.

Perſona græce προσωπον τό. Eſt autem perſona ſecundũ Theo. Naturæ rationalis individua ſubſtantia.

Perſona proprie dicit facies cõficta, à perſonãdo in theatris dicta, ſecundũ b. Tho. Longat autem penultimã. ſ. ſo propter uocabuli formã. Hinc perſonati dicunt qui huiuſmodi perſonis tecti ſunt. Et per metaphoram perſona uſurpat pro qualitate qua alius ab alio differimus, tũ in animo, tũ in corpore, tũ in extrapoſitis, q̃ à rhetoribꝰ numerant in attributis perſonę. Animi, ut quo ſtudio ſeſe exerceat, literarũ ne an militaris diſciplinæ, & iracũdus ne ſit, an mitis luxurioſus, an tẽperãs. Corporis, ut adoleſcens ne ſit, an ętate adultus, pulcher an deformis, robuſtus an debilis. Extrapoſitorũ, ut opulẽtus, an pauper, clarus an obſcurus, prolẽ habẽs an orbus. Hinc pſona paraſiti, militis, patris, ſerui, domini, p̃ceptoris, &c. A perſona fit perſonale & imperſonale, & perſonaliter & imperſonaliter. Et perſonalis actio quam iuriſconſulti uocant, quæ in perſonam fit: Realis quæ in rem, uel in bona.

Perſuaſio græce πειθώ ũς & πείθω perſuadeo dicitur. Eſt q̃ hæc inter ſuadeo & perſuadeo differẽtia, q̃ ſuadere eſt accommodatis & ſuauibus uerbis aliquẽ in opinionẽ noſtrã inducere tonari, hoc eſt hortari aliquẽ ad id quod intẽdimus. Cuius contrarium eſt diſſuadeo. Perſuadere uero eſt ſuadendo aut diſſuadendo aliquid homi, nem in opinionem noſtrã deducere. A ſuadeo fit ſuaſio, ſuaſor & ſuadela, ſuadibile q̃ ſuaderi facile poteſt, ſuaſorius adiectiuũ. Vnde para deliberatiua à rhetoribus ſuaſoria dicũt, & ſuaſorium munus, hoc eſt officium ſuadendi. Ita à perſuadeo perſuaſor, perſuaſio, perſuadibile, pſuadibiliter. Item ſuadere eſt facientis, perſuadere uero perficientis.

Perturbatio græce ταραχή ῆς & ταράττω perturbo dicitur. Eſt autem perturbatio aduerſa ratione contra naturam animi commotio, ſecundũ Ciceronem libro Tuſcul. quæſt.

Perturbatio eſt mutatio ordinis, & æqualitatis in ratiõe, & immoderata paſſiõe inferiorũ potentiarũ, quæ nõ fuit in Chriſto, nec in aliquo ſapiente, ſcdm b. Tho. 3. Sent. diſt. 15. q. 2 art. 2.

Pertinacia græce ἀνθάδεια ας ἡ & ἀνθάδης ους ὁ ἡ pertinax dicitur. Eſt autem pertinax, qui teneret imprudenter propoſitum ſuum, quaſi omnino tenax, ſecundum Iſidorũ, libro Etymo, & b. Tho. ſecunda ſecundæ, q. 138. arti. 2.

Pertinax uenit à tenax, q̃ modo ſignificat id q̃ retinet, ut glutinũ tenax: mõ parcũ, auarũ. Apuleius Homo diues, ſed nimiũ tenax. Modo conſtantẽ & perſeuerantẽ. Horat. Iuſtũ & tenacẽ propoſiti uirũ. Ab hoc fit tenacior, tenaciſſimus, tenaciter, tenaciſſime, tenacitas, ſiue tenacia, quod duritiã obſtinationẽ animi, & pſeuerantiã ſignificat. Quid pſeuerãs & ptinax differãt, & de hac materia uide ſupra in Obſtinatio.

PERVICAX idem quod pertinax, qui in ſuo propoſito ad uictoriam perſeuerat, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ, q. 138. art. 2.

Petulantia græce ἀσέλγεια ας ἡ & ἀσελγής petulans dicitur. Eſt autem petulantia uoluptas mentẽ à ratione ad Venerem reuocans, & cæteros illicitos trahens motus laſciua ſubſultatio, & ſine modeſtia proterua ac procax loquendi uel potius blaterandi conſuetudo.

Petulan-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Petulãtia eſt nimia quædã audacia, & procacitas, à petendo dicta, quaſi ea petantur quę abſurda ſunt, quemadmodum procacitas à procãdo dicitur. Procari enim uetereſ petere dicebant, unde proci, petitores uxorum.

Phantaſia græca dictio eſt φαντασία, ας. ἡ. Eſt autem motus ad ſenſus factus, ſecũdum actum, ſecundum Ariſto. libro 2. de Anima.

Phantaſia ẽ quinta potẽtia media inter æſtimatiuam & imaginatiuam, quæ componit & diuidit ſpecies imaginatas, ſecundum Auicennam, ex b. Tho prima parte quæſt. 78 art. 4.

Phantaſia ẽ theſaurus formarum per ſenſum acceptarum componens & diuidens eas, & eſt idem cum imaginatiua, ut ibidem.

De hac uide ſupra in arbore Animæ.

Phantaſma græcum eſt φάντασμα, ατος. τό. Et eſt ſimilitudo indiuidui in organo corporeo, ſecundum b. Tho. prima parte q. 84. arti. 7.

PHiloſophia græca dictio eſt φιλοσοφία, ας. ἡ. Eſt amor ſcientiæ, ſecundũ Aug li. 4. de Ciuita. dei: & eundem contra Academicos, & Boetius in Arithmetica. Componitur autem ex φίλος. ου. ὁ, qđ eſt amicus, & σοφία ας. ἡ. quod eſt ſapientia. Habet autem ſophia penul. correpta. Martialis:

Cum tibi ſit ſophiæ par cura, & cura deorum.

Phocylides.

μὴ γαυρὸς σοφίῃ, μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ.

Ambroſius ſuper Beati immaculati.

Philoſophia q̃ eſt circa elemẽta mũdi, eſt falſa magis q̃ uera ſapientia. Scrutatur enim plagas mundi, ſpatia timatur, q̃ ſibi proſeſſe nihil poſſunt. Deum aũt ignorat, quem ſolũ deberet inquirere. *Bernardus ſup Cantica.*

Philoſophorum uentoſa loquacitas, non bonus eſt imber qui ſterilitatem magis intulit terris q̃ fertilitatem. Vinũ enim ſecularis ſapiẽtiæ inebriat quidem, ſed curioſitatem, inflans non nutriens, inflans nõ ædificans, ingurgitans, non confortans. *Ariſto. lib. 1. Metaphy.*

Propter admirari homines, & nunc & primo cœperunt philoſophari. *Ibidem.*

Phylomites. i. fabularum amator eſt, aliqualiter philoſophus, q̃a fabula ex mirabilibus conſtituitur. *Ibidem.*

Antiqui philoſophi acquiſitis neceſſarijs uitę inceperunt philoſophari. *Ibidem libro 2.*

Appellari philoſophiam ſcientiam ueritatis, recte ſe habet. *Ibidem libro 6.*

Tres partes ſunt philoſophiæ & ſcientiæ ſpeculatiuæ. ſ. naturalis, mathematica, & diuina. i. metaphyſica. Naturalis conſiderat ȝ cõiunctas, motui & materiæ ſecundũ eſſe, & ſecundũ rationẽ. Mathematica cõſiderat ȝ. cõiunctas motui & materiæ, ſecundũ eſſe, ſed ſeparatas à materia ſecundũ rõem, & metaphyſica cõſiderat res ſeparatas à materia ſecundũ rõem. Idem uult cõmentator magis expſſe, q̃d Rhetoricæ ſcientię, id eſt, ſpeculatiuæ ſunt alijs ſcientijs deſiderabiliores, & metaphyſica theoricis. *Ibidem.*

Si oĩs ſubſtãtia eſt mobilis, phyſica eſt philoſophia prima, ſed ſi aliq̃ ſubſtãtia eſt immobilis, illa eſt prior quàm phyſica.

Commentator ſuper x Phyſicorum.

Philoſophus ſiue ſapiens naturaliter eſt uirtuoſus ſecundum omnes ſpecies uirtutum moralium, quæ ſunt: iuſtitia, caſtitas, liberalitas, & ſimilia. *Ibidem.*

Liber phyſicorũ eſt radix & principiũ philoſophiæ naturalis. *Themiſtius ſup 3. de Anima.*

Ratio uniuerſalis dicit, q̃ omni philoſopho eſt bene faciendum. *Ariſt. lib. de Senſu & ſenſato.*

Naturalis philoſophi eſt de ſanitate & infirmitate prima principia inuenire.

Ibidem.

Naturalis philoſophus finit conſiderationẽ ſuã ad ea q̃ ſunt conſiderationes medicinæ, ſed medicus incipit ab eis q̃ ſunt de conſideratione naturalis, unde ubi philoſoph⁹ dimittit, ubi medicus incipit, *idem lib. 10. Ethicorum.*

Philoſophia habet delectationes admirabiles ſpuritate & firmitate.

Idem libro de Pomo & morte.

Sępius philoſophari, uidetur mihi res diuina. *Ibidem.*

Philoſohia docet homines ſuum cognoſcere creatorem. *Idem in epiſt. ad Alexandrum.*

Suadeo tibi attendere rationes philoſophię. *Idem libro 2. Politicorum.*

Facile eſt ditari philoſophis ſi uolunt. *Idem libro 2. Rhetoricorum.*

Si ſine arte & propter actionem aliquid fieri poſſibile eſt, magis per artem & curã & cauſam poſſibile eſt fieri, unde ubi philoſophus fuerit præſes, ibi fœlix eſt ciuitas. *Idem libro 2. Topicorum.*

Plura contingit bene ſcire, ſed non plura intelligere, melius eſt philoſophari q̃ ditari. *Seneca ad Lucilium epiſtola 16.*

Dicet aliquis, quid mihi philoſophia prodeſt ſi fatũ eſt, quid pdeſt ſi deus rector eſt, quid prodeſt, ſi caſus imperat, nã & mutari certa non poſſunt, & nihil præparari poteſt aduerſus incerta. Sed aut conſilium meũ deus occupauit, decreuit q̃ quid facerem, aut conſilio meo nihil fortuna permittit. Quicquid eſt ex his Lucili, uel ſi omnia hæc ſunt philoſophandum eſt, ſiue nos inexorabili lege fata cõſtringunt, ſiue arbiter q̃ uniuerſi cũcta diſpoſuit, ſiue caſus res humanas ſine ordine impellit & iactat, Philoſophia nos tueri debet, hæc adhortabitur, ut libẽter deo pareamus, ut fortunæ contumaciter reſiſtamus, hæc docebit ut deum ſequaris, feras caſum. *Ibidem epiſtola 17.*

Hoc ſcio neminem poſſe bene uiuere, ſed nec tolerabiliter ſine ſapiẽtię ſtudio, cum oĩa habueris, tunc & habere ſcientiam uoles & ſapiẽtiam, hic erit ultimum uitæ inſtrumentum. *Ibidem cap. 20.*

Facere docet philoſophia, nõ dicere, & hæc exigit ut ad legẽ ſuã quiſq̃ uiuat, ne rationi uita diſſentiat, ut ipſa inter ſe uita uni⁹ ſine omnium actionũ diſſenſione coloris ſit. Maximũ hoc eſt & offi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& officium ſapientiæ & iudicium, & uerbis opera concordent, ipſe ubiq; par ſibi, idemq; ſit.

Seneca epiſtola 62.

Relinquo iſtum ludū litterarum philoſophorum qui rem magnificā ad ſyllabas uocant, qui aīm minuta dicendo dimittunt & cōterunt & id agunt, ut philoſophia potius difficilis q̄ magna uideat. Socrates qui totam philoſophiam reuocauit ad mores, hanc ſummā dixit eſſe ſapientiam, bona malaq; diſtinguere. *idem epi. 93.*

Quis dubitat quin deorum immortaliū munus ſit, q̄ uiuimus, philoſophiæ q̄ bñ uiuimus. Itaq; tanto plus huic nos debere certum eſt, quanto q̄ dñs q̄ eo maius eſt beneficium beata uita q̄ uita, & certe deberetur, niſi ipſam philoſophiam dij tribuiſſent. *Ibidem.*

Huius unū opus eſt de diuinis humanisq; uera inuenire. Ab hac nunq̄ recedit religio, iuſtitia, pietas, & omnis alius comitatus uirtutum conſertarum inter ſe q̄rentium: hæc docuit colere diuina, humana diligere, penes deos imperium habere, & inter homines conſortium: quod aliquandiu inuiolatum manſit, anteq̄ ſocietatem, auaritia diſtraxiſſet. *Ibidem.*

De illa philoſophia loquor, quæ nullum bonum putat, niſi quod honeſtum eſt, quæ nec hominis, nec fortunæ muneribus deleri poteſt.

Idem libro de Moribus.

Philoſophia promittit mihi, ut me parē deo faciat. *Ibidem.*

Omnia impedimento dimitte, & uaca bene mente apud philoſophiam. *Ibidem.*

Ad philoſophiā totam mentē cōuerte, huic aſſide, & hanc cole, & tunc ingens interuallū eſt inter te & hoīes, oēs mortales tu antecedes, & dij nō multū antecedent. *Lactan. Firm. lib 3.*

Diuina eruditio dialecticam, in qua omnis loquendi ratio continet non deſiderat, quia nō in lingua, ſed in corde ſapientia eſt, nec intereſt q̄li utare ſermone. Res cū non uerba q̄runtur: & nos de grammatico aut oratore, quorum ſcientia eſt, qūo loqui deceat, ſed de ſapiēte diſſerim?, cuius doctrinæ eſt quomodo uiuere oporteat. Quod ſi neq; phyſica illa ratio neceſſaria eſt, neque hæc logica, quia beatum facere nō poſſunt. Reſtat ut in ſola Ethica totius philoſophiæ uis cōtineatur, ad quam ſe abiectis oībus Socrates contuliſſe dicitur, in qua etiam parte, quoniam philoſophi errauerunt, qui ſummum bonum, cuius capiēdi gratia generati ſunt, nō cōprehenderunt, apparet falſam eſſe & inanem omnem philoſophiam, q̄ nec inſtruit ad iuſtitiæ munera, nec officium hominis rationesq; confirmat.

Plutarchus in Apophtegmatibus.

Iunior Dionyſius dicebatur multos alere ſophiſtas, non q̄ illos admiraretur, ſed quoniā per illos admiratiōi eſſe ualet: electus aūt ex tyrāni de cū interrogaret, quid tibi Plato aut philoſophia profuit? Reſpondit, ut æquo animo facileq; ferrem huiuſmodi fortunæ mutabilitatem.

Macrobius libro 1. ſuper ſomnio Scipionis

Vnde qui æſtimant nullis niſi philoſophantibus ineſſe uirtutes, nullos p̄ter philoſophos beatos eſſe pronuntiant. Agnitionē enim rerum diuinarū ſapientiam proprie uocātes, eos tantum modo dicūt eſſe ſapiētes, q̄ ſuperna acie mētis requirūt, & q̄tum uiuēdi perſpicuitas p̄ſtat imitant, & in hoc ſolo eſſe aiunt exercitia uirtutū, quarū ſic officia diſpenſant prudentiæ eſſe mundum, & omnia q̄ in mundo inſunt diuinorum contemplatione, omnemq; animi cognitionē in ſola diuina dirigere, tēperantiæ oīa relinquere, oīa inquantum natura patiūr, q̄ corporis uſus requirit fortitudinis animā nō terreri, à corpore quodāmodo ductu philoſophiæ recedente, nec altitudine p̄fecte ad ſuperna aſcēſionis horrere, iuſtitiq; ad unā ſibi huius p̄poſiti conſentire, uiam uniuſcuiusq; uirtutis obſequium: atq; ita fit, ut ſecundū hoc iā rigidū diffinitiōis abruptū rerum publicarū rectores beati eſſe nō poſſunt.

Cicero libro 1. Tuſculanarum quæſtionum.

Philoſophia uero oīm mater artiū, quid eſt aliud, niſi (ut Plato) donum (ut ego) inuentum deorum. Hæc nos primum ad illorum cultum, deinde ad ius hominū quod ſitum eſt in generis humani ſocietate, tum ad modeſtiā magnitudinem animi erudiuit. Eadēq; ab animo tanq; ab oculis caliginē diſpulit ut oīa ſupera, infra, prima, ultima, media, uideremus. Prorſus hæc diuina mihi uidetur uis, quæ tot res efficiat, & tantas. Quid eſt enim memoria rerū & uerborum, quid porro inuentio, profecto id, quo nec in deo quicquam maius intelligi poteſt.

Idem libro 2.

Eſt enim philoſophia paucis contenta iudicibus multitudinem conſulto ipſa fugiens, eiq; ipſi & ſuſpecta & iniuſta. *Ibidem.*

In ipſa enim Græcia philoſophia tanto in honore nunq̄ fuiſſet niſi doctiſſimorū contentionibus diſſenſionibuſq; uiguiſſet. *Ibidem.*

Nam efficit hoc philoſophia, medetur animis, inanes ſolicitudines detrahit, à cupiditatibus liberat, pellit timores. Sed hæc uis non idem poteſt apud omnes, tamen ualet multum, cum eſt indoneam amplexa naturam. *Ibidem.*

Nam ut agri non omnes frugiferi ſunt qui coluntur, falſumq; illud ac improbe, & ſi in ſegetem deteriorem ſunt datæ fruges, tamen ipſæ ſuapte natura enitent, ſi animi non omnes culti fructum ferunt: atq; ut in eodem ſimili uerſer, ut ager, q̄uis fertilis ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt, ſic ſine doctrina animus. *Ibidem.*

Itaq; eſt utraq; res una ſine altera debilis. *ibidē.*

Cultura autem animi philoſphia eſt quæ extrahit uitia radicitus, & præparat animos ad ſatus accipiendos, eaq; mandat his, & (ut ita dicā) ſerit, quæ adulta fructus uberrimos ferant.

Ibidem libro 3.

Eſt profecto animi medicina philoſophia, cuius auxilium, non ut in corporis morbis petendū eſt foris oībus q; opibus & uiribus ut noſmet ipſi nobis mederi poſſimus elaborandum eſt.

Ibidem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibidem.

Magnū opus & difficile ꝯs negat. Quod aūt præclarū, non idē arduū, sed tñ id se affecturam philosophia, pfitetur, nos modo curationē eius recipiamus. *Cic. Tuscu. quæst. lib. ultimo.*

O uitæ philosophia dux, o uirtutis indagatrix, expultrixq; uitiorū. Quid non mō nos, sed omnino hoīm uita sine te esse potuisset? Tu urbes pepeperisti, tu dissipatos homines in societatem uitæ cōuocasti, tu eos primo inter se domicilijs, deinde cōiugijs, tum literarum & uocum cōmunione coniunxisti, tu lumen legum, tu magistra morum & disciplina fuisti, ad te confugimus, à te opē petimus, tibi nos ut antea magna ex parte, sic nunc penitus totosq; tradimus.

Ibidem.

Pythagorā, ut ait auditor Platonis Ponticus Heclides, uir doctus in primis, Philiuntē ferunt uenisse, eumq; cū Leonte principe philosophorū docte & copiose disseruisse quędā. Cuius ingeniū & eloquentiā cum admiratus esset Leō, quę fuisse ex eo qua maxima arte consideret: at ille, artē quidem se scire nullā, sed esse philosophū. Admiratum Leontem nouitate nominis quęsiuisse, qui nam essent philosophi, & quid inter eos & reliquos interesset. Pythagorā aūt respondisse similem sibi uideri uitā hominū & mercatiū, qui habentur maximo ludorū apparatu totius Greciæ celebritate. Nā ut illic alij corporibus exercitatis gloriā & nobilitatē coronæ peterēt, alij emendi & uendendi quęstu & lucro ducerētur. Esset aūt quoddam genus eorum idq; uel maxime ingenuū, qui nec plausum nec lucrum quærerent, sed uisendi causa uenirēt, studioseq; perspicerent quid ageret & qūo, item nos quasi in mercatus quadam celebritate ex urbe profectos aliqua. Sic in hanc uitā ex alia uita & natura profectos alios gloriæ seruire, alios pecuniæ, raros esse quosdam qui cæteris omnibus pro nihilo habitis rerum naturā studiose intuerentur, hos se appellare sapientiæ studiosos, i. philosophos, & ut illic liberalis sum tuum esset spectare nihil sibi acquirentē, sic in uita longe oībus studijs contemplationē rerū cognitionēq; præstare.

Cicero Rhetoricorum ueterum libro 1.

Si oportet uelle sapere, dare operam philosophiæ conuenit. *Cic. de Crea. cæli & mundi.*

Nullū bonum philosophia pstabilius, neq; datum mortalium generi deorum concessum munere, neq; dabitur.

Cicero in Hortensio.

Philosophia rationibus progredi debet: duo hæc sunt maxima in philosophia, iudicium ueri, & finis bonorum.

Lucius Apuleius de dogmate Platonis.

Consideranti mihi sæpe alias uirtutes, indagatrix, expultrixq; uitiorū, diuinarum particeps rerum philosophia uidebatur, & nūc maxime cū naturæ increpatione & remotarū ab oculis rerum inuestigatione sibi uendicet. Nam cum cæteri magnitudine rei territi, eiusmodi laborem arduum & profundum existimarent, sola philosophia suum non despexit ingenium, nec indignam se existimauit, cui diuinarū humanarūq; rerum disceptatio deferatur. Quid enim mundo prestantius. Lauda quam putas speciem, porro à te laudabitur. *De 7. sapientibus.*

Ἑπτὰ σοφῶν ἐγὼ κατ' ἤπειρον πόλιν, ὄνομα, φωνήν.
μέτρον μὲν κλεόβουλος ὁ Λίνδιος εἶπεν ἄριστον.
χίλων δ' ἐν κοίλῃ λακεδαίμονι, γνῶθι σεαυτόν.
ὅς δὲ κόρινθον ἔναιε, χόλου κρατίδην, περίανδρος.
πιτ̃ακὸς, ὃν δέξαν ἄγαν, ὃς ἦν γένος ἐκ μιτυλήνης.
τέρμα δ' ὁρᾷν βιότοιο, σόλων ἱερὰς ἐν ἀθήναις.
τὸν πλείονας κακίους δὲ, βίας ἀπίφηνε πριηνεύς.
ἔγγύην φεῦγ', δὲ, θαλῆς μιλήσιος ὕλα.

Verba loquor septem sapientum nomen & urbem.
Optima mensura est, Cleobulus Lindius infit.
Inq; caua Chilon temet lacedæmone nosce
Et Periander agens, iræ moderare Corinthi.
Nil nimis est genitus qui Pittacus ex Mitylene.
Cerne Solon uitæ finem sacris in Athenis.
Turba Bias genitus canit ampla Priene malorum.
Miletoq; Thales ortus uadimonia linque.

Dantes inferni capit. 4.

Mà poi ch'al ʒai uu po piu fu le ciglia,
Vidi'l maestro de' color che fano
Seder fra philosophica famiglia:
Tutto io miran, tutti honor gli fano. *id est,*
Sed postquam aliquantisper magis aspexi sursum,
Vidi magistrum eorum qui plura sciunt
Sedentem inter philosophicam familiam:
Omnes mirantur, omnes honorem exhibent.

De hac materia habes infra ubi prudentia, Sapientia & Scientia.

Pietas græce εὐσέβεια, ας, ἡ, & εὐσεβὴς, ἐος, ὁ, ἡ. pius dicitur. Est aūt pietas iustitia aduersus deos secundum Cicē. lib. 1. de Natura deorum.

Pietas est ꝑ quā sanguine coniunctis, patriæq; & beneuolis officium & diligens tribuit cultus.

Pietas accipit aliquādo pro cultu diuino. Vnde pietas idem est quod religio, græce latria, seu theosebia, unde proprie pietas est theosebia. i. cultus dei interior, qui proprie pertinet ad uirtutes theologicas. Religio uero est latria, quæ pertinet ad seruitutem diuinam exteriorem. Hæc ex Augustino libro 10. de ciui. dei. cap. 4.

Pietas à uulgo sumit ꝑ actibus misericordiæ, quia deus testat hos actus sibi fieri, & ex hoc deus dicitur pius, ex b. Tho. secun. Sec. q. 101. ar. 1.

Pietas est specialis uirtus, & principaliter est ad parentes, ad patriam, in quibus includuntur omnes consanguinei, ciues, amici patriæ, ex bea. Tho. secunda Secundæ quæst. 80. articulo 1.

Pigritia græce ἀργία, ας, ἡ, & ἀργὸς, ὸν, ὁ, ἡ. piger dicitur. Est autē pigritia metus consequentis laboris, secundum Ciceronem libro 4. Tusculanarum Quæst. Quid uero differat à negligentia, uide supra in Negligentia.

Pigritia uenit à piger. Piger uero dicitur quasi pede æger. *Cicero libro Officiorum.*

Cōtemnuntur hi, quinec sibi, nec alijs, in quibus ut dicitur, nullus labor, nulla industria, nulla cura est. *Salustius in Catilinario.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vbi pro labore desidia, pro continentia atq; æquitate libido & superbia inuadunt, fortuna simul cum moribus mutatur.

Ibidem.

Vbi socordiæ atq; ignauiæ te tradideris, ne quaq; deos implores, irati infestiq; sunt.

Phocylides.

μέλε μάτην ἐπὶ γὰρ πῦρ καθίσας μινύθης φίλον ἦτορ. id est,

Neq; frustra apud ignem sedens minues charum cor.

Pittacus.

ἄεργος μὴ ἴσθι. id est, Piger ne sis. Hesiodus.

τοῦ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἄνέρες, ὃς κεν ἀεργὸς
ζώῃ κηφήνεσσι κοθούροις ἴκελος δρμὴν.
ὅστε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοί. id est,

Huic aũt dij indignantur & homines quicunq; piger
Viuit fucis occultantibus similis aculeum.
Qui apium laborem consumunt pigri.

ἀεργίη δὲ τ' ὀνείδεος. .i. Pigritia aũt uituperium. idẽ.

δυ γὰρ ἐτωσιεργὸς ἀνὴρ πίμπλησι καλιὴν,
δυσὶ δ' ἀναβαλλόμενος μελέτην δέποι ἔργον ὀφέλλῃ.
ἀτεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄταισι παλαίῃ. id est,

Non enim piger uir implet domum,
Neq; differens: studium sane opus auget.
Semper differens uir damnis luctatur. idem.

πολλὰ δ' ἀεργὸς ἀνὴρ κενεὴν ἐπὶ ἐλπίδα μίμνων,
χρηίζων βιότοιο κακὰ προσελέξατο θυμῷ. id est,

Multa autem piger uir uanam spem expectans,
Indigens uictum malo cogitauit animo.

De hac materia habes ubi supra Acedia & Otiositas.

Pirata græce πειράτης.ου.ὁ. & πείρω pertranseo dicitur. Est autem pirata, qui maria latrocinijs infestat. Vnde ars ipsa piratica appellatur. Nomen hoc sumptum uolunt aliqui à quodam pirata, qui primus huiusmodi artem exercuit.

Pyramis græca dictio πυραμὶς.ίδος.ἡ. dicitur a πῦρ. ρός.τὸ. quod est ignis descendit, quod eius imitatur figuram, quæ ex inferiori parte est lata, paulatim gracilescens in acuitatem definit. Fuerũt autem pyramides in Aegypto structuræ ex quadratis lapidibus admirandæ, fastigatæ ultra omnem excelsitatem quæ manu fieri posset, ut dicit Solinus in Collectaneis, Et regum pecuniæ, ut dicit Plinius libro 36. naturali histo, otiosa ac stulta ostentatio. Martialis: Barbara pyramydum sileat miracula Memphis.

Pyramis est primus numerus in solidis, sicut triangulus in superficialibus, secũdum beatum Thomam super Psalm. 6. princ.

Pœna græcum uocabulum esse uidetur. Illi enim ποινὴ.ῆς.ἡ. dicunt, licet Varro a pendendo dictam uelit. Est autem pœna supplicium, quo quis ob delictum afficitur.

Pœna est noxæ uindicta, secundum Vlpian. Octo pœnarũ genera Cicero esse cõmemorat, s. damnum, uincula, uerbera, talionem, ignominiam, exilium, seruitutem, mortem. A pœna fit pœnitentia siue pœnitudo, & punitio, & impunitio, & pœnitet, & pœniteor, de quibus infra.

POenitentia græce μετάνοια.ας.ἡ. & μετανοέω pœnitentiam ago. Est autem pœnitentia, mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere, secundum Ambrosium & Theologũ 4. Sententiarum distinctione 14.

Pœnitentia est uirtus, qua commissa mala cũ emendationis proposito plangimus, & odimꝰ, & plangenda ulterius committere nolumus, secundum Magist. Sen. di. 14.

Pœnitentia est quædam dolẽtis uindicta, puniens in se quod dolet commisisse, secundũ August. & hab. de pœni. di. 3. ca. Pœnitentia.

Pœnitet, unde pœnitentia deducit, dicitur q̃ si pœna tenet. Pœnitere em̃ dicimus, cũ quæ ipsi fecimus, aut quæ de nostra uoluntate, nostroq; consilio facta sunt, ea nobis post incipiunt displicere, sententiamq; in his nostram demutam⁹. Et quoniã quæ nobis tꝫ dio uel pudori sunt, pœna quædam esse uidentur, fit ut pœnitet aliquãdo pro tædet accipiatur. Sane ut dicimus me pœnitet. i. pœna tenet. Ita & pœniteor. i. pœna teneor dicimus, sed pœna hic ablatiui casus est.

Deuteronom. 4.

Nouissimo autem tempore reuerteris ad dominum deum tuum, & audias uocem eius, quia deus misericors dominus deus tuus est.

Paralipome. secund. ca. 7.

Si clausero cælũ & pluuia nõ fluxerit, & mãdauero & præcepero locustæ ut deuoret terrã, & misero pestilentiam in populum meum, conuersus autem populus meus super quos inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit pœnitẽtiam à uijs suis pessimis, ego exaudiam de cælo.

Ibidem cap. 33.

Pius em̃ & clemens est dñs deus uester, & nõ auertet faciem suam à uobis, si reuersi fueritis ad deum. Tobiæ 13.

Conuertimini itaq; peccatores, & facite iustitiam coram domino, credentes quod faciat uobiscum misericordiam suam.

Prouerbiorum 24.

Septies enim in die cadit iustus & resurget, impij autem corruent in malum.

Sapientiæ 11.

Et misereris omnium, quia oĩa potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiã.

Ecclesiastici 5.

Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem, subito enim ueniet ira illius, & in tempore uindictæ disperdet te.

Ecclesiastici 17.

Conuertere ad dñm, & relinque peccata tua, precare ante faciem domini, & minue offendicula. Reuertere ad dñm, & auertere ab iniustitia tua, & nimis odito execrationem, & cognosce iustitias & iudicia dei, & sta in sorte propositionis & orationis altissimi dei.

Isaiæ 30.

Si reuertamini & quiescatis, salui eritis.

Hieremiæ 3.

Vulgo dicitur: Si dimiserit uir uxorẽ suã, & recedẽs ab eo duxerit uirũ alium, nunqd reuertet ad eam ultra? nunquid nõ polluta erit, & cõtaminata mulier illa? Tu autẽ fornicata es cum amato

amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit dominus, & ego ſuſcipiam te, leua oculos tuos in directum, & uide ubi nunc proſtrata ſis.

Hieremias cap. 18.

Si pœnitentiã egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui ut facerem ei, & ſubito loquar de gente & regno, ut ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat uocem meam, pœnitentiam agam ſup bono, quod locutus ſum ut facerem ei. *Hieremias cap.* 25.

Reuertimini unuſquiſq; à uia ſua mala, & à peſſimis cogitationibus ueſtris, & habitabitis in terra quam dedit dominus uobis & patribus ueſtris à ſeculo, & uſq; in ſeculum.

Ezechiel cap. 33.

Nolo mortẽ impĩj, ſed ut conuertat̃ impius à uia & uiuat. Conuertimini à uĩjs uĩis peſſimis.

Ionas cap. 3.

Conuertat̃ uir a uia ſua mala, & ab iniquitate, quę eſt in manibus eorũ. Quis ſcit ſi cõuertat̃ & ignoſcat deus, & reuertatur a furore iræ ſuæ, & non peribimus. *Matth. cap.* 3. & 4.

Pœnitentiã agite, appropinquabit em̃ regnum cœlorum. *Matth. ibidem, & Lucas ca* 3.

Facite ergó fructum dignum pœnitentiæ.

idem cap. 11.

Venite ad me omnes q̃ laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Tollite iugũ meum ſup uos, & diſcite a me, q̃a mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus ueſtris: iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

idem cap. 18.

Tunc accedens Petrus ad Ieſum dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei uſq; ſepties? Dixit illi Ieſus: Nõ dico tibi uſq; ſepties, ſed uſq; ſeptuagies ſepties.

Marcus cap. 2.

Non neceſſe habẽt ſani medico, ſed qui male habent, non enim ueni uocare iuſtos, ſed peccatores.

Lucas cap. 5.

Non egẽt qui ſani ſunt medico, ſed qui male habent, nõ ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.

Lucas cap. 9.

Si quis uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam q̃tidie, & ſequat̃ me.

Lucas cap. 15.

Ita gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agẽte, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentiam.

Paulus ad Roman. cap 2.

An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis cõtemnis? Ignoras quoniã benignitas dei ad pœnitentiam te adducit?

Paulus ad Epheſios cap. 4.

Deponite uos ſecundũ priſtinam conuerſationem, ueterem hominem qui corrũpitur ſecundum deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis ueſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundũ deum creatus eſt, in iuſtitia, & ſanctitate ueritatis. *ibidem.*

Omnis amaritudo & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur a uobis cum omni malitia. Eſtote aut̃ inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicẽ, ſicut & deus in Chriſto donauit uobis. *Paulus ad Timoth. primæ cap.* 2.

Deus uult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire.

Actuum apoſt. cap. 3.

Pœnitemini igit̃ & cõuertimini, ut deleant̃ peccata ueſtra. *Iacobus in epi. cap.* 1.

Abĩcientes omnẽ immunditiã & abundantiam malitiæ, in mãſuetudine ſuſcipite inſitum uerbum, quod poteſt ſaluare animas ueſtras.

Ioannes primæ cap. 2.

Filioli mei hæc ſcribo uobis, ut non peccetis, ſed & ſi quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtũ iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.

Aug. & hab. de pœn. diſt. 1. *cap. Magna.*

Magna pietas dei, ut ad ſolã p̃miſſionem peccata dimiſerit, nondũ p̃nuntiat ore, & tñ iam deus audit in corde, q̃ ipſum dicere q̃ſi quoddam p̃nuntiare eſt, Votũ em̃ pro opere reputatur.

Auguſt. de pœnit diſt. 1. *ca. Libenter.*

Libenter ignoſco prompte indulgeo, miſeri cordiam magis uolo q̃ ſacrificiũ, quia per ſacrificium iuſtus cõmendatur. per miſericordiam peccator redimitur: nõ ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. In lege ſacrificium, in euangelio miſericordia eſt, lex per Moyſen data eſt, per me gracia.

Aug. in ſer. de pœ & ha. de pœn. diſt. 1. *ca. Non ſufficit.*

Nõ ſufficit mores in melius cõmutare, & a p̃teritis malis recedere, niſi etiã de his q̃ facta ſunt ſatisfaciat dño per pœnitentiæ dolorẽ, p̃ humilitatis gemitũ, per cõtriti cordis ſacrificiũ cooperantibus eleemoſynis & ieiunĩjs.

Aug. in hom. de pœnit & ha. ibidem. c. In actione.

In actiõe pœnitẽtiæ ubi tale cõmiſſum eſt, ut is q̃ cõmiſit, a Chriſti corpore ſeparet̃, nõ tã cõſideranda eſt menſura tẽporis quã doloris.

Ibidem cap. Iudicet.

Iudicet ſemetipſum homo uoluntate dũ poteſt, & mores cõuertat in melius, nec cũ iam nõ poterit præter uoluntatẽ a dño iudicetur.

Aug. in lib. de pœ. & hab. di. 1. *ca. Quem pœnitet.*

Quẽ pœnitet, omnino pœniteat & dolorẽ lachrymis oſtẽdat, repræſentet uitã deo per ſacerdotes, præueniat iudiciũ dei per confeſſionem. Præcepit enim dñs mundandis, ut oſtenderent ora ſacerdotibus, docens corporali p̃ſentia cõfitendas eſſe peccata, nõ per nuntiũ, non p ſcriptum manifeſtanda. Dixit em̃, ora monſtrate & omnes, non unus pro omnibus, non aliũ ſtatuatis nuntiũ qui pro uobis offerat munus a Moyſe ſtatutum, ſed qui per uos peccaſtis, per uos erubeſcatis. Erubeſcentia enim ipſa partem habet remiſſionis ex miſericordia, inde præcepit dominus, ut neminem pœniteret in occul-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

to. In hoc enim ꝙ per ſeipſum dicit ſacerdoti erubeſcentiam uincit, timore offenſi memor ſit criminis. Fit enim ueniale per confeſſionem, ꝙ criminale erat operis ratione & ſinō ſtatim purgatur, ſit tamen uitale quod commiſerat mortale. Multū em̄ ſatisfactionis obtulit qui erubeſcentiæ dominās, nihil eorum quæ commiſerit nuncio dei denegauit. Deus autē qui miſericors & iuſtus eſt, ſicut cōſeruat miſericordiam in iuſtitia ita & iuſtitiam in miſericordia: opus enim eſt miſericordiæ peccāti peccata dimittere, ſed opus & iuſtus miſereatur iuſte. Oportet enim ut non ſolum quid, ſed in quo doleat, conſideret; ſi dignus eſt, non dico iuſtitia ſed miſericordia. Iuſtitia enim ſola damnat, ſed dignus eſt miſericordia, qui ſpirituali labore petit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubeſcentiam, & quoniam uerecundia magna eſt pœna, qui erubeſcit pro Chriſto, ſic dign⁹ miſericordia: unde apparet, quia quantum pluribus confitebitur in ſpe ueniæ turpitudinem criminis, tanto facilius conſequitur gratiam remiſſionis.

Auguſt. ibidem diſt. 3. cap. Satisfactio.

Satisfactio pœnitentię eſt peccatorꝝ cauſas excidere, nec earum ſuggeſtiōibus aditum indulgere. *Auguſt. ibidem ca. Si apoſtolus.*

Dicit dominus, uade & noli amplius peccare, nō dicit, nec pecces, ſed nec uoluntas peccādi in te oriatur. Quod q̄modo ſeruabitur, niſi dolor in pœnitētia cōtinue cuſtodiat, hinc ſemp doleat & de dolore gaudeat, & de doloris pœnitentia ſi contigerit ſemper doleat, & nō ſit ſatis qđ doleat, ſed ex fide doleat & non ſemper doluiſſe doleat. *Aug. ibidem cap. Pœnitentes.*

Pœnitentes ſi tū eſtis pœnitētes, & non eſtis irridentes, mutate uitā, reconciliamini deo, & uos cū catena paſcetis, qua inquis catena? quæ ligaueris in terra, erūt ligata in cœlo: audis ligaturā, & deo putas facere impoſturam, pœnitentiam agis, genua figis, & rides & ſubſannas patientiā dei: ſi pœnitentiam agis, pœnites: ſi non pœnites, pœnitens non es. Si ergo pœnite, cur facis quod male feciſti: ſi feciſſe pœniteat noli peccare; ſi adhuc facis, certe non es pœnitens.

Aug. li. Solilo. & ha. de pœnit. diſt. 3. ca. Inanis.

Inanis eſt pœnitentia quam ſequens culpa coinquinat, uulnus iterarū ſanat̄ tardius: frequenter peccans & lugens uix ueniam merebitur: nihil proſunt lamenta, ſi replicantur peccata: nihil ualet ueniam à malis poſcere, & mala denuo iterare. Perſiſte ergo in cōfeſſione, eſto in patientia fortiter cōfirmatus, uitam bonam quam accepiſti tenere non deſinas, propoſitum bonæ uitæ conſerua iugiter.

Aug. lib. de pœni. & hab. de pœ. di. 3. ca. Sunt plures.

Sunt plures quos peccaſſe pœnitet, ſed nō omnino reſeruantes ſibi quędā in q̄bus delectentur nō animaduertentes deū ſimul mutū & ſurdū à dæmonio liberaſſe, p̄ hoc docens nos nunquā niſi de omnibus ſanari, ſi enim uelles peccata ex parte reſeruari, habenti ſeptem dæmonia, potuit proficere ſex expulſis. Expulit autem ſeptem, ut omnia crimina eijcienda doceret; legionem autem ab alio eijciens, neminem reliquit de omnibus qui liberatum poſſideret: oſtēdens, quod ſi etiam peccata ſint mille, oportere de omnibus pœnitere.

Aug. lib. de Pœni. diſt. 5. cā. Conſideret.

Conſideret qualitatē criminis in loco, in tempore, in perſeuerantia, in uarietate perſonæ, & quali fecerit hoc tentatiōe, & in ipſius uitij multiplici executione, oportet enim pœnitere formicantem ſecundum excellentiā ſui ſtatus aut officij, aut ſecundum modum meretricis, & in modo ſui operis, & qualiter ſuā turpitudinē peregit. Si in loco ſacro, aut cui debuit excellētiam fidei, ut ſunt domus dominorū aut aliorū multorum ſi in tempore orationi cōſtituto, ut feſtiuitates ſanctorum & tempus ieiunij conſideret quantum perſeuerauerit & defleat ꝙ perſeueranter peccauit, & quāta uirtus fuerit in pugnatione. Sunt qui non ſolum nō inueniuntur, ſed ultro ſe peccato offerunt, nec expectant tēptationem ſed præueniunt uoluptatem, & pertractāt ſecum ꝙ̄ multiplici actione uitij delectabiliter peccauerint: omnis iſta uarietas confitenda eſt & deflenda, ut cum agnouerit ꝙ peccatum eſt multum, cito inueniat deum propitium in cognoſcendo augmentum peccati: inueniet ſe cuiusætatis fuerit, cuius ſapientiæ & ordinis & ſtatum omnem alterius non peccantis. Immoretur in iſtis ſingulis & ſentiat modum criminis, purgans lachrymis omnem qualitatē uitij, defleat uirtutē qua interim caruit.

Aug. ibid. diſt. 7. ca. Si quis poſitus.

Si quis poſitus in ultima neceſſitudine ſuæ gritudinis uoluerit accipere pœnitentiā & accipit, & mox reconciliabitur, & hinc uadit, fateor uobis, & non illi negamus quod petit, ſed non præſumimus ꝙ bene hinc exit. Si ſecurus hinc exierit, ego neſcio: pœnitentiam dare poſſumus, uunquid dico dānabitur? ſed non dico liberabitur. Vis ergo à dubio liberari, uis ꝙ eſt incertum euadere? age pœnitentiā dum ſanus es. Si ſic agit dico tibi quod ſecurus es, quia pœnitētiam egiſti eo tempore, quo peccare potuiſti. Si autem uis agere pœnitentiā, quando iam peccare non potes peccata te dimiſerunt, non tu illa.

ibidem cap. Qui egerit.

Qui egerit pœnitentiam ueraciter, & ſolutus fuerit à ligamēto quo erat aſtrictus, & à Chriſti corpore ſeparatus, & bene poſt pœnitentiā uixerit, ſicut ante pœnitentiā uiuere debuit poſt reconciliationem quandocunq̄ defunctus fuerit, ad deum uadit, ad requiem uadit, regno dei non priuabitur, à populo dei non ſeparabitur.

ibidem ca. Si quis autem.

Si quis aūt, &c. & infra: Baptizatus eſt ad horam, ſecurus hinc exit fidelis bene uiuens: ſecurus hinc exit agens pœnitentiā, & reconciliatus cū ſanus eſt, & poſtea bene uiuens, ſecurus hinc exit. Agens pœnitentiā ad ultimum, & reconci-

liatus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

liatus eſt, ſi ſecur⁹ hinc exit, ego ſecur⁹ nõ ſum: unde ſecurus ſum, dico & ſecuritatem do: unde ſecurus non ſum, pœnitentiam dare poſſum, ſecuritatem dare non poſſum. Et poſt pauca: Sed unde ſcis inquit, ne deus dimittat mihi: uerum dicis illud ſcio, hoc neſcio: nam ideo do tibi pœnitentiam, quia neſcio, nam ſi ſcirem tibi nihil prodeſſe, non tibi darem.

Aug. de pœni. & hab. de pœni. diſt. 7. ca. Nullus.

Nullus expectet quando peccare non poteſt, arbitrij enim quærat libertatem, ut delere poſſit commiſſa, non neceſſitatẽ, qui prius itaq; a peccatis relinquitur quam ipſe relinquat ea, non libere ſed quaſi neceſſitate condemnat.

Auguſt. lib. de eccleſiaſticis dogmatibus.

Pœnitẽtia aboleri peccata indubitanter credimus & in ultimo uitæ ſpiritu, ſi admiſſorum pœniteat. *Idem ſuper Pſalm 5.*

Sunt multi quos peccare nõ pudet. O incredibilis inſania, de uulnere ipſo nõ erubeſcis, & de ligatura uulneris erubeſcis? Nonne uulnus fœtidum & putridum eſt? Cõfuge ergo ad medicũ, age pœnitentiam, dic iniquitatem meam ego agnoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper, tibi ſoli peccaui, quia tu ſolus ſine peccato.

Auguſt. in libro de pœnitentia.

Pœnitẽtia languores ſanat, leproſos curat, & mortuos ſuſcitat, ſanitatem auget, gratiã conſeruat, claudis greſſum, aridis copiã, cæcis reſtituit uiſum, uitia fugat, uirtutes exornat, mentem munit ac roborat.

Hieron. & hab. de pœni. diſt. 1. ca. Importuna.

Importuna in euangelio mulier tandem meruit audiri, & clauſo cum ſeris oſtio, media licet nocte ab amico amicus panes tres accepit, deus ipſe qui nullis intra ſe ſeparari utrib⁹ poteſt, publicani precibus uincitur uel ſuperatur. Niniue ciuitas quæ peccato perijt, fletibus ſtetit, quorſum iſta tam longo repetita principio? unde licet ut paruum magnus aſpicias, ut diues paſtor morbidam ouem non contemnas, Chriſtus in paradiſum de cruce etiam latronem tulit, & ne quis aliquando ſeram conuerſionem putaret, facit homicidij pœnam martyrium. Chriſtus in quam prodigum filium reuertentem lætus amplectitur, & nonaginta nouem pecudibus derelictis, una ouicula quæ remanſit, humeris boni paſtoris aduehitur, ubi uero peccator intelligẽs uulnus ſuum, tradet medico ſe curandum, ubi non eſt uirga neceſſaria, ſed ſpiritus lenitatis.

Hieron. in Amos prophetam, & habetur de pœni diſt. ca. Si agimus.

Si agimus pœnitentiam, ipſum quoq; ſuę pœnitebit ſententiæ.

Hieron. ibidem ca. Super tribus.

Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum. Iuxta tropologiam, hoc poſſumus dicere. Primum peccatũ eſt, cogitaſſe quæ mala ſunt: ſecundum, cogitationibus acquieuiſſe peruerſis: tertium, quod mente decreueris, opere compleuiſſe: quartum, poſt peccatum non agere pœnitentiam, & ſuo ſibi complacere delicto.

Hieronymus, & habetur de pœni. diſt. 1. cap. Quia diuinitatis.

Quia diuinitatis natura eſt clemẽs & pia, magisq; ad indulgentiam quàm ad uindictam pronа, quia non uult mortem peccatoris, ſed ut cõuertatur & uiuat. Si quis poſt lapſum peccatorum, ad ueram pœnitentiam ſe conuertat, cito à miſericorde iudice ueniam impetrabit.

Hieron. ibidem cap. Menſuram.

Menſuram autem temporis in agenda pœnitentia idcirco non ſatis aperte prætigunt canones pro unoquoq; crimine, ut de ſingulis dicãt, qualiter unumquodq; emendandũ ſit, ſed magis in arbitrio ſacerdotis intelligentis relinquẽdum ſtatuunt, quia apud deum non tam ualet menſura temporis quàm doloris, nec abſtinentia tantum ciborum q̃ mortificatio uitiorum, propter quod ipſa tempora pœnitẽtiæ pro fide & conuerſione pœnitentium abbreuianda præcipiunt, ſi pro negligentia protelanda æſtimãt. Tamen pro quibuſdam culpis pœnitentiæ modi ſunt impoſiti.

Hieron. ibidem diſt. 3. cap. Septies.

Septies in die cadit iuſtus & reſurgit: ſi cadit, quomodo iuſt⁹? ſi iuſtus, quomodo cadit? Sed iuſti uocabulum non amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit, et non ſolum ſepties, ſed etiam ſeptuageſies ſepties delinquenti, ſi cõuertat ad pœnitentiã, peccata donãtur: cui plus donãtur, plus diligit. Dauid quoq; per pœnitentiã adulterij ſimul & homicidij ueniã impetrauit.

Hieron. ibidem cap. Totam.

Totam pœnitentiam peccatoris oſtendit pſalmus quinquageſimus, quando ingreſſus eſt ad uxorem Vrię, & à Nathan propheta correctus, reſpondit dicens: Peccaui, ſtatimq; meruit audire, & dominus abſtulit peccatũ tuum à te. Adulterio enim iunxerat homicidium, & tamen conuerſus ad lachrymas ait: Miſerere mei deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Magnum enim peccatum magna indiget miſericordia. Vnde ſubiungit, & dicit: multum laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatẽ meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui. (Rex enim erat, alium non timebat, aliũ non habebat ſuper ſe) & contra te malum feci, ut iuſtificeris in ſermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Concluſit enim deus omnia ſub peccato, ut omnibus miſereatur, tantumq; proficit, ut dudum peccator & pœnitens trãſierit in magiſtrum, ait: Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. Cõfeſſio & pulchritudo coram eo, ut qui fuerat ſua peccata cõfeſſus, dixerit: Corruptæ ſunt, & computruerunt cicatrices meæ, ut fœditatem uulnerum in ſanitatis decorem commutet.

Idem ibidem, diſt. 3. cap. Nihil Iudæ.

Nihil Iudæ profuit egiſſe pœnitentiã, per quã

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſcelus corrigere nō potuit ſi quando frater ſic in fratrē peccat, ut emēdare ualeat quod peccauit, poteſt ei diuinitus dimitti, ſin autem permaneant opera, fruſtra uoce aſſumit pœnitentia, hoc eſt quod de eo dicit, & oratio eius fiat in peccatū, ut nō ſolū emēdare nequiuerit, ꝓditionis nefas, ſed proprij homicidij ſcelus addidit.

Idem ſuper il. Mat. Pœnitemini & credite Euang.

Amaritudinē radicis, dulcedo pomi cōpenſat, pericula maris, ſpes lucri delectat, dolorē medicinę, ſpes ſalutis mitigat. Qui deſiderat nucleū, frangit nucē, pœnitentiam agit, qui uult æterno adhærere bono. Præconia Chriſti narrare poſſunt, qui ad palmā indulgentię meruerunt.

Idem in epiſtola ad Suſannam.

Neceſſaria eſt pœnitentia, quæ aut æquet crimina, aut certe excedat.

Ambr. ſuper Lucam, & hab. de pœn. diſt. 1. c. Petrus.

Petrus doluit & fleuit, quia errauit ut homo: nō inuenio quid dixerit, ſcio ꝙ fleuit, lachrymas eius lego, ſatisfactionem non lego.

Ambr. & hab. de pœnit diſt. 1. ca. Nemo.

Nemo poteſt bene agere pœnitentiā, niſi qui ſperauerit indulgentiā, ſed negant his oportere communionem reddi, qui per præuaricationē lapſi ſunt. Deus autem nullum crimen excepit, qui peccata omnia donauit.

Ibidem, ca. His poteſtatis. ◊. Arbitror peruenire.

Arbitror eū ꝙ & Iudas potuiſſet tanta miſeratione domini non excludi à uenia, ſi pœnitētiam non ſolum apud Iudæos, ſed apud Chriſtū geſſiſſet, qui agit pœnitentiā non ſolum diluere peccatum lachrymis debet, ſed etiam emendationibus operiri & tegere delicta ſuperiora, ut non imputetur ei peccatum.

Ambr & hab. de pœnit. diſt. 1. cap. Nouit.

Nouit dominus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum. *Ibidem c. Deus.*

Deus diffinitionē nō facit, q̄ miſericordiā ſuā oībus promiſit, & relaxādi licentiam ſacerdotibus ſuis ſine ulla exceptiōe cōceſſit, ſed qui culpā exaggerauerit, exaggeret pœnitentiam, maiora eū crimina maioribus abluuntur fletibus.

Idem libro de Cain & Abel, libro 1.

Egreſſus malitiæ uirtutis operā ingreſſum, eodemq̄ ſtudio quo crimen excludit, innocentia copulatur. *Ambr. libro de Ioſeph, cap. 36.*

Qui pœnitentiā agit, paratus eſſe debet ad opprobria perferenda iniuriasq̄ ſubeundas, nec cōmoueri, ſi quis ei peccati ſui crimen obiiciat.

Idem ſuper tertia ad Simplicianum.

Nihil peccare, ſolius eſt dei. emēdare, ſapiētis: corrigere erratū, & pœnitentiam agere de peccato, ita eū difficile ē in hac uita homini. Quid enim tam rarū, ꝙ ut inuenias uirū qui ſeipſum coarguat, & factū condemnet ſuū? Rara itaq̄ confeſſio de peccato, rara pœnitētia, rara in hominib⁹ uerbi huius aſſentio, repugnat ei natura, impugnat uerecūdia: natura, quia omnis ſub peccato qui carnem gerit, culpæ obnoxius eſt: ergo repugnat natura carnis & illecebra ſeculi, innocentiæ integritati repugnat etiā uerecundia, quia erubeſcit unuſquiſq̄ propriam culpam fateri, dum præſentia magis quàm futura cogitat.

Ambroſius in ſermone ad Vincula.

Fidelior factus eſt Petrus, poſtquàm fidē perdidiſſe dēfleuit, atq̄ ideo maiorē gratiam repetit, quàm amiſit.

Greg. in aſſti. tēpus. & ha. de pœn. di. 3. c. Pœnitentiā.

Pœnitentiā quippe agere digne nō poſſumus, niſi modū quoq̄ eiuſdē pœnitētię cognoſcamus. Pœnitentiā quippe agere, eſt & perpetrata mala plāgere, & plangēda non perpetrare, nā qui ſic alia deplorat, ut iterum alia cōmittat, adhuc pœnitentiam agere aut ignorat aut diſſimulat. Quid enim prodeſt ſi peccata luxurię quis deflet, & tamen adhuc auaritiæ æſtibus anheletꝫ

Gregorius ibidem, cap. Sunt qui.

Sunt qui dicunt, pauci tēporis pœnitentiā cōtra peccatū debere ſufficere, ut iterum liceat ad peccatū redire. Reprobos paſtoris primi ſententia percutit, qui ut canis reuerſus ad ſuū uomitū & ſus lota in uolutabro luti, magna eſt eū contra peccatum uirtus pœnitentiæ, ſed & ſi quis in eadem pœnitentia perſeueret. Pœnitentiam uera agere, eſt commiſſa plangere, & iterum plāgenda declinare.

Greg. in Paſto. de pœni. diſt. 3. c. Qui admiſſa.

Qui admiſſa plangit, nec tamen deſerit, pœnę grauiori ſe ſubiicit: qui ipſam quam flendo impetrare potuit, ueniam contemnit.

Ibidem cap. Lauamini.

Lauamini & mūdi eſtote: poſt lauacrum eū mundus eſſe negligit, quiſquis poſt lachrymas uitæ innocentiam nō cuſtodit. Lauantur ergo, nec mundi ſunt, qui cōmiſſa flere non deſinūt, ſed rurſus flenda committunt.

Greg. in Mora. & hab. ibidem, cap. Incaſſum.

Incaſſum quippe bonū agitur, ſi ante uitæ terminum deſeratur: quia & fruſtra uelociter curſit, qui priuſquàm ad metas uenerit, deficit.

Idem in Paſtorali cap. 52.

Fit plerōq̄ gratior deo amore ardēs uita poſt culpam, ꝙ in ſecuritate torpens innocentia.

Idem ſuper il. Mat. 3. Facite fructum pœniten.

Vnuſquiſq̄ cōſcientia cōuenitur, ut tāto maiora quærat bonorum lucra per pœnitentiam, quanto grauiora intulit damna per culpam.

Gregorius in homilia 25.

Immenſam clementiam conditoris noſtri debemus aſpicere qui nobis in ſignum pœnitentiæ exemplum poſuit eos, quos per pœnitentiam poſt lapſum uiuere fatit. Perpendo enim Petrum, conſidero latronem, aſpicio Zachæum, intueor Mariam Magdalenam, & nil in eis aliud uideo, niſi ante oculos noſtros poſita ſpei & pœnitentiæ exempla. Fortaſſe enim ex fide lapſus eſt aliquis, aſpiciat Petrum, qui amare fleuit quod timidus negauit: alius ſupra quī proximum ſuum immani crudelitate exarſit, aſpiciat latronem, qui in ipſo mortis articulo ad uitæ præmia pœnitendo peruenit: alius auaritiæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ritiæ æſtibus alte aliena dirupit, aſpiciat Zachęum, qui alicui abſtulit, quadruplum ei reddidit: alius igne libidinis ſuccenſus carnis munditiam perdit, aſpiciat Mariam, quæ in ſe amorem carnis igne diuini amoris excoxit.

Gregor. homil. 19 ſuper Euang.

Apud miſericordiæ iudicẽ nec ille fallax habebitur, qui ad ueritatem reuertitur eam poſtꝯ mentitur. Quia omnipotens deus dum libẽter noſtram pœnitentiam ſuſcipit, ipſe ſuo iudicio hoc quando errauimus abſcondit.

Idem homi. 33. ſuper Euan.

Quot habuit in ſe oblectamẽta, tot de ſe inuenit holocauſta, cõuertit ad numerum uirtutũ criminũ numerum, ut totũ ſeruiret deo in pœnitentia q̃quid ex ſe deum cõtempſerat in culpa. *Greg. Moralium lib. 23.*

Quatuor ſunt qualitates q̃bus iuſti uiri anima in compunctione uehemẽter afficitur, cum aũt ſuorum malorum non reminiſcitur, conſiderãdo ubi fuerat: aut iudiciorum dei ſententiã metuens, & ſecum quærens cogitans, ubi erit, aut cum mala uitæ pr̃ſentis ſolenter attendens cõſiderat ubi eſt, aut cum bona ſupnæ patriæ contemplans, lugens conſpicit ubi non eſt.

Gregorius Moralium lib. 24.

Tres modi conuerſoꝝ, inchoatio, medietas & perfectio: in inchoatione inueniunt blandimenta dulcedinis, in medio certamina tentationis ad extremũ uero perfectionẽ plenitudinis. Prius igitur dulcia ſuſcipiunt, quibus conſolentur, poſtmodum amara quæ exerceant, & tunc demum ſuauia quæ confirmant.

Idem lib. 31.

Quo plus caro p̃mitur, eo plus cœleſti ſpe animus ſecurus lætatur. Tanto enim melius mens ad ſuperna appetenda cõponitur, quãto abiectius corpus arctius edomatur.

Ioan. Chry. & hab. de pœni. diſt. 3. c. Perfecte.

Perfecta pœnitentia cogit peccatorẽ oĩa libenter ſufferre: & infra. In corde eius contritio, eſt fructifera pœnitentia.

Idem ſuper Matt 23. cap. Onera grauia.

Si errauimus paruã pœnitentiam imponẽdo, melius eſt de miſericordia dei rationẽ cũ deauſteritate reddere. Vbi enim paterfamilias eſt largus, diſpenſator nõ debet eſſe auarus: ut ſi deus benignus, ut quid ſacerdos auſterus?

Ibidem.

Circa uitam tuam eſto auſterus, circa alios benignus: audiant te homines parua mandantem & grauia facientem.

Idem ſuper Matthæum, hom. 32.

Non dolore quia peccaueris, magis indignari atq; iraſci facit deum, cũ illud peccatũ quod ante perpetraueris.

Iſidorus de ſum. bono & ha. de pœni. diſt. 3. c. Irriſor.

Irriſor eſt non pœnitens, qui adhuc agit quod pœnitet, nec uidetur deum poſcere ſubditus ſed ſubſannare ſuperbus, canis reuerſus ad ſuũ uomitum eſt pœnitens ad peccatum, multi eñ lachrymas indeſinenter fundant. Quoſdã accipere lachrymas ad pœnitentiam cerno, & affectũ pœnitentiæ nõ habere, quia inconſtantia mentis nõ recordatione peccati lachrymas fundũt. nunc uero reuiuiſcente uſu ea quæ fleuerunt, iterando committũt. Eſaias de peccatoribus dicit Lauamini mundi eſtote: lauatur & mundus eſt, qui & peccata plangit, & fluenda iterum nõ admittit. Lauatur & non eſt mundus, qui plangit quæ geſſit nec deſerit, & poſt lachrymas ea quæ fleuerat repetit.

Iſidorus liber 3. de Summo bono.

Pœnitẽtia eſt medicamentum uulneris, ſpes ſalutis, per quam peccatores ſaluantur, per quam deus ad miſericordiã prouocatur, quæ nõ tempore penſat, ſed profunditate luctus & lachrymarum. Pœnitentia autem non menſium, nec temporum curſu pœna pẽſatur, ſed pœna qua anima cruciatur & mortificatur caro.

Leo Papa, & habetur de pœnitentia diſt. 1. c. Sufficit.

Sufficit pœnitenti confeſſio, quæ primũ domino offertur: deinde ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium præcator accedit.

Leo Papa in ſermone ibidem, diſt. 3. ca. Inter omnia.

Inter oĩa ſceleratior oĩbus o Iuda, & infœlicior omnibus extitiſti, quem non pœnitentia reuocauit ad deum, ſed deſperatio traxit ad laqueum. Expectaſſes conſummationẽ criminis tui, & donec ſanguis Chriſti, p peccatoribus effunderetur, in formis læti ſuſpendiũ detuliſſes.

Hugo lib. 3. de myſterijs eccleſiſt.

Pœnitẽtia dicta q̃ſi punientia eo quod ipſe homo in ſe pœnitendo punit quod admiſit. Tria enim quæ ſunt in percuſſione pectoris, pectus, ſonus & manus, ſignificant quod pœnitentia eſt de his, quæ mente & opere peccauimus.

Lactan. Firmia. diuina. inſti. lib. 6. cap. 13.

Agere aũt pœnitentiam nihil aliud eſt, quam profiteri & affirmare ſe ulterius non peccaturũ. Ignoſcitur itaq; his, qui ad peccatum ignoranter, imprudenter incauteq; labuntur: ueniam non habet, qui ſciens peccat.

Ibidem lib. 6. ca. 24.

Nec tamen deficiat aliq̃s, aut de ſe deſperet, ſi aut cupiditate uictus, aut libidine impulſus, aut errore deceptus, aut ui coactus ad iniuſtitiæ uiam lapſus eſt: poteſt enim reduci & liberari, ſi eum pœniteat actorum, & ad meliora conuerſus ſatis deo faciat. *Ibidem.*

Nemo poteſt tam prudens, tam circũſpectus, ut aliq̃n non labatur & iccireo deus imbecillitatem noſtrã ſciens, ſua pietate apuit nobis portũ ſalutis, ut huic neceſſitati cui fragilitas carnis ſubiecta ẽ, medicinę pœnitẽtia ſubueniret: ergo quicunq; aberrauerit, referat pedem, ſeq; cũ primum recipiat ac reformet. Sed reuocare gradum ſuperasq; euadere ad auras, hoc opus hoc labor eſt. Deguſtatis enim male iucundis uoluptatibus uix diuelli ab his poſſunt, facilius recta ſebuerentur, ſi earum ſuauitates non atti-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hiſſent:ſed ſi eripiant ſe malæ ſeruituti, condonabitur his omnis error, ſi errorem ſuum uita meliore correxerint:nec lucrari ſe quiſquàm putet,ſi delicti conſcium non habebit,ſcit ille omnia in cuius conſpectu uiuimus. Nec ſi uniuerſos homines celare poſſumus,deum non poſſumus,cui nihil abſconditum,nihil poteſt eſſe ſecretum.

Seneca ad Luciliam epiſt. 22.

Nemo cum ſarcinis enatat,emerge ad meliorem uitam propitijs dijs.

Seneca Tragœdia 8.

Quem pœnitet peccaſſe pene eſt innocens. *Ibidem.*
Nam ſera nunquam eſt ad bonos mores uia.

Menander.

ἡ δὲ μετάνοια γίγνεται ἀνθρώποισι κρηπίς, id eſt,
Pœnitentia fit hominibus iudicium. *Periander.*
ἁμαρτὼν μετὰ βουλεύου. id eſt,
Cum peccaueris ſubeat te pœnitentia.

Plautus in Aulularia.

Qui homo culpã admiſit,in ſe nullus eſt tam parui prætij, quin pudeat,quin purget ſeſe.

Ouidius lib. 1. de Remedio Amoris.

Vtile propoſitum eſt, ſæuas extinguere flammas,
Nec ſeruum uitijs pectus habere ſuum. *Ibidem.*
Principijs obſta, ſero medicina paratur,
Cum mala per longas conualuere moras.
Sed propera,nec te uenturas differ in horas,
Qui non eſt hodie,cras minus aptus erit. *Ibidem.*
Si citò ſenſiſſes quantum peccare parabas.
Non tegeres uultus cortice myrrha tuos.
Vidi ego quod fuerat primo ſanabile uulnus
Dilatum,longe damna tuliſſe moræ.
Sed quia delectat Veneris decerpere fructus,
Dicimus aſſidue,cras quoq; fiet idem.
Interea tacitè ſerpunt in uiſcera flammæ,
Et mala radices altius arbor agit.

Ouidius lib 1. de Ponto

Talia cœleſtes fieri præconia gaudent,
Vt ſua quid ualeant numina teſte probent.
Sæpe leuant pœnas ereptaq; lumina reddunt,
Cum bene peccati pœnituiſſe uident.

Ouidius epiſt. Penelopes ad Vlyſ.

Iraſcor uotis heu leuis ipſa meis.

Dantes Canti. Inferni. 27.

Abſoluere non ſi puo chi non ſi pente,
Ne pentir e uoler in ſie puoſi
Per la contradiction che nel conſente. *id eſt,*
Abſolui non poteſt,quẽ criminis non pœnitet,
Ne pœnitere & uelle ſimul ſtant,
Propter contradictionem, quæ id non patitur.

Dantes Canti. 3. Purgatorij.

Ver eſche qual in contumacia more:
Di ſancta gieſa, anchor cal ſin ſi penta,
Star li conuienda queſta ripa in fore,
Per ognun tempho che glie ſtato trenta,
In ſua preſumption, ſe tal decrato
Piu eorto per bon prieghi non douenta. *id eſt,*
Verum eſt,ut qui in contumacia moritur
Sanctæ eccleſiæ, quamuis in fine pœniteat,
Stare oportet ab hac ripa foris,
Per omne tempus quo ſtetit triginta
In ſua præſumptione,ſi tale edictum
Breuius bonis precibus non efficitur,

Dantes Canti. 9. purgatorij.

Noi ſummo gia tutti per forza morti.
Et peccatori in fin alkulte mora,
Quiui lume del ciel ne feci accorti:
Si che pentendo & perdonando furora
De uita uſciuimo a dio pacificati,
Che dal dì ſio di ſe ueder naccorra, *id eſt,*
Nos fuimus olim omnes ui perempti,
Et peccatores uſq; ad extremam horam,
In qua lumen cœleſte nos monuit:
Ea propter pœnitendo & parcendo extra
Vitam exiuimus deo pacificati,
Vt ad ſe uidendum ſumme nos allicìat.

Dantes Canti. 9. paradiſi.

Vedi ſe far ſi de lhomo excellente,
Si chaltra uita la Prima relinqua,
E cio non penſa la turba preſente:
Che taiamento & adice richiude,
Ne per eſſer batua anchor ſi pente. *id eſt,*
Vide ſi fieri debet homo excellens,
Sic ut altera uita primam relinquat,
Ad id non cogitat iam turba præſens,
Quam Tiliauentum,& Atheſis circundant,
Nec quamuis uerberata adhuc pœnitet.

Dantes Canti. 10. purgato.

Non uo pero lector che tu tiſmaghi
Di bon proponimento,per udire
Come dio uol chel debito ſi paghi.
Non atteoder laforma dil martyre,
Penſa la ſucceſſion,penſa che peggio,
Oltre la gran ſentenya non puo ire. *id eſt,*
Nolo ob hoc lector ut terrearis
A bono propoſito,quod uideris
Qualiter deus uult ut debitum perſoluatur.
Non attendas qualitatem martyrij,
Animaduerte ſucceſſum ipſum, cogita peius,
Vltra magnam ſententiam ire nequis.

Franciſ. Petr. ſoneto 24.

Piu gloria e nel regno de li electi
Dum ſpirito conuerſo,& piu ſiſtima,
Che di nounãta noue altri perfecti. *id eſt,*
Maius eſt gaudium in regno electorum
Vnius ſpiritus conuerſi, & pluris fit,
Quam nonaginta nouem aliorum perfectorũ

Franciſ. Petrar. canti. 19. ſtantia. 1.

Chi ſmarrita hala ſtrada torni in dietro. *id eſt,*
Qui rectum iter exiit, reuertatur.

POEta græce dictio eſt ποιητὴς ου ὁ & ποιητικὸς ὴ ὸν poeticus dicitur. Quid autem ſit poeta innuitur ab Horatio Sermonum 1. dicente: Ingenium cui ſit, cui mens diuinior atq; os. Magna ſonaturum des nominis huius honorem. Sane poeta dici latine poteſt factor, nam à ποίεω quod & facio deriuantur, & cum apud græcos prima ſit diphthongus oi, nos abiicientes i, retinemus o, euphoniæ cauſa. Ne conuerſi in œ diphthongum, quæ apud nos ſonum habet ſolius e, & cum ſimpliciter ſecunda ſit e, diſſonan-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dissonantiã soni conficere uideretur. Inde ueniunt poema & poesis ipsum figmentũ, & poeticum quod ad poetam attinet, & poetor uerbũ, quod est in poetica exerceor, siue poetam ago.

Augustl. lib. 2. de Ciuit. dei ca. 13. & Confess. lib. 1. de Poetis loquens.

Didici in eis utilia multa.

Ibidem.

Legi Iouem tonantem & adulterantẽ. Fingebat hoc Homerus, humana ad deos transferebat, diuina mallem ad nos. Non accuso uerba quasi uasa electa atq; prætiosa, sed uinũ erroris propinatur ab ebrijs doctoribus, & nisi bibere mus cedebamus, nec appellare ad aliquẽ iudicem sobrium licebat.

Hieronymus in epistola de duobus filijs.

Dæmonum cibus est carmina poetarum, secularis sciẽtia, rhetoricorum pompa uerborũ. Nulla ibi saturitas ueritatis, nulla iustitiæ refectio reperitur: studiosi earum in fame ueri & uitutum penuria perseuerant. *Ibidem.*

Nugas tenemus & fonte ueritatis amisso opinionum riuulos consectamur.

Ibidem.

Sacerdotes dimissis euangelijs & prophetijs, uidemus comœdias legere, & amatoria Bucolicorum uersuum cantare uerba.

Cic. in oratione pro Archia Poeta.

Atqui sic à summis eruditissimisq; hominibus accepimus, cæterarum rerum studia, & doctrina & præceptis & arte constare, poetam natura ipsa ualere, & mẽtis uiribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu inflãmari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos apellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse uideantur. Sit igitur iudices sanctum apud uos humanissimos homines hoc poetæ nomen, quod nulla unquam barbaria uiolauit, saxa & solitudines uoce respondent. Homerum Colophonij ciuem suum esse dicunt, chij suum uendicant, Salamini reputãt. Smirnij uero suum esse confirmant, Charus fuit Africano superiori noster Ennius, sitaq; etiam in sepulchro Scipionum putatur is esse constitutus. Quid noster hic magnus qui cũ uirtute fortunam æquauit? Nonne Theophantem Mitylenæum scriptorem rerum suarum in concione militum ciuitate donauit: & nostri illi fortes uiri sed rustici ac milites, dulcedine quadam gloriæ commoti, quasi participes eiusdem laudis, magno illud clamore approbauerunt.

Cicero lib. 1. Tusculanarum quæstionum.

Quid poetæ, nonne post mortem nobilitari uolũt? unde ergo illud: Aspicite o ciues senis Enni imaginis formam, hic uestrum panxit maxima facta patrum. Mercedem gloriæ flagitat ab his, quorum patres affecerat gloria. Idemq; Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu faxit, cur uolito uiuus docta per ora uirum.

Ibidem.

Mihi uero ne hæc quidem notiora & illustris ora carere, ut diuina uidentur, ut ego aut poetam graue plenumq; carmẽ sine cælesti aliquo mentis instinctu putem fundere, aut eloquentiam quandam sine ui fluere abundanter sonantibus uerbis uberibusq; sententijs.

Plinius libro 7. ca. 29.

Alexander magnus inter spolia Darij Persarum regis unguentorum scrinio capto, quod erat auro gemmisq; ac margaritis prætiosum, uarios eius usus amicis demonstrantibus: quando tædebat unguenti bellatorem & militia sordidum: imo hercule inquit, librorum Homeri custodiæ detur, ut prætiosissimum humani animi opus, quàm maxime diuiti opere seruaretur. Idem Pindari uatis, familiæ penatibusque iussit parcere, cum Thebas raperet. Aristotelis philosophi patriam suam credidit. Archilochi poetæ interfectores, Apollo arguit Delphis. Sophoclem Tragici cothurni principem defunctum sepelire Liber pater iussit. Obsidentibus mœnia Lacedæmonijs, Lysandro eorum rege in quiete sæpius admonito, ut pateretur humari delicias suas: requisiuit rex, quis supremum diem Athenis obijsset, nec difficulter ex ijs quæ deus significasset intellexit, pacemq; funeri dedit.

Strabo in primo.

Sapientissimi qui de poeticis quicq; elocuti sunt, primam quandam philosophiam poeticam esse asserunt. Et inferius: Antiqui uero poeticam primam philosophiam quãdam esse perhibent, quæ ab ineunte nos ætate ad uiuendi rationes adducit, quæ mores, quæ affectiones edoceat, quæ res generosas cum iucunditate præcipiat, posteriores uero solum poetam ipsum sapientem esse asseruerunt. Quamobrem Græcorum ciuitates, ab ipso primordio eorũ liberos in poetica erudierunt, non utiq; uoluptatis, sed castæ moderationis gratia. Et infra: Nunquid & poetarum auditoribus nihil confert ad uirtutem, ut locorum multorum & militiæ & agriculturæ gnari existant?

Quintilianus libro x.

Denicq; credamus summis oratoribus quicquam uerborum poemata uel ad fidẽ causarũ, uel ad ornamentũ eloquentiæ assumunt. Nam præcipue quidam apud Ciceronem, frequentius tamen apud Asinium etiam & cæteros qui sunt proximi, uidimus Ennij ac Pacuuij, Lucilij, Terentij, Cæcilij & aliorum inferri uersus, summa non eruditionis modo gratia, sed etiam iucũditatis: cum poeticis uoluptatibus aures à forensi asperitate respirent. Quibus accigit non mediocris utilitas, cum sentẽtijs eorum uelut quibusdam testimonijs quæ proposuere confirmẽt.

Idem libro 5.

Sententijs quidẽ poetarum nõ orationes modo sunt refertæ, sed libri etiam philosophorum: & quanquam inferiora omnia præceptis suis ac literis credunt, repetere tamen authoritatem à pluribus uersibus, non fastidierunt.

Aulus

Aulus Gellius libro 13. cap. 16.

Qui uerba latina fecerunt, humanitatẽ appellarunt id propemodum quod græci παιδείαν uocant, nos eruditionẽ institutiõemq; in bonas artes dicimus: quas qui synceriter cupiunt, appetuntq;, hi sunt uel maxime humanissimi, huius em̃ scientiæ cura & disciplina ex uniuersis aïantibus uni hoï data est, idcircoq; humanitas appellata est. *Aristot. lib. 1. Meteororum.*

Philomythes & fabularum amator est æqualiter philosophus, quia fabula ex mirabilibus constituitur, μυθόλογος autem fabulator est nobis μῦθος fabula. *Idem lib. 1. Poetriæ.*

Omnis oratio poetica uel est laudatio aut uituperatio. *Ibidem.*

Ars poetica est ars logicalis. *Ibidem.*

Homo naturaliter delectatur in symphonia & in metro. *Ibidem.*

Animæ uirtuosæ & nobiles naturaliter adinuenerunt artem carminum ad laudandum: animæ uero deficientes ab his de nobilitate adinuenerunt carmina ad uituperandum.

Valerius Maximus lib. 3. de fidutia sua.

Ne Euripides quidem Alcestidi Tragico poetæ respondit probabile, aquid quem cum quæreretur φ, eo tribuo non ultra tres uersus sine maximo impenso labore deducere potuisset, atque is se centum perfacile scripsisse gloriaretur: sed hoc inquit interest, φ tui in triduum tãtum modo, mei uero in omne tempus sufficient. Alterius enim fœcundi cultus scripta intra primas memoriæ metas corruerunt, alterius cunctãte stilo elucubratum opus, per æui tempus plenis gloriæ uelis feretur.

Seneca libro de beneficijs.

Istæ ineptiæ poetis relinquatur, quibus aures oblectare propositum est, & dulcem fabulam nectere: sed qui ingenia sanare, & fidem in rebus humanis retinere, ac memoriam officiorum animis ingerere uolunt, serio loquantur & magnis uiribus agant.

Homerus in I *Odysseæ.*

καλὸν δὴ τοῦτ' ἐστὶν ἀκοῦσαι
τοῖος γὰρ θεοῖς ἐνεαλίγκιος αὐδήν. id est,

Honestum est audire poetam
Talem qualis hic est deis similis in uoce.

Idem in 8 *Odysseæ.*

πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισιν ἀοιδοὶ
τιμῆς ἔμμοροί εἰσι καὶ αἰδοῦς, οὕνεκα δ' ἆρα σφέας
Μοῦσα μάλ' ἐδίδαξε, φίλησε δὲ φῦλον ἀοιδῶν. id est,

Apud omnes homines terrestres poetæ,
Honoris particeps sunt & reuerẽtiæ: quoniã certe illos
Cantus Musa docuit, amatq; genus poetarum.

Vrbes Homerum sibi uendicantes, secundum Au. Gellium lib. 3. cap. 11.

ἑπτὰ πόλις διαριζέσι περὶ ῥίζαν ἑμήν οὖ,
σμύρνα, ῥόδος, κολοφών, σαλαμίν, ἴος, ἄργος, Ἀθῆναι. id est,

Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri,
Smyrna, Rhodos, Colophõ, Salamin, Ius, Argos, Athenæ

Boet. in princ. operis sui de Consolatione.

Ecce mihi laceræ dictant scribenda Camœnæ.
Et ueris elegi fletibus ora rigant.

Has saltem nullus potuit perrumpere terror,
Ne nostrum comites Prosequerentur iter.
Lucanus Pharsaliæ libro 9.

O sacer & magnus uatum labor, omnia fató
Eripis, & populis donas mortalibus æuum.
Horatius Carminum 4. Ode 8.

Dignum laude uirum Musa uetat mori.
Cœlo Musa beat. *Ibidem Ode 9.*

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi sed omnes illachrymabiles
Vrgentur, ignotiq; longa
Nocte, carent quia uate sacro.
Paulum sepultæ distat inertiæ,
Celata uirtus.
Idem de Arte Poetica.

Sumite materiam uestris qui scribitis æquam
Viribus & uersate diu quid ferre recusent
Quid ualeant humeri, cui lecta potenter erit res.
Nec facundia deseret hunc nec lucidus ordo.
Ibidem.

Quandoq; bonus dormitat Homerus. *Ibidem.*

Vt pictura poesis erit, quæ si propius stes,
Te capiat magis, & quædam si longius abstes.
Hæc amat obscurum, uolet hæc sub luce uideri,
Iudicis argutum quæ non formidat acumen,
Hæc placuit semel, hæc decies repetita placebit.
Ibidem.

-Mediocribus esse poetis
Non dij non homines, non concessere columnæ.
Ibidem.

Tu nihil inuita dices faciesq; Minerua
Id tibi iudicium est, ea mens, si quid tamen olim
Scripseris, in Metij descendat iudicis aures,
Et patris, & nostras uonumq; prematur in annum.
Membranis intus positis delere licebit,
Quod non ediderís, nescit uox missa reuerti.
Syluestres homines sacer, interpresq; deorum
Cædibus, & uictu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tygres, rapidosq; leones,
Dictus & Amphyon, Thebanæ conditor urbis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo uellet, fuit hæc sapientia quondam
Publica priuatis secernere, sacra prophanis.
Concubitu prohibere uago, dare iura maritis,
Oppida moliri, leges incidere ligno,
Sic honor, & nomen diuinis uatibus atq;
Carminibus uenit post hos insignis Homerus
Tyrtæusq; mares animos in Martia bella
Versibus exacuit, dictæ per carmina sortes,
Et uitæ monstrata uia est & gratia regum
Pierijs tentata modis ludusq; repertus,
Et longorum operum finis, ne forte pudori
Sit tibi Musa lyræ solers & cantor Apollo.
Natura fieret laudabile carmen, an arte
Quæsitum est, ego nec studium sine diuite uena,
Nec rude, quid prosit uideo ingenium, alterius sic
Altera poscit opem res, & coniurat amicæ.
Idem Sermonum libro 1 satyra 4.

-Quem uis media eruc turba
Aut ob auaritiam, aut misera ambitione laborat,
Hic nuptarum insanit amoribus, hic puerorum,

Hum

Hunc capit argenti ſplendor ſtupet Albius ære.
Hic mutat merces ſurgente a ſole ad eum, quo
Veſpertina teget regio, quin per mala præceps
Fertur, uti puluis collectus turbine ne quid
Summa deperdat metuens, aut ampliet ut rem:
Omnes hi metuunt uerſus, odere poetas.
Fœnum habet in cornu, longe fuge, dum modo riſum
Excutiat ſibi, non hic cuiq; parcet amico. ibidem.
-Neq; enim concludere uerſum
Dixeris eſſe ſatis, ne ſi quis ſcribat, uti nos
Sermoni propriora, putes hunc eſſe Poetam.
Ingenium cui ſit cui mens diuinior, atq; os
Magna ſonaturum, des nominis huius honorem.
Idem epiſt. lib. 2.
Os tenerum pueri balbumq; Poeta figurat,
Torquet ab obſcœnis iam nunc ſermonibus aurem.
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Aſperitatis & inuidiæ corrector, & iræ.
Recte facta refert, orientia tempora notis
Inſtruit exemplis, inopem ſolatur & ægrum.
Caſtis cum pueris ignara puella mariti
Diſceret unde preces, uatem niſi muſa dediſſet?
Poſcit opem chorus, & præſentia numina ſentit.
Cœleſtes implorat aquas docta præce blandus.
Auertit morbos, metuenda pericula pellit:
Impetrat & pacem, & locupletem frugibus annum.
Carmine dij ſuperi placantur, carmine manes.
ibidem.
Ille per extentum funem mihi poſſe uidetur
Ire Poeta, meum qui pectus inaniter angit,
Irritat, mulcet, falſis terroribus implet
Vt magus, & modo me Thebis, modo ponit Athenis.
Ibidem epiſt. 2.
Præterea tenera, Romæ me ne poemata cenſes
Scribere poſſe, inter tot curas totq; labores? ibidem.
Hac rabioſa fugit canis, hac lutulenta ruit ſus:
Inune & uerſu tecum meditare canoros.
Scriptorum chorus omnis amat nemus & fugit urbem:
Rite cliens Bacchi, ſomno gaudentis & umbra.
Tu me interſtrepitus, nocturnos atq; diurnos
Vis canere & contracta ſequi ueſtigia uatum? ibidem.
Multa fero, ut placem genus irritabile uatum. ibidem.
Ridentur mala qui componunt carmina, uerum
Gaudent Scribentes, & ſe uenerantur, & ultro
Si taceas laudant quicquid ſcripſere beati.
Catullus.
Nam caſtum eſſe decet poetam
Ipſum, uerſiculos nihil neceſſe eſt.
Ouid. 2. Artis.
Carmina laudantur, ſed munera magna petuntur,
Dummodo ſit diues, barbarus ille placet. ibidem.
Ipſe licet uenias muſis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.
ibidem lib. 3.
Quid petitur ſacris niſi tantum muſa poetis?
Hoc uotum noſtri ſumma laboris habet.
Cura ducum fuerant olim regumq; poetæ,
Præmiaq; antiqui magna tulere chori,
Sanctæq; maieſtas, & erat uenerabile nomen
Vatibus, & large ſæpe dabantur opes.
Ennius emeruit Calabris in montibus hortos
Contiguos pene Scipio magne tuis.
Nunc hederæ ſine honore iacet, optaq; doctis
Cura uigil muſis nomen inertis habet.
Sed famæ uigilare iuuat: quis noſſet Homerum,
Illius æternum ſi latuiſſet opus?
Adde quod inſidiæ ſacris a uatibus abſunt,
Et facit ad mores pars quoq; noſtra bonos.
Eſt deus in nobis, ſunt & commercia cœli.
Sedibus ætherei ſpiritus ille uenit.
Idē Amorum lib. 1. Eleg. 10.
Scindētur ueſtes, gemmæ frangētur & aurum,
Carmina quam tribuēt fama perennis erit.
Idē Elegia ultima.
Quid mihi liuor edax ignauos obijcis annos?
Ingenij uocas carmen inertis opus?
Non me more patrum, dum ſtrennua ſuſtinet ætas,
Præmia militiæ puluerulēta ſequi?
Nec me uerboſas leges ediſcere nec me
Ingrato uoces proſtituiſſe foro?
Mortale eſt quod quæris opus, mihi fama perēnis
Quæritur, ut toto ſemp in orbe cānar.
Ibidem.
Ergo cum ſilices, cum dens patiētis aratri
Deperiant æuo, carmina morte carēt.
Cedant carminibus reges regumq; triumphi,
Cedat & auriferi ripa beata Tagi.
Idē Amorum lib. 3. Elegia 8.
At ſacri uates & diuum cura uocamur,
Sunt etiam qui nos numen habere putent.

Politica græca dictio eſt, nam πολιτικος ὁ ciuilis & πολιτισμὸς ciuis, & πολιτεια ciuitas reſpublica dicitur. Eſt autem politica prudentia per quā conueniēter diſponuntur pertinentia ad bonum cōmune ciuitatis, ſecund. b. Tho. ſecun. ſecun. q. 50. ar. 4. Et eſt principalior & Oeconomica & monaſtica, quid autem ſit Oeconomica uide ſupra in dictiōe Oeconomica. Monaſtica uero eſt prudencia qua quis ſeipſum prudenter regit, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 54. art. 2. Dicitur & monaſtica a μόνος ὁ quod eſt ſolus. Vnde & monaſterium quod & μοναστήριον τὸ dicitur, & ſolitudo poteſt interpretari.

Politia eſt ordo quidam inhabitātium ciuitatem in principando, & in ſubijciendo, ſecundū Ariſtot. lib. 3. Politicorum.

Pollutio græce μίασμα ατος τὸ & μιαίνω polluo dicitur. Eſt autem pollutio, ut theologi capiunt, genitura ſomno ſparſa, & à polluo quod eſt inquino deducitur.

Pollutio eſt immunditia, ſeu corruptio corporalis in uiro uel muliere ex deciſione & motu ſeminis proueniens, ſecundum bea. Tho. 4. ſentētiarum diſt. 9. q. 1. art. 4.

Pompa græca dictio eſt πόμπη ἀπὸ πομπεύομαι mitto pompam dicitur. Eſt pompa omnis ſpectaculū, non econtra. Pompa enim in proſperis, & in aduerſis, qualis eſt in triumpho, & in funere, quaſi quidam ſolennis apparatus & oſtentatio.

ſpectacu

Spectaculum uero græce θέα ατος & θεατήσου ὁ ſpectator, & θεωρίω ſpeculor dicitur. Eſtq; ſpectaculum nunc illud quod ſpectatur, nunc locus ipſe unde ſpectatur.

Pomilio græce νάνος dicitur. De hoc uide ſupra in Nanus.

Pontifex græce ἀρχιτεύς εος ὁ & ἀρχιερεσύνη ης ἡ pontificatus dicitur. Eſt autem pontifex ſacer magiſtratus, dictus uel à poſſe & facio, ut Scæuolæ placet, uel ut Varro affirmat à ponte & facio. Nam inſtaurandorũ pontium curam habebat. Pons quoq; ſublicius à pontificibus primum eſt factus, & poſtea ſæpe reſtitutus. Erant autẽ minores & maiores põtifices, inter quos unus ſummus pontifex dicebatur, quod à Romanis ueteribus ſumptum noſtræ quoq; ſectę homines ſeruant. Hinc pontificatus deducitur, & pontificius, quo ius pontificium quod modo ius Canonicum appellant. Et pontificalis. Vnde pontificales libri in quibus ſacræ ceremoniæ continentur.

De hac materia uide infra in prælatus.

POpulus græce λαός οῦ ὁ & λαϊκός οῦ ὁ popularis dicitur. Eſt autem populus cœtus iuris conſenſu, & utilitatis cõmunione ſociatus, ſecundum Aug. lib. 1. de ciuitate dei. Populus eſt multitudo hominum iuris conſenſu, & concordi communione ſociata, ſecundum bea. Thomã prima parte 31. artic. 1. Differt aũt populus à plebe, quod in populo omnis pars ciuitatis omnesq; ordines continentur, In plebe autem nõ niſi nobiliores & patricij.

Populus ut aliquibus placet, dicitur, ἀπὸ τῶν πολλῶν πλειόνων hoc eſt multo pluribus, quod oẽs ordines, ut dictũ eſt complectatur. Plebs uero ἀπὸ τῶν πλειόνων hoc eſt à pluribus, plures enim ſunt plebei q̃ patricij. A populus diminutiuum fit popellus, hoc eſt paruus populus, & popularis, hoc eſt quod populi eſt, & aliquãdo charus & populare hoc eſt amorem populi conciliare. A populus itẽ fit populor & depopulor, hoc eſt prædor & deprædor. A quibus populatio & depopulatio. A plebs pariter fit diminutiuum plebecula, & plebeius de plebe.

Portentum græce τέρας ατος τὸ dicitur. Quid autẽ ſit & quomodo à monſtrum, prodigium & oſtentum differat, Vide ſupra in Monſtrum.

Portentum. i. mirum q̃ ſua magnitudine põtendit, ſec. b. Tho. ſuper Eſaiam 8. lect. 3. cor. 2.

Poſſeſſio græce κτῆμα ατος τὸ & κτασμα poſſideo dicitur. Significat aliqñ actũ ipſum poſſidendi, nõ nunq̃ bona quæ uulgo uocantur immobilia. Hinc poſſeſſorium iudiciũ, quod non ſuper re principali ſed ſuper poſſeſſione eſt. Et poſſeſſiuũ apud grãmaticos, quod aliquid ſignificat, quod poſſidetur ut Euandrius enſis.

Poſtillena lignum eſt incuruum, quod ſub aſini aut iumenti cauda ponitur. Plaut. ita te à gerunda curuum aqua faciam, ut poſtillena poſſit ex te fieri. Dicitur autem poſtillena à poſt & ſtando, q̃ ſtet à parte poſteriori. Ita & anſilena quã pectus æqui aut iumenti ſiue alterius animalis cingitur, ab ante ſtando, græceq̃ Προσηνίλιον τὸ dicitur, quod nos pectorale equi dicimus.

Poſtliminium eſt ius amiſſæ rei recipiẽdæ, ab extraneo in ſtatum priſtinum reſtituendæ, moribus legibusq; conſtitutum. Vt habetur ff. de capti. & poſtli. re. l. hoſtes.

Poſtprædicamentum eſt quod conſequitur diuerſa genera, ſecundum b. Tho. prima ſecundæ, q. 99. art. 1.

Poſtulatio græce αἴτημα ατος τὸ & αἰτέομαι poſtulo dicitur. Eſt autem poſtulatio quædam gratiæ petitio a ſuperiore facta de promouendo aliquem ad prælationem ad quam de iure communi propter defectum aliquem uel impedimentum eligi, ſeu promoueri non poterat. Et ex hoc tacite infertur differentia inter electionem & poſtulationem. Nam poſtulatio innititur gratiæ, electio uero innitur iuri: unde illi qui de iure poteſt eligi non debet poſtulari, ſecundum Panormi. extra & ſuper Rubrica.

Poſtulatio implorat quandam protenſionem deſiderij in id q̃ petitur. Et addit ſupra petitionẽ communiter dictam determinatum petitum, ſ. finem ex b. Tho. 4. Sent. di. 15. q. 4. art. 3.

Potentatus græce δυνάστεια ας ἡ & δυνάστης ου ὁ potens dicitur. Eſt autem multitudo potentiæ uel opus ualidum dominationis, ſecundum b. Thomam ſuper Pſal. 18. col. 4.

Potentia græce δύναμις ιος ἡ & δυνατῶς potenter dicitur. Potentia autem ſignificat id quod eſt principium, non autem relationem eius, ſecundum b. Tho. prima parte, q. 41. arti. 5.

Poteſtas proprie nominat potẽtiam actiuam, cum aliqua præeminentia, ſecundum eundem 4. ſent. di. 24. q. 1. art.

PRæceptum græce ἐφιμοσύνη ης ἡ uel ἐφετμή ῆς ἡ dicitur. Eſt autem præceptum iuſſio uel imperium faciendi aliquid, uel non faciendi. Præceptum importat applicationem legis ad ea quæ ex legere gulantur, ſecundum bea. Thom. prima ſecundæ q. 40. art. 2.

Præcipere eſt actus ratiõis, quia importat motionem cum quadam ordinatione, ſecundum eundem ſecunda ſecundæ, q. 42. art. 8.

Præcipere nõnunq̃ ſignificat ante uidere. Vir. Omnia præcepi, atq; animo mecum ante petegi. Aliquando præcipere eſt præuenire. Virgil. Exultatq; animis, & ſpe iam põcipit hoſtẽ. Hinc præcipuum & præcipue, quaſi ante omnia. Aliquando ſignificat iubere idem: ipſi numerumq; modumq; carinis præcipiant. Interdum ſignificat monere & inſtituere. Vnde artium magiſtri præceptores dicuntur, & placita eorũ præcepta, & præceptiones dicuntur.

Geneſis cap. 26.

Benedicentur in ſemine tuo omnes gẽtes terræ, eo quod obedierit Abraham uoci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea, & cærimonias legesq; ſeruauerit.

Leui it

Leuitici cap. 36.

Si in preceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis & feceritis ea, dabo uobis pluuias temporibus ſuis, & terra gignet germẽ ſuũ, & pomis arbores replebũtur. Apprehẽdet meſſium tritura uindemiam, & uindemia occupabit ſementem, & comedetis panem ueſtrum in ſaturitate, & abſq; pauore habitabitis in terra ueſtra. *Deuter. cap. 4.*

Cuſtodite mandata domini dei ueſtri, quæ ego præcipio uobis. *Ibidem.*

Cuſtodi præcepta eius atq; mandata, quæ ego præcipio tibi, ut bene ſit tibi & filijs tuis poſt te, & permaneas multo tempore ſuper terram, quã dominus deus tuus daturus eſt tibi.

Ibidem cap. 5.

Cuſtodite igitur & facite quæ præcepit dominus deus uobis. Non declinabitis neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtram, ſed per uiam quam præcepit dominus deus ueſter ambulabitis, ut uiuatis & bene ſit uobis, & protelentur dies ueſtri in terra poſſeſſionis ueſtræ.

Ibidem cap. 6.

Audi Iſrael & obſerua ut facias quæ præcepit tibi dominus, & bene tibi ſit, & multiplicẽris amplius, ſicut pollicitus eſt dominus deus patrum tuorum tibi terram lacte & melle manentem.

Ibidem.

Cuſtodi præcepta domini dei tui ac teſtimonia & cærimonias, quas præcepit tibi, & fac q̃d placitum eſt & bonum in conſpectu domini: ut bene ſit tibi. *Ibidem.*

Præcepitq; nobis dominus, ut faciamus oñia legitima hæc, & timeamus dñm deum noſtrũ, ut bene ſit nobis cunctis diebus animæ noſtræ ſicut eſt hodie. Eritq; noſtri miſericors, ſi cuſtodierimus & fecerimus oñia præcepta eius corã domino deo noſtro ſicut mandauit nobis.

Ibidem cap. 7.

Scies quia dominus deus tuus ipſe eſt rex fortis & fidelis, cuſtodiens pactũ & miſericordiam diligentibus ſe, & his qui cuſtodiunt præcepta eius in mille generationes, & reddens odientibus ſe ſtatim, ita ut diſperdat eos, & ultra non differat, protinus eis reſtituẽs quod merenť. Cuſtodi ergo præcepta & cærimonias atq; iudicia, quæ ego mando tibi hodie ut facias.

Ibidem cap. 11.

Ama itaq; dominum deum tuum, & obſerua præcepta eius & cærimonias, iudicia atq; mãdata omni tempore.

Ibidem.

Si ergo obedieritis mãdatis meis quæ ego præcipio uobis, ut diligatis dominũ deum ueſtrũ, & ſeruiatis ei in toto corde ueſtro & in tota anima ueſtra, dabit pluuiam terræ ueſtræ tẽporaneam & ſerotinam ut colligatis frumentum & uinum & oleum, fœnumq; ex agris ad paſcenda iumenta, & ut ipſi comedatis & ſaturemini.

Ibidem.

En propono in conſpectu ueſtro hodie benedictionem & maledictionem. Benedictionem ſi obedieritis mandatis domini dei ueſtri, quæ ego præcipio uobis. Maledictionem, ſi nõ obedieritis mãdatis domini dei ueſtri, ſed receſſeritis de uia quam nunc ego oſtendo uobis, & ambulaueritis poſt deos quos ignoratis.

Ioſue cap. 22.

Cuſtodiatis attente & opere compleatis mandatum & legem, quam præcepit uobis Moyſes famulus domini, ut diligatis dominũ deũ ueſtrũ, & ambuletis in omnibus uijs eius, & obſeruetis mãdata illius adhæreatisq; ei, ac ſeruiatis in omni corde & in omni anima ueſtra.

Ibidem.

Abſit à nobis ſcelus hoc ut recedamus à domino & eius ueſtigia relinquamus.

Regum primo cap. 15.

Nunquid uult dñs holocauſta ac uictimas, & non potius ut nõ obediatur uoci domini? Melior eſt enim obedientia q̃ uictimæ & auſcultare magis q̃ offerre adipem arietum, quoniã quaſi peccatũ ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.

Ibidem libro tertio cap. 8.

Sit quoq; cor noſtrum perfectum coram domino deo noſtro, ut ambulemus in decretis eius, & cuſtodiamus mandata eius.

Paralipomenon primi cap. 28.

Cuſtodite & pergrite cũcta mandata domini dei noſtri, ut poſſideatis terrã bonã, & relinquatis eam filijs poſt uos uſq; in ſempiternum.

Tobiæ cap. 4.

Omnibus autem diebus uitæ ruæ in mẽte habeto deum, & caue ne aliquando peccato conſentias, & prætermittas præcepta dei noſtri.

Dauid Pſalmo. 110.

Fidelia omnia mandata eius confirmata in ſeculum ſeculi, facta in ueritate & æquitate.

Idem Pſalmo 118.

Increpaſti ſuperbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis.

Eccleſiaſtici cap. 12.

Deum time, & mandata eius obſerua.

Ibidem cap. 6.

Cogitatum tuum habe in præceptis dei, & in mandatis illius maxime aſſiduus eſto, & ipſe dabit tibi cor, & in concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi. *Oſee cap. 14.*

Quia rectæ uiæ domini, & iuſti ambulabũt in eis, præuaricatores uero corruent in eis.

Matthæus cap. 5.

Qui ergo ſoluerit unũ de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus uocabit in regno cœlorũ: Qui autẽ fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum.

Idem cap. 12.

Quicunq; enim fecerit uoluntatẽ patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, ſoror & mater eſt. *Idem cap. 15.*

Quare & uos tranſgredimini mandatũ d ei?

Idem cap. 19.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Si uis ad uitā ingredi, ſerua mandata. Dicit illi, Quæ? Ieſus autem dixit: Non homicidiū facias, non adulterabis, non facies furtum, nō falſum teſtimonium dices, honora patrē tuum & matrē tuam, diliges proximū tuum ſicut teipſum.

Marcus cap. 3.

Qui enim fecerit uoluntatem dei, hic frater meus, & ſoror mea, & mater eſt. *Lucas cap. 8.*

Mater mea & fratres hi ſunt, qui uerbum dei audiunt, & faciunt. *Ibidem.*

Amē dico uobis, nemo eſt q̄ derelinqt domū, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnū dei, & non recipiat multo plura in hoc tēpore, & in ſeculo futuro uitā æternā.

Ioannes in Euange. cap. 14.

Si diligitis me, mandata mea ſeruate. *Ibidem.*

Si quis diligit me, ſermonē meū ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniem⁹, & manſionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat.

Ibidem cap. 15.

Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio uobis. *Idem 1 Cano cap. 2.*

Et in hoc ſcimus q̄m cognouimus eū, ſi mādata eius obſeruemus. Qui dicit ſe noſſe eū, & mādata eius nō cuſtodit, mendax eſt, & in eo ueritas non eſt. Qui autem ſeruat uerbum eius, uere in hoc charitas dei perfecta eſt.

Ibidem cap. 5.

Omnis qui diligit eum qui genuit, diligit eū, qui natus eſt ex eo. In hoc cognoſcimus, quoniam diligimus natos dei, cum deum diligam⁹, & mandata eius faciamus: Hæc eſt enim charitas dei, ut mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt.

Auguſt. ad Caſulanum, & habetur diſt. 9. cap. Sana. ℣. Cum ergo.

Cū ergo in naturali iure nihil aliud præcipiat̄ q̄ quod deus uult fieri. Nihilq̄ aliud uetetur, q̄ quod deus prohibet fieri. Denicq̄ cum in canonica ſcriptura nihil aliud, q̄ quod in diuinis ſcripturis & legibus inueniatur, diuinæ uero leges cum natura conſiſtant, patet quod quęcunq̄ diuinæ uoluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ cōtraria probantur, eadem q̄ etiam naturali iuri inueniunt̄ aduerſa. Vnde quæcunq̄ diuinæ uoluntati ſeu canonicæ ſcripturæ, ſeu diuinis legibus poſtponenda cenſent̄, eiſdem naturale ius præferri oportet. Conſtitutiones ergo uel eccleſiaſticæ, uel ſeculares, ſi naturali iuri contrarię probantur, penitus ſunt excludendæ.

Idem libro 2. Confeſſionum & habetur diſt. 8. cap. Quæ contra.

Quæ cōtra mores hominū ſunt flagitia, p̄ morum diuerſitate ſunt uitāda, ut pactum inter ſe gentis, aut ciuitatis conſuetudine uel lege firmatum ciuis, aut peregrini libidine uiolet̄, turpis eſt enim omnis pars uniuerſo ſuo non congruens. Cum autem deus aliquid cōtra morē uel cōtra pactum quorumlibet iubet fieri, & ſi ibi nunq̄ factum eſt, tamen faciendum, & ſi omiſſum eſt, reſtaurandum eſt, etiam ſi ſtatuum nō erat, inſtituendū eſt. Si enim regi licet in ciuitate cui regnat iubere aliquid, quod nec̄ ante ipſum quiſquam, nec ipſe unquam iuſſerat, & ſi non eſt contra ſocietatem ciuitatis eius, obtemperatur ei, imo contra ſocietatem fit, ſi non obtemperatur, generale quippe pactum ſocietatis humanæ obtemperare regibus ſuis. Quāto magis deo regnatori uniuerſæ creaturæ ſuæ ad ea, quæ iuſſerat ſine dubitatione ſeruiēdum eſt? Sicut enim in poteſtatib⁹ ſocietatis human⁹, maior poteſtas minori ad obediendum præponitur, ita deus omnibus.

Idem in ſermone de monte & habetur 24. q. 1. cap. Quiſquis.

Quiſq̄s præceptis nō obtēperat, reus eſt & debitor pœnæ: & paulo poſt. Præcepto dñi nō obedire peccatū eſt, & conſilio ſi uti nolueris, minus bonia adipiſceris, non mali aliquid perpetrabis. *Hieronymus ad Lucianum & habetur diſt. 12. cap. Illud.*

Illud breuiter te admonendum puto, traditiones eccleſiaſticas præſertim quæ fidei non officiant ita obſeruandas, ut à maioribus traditę ſunt, nec aliquorum conſuetudinem aliorum cōtrario more ſubuerti.

Gregor. & habetur diſt 12. ca. Præceptis.

Præceptis apoſtolicis nō dura ſuppia reſiſtat̄, ſed per obedientiam quæ ſancta Romana eccleſia & apoſtolica autoritate iuſſa ſunt, ſaluſiere impleantur, ſi eiuſdem ſanctæ dei eccleſiæ (quæ eſt caput ueſtrum) communionem habere deſideratis, nō nouū aliquid præſenti iuſſione præcipimus, ſed illa quæ olim uidentur inſtituta firmamus, cum nulli dubium ſit, quod nō ſolum pontificalis cauſatio, ſed omnis ſanctæ ſpei Romanæ eccleſiæ, & religionis relatio ad ſedē apoſtolicam, quaſi ad caput omniū eccleſiarū debuit referri, & inde normā aſſumere aſſumpſit exordium, ne caput inſtitutionis uideatur omitti, cuius autoritatis ſanctionem oēs teneant ſacerdotes, qui noluerint ab apoſtolicæ petræ ſuper quam Chriſtus uniuerſalē fundauit eccleſiam ſoliditate conuelli. Si quis hæc apoſtolicæ ſedis præcepta non obſeruauerit, præcepti honoris eſſe hoſtis non dubitetur

Idem, & hab. diſt. 14. q. 1. Quod præcipitur.

Quod præcipitur imperatur, quod imperat̄ neceſſe eſt fieri, ſi non fiat, pœnam habet. Vbi cōſilium datur, offerentis arbitriū eſt. Vbi præceptum neceſſitatis eſt ſeruientis, ut obediat uel imperantis ut ei obediatur.

Iſido. & hab. 11. q. 3. Si is qui. ℣. Si quis prohibet.

Si quis ꝓhibet uobis q̄d à domino præceptū eſt, uel rurſus imperat fieri quod dominus ꝓhibet, execrabilis ſit omnibus qui timent deum.

Cyprianus de lapſis, & hab. diſt. 50. ca. Si quis.

Si q̄s præpoſtera feſtinatiōe temerarius, remiſſionem peccatorum cunctis putat ſe dare poſſe aut audet domini præcepta reſcindere, non tantum nihil prodeſt, ſed obeſt lapſis. Prouocaſſe enim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

enim iram dei eſt, non ſeruaſſe ſententiam, nec miſericordiam pĩſſimi domini deprecari, ſed contempto domino de ſua facilitate p̃ſumere.

Virg. Aeneidos lib. 2.

Neu præceptis parere recuſa.

Horatius in arte Poetica.

Quicquid præcipies eſto breuis ut cito dicta.
Percipiantq; animi dociles, teneantq; fideles.

Dantes Paradiſi cap. 26. Adam ait.

Hor figliol mio, non il guſtar del legno
Fu per ſe la caggion di tanto exilio,
Ma ſolamente il trapaſſar del ſegno. *id eſt,*
Nunc fili mi, haud guſtatio ligni
Fuit ex ſe cauſa tanti exilij,
Sed duntaxat transgreſſio ſigni.

Præcipitatio græce κρημνοσσύνη & κρημνοβλησία præceps & κρημνίζω præcipio dicitur. Eſt autem præcipitatio operatio per impetum uoluntatis uel paſſionis ſine prudentia & partibus eius, ſecundum b Tho. ſecunda ſecundæ. q. 8. art. 6.

Præceps eum ꝓprie ſignificat qui ſine conſideratiõe aliqua aut modo quid agit, & quaſi rem præoccupat, componiturq; à præ & capio. Vnde pro nimis feſtino poni ſolet. Capiť aliquando ꝓ loco aliquo, unde quis ſe præcipitem dare facile poſſit. Turrim in præcipiti ſtantẽ. Hinc etiam præcipitiũ locus præruptus, unde eſt facilis præcipitatio. & præcipitanter aduerbium, quod ſignificat temere conſiderate.

Præco græce κήρυξ κοσ ὁ & κήρυγμα ατο τὸ præconium dicitur. Eſt autem præco qui iuſſu magiſtratus populum uocat, aut aliquid obſeruandũ iubet ac iuſſa diuulgat, aut aliquid publice uel priuatim uẽditioni proponit, aut ferias diesue feſtos indicat, aut ſupplicationes pronuntiat, hi etiam curiones uocati inueniuntur. Et à præco fit præconium, ipſa præconis uox. Et qm̃ à præcone res geſtæ etiam pronũciari ſolent, ac palam oĩbus fieri, ideo præconium aliquando pro fama & gloria uſurpatur, & laudum præcones, quicas diuulgant.

Præda græce λεία ας ἡ uel λεηλασία ας ἡ & λησεύομαι. prædor dicitur. Præda dicuntur corpora ipſa rerum q̃ capta ſunt. Manubiæ uero appellatę ſunt pecunia à quæſtore ex uenditione prædę redactę, ſecundũ Aulũ Gel. lib. xij. Noctiũ At. c. xxiij. Prædo quid differat à raptore & quid ſit, uide infra in Rapina. Dicitur aũt præda, ut Varroni placet, à pario, quaſi parida, ꝙ ſit manu parta: uel dicamus à præ, quod eſt ante, & do, quod auferať per uim, antequam detur à poſſidente.

PRædeſtinatio græce προόρισμος ου ὁ & προορίζω prædeſtinatio dicitur. Eſt autem prædeſtinatio diuinæ uoluntatis per gratiam electio, ſecundũ Auguſt. lib. de libero arbitrio.

Prædeſtinatio eſt quædã præordinatio dei ab æterno, de his quæ ꝑ gratiã dei fienda ſunt in tẽpore ſecundũ eundẽ iij. parte, quæſt. xxiiij. ar. 1.

Prædeſtinatio eſt ratio tranſmiſſionis creaturæ rationalis ad uitam æternã in mente dei, ſec. b. Thomam prima parte, quæſt. 24. art. primo.

Prædeſtinatio eſt cognitio futurę beatitudinis hominum. Præſcientia uero econtrario eſt cognitio futuræ damnationis.

Prædeſtino cõpoſitum ex præ & deſtino. Deſtino aũt ex de & ſto. Eſt aũt deſtinare deliberare, aſſignare, deputare, adĩcere, quaſi ſtare facio. Virgil. Et me deſtinat are.

Prouerb cap. 39.

Quis homo poterit intelligere uiam ſuam.

Eccleſiaſticus 9.

Neſcit homo an amore uel odio dignus ſit.

Danielis 12.

In illo tempore ſaluabitur populus tuus omnis, qui inuentus ſcriptus fuerit in libro uitæ.

Paulus ad Ephe. 1.

Benedictus deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi cõſtitutionẽ, ut eſſemus ſctĩ & immaculati in conſpectu eius in charitate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionẽ filiorũ per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundũ propoſitũ uoluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ.

Ibidem.

Non ſorte uocati ſumus: prædeſtinati ſecundum propoſitum eius qui operatur omnia.

Roman. 8.

Quos deus prædeſtinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iuſtificauit, Quos aũt iuſtificauit, illos & magnificauit.

Auguſt. & habetur 23. quæſt. 5. cap. Nabuchodonoſor.

Nabuchodonoſor pœnitentiã meruit fructu oſam. Nõne poſt innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum quod perdiderat, rurſus accepit? Pharao aũt ipſis in flagellis durior ẽ effectus & perĩt. Hic mihi rationẽ reddat, qui diuinũ cõſilium nimiũ alte ſapienti corde dĩudicat, cur medicamentũ unius medici cõfectũ, alĩ ad interitum, alĩ ualuerit ad ſalutẽ? niſi quia Chriſti bonus odor alĩs eſt odor uitæ in uitã, alĩs eſt odor mortis in mortem. Quantũ ad naturam ambo hoĩes erant, quantũ ad dignitatẽ, ambo reges, quantum ad cauſam, ambo captiuum dei populum poſſidebant, quantũ ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit eſſe diuerſos? niſi quod unus dei manum ſentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero cõtra dei miſericordiſſimam ueritatem pugnauit arbitrio.

Ibidem ◊ Vaſis.

Vaſis iræ nunq; deus redderet interitũ, ſi non ſponcaneum inueniretur homo habere peccatum, quia nec deus peccanti homini iuſte inferret iram, ſi homo ex prædeſtinatiõe dei cecidiſſet in culpam.

Ibidem ◊ Prædeſtinatio.

Prædeſtinatio dei ſiue ad bonum ſiue ad malum in oĩbus operari ineptiſſime dicitur, ut ad utrunq; homines quædam neceſſitas uideatur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

impellere. Cum in bonis uoluntas ſit intelligenda, non eſt ſine gratia, in malis autem uoluntas intelligenda eſt ſine gratia. Cum uero aliquos à deo aut traditos deſideriis ſuis, aut obduratos legimꝰ, aut relictos magis peccatis ſuis, hoc ipſos meruiſſe profitemur, quia talia eorum crimina præceſſerũt, ut ipſi qui pœnã debuerũt, qua eis etiam ſuppꝫlicium uerteretur in reatum, atq; ita nec de iudicio dei quærimur quo deſerit meritos deſeri, & miſericordiæ eius gratias agimꝰ qua deliberat nos meritos liberari. Vires itaq; obedientiæ non à deo cuiquam ſubtraxit, quia eum non prædeſtinauit. Sed ideo eum nõ prædeſtinauit, quia receſſurum ab ipſa obedientia eſſe præuidit. Prædeſtinatio quoque dei ſemp in bono eſt, quæ peccatũ ſola uoluntate hominis commiſſum aut remittendõ nouit cum laude miſericordiæ, aut plectendum cum laude iuſtitiæ. In malis autem operibus noſtris ſola præſcientia dei intelligenda eſt, quia ſicut præſciuit & prædeſtinauit quæ ipſe fecit, & ut faceremꝰ dedit, ita præſciuit tantum, non etiam prædeſtinauit quæ nec ipſe fecit, nec ut faceremus exigit. Hi aũt de quibus dicitur: Ex nobis exierunt, ſed nõ fuerunt ex nobis. Si enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent utique nobiſcum, uoluntate exierunt, uoluntate ceciderũt, & quia præſciti ſunt caſuri, non ſunt prædeſtinati, ſi eſſent reuerſuri & in ſanctitate ac ueritate manſuri. Ac per hoc prædeſtinatio dei multis eſt cauſa ſtandi, nemini eſt cauſa labendi.

Idem & habetur ibidem. 6. Duæ ſunt.

Duæ ſunt neceſſitates, ſimplex una, ueluti neceſſe eſt omẽs homines eſſe mortales: altera conditionis, ut ſi aliquem ambulare ꝙs ſcit, eum ambulare neceſſe eſt. Quod eꝫ quiſq; eſſe nouit, id eſſe aliter quàm notũ eſt nequit. Sed hæc minime ſecum illam ſimpliciem trahit. Hanc eꝫ neceſſitatem non propria facit natura, ſed conditionis adiectio. Nulla enim neceſſitas agit incedere uoluntate gradientem, quãuis eum tũc cum gradiatur incedere neceſſariũ ſit. Eodem igitur modo ſi quid prouidentia præſens uidet, id neceſſe eſt eſſe, tametſi nullam naturæ habeat neceſſitatem. At quidem ea futura quæ ex libertate arbitrij ꝓueniunt præſcientia contueꝰ. Hæc igitur ad intuendum relata diuinũ, neceſſaria ſiunt per diſpenſationem diuinæ notionis, per ſe uero cõſiderata abſolutam naturæ libertatem non deſerunt. Fient igitur proculdubio cuncta quæ futura deus eſſe præſciuit, ſed eorum quædam de libero proficiſcunt arbitrio, quæ quamuis euentãt exiſtendo, tamen naturã propriam non amittunt, quæ priuſquam fierent, etiã non euenire potuiſſent.

Ibidem 9. De Tyrijs.

De Tyrijs uero & Sidonijs qd aliud poſſumus dicere, cũ non eſſe eis datũ deluper ut crederent, q̃. credituros fuiſſe ipſa ueritas docet, ſi talia q̃lia apud non credentes facta ſunt uirtutũ ſigna uidiſſent. Quare autem hoc eis negatũ fuerit, dicant ſi poſſunt, qui calumniant, & oſtendant cur apud eos dominus mirabilia quibus profutura non erant fecerit & apud eos quibus erãt profutura non fecerit. Nos etenim ſi ratione ſancti profunditatem iudicij eis penetrare nõ poſſumus, manifeſtiſſime tamen ſcimus & uerum eſſe quod dixit, & iuſtum eſſe quod fecit, & nõ ſolum Tyrios & Sidonios, ſed etiam Coroſam & Bethſaida potuiſſe conuerti, & fideles exinſidelibus fieri, ſi hoc uoluiſſet in eis dominus operari: Neq; enim ulli falſum uideri poteſt quod ueritas ait: Nemo poteſt uenire ad me, niſi fuerit ei datum à patre meo.

Idem lib. 3. de libero arbitrio.

Sicut tu quæ dã quæ feciſti meminiſti, nec tũ quæ meminiſti omnia feciſti, ita deus omnia quorum ipſe actor eſt præſcit, nec tamen omnium quæ præſcit ipſe actor eſt: quorum autem non eſt malus actor, iuſtus eſt ultor.

Idem ſuper Ioannem homilia 27.

Nemo uenit niſi tractus. quare illũ trahat nolli uelle iudicare, ſi non uis errare. Semel accipe & intelligẽ. Nondũ traheris, ora ut traharis. Zamam uiridem oſtendis oui, & trahis illã, nuces puero demonſtrãtur, & trahitur, & quo currit trahitur, amãdo trahitur, ſine læſione corporis trahitur, cordis uinculo trahitur.

Idem libro de Prædeſtinatione Sanctorum.

Non quia futuros nos tales eſſe præſciuit ideo elegit, ſed ut eſſemus tales per ipſam electiõem ſuæ gratiæ, qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo.

Idem libro Retractationum.

Elegit igitur quos uoluit gratuita miſericordia.

Greg. in dialogo, & habetur 24. 4. c. Obtineri.

Obtineri nequaq; poſſunt quæ prædeſtinata non fuerint: ſed ea quæ ſancti uiri orando efficiunt, ita prędeſtinata ſunt ut precib9 obtineant. Nam ipſa quoq; perennis regni prædeſtinatio ita eſt ab omnipotenti deo diſpoſita, ut ad hoc electi ex labore perueniant, quibus poſtulando mereantur accipere, quod eis omnipotens deus ante ſecula diſpoſuit donare.

Menander.

μένει ἕκαστον ἅ ὅτερ μέλλ' ποιεῖν. id eſt,
Imminet autem unicuiq; quod debet pati.

Dantes purgatorij cap. 16.

Voi che uiuete, ogni cagion recbate
Pur ſuſo al ciel, cuſi come ſe tutto
Moueſſe ſeco di neceſſitate.
Se cuſi fuſſe, in uoi fora diſtruto
Libero arbitrio, & non fora iuſtitia.
Per ben letitia, & per mal hauer lutto.
Lo cieclo i noſtri mouimenti initia
Non dico tutti, ma poſto chel dica,
Lumen he dato al bene & a malitia. id eſt,
Vos qui uiuitis, omnem cauſam referitis
Etiamnum ſurſum in cœlum, ſicut ſi totum
Moueret ſecum neceſſitatem afferens.
Si ſic foret, in uobis tolleretur

Liberum

Liberum arbitrium, neq; foret iuſtitia:
Non dico omnes, ſed quamuis idipſum dicam,
Lumen nobis datum eſt ad bonum & ad malum.
Idem Paradiſi canti. cap. 20.
O prædeſtination quanto remota
E la radice tua da quelli aſpecti,
Che la prima caggion non uegion tota,
Et uoi mortali teneteui ſtretti
A giudicar, che noi che dio uedemo,
Non cognoſciamo antor tutti electi. id eſt.
O prædeſtinatio quantum remota
Eſt radix tua ab his aſpectibus,
Qui primam cauſam haud totam uident.
O Mortales uos tenete ſtrictos
Ad iudicandum, nam nos qui deum cernimus,
Nequaquam adhuc cognoſcimus electos omnes.

PRAEDICATIO græce κήρυγμα ατος. τὸ. & κήρυξ, κος. ὁ. prædicator dicit. Eſt autē p̄dicatio ut hic ſumitur, euangeliꝝ in eccleſia recitatio, quod fit linguis loquendo, pertinet ad diaconū, ad ſacerdotes autē pertinet exponere & exhortari, quod eſt prophetare, ex hea. Tho. tertia parte q. 97. art 1. & 4. ſent. diſt. 5. q. 2. ar. 1.

Prædicare eſt principaliſsimus actus & proprius epiſcopi, & dignior quàm baptizare, ſecundum eundem, tertia parte q. 57. art. 1.

Prædicare non licet niſi prælato, uel ex eius authoritate, ſec. eundem. 4. ſen. di. 19 q 2. ar. 2.

Prędicatio debet fieri propter gloriam dei & ſalutem hominum, non autem propter lucrum uel laudem propriam, ſecundum b. Tho. ſuper epiſtolam ad Romanos 10. lect. 2. col. 4. fin.

Prędicator habet octo nomina, ſcilicet miles, uinitor, paſtor, bos, arator, triturator, ſeminator, & architectus templi, ex b. Tho. primæ ad Corinthios 9. col. 3 7.

Prædicamus ut res ſunt, laudamꝰ cū extollimus ſecundū Donatū ſup Terē. in Eunucho.

Deutero. cap. 18.

Et ait dominus, prophetā ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam uerba mea in ore eius, loqueturq; ad eos oīa quæ præceperoi. Qui autem ea quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego ultor exiſtam.

Eccleſiaſtici cap. 5.

Eſto manſuetus ad audiendū uerbum dei, ut intelligas, & cum ſapientia proferes reſpōſum uerum. *Ezechiel cap. 3.*

Audies uerbū ex ore meo, & annuntiabis eis.

Eſaias cap. 52.

Quam pulchri ſuper montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem.

Matthæus cap. ultimo.

Euntes in mundum uniuerſum, prædicate euangelium omni creaturæ, docētes omnes gentes & baptizantes eos.

Lucas in Euangelio cap. 4.

Non in ſolopane uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei.

Idem in Euan. cap. 11.

Beati qui audiūt uerbū dei & cuſtodiunt illud. *Ioannes cap. 8.*

Qui ex deo eſt uerba dei audit propterea uos non auditis, quia ex deo non eſtis.

Paulus ad Timothæum 1. cap. 4.

Argue, obſecra, increpa in oīi patiētia & doctrina. *Idem ad Hebræos cap. 4.*

Viuus eſt enim ſermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingēs uſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagū quoq; ac medullarum, & diſcretor cogitationū & intentionum cordis.

Auguſt. & habetur 1. q. 1. Interrogo.

Interrogo uos fratres & ſorores, dicite mihi, quid plus uidetur uobis, corpus Chriſti, an uerbum Chriſti? Si uultis uere reſpōdere, hoc dicere debetis, quod non ſit minus dei uerbū quàm Chriſti corpus. Et ideo quanta ſolicitudine obſeruamus quando nobis miniſtratur ut nihil ex ipſo de manibus noſtris in terra cadat, tanta ſolicitudine obſeruemus, ne uerbum domini q̄d nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus aut loquimur, de corde puro pereat. Quia non minus erit reus qui uerbum dei negligenter audierit, quàm ille qui corpus Chriſti ſua negligentia in terram cadere permiſit.

Idem ſuper Apocalip. homil. 2. 2.

Qui angelus nuntius interpretat. Quicūq; epiſcopus uel presbyter, uel etiam laicus de deo loquitur & quomodo ad uitam æternam perueniatur annuntiat, merito angelus dicitur.

Idem lib. de Mendacio, & hab. 22. q. 2. cap. Primum. ꝯ. Ad ſempiternam.

Ad ſempiternam uero ſalutem nullus ducendus eſt opitulante mendacio.

Idem ſuper Ioannem.

Sic debet eſſe ſermo dei fidelibus tanq; piſcatoribus. Tunc capit quando capitur, & reti & hamo piſcatur perfectius, ſed reti turba conclu ditur, hamo ſingularis eligitur.

Idem de doctrina Chriſtiana lib. 4.

Prædicator laboret ut intelligenter, ut libenter, ut obedienter audiatur, & hoc ſe poſſe magis pietate orationum quàm oratoris facultate non dubitet, ut orando p̄ ſe ac pro illis quos eſt allocuturus, ſit prius orator anteq; doctor. Et in ipſa hora accedēs priusq; exeant proferentē linguam ad deum leuet animam ſitientem, eructet quod biberit, uel quod impleuerit fundat.

Idem in ſermonibus communibus 26.

Nemo dicat mihi, non uacat legere, ideo non poſſum dei p̄cepta uel agnoſcere uel implere. Nec aliquis dicat, non noui literas, ideo nō imputabitur quicquid minus de præceptis dei impleuero, inanis & inutilis eſt iſta excuſatio, qa ſi quis neſciens literas diuinam lectionē nō poteſt legere, poteſt tamen legentem audire. Qui uero literas nouit, fieri non poteſt ut non inueniat libros quibus poſſit diuinam ſcripturam legere. Tollamus à nobis fabulas uanas, mordaces, & uideamus ſi nobis nō remanet temp9 à quo diuinæ lectionis uacare poſſimus Fugiamus pran

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dia luxuriosa & cœnas quæ nos ad uitia protra hunt, in quibus per ebrietates, turpiloqa & scurrilitates anima uulneratur, aut morte moritur, & tempus erit quo de salute animæ cogitem9.

Hieron. in Leuitico, & habetur distin. 37. cap. Si quis uult.

Si quis uult põtifex esse, non tam uocabulo q̃ merito imitetur Moysen, imitet & Aarõ. Quid enim dicitur de eis? Quod non discedunt de tabernaculo domini. Ergo Moysen indesinẽter in tabernaculo domini? Quid autẽ eis opus erat. Aut à deo aliquid disceret, aut ipse populũ doceret, hæc duo sunt pontificis opera, ut à deo discat legendo scripturas diuinas & sæpius meditãdo, aut populum doceat, sed illa doceat quæ à deo ipse didicerat, non ex proprio corde uel humano sensu, sed quæ spiritussanctus docet.

Idem super Malachiam, & habetur 16. q. 1. ca. Reuertimini. ꝙ. Si quis.

Si quis doctus & eruditus in lege domini potest alios erudire, non debet suæ assignare prudẽtiæ ingenio q̃ q̃ possidet, sed gratias agat primum dño qui cuncta largitur, deinde sacerdotibus eius ac ministris, à quibus doctus est. Si em̃ non egerit gratias, sed scientiã uendicauerit sibi in penuria maledicet. Quod si intelligẽs largitorem deum, & agẽs his gratias per quos deo eruditus est humiliauerit se, & in horreũ dei intulerit, cibos, hoc est sapientiæ alimẽtis in ecclesijs populis ministrauerit, statim aperientur super eum cataractæ cœli, & effundet pluuia spiritualis, & mandabit nubibus suis, ut pluãt super eum imbrem, & abundantia rerum oñium perfruetur.

Idem super illud, Vinum tuum mixtum est aqua.

Omnis doctor quia ꝙ ueritatem scripturarũ per quã potest audiẽtes corripere uertit ad gratiam, & ita loquitur, ut nõ corrigat, sed delectet audientes, uinum sanctarum scripturarum uiolat, atq; suo corripit sensu

Idem super Ezech. lib. 4.

Qui speculator dei futurus est, multo tẽpore debet q̃escere, & dolere ea quæ uidet nihil habere in conscientia, quod in alijs correpturus est.

Ibidem, Si dicente me ad impium.

Magnum discrimẽ est dei tacere sermones, obtriplicem causam, uel propter timorẽ, uel propter pigritiam, uel propter adulationem.

Idem super illud Ecclesiastici, Verba sapientum quasi stimuli.

Notandum est quod dicunt uerba sapientũ pungere, nõ palpare, nec molli manu attrahere lachrymam, sed errantibus tardis pœnitẽtiq; doIores & uulnus infigere. Si cuius igit sermo non pungit, sed oblectationẽ facit audientibus, iste sermo non est sapiens.

Idem ad Paulinum presbyterum. Est & in Prologo Bibliæ ca. 7.

Nolo ut offendaris in scripturis sanctis simplicitate, & q̃si uilitate uerborũ, quę uel uitio interpretũ, uel de industria sic q̃platæ sunt, ut rusticã concionẽ facilius instruerẽt, & in una eade mq̃ sententia, aliter doctus, aliter enitteret indoctus. Nõ sum tam petulãs & hebes, ut hæc me nosse pollicear, & eorum fructus capere in terra, quorũ radices in cœlo fixę sunt, seduelle fateor, sedẽti me præfero, magistrum renuens committere spondeo, petenti datur, pulsanti aperitur, quærens inuenit. Discamus in terris quorũ scientia nobis pseueret in cœlo. Obuijs te manibus excipiam, & ut inepte aliquid ac de Hermagoræ tumiditate effundam, quicquid quæsieris, tecũ scire conabor.

Idem in epistola ad Nepotianum.

Docente in ecclesia te nõ clamor populi, sed gemitus suscitet, lachrymæ auditorũ laudes tuę sint. *Idem super Esaiam.*

Ille est doctor ecclesiasticus, qui lachrymas nõ risum mouet, qui corripit peccatores, q̃ nullũ beatum, nullum dicit esse fœlicem.

Ambro. in sermone de ieiunio, & habetur di. 35. ca. sexta die ꝙ. Qui enim.

Qui enim Christum annuntiat, ab omni uitiorũ incentiuo præstare se debet alienum.

Idem super Lucam.

Aperi os tuum, sed prius ut aperiat implora. Vita enim uerbum erigit & acquirit. Sermo enim sine uita, non est dei sermo.

Idem super illud 1. Corint. Vos nobiles, nos ignobiles,

Libere enim & sine adulatione ueritatẽ prædicantes & gesta prauæ uitæ arguentes, gratiã non habent apud homines.

Idem super illud Lucæ 9. Nihil tuleritis in uia.

Qualis debet esse qui euangelizat regnũ dei, præceptis euangelicis designatur, hoc est ut sub fidij secularis adminiculum non requirat fidei, quia totus in hærens putet quo minus ista requirat, magis posse suppetere.

Idem super Lucam.

Alienũ est prædicatorẽ regni dei cursitare per domos. *Grego. super euang. lib. 1. homil. 6.*

Cuius uita despicitur, restat ut eius prædicatio contemnatur.

Idem lib. 1. homilia 2. super illud Ezechiel. 3. Audies uerbum ex ore meo, & annuntiabis eis.

Præpositus sine culpa non est, quando uerba iuste non audiens ex sua culpa moritur subiectus. Hunc ipse occidit, quia eum morti tacendo tradidit. Vbi em̃ subiectus ex culpa sua moritur, ibi is qui præest (quia tacuit) reus mortis inuenit. Tot occidemus, quot ad mortem ire tepidi tacentes uidemus.

Idem Moralium 20. super illud Iob 19. Super illos stillabat eloquium meum.

In hoc uidetur indita sapientia magistrorum. Debet enim subtiliter qui docet prospicere, ne plus studeat prædicare, q̃ capiat ab auditore.

Idem super Iob 28. Quando ponebat pluuijs legem.

Loquẽdi authoritas perdit, q̃n uox operibus non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

non iuuatur. *Idem Moral. 30. in fine.*

Tunc em̃ est sermo uirtus & efficax, cũ est p̃dicantis pura sanctitas, & uirtuosa perfectibilitas.

Idem Moral. 30. super illud Iob 38. Quis dedit gallo intelligentiam.

Gallo intelligentia tribuitur, cum doctori ueritatis discretionis uirtus ut nouerit quibus, q̃d, & quando proferat, diuinitus ministratur. Nõ enim una eademq; e cunctis exhortatio, quia nec cunctos par morum qualitas astringit. Sæpe enim alios inficiunt, quæ aliis prosunt.

Idem Mora. 30. super illud Iob 39. Nunquid nosti tempus partus ibi cum in petris.

Oportet ut prædicatores sint fortes in præceptis, compatientes infirmis, terribiles in minis, in exhortationibus blandi.

Idem Registri libro ultimo in fine.

Censemus eos qui apostolorum figuram tenent, prædicare, baptizare, communionem dare, pœnitentes suscipere, peccata soluere.

Idem super euang. libro 1. homilia 2.

Collocutionis uox corda torpentia excitat plus quam lectionis, & quasi quadam manu sollicitudinis ut uigilent pulsat.

Idem super Ezech. & hab. dist. 50. c. Quid est.

Quid est hoc quod prophetæ iacenti dicitur: Sta supra pedes tuos & loquar tecum. Qui em̃ iacenti loquebatur, cur statim promittit se locuturũ? Sed sciendũ est, quia alia sunt quæ iacẽtes, alia quæ stãtes audire debemus. Iacẽti enim dicitur ut surgat, stanti aũt præcipitur ut ad prædicationẽ proficisci debeat, adhuc enim nobis in infirmitatis cõfusione iacentib. præberi non debet autoritas prædicationis: sed cũ iam in bono surgimus, cũ iã recti stare cœperimus, dignũ est ut ad lucrandos alios in prædicatione mitti debeamus. Stãs ergo propheta uisionẽ spũalẽ uidit, & cecidit: iacẽs uero admonitionis uerba suscepit ut surgeret: surgens aũt præceptũ audiuit ut p̃dicaret. Nã q adhuc ex superbiq uertice stam⁹, cũ iã de æternitatis timore aliquid sentire cœperimus: dignũ est ut ad pœnitentiã accedamus, & dum infirmitates nostras subtiliter agnoscentes, humiliter iacemus, per diuini uerbi consolationem, ad fortiora opera resurgamus.

Idem super Ezechielem homi. 3.

Vita prædicantiũ sonat & ardet, ardet desiderio, sonat uerbo. Aes ergo candens est & prædicatio accẽsa, sed de cãdenti ære, scintillæ prodeunt, quia de eorũ exhortationib. uerba flammantia ad aures audientiũ procedunt. Recte ergo prædicatorũ uerba scintillæ appellata sunt, quia eos quos in corde cetigerint incendunt.

Idem homilia 11.

Ille sermo ab audiente libẽter accipitur, qui à prædicãte cum cõpassione animi proferẽ. Ille loqui ueraciter nouit, qui prius benefacere didicit. *Ibidem: Nasus tuus sicut turris libani.*

Prædicatoris uita semper debet in alto fixa permanere, ut more nariũ discernat, fœtores uitiorũ, odoresq; uirtutũ. *Idem in Pastorali.*

Ille sermo ab audiẽte libẽter accipit, qui a prædicatore cum cõpassione animi proferitur: nam tunc uerbi semen facile germinat, quando hoc in audientis pectore pietas prædicantis rigat.

Idem super Ezech. homil. 2. & in Pastorali.

Nequaq̃ debent homines in ætate infirma prædicare, quia sermo doctrinæ nõ suppetit nisi in perfecta ætate. Redemptor noster cum cœli siconditor & angelorum doctor, ante tricennale tẽpus in terra magister noluit fieri hoĩm, ut uidelicet præcipitatis uim saluberrimi timoris infunderet, cum ipse etiam qui labi nõ posset, perfectæ uitæ gratiam non nisi perfecta ætate prædicaret. *Idem libro 6. Moralium.*

Ille uberes prædicatione fructus colligit, qui semina bonæ operationis præmittit. Nã loquẽdi autoritas perditur, quãdo uox opere non adiuuatur. *idem libro 10. Moralium.*

Vbi conscientiam mordet reatus criminis, linguam ligat timor confusionis.

ibidem libro 17. Moralium.

Nõ debet prædicator infirmus insinuare cuncta quæ sentit, nec debet prædicare rudibus quãta cognoscit.

idem Moralium libro 18 & in Pastorali.

Lex ipsis prædicatoribus imposita est, ut ipsi uiuendo illuminent quæ loquẽdo suadere festinant, nam loquendi autoritas perditur, quãdo uox opere non adiuuatur.

idem Moral. 20. & habetur super Iob 29. cap. Stillabat eloquium meum.

Debet subtiliter is qui docet prospicere, ne plus audeat q̃ ab audiente capitur prædicare, debet ad infirmitatẽ audientiũ semetipsum contrahendo abscindere, ne dum paruis sublimia: & iccirco non pro futura loquitur, se magis curet ostendere quam auditoribus prodesse.

idem Moral. lib. 21. exponens illud iob: Si fructus terræ comedi absq; pecunia.

Fructus enim terræ absq; pecunia comedere, est ex ecclesia quidem sumptus accipere, sed eidem ecclesiæ prædicationis prætium non præbere. Terræ igitur fructus absq; pecunia comedit, qui ecclesiæ cõmoda ad usum corporis percipit, sed exhortationis ministerium nõ impendit. Quid ad hoc nos pastores dicimus, qui aduẽtum præscripti iudicis præcurrẽtes, officiũ quidem præconis suscepimus, sed elementa ecclesiastica multi manducamus, exigimus quod nostro debetur corpori, sed nõ impendimus quod subiectorum debemus cordi.

Idem Moral. lib. 24. parte 5. cap. 12. & hab. dist. 45. Hoc habet.

Hoc habet proprium doctrina arrogãtium, ut humiliter nesciant inferre quæ docent: & recta quæ sapiunt ministrare non possunt. In uerbis enim eorum perditur, quod cũ docẽt, quasi in quodam sibi uidẽtur summitatis culmine residere, eosq; quos docent, ut longe infra se positis uelut in imo respiciunt, quibus non consulendo loqui, sed uix dominando dignantur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Recte autem hisper prophetā dominus dicit: uos autem cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. Cum austeritate enim & potentia imperant, qui subditos suos nō tranquillitate ratiocinando corrigere, sed aspere inflectere dominando festinant. At contra uera doctrina tanto uehementius hoc elationis uitium fugit per cognitionem, quanto ardentius uerborum suorum iaculis ipsum magistrum elationis insequitur. Cauet enim ne cum elatis moribus prædicet, quem in cordibus audientiū sacris sermonibus insectatur. Ecce quare litigiosi prohibentur in episcopos ordinari. Est & alia causa huius prohibitionis. Litigiosi nanq; uel adulationibus animos principum sibi conciliant, ut fratribus suis detrahendo infamiæ notam ingerunt, uel intres fratres discordiam seminando, seditionē nunquam facere cessant, quæ omnia in prælatis damnabilia esse probantur.

Idem libro 28. Moralium.

Qui ad ueræ prædicationis uerba se præparat, necesse est ut causarū origines a sacris pagi nia sumat, ut omne quod loquitur, ad diuinæ autoritatis fundamentū reuocet, atq; in eo ædificium suæ locutionis firmet.

Idem in fine pastoralis loquens de seipso.

Vsurpaui mihi cotis officiū, quæ ferrū reddit acutū cum sit inutilis ad secandum. Pulchrū depinxi hominē pictor fœdus, aliosq; ad perfectionis littus redigo, qui adhuc in delictorū fluctibus uersor. *Idem super Ezech. Hom. 10.*

Sermo dulcedinem non habet, quem uita reproba intra conscientiam remordet. Vnde necesse est, ut qui uerba dei loquitur, prius studeat scire qualiter uiuat, & post ex uita colligat quæ & qualiter dicat. *Ibidem.*

Ad prædicandā nanq; plus conscientia sancti amoris ædificat, q̄ exercitatio sermonis. Qui enim uitam suā interius pensat, & ex suo foris ammonendo alios ædificat, quia corde linguæ calamum tangit, in eo q̄ manu uerbi proximis scribit. *Idem homil. 30. super Euang.*

Nisi spiritus sanctus adsit cordi audientis, otiosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuit, quod ex corde docentis intelligit, quia nisi intus sit qui doceat, doctoris linguua exterius in uanum laborat.

Idem super Ezech. & in Pastorali.

Si negligis implere q̄d doces, alijs messem semi nas, & ipse frumenti participatione ieiunas.

Ioan. Chrysost de laudibus Pauli homilia 6.

Qui prædicationis suscipit officiū, nō oportet mollem quidem esse atq; resolutum: sed fortem & per cuncta robustum. Nec enim saltē attingere quisq; debet præclari huius muneris functionem, nisi paratus sit millies animam suam in mortem tradere. *Seneca epistola 70.*

Turba sapientum plus ex moribus q̄ ex uerbis Socratis traxit, quia plus homines oculis q̄ auribus credunt. *Idem epistola 90.*

Sunt quidā qui in signū simulatę perfectionis, uitia quibus ipsi laborāt alijs mordent, lacerāt & reprehendunt, ac si ipsi illa uitia nō haberent.

Idem epistola. 118.

Qui ad philosophandum uenit, quotidie secū aliquid boni ferat, aut sanior domū redeat, aut sanabilior. *Dantes paradisi Canti. 92.*

Voi non adante giu per un sentiero
Philosophando, tanto ui transporta
L amor de la parenza, el suo pensiero.
Et anchor questo qua su si comporta,
Cum men desdegno che quando posposta
La diuina scriptura o quando e torta,
Non nisi pensa quanto sangue costa
Seminarla nel mundo, & quanto piace
Che humelmente cum essa saccosta.
Per apparer ciaschun se ingegna & face
Sue inuentione, & quelle son transcorse
Di predicanti, el uangelio se tace.
Vn dice che la luna retrorsec
Ne a a passo onde Christo, & sinterpose:
Per chellume del sol giu non si porse.
Et altri, che la luce si nascose
Da se pero alhispani & a li indi
Donne a Iudæi tal eclypsi rispose.
Non ha Forenza tanei lapi & bindi,
Quanto si fatte fauole per anno.
In pergamo si tridan qninci & quindi,
Si chole percorelle che non sanno
Toman dal pascho pasciute di uento,
Et non le scusa non ueder lo danno.
Non dixe Christo al suo primo conuento,
Andati a predicar al mundo cianciæ:
Ma de cio de lor uerace fundamento.
Et quel tanto sono ne le sue guancie,
Si chapugnar per accender la fede
Del euangelio fero scudo elancie.
Hora si ua cum notti, & cum iscede
A predicar, & pur che ben ferida,
Scomphia el caoucio & piu non si richiede.
Ma tal lucel nel beccheto sanida,
Che sel uulgo il uedesse uede, rebbe
La perdonanza di chel si confida,
Per cui tanta stultitia in terra crebbe,
Che senza proua dalchun testimonio
Pd ogni promission si couuerrebe.
Di questo ingrassa il porco saoctο Antonio,
At ultri ancor che sono assai piu porci,
Pagando di moneta senza chonio. *id est,*
Vos non descenditis per eandem semitam
Philosophando, tantum nos transportat
Amor apparentiæ, & sursum desiderium.
Et id quoq; in cœlo permittitur
Cum minori indignatione, quam cum postposita
Diuina scriptura, uel cum extorta fuerit.
Non cogitatur qnanti constet sanguinis
Eam ipsam seminare in mundo, & quantum placeat
Qui humiliter eidem adhæserit.
Vt appareat qulsq; conatur & facit
Suas inuentiones, & hæ sunt digressiones
Prædicantium, cum euangelium ipsum sileatur.
Vnus dicit lunam retrocessisse

Cum

Cùm pateretur Christus, & se interposuisse,
Quoniam lumen solis se infra non porrexit.
Et alij quod lux sese abscondit
A se: quapropter Hispanis & Indis
Sicut Iudæis talis eclipsis respondit.
Non habet Florentia tot lapes & bindos,
Quot factæ sunt fabulæ per annum.
In nostris proclamatur hinc & illinc.
Sic & ouiculæ quæ non sciunt,
Reuertuntur a pascuis uento saturæ,
Nec excusantur damnum suum non cernere.
Non dixit Christus suo primo conuentui,
Ite & prædicate mundo fabulas.
Sed dedit ei uerax fundamentum.
Idq; tantum sonuit in suis buccis,
Sicut ad pugnandum ad accendendam fidem.
Ex euangelio pararunt scuta & lanceas.
Nunc itur cum uerbis risum commouentibus
Ad prædicandum, & modo risum multum mouent,
Inferant capitium, nec aliud exquiritur.
Sed talis auis in capitio recumbit:
Quam si uulgus conspiceret, uideret
Indulgentiam, in qua confidit plurimum?
Quapropter tanta amentia creuit,
Vt sine ratione alicuius testimonij
Omni promissioni conueniens foret.
Ob id pinguefacit porcum sanctus Antonius,
Et alij quoq; qui longe magis sunt porci,
Soluendo ex moneta sine signo.

PRælatus græce ἐπισκοπὴ & ἐπισκέω obseruo dicitur. Est autem prælatus large sumendo, omnis habens curam animarū, secundū Inno. in cap. Firmiter, de sum. tri. & in c. decernim⁹. de iudi.

Prælatorum maximum est periculum, triplici ratione. Quia præcatis incumbit sacramenta dispensare, quę non nisi mundi tractare debēt. Et quia debēt reddere rationem de propriis & de alienis inquantum pertinent ad eos, ex beato Thoma 4. sen. dist. 17. q 3 articulo 3.

Prælatus existens in peccato mortali, etiam occulto, corripiendo, uel quicquid aliud officij sui faciendo, peccat mortaliter. Non autē hoc agens ut frater, ex b. Thoma secunda secundę, q 33. art. 5. & 4 sen. dist. 19. q. 2. art. 2.

Leuitici cap. 25.

Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres, sup cuius caput fusum est unctionis oleū, & cuius manus in sacerdotio cōsecratæ sunt, uestitusq; est sanctis uestibus, caput suū non discooperiet, uestimenta non scindet, & ad omnem mortuum nō ingredietur omnino. super patre quoq; suo & matre nō contaminabitur, nec egredietur de sanctis, ne polluat sanctuarium domini, quia oleum sanctæ unctionis dei sui super eum est. *Esaiæ cap. 20.*

Super speculam domini ego sum stans iugiter,

Idem capit. 63.

Sup muros tuos Hierusalē cōstitui custodes, tota die & nocte nō tacebunt *Ezechiel cap. 3.*

speculatorem dedi te, *Idem cap. 34.*

Suscitabo pastorem meum qui pascat eas.

Ibidem.

Væ pastoribus, qui pascebant semetipsos.

Ioannes cap. 10.

Bonus pastor animā suam dat p̄ ouibus suis.

Paulus 1. ad Timot. ca. 5.

Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. *Idem 1. ad Corint. ca. 7.*

Dei agricultura estis, dei ædificatio estis.

Ibidem.

Vt sapiens architectus fundamentum posui.

Ibidom cap. 9.

Quis militat unquam suis stipendijs? quis plātat uineam, & de fructu eius non edit?

Idem ad Hebræos cap. 5.

Nemo sumat sibi honorem, sed qui uocatur à deo tanquam Aaron.

Ibidem cap. 8.

Omnis enim pontifex ad offerendum munera & hostias constituitur.

Aug. & hab. in decret. 8. q. 1. c. Qui episcopatum

Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Exponere uoluit quid sit episcopatus, q̄a nomen est operis, non honoris.

Ibidem.

Locus superior, sine quo populus regi potest, & si ita teneatur & administretur ut decet, tamē indecenter appetitur.

Idem super Ioan. & hab. in decre. di. 8. c. Apostolus.

Apostolus Paulus quando elegit ordinandos uel presbyteros uel diaconos, & quicunq; ordinandus est ad præposituram ecclesiæ, nō ait: Si quis sine peccato est, hoc em̄ si diceret omnis homo improbaretur, & nullus ordinaretur. Sed ait: si quis sine crimine est. Sicuti est homicidiū, adulteriū, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, & cætera huiusmodi. Crimen autem est graue peccatum accusatione & damnatione dignissimum.

Idem de uita clericorum, & hab. distinct. 80. c. Quando.

Quādo necessitas disciplinæ in moribus coercēdis dicere uos dura uerba cōpellit, si etiam ipsū modum uos excessisse sentitis, non à uobis exigitur, ut uos à subditis ueniam postuletis, ne apd̄ eos quos oportet esse subiectos dum nimiū seruatur humilitas, regendi frāgatur autoritas, & tamen petenda est uenia ab omnium domino, q̄ nouit eos quos plus iuste forte corripitis, quāta beneuolentia diligatis.

Idem ad Valerium, & hab di. 40. c Ante omnia.

Ante oīa peto, ut cogitet religiosa prudētia tua nihil esse in hac uita, & maxime hoc tēpore facilius & leuius, & hominibus acceptabilius, si epī scopi aut presbyteri aut diaconi officio perfunctorie atq; adulatorie res agatur, sed nihil apd̄ deum miserabilius & tristius & damnabilius.

Idem libro de Pastoribus.

Quicunq; ita prę̄positus est, ut in eo q̄ prę̄positus sit gaudeat, & honorē suū quærat, & cōmoda sua solum respiciat, se pascit, non oues.

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem de uerbis domini.

Nihil eſt in hac uita, & maxime hoc tempore difficilius laborioſius & periculoſius, epiſcopi aut presbyteri officio: ſed apud deum nihil beatius, ſi eo modo militeť, quo noſter imperator iubet.

Hieronymus in epiſtola ad Titum & habetur diſt. 21. c. Primum.

Primum itaq; ſine crimine iubeť eſſe epiſcop⁹, q̄ alio uerbo ad Timotheum irreprehenſibilē nominatum puto, non q̄ eo tantum tempore, quo ordinandus eſt ſit ſine ullo crimine, & pote ſtas maculas noua conuerſatione diluit, ſed q̄ ex eo tēpore quo in Chriſtum renatus eſt, nulla peccati conſciētia mordeatur: quomodo enim poteſt præſes eccleſiæ auferre malū de medio eius, qui in delictū ſimile corruit? Aut qua libertate peccantē corripere poteſt, cū tacitus ipſe ſibi reſpondeat eadem ſe admiſiſſe quæ corripit?

Idem in Leui. & hab. diſt. 39. c. Si quis uult.

Si quis uult eſſe pōtifex, nō rā uocabulo q̄ merito imitetur Moſen, imitetur & Aaron. Quid em̄ dicitur de eis, q̄ non diſcedant de tabernaculo domini. Erat ergo Moyſes indefinenter in tabernaculo dñi, quid aūt ei opus erat, ut aut à deo aliquid diſceret, aut ipſe populū doceret? Hæc duo ſunt pōtificis opera, ut à deo diſcat legendo ſcripturas diuinas, & ſæpius meditando, aut populum doceat. ſed illa doceat quæ à deo ipſe didicerat, non ex proprio corde uel humano ſenſu, ſed ſpiritus ſanctus docet.

Idem ad Ruſticum epiſc. Narbo & habetur diſt. 93. cap. Diaconi.

Hinc propter auaritiam ſacerdotum ſæpe odia conſurgunt, hinc epiſcopi accuſantur à clericis, hinc principium litis, hinc detractiōis cauſa, hinc origo fit criminis.

Idem ad Euandrum epiſcop. & habetur ibidem c. Legimus.

Potētia diuitiarū & paupertatis humilitatis uel ſublimioré uel inferiorem epiſcopū non facit, cæterum om̄es apoſtolorū ſucceſſores ſunt.

Idem epiſtola ad Titum, & hab. diſt. 95. c. Olim.

Olim idē presbyter qui epiſcopus, & antequā diaboli inſtīctu ſtudia, uel ſchiſmata in religiōe fierent, & diceret in populis, Ego ſum Pauli, ego ſum Apollo, ego aūt Cephę; cōmuni presbyterorū cōcilio eccleſiæ gubernabantur Poſtq̄ aūt unuſquiſq; eorum quos baptizauerat ſuos eſſe putabat, nō Chriſti in toto orbe decretum eſt, ut unus de presbyteris ſuperponeretur, & ſchiſmatum ſemina tollerentur. *Ibidem.*

Sicut ergo presbyteri ſciūt ſe ex eccleſię cōſuetudine ei qui ſibi p̄poſitus fuerit eſſe ſubiectos: ita epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine q̄ diſpēſationis dominicæ ueritate presbyteris eſſe maiores, & in cōmuni debere eccleſiam regere. *Idem ad Nepotianum, & habetur diſt. 95. c. Eſto ſubiectus.*

Eſto ſubiectus pōtifici tuo, & quaſi parentē animæ ama, ſed episcopi ſacerdotes ſciant ſe eſſe, non dominos, honorent clericos quaſi clericos, ut ipſis episcopis à clericis q̄ſi episcopis honor deferatur. Scitum eſt illud oratoris Domitij Cur ego inquit te habeam ut principē, cum tu me non habeas ut ſenatorem.

Idem de Paulo ſuper epiſto. ad Gala. & habetur 2. q. 4. cap. Paulus.

Paulus Petrum reprehendit, quod non audaret, niſi ſe non imparem ſciret.

Idem Leuitico, & hab. 8. q. 1. c. Licet ergo.

Licet ergo dñs conſtituendo principem præcepiſſet & elegiſſet, tamen conuocatur etiā ſynagoga. Requiritur ergo in ordinādo ſacerdote etiā populi præſentia, ut ſciāt omnes & certi ſint, q̄ qui præſtantior eſt ex omni populo, qui dilectior, qui ſanctior, qui in omni uirtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotium.

Idem & habetur 8 q. 1. cap. Illud.

Illud inferendū eſt aduerſus eos qui de epiſcopatu intumeſcunt, & putant ſe non diſpenſatione Chriſti, ſed imperiū conſecutos, quia non ſtatim omnibus his meliores ſunt, quicunq; epiſcopinō fuerint ordinati: & ex eo q̄ epiſcopi electi ſunt, ſe magis æſtimant comprobatos. Si autem peccata filiorum ab epiſcopatu iuſtū p̄hibent, quanto magis ſe unuſquiſq; cōſiderans & ſciens, quia potens potenter tormenta patietur, retrahit ſe ab hoc nō tam honore q̄ onere, & aliorum locum qui magis digni uoce ſunt nō ambit occupare.

Idem epiſt. 43. ſuper illud Pauli ad Timot. cap. 5. Si quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.

Opus inquit non dignitatem, laborem non delitias, opus per quod humilitate decreſcat, nō faſtigio intumeſcat. *Ibidem.*

Tāta debet eſſe cōuerſatio & eruditio pōtificis ut omnes motus & egreſſus, & uniuerſa eius opera notabilia ſint, ueritatem mente cōcipiat, & eam toto habitu reſonet & ornatu: ut quicquid agit, quicquid loquitur, doctrina ſit populorū.

Idem & habe. de decre. diſt. 35. c. Eccleſiæ.

Eccleſiæ principes q̄ in delitijs affluūt, & inter epulas atq; laſciuias pudicitiā ſeruare ſe credūt, propheticus ſermo deſcribit, q̄ ejiciēdi ſunt de ſpatioſis domibus lautiſq; conuiuijs, & multo labore epulis conquiſitis: & ſi uis ſcire quo ejiciendi ſunt propter malas cogitationes & opera ſua, euāgelium lege, in tenebras ſcilicet exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentium An nōcōfuſio & ignominia eſt Ieſum crucifixū pauperem & eſurientem farſis prędicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas, tumentia q̄ ora proferre? Si in in apoſtolorum loco ſumus, non ſolū ſermonem eorū imitemur, ſed etiam conuerſationē & abſtinentiam.

Idem epiſtola 13.

Quid em̄ excepta ordinatione epiſcopus plus quàm presbyter facit?

Amb. de myſteriis & hab 1. q. 1. Cū ordinaretur.

Cum or

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cū ordinaretur epiſcopus, quod dedit aurū fuit, quod perdidit aīa fuit, cū aliū ordinaret, quod accepit aurum fuit, quod dedit, lepra fuit.

Idem in Paſtorali.

Honor & ſublimitas epiſcopalis nullis poterit cōparationibus adæquari. Si regum fulgori cō pares, & principū diademati, lōge erit inferius q̄ ſi plumbi metallū ad auri fulgorē compares. Quippe cum uideas regū colla & principū ſubmitti genibus ſacerdotū, & deoſculata eorū de xtra, orationibus eorum ſe credant cōmuniri:

Ibidem.

Nihil in hoc ſeculo excellētius ſacerdotibus, nihil ſublimius epiſcopis reperiri poteſt.

Ibidem.

Sicut ſenatorē chlamys ornat, ſicut agricultura ruſticum, ſicut barbarum arma, ſicut nauā nauigationis peritia, & ſingulos quoſq; opifices operis ſui qualitas ipſos demōſtrat actores: ſic epiſcopū nō aliter niſi epiſcopalis operatio deſignat, ut ex bono opere magis quam profeſſione noſcatur, plus meritis eſſe epiſcopus, q̄ quod nomine uocitetur.

Idem in ſuo Paſtorali.

Sicut leuius eſt de plano corruere, ſic grauius eſt qui de ſublimi ceciderit dignitate, quia ruina quæ de alto fit, grauiori caſu colliditur. Honor quidē epiſcopalis corā hoibus pr̄clar⁹ eſt, ſed ſi ruinā ſuſtineat, dolor magn⁹ eſt. Nā quanto præ cæteris gradus epiſcopalis altior eſt, tanto ſi p negligentiā dilabitur, ruina grauior eſt. Nō em̄ eſt tāti gaudij excelſa tenere, quāti mœroris ē de excelſis corruere, nec cōſtat tantā gloriā ſequi uictoriā, quātā ignominiā poſt ruinā.

Idem ad coepiſcopos.

Vacate & uidete, niſi uacaueritis à terreſtribus, nihil cognoſcere poteritis de cœleſtibus.

Grego. & habetur diſt. 40. cap. Nos qui.

Nos qui præſumus, nō ex locorū uel ḡnis dignitate, ſed morū nobilitate innoteſcere debemus, nec urbiū claritate, ſed fidei puritate.

Idem Anaſtaſio preſbytero, & habetur ibidem cap. Non loca.

Nō loca uel ordines creatori noſtro nos proximos faciunt, ſed nos aut merita bona coniungunt, aut mala diſiungunt.

Idem Ioanni epi. Conſtan. di 45. c. Quid autem.

Quid autem de epiſcopis qui uerberibus timeri uolunt canones dicant, bene fraternitas ueſtra nouit: paſtores enim facti ſumus, non percuſſores. Egregius prædicator dicit: Argue, obſecra increpa, in omni patiētia & doctrina. Noua uero atq; inaudita eſt iſta prædicatio, quæ uerberibus exigit fidem.

Idem, & habetur diſt. 81. cap Oportet

Oportet ſacerdotes quibus dominī populus commiſſus eſt cum magna conſtantia uigilare ſuper domeſticas oues, ne lupinis morſibus, id eſt, diaboli ſtimulis lanientur.

Idem & hab. 1. q. 1. cap. Quicunque.

Quicūq; ſacros ordines uendūt aut emunt, ſacerdotes eſſe non poſſunt. Vnde ſcriptū eſt: Anathema danti, anathema accipienti, hæc eſt ſimoniaca hæreſis. quomodo ergo ſi anathema ſunt, & ſancti nō ſunt, ſanctificare alios nō poſſunt: & cum in Chriſti corpore non ſint, quō Chriſti corpus tradere poſſunt? Qui maledict⁹ eſt, benedicere quomodo poteſt?

Idem Romano defenſori Siciliæ. & hab. 11. q. 1. cap. Peruenit ꝯ. Nam ſi.

Nam ſi ſua unicuiq; epiſcopo iuriſdictio nō ſeruatur, quid aliud agit niſi ut per nos per quos eccleſiaſt. cuſtodiri ordo debuit, confundatur.

Idem & habetur 11. q. 3. ca. Sententia.

Sententia paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta fuerit, timenda eſt.

Idem in Homi. 27. & hab. 11. q. 3. ca. ipſe ligandi.

Ipſe ligandi atq; ſoluendi poteſtate ſe priuat, qui hanc pro ſuis uoluptatibus, & non ſubditorum moribus exercet. *Idem in Regiſtro.*

Hoc quod me ad epiſcopatus ordinē cognoſcitis perueniſſe, ſi me diligitis plangite. Quia tā tæ huius mundi occupationes ſunt, ut per epiſcopatus ordinē pene ab amore dei uideā me eſſe ſeparatum. *Idem in Paſtorali lib. 3.*

Nemo plus in eccleſia nocet, q̄ qui peruerſe agens, nomē uel ordinē ſanctitatis habet, Delinquenti nanq; hūc redarguere nullus præſumit, & in exempiū uehementer culpa extenditur, cum pro reuerentia ordinis peccator honorat.

Idem in Paſtorali.

Lux gregis eſt flamma paſtoris. Decet em̄ dominicū paſtorē & ſacerdotē moribus & uita clareſcere, quaten⁹ in eo tanq̄ in lucis ſuę ſpeculo plebs ſibi cōmiſſa, & eligere quid ſequatur, & uidere poſſit quod corrigat. *Idem lib. 20. Mora.*

Talis debet eſſe diſpenſatio regiminis, ut is qui præeſt ea ſe circa ſubditos mēſura moderetur, quatenus arridens timeri debeat, & iratus amari: ut eū ne nimia lætitia uilē reddat, aut immoderata ſeueritas odioſum. *Ibidem.*

Miſcenda eſt lenitas ſeueritati, faciēdo quoddam ex utroq; temperamentū, ut neq; multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neq; nimia benignitate ſoluantur. Hoc nimirū illa tabernaculi arca ſignificat, in qua cū tabulis uirga ſimul & manna erat, quia ſcripturæ ſacræ ſcientia in boni rectoris ſit pectore, ſit uirga diſcretionis, ſit manna dulcedinis. *Ibidem.*

Hinc Dauid ait: Virga tua & baculus tuus &c. Virga enim percutimur, & baculo ſuſtentamur. Sit ergo diſcretio uirgæ quæ ferat, ſit & conſolatio baculi quæ ſuſtentet.

Idem ſuper Ezechielem. Homilia 2.

Quiſquis populi ſpeculator ponitur, in alto debet ſtare per uitā, ut poſſit prodeſſe per prouidentiam. *Idem ſuper illud: Si dicente me ad ipſum.*

Vbi ſubiectus ex ſua culpa moritur, ibi is qui præeſt (quoniā tacuit) reus mortis tenetur.

Idem in Paſtorali.

Tunc fuit laudabile epiſcopatū quærere, quando hunc qñcunq; dubiū non erat, ad ſupplicia perue

peruenire, *Idem in regiſtro.*

Deiecisti eos cum alleuarentur, cũ alleuaẽ deijcitur qui honoribus proficit, & morib. cadit,

Idem Homilia 7. ſuper illud: Dignus eſt operarius mercede ſua.

Quid nos o paſtores agimus, quando mercedem cõſequimur, & tamen operarij nequaquã ſumus? Fructus quippe ſanctę eccleſię in ſtipendio quotidiano percipimus, ſed tamen pro æterna eccleſia minime in prædicatione laboramus. Penſemus cuius damnationis ſit ſine labore hic percipere mercedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium uiuimus, ſed quid pro animabus fidelium laboramus? Illa in noſtrum ſtipendium ſumimus, quæ pro redimẽdis peccatis ſuis fideles obtulerunt, nec tamẽ contra peccata eadem uel orationis ſtudio, uel prædicationis (ut dignum eſt) inſudamus.

Idem in Homilia.

Ille præ cæteris deum uidere ſublime merentur, qui fidelibus gregibus præeſſe ſolicite ſciũt: & dum ipſi pie ſuper gregem uigilant, diuina ſemper gratia largius coruſcant.

Idem lib 2. Moralium.

Cum maiores uoluptati deſeruiunt, minoribus laſciuiæ frena laxantur, & tanto licẽtius hoſtis ad feriendum occupat quantum hi qui proculpis intercedere poterant, uoluptati uacant.

Idem lib. 21. Moralium.

Cũ igit is qui ſubeſt ſeruiat ad obſequiũ, reſtat procul dubio ut is qui præeſt ſeruiat ad uerbũ, & cũ is qui ſubeſt uitijs obtemperat, oportet ut is qui præeſt, curam ſolicitudinis impendat.

Idem lib. 24. Moralium.

Male ſe rectum putat, qui regulã ſummæ rectitudinis ignorat. Non debet hominũ ducatũ ſuſcipere, qui neſcit homines bene uiuendo prę ire: ne qui ad hoc eligitur ut aliorũ culpas corrigat, quæ reſecare debuit ipſe committat.

Idem lib. 26. Moralium.

Subtiliſſima ars uiuendi eſt culmen tenere, gloriam reprimere, eſſe quidem in potẽtia, ſed potentem ſe eſſe neſcire: ad largiendũ dona potentem ſe agnoſcere, ad rependenda noxia omne quod potenter ualet, ignorare.

Idem lib. 1. Dialogorum.

Vſus rectæ conuerſationis eſt, ut præeſſe nõ audeat, qui ſubeſſe non didicit, nec obedientiam ſubiectis imperet, quam prælatus non nouit.

Idem in Paſtorali.

Ab imperitis paſtorale magiſterium quanta temeritate ſuſcipitur cum ſit ars artium, regimen animarum, hoc eſt magiſterium diſciplinæ, ut culpis diſcrete nouerit parcere, & pie reſecare,

Ibidem.

Nequaquã ualet in culmine humilitatem diſcere, qui in imis poſitus non deſinit ſuperbire. nec ſcit laudem cũ ſupperit, fugere, qui ad hanc didicit cum deeſſet anhelare. *Ibidem.*

Tantũ debet populi actionem actio tranſcẽdere præſulis, quantũ diſtare ſolet à grege uita paſtoris. *Ibidem.*

Si dilectionis teſtimoniũ eſt cura paſtoralis, quiſquis uirtutibus pollens gregẽ dei renuit paſcere, ſummũ paſtorẽ conuincitur nõ amare.

Idem in 9. Regiſtri.

Peruenit ad nos quoſdã epiſcoporũ ſub prætextu ſolatij in una domo cum mulieribus conuerſari. Sed ne per hoc ſubſannatoribus iuſta obterectationis detur occaſio, aut per facilẽ inimicus materiã detrectationis aſſumat, hęc compeſcas, nec cohabitare patieris, exceptis his ąe ſacra canonũ cenſura permittit, ſcilicet matre, amita & germana. Melius tamen faciunt, ſi etiã à taliũ cohabitatione omnino cõtineant, exemplo B. Auguſtini dicẽtis: Quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt.

Idem in Paſtorali, & habetur diſt. 43. cap. Sit rector.

Sit rector diſcretus in ſilẽtio, utilis in uerbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeat Nam ſicut incauta locutio in errorem protrahit, ita indiſcretum ſilentiũ eos qui exaudiri poterant, in errore relinquit.

Bernardus de conſideratione lib 4.

Diſcant à te coepiſcopi tui comatos pueros, & comptos adoleſcẽtes ſecũ non habere, certe inter mitratos diſcurrere calamiſtratos nõ decet.

Dantes Floren. inferni Cant. 19.

Es ſe non fuſſe chancor lo mi uieta
La reuerenza de le ſumme chlaui,
Che tu teneſti ne la uita lieta,
Io uſerei parolle anchor piu graui,
Che la uoſtra auaritia il mundo attriſta,
Calcando i buoni, e ſolleuando i praui.
Di uoi paſtor ſalurſe il uangeliſta
Quando collei che ſiede ſoura lacque.
Put taoeggiar coi regi alui ſuuiſta,
Quella, che colle ſette teſte nacque,
E dale diere corna hebbe argomento,
Ein che uirtute al ſuo marito piacque.
Fato uha uete idio doro e dargento.
E che altro da uoi allidolatre,
Se non chelli uno, e uoi nhorate cento?
Ai Conſtanain di quanto mal fu matre,
Non la tua conuerſion. ma quella dote,
Che date preſe il primo richo patre! *Idem.*
Et ſi non adhuc mihi prohiberet
Reuerentia clauium maximarum,
Quas tenuiſti in uita prius læta,
Vterer ego uerbis grauioribus.
Nam noſtra auaritia qua triſtatur mundus,
Deprimens bonos, ſurſum tollit prauos.
Vos o paſtores notauit Euangeliſta
Cum ea quæ ſedet ſuper aquas,
Cum qua ſunt fornicati reges terræ.
Illa, quæ cum ſeptem nata eſt capitibus.
Et ab ea decem cornua ſumpſerunt argumentum,
Quouſq; uirtus ſuo marito placuit.
Feciſtis uobis Deum ex auro & argento.
Et quid diſtat inter uos & idololatras?
Niſi quod is unus eſt, & uos colitis centum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ha Conſtantine quanti mali fuit mater,
Non tua conuerſio:ſed illa dos,
Quam à te ſumpſit primus diues pater.
Idem Florent·paradiſi·Cant·11.
Penſa hora mai qual ſu collui, che degno
Collega fu a mantener la barca
Di Pietro in alto mar:per dricto ſegno.
Et queſto fu el noſtro Patriarcha:
Per che qual ſegue lui,come comanda,
Diſcerner proche buona merce carca.
Mal ſuo peculio di noua uiuanda
E ſacto giotto,ſi cheſſer non puote.
Che per diuerſi ſalti non ſi ſpanda.
E quanto leſue pecore rimote
Euagabunde piu da eſſo uanno,
Piu tornano aloui di lacte uote.
Benſon de quelle che temenno il damno
Et ſtrigon ſi al paſtor,maſon chi poche,
Che le cappe forniſſe puocho panno. id eſt,
Cogita iam qualis fuit ille,qui dignus
Collega fuit ad conſeruandam nauem
Petri in alto mari, per rectum ſignum.
Et hic fuit noſter patriarcha:
Quoniam qui ſequitur eum,ut ipſe præcipit,
Diſcernere poteſt qui bonas uehit merces.
Sed ſuum peculium nouarum dapium
Guloſum factum eſt,ut eſſe non poſſit,
Quin per diuerſos ſaltus non ſpargatur.
Et quanto oues eius remotiores
Et uagabunde magis ad eum eunt,
Magis reuertuntur ad ouile ſuum uacuæ lactæ.
Earum quædam ſunt quæ timent damnum,
Et paſtori adhærent,ſed ſunt tam paucæ,
Quorum cappas complet paruus pannus.
Idem Floren·paradiſi cant·21.
In quel loco fuio Pier Damiano,
Et Piero pectinar fui nella caſa
Di noſtra donna in ſul lito Adriano,
Puocauita mortal mera rimaſa,
Quando fui chieſto e tratto a quel capello
Che pur di mal in peggio ſi trauaſa,
Venne Cephas,e uenne il gran uaſcello
De loſpirito ſancto,macri e ſcalzi,
Prendendo il cibo de qualunch hoſtello.
Or uogion quinci e quindi, chi rincalzi
Li moderni paſtori,e chi li meni:
Tanco ſon gnaui,e chi direto gli alzi.
Compran di manti loro i para freni,
Si che duæ beſtiæ uan ſottuna pelle,
O patientia,che tanto ſoſteni? id eſt.
In eo loco fui ego Petrus Damianus,
Et Petrus piſcator fuit in domo
Noſtræ dominæ in littore Adriatico,
Exigua uita mortalis mihi remanſit,
Quando fui petitus & emiſſus,& ille pileus
Qui tandem e malo in peius tranſmutatur.
Venerat Cephas,& uenit grande uaſculum
Spiritusſancti, macri & nudi pedibus,
Capientes cibum ex quocunch hoſtiolo.
Iam uolunt hinc & inde,qui pedes præparēt
Moderni paſtores,& qui ſe ducant
Tam graues ſunt,& qui poſt ſeſe tollant.
Tegunt mantelijs equos arbicantes,
Sic ut duæ beſtiæ ſub pelle uadunt una.
O patientia quæ tam multum ſuſtines.
Idem Floren·paradiſi cant·27.
Quelli chuſurpa in terra il luoco mio,
Il luoco mio,il luoco mio che uaca
Nella præſenza del figliuol de dio.
Fatto ga de cimiterio mio cloaca
Del ſangue edi la puzza:ondel peruerſo
Chi cade di quaſſu,la giu ſi placa. id eſt,
Qui uſurpant in terra locum meum,
Locum meum inc̃p̃,locum meum, qui uacat
In præſentia filij dei.
Fecit ex cœmiterio meo cloacam
Sanguinis & fetoris,unde peruerſus
Qui hinc cecidit,iſtic placatur.
Ibidem.
In ueſte di paſtor lupi rapaci
Si uegdiondi qua ſuper tutti paſchi.
O diffeſa di dio per che pur giaci? id eſt,
In ueſte paſtorali lupi rapaces
Videntur hinc per cuncta paſcua,
O defenſio dei cur adhuc iaces?

Præmium græce πρεσβῖον, ν. dicitur. Eſt autem pr̃emium id quod redditur alicui in bonū eius, ſecundum b.Tho 3.ſent.di.29.q.4.

Præmium & pretium ſic differre uidētur, ꝙ præmiū duntaxat pro recte factis datur. Pretium uero non modo pro recte factis, ſed etiam ꝙ male geſtis. Salu. Vicit tamen in ſenatu parſimonia, quæ uero pretium aut gratiam anteferebat. Teren. Ego pretium obſtultitiam fero. Proprie tamen pretium eſt quod re empta datur. Teren. Pretiū ſperans ilico produxit ac uendidit. Hinc pretioſum charum & magni pretij & appretio, æſtimo pretium impono.

Præmium ut quidā uolunt, dicitur quaſi p̃uium, quia primo præponitur quod dandū eſt uictori, deinde certā, lea & pretium, q̃ū preitium à preeundo, licet breuiet primā, quoniā primo ſoluit̄ pecunia, deinde, res empta apprehēditur.

Presbyter græca dictio eſt, nam πρεσβύτερος, ν. ſenior dicitur.

Presbytera dicitur uidua, qa presbyter idem eſt quod ſenior, ex b.Tho.4.ſen.di.25.q.2.ar.1.

Præſcriptio eſt quoddam ius tempori congruens authoritate legum uim capiens, pœnam negligētibus inferens, & litibus finē imponens. Differunt aūt præſcriptio & uſucapio, quia uſucapio eſt in rebus mobilibus & ſe mouentibus, p̃ſcriptio uero in immobilibus & iuribus incorporalibus, & habet inſt. de uſu, & Ion. tem. præ.

Præſens græce παρων, οντος, ὁ. & παρουσία, ας, ἡ. preſentia dicitur. Eſt aūt præſens proprie illud cuius eſt ſentia præſentatur ſenſui uel intellectui, ſecundum b.Tho. 1.parte q.8.ar.3. Præſens nonnunquàm ſignificat fauentem. Virg. Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos. Item dicitur præſentaneum uenenum, & preſentiſſimum, quod ſtatim interficit. A præſens fiunt duo aduerbia

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inpræſentia & inpræſentiarum, quæ ſignificant præſenti tempore.

Præſtigium eſt diuinatio p dæmones ingerentes ſe uiſui uel auditui hominum a prſtringendis oculis dictum, ex b. Tho. 2.2.q.95.art.3.

PRæſumptio græce τολμημα, ατος. ν. uel τολμα, ας. ἡ dicitur. Eſt autem præſumptio aliquando in bono, quaſi præ alīs ſumptio, & nonnunquam in malo, ſecundum b. Tho 2.2.q.21.ar.2.

Præſumptio in malo dicitur immoderatio ſpei dupliciter, ſupra uires proprias, uel contra iuſtitiā dei. Prima opponitur magnanimitati. Secūda uero eſt ſpecies blaſphemiæ in ſpiritū ſanctum. Prima oritur ex inani gloria. Secūda ex ſuperbia. *Eccleſiaſtici capite 8.*

Cum audacem eas in deſertum, qm̄ quaſi nihil eſt ante illum ſanguis, & ubi non eſt adiutorium elidet te. *Ibidem ca. 9.*

Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus, & temerarius in uerbo ſuo odibilis erit.

Auguſt. Solilo. libro 7. & habetur 2.q.7.cap. Præſumunt.

Præſumunt prælati non debere ſe reprehendi uel accuſari, pro eo q̄d canones non eos paſſim conſtituunt accuſandos, quod tantum negatur ſolis criminoſis, cum de reprehendendo ueritas ipſa cōſtituat: Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, &c.

Idem de baptiſmo contra Donatum libro 2.

Aliter aliquid ſapere cp̄ res ſe habet, humana tenta tio eſt. Nimis autem amando ſententiam ſuam, uel inuidendo melioribus uſq; ad præcidendæ communionis, & condendi ſchiſmatis uel hæreſis ſacrilegium peruenire, diabolica pr̄ ſumptio. In nullo autē aliter ſapere cp̄ res ſe habet, angelica perfectio eſt. Vita itaq; homines ſumus, ſed ſpe angeli ſumus, q̄bus æquales in reſurrectione futuri ſumus. Quandiu ergo nō habemus perfectionem angeli, non habeamus pr̄ ſumptionem diaboli.

Idem de uerbis domini c. 14.

Multos impedit à firmitate pr̄ſumptio firmitatis. Nemo erit à deo firmus, niſi qui ſe à ſeipſo ſentit infirmum.

Idem ſuper illud Eccl. 7. Non te iuſtifices ante deum quoniam agnitor cordis eſt.

Nulla præſumptio pernicioſior, cp̄ de propria iuſtitia aut ſciētia ſuperbire. *Gre. lib. 6. Moral.*

Quātalibet doctrina mens polleat, grauis imperitia eſt uelle docere ſapientiorem. Immenſa em̄ præſumptio à ſeniore ſibi reuerentiā exigere, ſilentium imperare meliori. *Ibidem.*

Omni culpa grauius de cōmiſſo uitio ſuperbire. Nam cp̄uis de uirtute naſci elatio ſoleat, nonnunq̄ tamen ſtulta mens de perpetrata nequitia, ſe exaltat. *Idem libro 25. Moralium.*

Lumē intelligentiæ humilitas aperit, ſuperbia abſcondit. Nam ſecretum quoddā pietatis eſt, & tanto minus animus ad id puenit quanto magis intumeſcit, q̄a eo ipſo foras repellitur quominus inflatur. *idem libro 28. Moralium*

Quia prima ſtultitia angeli elatio cordis fuit, uera ſapientia hominis efficitur humilitas ſuæ æſtimationis, quam quiſq; uel magna ſapiendo deſerit, eo ipſo uehementer deſipit quo ſemetipſum neſcit. *Ibidem.*

In p̄cipitium pedem porrigit q̄ menſurarum ſuarum limitem non attendit. Et plerunq; amittit q̄d poterat, qui audacter ea ad quæ pertingere non ualet, arripere feſtinat. *Ibidem.*

Pia conditoris diſpenſatione agitur, ut de ſe confidens anima diſpenſatoria tentatione pulſetur: quatenus infirmata quid ſit inueniat, & p̄ ſumptionis propriæ faſtum deponat.

Idem ſuper Ezechielem homilia 9.

Iuſti nunq̄ ſua bona detegunt, niſi eos aut proximorum utilitas, aut nimia cogat neceſſitas, ut Iob qui inter flagella per humanæ increpationis uerba depreſſus, dum mentem ſuam ad deſperationis foueam conſpexit impelli, bona ſua enumerat dicens: Oculus fui cæcorū &c. Quia iam cadere poterat, niſi ad memoriam ſua bene facta reuocaſſet.

Gregorius libro 23. Moralium.

Humiles cælum petunt, dum ſe in terrā deiiciunt. Superbi infima petunt, dum deſpiciendo cæteros quaſi altioribus extolluntur. Iſti dum ſe deſpiciunt, cæleſtibus iunguntur. Illi dum ſe erigunt à ſuperioribus diuiduntur. Atq; (utrūa dixerim) illi ſe eleuantes deprimunt, iſti eleuantur deprimentes.

Bernardus de 12. gradibus humilitatis.

Præſumptuoſus primus in cōuentibus reſidet, in conſiliis primus reſpondet, non uocatus accedit, non miſſus ſe intromittit, reordinat ordinata, reſicit facta, quicquid ipſe non fecit aut ordinauit, nec rectum factum, nec pulchre æſtimat ordinatū, iudicat iudicātes, p̄iudicat iudicaturos: ſi cum tēpus aduenerit, & non p̄moueat ad prioratum ſiue in abbatē, aut inuidum iudicat aut deceptum. *Ibidem.*

Quomodo pr̄ſumptuoſus culpam ſuam cōfitebitur, q̄ ſi nec eſſe putat, nec putari culpabilis patitur? propterea cum culpa ei imputatur, creſcit non amputatur. *Ibidem.*

O ſuperba pr̄ſumptio, præſumptuoſa ſuperbia, quæ nō ſolum angelos deo uoluit adæquare, ſed hoies præſumpſit deificare. Porro quos erexit depreſſit, & quos exaltauit humiliauit. Hæc turrim euertit, linguam confudit, Goliam proſtrauit, Aman ſuſpendit.

Iſidorus Soliloquio. lib. 2. cap. 13.

Alios ſuperbia non excedas, elationis penas non erigas.

Leo papa, & ha. de conſe. di. 4 c. Si nulla. q. Non.

Non temeritas interuenit præſumptionis, ubi eſt diligentia pietatis.

Caſſio. ſup Pſal Et non deficit de plateis eius.

Omne malum execrabilius redditur, quando publica præſumptione tractatur.

Vegetius de re militari lib. 3.

Imperita ruſticitas plura promittit, & credit ſe ſcire

ſe ſcire quæ neſcit.

Cicero Rethoricorum nouorum libro 4.

Aut qui priuatus intolerabili ſupbia fuerit, eum cõmodum & ſe cognoſcentẽ uidere in poteſtate quis poterit? *Valerius Max. libro nono.*

Temeritatis ſubditi & uehementes ſunt impetus quibus hominum mentes concuſſe, nec ſua pericula reſpicere, nec aliena facta iuſta æſtimatione proſequi ualent. *Menander.*

ἀνὴρ ἄβουλος, εἰς κενὸν μοχθεῖ τρέχων. *id eſt.*

Vir temerarius in uanum laborat currens. *Idem.*

ἀβουλία γὰρ πολλὰ βλάπτει τοὺς βροτούς. *id eſt,*

Temeritate enim multum læduntur mortales. *Idem.*

ἀνὴρ ἄβουλος ἡδοναῖς θηρεύεται. *id eſt,*

Vir temerarius uoluptatibus uenatur. *Idem.*

πρόνοια πολλοῖς ἐστιν ἀντὶ πλούτου κακῶν. *id eſt,*

Temeritas multis eſt cauſa malorum.

Plautus in Pſeudulo.

Sine pennis uolare haud facile eſt.

Virgilius Bucolicorum Egloga 3.

Non bene ripæ creditur.

Ouidius de Ponto lib. 4. Eleg. 11.

Sed neq; prudentem ſolari ſtultior auſim,
Verbaq; doctorum nota referre tibi.

Idem de Arte amandi lib. 3.

Odimus immodicos (experto credite) faſtus.
Sæpe tacens odij ſemina uultus habet.

Catullus Elegia 3.

Atqui nec diuis homines componier æquum eſt.

Iuuenalis Satyra 5.

Maxima quæq; domus ſeruis eſt plena ſuperbis.

Dantes Florentinus paradiſi Cant. 2.

Tornati a riueder li noſtri liti,
Non uiſdate in pelago, che forſe
Perdendo me, rimaneſti ſmarriti. *id eſt,*
Reuertimini ad reuidenda ueſtra littora,
Nolite uos credere pelago, nam forſan
Perdentes me remaneretis deuij.

Franciſcus Petrar. Soneto 270.

Ad ader ua chi tropo ſale, *id eſt,*
Ad caſum tendit, qui aſcendit nimium

Idem Can. 19. Stantia 3.

A me pur pare,
Senno a non comiuciar tropalte impreſe. *id eſt,*
Mihi uidetur,
Sapere non incipere nimis ardua negocia.

De hac materia habes ſupra ubi Audacia, & infra ubi Superbia.

PRIMITIA græce κατάρχμα ατος τὸ & καταρχὴ ἡ ſolluo dicit. Eſt autẽ primitia pars prima frugum domino offerenda, ſecundum Alexan in 3. parte Sum. Eſt & primitiuũ, q̃d primitiũ in aliqua re & principale eſt. Ouid. Ecce rapit mediis flagrantem Rhetus ab aris Primitium torrem.

PRINCEPS græce ἄρχος ου. ὁ. & ἀρχή. ῆς. ἡ. princi patus dicit. Princeps aliquando primum ſignificat, & eſt adiectiuũ. Macrob. Qui gradus inter eos princeps habebatur. Aliquando optimatẽ. Vnde ciuitas principes dicimus, qui rem publicam adminiſtrant. Interdum dominum, ut Auguſtinus princeps, Nero prīceps. A quo principatus, hoc eſt imperium.

Princeps dicitur quaſi primum caput. A quo principium & principa e & principatum.

Principium eſt id à q̃d aliquid procedit quocunq; modo, & econuerſo, ſecundum b. Tho. prima parte quæſt. 33. articu. 1.

Principium ſumitur à prioritate, ſed nõ ſignificat eam, ſecundum eundem ibidem.

Principiũ eſt conſtitutum in eſſe per principium. Ideo non conuenit lineę reſpectu puncti, nec motui reſpectu termini à quo, ex b. Tho. 3. ſent. diſt. quæſt. 1. arti. 1.

Deuteronomi cap. 16.

Iudices & magiſtratus conſtituesin omnibꝰ portis tuis, ut iudicent populum recto iudicio, nec in alteram partem declinent.

Sapientiæ cap. 6.

Audite ergo reges & intelligite. Diſcite iudices finium terræ, præbete aures uos qui continetis multitudines, & placetis uobis in turbis nationũ. Quoniam data eſt à domino poteſtas uobis, & uirtus ab altiſſimo qui interrogabit opera ueſtra, & cogitationes ſcrutabit. Quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius non recte iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neq; ſecundum uoluntatẽ dei ambulaſtis, Horrende & cito apparebit uobis, qm̃ iudiciũ duriſſimũ in his qui præſunt fiet. Exiguo enim cõceditur miſericordia: Potentes aũt potẽter tormẽta patientur. Non enim ſubtrahet perſonã cuiuscꝫ deus, nec uerebitur magnitudinem cuiuſquã, quoniam puſillum & magnum ipſe facit, & æqualiter ẽ illi cura de omnibus. Fortioribus autem fortior inſtat crutiatio. Ad uos ergo reges ſunt hi ſermones mei, ut diſcatis ſapientiam, & ne excidatis. Qui enim cuſtodierint iuſtitiã, iuſte iudicabuntur, & qui didicerint iuſta inuenient quid reſpondeant. *Ibidem.*

Vere rex ſapiens populi ſtabilimentum eſt.

Ibidem.

Si delectamini in ſedibus & ſceptris o reges populi, diligite ſapientiam.

Prouerbiorum cap. 7.

Leo rugiens & urſus eſuriens princeps impius ſuper populum pauperẽ. Dux indigens prudentia multos opprimit per calumniam.

Ibidem cap. 31.

Noli regibus dare uinum, quia nullum ſecretum ubi regnat ebrietas. Ne forte bibant, & obliuiſcantur iudiciorũ, & mutẽt cauſas pauperis.

Eccleſiaſtici cap. 10.

Diligite lumen ſapientiæ omnes qui præeſtis populis. *Ibidem.*

Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabilis erit.

Ibidem.

Rex inſipiens perdet populum ſuum, & ciuitates inhabitabuntur per ſenſum prudentium.

Ibidem.

Qualis eſt rector ciuitatis, tales habitatores inea. *Ibidem.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Omnis potentatus breuis uita. *Ibidem.*

Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias & cõtumelias & diuerſos dolos *Ibidem.*

Væ terræ cuius rex puer eſt, & cuius principes mane comedunt.

Paulus ad Romanos cap. 12.

Vere enim qui præeſt, eſt in ſolicitudine.

Ibidem cap. 13.

Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. *Auguſt. de ciui. dei libro 2. cap. 20.*

Rex cum eſt iniuſtus, tyrannus eſt.

Idem 4. de ciuitate dei, cap. 4.

Malus enim ſi regnat, ſeruus eſt tot dominorum quot uitiorum. *Idem in epiſt. 32.*

Rex ſeruit deo leges iuſtas præcipiendo, & cõtrarias abrogando.

Idem libro 5. de ciuitate dei, cap. 24.

Neq; nos Chriſtianos quondã imperatore ideo fœlices dicimus, qa uel diutius imperarũt. uel imperantes filios morte placida reliquerũt, uel hoſtes reipublicæ domuerunt, uel inimicos ciues contra ſe inſurgentes & cauere & opprimere potuerũt. Hæc enim & alia huiuſmodi ærumnoſæ uitæ uel munera uel ſolatia qdã etiã cultores dæmoniũ accipere meruerunt, qui nõ pertinent ad regnũ dei, quo pertinẽt iſti: & hoc de miſericordia ſcilicet factũ eſt, ne ab eis qui in eum crediderũt, hæc tanq; ſumma bona deſiderentur. Sed fœlices eos dicimꝰ, ſi iuſta imperãt. Si inter linguas ſe ſublimiter honorantiũ, & nimis honorabiliter ſalutantiũ, & ſibi nimis humiliter obſequentiũ non extollantur, ſi ſe homines eſſe meminerint. Si poteſtatẽ ſuã ad dei cultum dilatandum maieſtatiſq; eius famulari faciunt. Si deum timent, diligunt, & colunt. Si plus amant regnum illud, ubi non timent habere conſortes. Si tardius uindicant, facile ignoſcunt. Si eãdem uindictam pro neceſſitate regẽdæ tuendæq; reipublicæ, non pro ſaturandis inimiciarum odijs, exercent. Si eandem ueniam nõ ad impunitatẽ iniquitatũ, ſed ad ſpẽ correctionis indulgent. Si quod aſpere cogunt plerũq; decernere, miſericordiæ lenitate, & bñficiorum largitate cõpenſant. Si luxuria in eis tãto caſtigatior, quanto poteſt eſſe liberior: & ſi hæc oĩa faciant nõ propter fauorem inanis gloriæ, ſed propter charitatẽ fœlicitatis æternæ. Si propter peccata ſua humilitatis, & miſerationis, & orationis ſacrificium deo uero immolare non negligunt, tales Chriſtianos imperatores, dicimus eſſe fœlices interim ſpe, poſtea reipſa futuros, cum id quod expectamus aduenerit.

Idem 15. de ciuita. Dei cap. 8.

Non terrena poteſtas uult eſſe uictrix gentiũ, cum ſit captiua uitiorum.

Idem contra Fauſtum cap. 32.

Autoritas belli eſt penes principem. Miniſterium exequendi eſt penes milites.

Idem libro 3. ad Chryſoſt.

In hoc ſeruiunt reges Deo, ſi in regno ſuo bona iubeãt, mala prohibeant, non ſolũ quæ pertinent ad ſocietatem humanam, ſed quæ ad religionem diuinam.

Ambroſius ſuper illud Pſalmi, Anima mea in manibus.

Quicunq; propriũ corpus ſubegerit, nec eius paſſionibꝰ turbari animã ſuã rector ſui cõgrua uiuacitate permiſerit, is bene regia quadã potestate ſe cohibens, rex dicitur quod regere ſe nouerit, & arbitrer ſui iuris ſit, nec captiuus trahatur in culpã, nec præceps feratur in uitium.

Gregor. ſup Iob 35. Deus potentem non abijcit.

Magna eſt potentia tẽporalis, quæ apud Deũ meritũ ſuum habet de bona adminiſtratiõe regiminis. Nõnunq; tamẽ eoipſo quod pẽminet cæteris, elatione cogitationis intumeſcit: & dũ foris immenſo fauore circundat, intus ueritate uacuat: atq; oblitus ſui, in uoces ſe ſpargit alienas: talemq; ſe credit, qualẽ foris audit, nõ quidem intus diſcernere debuit. Subiectos decipit, eoſq; æquales ſibi naturæ ordine non agnoſcit. Cunctis ſe æſtimat amplius ſapere, quibus ſe uidet amplus poſſe. *Ibidem.*

Bona namq; eſt ordine ſuo potẽtia, ſed cauta regentis indiget uita.

Idem ſuper illud Iob 38 Ipſe enim regnare facit hypocritam, propter peccata &c.

Qui talem patitur rectorẽ, deum nõ accuſet, quia nimirum ſui fuit meriti, peruerſi rectoris ſubiacere ditioni, Culpã igitur magis accuſet operis, q; iniuſtitiam gubernantis: Dabo inquit regem tibi in furore meo.

Gregorius Moral. 17. ſuper illud Iob. 26. Gigantes gemunt ſub aquis.

Nomine gigantum potentes huius ſeculi ſignificantur, aquæ uero populi ſunt.

Moralium 11. ſuper illud Iob, Effundit deſpectiones ſuper principes.

Principes dicuntur qui principantur cogitationibus.

Ibidem ſuper Balthæum regum diſſoluit.

Qui membrorũ ſuorũ motus bene regereſciunt, merito reges dicuntur. *Idem Moralium 20.*

Princeps em̃ nõ debet dñare, ſed ratio. *Ibidẽ.*

Sæpe à diſciplinæ metu reſoluimus ſubditos, ſi noſtro regimini hilaritatis frena relaxamus, quia dum nos quaſi licenter lætos aſpiciunt, audacius ipſi ad illicita reſoluuntur.

Idem libro 46. Moraliũ ſuper illud Iob, Regẽs in ſolio collocat in perpetuum.

Bene ſancti uiri ſcripturæ ſacræ teſtimonio reges uocantur, quia prælati cunctis motibus carnis, motu luxuriæ appetitũ infrenãt, modo gloriam inclinant, modo ſuggeſtiones liuoris obruunt, modo ignẽ furoris extinguunt. Reges ergo ſunt, quia tentationũ ſuarũ motibus non cõſentiendo ſuccumbere, ſed regendo præeſſe nouerunt. *Idem 26 Moralium.*

Summus locus bene regitur, cum is qui præeſt, uitijs potius q; fratribus dominatur.

Gregorius ſuper illud Iob 3. Cum regibus & conſulibus terræ.

Reges

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Reges qui ſua corpora bene regere ſciunt, qui deſideriorum motus in ſe temperant, ſubiectas cogitationes lege uirtutis regulant. Reges quia ſibiipſis præſident, & ſe regere ſciunt. Ideo beata terra cuius rex nobilis eſt, & uæ terræ cuius rex puer eſt.

Idem in Paſto lib 2. ſup il. Pro. 16. Melior eſt qui dominatur animo ſuo expugnatore urbium.

Ille enim uincit & expugnat exteriora, hic regit & ordinat ſua interiora.

Idem 1. Regiſtri.

Neceſſe eſt ut oĩ es culpas & negligentia a ſibi imputet, qui miniſterium uirtutis infirmo cõmiſit. *Ibidem.*

Quæ poteſt eſſe paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit & paſtor neſcit. *Idem in Paſtorali.*

Sæpe ſuſcepta cura regiminis, cor per diuerſa diuerberat. Et impar quiſq; inuenitur ad ſingula, dum confuſa mente diuiditur ad multa.

Ibidem.

Caput quippe ſubiectoꝝ ſunt cuncti qui p̃ſunt, Et ut recta pedes ualeant itinera carpere, hic procul dubio caput ex alto prouidet, ne à peruectus ſui itinere pes torqueat, cũ curuata corporis rectitudine caput ſeſe ad terram declinat.

Ioan. Chry. ſuper il. Mat. 10. Sicut oues in medio luporum. Homilia 32.

Quid ouis in medio luporũ? Quid columba in medio accipitrum &c. Impius enim princeps ſiue dominus eſt, ut leo rugiens & urſus eſuriẽs ſuper populum pauperem.

Bernardus ad Eugenium lib. 1.

Simia in bancho, rex fatuus in ſolio.

Iſidorus de ſummo bono lib. 3.

Reges à recte agendo uocati ſunt. Ideoq; recte faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Recte ergo illi reges uocãtur, qui tam in ſemetipſos, q̃ in ſubditos bene regendo modificare nouerunt.

Boetius de conſolat. philoſo. lib. 3.

Sententia Platonis eſt beatas fore reſpublicas, ſi eas uel ſtudioſi ſapientiæ regerent, uel earum rectores ſtudere ſapientiæ contigiſſet.

Idem de Conſolatione lib. 2.

Quæ eſt hæc poteſtas, quæ ſolicitudinũ morſus formidinumq; aculeos uitare nequit? uellẽt enim ipſi ſecuri uiuere, ſed nequeunt. An potẽtem cenſes quem uides uelle quod nõ poteſt effi cere, qui ſatellite latus ambit, qui quos tenet ipſe plus metuit, qui ut potẽs eſſe uideatur in manu ſeruientium ſitus eſt?

Seneca lib. 1. de Clementia cap. 3.

Principum crudelitas bellũ eſt, clemẽtia in quamcunq; domũ peruenerit eam fœlicem & tranquillam parabit, ſed in rege q̃ rarior eo mirabilior, Magni animi proprium eſt placidũ eſſe tranquillumq;, ac iniurias & offenſas ſupando deſpicere. Muliebre enim eſt furere. Ira non decet regem. *Ibidem cap. 4.*

Quod ſi diĳ placabiles & æqui delicta potentium non ſtatim fulminibus proſequuntur, q̃to æquius eſt hominem hominibus prępoſitum miti animo exercere imperium.

Ibidem lib. 5. ca. 4.

Optime deos exemplum principibus conſtitam, ut ſe tales ciuibus prębeant, quales ſibi deos eſſe uolunt. *Idem ad Neronem.*

Inexpugnabile munimentum amor ciuium. Quid pulchrius q̃ uiuere optantibus cunctis? Quis huic audeat ſtruere aliquod periculum, ſub quo iuſtitia, pax, ſecuritas, dignitas floret, ſub quo opulenta ciuitas copia bonorum oĩm abundat? *Idem epiſtola 34.*

Si uis tibi omnia ſubiicere, ſub ĳce te rationi. Multos reges ſi te ratio regat.

Idem epiſtola 96.

Animꝰ noſter modo eſt rex, modo tyrãnus. Rex eſt cũ honeſta intuet, ſalutem cõmiſſi corporis curat, & nihil illi imperat turpe, nihil ſordidũ. Vbi uero corpus impotẽs, & delicatum, tranſit in nomen deteſtabile, & fit tyrannus.

Seneca Tragœdia 2.

Reges non faciunt opes.
Non ueſtit Tyriæ color,
Non frontis nota regiæ,
Non auro nitidæ trabes.
Rex eſt qui poſuit metus
Et diri mala pectoris:
Quem non ambitio impotens,
Et nunquam ſtabilis fauor,
Vulgi præcipitis mouet.
Quem non lancea militis,
Non ſtrictus domuit chalybs.
Qui tuto poſitus loco,
Infra ſe uidet omnia:
Occurritq; ſuo libens fato,
Nec quęritur mori.
Reges conueniat licet. *Ibidem.*
Rex eſt qui metuit nihil, hoc regnũ ſibi quiſq; dat. *ibid.*
Non capit regnum duos. *Ibidem.*
Habere regnum caſus eſt, uirtus dare. *Idem trag. 3.*
Qui uult regnare languida regnet manu. *Idem Tra. 4.*
Fraus ſublimi regnat in aula. *Idem Trag. 5.*
Quiſquamne regno gaudet?
O fallax bonũ quantum malorũ fronte q̃ blanda tegis? *Ibidem.*
Dubia pro certis ſolent timere reges. *idem Tra. 6*
-Quoquo fortuna altius
Euexit ac leuauit humanas opes:
Hoc ſe magis ſupprimere fœlicem decet,
Variosq; caſus tremere. *idem Trag. 7.*
Aequũ atq; iniquũ regis imperium ſeras. *Ibidem.*
-Hoc reges habent
Magnificum, & ingens nulla quod rapit dies,
Prodeſſe miſeris, ſupplices fido lare
Protegere. *Ibidem.*
Grauis ira regum eſt ſemper. *idem in Tra. 8.*
Nec regna ſocium ferre nec tedæ ſciunt. *Ibidem.*
Regnorum magnis fallax
Fortuna bonis, in præcipiti
Dubioq; nitis excelſo loco.
Nunquam placida ſceptra quietem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Certum ne tenuere diem,
Alia ex aliis cura fatigat,
Vexatq; animos noua tempestas:
Non sic Libycis syrtibus æquor
Furit alternos uoluere fluctus,
Vt præcipites regum casus
Fortuna rotat. Metui cupiunt,
Metuiq; timent: non nox illis
Alma recessus præbet tutos,
Non curarum somnus dormitor
Pectora soluit. — *idem Trag. 9.*

Decet timeri Cæsarem, at plus diligi. *idē Tra. 10*

Tu quicunq; es qui sceptra tenes,
Licet omne tua uulgus in aula
Centum pariter limina pulset:
Cum tot populis stipatus es
In tot populis uix una fides. *Ibidem.*

Non duces sæuos miserāda tellus habet. *Ari. l. 5. Ethi.*

Princeps custodire debet iustum. *Ibidem.*

Principatus uirum ostendit. *idem li. Oecono.*

Nunq; oportet domum esse sine custode.

Idem lib. 8. Ethicorum.

Malus rex tyranuus dicitur. *Ibidem.*

Rex debet se habere ad suos subditos, sicut pastor ad oues. *idem lib. 3. Politicorum.*

Prudētia ꝓprie uirtus principis. *idē l. 8. Ethi.*

Similis est cōparatio regis ad subditos, patris ad filios, pastoris ad oues. *idem lib. 3. Politic.*

Melius est ciuitatem regi uiro optimo, quam lege optima. *idem l. 4. Politicorum.*

Sine principibus impossibile est esse ciuitatem.

Idem lib. 5. Politicorum.

Non de facili potest inuadi qui est sobrius, sed qui ebrius. Neq; qui est uigil, sed qui est dormiens Quapropter princeps ne inuasibilis ebrietatem & sonum debet euitare. *Ibidem.*

Periculosum est principi subdito dare magnos honores. *Ibidem.*

Rex iustitiam conseruare debet. *Ibidem.*

Princeps deicola debet esse, qa minus timent homines iniustum pati à principe, si deicolam ipsum putant esse. *Ibidem.*

Oportet principem bonos honorare, & ipsemet honores eis distribuere re. Supplicia aūt distribuere non per se, sed per alios. *Ibidem.*

Princeps nullum magnū uirum totius sui dominij debet facere custodem. *Ibidem.*

Si princeps aliquē à ptāte sibi tradita deponere uelit, gradatim hoc debet facere, & nō simul auferre totū potestatem. *idem l. 6. Politicorū.*

Prauos nō est securum facere dños, quia ipsi magis indigent custodia aliorum, q̄ possint alios custodire. *Idem lib. 7. Politicorum.*

Necesse est futur̄ principem subditū esse, uel fuisse. *Idem lib. de regimine principum.*

Summa bonitas in rege est abstinentia à pecuniis & possessionibus subditorum. *Ibidem.*

Suma sapia est in rege, seipsum regere. *Ibidem*

Honorificentia est in rege, à multiloquio si se abstineat. *Cicero lib. 1 de diuinatione.*

Regale est enim sapere & dijudicare.

Idem lib. 3 de legibus in principio.

Magistratibus igitur opus est, sine quorū prudentia & diligentia esse ciuitas non potest. *Ibidem.*

Noster uero Plato Tirannum è genere statuit eos, qui ut illi cælestibus, sic hi aduersentur magistratibus. *Ibidem.*

Iusta imperia sunto. *Ibidem.*

Vt enim cupiditatibus principum & uitijs iniici solet tota ciuitas, sic emēdari & corrigi continentia. *Idem lib. 1. Officiorum.*

Omnino qui reipublicæ præfuturi sunt, duo præcepta teneant Platonis. Vnum est ut utilitatem ciuium sic tueantur, ut quæcunq; agunt ad eam referant, obliti commodoꝝ suorum. Alterum ut corpus totum reipublicæ, ne dum partem aliquam tueantur reliquas deserant.

Idem Officiorum lib. 3.

Ad uulgi opinionē quæ maior utilitas q̄ regnādi esse possit? Nihil tñ inutilius eo qui iniuste consecutus est inuenio. Possunt cuiq; utiles esse lāguores, solitudines, diurni & nocturni metus, uita insidiarū & periculorum plenissima.

Idem lib. Paradoxorum.

Laudet uero hic imperator, aut etiam appelletur, aut hoc noīe dignus putetur. Qūo aut hic cui tandem libero imperabit qui nō poterit cupiditatibus imperare? Refrenet primū cupidines, spernet uoluptates, iracundiam teneat, coerceat auaritiam, & cæteras animi labes repellat. Tum alijs incipiat imperare, cum & ipse improbissimis dominis dedecori aut turpitudini parere desierit. Dum quidem his obediat: non modo imperator, sed liber habendus omnino non erit.

Vegetius de re militari.

Nullus est quem oporteat, uel plura uel meliora scire q̄ principem, cuius doctrina debet omnibus prodesse subiectis.

Valerius Maximus lib. 8.

Vtriusq; industrię laudē duo inter se reges pares facti sunt. Cyrus oīm militum suoꝝ nomina, Mithridates duarū & uiginti gentium quæ subregno eius erant linguas ediscendo. Ille ut sine monitore exercitiū salutaret: hic ut eos quibus imperabat sine interprete alloqui posset.

Salustius in Catilinario.

Si regum atq; imperatorum animi uirtus ita in pace, ut in bello ualeret, æquabilius atq; constantius res humanæ sese haberent.

Homerus in α Iliados.

χρεῖσσον γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώεται ἀνδρὶ χέρειϊ,
εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ ἀντίμαρ κατατέθνη,
ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ
ἐν στήθεσσι ἕοισι. id est,

Potentior enim rex quando irascitur uiro inferiori.
Quamuis iracundiam & illo ipso dei decoquat.
Sed & in futuro habet iram, donec perficiat
In pectoribus suis. *idem in β Iliados.*

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,
εἷς βασιλεύς. id est,

Non bonum multorum dominatio, unus dominus sit unus rex. *Idem ir α Odysseæ.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ἐν μὲν γὰρ τι κακὸν βασιλεύσειεν, ἀιψὰ τεύξαι τῷ
ἀφνειὸν πέλεται, νὴ τιμι ἐστερ@ αὐτός. id eſt,
Non enim malum imperare, ſtatim ei damus
Diues ſit, & magis honoratus ipſe.
idem in Odyſſeæ.
χαλεπαὶ δὲ τ' ἀνάκτων εἰσὶν μολπαί. id eſt,
Moleſtæ autem ſunt regum minæ.
Menander.
ἀρχῆσ' τετευχὼσ' ἴσθι ταύτην ἄξιοσ. id eſt,
Principatum aſſecutus, ſis hoc dignus. *idem.*
εἰκὼν δὲ βασιλεὺσ ἔμψυχοσ θεοῦ. id eſt,
Imago autem rex eſt animata dei.
Euripides in Medea.
λευκὰ πυρὰννων λίμματα καὶ πῶσ.
ἐλίσσ' ἀρχόμενοι, πολλὰ κρατοῦντεσ,
χαλεπῶσ' ὀργᾶσ' μετεῖς ἄλλουσι. id eſt,
Graues tyrannorũ ſuperbiæ, & quodammodo
A minimo incipientes multa poſſidentes,
Aegre iras mutant. Pertander.
τοῦσ ἀγενομασ φεῦσ. id eſt,
Princeps time. Pittacus.
μὴ ἄρχε πρὶν ἄρχεσθαι μάθῃσ. id eſt,
Noli imperare anteq̃ ſubditus eſſe diſcas. Thales.
τὴν κρατοῦντα τίμα. id eſt, Imperantem honora.
Horatius Carminũ libro 2. Ode 2.
Latius regnes auidum domando
Spiritu q̃ſi Libyam remotis
Gadibus iungas, & uterq; Penus
Seruat uni. Lucanus libro 8. Pharſ.
- Mitiſſima ſors eſt
Regnorum ſub rege nouo. ibidem.
Exeat aula
Qui uult eſſe pius, uirum & ſumma poteſtas
Non coeunt.
Claudianus alloquens Theodoſium.
Tu licet extremos late dominere per Indos,
Te Medus, te Mollis Arabs, te Seres adorẽt:
Si metuis, ſi pauca cupis, ſi ducere ſeua,
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Interius leges, tunc omnia iure tenebis
Cum poteris rex eſſe tui procliuior uſus
In peiora datur, ſuadetq; licẽtia luxum.
Illecebras effreno fauet, ſed comprime motus.
Aſperius cum prompta Venus cum durius iræ
Conſulitur, quam pœna patet ſed comprime motus.
Nec tibi q̃d liceat ſed quid feciſſe decebit
Occurret, menti q̃; domet reſpectus honeſti.
Ouid. libro 1. de Ponto.
Sit piger ad pœnas princeps, ad præmia uelox.
Quiq; dolet quoties cogitur eſſe ferox.

Priuatio græce στέρησισ εως ἡ & στέρω priuo dicitur. Eſt autem priuatio negatio ſubſtãciæ ab aliquo determinato genere, ſecundum Ariſt. li. 4. Meta.

Priuato duplex, ſ. in priuari, & in priuato eſſe. Prima eſt contraria habitui, nõ autem ſecunda ex beato Thoma in q. diſputatis de malo q. 1. art. 1. & q 2. art. 9.

Priuilegium græce προτέρημα ατοσ τὸ dicitur. Eſt autem priuilegium priuatum ius indultum cõtra ius commune. Nam niſi aliquid indulgeret, non eſſet priuilegium, de uerborum ſigni.

Priuilegiũ eſt priuata lex, quia reſpicit ſingulares perſonas, ſed commune eſt ad multa negotia, ex beato Thoma prima ſecundæ q. 96. ar. 2.

Priuilegiũ dicit quaſi priuata lex hoc eſt ad ſingulos ſpectans. Sane ueteres prima dixere, quæ nos ſingula dicimus, & priuos ſingulos, & priuũ, quod uniuſcuiuſq; proprium eſt. Vnde priuata dicuntur quæ uniuſcuiuſq; propria ſunt.

Probatio græce δοκίμη ησ ἡ & δοκιμάζω probo dicitur Probatio quærit rationẽ facti, & tangit cor. Examinatio quærit factum & tangit corpus, ſecundum beatum Thomã ſuper pſal. 16. col. 2.

Probare aliquãdo eſt demõſtrare, & augmentando planum facere. Hinc probatio demõſtratio. Et probabile, quod licet uerũ non ſit, ratio nibus tamẽ quibuſdam uidetur perſuaderi. Probare aliquando laudari eſt, unde probi boni dicuntur, dicti quaſi prohibi, q̃ ſe à delinquẽdo q̃ hibeant. Hinc compoſita ſunt improbus malignus, & improbitas malignitas.

Procacitas græce προπέτεια ασ ἡ & προπετήσ@ ὴ pro cax dicitur. Eſt autẽ procax qui adeo impudens eſt ut nimis petat. Vnde procax meretrix, petulans dicitur impudens, inuerecunda. Terent. Maligna multo, & magis procax illico facta eſt.

Hinc procacitas ipſa petulãtia. Dicuntur aũt hæc à procando, hoc eſt petendo. Nam ueteres procari petere dicebant. Vnde proci à petendis mulieribus dicti. Sunt enim proci qui mulieres in matrimonium poſcunt.

Prodigalitas græce ἀσωτία ασ ἡ & ἄσωτοσ ὁ prodigus dicitur. Eſt autem prodigalitas incontinentia, & ob intemperantiam pecuniarum profligatio, ſecundum Ariſtotelem lib. 4. Ethi.

Prodigalitas eſt circa poſſeſſiões pecuniæ, ſicut deficiẽs, non autem ſicut ſuperabundans in eis, ſecundum b. Tho. ſecun. ſcdæ q. 119. art. 1.

Prodigalitas ſemp eſt peccatum, nõ principaliter propter quantitatem ſed propter inordinationẽ dandi, quibus non debet dari, & propter quæ, & ſicut debet ſecundum eundẽ ubi ſupra.

Prodigus dicitur à prodigo uerbũ, quod modo ſignificat portendo & præmonſtro, unde prodigium de quo ſupra in Monſtrum. Aliquando conſumo, unde prodigus & prodigalitas ipſa eſt fuſio & liberalitatis exceſſus.

Prodi.no græce προδοσία ασ ἡ & προδότησ ου ὁ proditor, & προδίδωμι prodo dicitur. Eſt autẽ prodere fallere & tradere. Saluſ. Anteq̃ arcẽ proderet hoſtibus. Vnde proditor, proditio, prodimẽtum. Prodere eſt etiã manifeſtare. Vnde & proditores à prodendis conſilijs hoſtibus dici poſſunt.

Promiſſio græce ὑποχέσισ εως ἡ & ὑποχέομαι promitto dicitur. Eſt autem promiſſio actus rationis, q̃ eſt enuntiatio & ordinatio alicuius, ſecundum beatum Thomã ſecunda ſecundæ q. 88. arti. 2.

Promittere eſt polliceri. Sed hoc differunt, q̃ pollicemur ſponte, promittimus rogati.

Promptuarium græce ταμίειον ου τὸ dicitur. Eſt autem promptuarium locus in quo res ad uſum neceſſarianæ ita repoſitę ſunt, ut ſtatim promi&

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

proferri poſſunt. Diciturq; à promptus, quod in ea prompta ſint & parata. Promptus uero appellatur is, qui iam eſt paratus & expeditus ad agendum, & in quo nulla mora eſt, quaſi iam e penu ſiue repoſitorio ſit productus.

Pronuntiatio græce προφορά ας ἡ & προφέρω pronuntio dicitur. Eſt autem pronuntiare proferre. Vnde pronuntiatio pro ipſa prolatione accipit. Eſt etiam pronuntiare decernere & ſtatuere, de ijſq; ius cognoſcendi.

Prophetia græca dictio eſt, προφητεία ας ἡ & προφήτης ου ὁ prophetia & προφητεύω uaticinor dicitur. Eſt aut̃ prophetia diuina inſpiratio rerum, futura immobili ueritate denuntians, ſecundum Caſſiodorum, ex b. Tho, ſecunda ſecundæ, q. 171. articulo 3.

Propitiatio græce ἱλασμός ου ὁ & ἱλαστήριον ου τὸ propitiatorium dicitur. Erat autem propitiatorium tabula ſuper alas cherubin. Quia exinde deus propitiabitur populo, ſecundum beatum Tho. prima ſecundæ q. 102. art. 4.

Propoſitio græce πρότασις εως ἡ & πρόθεσις εως ἡ propoſitum dicitur. Eſt autem propoſitũ actus uoluntatis deliberatæ, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 88. articulo 1.

Propoſitio eſt enũtiationis altera pars, in q̃ prę dicatur unũ de uno, ſecundum Ariſt. li. 1. Poſte.

Proportio græce ὁμοίωμα τος τὸ dicitur. Significat autem proportio ſecundum primam nominis impoſitionem habitudinem quantitatis ad quãtitatem ſecundum determinatum exceſſum uel adæquationẽ. Sed transfertur ad ſignificandũ habitudinẽ quorumcunq;, ſicut materiæ ad formam, potentiæ ad actum, obiecti ad potẽtiam, finiti ad infinitum, creaturæ ad creatorẽ, ex b. Tho. 1. parte q. 12. art. 1.

Proprium græce ἴδιον ου τὸ & ἰδιότης ητος ὁ proprietas dicitur. Eſt aũt propriũ de genere accidentiũ, ſecundum b. Tho. prima ſecundæ q. 82. arti. 2.

A propriũ fit proprietas notæ ſignificationis, horũ oppoſita ſunt impropriũ & impprietas.

PRoſperitas græce εὐημερία ας ἡ & εὐημερέω proſperor dicitur. Eſt autem proſperitas fœlicitas, & ad uotum ſucceſſus. Venit autem à ſpe, unde & proſper fœlix, hoc eſt qui ſpẽ noſtrã implet. Vnde proſpera ſidera tempora, loca, fines, actiones, ſucceſſus. Item fœlix qui ſpe ſua potitus eſt.

Prouerbio cap. 1.

Proſperitas ſtultorum perdet eos.

Aug. in ſermone de puero Centurionis, & hab. 23. q. 1. cap. Paratus. ℣. Nihil eſt.

Nihil eſt infœlicius fœlicitate peccantiũ, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala uoluntas uelut interior hoſtis roboratur.

ibidem.

Si deus pollere permittat iniquos in proſperitate, tunc indignatur grauius, & ſi impunita dimittat, tunc punit inteſtius.

idem de Verbis domini cap. 13.

Magnæ uirtutis eſt cũ fœlicitate luctari, ne alliciat ut corrumpat, ne ipſa ſubuertat fœlicitas. Magnę inquam uirtutis cum fœlicitate luctari, magnæ fœlicitatis eſt à fœlicitate non uinci.

idem libro 2.

Nemo frangitur aduerſorum moleſtia, q̃ proſperorum delectatione non capitur.

idem ſuper Pſalm. 7.

Nemo gratuletur homini, qui proſperatur in uia ſua, cuius peccatis deeſt ultor & adeſt laudator. Maior hic ira domini eſt. Irritauit enim dominum peccator, ut iſta patiatur, id eſt, ut correctionis flagella non patiatur.

Idem ſuper Matthæum ſermone 29.

Ideo deus fœlicitatibus terrenis amaritudines miſcet, ut alia quæratur fœlicitas, cui⁹ dulcedo non eſt fallax. *idem epiſtola 36.*

Proſpera huius mundi aſperitatẽ habent ueram iucunditatem falſam, certum dolorem, incertam uoluptatem, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miſeriæ, ſpem beatitudinis inanẽ. *idem epiſtola 82.*

Mundus periculoſior eſt blandus, q̃ moleſtus.

Hieronymus ſuper Eſaiam libro 7.

Nulla res longa mortalium eſt, omniſq; fœlicitas ſeculi dum tenetur, amittitur. Cum eñ tribulationis tempus aduenerit, omne quod præteritum eſt, nihil adiuuat ſuſtinentem.

Hiero. ſuper illud Matthæi 17. Quid prodeſt homini ſi uniuerſum mundum lucretur.

Si haberes ſapientiam Salomonis, ſi pulchritudinem Abſalonis, ſi fortitudinem Sanſonis, ſi longeuitatem Enoch, ſi diuitias Cręſi, ſi poteſtatem Octauiani. Quid proſunt hæc? cum tandem caro datur uermibus, & anima dæmonibus cum diuite ſine fine cruciandа.

Gregorius in homilia de diuite & Lazaro & habetur de pœnit. diſt. 3. in fine.

Cauendum eſt nobis, ne ſi forte aliquid boni agimus, in præſenti ſeculo remunerationem accipiamus, ne forte dicatur nobis receperũt mercedem ſuam. Niſi enim diues iſte aliquid bonũ egiſſet, unde in præſenti ſeculo remunerationẽ accepiſſet, nequaquam Abraam dixiſſet. Recepiſti bona in uita tua.

idem libro 3. Moralium.

Cum quis poſitus in proſperitate diligitur, incertum eſt utrum proſperitas an perſona diligatur. Amiſſo autem fœlicitatis interrogatur im dilectiõis, nec proſperitas quippe amicum indicat, nec aduerſitas inimicum celat.

idem libro 5. Moralium.

Sancti uiri cum ſibi ſuppetere proſpera huius mundi cõſpiciunt, pauida ſuſpicione turbant. Timent enim ne hic laborum ſuorum fructus recipiant. *idem libro 12. Moral.*

Iniquus proſperari in ſua mala actione permittit, quatenus & peruerſa faciat, & tamen fœliciter uiuat. Peruerſus quiſquis quanto citius peruenit ad deſiderium, tanto infœlicius rapitur ad tormẽtum. *idem libro 13.*

Iuſtis amplio placet ex aduerſitate mala ꝓpeti,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

q̄ ex prosperitate terrenæ dispensationis cura fatigari, *Grego. li. 15. Moralium.*

Præsentis uitæ prosperitas, innocentiæ testis non est, quia multi ad perennem uitam per flagella redeunt, & plerique ad infinita supplicia perducendi sine flagello moriuntur.

Idem Iob 18, Præcipitabit eum consilium suum.

Prosperitas gressus obligat, ut uix ad bona prodire possint. *Idem libro 28. Moral.*

Solet lætitia arcana mentis aperire, atq; aperiendo amittere. Aduersa uero cum nos exterius deprimunt, interius cautiores reddunt.

Idem libro 31. Morali.

Multos sua peius fœlicitas strauit, multos diuturna pax uictos reddidit, eoq; illos inopinatos hostes grauius pertulit, quo lõgo quietis usu negligentes inuenit. Vnde sancti uiri, cum multa se proficere uirtutum prosperitate considerãt, quosdam supernæ dispensationis moderamine exerceri, Se etiam tentationibus exaltant, quia tanto robustius acceptam uirtutum gloriã custodiunt, quanto tentationis impulsu concussi infirmitatem suam humilius agnoscunt.

Greg. Moral. super illud Iob 5. Video stultum firmã radice, & maledixi pulchritudini eius.

Quasi per amœna prata ad carcerẽ uenit, qui per præsentis uitæ prospera ad interitũ currit.

Ioan. Chrys. & habetur de pœni d. 3. c. Quid ergo.

Quid ergo turbamur? nemo uidẽs malignos prosperitatẽ habere turbetur, nõ est hic retributio malignitatis, neq; uirtutis, ac si aliquãdo contingat, ut aliqua sit retributio uel malitiæ uel uirtutis, non tamẽ secundũ q̄ dignũ est, sed simpliciter ueluti quidã gustus iudicij, ut qui resurrectionẽ nõ credũt, talibus doceanť. Quado ita que uidim⁹ malignũ ditescere, nõ subruamur, & quãdo uidemus bonos mala pati, nõ turbemur. Illic corona, illic supplicia. Est & alia ratio, quia nõ potest uel malus in omnibus malus esse, sed habet aliqua bona, neq; bonus in oĩbus bonus esse, sed habet aliqua peccata. Quãdo ergo prosperitatẽ malus habet, malo capitis sui est. Cũ enim pro illis paucis bonis retributionẽ hic accipit, illic iam plenius punietur.

Boetius de Consolatione philoso. lib 4. prosa. 4.

Nã in omni aduersitate fortunæ, infœlicissimum genus infortunij est, fuisse fœlicẽ. *Ibidem.*

Cũ igitur præcipue sit mortalibus uitæ cura retinẽdæ. O te si tua bona cognoscas fœlicẽ, eui suppetũt etiã nunc quæ uita nemo dubitat esse chariora. Quare sicca iam lachrymas, nondum est ad unum omnis exosa fortuna.

Ibidem.

Quis est eñ tam compositæ fœlicitatis, ut non aliqua ex parte cũ status sui qualitate rixetur? Anxia enĩ res est humanorũ conditio bonorũ, & quæ uel nunq̄ tota proueniat, uel nunq̄ perpetua subsistat. Hinc cẽsus exuberat, sed est pudori degener sanguis. Hũc nobilitas notũ facit sed angustia rei familiaris esse mallet ignot⁹. Ille stro⁹q; circũfluus, uitã cœlibẽ defiet. Ille nuptijs fœlix, orbus liberis alieno censum nutrit hæredi. Alius prole lætatus, filij filiæve delictis mœstus illachrymat. Idcirco nemo facile cũ fortunæ suæ cõditione concordat. Inest enim singulis, quod inexpertus ignoret, & expertus exhorreat. *Ibidem.*

Adde q̄ fœliciſſimi cuiusq; delicatissimus sensus est, & nisi ad nutũ cũcta suppetãt, ois aduersitatis insolẽs minimis quibusq; prosternit. Adeo præexigua sunt, quę fortunatissimis summã beatitudinis detrahũt. Quã multos esse cõiectas q̄ se cœlo pximos arbitrent, si de fortunę tuæ reliq̄s pars eis minima cõtingat. Hic ipse locus quẽ tu exiliũ uocas incolentibus patria est. Adeo nihil est miserũ, nisi cũ putes. Contraq̄ beata sors omnis est æquanimitate tolerantiũ. Quis est ille tam fœlix, qui cũ dederit impatientiæ man⁹, statũ suũ mutare, nõ optet? Quàm multis amaritudinibus humanæ fœlicitatis dulcedo respersa est, quæ si etiã fruenti esse iocunda uideatur, tamen cum minus q̄ uelit habeat, retineri non possit. Liquet igit̃ q̄ sit mortaliũ rerũ misera beatitudo, quæ nec apud æquanimos perpetua q̄ durat, nec anxios tota delectat. Quid igitur o mortales extra petitis intra uos positam fœlicitatem? Error uos insciitia q̄ confundit.

Ibidem.

Atq; ut cognoscas in his rebus fortuitis beatitudinẽ cõstare nõ posse, sic colliges. Si beatitudo est summũ naturæ bonũ ratione degẽtis, nec illud est summũ bonũ, quod eripi ullo modo potest, quoniã præcellit id quod nequeat auferri. Manifestũ est q̄ ad beatitudinẽ percipiendã fortunæ instabilitas aspirare nõ possit. Ad hæc quẽ caduca ista fœlicitas regit, uel sciteã, uel nesciteã esse mutabilẽ. Si nesciť quænã beata sors esse potest ignorãtiæ cæcitati? Si scit, metuat necesse est, ne amittat quod amitti posse nõ dubitat. Quare cõtinuus timor nõ finit esse fœlicem. An uel si amiserit, negligendũ putat? sic quoq; per exile bonũ est quod æquo aĩo feratur amissum.

Ibidem libro 2. prosa. 8.

Etẽm plus reor hominibus aduersam, q̄ prospera prodesse fortunã. Illa enĩ spe fælicitatis cũ uidetur blãda mẽtitur. Hæc semper uera est, cum se instabilẽ mutationẽ demõstrat. Illa fallit, hec instruit. Illa mendacium spe bonorũ mẽtes fruentiũ ligat, hæc cognitione fragilis fælicitatis absoluit. Itaq; illã uideas uentosam, fluentem, suiq; semper ignarã. Hanc sobriã succinctamq;, ac ipsius aduersitatis exercitatione prudentem. Postremo fælix à uero bono deuios blanditijs trahit. Aduersa plerũq; ad uera reduces uelut unco trahit. An inter minima existimandũ putas, quod amicorum tibi fidelium mentes hæc aspera, hæc horribilis fortuna detexit? Hæc tibi certos sodaliũ uultus ambiguos secreuit. Discedẽs suos abstulit, imo reliquit. Quanti hoc integer (& ut uidebaris tibi) fortunatus emisses?

Boetius de Consolatione philosophiæ libro 4. prosa 6.

Nam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nam illud quoq; quod improbis, nunc triſtitia, nunc optata proueniũt, ex eiſdem ducit cauſis. Ac de triſtibus quidẽ nemo miratur, q̃ eos male meritos omnes exiſtimant, quorũ fidẽ ſupplicia, tũ cæteris ſceleribus deterrent, tum ipſos quibus inuehunt emẽdant. Læta uero magnũ bonis augmentum loquuntur, quid de huiuſmodi fœlicitate debeant iudicare, quam famulari ſæpe improbis cernant.

Ariſtoteles libro 1. Ethicorum.

In fortunatis uirtus refulget. *Ibidem.*

Sicut una hyrundo nõ efficit uer, nec una calida dies, nec modicũ tẽpus facit æſtatẽ, nec una uirtus uirtuoſum hominẽ facit, ſic nec una dies nec modicum tempus facit hominem fœlicem.

Ibidem libro 3.

Nullus eſt bonus, nec beatus nolens.

Ibidem libro 10.

Homo fœlix ſius ſapiẽs indiget aliqualiter rebus exterioribus, quia natura per ſe nõ eſt ſufficiens ſpeculari, ſed oportet q̃ habeat corpus ſanũ, cibum & reliquum famulatũ, non tamẽ indiget magnis & multis rebus, quia non oportet fœlicem dominum terræ uel maris eſſe.

Ibidem.

Vltima fœlicitas hominis cõſiſtit in operatione optimæ ſuæ potentiæ reſpectu ſui oppoſiti ſubiecti. *Ibidem.*

Speculatio ueritatis eſt ipſa fœlicitas.

Ibidem.

Homo ſapiens maxime eſt fœlix.

Idem libro 7. Politicorum.

Sine quatuor uirtutibus quę ſunt fortitudo, temperantia, prudentia & iuſtitia, nemo dicitur beatus. *Ibidem.*

Fœlicitas perfecta eſt uſus uirtutis.

Seneca ad Lucilium epiſtola 30.

Turpe eſt deos fatigare. Quid uotis opus eſt? fac te ipſe fœlicem. Facies autẽ ſi intellexeris bona eſſe, quibus admixta uirtus eſt. Turpia quibus malitia coniuncta eſt. *Ibidem.*

Tutũ iter eſt, iucundũ eſt, ad quod natura te inſtruxit. Dedit tibi illa quę ſi nõ deſerueris, pardeo ſurges. Parem autem te deo pecunia non faciet. Deus nudus eſt. Fama nõ faciet, nec oſtẽtatio tui, & in populos nominis demiſſa notitia. Nemo nouit deũ. multi de illo male exiſtimant & impune. Nõ turba ſeruorũ lecticã tuam per itinera urbana ac peregrina portantium. Deus ille maximus potentiſſimusq; ipſe uehit omnia. Nec forma q̃dẽ & uires te beatũ facere poſſunt.

Idem epiſtola 80.

Segetẽ ubertas nimia ſternit, rami onere frangunt: ad maturitatem nõ prouenit nimia fœcunditas. *Idem epiſtola 126.*

Tunc beatum eſſe te iudico, cũ ex te tibi gaudium omne naſcetur, cum his quæ homines cupiunt, optant, cuſtodiunt: nihil inueneris, non dico quod malis, ſed quod uelis.

Idem de Prouidentia.

Nihil infœlicius eo cui nihil accidit aduerſi, quia male iudicauerunt dĩj de ipſo.

Idem libro de moribus.

Nondũ fœlix es, ſi non te turba deriſerit. Si beatus uis eſſe, cogita hoc primũ contemnere, ab alijs contemni. *Idem de prouidentia.*

Fugite diuitias, fugite eneruatiuam fœlicitatem, quæ commarceſcunt. *Ibidem.*

Cum omnia quæ modũ exceſſerint noceãt, periculoſiſſima fœlicitatis intẽperantia eſt, quæ in uanas mentes imaginationes euocat.

Ibidem.

Illos quis merito dixerit miſeros, q̃ nimia fœlicitate torpeſcũt, quos uelut in mari lento trãquillitas iners detinet.

Seneca in Tantalo Tragœdia 2.

Nemo confidat nimium ſecundis,
Nemo deſperet meliora lapſis.
Miſcet hæc illis, prohibetq; Clotho
Stare fortunam, rotat omne fatum.
Nemo tam diuos habuit fauentes
Craſtinum qui poſſet ſibi polliceri.

Lactan. Firm. li. 2 ca. 1. diuin. inſtitut.

Ex rerum proſperitate luxuria, ex luxuria uero uitia oĩa, ſic impietas aduerſus deũ naſcit.

Idem libro 3.

Quod ad alterã philoſophiæ partẽ, quã ipſi moralem uocant, in qua totius philoſophiæ ratio cõtinetur, in q̃ ſola oblectatio eſt atq; utilitas, in qua nullus diſſidio, nulli⁹ errori locus eſt, ſed unũ ſentire omnes oportet, unum eligam⁹, ac potiſſimum quod eſt ſummum ac principale bonum, in quo totius ſapientiæ cardo uerſatur. Et Epicurus quidem ſummum bonum in uoluptate animi eſſe cenſet. Ariſtippus in uoluptate corporis. Calliophon & Dinomachus honeſtatem cũ uoluptate iunxerunt. Diodorus in priuatione dolorum ſummum bonũ poſuit. Hiero. in non dolẽdo. Peripatetici aut in bonis animia, ut corporis, aut fortunæ. Erilli⁹ ſummũ bonum eſſe in ſcientia. Zeno cũ natura congruenter uiuere, quorundam Stoicorũ uirtutẽ ſequi.

Laertius Diogen. de Vita & morib. philoſo.

Fœlicitas ſemper ſubiecta eſt inuidiæ, ſola ergo miſeria inuidia caret, dicebat Socrates. Fœlicitatis index dies ultimus eſt, dicebat Solõ.

Cice. lib. 2. de Finibus bonorum & malorum.

Non enim hilaritate, nec laſciuia, nec riſu, aut ioco, comitate leuitatis, ſed ſæpe etiã triſtes firmitate & conſtantia ſunt beati. *Ibidem.*

Beatus autem eſſe in maximarum rerum⁊i⁊more nemo poteſt. *Ibidem.*

Qui bonũ omne in uirtute ponit, is poteſt dicere perfici beatam uitam perfectione uirtutis.

Idem lib. 4. Rhetoricorum nouorum.

Fer manſuete fortunã tuã, noſce te eſſe hominem. *Idem libro ultimo Tuſculan. quæſt.*

Iam uero qui poteſt uir bonus nõ ad id quod laudabile ſit omnia referre quæ agit, quæq; ſentit. Refert autẽ omnia ad beate uiuendũ. Beata ergo uita laudabilis, nec quicquã ſine uirtute laudabile. Beata igitur uita uirtute conficitur.

Idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cicero in Paradoxis.

Nemo poteſt non beatus eſſe, qui eſt totus aptus ex ſeſe, quiq; in ſe uno ſua ponit omnia.

Saluſt. in Catilinario.

Quippe res ſecundæ animũ ſapentũ fatigãt.

Lucius Apuleius floridorum li. 2.

Verũ uerbũ eſt profecto quod aiũt. Nihil qc/q; homini tam proſperũ diuinitus datũ eſt, qn & tñ admixtum ſit aliquid difficultatis, ut etiã in ampliſſima quaq; lætitia ſubſit quæpiam uel parua querimonia, cõiugatione quadã mellis & fellis. *Q. Curtius de Geſtis Alex. lib. 9.*

Vnum eſt temeritatis ſolatium, ſola fœlicitas.

Aulus Gel. Noctium atticarũ li. 17.

Itidem abſurdum eſt, una ſola uirtute uitam fieri beatam dicere: Quoniam cum uirtus abeſt, beata eſſe uita nunquam poteſt. *ibidem.*

Virtus aũt (ut iſti dicũt) nõ acceſſio, neq; ſupplementũ, ſed ſola ipſa uitæ beatæ inſtar eſt, & pterea uitã beatã ipſa ſola una cũ adeſt facit.

Macrob. ſup Scipionis ſomnio li. 1.

Si ergo hoc officium uirtutis beatæ, cõſtat & politicas eſſe uirtutes. Igitur & de politicis efficiunt beati. Iure ergo Tullius de rerum publicarum rectoribus dixit, ubi beati æuo ſempiterno fruantur. *Valerius Maximus libro 8.*

Neq; ſecundarum rerum prouentu inſolenter abuti, nec aduerſis proſpere debilitari oportet. *ibidem libro 9.*

Humanæ uitæ conditionem primus & ultimus dies continet, quia plurimum intereſt quibus auſpicijs inchoet, & quo fine claudat. Itaq; eum demum fœlicem fuiſſe iudicamus, cui & accipere lucem proſpere, & reddere placide cõtigit: mediũ tẽporis curſus, prout fortuna gubernaculum rexit modo aſpero, modo tranquillo motu peragitur, ſpe ſemper minore dum & cupide uotis extenditur, & fere ſine ratione conſumitur. *Menander.*

Δικαιον εὖπράττονθα μεμνῆσθαι θεόν. id eſt,

Iuſtũ eſt fœliciter agentẽ recordari dei. *idem.*

κατ' ἰδίαν φρόνησιν εὐδαίμων εὐτυχεῖ. id eſt,

Iuxta propriã ſentẽtiam nullus fœlix. *idem.*

κοινὸν δὲ καλὸν εἰ χρησὸν εὐτυχές. id eſt,

Cõmune aũt bonum eſt bonus fœlix. *idem.*

ἓν ἔστιν ὅσις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. id eſt,

Non eſt qui in omnibus uir fœlix ſit *idem.*

Πολλοὶ μὲν εὐτυχοῦσιν οὐ φρενῶν δίκῃ. id eſt,

Multi qdẽ fœliciter agũt, non ſapiant q̃uis. *idẽ.*

μὴ εὐτυχοῦντα δ' ἂν φρονεῖν νομίζομεν. id eſt,

Fœliciter agentẽ & ſapere putamus. *idem.*

τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίς. id eſt,

Bene enim agenti oĩs terra patria. *idem.*

πᾶν εὐτυχοῦντα δ' πάντες εἰσὶ συγγενεῖς. id eſt,

Fœlicium omnes ſunt affines. *idem.*

ὃς εὐκόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι. id eſt,

Quã facile cadunt ſplẽdide fortunæ. *Lucianus.*

θεοῦ μὲν ἐκτὸς εὐδαίμων εὐτυχεῖ βροτός. id eſt,

Deo quidẽ ſine nullꝰ fortunatus eſt mortalis.

Virgil. Aeneid. lib. 10.

Neſcia mens hominum fati ſortisq; futuræ.

Et ſeruare modum, rebus ſublatus ſecundis.

Ouid. lib. 3. fabula 2.

- Sed ſcilicet ultima ſemper
Expectanda dies homini eſt, dicíq; beatus
Ante obitum nemo ſupremaq; funera debet.

Ouid. Artis li. 1.

Pectora dum gaudent, nec ſunt aſtricta dolore
Ipſa patent, blanda tunc ſubit arte Venus. *Ibidem.*

Luxuriant animi rebus plerunq; ſecundis.
Nec facile eſt æqua commoda mente pati.

Idem Triſtium libro 1. Elegia 7.

Donec eris fœlix multos numerabis amicos.
Tempora ſi fuerint nubila ſolus eris.

Vide ſupra in Amicitia.

Horat. epiſt. lib. 1. epiſtola 19.

Dum tua nauis in alto eſt
Hoc age, ne mutata retrorſum te ferat aura.

Iuuenalis.

Nemo malus fœlix. *Dantes inferni Can. ca. 19.*

Neſſum maior dolore
Che recordarſe del tempo fœlice
Ne la miſeria. *id eſt.*

Nullus maior dolor
Quam recordari temporis fœlicis
In ipſa miſeria. *Fran. Petrar. Soneto 45.*

Inanci al dì de lultima partita
Hom beato chiamar non ſi conuene. *id eſt,*

Ante diem ultimi receſſus
Hominem beatum dici non expedit.

Idem triumpho temporis.

Quanti fœlici ſon già morti in faſce?
Quanti miſeri in ultima uechieza?
Alchun dice, beato e chi non naſce. *id eſt,*

Quot fœlices in faſcijs diem obierunt?
Quot miſeri in ultima ſenecta?
Quiſpiam beatum eſſe dicit, qui non naſcitur.

Proteruitas græce προπέτεια ας ἡ & προπετὴς ές ὁ proteruus dicitur. Dicimus autẽ proteruũ eum qui ambulans per impudentiam obuium cubito feriat aut cum contumelia ſibi cedere cogat. Hinc proteruia uel proteruitas hoc eſt petulantia, & proterue, & proteruiter, hoc eſt petulanter. Eſt & proteruio uerbum, quod eſt laſciuio, inobedio, petulanter ago. Videtur autem dici proteruus, à proterendis obuijs. Erat etiam proteruia apud antiquos ſacrificium, in quo mos erat, ut ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet, igne conſumeretur. Hinc eſt locus ille Catonis. Nam cum Albidius quidã bona ſua comediſſet & nouiſſime domum, quæ ei reliqua erat, incendio perdidiſſet, proteruiam eum feciſſe dicebat. Quod enim comediſſe nõ potuerat, id combuſſiſſe.

Prouerbium græce παροιμία ας ἡ & παροιμιακὸς ὸν ὁ prouerbialis dicitur. Eſt autem prouerbiũ ſententia generalis cui conſuetudo fidem attribuit, opinio communis ad ſenſum accommodat, incorruptæ ueritatis integritas acquieſcit, ſecundum Ciceronem libro 2. Rhetoricorum.

Prouidentia græce προνοια ας ἡ & προνοητικὸς ὸν ὁ prouidus, & πρόνεω prouideo dicitur. Eſt autẽ prouidẽtia per quam futurum aliquid uidetur antequã factum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

factem sit, secundum Ciceronem in Rhetor.

Prouidentia est notio futurum pertractãe/uentum. Cuius officium est ex prẽsentibus futura perpendere, aduersus aduenientem calamitatem se consilio præmunire, secundum August. de Spiritu & anima.

Prouidẽtia dei & ipsa diuina ratio in summo omnium principe constituta, quæ cuncta disponit secundum Boetium lib. 4. prosa 6. de Cõso. Differt autem à fato, quod prouidentia pariter cuncta, cũ uis diuersa, cũ uis infinita complectit. Fatum uero singula digerit in motum locis, formis ac temporibus distributa. Vt hæc temporalis ordinis explicatio in diuinæ mentis adunata prospectu prouidentia sit. Eadem uero adunatio digesta atq; explicata temporibus fatum uocetur, quæ licet diuersa sint, alterum tamen pendet ex altero. Ordo nanq; fatalis ex prouidẽtiæ simplicitate procedit. Sicut enim artifex faciendæ rei formam mente percipiens mouet operis effectum, & quod simpliciter præsentaneeq; prospexerat per temporales ordines ducit, ita deus prouidentia quidem singulariter, stabiliterq; facienda disponit. Fato uero hæc ipsa quæ disponit multipliciter ac temporaliter administrat. Ex Boet. de Consol. lib. 4. prosa 6.

Prouidẽs, cautus & prudens sic differunt, q̃ prouidens dicitur quasi porro uidens, Perspicax est enim qui incertorum prouidet casus. Cautus uero est, prudẽs in discretione uitiorum speciem uirtutis præ se ferentium. Prudens autem qui ratione studet uitare contraria iustitiæ, propter iustitiam ex Isidoro.

August. de singularitate clericorum.

Vbicunq; fuerit prouidentia, frustrantur uniuersa contraria: ubi autem prouidentia negligitur, omnia contraria dominantur.

idem libro de sermone domini in monte.

Cum uiderimus aliquem seruum dei prouidere ne ista necessaria sibi desint, nõ iudicemus eũ de crastino solicitum esse. Nam & ipse dominus propter exemplũ oculos habere dignatus est, & in Actibus apostolorum scriptum est, ea quæ ad uictum sunt necessaria procurata esse in futurũ propter imminentem famem.

Hieronymus super Ezechielem.

Prouidentia dei omnia gubernantur, & quæ putatur pœna medicina est.

Ambro. de Officijs libro 2. cap. 3.

Ante factum cogitare, & cum diu cogitaueritis facite quod probatis.

Gregorius in homil. Cum audieritis prælia.

Minus iacula feriunt quæ præuidentur, & tolerabilius mala mundi suscipimus, si contra hæc per prouidẽtiæ clypeum munimur. Sagitta em̃ præcognita facilius euitatur.

Cassiodo. lib. 1. epist. 6.

Omnia subita probantur incauta.

Seneca libro de moribus.

Quicquid à sapiẽte diligenter præuidet, cũ ad rem agẽdum peruentum fuerit, facilius superatur atq; decernitur. Melius em̃ est ante tẽpus occurrere, q̃ post uulnus datum remedium quærere. Nam sibi non est cauendi tempus in medio malorum. *idem lib. de beneficijs.*

Velox consilium sequitur pœnitentia.

idem in Prouerbijs.

Grauius nocet quodcunq; inexpertum accidit. Melius est præcauere quàm cauere. Vtilius est erubescere, quàm pauescere.

Seneca in Tanta. Tragœ. 2.

Serum est cauendi tempus in medijs malis.

Arist. li. de Somno & uigilia.

Magis præuident fatui futura q̃ alĩ, quia eorum memoria non est occupata circa præsentia.

idem de regimine principum.

Facta præterita certa documenta dãt futuris.

ibidem.

Futura si præsciuntur, leuius tolerantur, & prudentius amantur. *ibidem.*

Consilium est oculus futurorum.

idem in epist. ad Alexandrum.

Si oculis cordis uidere delectabile est animæ oculis acute intueri mirabile est.

Cicero libro Officiorum.

Grauiora enim sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur.

idem li. Rhetori. uete.

Melius accurantur quæ consilio reguntur, q̃ quæ sine consilio administrantur.

idem libro 4.

Solent enim diu cogitare omnes qui magna negotia uolunt agere.

idem de Natura deorum in principio.

In primis magna dissensio est, eaq; nulli dijudicatur, in summo errore necesse est homines, atq; in maximarũ rerum ignoratione uersari. Sunt em̃ philosophi & fuerunt, qui omnino nullã habere censerunt rerum humanarum procurationẽ deos, quorũ si uera sententia est, quæ potest esse pietas? quæ sanctitas? q̃ religio? Hæc enim oĩa pure ac caste tribuenda deorũ ita sunt. Si aĩ aduertant ab his, & q̃ est aliquid à dijs immortalibus humano generi tributum. Si autem dij neq; possunt iuuare, nec uolunt, nec omnino curant, nec quid agamus animaduertũt, nec est quod ab his ad hominũ uitam pertinere possit, quid est cur ullos deis immortalibus, cultus, honores, preces, adhibeamus? In spem aũt fictæ simulationis sicut reliquæ uirtutes, ita pietas in esse nõ potest, cum qua simul & sanctitatem & religionẽ tolli necesse est. Quibus sublatis, perturbatio uitæ sequitur, & magna confusio. Atq; haud scio, an pietate aduersus deos sublata fides, etiam & societas generis humani, & una excellentissima uirtus iustitia tollatur. Sunt autem alij philosophi, & hi quidem magni atq; nobiles, qui deorum mente atque ratione omnem mundum administrari & regi cẽseant, neq; uero id solũ, sed etiã ab eisdem uitæ hominum consuli & prouideri. Nam & fruges & reliqua quæ terra pariat & tẽpestates

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

peſtates ac temporum uarietates cœlicq; mutationes, quibus omnia quæ terra gignat, maturata pubeſcẽtia diis immortabilus tribui generi humano putant, multacq; quæ dicẽtur in his libris coligunt, quæ talia ſunt, ut ea ipſa diĳ immortales ad uſus hominum fabricare pene uideãtur.

Sophocles in Electra.

εἰ μέγας ἐν οὐρανῷ
ζεὺς, ὅσ' ἐφορᾷ, πάντα κὴ κρατύνει. id eſt,
Eſt magnus in cœlo
Iupiter, qui inſpicit omnia & imperat. *Ibidem.*
προνοιᾳ σὺ μὲν ἀνθρώποισ', ἔφυ
κέρδεσ λαβεῖν ἄμφνορ, οὐδὲ νοῦσοφοῖ. id eſt,
Prouidentia nullum hominibus poſſibile eſt
Lucrum capere melius, neq; mente ſapiente.

Terentius in Eunucho.

Malo ego non proſpicere, q̃ hunc ulciſci accepta iniuria. *Lucanus libro 7. Pharſaliæ.*

– Mortalia nulli
Sunt curata deo. *Virg. lib. 4. Aeneidos.*
Scilicet hic ſuperis labor eſt, ea cura quietos
Sollicitat. *Ouid. Metamor. libro 13.*
Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis.

De hac materia habes ſupra ubi Conſilium, & infra ubi prudentia, & ſapientia.

Prouincia græce ἐπαρχία ας ἡ dicitur & ἐπαρχιώτης. prouincialis dicitur, prouincia unde dicatur, & quot ſignificet, uide glo. in Cle. Paſtoralis, de ſenten. & re iudi. in uer. No. prouinciarum.

Prouincia dicitur quæ habet decem uel undecim ciuitates & unum regem 6. q. 3. ſcitote.

Prouinciæ alterius iudicẽ habere nõ licet, niſi detur per ſuperiorem. 6. q. 3. ℞. 1. 11 q. 1. iudices.

Extra prouinciã reus trahi nõ debet, niſi rõne rei quę debet diſcuti ubi contigit 3. q. 6. neminẽ.

Itẽ rõne appellationis 3, q. 6 Peregrina 6. q. 3. Scitote 2. q. 6. Qui ſe. Item ratione mandati maioris iudicis 3. q. 6. Vnaquæq;.

Itẽ rõne criminis 16. q. 4. Si quis ſuadente.

Itẽ rõne quæſtionis & dubitationis circa fidẽ, ubi recurritur ad Papam. 24 q. 1. Quotiens.

Itẽ rõne pſonæ, ſicut eſt ep̃s, de quo nõ ẽ diffiniendũ ſine Papa 3. q 6. Quãuis. 11. q. 1. iudices.

Prouiſio eſt uerbum latum quod comprehendere poteſt nominationem, poſtulationem, præſentationẽ & collationẽ iglo. in Cle. ulti. de ele. in uerbo Prouiſioni.

Prouiſio Papæ de ſimplici bñficio nõ extenditur ad dignitatem, de præbendis. c. Cum olim.

Prouocatio nõ eſt proprie appellatio. glo. 1. c. Cũ ſit Romana. de appell. in uerbo. Nec ſolẽt.



T PRV-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

PRudentia græce φρόνησις ὁ & φρόνιμος ὁ prudens dicitur. Eſt autem prudentia recta ratio agibilium, ſecundum Ariſt. 6. Ethico. prudẽtia eſt mentis uirtus qua de bonis ac malis quæ ad fœlicitatem pertinent bene poſſumus conſulere, ſecundum Ariſto. libro 1. Rhetor.

Prudentia eſt uirtus dirigens ad rationis normam uniuerſa quæ cogitat, quæq; agit, ac nihil præter rectum uel laudabile facit. Prudentię ſunt, Ratio, Intellectus, Circũſpectio, Prouidentia, Docilitas, & Cautio, ex Macrobio.

Prudẽtia eſt rerũ bonarum, ac malarum ſcientia, ſecundũ Cice. li. 2. Rhet. Partes eius ſunt; Memoria, Intelligentia, Prouidentia. Quid autẽ ſit unaquæq; harum, ſuo loco uideri poteſt.

Prudentia eſt appetendarum & uitandarũ rerum ſcientia, ſecũdum Aug. lib. 1. de Lib. arb.

Prudẽtia uera & pfecta eſt qua cõſiliamur, iudicamus & præcipimus, quæ ad bonum finẽ totius uitæ humanæ pertinent, & ſolis bonis cõuenit, ex b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 47. art. 13.

Prudẽtia carnis eſt qua quis inordinate afficit uel ſtudium adhibet ad carnis delectationẽ conſequẽdam. Et eſt peccatũ mortale, ſi in delectationibus carnis finis totius uitæ cõſtituatur, ſecus eſt ueniale. Si autem propter honeſtam cauſam fiat, puta cũ ſtudet comeſtioni propter corporis ſuſtentationem, nullum erit peccatũ, nec congruenter diceretur prudentia carnis.

Prudẽtia nomẽ ſumit à prouidẽtia, ſicut à principaliore eius parte. Quia oĩa requiſita ad prudentiam neceſſaria ſunt, ut aliquid ordinẽt in finem, ex b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 49. artic. 6.

Prouidentia eſt ratio ordinis in finem, ſecundum b. Tho. prima parte q. 49. ar. 1. Prouidẽtia uero importat reſpectum quendam alicuius diſtantis, ad ea quæ in præſenti occurrunt & ordinanda ſunt, ſecũdum eundem 2. 2 q. 49. ar. 6. & eſt principalior pars prudentiæ, ſecundũ Ciceronem & Macrobium.

Prudens & ſciens ita differunt, q̃ prudẽs eſt, qui intelligentia ſua aliquid cognoſcit: ſciẽs, qui alterius iudicio rem percipit, hoc ẽ prudẽs per ſe, ſciens per alios. Terẽtius in Eunucho: Et prudens & ſciens, uiuus uiuens; q̃ pereo, ex Donato ſuper Terent. Prudens dicitur quaſi prouidẽs, uel porro uidens. i. procul uidens.

Prouerbiorum cap. 2.

Fili mi ſi ſuſceperis ſermones meos, & mãdata mea abſconderis penes te, ut audiat ſapientiã auris tua, inclina cor tuum ad cognoſcendũ prudentiam. Si enim ſapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ, ſi quæſieris eã, quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illã, tunc intelliges timorem domini, & ſcientiã dei inuenies: quia dominus dat ſapientiã, & ex ore eius prudentia & ſcientia. Cuſtodiet rectorum ſalutem, & proteget gradientes ſimpliciter, ſeruans ſemitas iuſticiæ, & uias ſanctorum cuſtodiens. Tunc intelliges iuſtitiam & iudicium & æquitatem & omnem ſemitam bonam. Si intrauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit, conſiliũ cuſtodiet te & prudentia ſeruabit te, ut eruaris à uia mala, & ab homine qui peruerſa loquitur.

Prouerbiorum cap. 3.

Beatus homo qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudẽtia, melior eſt acquiſitio eius negotiatione auri primi & puriſſimi, fructus eius pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur, huic non ualent comparari.

Ibidem cap. 7.

Dic ſapientiæ, ſoror mea es, & prudentia uocea amicam tuam.

Ibidem cap. 11.

Vbi non eſt gubernator, populus corruet, ſalus autem, ubi multa conſilia.

Ibidem cap. 13.

Aſtutus omnia agit conſilio, qui autem fatuus eſt, aperit ſtultitiam.

Sapientiæ cap. 5.

Melior eſt ſapientia q̃ uires, & uir prudens q̃ fortis.

Eccleſiaſtici cap. 9.

Et ſi uideris ſenſatum euigila ad eum, & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus.

Ibidem cap. 10.

Seruo ſenſato liberi ſeruient, & uir prudẽs & diſciplinatus nõ murmurabit correptus, & inſcius non honorabitur.

Ibidem ca. 21.

Verba prudentũ ſtatera ponderabunt, in ore fatuorũ cor illorũ, in ore ſapientum cor eorũ.

Lucas cap. 16. de Prudentia in malum.

Filij enim huius ſeculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.

Paulus ad Romanos cap. 8.

Prudentia carnis mors eſt.

Auguſt. lib. de Ciuitate dei, & habetur 26. q. 3. cap. Qui ſine.

Qui ſine ſaluatore ſalutẽ uult habere, & ſine uera ſapientia æſtimat ſe prudẽtem fieri poſſe, non ſanus, ſed æger, non prudens, ſed ſtultus in ægritudine aſſidua laborabit, & in ciuitate noxia demens & ſtultus permanebit.

Idem ad Eremitas in ſermone de prudentia.

Fratres chariſſimi nõ ſolũ ſilentiũ tenere debetis in eremo, ſed prudentiã rapere feſtinate. Prudẽtia enim uobis neceſſaria eſt, quia docet quid fugiendum, & quid tenendum ſit. Prudẽtia enim docet te ut non ſuperbias, nec mireris de rebus tranſitorijs, cum ſint caducæ, & ea quę poſſides tanquam aliena poſſidere aduertas. Prudentia docet te, ut quæ non poteſ perpetuo tenere fructuoſe, permittas abire. Prudẽtia docet te, ut in cunctis idem ſis, tam in proſperis q̃ in aduerſis, ſicut manus quæ eadem eſt, & cũ in palmam extenditur, & in pugnum reſtringitur. Ipſa te docet quomodo reprehẽſibilis ſit nimia laudatio & immoderata uituperatio, illa quidem adulatione, ſed iſta ſuſpecta malignitate. Prudentia teſtimonium ueritati, non amicitiæ reddit, prudentia cum diſcretione promittit, & promiſſum accelerat, & amplius quàm promiſit præſtat. Prudentia docet quomodo pſentia ordines,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ordines, quomodo præteritorum recorderis, & quotidie futura prouideas.

Hieronymus super Osee.

Estote prudentes sicut serpentes, quia prudentia absq; bonitate, malitia est, & simplicitas absq; rationali stultitia nominatur.

Ambrosius lib. 2. Officiorum cap. 8.

Promptius nos iusto uiro, q̃ prudenti cõmittimus. *idem libro 29. Moralium.*

Alia pphetica, & in circuitu, & intus plena oculis esse memorant. Quisq; enim exteriora sua honeste disponit, sed interiora negligit, in circuitu oculos habet, sed intus non habet. Sancti uero homines semper & exteriora sua circumspiciunt, ut bona de se extra præbeãt fratribus, & interiora sua uigilantia attendũt, quia se irreprobabiles interius iudicis obtutibus parant, ideo in circuitu oculos & intus habere perhibent.

idem lib. 22. Moralium.

Sicut quibusdã uisum est, ut de primis quatuor uirtutibus loquar, prudẽtia, tẽperantia, fortitudine & iustitia, quanto perfectæ sunt singulæ, tanto sibi sunt cõiunctæ, disiunctæ aũt perfectæ esse nequaq; possunt: quia nec prudentia uera est, quæ iusta & temperans & fortis non est: nec temperantia perfecta quæ fortis, iusta & prudẽs non est, nec fortitudo integra, quæ prudens, fortis & temperans non est.

idem sup Ezechiel. parte 2. homil. 10.

Mensuret perfectorũ fidelium uita per quadrũ, & tautũ habet spiritualis atrij latus unum quantum latera singula, quia unusquisq; tãtum prudens est, quantũ temperans, fortis, & iustus: tantum temperans, quantum prudens iustus & fortis fuerit. *Isido. libro 4. epistolarum.*

Scopulus ille uitandus est, ubi alter offendit, pecora ipsa uitare norunt quæ se læsisse cognoscunt: itinera illa non repetunt, ubi in foueã corruerunt, tenaces laqueos auis capta declinat, retia auis suspecta non incidet, & omnia quæ possunt habere contraria faciliter casus assumeret, si curam salutis propriæ non haberet.

idem libro Etymologiarum.

Sapiẽs dictus à sapore, quia sicut iustus est aptus ad discretionem saporis ciborum, sic sapiens ad dignoscentiam rerum atq; causarum.

Aristot. lib. 11. de Animalibus.

De ratione prudentis auditoris est iudicare super sermones dicentis & audientis.

idem libro 6. Ethicorum.

Prudentia est recta ratio agibilium. *ibidem.*

Iuuenes non possunt esse prudẽtes, quia prudentia requirit sapientiam, & experiẽtiam quæ indiget tempore. *ibidem.*

Impossibile est prudentem non existere bonum. *idem libro Elenchorum.*

Difficile est simul multa conspicere.

idem Magnorum moral. libro cap. 11.

Prudentia est circa operabilia, in quibus electio est & fuga. *idem cap. 77.*

Prudentis est optima petere, & horũ electionẽ & operationem. *Ibidem libro 1. ca. 81.*

Prudentia sicut architector uirtutum est.

ibidem lib. 2. cap. 7.

Neq; absq; prudentia aliæ uirtutes fiunt, neq; prudentia perfecta est absq; aliis uirtutibus, sed cooperãtur quodammodo ad se inuicem consequentes prudentiam.

idem in Problematibus.

Parui capitis prudentiores sunt eis, qui sunt magnis capitis. *idem lib. 7. Physic.*

Anima quiescens & residens fit prudens.

idem de Sensu & sensato.

Auditus magnã partem confert ad intellectũ & prudentiam. *Seneca epistola 86.*

Qui prudẽs est & tẽperans & constans: q constans est, imperturbatus est: sine tristitia est qui imperturbatus est, ergo prudens beatus est.

idem de Quatuor uirtutibus.

Si prudentiam amplecteris, ubiq; idẽ eris, & pro ut rerum ac temporis uarietas exigit, ita te accõmodes tẽpori, nec te in aliquibus mutes, sed potius aptes, sicut manus quæ eadem est, cum in palmam extenditur & cum in pugnum astringitur. *idem libro de Beneficijs.*

Prudẽs si terminos suos excedat, callidus inuestigator latentiũ & scrutator qualiumcunq; noxarum ostendit, malus digito fastu plenus, uersipellis & simplicitatis inimicus, cõmendator est culparũ, & postremo uno nomine à cunctis malus homo uocabitur. In has ergo maculas prudentia immensurata perducet. *ibidem.*

Si prudens fuerit animus tuus, tribus temporibus dispenset, præterita cogita, præsentia ordina, futura præuide. Vnde Aristo. Alexandrum ammonet, ut prædecessorum, acta ad memoriã reducat. inquit enim: Annales patrum discute, inde poteris bona exẽpla exerahere, quia acta præterita dant certum documẽtum in futuris.

idem lib. de Beneficijs.

Non est turpe cum re mutare consilium.

idem in Prouerbijs.

Bonũ est aliena mala fugienda intueri, ruina præcedentium docet posteros, & cautio est semper in reliquum lapsus anterior, uitio enim alterius sapiens emendet suum, & ignauus nimis est, qui post exemplum inuenitur incautus.

Cicero libro 1. de Legibus in fine.

Et prouidendo prudentia appellata est.

idem lib. 3. de Natura deorum.

Versutos eos appello quorum celeriter mens uersatur. *ibidem.*

Prudentia constat ex scientia rerum bonarũ & malarum. *idem libro 1. de Diuinatione.*

Prudentes possumus dicere prouidentes.

idem Rhetoricorum nouorum libro 3.

Prudentia est calliditas quæ ratione quadam potest habere delectum bonorum & malorum. Dicitur etiam prudentia scientia cuiusdam artificij, & appellatur prudentia rerum malarũ memoria, & usus q̃ plurimorum negotiorum.

ibidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Prudentiæ partibus utemur in dicendo, ſi cõmoda cum in commodis conferemus, cum alterum ſequi, uitare alterum cohortemur.

Cicero Tuſc. quæſt. libro 1.

Magni autem eſt ingenij reuocare mentem à ſenſibus, & cogitationem à conſuetudine abducere. *Idem libro de Amicitia.*

Hoc eſt animi bene conſtituti, lætari bonis rebus & dolere contrarijs. *Idem de Orato. lib.* 3.

Non tanta eſt in rebus obſcuritas, ut eas non penitus acris uiri ingenium cernat, ſi modo aſpexerit. *Saluſtius in Catilinario.*

Priuſquam incipias conſulto, ubi cõſulueris mature facto opus eſt.

Lucius Apule. de Natura deorum.

Præſcire cuncta prudentes decet.

Laert. Dioge. de Vita & morib. philo.

Cum quis exierit domum, primo quid ſic facturus quærat: cum autem intrauerit, quærat iterum quid fecerit, dicebat Cleobulus.

ibidem.

Duorũ temporum maximã habendam curã dicebat Pythagoras, & mane & ueſperi. i. eorũ quæ acturi ſumus, & quæ geſſimus.

Poggius lib. 2. de Vita Cyri ex Xenophonte traducta.

Nullius uirtutis uſum abſq; prudentia utilem eſſe, nullosq; quicunq; hi fuerint ciues procul à prudentia poſſe: neq; publicis, neq; priuatis in rebus boni uiri officium præſtare, amicos quoque gratiores efficere prudentia, ut utiliores miniſtros. *idem libro* 4.

Nam ſicut uidetur eſſe fortiſſimus, qui plurimos hoſtium pugnando ceperit, ita cum id eſt perſuadendum qui plures in ſuam traxit ſentẽtiam, eloquentiſſimus ac prudentiſſimus æſtimatur. *idem libro* 1.

Solere enim homines quem in procurandis ſibi uicæ commodis prudentiorem putent huius libenter conſilijs uti, quod & alijs in multis & in corpore infirmis ſatis licet perſpici à quibus ad unguem ſeruarentur medicorum præcepta. In mari quoq; nautas omnes parere gubernatori, ſic & uiatores itinerum peritos ſequi.

Valerius Maxim libro 7.

Demadis dictum quàm ſapiens. Nolentibus eñ Athenienſibus diuinos honores Alexãdro decernere, uidete inquit ne dũ cœlum cuſtoditis terram amittatis. *ibidem.*

Illa uero pars calliditatis egregia ab oñi reprehenſione procul remota, cuius opera, quia à latina appellatione uix apte exprimi poſſunt, græca pronuntiatione ſtratagemata dicuntur.

Iſocrates ad Dæmonicum ſer. admonitorio.

ῥώμη δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως ὠφέλησεν, ἄνευ δὲ ταύτης, πλείω τὸσ ἔχοντα σ' ἔβλαψε id eſt,

Fortitudo uero cum prudentia quidem iuuit ſine uero hac magis habentes læſit. *ibidem.*

βλυσνόμενος παραδείγματα τοῖς τὰ παρελυληύθοτα τῶν μελλόντων id eſt.

Deliberans exempla fac res præteritas futurarum. *ibidem.*

βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. id eſt,

Delibera tarde, perfice autem cito quæ uiſa ſunt. *ibidem.*

ὅταν δὲ ὑπὲρ τῶν σεαυτῶν μέλλησ τινὶ συμβουλεύεσθαι, σκόπει πρῶτον πῶσ ὑπὲρ τῶν αὐτ' διώκησεν, ὁ γὰρ κακῶσ διὰ νοσθεὶσ ὑπὲρ τῶν ἰδίων οὐδέποτε καλῶσ βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων. id eſt,

Quando autem pro tuis rebus futuris ſis ab aliquo conſulere, conſidera primum quo pacto ſua adminiſtrauit, male enim deliberans de proprijs, nunq̃ bene cõſulet de alienis. *Menander.*

ἀγαθὸν μεγίσον ἡ φρόνησισ ἐσ' ἀεί. id eſt.

Bonum maximum prudentia eſt ſemper. *idem.*

ἀνδρὸσ χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται. id eſt,

Viri character ex ſermone cognoſcitur. *idem.*

ἂν εὖ φρονῇσ τὰ πάντα γ' εὐδαίμων ἔσῃ id eſt,

Si bene prudens ſis, in omnibus fortunatus eris. *idem.*

ἐὰ κακῶσ φρονεῖσι πράσσοντεσ καλῶσ. id eſt,

Nõnulli non prudentes ſunt agẽtes bene. *idẽ.*

σωτηρίασ πέφικασ φεύγετὴν κακουργίαν. id eſt,

Prudẽs natus fuge malignitatẽ. *idem.*

νοεῖν γὰρ ἐσὶ κρεῖσσον ἢ σιγὴν ἔχειν. id eſt,

Intelligere enim eſt melius q̃ ſilẽtium habere. *idem.*

ὁ παρὰ ἡλικίαν νῷν, μῖσοσ ἐξεργάζεται. id eſt,

Præter ætatẽ mens odium operatur. *idem.*

ἀνδρεισ ὁ νοεῖσ μὲν οἶδε, ὃ δὲ ποιεῖσ βλέπει. id eſt,

Nemo quod cogitas nouit, ſed quod facis inſpicit. *idem.*

ὃν παντα χρὴ δ' ὁφρόνιμον ἀσποτεῖν δόκει. id eſt,

Non ubiq; autem prudẽs conuenire uidetur. *idem.*

ψυχῆσ μεγασ' χαλινοσ ἀνθρώποισ ὁ νῶσ. id eſt,

Animæ magnum frenum hominibus eſt mẽs. *Pythagoras.*

μήδ' ἀλογίσωσ σηντὸν ἔχειν περὶ μηδενὸσ ἕθιζε
ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὥσ θανέεσθαι πέπρωται ἅπασι
χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φίλε, ἄλλοτ' ὄλεσθαι. id eſt,

Ne imprudẽter teipſum habere circa aliq̃d aſſueſce. Sed cognoſce quod mori fato conſtitutum eſt omnibus. Pecunias uero interdũ acquirere uelis, interdũ pdere. *idem.*

βούλευε δὲ πρὸ ἔργου, ὅπωσ μὴ μωρὰ πέλῃται. id eſt,

Conſule ante opus, ne ſtulta fiant. *idem.*

πρήσσε δὲ ταῦθ' ἃ σε μὴ βλάψῃ, λογίσαι δὲ πρὸ ἔργου. id eſt,

Fac aũt ea quæ te non lædant, ſed cogita ante opus. *Periander.*

ἃ ἂν μολογήσῃσ τοῖσ. id eſt,

Quodutiq; fateberis fac. idẽ.

πράσσε ἀμεταμέλειτα. id eſt, Fac nos pœnitenda. *Bias.*

νόει καὶ τότε πρόττε. id eſt, Cogita, & deinde fac.

Sophocles in Aiace.

οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τ' ἀγαθὸν χερσὶν
ἔχοντεσ, δυκ ἴσασι, πρίν τισ' ἐκβάλῃ, id eſt,

Homines enim malæ mẽtis bonum præ manibus Habẽtes non cognoſcunt, antequam amittatur.

Plautus in Perſa.

Si quam rem accures ſobrie ac frugaliter, ſolet illa recta ſub manu ſuccedere, atq; ę depoſſe me ut quiſq; rem accurat ſuam, ſic ei procedit.

Virgilius Aeneid libro 1.

Ac ueluti populo in magno cum ſæpe coorta ẽ
Seditio, ſæuitq; animis ignobile uulgus.
Iamq; faces & ſaxa uolant, furor arma miniſtrat.
Tum pietate grauẽ ac meritis, ſi forte uirum quẽ

Con

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Conſpexere ſilent, arrectiſq; auribus aſtant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Virgilius libro 12.
- Quantum ipſe feroci
Virtute exuperas, tanto me impenſius æquum eſt
Conſulere, atq; omnes metuentem expendere caſus.
Ouid. Meta. li. 13 fa. 1. uerba Vlyxis cõtra Aiacẽ.
-- Tibi dextera bello
Vtilis ingenium eſt quod eget moderamine noſtro,
Tu uires ſine mente geris, mihi cura futuri eſt.
Tu pugnare potes, pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides: tu tantum corpore prodes,
Nos animo: quantoq; ratẽ qui temperat anteit
Remigis officium, quanto dux milite maior,
Tanto ego te ſupero.
Idẽ lib. 15. fabula 2. de Pythagora.
- isq; licet cœli regione remotus
Mẽte deos adijt, & quæ natura negabat
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit,
Cum animo & uigili ꝓſpexerat omnia cura.
Martialis libro 12. ad Bethim.
Quàm ſua metitur pondera, ferre poteſt.
Horat. Carminũ libro 3. Ode 29.
Prudens futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit deus,
Ridetq; ſi mortalis ultra
Fas trepidat, quod adeſt memento
Componere æquus, cætera fluminis
Ritu feruntur.
Iuuenalis ſatyra 10:
Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia, ſed tẽ
Nos facimus fortuna deam, cœloq; locamus.

De hac materia habes ſupra ubi eruditio. Doctrina, & infra ubi Sapientia & Scientia.

Pruina græce πάχνη ης ἡ & παχνώλης ου ὁ pruinoſus dicitur. Eſt autem pruina uapor qui cõgelatur priuſquam in aquam conuertatur iterum, ſecundum Ariſto. libro 1. Meteorum. Dicit autem pruina a perurendo, hoc eſt ualde urendo, quod fruges & uirgulta perurat.

Pſalterium græca dictio eſt, ψαλτήριον ου τὸ & eſt inſtrumentũ decem chordarum. Significat aũt decalogum. Tangitur manu a ſuperiore, ſed cithara ab inferiori, dicitur a ψάλλω quod eſt canto pulſo. Vnde etiã pſalmus ψαλμός οῦ ὁ ꝙ eſt canticũ ꝙ canta batur el cantari faciebat Dauid ad pſalterium. Itẽ pſallere ſpiritualiter eſt gaudẽdo gratias agere deo corde, ore, & operibus, ex b. Th. ſuper Pſal. 2. col. 6. & Pſal. 6. col. 6. Differunt Pſalmus & hymnus, quoniam proprie hymnus dicitur, qui uoce naturali fit, pſalmus qui aliquo muſico inſtrumento. Vnde pſalmodia deducitur canticũ mixtum, ut cum aliquis ad cytharam, ſiue aliud muſicum inſtrumentum canit.

PVdicitia græce ἁγνεία ας ἡ & ἁγνός οῦ ὁ pudicus dicitur. Eſt autem pudicitia animi uirtus qua quis uerecundatur de actibus, de quibus homines magis uerecundantur, ut ſunt actus uenerei ſecundum Auguſtinum libro 14. de Ciuitate dei. Nec inuite auferri poteſt, ſecũdum eundem libro 1. de Ciuitate dei.

Pudicitia dicitur à pudore, & eſt præcipue circa ſigna uenereorũ ut ſunt tactus, oſcula, & huiuſmodi. Caſtitas uero circa uenereã cõmixtionem, ex b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 143. c.

Pudor ab Ariſto. ſic definitur: αἰσχύνη ἐπὶ φαύλου πράγματος, hoc eſt pudor eſt timor iuſtæ uituperationis, q affectus eſt honeſtiſſimus. Differt autẽ pudor a uerecundia ſic, ut aliquibus placet, quod pudor eſt rei turpiter actæ, uerecundia uero etiam recte facti ac honeſti. Hinc pudibũdus, qui pudore ducitur, & pudenda uirilia, quæ & uerenda dicuntur, & depudico uerbum quo ueteres utebant. Eſtq; depudicare, uiolare, ſtuprare, & quaſi pudicitiam auferre.

Eccleſiaſtici cap. 26.
Omnis enim ponderatio nõ eſt condigna cõtinentis animæ. *ibidem.*
Sicut ſol oriẽs mũdo in altiſſimis dei ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus ſuæ. *ibidem.*
Gratia ſuper gratiã mulier ſancta & pudorata.
Auguſt contra Iulianum lib. 4
Pudicitia res eſt animæ, uirginitas corporis, denique illa integra in anima permanente, poteſt iſta corpore uiolẽter auferri, & cum iſta integra manet corpori, poteſt illam in animo laſciui uoluntate corrumpi.
Cyprianus de 12. abuſionibus.
Pudicitia eſt ornamentũ nobiliũ exaltatio humilium, nobilitas ignobiliũ, pulchritudo uiliũ, ſolamen mœrentiũ, augmentũ omnis pulchritudinis, decus religiõis, minoratio criminũ, multiplicatio meritorũ, creatoris omniũ dici amica.
Cic. libro de Legibus.
Quid emꝫ poſſumus eos qui a ſtupro arcent, infamiæ metu pudicos dicere, cũ ipſa infamia propter rei turpitudinẽ cõſequantur, nam quid laudari rite, aut uituperari poteſt, ſi ab eo receſſeris, quod aut laudandum, aut uituperandũ putes.
Plautus in Epidico.
Non nimis poteſt pudicitiam quiſq; ſuæ ſeruare filiæ.
Iuuenalis ſatyra 10.
- Rara eſt adeo concordia formæ.
Atq; pudicitiæ.
Ouidius epiſtola Paridis ad Helenam.
Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.

Puericia græce παιδία ας ἡ & παιδικός οῦ ὁ puerilis dicitur. Puericia autem modo ætatem pueri lem ſignificat, modo ꝓ puritate accipitur. Varro: ea erat matronæ ſimplicitas, & puericia, & honeſtas. Puerilitas uero nõ ipſam ætatem, ſed actum aliquem puerilẽ ſignificat. Sene. Qui peritiam eius ſeu potius puerilitatem ludibrio habuit. Pueresco autem, id eſt puer fio, & repuereſco, quaſi in puerilem ætatem reuertor, quæ omnia a puer deducuntur.

De hac materia habes ſupra in Adoleſcentia, & Iuuentus.

PVlchritudo græce καλλονή ῆς ἡ uel κόλλος εος τὸ & κάλος λου ὁ pulcher dicitur. Eſt autem pulchritudo corporis quædam apta figura membrorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cum coloris quadam ſuauitate, ſecundum Ciceronem li. Tuſc. q.

Prouerbio. cap. xi.

Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra & fatua. *ibidem cap. 31.*

Fallax gratia, & uana eſt pulchritudo.

Aug. de Ciuita. dei libro 15.

Pulchritudo corporis bonũ dei donũ eſt, ſed propterea id etiam largitur malis, ne malũ bonum uideatur bonis. *Amb. lib. 3. de Virginit.*

Iuuenem ueteres fabulæ ferunt, cum propter admirabilem oris pulchritudinem, in amorem incenderet fœminas, ſtigmatibꝰ exaraſſe uultũ ſuum, ne qua eum amare poſſet.

Boetius libro 3. de Conſolat.

Sicut ait Ariſto, Si linceis oculis homines uterentur, ut eorum uiſus quæcꝙ obſtantia penetraret, nonne introſpecto uiſceribus illud Alcibiadis pulcherrimum corpus turpiſſimum uideretur? igitur te pulchrum uideri non tua natura, ſed oculorum ſpectantium reddit infirmitas.

Seneca in epiſtola 124.

Quid excolis formã? cum oĩa feceris, à multis animalibus decore uinceris. Vide ſupra in contemptus humilium. *Idem in Prouerb.*

Sicut formoſa pictura eſt, cũ nulla pars errat, ſic & formoſus homo in quo nulla pars peccati fœda eſt. *Idem tragœdia 4.*

Anceps forma bonum mortalibus, exigui donum breue temporis. ibidem.

Res eſt forma fugax, quis ſapiens homo cõfidat fragili? dum licet utere, tempus ſic tacitũ ſubruet horaq;.

Cicero libro 4. Rhetori. nouorum.

Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut uetuſtate extinguitur.

Lucius Apuleius de Magia. libro 1.

Socrates philoſophus ultro etiam ſuaſiſſe fertur diſcipulis ſuis, crebro ut ſemet in ſpeculo cõtemplarent, ut qui eorum foret pulchritudine ſibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitatẽ corporis malis moribus dedecoraret: quero minus commendabilem ſe forma putaret, ut uirtutis laude turpitudinem tegeret.

Laertius Dioge. de Vita & Morib. philoſ.

Diogenes cum uidiſſet quendam decora facie & moribus inhoneſtum, ait: O cꝫ bona domus, & malus hoſpes. *Periander.*

ἐπαίνει τὰ καλά. id eſt, Lauda pulchra. *Menander.*

μὴ κρῖν' ὁρῶν τὸ κάλλ☉ν, ἀλλὰ τὸν τρόπον. id eſt,

Noli iudicare uidens pulchritudinẽ, ſed morem. *idem.*

ὡσ ἁλλὰ κάλλ☉ν, ὅταν ἔχῃ νοῦν σώφρονα. id eſt,

Quã ſuauis res pulchritudo quãdo habet mentẽ ſapiẽ.

Iſocrates ad Dæmonicũ ſer. admonitorio. (temperi

κάλλ☉ μέν γὰρ, ὃ χρόνος ἀνάλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανε. id eſt,

Pulchritudinẽ quidẽ uel tẽpus cõſumpſit, uel morbus languefacit. *Virg. in Bucolic.*

O formoſe puer nimium ne crede colori.
Alba liguſtra cadunt, uaccinia nigra leguntur.

Ouid. Metamor. li. 7. fab. 3. Verba. Polyphemi ad Galatheam.

Nec mea quod duris horrent denſiſſima ſetis
Corpora, turpe puta, turpis ſine frondibus arbor,
Turpis equus, niſi colla iubæ flauentia uallent
Penna tegit uolucres, ouibus ſua lana decori eſt.
Barba uiros hirtæq; decent in corpore ſetæ.

idem libr. 15. fab. 3.

Labitur occiduæ pariter decliue ſenectæ.
Subruit hoc æui demoliturq; prioris
Rabora, fletq; Milon ſenior cum ſpectet inanes
Illos qui fuerant ſolidarum morte ferarum
Herculeis ſimiles fluidos pendere lacertos.
Flet quoq;, & in ſpeculo rugas conſpexit aniles
Ryndaris & ſecum cur ſis bis rapta requirit,
Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa uetuſtas
Omnis deſtruitis, uitiataq; dentibus æui
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

idem epiſt. Phædræ ad Hippolytum.

Sint procul a nobis iuuenes ut fœmina compti,
Fine coli modico forma uirilis amat

Ouid Arte amandi libro 1.

Forma uiros neglecta decet, Minoida Theſæus
Abſtulit a nulla tempora comptus acu.
Hippolytum Phædra, nec erat bene comptus, amauit.
Cura deæ ſyluis aptus Adonis erat.
Munditiæ placeant, fuſcentur corpora campo.
Sit bene conueniẽs & ſine labe toga.
Linguaq; nec rigeat, careant rubigine dentes.
Nec uagus in laxa pes tibi pelle natet.
Nec male deformet rigidos tonſura capillos,
Sit coma, ſit docta barba reſecta manu.
Et nihil emineant, & ſint ſine ſordibus ungues.
Inq; caua nullus ſtet tibi nare pilus.
Nec male odorati, ſit triſtis anhelitus oris,
Nec lædat nares uirq; paterq; gregis.
Cætera laſciua faciant concede puellæ
Et ſi quis male uir quærat habere uirum.

idem libro 2.

Forma bonũ fragile eſt, quantumcꝫ accedit ad annos
Fit minor, & ſpatio carpitur illa ſuo.
Nec ſemp uiolæ, nec ſemp lilia florẽt,
Et riget amiſſa ſpina, relicta roſa.
Et tibi iam ueniẽt cani formoſe capilli
Iam ueniẽt rugæ quæ tibi corpus arẽt
Iam mollire animum qui duret, & aſtrue formam,
Solus ad extremos pmanet ille rogos.

idẽ triſtium lib. 4. Elegia 4.

Iſta decẽs facies longis uitiabitur annis.
Rugaq; in antiqua fronte ſenilis erit.

Idẽ libro 3. Elegia 7.

Iniſcietq; manus formæ damnoſa ſenectus,
Quæ ſtrepitum paſſu non faciẽte uenit.
Cumq; aliquis dicet, fuit hæc formoſa, dolebis
Et ſpeculum mẽdax eſſe quærere tuum.
Sunt & opes modicæ, cum ſis digniſſima magnis
Finge, ſed immẽſis cenſibus eſſe pares.
Nempe dat, & quæcunq; libet fortuna rapitq;
Hirus & eſt ſubito, qui modo Cræſus erat.
Singula quid referam? nil non mortale tenemus
Pectoris exceptis ingenijq; bonis.
En ego cum patria caream uobiq; domoq;,
Raptaq; ſint adimi qui potuere mihi.
Ingenio tamẽ ipſe meo comitorq;, fruorq;.

Ceſa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cæſar in hoc potuit iuris habere nihil.
Quilibet hanc ſæuo uitam mihi finiat enſe:
Me tamen extincto fama ſuperſtes erit.
Dumq; ſuis uictrix ſeptem de montibus orbem
Proſpiciet domitum martia Roma legar.
Tu quoq; quam ſtudij maneat fœlicior uſus
Effuge uenturos qua potes uſq; rogos.
Iuuenalis Satyra 10.
- Filius autem
Corporis egregij miſeros trepidosq; parentes
Semper habet, rara eſt adeo concordia formæ
Atq; pudicitiæ, ſanctos licet horrida mores
Tradiderit domus, ac ueteres imitata Sabinos.
Præterea caſtum ingenium, uultumq; modeſtum
Sanguine feruentem tribuat natura benigna
Larga manu, quid enim puero conferre poteſt plus
Cuſtode, & cura natura potentior omni?
Non licet eſſe uiros, nam prodiga corruptoris
Improbitas, ipſos audet tentare parentes:
Tanta in muneribus fiducia, nullus ephœbum
Deformem ſæua caſtrauit in arce tyrannus.
Nec prætextatum rapuit Nero loripem uel
Struoſum, atq; utero pariter gibboq; tumentem.
Nunc ergo iuuenis ſpecie lætare tui, quem
Maiora expectant diſcrimina fiet adulter.
Publicus & pœnas metuet quaſcunq; mariti
Exigere irati, nec erit fœlicior aſtro
Martis, ut in laqueos nunquam incidat: exigit autem
Interdum ille dolor, pluſquam lex ulla dolori
Conceſſit, necat hic ferro ſecat ille cruentis
Verberibus, quoſdam mœchos & mugilis intrat
Sed tuus Endymion dilectæ fiet adulter
Matronæ: mox cum dederit ſeruilia nummos.
Fiet & illius, quem non amat, exuet omnem
Corporis ornatum: quid enim ulla negauerit adis
Inguinibus, ſiue eſt hæc Hippia, ſiue Catulla
Deterior, totos habet illic fœmina mores.
Sed caſto quid forma nocet, quid profuit olim
Hippolyto graue propoſitum? quid Bellerophonti?
Erubuit nempe hæc ſeu faſtidita repulſa.
Nec Stenebœa minus quam Creſſa excanduit, & ſe
Concuſſere ambæ mulier ſæuiſſima tunc eſt
Dum ſtimulos odio pudor admonet.

Pulſus græce ὠθισμὸς, ῦ. ſ. dicitur. Eſt autem pulſus humidi calefacti ſpumificatio, ſecundū Ariſtotelem libro 7. Phyſicorum.

Pulſio eſt cum expellens deficit ei quod expellitur, ſecundum Ariſt. lib. 7. Phyſicorum.

PVnitio græce κόλασις, ῶ. ſ. & κολάζω punio dicitur.

Punitio inquantū cum pertinet ad iuſtitiā publicam, eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, uindicatiuæ uero inquantum pertinet ad immunitatem perſonæ ſingularis, ex b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 80. ar. 1. Sane p punio quaſi pœna affixio, dicebant ueteres. Hinc impune q̄ eſt ſine pœna, & impunitas. Seneca: Quippe delictorū impunitos homines audaciores reddit ad malum. Hinc pœna & pœnitentio, de q̄bus ſupra.

Deuteronomij cap. 25.

Pro menſura peccati, erit & plagarum modus. *Ibidem cap. 28.*

Non occident patres pro filijs, nec filij p patribus; ſed unuſquiſq; pro peccato ſuo morietur.

Ezechielis ca. 18.

Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filij.

Sapientiæ cap. 11.

Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.

Auguſt. & hab. diſt. 25. c. Qui in aliud.

Qui in aliud ſeculum diſtulit fructū conuerſionis, prius purgabitur igne purgationis: hic ignis & ſi nō ſit æternus, miro tñ modo grauis eſt: ſuperat enim omnem pœnam quam unquā paſſus eſt aliquis in hac uita, uel pati poteſt.

Auguſtinus libro 3. de libero arbitrio.

Illa eſt pœna peccati iuſtiſſima, ut amittat unuſquiſq; illud quo bene uti noluit, cū ſine ulla difficultate poſſet, ſi uellet. i. ut qui ſciens recte nō facit, amittat ſcire q̄d rectum ſit, & qui rectū facere, cū poſſet noluit: amittat poſſe cum uelit.

Auguſtinus libro 1. Confeſſionum.

Iuſtiſti dñe, & ſic eſt, ut pœna ſit omnis inordinatus animus. *Auguſt. in Enchirid. ca. 93.*

Mitiſſima oīm pœnarū erit eorū, qui p̄ter peccatū, q̄d originale traxerūt, nullū inſuper addiderūt. *Aug. de pœ. & ha. 2. q. 1. c. Multi corrigūtur.*

Nō ergo illi quos monem⁹ agere pœnitentiā querāt ſibi comites ad ſupplicia, nec gaudeant, quia plures inuenias ſibi ſimiles: nā propterea nō minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.

Aug. l. de ciuitate dei, & ha. 27. q. 5. c. Non eſt.

Nō eſt innocentiæ parcendo ſinere, ut in malū grauius incidat, pertinet ergo ad innocentiæ officiū, non ſolum nemini malū inferre, uerum etiam cohibere à peccato, uel punire peccatum, aut ut ipſe qui prius odio habetur, corrigat experimento ut alij terreantur exemplo.

Aug. & ha. 24. q. 30. ca. Corripiantur.

Pœna epiſcopalis iudicij in eccleſia nulla maior eſt. *Hiero. in Naum prop. & ha q. 5. c. Quid ergo.*

Quid ergo ait contra dominū cogitatis. Ipſe eſt qui creauit mundū, & cōſummationē eius faciet: quod ſi uobis uidetur crudelis, & rigidus, & cruentus quod in diluuio genus deleuit humanum, ſuper Sodoman & Gomorram ignē & ſulphur pluit. Aegyptios ſubmerſit in fluctibus, Iſraelitarū cadauera proſtrauit in eremo: ſcitote eum ideo ad præſens reddidiſſe ſupplicia, ne in æternum puniret.

Hiero. ad Ruſticum & ha. de pœ. diſt. 3. c Achab.

Achab rex impiiſſimus uineā Nabutæ cruore poſſedit, & cū Iezabel nō tā coniugio ſibi, quā crudelitate coniuncta Heliæ increpatione correptus. Ad eundē, hec dicit dominꝰ: occidiſti & poſſediſti. Et iterū: In loco quo linxerunt canes ſanguinē Nabutæ, ibi lingent ſanguinē tuū, & Iezabel carnes comedent ante muros Iſrael. Quod aūt eū audiſſet Achab ſcidit ueſtimenta ſua, & poſuit ſaccum ſuper carnē ſuam, & ieiunauit, & dormiuit in cilicio. Factus eſt ſermo domini ad Heliam, dicēs: quia reuerſus eſt Achab faciem meā, non inducā malum in diebus eius,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

unum ſcelus & Achab & Iezabel cõmiſerunt: ſed tamen conuerſus Achab ad pœnitentiã, pœna differtur in poſteros, & Iezabel in ſcelere perſeuerans, præſenti condemnatur iudicio.

Hiero. & hab. 24. q. 1. c. Non afferamus.

Dominus priora delicta recentibus pœnarũ exemplis cauenda monſtrauit.

Grego. in Mora. & hab. diſt. 39. c. Qui ea.

Qui ea quæ dei ſunt ſapiunt, à domino ſapiũtur, & qui ea q̃ dei ſunt neſciunt, à dño neſciuntur: Paulo atteſtãte, q̃ ait: Si q̃s ignorat, ignorabitur. Idem: Quicunq; ſtultus eſt in culpa, erit ſapiens in pœna. *Grego. lib. 6. Moralium.*

Iniuſtus quiſq; eo atrocius in tormentis obruitur, quo altius peccatis eleuat̃, tranſit q; extollitur, permanet q; punitur. Qui honoratur in uia in peruentione damnabitur, & quaſi per amœna prata ad carcerem peruenit, qui per præſentis uitæ proſpera ad interitum tendit.

Gregorius libro 9. Moralium.

Iuſtum eſt ut q̃s culpa ſimul inquinat, paretiã pœna aſtringat, & q̃ nequaq̃ diſpari ſunt iniquitate polluti, nequaq̃ tormẽto cruciant̃ diſpari, quatenus ſimul damnatio conterat, quos ſimilis elatio ſubleuabat. *Ibidem.*

Horrendo mõ fit miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu, quia & mors ſemp̃ uiuit, & finis ſemper incipit, & deficere defectus neſcit. Mors perimit & nõ extinguit, dolor cruciat, ſed nullatenus pauorẽ fugat, flãma cõburit, ſed nequaq̃ tenebras excutit. *Ibidem.*

Electos dei cernimus & pia agere, & crudelia tollerare: hinc ergo colligitur, diſtrictus iudex quanta illic feriat diſtrictione quos reprobat, ſi hic cruciat quos amat. *Ibidem.*

Sicut uno ſole om̃es tanguntur, nec tñ ſub eo uno ordine omnes æſtuamus, quia iuxta qualitatem corporis ſentitur etiam põdus caloris: ſic damnatis una eſt gehenna quæ affligit, & tamẽ nõ omnes uno calore comburit, quia quod hic agit diſpar ualetudo corporũ, hoc illic exhubet diſpar cauſa meritorum. *Grego. li. 15. Moral.*

Pœna præſens quę iniuſti animum a prauis deſiderijs mutat, ab æternis ſupplicijs non liberat quos mutat; nam quem præſentia mala nõ corrigunt, ad ſequentia perducunt.

Grego. l. 20. Mora. & hab. 1. q. 4. ca. Homini.

Cõtra dominus ad Moyſen: Ego ſum deus zelotes, qui uiſito peccata patrum in filios uſq; in tertiam & quartam generationem, licet nõ inæqualitate iudicij, ſed magnitudine clementiæ.

Idem lib 30. Moralium.

Ad diſtricti iudicij iuſticiam pertinet, ut nunquã careant ſupplicio, quo mens in hac uita nunquam uoluit carere peccato, & nullus detur iniquo terminus ulcionis, q̃a quando ualuit habere, noluit terminũ criminis. *Grego. lib. 4. Dialog.*

Anima illic poſita bñ eſſe perdidit, & eſſe non pdidit: & quare ſemper cogit, ut & mortẽ ſine morte, & defectũ ſine defectu, & finem ſine fine patiatur, q̃tenus ei & mors immortalis ſit, & defectus inde deficiens, & finis infinitus.

Gregorius, & hab. diſt. 28. cap. Quia.

Quia ſunt culpæ in quibus culpa eſt relaxare uindictam, quærenda ſemper eſt ueritas, utrũq; ri debeat utrũ accuſata noxa condemnat, an à pœna innocentia patefacta ſubducat.

Ioannes Chryſoſt. ſuper Matth. cap. 1.

Iniuſtius eſt enim iniuſtum cuiſe euadere, q̃ iuſtum iniuſte punire: q̃a reus etſi ſemel euaſerit, ſi ſemel perierit, iam non poteſt reuocari.

Idem ſuper illud Ma. 6. Excidetur & in ignem mittetur.

Noui & plurimi ſolam pertimeſcunt gehenã, ego autem illius glorię amiſſionem multo amarius q̃ ipſius gehennæ dico eſſe ſupplicium horribile. Mille quis ponat gehẽnas, nihil tale dicturus eſt quale eſt à beatæ illius gloriæ honore expelli, & eſſe exoſum Chriſto.

Bernardus epiſtola 52.

Ob hoc inflexibilis & obſtinatæ mẽtis malũ punit̃ æternaliter: licet temporaliter perpetratum, q̃ breue fuit tempore uel opere, longũ eſſe conſtat in pertinaci uolũtate, ita ut nunq̃ moreretur, nunq̃ peccare deſineret, imo ſemper uiuere uellet, ut ſemper peccare poſſet.

Hugo li. 2. de anima.

Iuſte puniuntur q̃ licitis abutunt̃, iuſtius uero puniuntur qui aliena rapere conant̃, ſic ſatanas cælum, ſic protoplaſtus perdidit paradiſum.

Caſiodorus ſuper Pſal. Dixit inſipiens.

Occultã culpam ſequit̃ aperta percuſſio, ut malis exterioribus interna puniantur, & cor publice corruat, quod latenter peccabat.

Seneca in Prouerbijs.

Satis pœnarum eſt potuiſſe puniri, grauiſta men pœna eſt quem poſt facti pœnitet.

Ariſtoteles lib. 10. Ethicorum.

Oportet bonos puocare ad uirtutes p̃ p̃mia, malos aũt per pœnam inſanabiles totaliter exterminare. *Valerius max. lib. 1.*

Lento em̃ gradu ad uindictam ſui diuina pcedit ira, tarditatem̃q; ſupplicij grauitate compenſat. *Cicero pro Milone.*

Et pœnam ſemper ante oculos uerſari putẽt, qui peccauerunt. *Cicero lib. 1. de legibus.*

At uero ſceleris in hoies atq; impietatẽ nulla expectatio eſt, ita q̃ pœnas luũt, non tam iudicijs quæ quondã nuſq; erãt, hodie multifariã nulla ſunt, ubi ſunt ficta, tñ perſæpe falſa ſunt, ut eos agitent, inſectenturq; furię nõ ardentibus sedis, ut in fabulis, ſed angore conſcientiæ, fraudisq; cruciatu. *Idem lib. 2. de legibus.*

Sceleris etiam pœna triſtis, & præter eos euẽtus qui ſequuntur, per ſe ipſa maxima eſt.

Idem lib. 3. de legibus in fine.

Noxię par pœna eſt, ut in ſuo uitio q̃ſq; plectat̃.

Idem lib. 3. de natura deorum.

Etem̃ nec domus, nec reſpublica tõe q̃dam diſciplina deſignata uideat̃ ſi in ea nec recte factis præmia extent ulla, nec ſupplicia peccatis.

Paulus Oroſius lib 8.

Cõſpiratoꝝ ac ſceleratoꝝ, etſi paucitas conẽni poſſit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

poſſit,tamen pertinacia magna pœna afficien/da eſt,ne malo exemplo cæteri moueantur.

Suetonius in Tiberio.

Boni paſtoris eſt tõdere pecus,nõ deglubere.

Virgilius Aeneidos libro 6.

Ergo exercentur pœnis.

Vide ſupra in Infernus.

Lucanus libro 5. Pharſaliæ.

Quicquid multis peccatur,inultum eſt.

Horatius ſermonum libro 1. Satura 3.

-Adſit
Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas,
Nec ſcutica dignum horribili inſectere flagello.

Horatius epiſtolarum libro 1. epiſtola 17.

Oderunt peccare boni uirtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Iuuenalis Satyra 2.

-Sed illos.
Defendit numerus iunctoq; umbone phalanges.

Dantes libro 1. cap. 1.

Et uedrai le doloroſe ſtrida:
Vedrai li antiqui ſpiriti dolenti,
Che la ſecunda morte ciaſchun crida.
Et uedrai color che ſon contenti
Nel foco,perche ſperen de uenire
Quando che ſia alle beate genti. id eſt,
Et uidebis mœſtos ſtridores:
Videbis antiquos ſpiritus dolentes,
Qui ad mortem ſecundam quiſq; clamat,
Et cernes eos qui ſunt læti
In igne,quoniam ſperant peruenire
Cum tempus fuerit,ad beatam turbam.

Dantes inferni Canti. 21.

O uendetta de dio,quanto tu dei
Eſſer temuta. Id eſt,
O uindicta dei,quantum debes
Timeri. *Dantes purgatorij Cant. 21.*
La diuina iuſtitia contra uoglia
Come fu al peccar,pone al tormento. Id eſt,
Diuina iuſtitia contra uoluntatem,
Sicut fuit ad peccandum,aufert tormentum.

Dantes paradiſi Cant. 6.

Multe uolte gia pianzeron li figli
Per la colpa del padre. Id eſt,
Sæpius olim deplorarunt filij
Propter culpam parentis.

Dantes praadiſi Cant. 22.

La ſpada de qua ſu non taglia infreta,
Ne tarde mai al parer de collui
Che deſiando o temendo,laſpetta Id eſt.
Enſis ſupernus non cito uulnerat,
Nec tarde unq̃,iudicio eius.
Qui deſiderans aut timens,operitur eundem.

Puſillanimitas græce μικρωψυχία.ας.ἡ. & μικροψυχος.ον.ὁ puſillanimis dicitur. Eſt autem puſillanimitas uirtus oppoſita magnanimitati per defectum, quia deficit puſillanimis à proportione ſuæ po/tentiæ, dum recuſat in illud tendere, quod eſt commenſuratum ſuæ potentiæ.

Puſillanimitas eſt cõtraria magnanimitati ſecundũ defectum,pſumptio aũt ſecũdum exceſſum,ideo utraq; ê peccatũ,ex b. Tho. 2. 2. q. 130. Puſillanimitas,ſe. Ariſt. eſt uitiũ quo impoten/tes uidentur animi ad fœlicitatem infelicitatẽq;, honorem & dedecus ſuſtinendum.

Vadrageſima græce τεσσαρακοστη.ης.ἡ. & τεσσαρακοστος.η.ον. quadrageſimus dicitur. Ieiuniũ ante Paſcha, quod q̃drageſima dicit, fit quadraginta diebus, ſicut à Chriſto, à Moyſe, & Helia, quadruplici ratione, uel quia ſe Greg. per hos quadraginta dies uirtus decalogi, per li bros quatuor ſancti euangelij impleť. Vel quia dignum eſt ut carnem noſtram quaterdecies af fligamus, uel qa in his offerre cõtendimus deci/mas dierum. Vel quia ſecundum Aug. creaturę inuiſibili debetur ternarij numerus, ſed creatu ræ uiſibili debetur quaternarius, propter cali/dũ, frigidum, humidũ & ſiccum. Vnde ſi dena/rius numerus ducať per quaternariũ, qui com/petit corpori, per quod adminiſtratio geriť, qua drageſimum numerum conficit ex b. Tho. 2. 2. q. 147. art. 5. & 4 Sent. di. 15. q. 3. art. 3.

Quadratio græce τετραγωνισμος.ου.ὁ. & τετράγωνος.ον. quadrus. & τετράγωνος.η.ον. quadratum dicitur. Eſt au tem quadratum figura rectilinea, orthogonia, habens omnia latera æqualia, ſecundum beat. Tho. ſuper Mete. lect. 7. co. 3.

Quæſtio græce ζητημα.ατος.τὁ. & ζητημάτιον.υ.τὁ. quę ſtiuncula dicitur. Quod quadrupliciter, ſ. an eſt quia eſt, quid eſt, & propter quid eſt. Et duæ pri mæ reducuntur in eandem, & aliæ duæ in unã aliam, ex b. Tho. ſuper 7. Meta. lec. 5. 6. & Poſte riorum lib. 2. lege. 1. 6. Dicitur autem quæſtio à quæro, ꝙ nihil aliud eſt q̃ quæ ſit res aliqua in/ueſtigare. A quæro dicuntur quæſtores, qui pre poſiti ſunt pecuniæ publicæ quærendæ, hi & uectigalia exigunt, & ærarij curam habent. Hi aliqñ rebus capitalibus præerant, & hi quæſto res patricidij dicebantur, quorum lex 12. tabu/larum mentionẽ facit. Vir. Quæſitor Minos ur/nam mouet. Itẽ à q̃ſtus ſit diminutiuũ quæſticu lus ꝙ ſignificat lucellũ, hoc eſt paruum lucrum.

Quęſtus græce ἐργασία.ας.ἡ. & ζητέω quęro dicitur. Dicitur aũt quęſtus omne quod ex opere cuiuſ cunq; deſcẽdit. la Quæſtus. ff. ꝙ ſocio. Eſt & que ſtus ſine diphthongo, de quo infra in Querela.

Qualitas græce ποιοτης.ητος.ἡ. & ποιος.α.ον. qualis dicitur. Eſt autem qualitas ſecũdum quam qua/les dicimur, ſecundum Ariſt. lib. Prædicamen.

Qualitas proprie importat modum, id eſt, determinationem ſubſtantiæ, uel ſecundum ꝙ potentia materiæ determinatur ad eſſe ſubſtan/tiale, & ſic eſt differentia ſubſtantiæ. Vel ad eſ/ſe accidentale, & ſic eſt differentia accidentis, & prædicamentorum qualitatis, ex bea. Tho. pri/ma ſecundæ q. 49. art. 2.

Quando græce ποτε dicitur, & ἑως quãdiu dicitur Eſt aũt qñ id quod ex temporis adiacentia relin quitur, ſec. Gilbertum Porretanum li. 6. princ. Quando eſt proportio relicta ex tempore, ſecũ dum b. Tho. 4. Sent. di. 16. q. 3 art. 1.

Quantitas græce ποσοτης.ητος.ἡ. & ποσος.η.ον. quan tus dicitur. Eſt autem quantitas ſecundum quam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quam quanti dicimur, ſecundum Ariſt. li. Prædicamentorum.

Quantitas eſt prima poſt ſubſtantiam, ſecundum b. Tho. prima ſecundæ q. 52. art. 1.

Quantitas duplex. ſ. continua & diſcreta. Cõtinua ut linea, ſuperficies, corpus, locus, tẽpus, & ſimilia. Diſcreta, ut numerus & oratio, ex Ariſto. lib. Prædicamentorum.

Querela græce μομφὴ. ῆς. ἡ. uel θρῆνος. ου. ὁ. & θρηνέω. q̃ ror dicitur. Eſt autem quæror uerbum deponens, idem quod lamentor, dicitur q̃ à que & res: nam lamentando que res ſit, quæ nos agitet explicare ſolemus. Verum ſine diphthongo ſcribitur, & corripit primam, ut differret à quæror, quod eſt paſſiuũ huius uerbi quæro. Hinc que rimonia pariter, quod idem eſt quod lamentatio, & quæſtus pro lamentatione Ouid. Et quoties aliquos parat edere queſtus Sibilat, hanc illi uocem natura reliquit.

Quies græce παῦλα. ης. ἡ. & παύομαι quieſco dicitur. Eſt autem quies id quod eſt in re, de cuius aptitudine eſt ut moueatur, non tamen eſt mota, ſecund. Albertum Magnũ in philoſophia ſua ſuper libros Phyſicorum.

Quies eſt priuatio motus in illo, de cuius aptitudine eſt ut moueatur, non tamen eſt motum, ſecundum Auicennam.

Quies quod proprie ſomnum ſignificat, dicta quaſi qui tibi es, & nullo alio negotio deſtineris. Tunc enim cæteris negotijs non uacamus cum dormimus. Propter quod etiam pro tranquillitate accipitur quies à quo fit requies eiuſdem ſignificationis: & quietus, tranquillus & quietudo quieſco & requieſco.

Sophocles in Electra.

ὄρᾶ, πόνου τοι χωρὶς οὐδὲν ἔντυχεῖ. id eſt,

Vides, labore quidem ſine nihil bene ſuccedit.

De hac materia habes in Acedia, Labor, & Otioſitas.

RAbies græce λύσσα ης. ἡ. & λυσώδης. ες. ὁ. ἡ. rabidus ſeu rabioſus dicitur. Eſt autẽ rabies ſiue rabia, morbus canum, cũ ueluti furore quodam acti, huc atq; illuc rapiuntur, nec ullum quietis locum inueniunt. Dicitur q̃ à rapio rapis, hinc etiam rabio, is, uerbum, quod eſt nimia ira, & quaſi rabie agitator. Varro: Quid eſt quod latras? quid rabis? quid uis tibi? Cæcilius rabia rabere ſe ait. Alij rabiem quaſi rauiem dictam uolũt, à uocis raucitate, quam rabioſi emittunt ſimilem canum latratui: ueteres enim rauum obtuſum dixere. Vnde uox raua parum liquida. A rauus fit raucus, qui uocem nimio clamore ſiue alia cauſa obruſam habet, & raucitas ipſa uocis obtuſitas.

Rancor eſt diſplicentia contra aliquem propter quem deſiderat uel quærit quis malũ alteri, & eſt filia Acediæ. Aliquando eſt filia iræ.

Rancor eſt indignatio contra inducentes ad diuina, ſecundum b. Tho. 2. 2. q. 25. ar. 4.

Rapina græce ἁρπαγή. ῆς. ἡ. & ἅρπαξ. γος. ὁ. rapax & ἁρπάζω rapio dicitur. Eſt autem rapina rei alienę per uim ſubſuſta ablatio. ſc. b. Tho. 2. 2. q. 66. art. 8. 6.

Rapere proprie eſt cum impetu quodã & uiolentia auferre. Vir. Raptas ſine more Sabinas. Ponitur etiam pro uitiare, & proprie de uirginibus. Et ſic raptus ut eſt ſpecies luxuriæ, eſt quando puella de domo patris uiolenter abducitur, ut corrupta matrimonio habeat, ſiue ei, ſiue parentibus uiolentia inferatur, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 15. art. 4.

Raptus quandoq; eſt cum ſtupro, & quãdoq; ſine eo, ut in raptu uiduæ, uel nuptiæ, uel corruptæ. Et quandoq; ſtuprũ eſt ſine raptu, ſi deflo retur uirgo ſine ui, ex b. Tho. ubi ſupra.

Raptus eſt illicitus concubitus cum uiolẽtia, ſecundum b. Tho. 2. 2. q. 154. art. 8.

Rapina, raptio, & raptus ſic uidentur differre, q̃ raptio ad perſonam refertur, rapina ad rem, raptus ad ſtuprum.

Rapacitas continetur ſub uiolentia, cum ſit ſpecies eius, quæ uiolentia eſt filia auaritiæ, ex b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 118. art. 8. c

Raptor dicitur proprie qui rapit res immobiles, prædo uero mobiles. Vnde rapina dicit de rebus immobilibus, deprædatio aũt de mobilibus & ſe mouẽtibus, ut animalibus & huiuſmodi, ſecundum Ioan. An. Large uero raptores dicuntur omnes publice & uiolenter res alienas deprædantes, tam mobiles q̃ immobiles.

Rapina q̃d à furto differat, uide ſupra in Furtũ.

Dauid Pſalm. 61.

Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere.

Aug. l. q. Exo & hab. 14. q. 5. c. Pœnale.

Pœnale eſt occulte auferre, multo maioris pœne eſt uiſibiliter eripere: auferre ergo nolẽti, ſiue occulte, ſiue palã habet p̃ceptum ſuũ. Furti eñ noĩe bene intelligitur oĩs illicita uſurpatio rei aliene. Non eñ rapinã permiſit, q̃ furtum p̃hibuit, ſed uti q̃ furti noĩe in lege ueteris teſtamenti, & rapinam intelligi uoluit. A parte enim totum ſignificauit, quicquid illicite rerum proximo auferetur. *ibidem cap. Si quid.*

Si q̃d inueniſti, & nõ reddidiſti, rapuiſti: q̃ tũ potuiſti, feciſti: quia plus nõ inueniſti: q̃ alienum negat, ſi poſſet & tolleret: deus cor interrogat, nõ manum. *Aug. & hab. 14. q. 5. c. Forte aliquis.*

Forte aliquis cogitat & dicit: Multi ſunt chriſtiani diuites, auari, cupidi: nõ habeo peccatũ, ſi ſuum illis abſtulero, & paupibus dedero. Vnde enim illi nil boni agunt, mercedẽ habere poſſunt: ſed huiuſmodi cogitatio è diaboli calliditate ſuggerit. Nã ſi totum tribuat pauperibus q̃d abſtulerat, addit potius peccatum, q̃ minuat.

Auguſtinus de uerbo domini. cap 20.

Si in ignem mittitur qui nõ dedit rem propriam, ubi putas mittendus erit, qui inuaſit alienã? ſi cum diabolo ardet qui nudum non ueſtiuit, ubi putas arſurus eſt qui expoliauit? Non nocẽt mala præterita, ſi non placent.

Auguſt. in ſermone dominica 4 Quadrageſimæ.

Si pœnale eſt clãculo auferre, multo maioris pœnæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

næ eſt uiolenter eripere.

Hiero. in li. Leuit. & hab. 14. q. 5. c. Multi.

Multi ſine peccato putant eſſe, ſi alienum ꝙ inuenerint, teneant, & dicunt: Deus mihi dedit, cui habeo reddere: diſcant hoc peccatum ſimile eſſe rapinæ, ſi quis inuenta non reddit.

Hieronymus ibidem c. Nemo qui.

Nemo qui rapit, moriens ſi habet unde reddat ſaluatur, ſi eos quorum fuit inuenire nõ poterit, Eccleſiæ uel pauperibus tribuat.

Ambro. in l. de bo. mo. & ha. 14. q. 4. c. Si quis.

Si quis uſurã accipit, rapinã facit, uita nõ uiuit. *Ambro. ibidem q. 5. c. Rapinam.*

Rapinam emere non licet, niſi intentione, ut cui eſt ablata reſtituatur.

Fulgentius tractans illud Matt. Omnis arbor &c.

Si ſterilitas in ignẽ mittit, rapacitas quid meret: aut quid recipiet qui alienũ tulerit, ſi ſemꝑ ardebit qui de ſuo nõ dedit. Et ſi iudiciũ ſine miſericordia erit illi qui non fecerit miſericordiã, quale iudicium erit illi qui fecerit & rapinam?

Rabanus ſup illud Mat. 16. Eſuriui, & nõ dediſtis &c.

Quid recipiet qui aliena tulit, ſi ſemper ardebit qui ſua non dedit? *Seneca epiſtola 75.*

Nulli cui rapina fœliciter ceſſit, gaudium rapti durauit in poſterum.

Raritas græce ἀραιότης, ητος. & ἀραιόω rareſco & ἀραιὸς ά, όν. rarus dicitur Eſt autẽ rarum id, cuius partes diſtant à ſeinuicem, ſecundum Ariſto. lib. Prædicamentorum.

Rarum eſt in quo parum eſt de materia ſub magnis dimenſionibus, denſum uero econtrario, ſecundum b. Tho. 2. Sen. di. 30. q. 2. ar. 1.

Rarum interdum ponitur pro præſtanti, quoniam omnia præclara rara ſunt. A rarus rareſco id eſt, rarus fio. A rarus fit rete ut placet Varroni, à quo reticulum diminutiuum: & irretitio uerbum, quod ſignificat retineo, capio, & irretitum dicimus aliqua fraude aut blanditijs, aut dolo, quaſi rete captum.

RAtio græce λόγος ου. ὁ. & λογικὸς ή, όν. rationabilis dicitur. Eſt autem ratio aſpectus mentis, quæ bonum malumꝙ diſcernit, uirtutes eligit, Deum diligit, ſecundum Auguſtinum libro de ſpiritu & anima.

Ratio eſt natura intellectualis obumbrata, ſecundum b. Tho. 1. ſen. di. 3. q. 4.

Ratio & intellectus nõ ſunt idẽ, quia rõ qñꝙ eſt recta, & qñꝙ non recta, tam in ſpeculatiuis, ꝙ in practicis: ſed intellectus ſemper eſt rectus, ſecundum eundem 1. ſen. di. 1. q. 1. art. 1. & 4.

Ratio & intellectus non diſtinguuntur, ſicut duæ potentiæ, ſed ſicut diuerſi actus eiuſdẽ potentiæ: quia intelligere eſt intelligibilem ueritatem ſimpliciter apprehendere. Ratiocinari aũt eſt procedere de uno intellectu ad aliud intellectum ad ueritatẽ intelligibilem cognoſcẽdam, ſecundum eundẽ 1. parte q. 79. arc. 8. Hinc ratiocinatio quæ eſt diſcurſus intellectus ab uno in aliud, à principio ad concluſiones, ut in ſyllogiſmis & conſequentijs.

Ratio ut eſt pars prudẽtiæ eſt diſcurſus intellectus, quo applicant uniuerſalia principia agibiliũ ad particularia, uaria & incerta agibilia. Et ſic eã ponit Macrobius ex ſentẽtia Platonis.

Ratio diſtinguit in ſuperiorẽ & inferiorem, ſecundum diuerſa officia. Nam ratio ſuperior eſt quæ intendit æternis conſpiciendis, aut conſulendis. Concipiendis quidem, ut ſecũdum ꝙd ea in ſeipſis ſpeculatur. Conſulẽdis uero ſecundum quod ex his accipit regulas agẽdorum. Ratio inferior eſt quæ intendit temporalibus rebus, ex Auguſt. libro 12. de Trinitate.

Ratio eſt motꝰ animi uera à falſis diſtinguẽs, à qua fit ratiocinatio, quæ à græcis ſyllogiſmus, συλλογισμὸς ου. ὁ. dicitur.

Rationẽ habere, ſi cum genitiuo iungitur, eſt habere reſpectũ, ut habenda eſt ratio honoris. Si cũ ablatiuo cũ præpoſitione cum, eſt habere negotium. Ci. Rõem habet cũ terra, quæ nunc ꝙ recuſat imperium. *Auguſt. contra Manichæos.*

Si rõ cõſentiat, ut ꝙ libido cõmonet faciendũ eſſe decernat, ab oĩ uita beata, tanc ꝙ deparadiſo expellit hõ, & iam peccatũ imputat, etiã ſi factum nõ ſequatur, quia rea tenetur in confeſſione conſcientia. *Caſſio. lib. 3. epiſtola. 52.*

Paucos rõ capit ac ꝓbabilis oblectat intẽtio. Illud potius turba dicit, quod ad remiſſionẽ cum rarũ conſtat inuentũ. *Lact. Fir. lib. 6. cap. 4.*

Semper ita uiuamus, ut rõem nobis reddendam arbitremur. *Idem lib. 7. cap. ultimo.*

Nam quicunꝙ rõem hominis abiecerit, hæc præſentia ſecutus in humũ ſeipſe ꝓſtrauerit, deſertor dñi, & imperatoris & patris ſui, punitur. Intendamus igit iuſtitiæ, quæ nos inſeparabilis comes ad deum ſola perducet, & dum ſpiritus hos regit artꝰ infatigabili militia deo militemꝰ; ſtationes, uigilias ꝙ creberrimas congrediamur cum hoſte, quẽ nouimus fortiter, ut uictores ac deuicto aduerſario triumphantes præmiũ uirtutis, quod ipſe ꝓmiſit, à deo conſequamur.

Seneca epiſtola 68.

Sola ratio incommutabilis & iudicij tenax eſt: non enim ſeruit, ſed imperat ſenſibus.

Seneca epiſtola 76.

Bona illa ſunt uera, quæ rõ dat, ac ſempiterna quæ cadere nõ poſſunt ac decreſcere quidẽ, aut minui. Cætera opinione bona ſunt, nomẽ quidem habent cõmune cum ueris, proprietas autem bona in illis non eſt. *Ibidem.*

Ama rationem, huius te amor contra duriſſima armabit. *Seneca epiſtola 77.*

In homine quidẽ optimum ratio eſt, hac antecedit animalia, deos ſequitur. Ratio aũt perfecta bonum propriũ eſt, cætera illi cum animalibus ſatis communia ſunt. Valet homo, & leones: formoſus eſt, & pauones: uelox eſt, & equi, & ideo in his omnibus uincitur. *Ibidem.*

Nam cum ſola ratio perficiat hominẽ, ſola ratio perfecta beatum facit: hæc autem unum bonum eſt, quo uno beatus efficitur ſ. uirtus.

Ariſtoteles libro 1. Politicorum.

Homi/

Homines ratione & intellectu uigentes, naturaliter domini ſunt, & rectores aliorum.

Idem epiſtola ad Alexandrum.

Eos qui utunt ratione, & cum hac oĩa uolunt agere, tanq; bonos & optimos exiſtentes laudamus. Eos autem qui ſine ratione aliquid faciũt, tanq; crudeles, & rudes, & beſtiales exiſtẽtes odimus. *Idem lib. 1. Metaphyſicæ.*

Hominum genus arte, & rationibus uiuit.

Idem libro 1. Ethicorum.

Ratio ſemper deprecatur ad optima.

Idem in epiſtola ad Alexandrum.

Sicut dux eſt ſaluator exercitus, ſic ratio erudi tionis uitæ eſt dux animæ. *Cic. li. Officiorum.*

Ratio ergo hoc poſtulat, ne quid inſidioſe, ne qd ſimulate, ne quid fallaciter. *Idem li. 2. Tuſ. q.*

Sed præſto eſt domina omnium & regina ratio, quæ connexa per ſe, & progreſſa longius fit perfecta uirtus. *Ibidem.*

Fortes eĩ nõ mõ fortuna adiuuat, ut eſt in ueteri puerbio, ſed multo magis ratio, quæ qbuſdam p̃ceptis confirmat uim fortitudinis. *Ibidẽ.*

Eſt eĩ animꝰ in partes diſtributus duas, quarũ altera rõnis eſt particeps, altera expers. Cum igitur ut nobiſmetipſis imperemus: hoc p̃cipit, ut rõ coerceat temeritatẽ: in animus oĩm ẽ fere natura molle qddã, demiſſum, humile, enerua tum quodammõ & largũ, ſenile, ſed aliud nihil humile deformius: ſed p̃sto eſt domina oĩm & regina ratio, q̃ cũ nexa per ſe, & p̃greſſa longius fit p̃fecta uirtus: hæc ut imperat illi parti animi, quæ obedire debet, id uidendum eſt uiro.

Idem in Paradoxis.

Irrideat ſi quis uult, plus apd me uera rõ ualebit, q̃ uulgi opinio: neq; ego unq; dicã illum bona p̃didiſſe, ſi qs pecus aut ſuppellectilẽ amiſerit: necnõ ſæpe laudabo illũ ſapientẽ Biantẽ, cuius cũ patriã Prienẽ accepiſſet hoſtis, cæteriq; ita fugerẽt, ut multa de ſuis reb⁹ ſecũ aſportarent: cũ eſſet ammonitus à quodã, ut ipſe idẽ faceret. Ego uero, inquit, facio: Nã oĩa mea mecũ porto: illic hęc ludibria fortunæ, nec ſua quidem putauit, quæ nos etiam appellamus bona.

Idem Rhetoricorum ueterum li. x.

Domus ea q̃ ratiõe regit oĩbus eſt inſtructior reb⁹, q̃ ea q̃ temere & nullo cõſilio adminiſtratur. Exercitus is, cui p̃poſitus eſt ſapiẽs & callidꝰ imperator, oĩbus partibus commodius regit, q̃ is qui ſtultitia & temeritate alicuius adminiſtratur. *Idem de legibus lib. 2.*

Lex uera atq; princeps apta ad iubendũ, & ad uetandum eſt ratio recta. *Idem de Nat. deo li. 2.*

Nihil eſt mente & ratione melius.

Idem de fini. bono. & malo. lib. 4.

Rationis perfectio eſt uirtus.

Quintus Curtius de geſtis Alexandri li. 4.

Nihil aũt põt eſſe diuturnũ, niſi cũ ſubeſt ratio.

Reatus græce ὑπεύθυνία ας'ις & ὑπεύθυνος reus dicitur. Eſt autem reatus obligatio ad pœnam propter peccatum, ſe. b. Tho. 2 ſent. di. 30. q. 1. art 2.

Reatus aliq̃ ſumit̃ pro culpa, aliquando pro pœna, quia eſt mediũ quodãmodo inter utrũq; ſecundum eundem 2. ſent. di. 42 q. 1 art. 2.

RE conciliatio græce διαλλαγὴ ῆος ἡ & διαλλάττω, reconcilio dicitur. Eſt autem recõciliatio amicitiæ reparatio, ſe. b. Tho. 4. ſen. di 15. q. 1. art. 5. Venit autẽ reconciliatio à reconciliare, quod eſt in gratiam reſtituere, quoties. ſ. amici qui interpoſita aliqua offenſa aliquãdiu fuerint, in priſtinam redeunt bñuolentiam ac familiaritatem. Venit aũt à concio, q̃ quid ſit, uide ſupra in Concio. Hinc fit ut concilium multitudo populi conſulendi gratia congregata, à quo cõciliabulum locus in quo conciliũ cõgregatur.

Matthæus in Euangelio cap. 5.

Si ergo offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliqd aduerſum te relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum.

Aug. ſuper Mat. 5. Vade prius reconciliari, &c.

Si abſens eſt, uade nõ pedibus corporis, ſed animo humili te p̃ſternas, in cõſpectu eius cuiꝰ oblaturus es: ſi præſens eſt reuocãdus ad amorem ab eo ueniam petendo, ſi eum læſiſti, uel ſi te læſerit, dimittendo cordis rancorem.

Auguſtinus in ſermone conſecrationis eccleſiæ.

Si ad menſam cuiuſq; potentis hoĩs nemo p̃ſumit cũ ſciſſis ueſtib⁹ & inquinatis accedere, q̃to magis à conuiuio æterni regis. i. ab altari dñi debet ſe unuſquiſq; inuidię, uel odij ueneno p̃uſſus, iracundiæ furore repletus, cum reuerentia & humilitate ſubtrahere, propter illud quod dicit: Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Et iterum: Amice quõ huc intraſti, non habens ueſtem nuptialem?

Gregorius libro 4. Dialogorum.

Sciendũ q̃ ille recte delicti ſui ueniã poſtulat, qui prius hoc q̃ in ipſo delinquit, relaxat. Munus eĩ nõ accipit, niſi ante diſcordia ab animo pellat, dicente ueritate: Si offers munus tuũ, &c. Qua in re penſanduũ eſt, cũ oĩs culpa munere ſaluat, q̃ grauis eſt culpa diſcordiæ q̃ nec munꝰ accipitur, nec proximus reconciliat. Debemus itaq; ad proximum quamuis longe poſitũ, longeq; diſiunctum, mente ire, eiq; animũ ſubiice, re, humilitate, ac benеuolentia placare.

Ioannes Chryſ. ſuper illud Matth. Vade prius reconciliari &c.

Si cogitatu offendiſti, cogitatu recociliare: ſi uerbis, uerbis: ſi factis, factis: nõ eĩ quem factis læſiſti, ſine factis placaueris. Sine cauſa oras ad deum, ſine cauſa eleemoſynas facis de rebus quibus alios ſpoliaſti. Quid enim prodeſt ſi unꝰ ad deum pro te orat & alius aduerſum te deum interpellet? iuxta illud Eccleſiaſtici. 34. Donа iniquorum non probat altiſſimus.

Ioan. Chryſ. li. de compunctione cordis, tractans illud Matth. 6. & dimitte nobis.

Si tm̃ modo nõ lædas eum q̃ te læſit, auertas ſi te ab eo nec libenter eum uideas, manet ſine dubio uulnꝰ in pectore, & dolor augeſcit in corde quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quod ſi eſt,nondum utiq; quod Chriſtus mandauit.expletur.Nunquid tu ita uis propitiũ tibi fieri deum,ut non te quidem lædat,auertat ſe tamen a te,& peccatorum tuorum memoriam teneat,& uidere te nolit:igitur qualem uis erga te eſſe deum cum delictorũ ueniam poſcis,talem te exhibere debes his qui deliquerunt in te. *Iſidorus de ſummo bono libro 3.*

Fruſtra propitiari ſibi deum quæret,qui cito placari in proximum negligit.

Seneca libro de Moribus.

Diſſentis ab alijs,à te reconciliatio incipiat,cũ ignoſcis ita beneficium tuum tempera,ut non ignoſcere uidearis ſed abſoluere,quia grauiſſimum pœnæ genus eſt,contumelioſa uenia.

De hac materia habes ſupra ubi pax.

Redargutio græce ἔλεγχος.ου.ὁ.& ἐλέγχω redarguo dicitur.Eſtq; idem quod correctio uel reprehenſio.

De hac materia uide ſupra in Correctio.

Regnum græce βασιλεία.ας.ἡ. & βασιλεύω regno,& βασιλεύς.έως.ὁ.rex dicitur.unde regnatiua prudentia,q̃ dirigit principem in ordine ad regnum,ſecundum b.Tho.ſecunda ſecun.q.50 articulo 1.

De hac materia habes ſupra ubi princeps,& infra ubi Tyrannus.

Regnum à regendo dicitur,ideo qui alios ſub ſua prouidentia habet,regnum dicitur habere,ex b.Tho.4.Sen.di.49.q.1.art.2.

Relatio græce ἀναφορά.ας,ἡ.& ἀναφορικὸς.ἡ.ὁ relatiuus dicitur.Eſt autem relatio ordo unius rei ad aliam,ſecundum bea. Tho.in quæſtionibus de potentia dei,quæ.7.art.9.c.

Relatio à refero deſcendit,quod aliquid referat,ſine quo nec ipſum quidem poſſit cõſiſtere,ut pater & filius,dominus & ſeruus:hæc quidẽ relatiua ſunt, quia nec pater eſſe poteſt niſi filiũ habeat,nec dominus niſi ſeruum,& talis reſpectus(ut ita dicam)relatio uocatur.

REligio græce θρησκία.ας.ἡ.& θρησκὸς.ὴ.ὸ. religioſus dicitur. Eſt autem religio quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ,quam diuinam uocant,curam cærimoniamq; affert,ſecun.Cic.li.2.Rhet.

Religio nihil aliud eſt,quàm cultus diuinus, ſecundum Aug.libro 10.de ciuitate dei.

Religio eſt qua ſe anima uni deo,unde ſe peccato ſubreperat,reconciliatione ligat,ſecundũ Aug.lib.de quantitate animæ.

Religio eſt ſtudium ſapientiæ,ſecundum eundem libro de uera religione.

Religio dicta eſt,eo q̃ per eã uni ſoli deo religamus animas noſtras ad cultum diuinum animo ſeruiendi,ſecundum Iſidorum li.18.Etym.

Religio dicit à relegendo deũ quem amiſeramus negligentes,ſecundũ Aug.li.2.de Ciui.dei

Religio.i.cultus dei quatuor nominibus nũcupatur duobus apud Græcos, quæ ſunt latria & theoſebia.i.cultus diuinus uel bonus.& duobus Latinis. Sed differunt:quia theoſebia reſpicit cultum dei interiorem, qui proprie pertinet ad uirtutes theologicas;Latria uero reſpicit exteriorem ſeruitutem,quę pertinet ad iuſtitiam, ex b. Bonauẽtura 1. Sent. diſt. 9.q.2. articulo 3.

Religio dicta à relegendo,ſecundum Cice. lib. de Natura deorum, cuius uerba ſunt hæc: Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarẽt & tanq̃ relegerent, dicti ſunt religioſi à relegendo.

Religio eſt per quam reuerenti famulatu ceri moniæ diuini cultus exercentur, ſecundum Ciceronem libro 1.de Natura deorum.

Iacobus in epiſtola cap.1.

Si quis autem putat ſe religioſum eſſe, non refrenãs linguam ſuã à malo,ſed ſeducens cor ſuũ, huius uana eſt religio. Religio munda & immaculata apud deum hæc eſt,uiſitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.

Aug.de communi uita clericorum,& habetur 12.quæſt.1.ca.Non dicatis

Cum huius noſtræ congregationis fratres nõ ſolum facultatibus, ſed uolũtatibus proprijs in ipſa ordinis ſuſceptione renũtiauerint, & ſe per promiſſam obedientiam penitus aliorum poteſtati,& impijs in Chriſto & pro Chriſto ſubdiderint,certũ eſt eos nihil habere, poſſidere, dare uel accipere, ſine ſuperioris licentia debere, quod ſi propinquus uel amicus uel quilibet fratrum cuiquam aliquid offerre uoluerit,primo quidem Priori inſinuetur,& ſic ſuſcipiatur,ſi ipſe mandauerit,de quo tamen nihil fiat aliunde, niſi quod Priori placuerit.

Auguſtinus libro de opere monachorum.

Amputetis occaſionem turpium nundinarũ, quibus exiſtimatio ueſtra læditur,& infirmis offendiculum ponitur, & oſtẽdite hominibus nõ uos in otio facilem uictum, ſed per anguſtam et arctam uiam regnum dei quærere.

Aug.ad Eudoxium.& hab 16 q.1.ca.Vos autem.

Vos aũt fratres hortamur in domino, ut poſitũ ueſtrũ in domino cuſtodiatis,& uſq; ad finem uitæ pſeueretis: ac ſi qua opera ueſtra mater eccleſia deſiderauerit,nec elatione auida ſuſcipiatis,nec blandiẽte deſidia reſpuatis,ſed mixti corde obtemperetis deo,cum manſuetudine portãtes eum qui uos regit, qui dirigit mites in iudicio,qui docet manſuetos uias ſuas:nec otiũ ueſtrum neceſſitatibus eccleſiæ prædonatis, cui parturienti ſi nulli boni miniſtrare uellent, quo modo noſceremini non inueniretis.

Hieron.epiſtola 34.

Licet paruulus ex collo pendeat nepos licet ſparſo crine & ſciſſis ueſtibus ubera q̃bus te nutriuit mater oſtentet,licet in limine pater iaceat,per calcatum perge patrẽ,& ſiccis oculis ad uexillum crucis euola, ſolum pietatis genus in hac re eſſe crudelẽ: gladium tenet hoſtis ut me perimat,& ego de matris lachrymis cogitabo? propter patrem chriſti militiam deſeram, cui etiam ſepulturam Chriſti cauſa non debeo?

Hiero.epi.95.loquens ad Nepotianum.

Extruis monaſteria, multus à te pinſulas Dal-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

matiæ pauperum numerus ſuſtentatur, ſed me/lius faceres, ſi & ipſe ſanctus inter ſanctos uiue/res. *Hieronymus epiſtola 32.*

Obſecro itaq;, & iterum atq; iterum repetens moneo, ne affectum clericatus genus antiquæ militiæ putes, nec lucra ſeculi Chriſti militia q̃s ras, nec plus habeas q̃ qñ clericus eſſe cœpiſti. *Ibidem.*

Procuratores atq; diſpenſatores domorũ alte narum clerici quomodo eſſe poſſunt, qui pro/pria, iubentur contemnere facultates?

Hieron. epiſt. 41. ad Oceanum.

Fœminarum cum clericis nullo pacto con. iuncta permittitur conuerſatio.

Hieronymus ad Euſtochium.

Sunt aliqui de ordine noſtro homines, qui i/deo ad presbyteratum & diaconatum ambiũt, ut mulieres licentius uideant, omnibus his cura de ueſtibus ſi bene oleãt, ſi pes laxa pelle nõ fol/leat, crines calamiſtro rotentur, digiti annulis radiant. *Ibidem.*

Tales cum uideris, ſponſos æſtimato non cle ricos. *Idem epiſtola ad Nepotianum.*

Hoſpitiolum tuum aut nunq̃ aut raro mulie res intrent. *Ibidem.*

Nec ſub eodem tecto manſeris, nec in præte/rita caſtitate confidas, nec Dauid ſanctior, nec Samſone fortior, nec Salomone potes eſſe ſapi entior, qui tamen lapſi ſunt per mulieres.

Idem epiſtola 41. ad Oceanum.

Prima tentamenta ſunt clericorum, frequens fœminarum acceſſus. *Ibidem.*

Quid tibi cũ fœminis, qui cũ dño ad altare fa mularis? *Idẽ ad Paulinũ, & hab. 19. q. 1. ca. Si cupis.*

Si cupis eſſe quod diceris, monachus. i. ſolus quid facis in urbibus? *Ibidem.*

Habeto ſimplicitatẽ columbæ, ne cuiq̃ ma/chineris dolos, & ſerpentis aſtutiã, ne alio⁹ ſup planteris inſidijs. Non multum differat in uitio, uel decipere poſſe, uel decipi Chriſtianũ, quem ſenſeris tibi aut ſemper aut crebro de nummis loquentẽ excepta eleemoſyna quæ indifferen/ter omnibus patet, inſtitorem potius habeto q̃ monachum, præter uictum & ueſtimentum & manifeſtas neceſſitates nihil cuiq̃ tribuas, ne fi/liorum panes canes comedant.

Hieronymus ſuper Mat. libro 4.

Latro eſt & domũ dei cõuertit in ſpeluncã la tronũ, qui lucra de religione ſectat; cultuq; eius non tam cultus dei q̃ negotiationis occaſio eſt.

Idem in epiſtola ad Marcum.

Pudet dicere de cauernis cellularum, urbem dãnamus in ſacco & cinere, ueluti de ſeipſis ſen/tentiam ferimus. Quid facit ſub tunica pœnitẽ/tis regius animus, qui alios uult regere & alios iudicare, & à nemine regi & à nemine iudicari?

Idem in epiſtola ad Heliodorum.

Sunt ditiores monachi q̃ fuerant ſeculares, poſſidẽt opes ſub Chriſto paupere, quas ſub lo cuplete diabolo non habuerant: & ſuſtinet eos eccleſia diuites, quos tenuit mundus ante men/dicos. Nepotianus noſter aurum calcans cella/lam conſectatur. *Hieron. in epiſt. ad Ruſticum.*

Aegyptiorum monaſteria hunc tenent mo rem, ut nullum abſq; opere & labore ſuſcipiãt, nõ tam propter uictus neceſſitatem, q̃ propter animæ ſaluationem.

Idem ad Nepotianum de ſeipſo loquens.

Natus in paupe domo, & in tugurio ruſtica/no, q̃ uix milio & pane cribrato rugientẽ ſatia/reuentrẽ poterã, nunc ſimilã & mella faſtidio.

Amb. de fuga ſeculi, & ha. 12. q. 1. c. Cui portio.

Cui portio deus eſt, nihil debet curare, niſi de um, ne alterius impediatur neceſſitatis munere, quod em̃ ad alia officia conferẽ, hoc religionis cultui, atq; huic noſtro officio decerpit, hæc em̃ uera eſt ſacerdotis fuga, abdicatio domeſticoq; & quædam alienatio chariſſimorum, ut ſuus ſe abneget, qui ſeruire deo elegerit.

Gregorius in prolo. Moralium.

Cuncta ſolicite fugiens portũ monaſterij pe/tij, & relictis quæ mundi ſunt, ut fruſtra tũc re didi, ac ex huius naufragio nudus euaſi, quia ci plerunq; nauem incaute religatã etiam deſtructi litoris unda excutit, cum tempeſtas excreſcit, repente me ſub prętextu eccleſiaſtici ordinis in cauſarum ſecularium pelago reperi, & quietem monaſterij qui habendo fortiter tenui, q̃ ſtricte tenenda fuerit, perdendo cognoui.

Gregorius libro 31. Moralium.

Quia terreni principes magna ſe deo humili tate ſubſternunt, prauí hoĩes non ad fraudis ar/gumenta uertuntur, quia enim illos religiõem reuereri conſpiciunt, ipſi cultum religionis aſſu munt, & bonorum uitam ſub deſpectis ueſtib⁹ iniquis operibus premũt. Mundi q̃ppe dilecto/res ſunt, q̃ hoc in ſe q̃ hoĩes uenerantur ofter/dunt, atq; eis qui uere ſe deſpiciunt, nõ mente ſed ueſte copulant, quia p̃ſentem gloriam amã tes aſſequi nõ poſſunt, cũ deſpicientes ſequunt, honores enim fugiunt, ut honoribus obuient.

Ibidem.

Multi de inchoata iuſtitia laudari appetunt, præeſſe cæteris melioribus concupiſcunt, quos plerunq; dum iuxta uotum præſens proſperi/tas ſequitur, multo plus q̃ fuerant de ſanctita/tis habitu peiores fiunt.

Idem ſuper Ezechielem hom 9.

Sæpe de uita proximoq; quærimus, mutare lo cũ conamur, ſecretũ uitæ remotioris eligere ui/de licet ignorãtes, qa ſi deſit ſpũs, nõ adiuuat lo cus. Iſte em̃ Loth de q̃ loq̃mur in Sodomis ſan/ctus extitit, in mõte peccauit, q̃ aũt loca mentẽ nõ muniunt, ipſe humani generis primus teſtat parens, qui in paradiſo cecidit, ſed minus ſunt omnia quæ loquimur extra, nam ſi ſolus ſalua/re potuiſſet, Satan de cælo non caderet.

Greg. Fortunato epiſcopo Neapolitano, & ha betur 19. q 3. c. Monaſterijs.

Monaſterijs omnibus fraternitas ueſtra diſtri/ctius interdicat, ut eos quos ad conuerſionẽ ſuſ ceperint, priuſquam biennium in conuerſione comple-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cõpleuerint, nullo modo audeant cõfutare: ſed hoc ſpacio uitaq; & mores eorũ ſolicite compẽ/ bentur, ne quis eorum aut non ſit contentus eo quod uoluit, aut ratũ non habeat quod elegit: nam dum graue ſit inexpertos hominum obſe/ quijs ſociari, quis poſſit dicere, quanto ſit graui/ us ad dei ſeruitium improbos applicare. Miles uero ſi conuerti uoluerit priuſq; nobis renunti etur, nullus eum ſine noſtro conſenſu qualibet præſumat ratione ſuſcipere.

Greg. Augu. Anglorum epiſ. & ha. 12 q. 1. cap. Quia tu. ẽ. Communiter.

Cõmuniter aũt uiuentibus iam de faciendis portiõibus uel exhibẽda hoſpitalitate, & adim plenda miſericordia à nobis quid erit loquen/ dum, cũ omne quod ſupereſt neceſſitatibus in cauſis pijs ac religioſis erogandum eſt, domino magiſtro omnibus dicente: quod ſupereſt date eleemoſynam, & omnia munda ſunt uobis.

Lactan. Firmia. lib. 4. ca. 26. diui. inſti.

Apparet nullã aliam ſpem uitæ hoĩ eſſe poſi tam, niſi ut abiectis uanitatibus & errore miſe/ rabili, deũ cognoſcat & deo ſeruiat, niſi huic tẽ/ porali renuntiet uitæ, ac ſe rudimẽtis iuſtitiæ ad cultũ religionis inſtituat. Hac enim cõditione gi gnimur, ut gñati nos deo iuſta & debita obſequa præbeamus, hunc ſolũ nouerimus, hunc ſequa mur, hoc uinculo pietatis obſtricti deo & religa ti ſumus, unde ipſa religio nomen accepit.

Idem libro 9. hap. 1. & 2.

Nõ enim religio cæleſtis cõſtat ex rebus cor ruptis, ſed ex uirtutibus, & eo cultu qui oriẽ in cælo, in quo mens colẽtis ſeipſam deo immacu/ latam uictimã ſiſtit. Quiſquis igitur præceptis cæleſtibus obtẽperauerit, hic cultor eſt ueri dei, cuius ſacrificia ſunt, manſuetudo animi & uita innocens, & actus boni: quę omnia qui exhiber, toties ſacrificat, quoties bonũ aliquod ac pium fecerit. Itaq; in aram dei, quæ uere maxima eſt, quæ in hominis corde collata inquinari non po teſt ſanguine, iuſtitia imponit, patientia, fides, in nocentia, caſtitas, abſtinentia: hic eſt ueriſſimus ritus, hæc illa lex dei, ut à Cicerone dictum eſt, præclara & diuina, ſemper quæ recta & honeſta iubet, uetat praua & turpia, cui parentem ſan/ ctiſſimæ ac certiſſimæ legi, iuſte ac legittime ne ceſſe eſt uiuere, cuius legis pauca equidem capi/ ta inſequentibus ponam: ſi quis autem omnia comprehendere uolet, ex fonte ipſo petat, un/ de riuus iſte manauit.

Idem libro de ira dei, cap. 15.

Religio eſſe non poteſt, ubi metus nullus eſt.

Iſidorus in Synonymis.

Profeſſionem tuam habitu & inceſſu demõ ſtra, ut ſit in greſſu tuo ſimplicitas, in motu puri tas, in geſtu grauitas, in inceſſu honeſtas.

Idem de ſummo bono libro 3.

Qui ad oſtenſionẽ ſanctitatis p̃tendit, ut alijs qñq; p̃eſſe deſideret, ille nõ eſt diſcipulus Chri, ſed prauitatis ſectator exiſtit: quia non pro deo ſed ſeculi honore ſtudet portare crucis laborẽ.

Iſidorus, & hab. diſt. 81. cap. Valet.

Valet interdũ cõuerſis p ſalute ſuæ aĩæ muta tio loci plerunq; n. dũ mutat locus, mutat mens tis affectus, congruũ eſt ergo & inde etiã corpo raliter euelli, ubi q ſquis illecebris deſeruiuit: nã locus ubi quiſq; praue uixerit, in aſpectu mẽtis apponit q p ſæpe ibi quiſq; cogitauit uel geſſit.

Bernardus homilia 4. ſuper Miſſus eſt.

Video (q p nõ parum doleo) poſt ſpretã ſeculi pompã nonnullos in ſchola humilitatis ſuperbi/ am magis addiſcere, & ſub alis mitis humiliſq; magiſtri grauius inſoleſcere, & impatientes am plius fieri in clauſtro q̃ fuiſſent in ſeculo.

Ibidem.

Plericq; in domo dei nõ patiunt in cõtemptu haberi, qui in domo ſua nõ niſi contẽptibiles eſ ſe poterant, ut qui uidelicet ubi à pluribus ho/ nores appetunt, ibi locum habere non meruc/ runt, ſaltem ibi honorabiles uideantur, ubi ab omnibus honores contemnuntur.

Hugo de clauſtro animæ libro 3.

Abundans eſt pauperi religio, mediocri ſuffi ciens, tolerabilis diuiti: infirmis larga, delicatis compatiens, fortioribus moderata, pœnitenti/ bus miſericos, peruerſis ſeuera, bonis optima, hæc ſunt beneficia religionis.

Macrobius Saturnalium libro 3.

Religioſi ſunt, q faciẽda & uitãda diſcernunt.

Valerius max. li. 1. titu. de religione.

Tantum aũt ſtudiũ antiquis, nõ ſolũ ſeruãdę ſed etiã amplificandæ religiõis fuit, ut florentiſ/ ſima tum & opulentiſſima ciuitate x. principũ filij ſenatus cõſulto ſingulis Hetruriæ populis p cipiendæ ſacrorũ diſciplinæ gratia traderentur.

Valerius maximus libro 3.

Publica religione cõſecrata uirtus, nulla pri uata laudatione indiget.

Cicero libro 2. de Legibus.

Ad diuos adeunto caſte, pietatem adhibeto, opes amoueto: qui ſecus facit, deus ipſe uindex erit. *Ibidem.*

Caſte iubet lex adire deos, aĩo uidelicet in q̃ ſunt omnia, nec tollit caſtimonia corporis: ſed hoc oportet intelligi, cum multũ animus cor/ pore præſtet, obſeruetur q̃ ut caſta corpora ad hibeant, multo eſſe in animis id ſeruandum ma gis, nam illud uel aſperſione aquæ, uel dierum numero tollitur, animi labes nec diuturnitate uaneſcere, nec manibus ullis elui poteſt.

Ibidem.

Afferet enim hæc opinio religionẽ utilẽ ciui/ tatibus: ſiquidẽ & illud bñ dictum eſt à Pytha/ gora doctiſſimo uiro. Tum maxime pietatẽ & religionem uerſari in animis, cum rebus diuinis opam daremus: & quod Thales, qui ſapientiſſi/ mus inter 7. fuit. Homines exiſtimare oportere deos omnia cernere. Deorum omnia eſſe plena. Fore enim omnes caſtiores, ueluti quo inſans eſ ſet maximè religioſus. Eſt enim quædam opini one ſpecies deorum in oculis, non ſolũ in men/ tibus: eandemq; rationem loci habent in agris.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ibidem.

Cum conſulerent Athenienſes Apollinem Pythium quas potiſſimum religiones tenerẽt, oraculum editum eſt, eas quæ eſſent in more maiorum: quo cum iterum ueniſſent maiorũq; morem dixiſſent ſæpe eſſe mutatum, quæſiuiſſentq; quem morem potiſſimum ſequerentur ẽ uariis, reſpondit optimum. Et profecto ita eſt, ut id habendum ſit antiquiſſime, & deo proximum, quod ſit optimum.

Ibidem.

Pœna uero uiolatæ religionis iuſtam recuſationem non habet.

Cicero de natura deorum, libro 2.

Cultus autem deorum eſt optimus, idemq; caſtiſſimus atq; ſanctiſſimus, pleniſſimusq; pietatis, ut eos ſemper pura, integra, incorrupta & mente & uoce ueneremur.

Ibidem.

Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinent, diligenter retractarent, & tanq; relegerent, ſunt dicti religioſi ex relegendo, ut eligentes ex eligendo, tanquàm à diligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes.

Idem libro 1. de Diuinatione in fine.

Nec eñ ſuperſtione tollenda religio tollitur.

Ibidem.

Nam & maiorum inſtituta tueri ſacris cærimoniis q; retinendis ſapientis eſt.

Ibidem.

Quamobrem ut religio propaganda etiã eſt, quæ eſt coniuncta cum cognatione naturæ, ſic ſuperſtitionis ſtirpes omnes eñciendæ.

Iſocrates ad Dæmonicum ſer. admonitorio.

πρῶτον μὲν οὖν ἐυσέβει πρὸς τοὺς θεούς, μὴ μόνον θύων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένων· ἐκεῖνο μὲν γὰρ τῆς τῶν χρημάτων ἐυτορίας σημεῖον, τοῦτο δὲ τῆς τῶν τρόπων καλοκαγαθίας τεκμήριον. id eſt,

Primum quidem igitur cole quæ ad deos, non ſolum ſacrificans, ſed iuribus iurandis permanens. Illud quidem enim pecuniarum abundantiæ ſignum, hoc autem morum probitatis coniectura. Ibidem.

τὸν μὲν θεὸν φοβοῦ. id eſt, Deũ quidẽ time. Periander.

ἐυσεβείας ἔχε. i. Religionem habe. Menander.

θνητὸς πεφυκὼς μὴ φρονῆς ὑπὲρ θεόν. id eſt,

Mortalis natus ne quæras ſapere ſupra diuina. idem.

θεὸν σέβου, καὶ πάντα πεπεῖσθαι εὐθέως. id eſt,

Deum cole, & omnia facias diuine. idem.

ὑπὲρ ἐυσεβείας καὶ λάλει καὶ μάνθανε. id eſt,

Pro religione & loquere & diſce.

Dantes Paradiſi cant. 22.

Pier comincio ſenza ora & ſenza argento,
Et io cum oratione & con diguno,
Et Franceſco il humilmente el ſuo conuento.
Et ſe guardi el principio di ciaſcuno.
Poſcia riguardi lha doue e tranſcorſo,
Tu uederai del biancho facto bruno. id eſt,
Petrus incepit ſine auro & ſine argento,
Et ego cum oratione, cum ieiunio.
Et Franciſcus humiliter ſuum conuentum.
Et ſi reſpicis principium cuiuſcunq;
Et tandem reſpicis quo peruenerit,
Videbis ex albo nigrum factum.

Remedium græce φάρμακον, κ. dicitur. Remediũ autem duplex contra malum, ſcilicet, impediens futurum & remouens malum præſens, ex b. Tho. prima ſecundæ, q. 42. art. 6.

Reminiſcentia græce ἀνάμνησις. ιος. ι, dicitur. Eſt autem reminiſcentia inquiſitio eius, quod excidit à memoria, & prior ea eſt tantum in parte ſenſitiua, & tantum in homine, ſecundum hea. Tho. prima parte, q. 78. art. 4.

De hac materia habes ſupra in memoria.

Remuneratio græce ἀνταπόδοσις. ε. & ἀνταποδίδωμι remunero dicitur. Eſt autem remuneratio idem quod retribuo.

Ren græce νεφρός, ῦ. ὁ. & νεφρῖτις. ιδος. ι. morbum renum qui & nephritis dicitur. Renes autem, ut Varroni placet, dicti ſunt quod inde riui obſceni humoris oriantur.

Renuntiatio græce ἀποτάξις. ιος. ι. & ἀποτάσσω renũtio dicitur. Eſt autem renuntiatio rei, uel iuris proprij facta ſcienter legitima refutatio, ut habetur 7. q. 1. c. Quàm periculoſum.

Renuntio aliquando pro nuntio accipitur. Seruius Sulpitius: Poſtq; mihi renuntiatum eſt de obitu Tulliæ filiæ tuæ. Aliquando pro renuo, unde renuntiatio, de qua ſupra.

Reprobatio græce ἀποδοκιμασία. ιος. ι. & ἀποδοκιμάζω reprobo, & ἀδόκιμος. ου. ὁ. reprobus dicitur. Reprobatio dei eſt pars prouidentiæ, reſpectu eorum qui exciderunt à beatitudine, ſicut prædeſtinatio reſpectu eorum qui diuinitus ordinantur ad eam, ſecundum b. Tho. 1. parte, q. 23. art. 2. c. Eſt autem reprobo cõpoſitum à probo, ſicut comprobo eius oppoſitum.

Reptile græce ἑρπετὸν. ου. τ, & ἕρπω repo dicitur. Eſt autem reptile animal, cuius corpus non multũ eleuatur à terra, per inſtrumenta motus, ſed repit ui coſtarum, ut ſerpens: uel ui annulorum, ut annuloſa: uel ui oris, ut quidam uermis: uel ui penularum, ut piſces. ex hea. Tho. prima parte, q. 72. art. 2.

Reptile dicitur à repto, quod eſt frequentatiuum à repo.

¶ Requies græce ἀνάπαυσις. ιος. ι. ſiue ἀνάπαυλα. ης. ἡ. & ἀναπαύομαι quieſco dicitur. Eſt autem requies laboris intermiſſio, quæ omnino in hominũ uita neceſſaria eſt, ut teſtatur Ariſt. li. Ethico. 4. ca. 8.

Ouidius in epiſt. Phedræ ad Hippolytum.

Quod caret alterna requie, durabile non eſt,
Hæc reparat uires, feſſaq; membra leuat.

Res græce πρᾶγμα. ατος. τ. dicitur. Significat amplè res ſtatum ac conditionem, unde res publica & res priuata dicitur, res meæ, tuæ, bonę, malæ, uocantur. Cicero: Id enim rebus noſtris minime conducebat, hoc eſt, ſtatui noſtro. Aliquando res eſt quæ à perſona diſtinguitur. Vnde argumentorum loci ſunt à rebus & à perſonis. Interdum pro commercio. Vt res eſt mihi cum homine iniuſto. Nonnunquàm pro cauſa, ut ea re, qua de re, quamobrem, id eſt, propter quam cauſam, ea de re, ob eam cauſam, ab re, ſine cauſa. Res comperendinata dicitur, cum cauſa, hoc eſt iudicium in diem certum conſtitutum

eſt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Res impetium aliquando significat. Virgilius: Postquam res Asiæ.

Respectus græce ἐπιβλεψις. ιος. ι. & ἐπιβλέπω respicio dicitur. Est autem respectus ratio qua ad aliquid agendum mouemur. Plin. Nanq; eo respectu commotus abscesserat. Interdum significat ipsam retrospectionem. Plaut. Et me respectu terruit. Dicitur autem à respicio, quod est retro aspicio siue rursus aspicio.

REspublica græce πολιτεία. ας. ἡ. & τὸ πεπολιτευμαι rem publicam gero dicitur. Est autem respublica paucorum potestas in qua census magistratus declaratur, secun. Arist. lib. 1. Rhetoric.

Respublica est institutio ciuitatis circa magistratus honoresq; publicos, quēadmodum debeant impartiri, & in quo potestas autoritasq; summa debeat consistere, & qui sit finis cuiusq; societatis, secundum Arist. li. 4. Rhetori.

Respub. est res populi, se. Aug. li. 1. de ci. dei.

Respublica est quoddā corpus cōpaginatum ex membris quod diuini muneris beneficio aīatur, & summæ æquitatis agitur nutu, & regitur quodā lumine rationis, secundum Plutar. in institu. Traiani. *Isocrates ad Demonicum.*

ἐκ τῶν κοινῶν ἐπι μελῶν ἀπαλλάττε μὴ πλουσιώτερος, ἀλλ' ἀλοξότερος, πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τ πλήθους ἔπαινος. id est,

A communibus administrationibus discede non ditior, sed glorioſior. Multis enim pecunijs præstantior a multitudine laus.

De hac materia habes supra ubi amor patriæ & ubi patria.

REstitutio græce ἀποκατάστασις. ιος. ἡ. & ἀποκαθίστημι restituo dicitur. Est autē restitutio in pristinū statum impositio, ut habetur ff. de uerbo sig. l. restituere.

Restitutio est actus iustitiæ communicatiuę, quia aliud uidetur esse, cū aliquē statuere in possessionem rei suæ, secundum beatum Thom. secunda secundæ q. 41. prin.

Restitutio à restituo fit, restituo aūt à statuo. Est autem restituere modo reddere. Teren. Gnatum ei restituit; Modo in pristinum statū reducere. Iustinus: Hunc regno à patre priuatum filius restituerat. Hinc restitutio ipsa repositio dicitur. Caius Iurisc. cōsultus: Restituere, inquit, plus est, cū exhibere. Nam exhibere est præsentiam corporis præbere. restituere uero est etiam possessorem facere, fructusq; reddere.

REsurrectio græce ἀναστασις. ιος. ι. & ἀνίστημι resurgo dicitur. Est autem resurrectio a morte ad uitam reparatio. Vel sic: Resurrectio est ab eo quod cecidit & dissolutum est iterata unio.

Resurgo componitur ex re & surgo; surgo aūt ex surſum & rego, quod proprie significat erigor. Surgere etiam pro crescere metaphoricos accipitur. Virgilius. Ascanium surgentem, & spes hæredis Iuli respice. Veteres surrego p surgo dicebant, unde surrectio deriuatur. Resurgere est rursus surgere. Hinc resurrectio quę proprie de defunctis dicitur.

Iob cap. 18.

Scio quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo deum, quem uisurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius: reposita est hæc spes mea in sinu meo.

Esaias cap. 11.

Resurgent mortui, & suscitabuntur qui sunt in sepulchris.

Esdræ 3. cap. 14.

Iudicium post mortem uenient. *Ibidem.*

Quando iterum reuiuiscemus.

Ibidem.

Iustorum nomina patebunt, & impiorum facta ostendentur. *Ezechiel cap. 37.*

Ossa arida, ecce ego dabo uobis spiritum, & uiuetis, dabo super uos neruos, & succrescere faciam super uos carnem.

Ibidem.

Et accesserunt ossa ad ossa, unumquodq; ad iuncturam suam. *Ibidem.*

Ecce ego aperiam tumulos uestros, & educam uos de sepulchris uestris.

Daniel cap. 12.

Et multi de his qui dormiunt in puluere terræ euigilabunt.

Matthæus cap. 24.

De die autem illa & hora nemo scit, neq; angeli cælorum, nisi pater solus.

Idem cap. 27.

Multa corpora sanctorum qui dormierant resurrexerunt.

Paulus primæ ad Corinthios cap. 15.

Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium. *Augustinus in Enchiridio.*

Resurgent sanctoq; corpora sine ullo uitio, sine ulla deformitate, sine ulla corruptione, sine difficultate, in quibus tanta facilitas, cū ta fœlicitas erit. *Idem de Ciuitate dei libro 22.*

Tibi abſit cp ad resuscitanda corpora uitæq; reddenda, non possit omnipotentia creatoris omnia reuocare, quæ uis bestiæ uel ignis assumpsit, uel in puluerem cineremue collapsum, uel in humorem solutum, uel quod in auras est exhalatum: abſit ut sinus illud secretum q; naturæ ita recipiat aliquid subtractum sensibus nostris, ut omnium creatoris aut cognitionem lateat, aut refugiat potestatem.

Hiero. epiſto. 1. siue Ruffini. Aquilegienſis presbyteri ad Laurentium Papam.

Sed infideles clamant & dicunt: Quomodo potest caro quæ putrefacta dissoluit, aut in puluerem uertitur, etiam maris interdum profundo sorbetur, fluctibusq; dispergitur, colligi rursum, & reintegrari in unum corpus, & ex anima hominis reparari? Ad quos primam interim responsionem sermonibus Pauli faciam, dicentis eis: Insipiens tu, quod seminas non uiuificatur, nisi prius moriat: & quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum tritici, aut alicuius cæterorū seminum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Deus autem dat corpꝰ prout uult: quod autem in seminibus quæ in terram iacis per annos singulos fieri uides, hoc in tua carne quæ lege dei seminatur in terra, futurum esse non credis? Cur quæso tam angustus & inualidus diuinæ potentiæ æstimator es, ut dispersum uniuscuiusq; carnis puluerem in suam rationem colligi, & reparari posse non credas? An non censes cum uideas quod etiam mortale ingenium diuersas in profundum terræ metallorum uenas rimatur, & artificis oculus aurum uidet, in quo imperitus terram putat? Hæc cur quidem non concedimus ei, qui fecit hominem? quando tantum is, qui ab ipso factus est, assequi potest, & cum auri propriam uenam & argenti aliam, æris quoq; longe disparem, ferriq; ac plumbi diuersam intra speciem terræ latere, mortale deprehēdat ingenium: diuina uirtus inuenire posse ac discernere non putabitur uniuscuiusq; carnis proprium sensum etiam si uideatur dispersus? Sed ad hæc tentemus animas quæ deficiunt in fide naturalibus rationibus adiuuare. Si quis diuersa semina in unum permisceat, & hæc indiscreta seminet uel passim spargat in terram, nonne uniuscuiusque seminis granum quocunque loci iactum fuerit, competenti tempore secundum naturæ suæ speciem germen producet, ut statum suæ formæ suique corporis reparet? Itaque ergo uniuscuiusque carnis substantia quamuis uarie diuerseq; dispersa sit, ratio tamen ipsa quæ inest unicuiq; carni, est immortalis; quia immortalis animæ caro est, ex eo tempore quo seminatis in terram corporibus, primū ueri dei uoluntate arrisit, collectum terræ attractumq; substantiæ suæ sensum reddit ac reparat in illam speciem, quam mors aliquando dissoluerat. Et ita fit unicuique animæ, ut non ad confusum aut extraneum, sed ad suum quod habuerat reparetur: consequenter potest pro agonibus præsentis uitæ cum anima sua caro uel pudica coronari, uel impudica puniri. Et ideo satis caute ecclesia nostra fidem symboli docet, quæ in eo quod cæteris traditur, Carnis resurrectionem uno addito pronomine tradidit, Huius carnis resurrectionem: huius sine dubio, quam habetis, qui profitetur signaculo crucis fronti impositō: quo sciat unusquisq; fideliū, carnem suam si mundam seruauerit à peccato, futurum esse uas honoris, utile domino ad omne opus bonum paratum: si uero contaminatam in peccatis, futurum esse uas iræ ad interitum. Iam uero de ipsa resurrectionis gloria, & de promissionis magnitudine si quis plenius scire desiderat, in omnibus pene uoluminibus diuinis inueniet iudicari. Ex quibus nos commotionis tantummodo gratia pauca præsenti loco memorantes, finem iniuncti à te opusculi faciemus. Igitur apostolus Paulus, quod resurgat mortalis caro aliis multis asserit argumentis, dicens: Quod si resurrectio mortuorum non est, ergo Christus non resurrexit; si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra. Et paulo post: Nunc autem Christus resurrexit à mortuis initium dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: sicut enim in Adam ōmnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Vnusquisq; autem in suo ordine, initiū Christus. Deinde hi qui sunt Christi in aduentu eius, deinde finis. Et in sequentibus addit & hæc: Ecce mysterium dico uobis: Omēs quidem resurgemus, non omnes autem immutabimur, (sicut in alijs exemplaribus inuenimus: omnes quidem dormiemus, omnes autem immutabimur) in momento in ictu oculi, in nouissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Sed & ad Thessalonicenses nihilominus scribens, dicit: Nolo aūt uos ignorare fratres, de dormientibus, ne cōtristemini sicut cæteri qui spem nō habent: nam si credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita deus eos q; dormierūt per Iesum adducet cū illo. Hoc enim uobis dicimꝰ in uerbo domini, quia nos qui uiuimus, qui reliqui sumus, in aduentu domini non p̄ueniemus eos qui dormierunt, quia ipse dominus in iussu & in uoce archangeli & tuba dei descendet de cælo, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui uiuimus, qui reliqui sumus, simul cū illis rapiemur in nubibus obuiā Christo in aera, & ita semper cum domino erimus. Verum ne existimes hæc Pauli solius quasi nouella prædicatione signari: Audi etiam quid Ezechiel propheta olim per spiritū sanctum prælocutus sit. Ecce inquit, ego aperiam sepulchra uestra, & educam uos de sepulchris uestris. Iob quoq; mysticis redundans eloquijs, audi quàm euidenter resurrectionem mortuorū prædicet. Est (inquit) arbori spes, si enim abscisa fuerit, iterum pullulabit, & uirgultum eius nunquā deficiet, quod si senuerit in terra est radix eius. Si uero in petra emortuus fuerit truncus, ab odore aquæ reflorebit, & faciet fruticem sicut nouella. Vir uero si mortuus fuerit, abiit? & mortalis si cecidit, ultra non erit? Non tibi uidetur in uerbis his cum quodam pudore arguere homines & dicere: Ita ne stultum est hominū genus, ut cum uideant excisæ arboris truncum rursum pullulare de terra, & lignum emortuum iterum uiuam recipere, ipsis ne lignis quidem aliquid simile de semetipsis: nec arboribus opinentur? Vt autem scias quod ueluti interrogantis modo legēdum sit quod dixit, mortalis autē cum ceciderit, non resurget, de consequentibus probat. Subiungit nanq; statim: Si enim mortuus fuerit homo uiuet. Et paulo post dicit. Expectabo usq; quo iterū fiam. Et iterum idem dicit. Qui resuscitaturus est super terrā pellem meā, quæ hæc nunc haurit. Hæc quidē ad probationem dicta sunt professionis nostræ, quia cōfitemur in symbolo huius carnis resurrectionē, quod enim adiunctum est huius, uide q̄ consonum sit oīibus his

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

his quæ de diuinis uoluminibus memorauimꝰ. Quid enim aliud indicat in dictis Iob quæ ſuperius expoſuimus? Quia cum dicit, reſuſcitabit pellē meā, q̄ hæc nunc hauriꝫ, id eſt, quę iſta tormēta perpetiꝫ nonne aperte dicit huius carnis reſurrectionem futuram? huius inquam quæ tribulationū & tentationū cruciamenta que ſunt nunc ſuſtinet, ſed & apoſt. cum dicit. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptiōem, & mortale hoc induere imo mrtalitatem. Nunquid non corpus ſuum quodāmodo contingētis & digito palpantis eſt uox? Hoc ergo quod nunc corruptibile corpus eſt, reſurrectionis gratia incorruptibile erit: & hoc quod nunc mortale eſt, immortalitatis uirtutibus induetur. Vt ſi cut Chriſtus reſurgens à mortuis ultra iam non moriturus, mors ei ultra non dominabit: ita & qui in Chriſto reſurgent, nec corruptionem ſentient ultra nec mortem, non natura carnis abiecta, ſed conditione eius, & qualitate mutata. Erit ergo corpus quod reſurget à mortuis incorruptibile & immortale, non ſolum iuſtorum, ſed etiam peccatorū. Iuſtorum quidē, ut ſemp poſſint permanere cum chriſto, peccatorum uero, ut abſq; interitione ſua debitas luant pœnas: quod autem iuſti ſemper cum domino permaneāt, iam in ſuperioribus edocuimus, ubi oſtendimus quia apoſtolus dicit: Deinde nos qui uiuimus, qui reliqui ſumus, ſimul cum illis rapiemur in nubibus obuiā Chriſto in aera, & ita ſemper cum domino erimus. Nec mireris, ſi caro ſanctorum in tantam gloriam ex reſurrectione mutabitur, ut in occurſum dei ſuſpenſa nubibus & aere uecta rapiatur, cum ipſe apoſtolus exponens quantū conferat deus his qui diligūt eum, dicat: Qui tranſmutabit corpus humilitatis noſtræ conformæ dei, corpori claritatis ſuę. Nihil ergo abſurdum eſt, ſi ſanctorum corpora dicant nubibus in aera ſuſtolli, cum ad formā corporis Chriſti quod in dextra ſedet ad dicant reformanda, ſed & hoc ſanctus apoſtolus uel de ſe, uel de cæteris ſui loci uel meriti addidit & dixit, quia conſuſcitabit nos cum Chriſto ſimulq; faciet ſedere in cœleſtibus. Vnde cum hæc & eorum ſimilia quàm plurima ſancti dei in repromiſſionibus habeant in reſurrectiōe iuſtorum: non erit iam difficile credere etiam illa quæ prophetæ prædixerant, quod iuſti ſcilicet fulgebūt ſicut ſol, & ſicut ſplendor firmamenti in regno dei. Cui enim difficile uidebitur eos fulgorem ſolis habituros, ac ſiderum ac firmamenti, huius ſplendore decoratos, quibus uel uita uel cōuerſatio angelorum dei paratur in cœlis, uel cōformandi dicūtur ad gloriam corporis Chriſti. Ad quam gloriam ſaluatoris ore promiſſam, reſpiciens ſanctus apoſtolus dixit: Quia ſeminatur corpus animale, reſurget corpꝰ ſpirituale. Si enim uerum eſt, ſicut certe uerum eſt, q̄ iuſtos quoq; & ſanctos angelorum conſortijs ſociabit diuina dignatio, certū eſt, quod & corpora eorum in ſpiritalis corporis gloriā uertet, nec hoc tibi contra naturalem corporis rationem uideatur eſſe promiſſum. Si enim credimus ſecundū ea quæ ſcripta ſunt, quod accipiens deus limum terræ plaſmauit hominem, & hæc fuit natura corporis noſtri, ut uoluntate dei terra uerteret in carnem, cur tibi aut abſurdum aut cōtrariū uideꝫ, ſi ijſdem rationibus quibus terra proficiſci dicitur in corpus animale, rurſum corpus animale in corpus proficiſci ſpirituale credaꝫ? Hæc quidē atq; his ſimilia multa inuenies in ſcripturis diuinis de reſurrectione iuſtorum. Dabitur autem etiam peccatoribus (ut ſupra diximus) in corruptionis & immortalitatis ex reſurrectiōe conditio, ut ſicut iuſtis deus miniſtrat ad perpetuitatem gloriæ, ita peccatoribus ad prolixitatē confuſionis miniſtret & pœnæ. Sic enim propheticum diffinit eloquiū, cuius & paulo ante meminimus, ubi dicit: Et multi reſurgent de terræ puluere, hi quidem in uitām æternam, hi autē in confuſionem & opprobrium æternum.

Hieronymus epiſt. 2.

Reſurrectionem etiam carnis confitemur & credimus, ut dicamus nos in eadē qua nunc ſumus ueritate membrorū eſſe reparandos, qualesq; ſemel poſt reſurrectionem fuerimus effectꝫ in perpetum pmanſuros.

Gregorius lib. 14. Moral. ſup illud Iob: Scio q̄ redēptor meus uiuit, &c.

Redemptor noſter ſuſcepit mortem ne mortē timeremus: oſtēdit reſurrectionem, ut nos poſſe reſurgere confidamus.

Idem in Homilia tractans illud Ioannis 20. Quia uidiſti me Thoma, &c.

Non caſu factū eſt, ut diſcipulis dominum uidētibus poſt reſurrectionē, electꝰ ille diſcipulus tunc deeſſet, poſtq̄ uēniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet, non caſu geſtum eſt, ſed uidendo & palpando factus eſt eſtis ueræ reſurrectionis.

Idem ſuper illud Matthæi ultimo. Quidam autem dubitauerunt.

Quod diſcipuli tarde crediderint, non tam infirmitas illorum q̄ noſtra firmitas fuit: nam illis dubitantibus reſurrectio multis argumētis mōſtrat, quia & comedit, & ſe oculis uidendū, & manibus palpandū & contrectandū præbuit, quod de ſolo ſpiritu eſſe non poteſt, minus inq̄ Maria Magdalenæ præſtitit, quę ſtatim credidit, q̄ Thomas qui diu dubitauit.

Idem libro 14. Moral.

Sunt nōnulli conſiderātes quod ſpiritus à carne ſoluiꝫ, quod caro in putredinem uertiꝫ, q̄d putredo in puluerem redigitur, quod puluis in elementis ſoluitur, ut nequaquam ab humanis oculis uideatur, reſurrectionem fieri poſſe deſperant, & dum arida oſſa reſpiciunt, hæc ueſtiri carnibus, rurſum quo ad uitam uirideſcere poſſe diffidunt. Qui ſi reſurrectionis fidem ex obedientia non tenent, certe hanc tenere ex ratione debuerant, quid enim quotidie niſi reſurrectionem noſtram in elementis ſuis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mundus imitatur? Nam per momenta temporum cernimus arbusta uiriditatē foliorū amittere, à fructuū prolatione post largitionem cessare, & ecce subito quasi exarescenti ligno uelut quadam resurrectione uenientē uidemus folia erumpere, fructus grādescere, & totā arborem rediuiuo decore uestiri. *ibidem.*

Cōsideremus paruū cuiuslibet arboris semen quod in terrā iacitur, ut arbor ex illo producat, & cōprehendamus si possumus ubi in illa, tanta paruitate seminis tam immensa arbor latuit quæ ex illo processit: ubi lignum, ubi cortex, ubi uiriditas foliorum, ubi ubertas fructuū: nunquid non in semine tale aliquid uidebat cum in terrā iaceretur? Quid ergo mirū, si tenuissimum puluerē à nostris oculis in elementis redactum, cum uult deus in hominē reformat, q̄ ex tenuissimis seminibus immensa arbusta reintegrat?

Ioannes Chrysosto. super illud Matth. 22. Qui dicunt non esse resurrectionem.

In omni re aut actu uirtus agēdi spes est futuri. Qui. n. arat, arat ut metat, qui pugnat, pugnat ut uincat, & post pauca: Tolle ergo spem resurrectionis, & resoluta est obseruātia oīs pietatis. De hac materia habes supra in Iudicium finale.

Retributio græce ἀνταπόδοσις uel ἀνταπόδομα ατος τὸ & ἀνταποδίδομι retributio dicitur. Est autem idē quod remuneratio, à retribuoquè uenit, quod est remunero.

Reuelatio græce ἀποκάλυψις & ἀποκαλύπτω reuelo dicit. Reuelo addit supra uisionem intelligentiam uisorum/secundum b. Thomam super ij. epist. ad Corin. c. 12. co. 1. fi.

REuerentia ἐυλάβεια & ἐυλάβομαι reuereor dicitur. Est autem reuerentia honor exhibitus in testimonium uirtutis.

Reuerentia est timor initialis & castus, tamen capi potest in bono & in malo, sicut etiam confusio, id est, erubescentia, secundū b. Thomam super psalm. 34 col. 17.

Reuereri est actus timoris, & ut debetur deo, est actus latriæ, secundū eundem 2. 2. q. 81. art. 2.

Reuereri est honorare, a q̄ reuerentia, honor quem tā in uerbis q̄ in factis alicui exhibemus, quare rem aliquā turpem noīaturi, solemus dicere, salua reuerētia, saluo honore: itē reuerēdo, dignus reuerēcia, & reuerenter, cū reuerentia,

Reuereor autem componitur ex re & uereor. Est autem uereri timere cum pudore quodam ergo eum quem metuimus. Quidā tamen hæc separant sic: q̄ uereri sit hominis liberi, timere serui: q̄ illepudoris, hic pœnę metu teneatur.

Petrus apostolus 1. cap. 2.

Omnes honorate, fraternitatē diligite, deum timete, regē honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis.

Hiero. ad Nepotia. & hab. dist. 95. ca. Esto.

Esto subiectus pontifici tuo, & quasi parentē animę ama; sed episcopi sacerdotes, sciant se esse nō dominos: honorent clericos quasi clericos, ut ipsis episcopis honor deferatur. Scitum est illud oratoris Domitij: Cur ego inquit te habeam ut principem, cum tu non me habeas ut senatorem?

Grego. sup Ezechielem.

Boni reuerendi sunt, ne offendant: ne fortasse per eos ille prouocetur ad iram q̄ eorum corda semper inhabitat.

Isido. lib. 3. de sum. bo.

Cham & Noe sententia dānantur, qui suorū præpositorū culpas in publico produnt, habituri Sem & Iaphet, si reuerenter operiuntur.

Glosa Eccle. 3. sup illud, Honora patrem tuum ut superueniat tibi bene. &c.

Cham nuditatē patris irrisit & semen suum in seruitutem perpetuam damnauit. Absolon quoq; Dauid de regno expulit, & cōcubinas eius incestauit, sed morte condignas pœnas luit. Helisæi caluitiū pueri Bethel irriserunt, & duo ursi de saltu ex eis quadraginta duos laceraverunt: quia puerilis stultitia Iudæorum in caluariæ loco Christum crucifixum irrisit: sed quadragesimo secūdo anno post ascensionem eius duo ursi Vespasianus & Titus de saltu gentiū egressi, illusores sæuissime laniauerunt.

Boetius de Philo. consol libro 3.

Non possumus ob honores reuerentia iudicare dignos quos ipsis honoribus iudicamus indignos. *Seneca epist. 41.*

Bonus uir sine deo nemo est. Ille dat consilia magnifica & recta. Magnorum fluminum capita ueneramur, coluntur aquarū calentium fontes, & stagna quædam uel opacitas uel immensa altitudo sacrauit. *ibidem.*

Si hominem uideris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter aduersa fœlicē, in medijs tempestatibus placidum, ex superiore loco homines uidentem, nō subibit te ueneratio huius, uis istuc diuina descendit.

idem epist. 45.

Multum egerunt q̄ ante nos fuerunt, sed non peregerunt. Suscipiendi tamen sunt, & ritu deorum colendi. quā uenerationem præceptoribus meis debeo, eandem illis præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerunt. Si consulem uideo aut prætorem, omnia quibus honor haberi solet faciam, equo desiliam, caput adoperiam, semita cedam. Quō ergo Marcum Catonem, & Lælium sapientem, & Socratem cum Platone in animum meum sine dignatione summa recipiam? Ego illos ueneror, & tantis nobilibus assurgo.

Cicero Tusculanarum quæstionum libro ultimo.

Adolescentis officium sit maiores natu uereri, atque ex his probatissimos eligere, quorum consilio utatur.

idem in Officijs.

Adhibenda est igitur quædam reuerentia ad uersus hoīes, & optimi cuiusq;, & reliquorum.

Valerius Maximus libro 8.

Pytha-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pythagoræ tãta uenerationi ab auditoribus tributa eſt, ut q̃ ab eo acceperãt in diſputationẽ deducere nefas putarẽt, qui etiã interpellati ad reddendã cauſam, hoc ſolum reſpondebant, ipſum dixiſſe: magnus honor ſed ſcholaſticus.

De hac materia habes ſupra ubi honor & laus.

Reus græce ἔνοχος ὁ dicitur. Et eſt ille qui in rem, hoc eſt, cauſam ac iudiciũ uocatus eſt. A quo reus ſtipulando eſt, qui ſtipulatur: reus ꝓmittẽdo, qui ſuo nomine quid alteri promittit. Item reus uoti, qui ſuſcepto uoto ſe numi obligat: dãnatus uoti, qui promiſſa uota iam ſoluit, & ſunt propria ſacrorum uerba Reum agere, & accuſare, reum peragere, eſt condemnare. Hinc reatus, de quo ſupra.

Rigor græce ῥῖγος τό & ῥῖγιος ὁ rigidus dicitur. Eſt aũt rigor iuris exceſſus uel auſteritas q̃ quando ꝙ ſtatuitur ad terrorem aliorũ. Rigor uenit à rigeo, quod ꝓprie eſt frigeo, & quoniam quæ frigent, horrent & dureſcunt, per metaphoram rigere & rigeſcere pro indurari accipitur. Hinc rigor, non modo pro frigore, ſed etiam pro duritie capitur & aſperitate.

Risus græce γέλωσ ωτος ὁ & γελασιμόσ οῦ ὁ dicitur. Eſt autem riſus uox confuſa lætitiæ inſultationẽ immoderata hilaritate denuntiãs, ſecundum Caſſiodorum ſuper Pſal.

Riſibile addit aliquam naturam extraneam ſupra hominem, quæ eſt præter eſſentiam hominis, ex beato Thoma in quæſtionibus diſputatis de ueritate, q. 1. art. 5.

Riſus à rideo uenit, quod græce γελάω dicitur. Vnde ridiculus adiectiuum, quod eſt contemptu & deriſione dignus. Ridiculum uero ſubſtãtiuum ſignificat dictum, quod riſum potius q̃ deriſionem excitat. Hinc etiam arrideo, hoc eſt lætitiam animi ridendo oſtendo. Ridiculoſus idem eſt quod ridiculus.

Iſocrates ad Dæmonicum.

μήτε γέλωτα προπετῶς σέργε, μήτε λογοις μετὰ θράσους ἀποδέχου τὸ μὲν γὰρ ἀνοήτων, τὸ δὲ μανιχῶν. id eſt,

Neq; riſũ petulãtẽ ama, neq; ſermonẽ cũ audacia ſuſcipe. Hoc quidẽ enim ſtultũ, hoc uero furioſum. (pe.

Menander.

γέλωσ' ἁκαίρωσ ἐν βροτοῖσ δεινὸν κακόν. id eſt,

Riſus intẽpeſtiuus inter mortales graue malum. idem.

γελᾷς δ' ὁμωσ' κ' ἀν τι μὴ γελοῖον ᾖ id eſt,

Ridet autẽ ſtultus, & ſi quid ridiculum non ſit.

Rixa græce ἐριθεία ασ ἡ & ἐρίζω rixor dicitur. Eſt aũt rixa audax uolũtas uindicãdi iniuriã factã ſecũdum Alber. Mag. li. 3. compendij, cap. 17.

Rixa uideẽ quoddam priuatũ bellũ ꝙ agit inter perſonas priuatas, non ex aliq̃ publica auctoritate, ſed magis ex inordinata uoluntate.

Rixa eſt cõtradictio in factis, ſ. mutua percuſſio, & particulare bellum, ſine autoritate publica. Sed contentio eſt in uerbis ſecundum beatum Tho. ſecunda ſecun. q. 41. art. 1. c.

Rixa à ringo dicitur. Eſt enim ringere ſiue ringi, roſtrum torquere, quod canes faciunt latraturi. Hinc ringi pro iraſci capitur, & tacitum ſto machari. Teren. Ille ringitur, tu rides. A rixa fit rixor uerbum, quod eſt iurgor, contẽdo. A quo contentioſus, rixoſus.

Ros græce δρόσος ου ὁ & δροσερός ὰ ὸν roſcidus dicitur. Eſt aũt ros uapor concretus in aqua, & neq; ſi fuerit æſtus ut exiccetur, ſurſum ductus, neq; ſi frigus, ut congeletur uapor ipſe, ſecundum Ariſtotelem libro 1 Meteororum.

Ros & pluuia differunt ſola quantitate, ſecũdum b. Tho. ſup Iob, ca. 38. col. 7.

Ros eſt humor q̃ ſereno tẽpore e cœlo fluit. A rore fit roſidus, hoc eſt rore perfuſus. Virg. Sæpibus in noſtris paruã te roſida mala (Dux ego uester eram) uidi cum matre legentẽ. Hoc eſt mala quæ matutino rore humecta ſunt.

Ruditas græce σκαιότης ητος ἡ dicitur, & uenit a rudus ꝙ proprie à ueteribus dicit rudis, aſpera & imperfecta. Ideo hominem imperitum rudem nominamus. A quo fit erudio, quod eſt doceo, inſtruo: & eruditio doctrina, & erudite docte, & ruditas imperitia. Rudus nouum, & rudus uetus & rudis quid ſint, uide ſupra in Erudit.

Rugitus græce ὠρύγη ηος ἡ & ὠρύομαι rugio dicitur. Eſt aũt rugitus uox leonis, & urſi propter uehementiam doloris & famis. Ideo ſignificat uehementiam triſtitiæ uel fletus, ex beato Thoma ſuper pſalm. 37. col. 7.

Ruina græce πτώσις ιος ἡ & πίπτω cado dicitur. A ruo uenit ruina, q̃ ꝓprie ſignificat caſum, ponit̃ ꝙ interdum pro excidio, unde ruinoſum. Hinc rutũ inſtrumentũ ruſticũ, ꝙ ea ruina eruitur, & ruta bulum, quod eo ignis proruatur, ut panes coquantur. Hinc etiam ruto uerbum ſine c. ab eruendo ſpiritu, licet & cum c ſcribi poſſit. Virgil. Atq; omnem Cocyti eructat arenam.

Sophocles in Aiace.

ἀλλ' ἄνολβα χρὴ κἄρν σῶμα γεινέσθαι μέγα,
λοιδεῖν πεσεῖν θ' ἂν κἄρν ἀπὸ σμικροῦ κακοῦ. id eſt,

Sed uirũ oportet & ſi corpus natura ſortitus ſit magnũ
Exiſtimare poſſe cadere, & paruo incommodo.

Rumor græce φημόσ υρος ὁ. Et eſt nouitas ſine certo autore, quid uero differat à fama, uide ſupra in Fama.

Sacerdos græce ἱερόσ ὰ ὸν & ἱερωσύνη ης ἡ ſacerdotium dicitur. Eſt autẽ ſacerdos is, qui deo dicatus eſt ad ſacrificia facienda. A quo ſacerdotium ipſum ſacerdotis munus officium ꝙ.

Exodi cap. 19.

Sacerdotes qui accedunt ad dominum ſanctificentur, ne forte percutiam eos.

Leuitici cap. 21.

Qui habuerit maculam, panes nõ offerat deo ſuo, nec accedat ad miniſterium eius: ſi cæcus, ſi claudus. *Numeri cap. 21.*

Homo de ſemine Aaron qui habuerit maculam, non offerat panes coram domino, nec accedat ad miniſterium eius.

Paralypomenon cap. 29.

Vos elegit dñs, ut ſtetis corã eo & miniſtretis, cola/

colatis q eum, ere metis q ei incenſum.

Matthæus cap. 8.

Vade & oſtende te ſacerdoti.

Lucas cap. 17.

Ite oſtendite uos ſacerdotibus.

Ioan. cap. 20.

Quorum remiſeritis peccata, remittunt eis.

Paulus 1. ad Corinthios 4.

Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti & diſpenſatores miniſteriorū dei. Hic iam quæ rit inter diſpēſatores, ut fidelis quis inueniatur.

Paulus 1. ad Timoth. cap. 1.

Diacones pudicos, nō bilingues, non uinolentos, non turpe lucrum ſectantes. *ibidem.*

Conſtitues per ciuitates presbyteros.

idem cap. 5.

Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habentur, maxime qui laborant in uerbo doctrinæ, dicit enim ſcriptura: Non alligabis os boui trituranti, & dignus eſt operarius mercede ſua. *ibidem.*

Aduerſus presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.

Idem ad Timoth. 2. cap. 2.

Nemo militans deo, implicat ſe negotijs ſecularibus, ut ei placeat cui ſe probauit.

Auguſtinus libro de corpore domini & hab. 1. q. 1. cap. Intra.

Intra catholicam eccleſiam in myſterio corporis & ſanguinis domini, nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur ſacerdote, q a non in merito conſecrantis, ſed in uerbo perficitur creatoris, & uirtute ſpiritus ſancti. Si ēm in merito eſſet ſacerdotis, nequaq ad Chriſtum perti neret. Nunc autem ſi qui baptizat, ipſe Chriſtus eſt, it a ipſe eſt qui per ſpiritum ſanctum hāc ſuam efficit carnem, & transfundit in ſanguinē. Credendum eſt enim quod in uerbis Chriſti ſacramēta conficiunt, cuius prius creantur imperio, eius utiq uerbo recreantur ad melius.

Idem & hab. diſt. 38. Quæ ipſis.

Quæ ipſis ſacerdotibus neceſſaria ſunt ad diſcendum. i. ſacramentorum liber lectionarius, antiphonarius, baptiſterium, computus, canones pœnitēciales, pſalterium, homiliæ p circulum anni in dominicis diebus & ſingulis feſtiuitatibus aptæ, ex quibus oīmibus ſi unum defuerit, ſacerdotis nomē uix in eo conſtabit, q a ual. de periculoſæ euangelicæ minæ ſunt, quibus dicitur: Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.

Idem, & hab. diſt. 83. ca. Nemo.

Nemo quippe nocet in eccleſia dei amplius, q qui peruerſe agēs, nomē uel ordinē ſanctitatis & ſacerdotis habet. Delinquentē nanq hunc redarguere nullus præſumit, & in exēplum culpa uehemēter extēditur, quando pro reuerētia ordinis peccator honoratur. Epiſcopus itaq qui talium crimina non corrigit, magis dicēdus eſt canis impudicus q epiſcopus.

Idem in glo. ſup illud pri. ad Timoth. 5. Qui bene præſunt.

Presbyteri qui bene præſunt uita & doctrina, digni habētur à ſubditis duplici honore, ſ. ut ſpiritualiter eis obediant, & exteriora bona miniſtrēt. Boni enim diſpēſatores & fideles, non ſolum honore ſublimi præmiari debēt, ſed & terreno, ut non conteriſtentur indigentia ſumptuū, & gaudeant obediēcia ſpiritualium. Inſtantior enim fit, ſi non humiliatur inopia & creſcit in illo autoritas, cum uidet ſe etiam in præſenti laboris fructum percipere, non ut abundet, ſed ut non deficiat.

Idem ad Marcellinum.

Illi nanq in hac uita poſiti ligandi atq ſoluēdi poteſtatē habent, qui apoſtolorum exēpla & documēta ſequuntur. Ideo ſoli Petro conceſſa eſt, & omnibus ſuā doctrinā & uitam ſeruantibus. Magna eſt ergo ſacerdotū dignitas, q a propter eorū unctionē & dignitatē multi ex ipſis uirtutes & mirabilia opati ſunt, & uſum p phetandi habuerunt, de quorum numero Caiphas pontifex Iudæorum fuit, qui cum pontifex in die uicis ſuæ à ſeipſo locutus non fuit, ſed p gratiam ſacerdotalis ordinis, ac ſanctę unctionis, alta uoce clamauit: Expedit uobis, ut unus moriatur pro populo, ne tota gēs p eat, hoc autē à ſeipſo non dixit.

Idem lib. de pœniten. & hab. ibidem, diſt. 6. Qui uult ꝙ. Sacerdos.

Sacerdos itaq cui omnis offertur peccator, ante quē ſit aruitur omnis languor, in nullo eorū ſit iudicandus, quæ in alio iudicare eſt promptus. Iudicans enim alium qui ē iudicandus, cō dēnat ſeipſum. Cognoſcat igitur ſe & purget in ſe, quod alios uidet ſibi offerre. Caueat, & à ſe proīciat quicquid dānoſum in alio reperit, animāduertat quod dicitur: Qui ſine peccato ē, primus in illam lapidē mittat.

ibidem.

Caueat ſpiritalis iudex, ſicut non cōmiſit crimēne quitiæ, ita non careat munere ſciētiæ. Oportet ut ſciat cognoſcere quicquid debet iudicare, iudicaria enim poteſtas hoc poſtulat, ut q debet iudicare, diſcernat. Diligēs igitur inquiſitor, ſubtilis inueſtigator, ſapiēter & quaſi aſtute interroget à peccatore, quod forſitan ignorat, uel uerecundia uelit occultare.

Hieron. & hab. diſt. 33. c. Hoſp.

Hoſpitiolum tuum aut raro aut nunq mulierum pedes terant. Vide ſupra in Mulier.

Idem ad Damaſum Papam, de filio prodigo, & hab. diſt. 35. c. Sacerdotes.

Sacerdotes dei omiſſis Euangelijs & prophetijs uidemus comœdias legere. Vide infra in Scriptura ſacra.

Idem ſup Malach. & hab. diſt. 50. c. Sacerdotes.

Sacerdotes nomē domini deſpiciunt, & quātum ad ſe panē pollutum offerunt, qui ad altare indigne accedunt, quiq dato munere ſacerdotiū præſumunt.

idem ad Nepotianum, & habetur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

12.q.1.Cler.

Clericus q̃ Christi ſeruit eccleſiæ, interpretetur primũ uocabulũ ſuũ, & nominis diffinitiõe pla/ta, nicat̃ eſſe quod dicit̃. Si am̃ cleros græce lati/ne ſors appellat̃, ꝓpterea clerici dicunt̃ quia de ſorte domini ſunt uel quia ipſe dominus ſors, id eſt, pars cleriçorũ eſt, & quia uel ipſe pars domi ni eſt, uel domini partem habet, talem ſe exhibe re debet, ut ipſe poſſideat dominum, & ipſe poſ/ſideatur à domino. Qui dominũ poſſidet, cum propheta dicit: Pars mea dominus, nihil extra dominum habere poteſt: quod ſi quippiam ali. ud habuerit præter dominum, pars eius uon e- rit dominus, uerbi gratia, ſi aurum, ſi argẽtum, ſi poſſeſſiones, ſi uariam ſuppellectilẽ, cum iſtis partibus non dignatur dominus fieri pars eius, ſi aũt ego pars domini ſum & funiculus hæredi tatis eius, nõ accipio partes inter cæteras tribus, ſed quaſi leuita & ſacerdos uiuo decimis & alta ri ſeruiens, altaris oblatione ſuſtentor, habens uictum & ueſtitum & his contentus ero, & nu/dam crucem nudus ſequar.

Idẽ in Hier. & hab. diſt. 45. cap. Rece.

Sed illud nõ otioſe tranſeundum eſt, q̃d uno peccante, ira dei ſuper omnẽ populum uenit, hoc quõ accidit? quando ſacerdotes qui popu- lo præſunt, erga delinquentes benеuoli uideri uolunt & uerentes peccantium linguas, ne forte male de eis loquantur, ſacerdotalis ſeueritatis immemores, nolunt complere quod ſcriptum eſt: Peccantẽ coram om̃ibus argue, ut cæteri me tum habeãt, & iterum: Auferte malum à uobis ipſis, nec zelo dei ſuccenſi imitantur apoſtolum dicentem: Tradidi huiuſmodi hominẽ Satanæ, in interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus fiat. Neq; illud euangelij̃ implere ſtudẽt, ut ſi uiderint pec cantem, primo ſecreto eum conueniant, poſt etiam duobus uel tribus adhibitis teſtibus, qui contempſerit, & poſt eccleſiæ correctionẽ non fuerit emẽdatus, de eccleſia expulſum, uelut gẽ- tilem habeant & publicanum, & dum uni par- cunt, uniuerſæ eccleſiæ moliuntur interitum: quæ eſt iſta miſericordia? quæ iſta bonitas uni parcere, & om̃es in diſcrimen adducere? Pollui/tur enim ex uno peccatore populus, ſicut una oue morbida uniuerſus grex inficitur, ſic uel u/no fornicante, uel aliud quodcunq; ſcelus com/mittente plebs uniuerſa polluitur, hinc etiam alibi dicit: Rectorẽ ſubditis, pietas matrẽ, diſci- plina uero patrẽ exhibeat.

Idẽ Damaſo Papæ, & hab. 16. q. 1. Quoniã q̃quid.

Quoniam quicquid clerici habent, pauperũ eſt. Vide ſupra in Hoſpitalitas.

Idem ſup̃ Ezech. lib. 2.

Grandis dignitas, ſacerdotum, ſed grandie ruina ſi peccant; lætemur ad aſcenſum, ſed timea- mus lapſum. Non eſt tanti gaudij̃ excelſa tenuiſ- ſe, quanti mœroris de ſublimioribus corruiſſe. Nec enim ſolum pro noſtris delictis reddemus rationem, ſed pro omnium quorum abutimur donis, & nequaquam ſumus de eorum ſalute ſolliciti.

Idem ſup̃ Aggæum prophetam.

Conſidera ſacerdotum eſſe officium de lege interrogatos, reſpõdere. Si ſacerdos eſt, ſciat le- gem domini, ſi ignorat legem domini ipſe ſe ar guit non eſſe ſacerdotẽ. Domini ſacerdotis eſt enim ſcire legem, & ad interrogationem reſpõ- dere de lege.

idem epiſt. ad Nepotianum.

Conuiuia tibi uitanda ſunt ſecularium, & maxime eorum quæ honoribus tument. Turpe eſt enim ante fores ſacerdotis domini, & paupe- ris crucifixi, & qui cibo quoq; ueſcebatur alie- no, lictores conſulum, iudicemq; prouinciæ & milites excubare; melius eſt apud te prandere q̃ in palatio.

Ambroſius in epiſt. ad Vercellen. & ha. di. 26. ca. Qui ſine.

Qui ſine crimine, unius uxoris eſt uir, tenetur ad legem ſacerdotij̃ ſuſcipiendi: qui autem itera uerit coniugium, culpam quidẽ non habet coin quinati, ſed prærogatiua exuitur ſacerdotis.

Idem in epiſt. ad Theodoſium impera.

Nihil in ſacerdote tam periculoſum apud de um, tam turpe apud homines, q̃ quod ſentiat ueritatem non libere pronuntiare.

Gregorius Andreæ Tarẽtino epiſcopo, & hab. diſt 33. Habuiſſe.

Habuiſſe te concubinam manifeſta uericate comperimus, & te illius criminis participatio- nem habere, de qua etiam cõtraria eſt quibuſdã innata ſuſpicio, ſed quia in rebus ambiguis abſo lutũ non debet eſſe iudiciũ, hoc tuæ conſcientię cõmittendum eligimus. Qua de re ſi in ſacro or dine cõſtitutus, eius te recolis permixtione ma- culatũ, ſacerdotij̃ honore depoſito ad miniſtran dum nullo modo præſumas accedere, ſciturus in animæ tuæ periculo te miniſtrare, & deo no/ſtro te ſine dubio reddere rationem ſi huius ſce/leris conſcius in eo quo es ordine celans uerita/tem permanere uolueris.

Idem omnibus per regnum Italicum & Teutonicorũ, & ha. diſt 81. cap. Si qui presbyteri.

Si qui presbyteri ſunt diaconi uel ſubdiaconi qui in crimine fornicationis iaceant, interdici- mus eis ex parte dei patris omnipotentis, & ſan cti Petri authoritate eccleſiæ introitum, uſque quo pœniteant & emendent. Si uero qui in pec cato ſuo perſeuerare maluerint nullus ueſtrum eorum præſumat audire officium quia benedi/ctio eorum uertetur in maledictionẽ, & oratio in peccatũ, teſtante domino p̃ prophetam: ma ledicam inquit, benedictionibus ueſtris. Qui ue ro huic ſaluberrimo præcepto obedire nolue- rint idololatriæ peccatũ incurrent. Samuele te/ſtante & beato Gregorio inſtruente. Peccatum ariolandi eſt non obedire, & ſcelus idololatriæ nõ acquieſcere. Peccatum igitur paganitatis in currit, quiſquis dum Chriſtianum ſe eſſe aſſerit, ſedi apoſtolicæ obedire contemnit.

Idem Symmacho, & ha. ibidem c. Volumus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Volumus ut ſacerdotes prohiberi debeãt, ne cum mulieribus conuerſentur, excepta duntaxat matre, uel ſorore, uel uxore, quæ caſte regenda eſt.

Idem in Regiſtro, & hab. ibidem c. Legitur.

Legitur quod beatus Auguſtinus nec cum ſorore habitare cõſenſerit, dicẽs: quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt; docti ergo uiri cautela magna nobis debet eſſe inſtructio.

Idem Ianuario epiſcopo, & habetur diſt. 81. cap. Archidiaconum.

Archidiaconum tuũ, ut audio, habitare cum mulieribus prohibuiſti, & nunc uſq; in ea præhibitione deſpiceris, qui niſi tuſſioni paruerit, eum ſacro ordine uolumus eſſe priuatum.

Idem ad Hermãnum Meten. epiſc. & habetur diſt. 96. cap. Quis dubitet.

Quis dubitet ſacerdotes Chriſti regũ & principum omniumq; fidelium patres & matres cenſeri: nonne inſaniæ miſerabilis eſſe cognoſcitur, ſi filius patrem, diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubiugare, & iniquis obligationbus illum ſuæ poteſtati ſubijcere, à quo credit non ſolum in terra, ſed etiã in cœlis ſe ligari poſſe & ſolui?

Idem libro 24. Moral.

Penſet ergo ſacerdos quia ad ſatis faciendum diſtrictio iudici de ſua tantummodo anima fortaſſe uix ſufficit, & quod regendis ſubditis præeſt, reddendæ apud deum rationis tempore (ut ita dicam) tot ſolus animas habet.

Idem in homi. Dignus eſt mercenarius &c.

Penſate fratres quantæ damnationis eſt ſine labore percipere mercedem laboris: quanti criminis pretia peccatorum accipere, & nihil contra peccata prædicando dicere.

idem homilia ſexta.

Semper ſacerdotali pectore cum terrore ſeueritatis cuſtodiri debet uirtus manſuetudinis, ut & iram manſuetudo cuſtodiat, & ira manſuetudinem (ne forte diſſoluta ſit) zelus diſcretionis accendat. *idem hom. 17.*

Nullũ ab alijs præiudicium, q̃ à ſacerdotib9 tolerat deus quãdo eos quos ad aliorum correctionem poſuit, dare ſe exempla prauitatis cernit, plærunq; eſt quod grauius ſacerdotis q̃ propria dare debuerant, etiam aliena diripiũt. Plærunq; ſi quos humiliter, ſi quos continẽter uiuere conſpiciunt, irrident. *ibidem.*

Ingrediunt electi ſacerdotũ manibus expiati cœleſtem patriam, & ſacerdotes Chriſti p uiam reprobã ad inferni ſupplicia feſtinant, cui rei ſimiles dixerim ſacerdotes malos niſi aquæ baptiſmatis, quæ peccata baptizatorum diluẽs, illos ad regnum cœleſte mittit, & ipſa in cloacas deſcendit. *idem ſup Ezech. hom. 11.*

Nos q̃ ſacerdotes uocamur, qui ſupra ea mala quæ propria habemus, alienas quoq; mortes addimus, quia tot occidimus quot ad mortem iræ quotidie tepidi & tacentes uidemus.

idem in Regiſtro.

Cauſa ſunt ruinæ populi, ſacerdotes mali. Quis enim ſe p̃ populi peccatis interceſſor obij̃ciat ſi ſacerdos q̃ orare debuerat, grauiora committat. *Ioan. Chryſoſt. ſup Matth.*

Vere magna confuſio ſacerdotum & omnium clericorum, quando laici inueniuntur fideliores eis & iuſtiores. Quomodo non ſit cõfuſio eſſe inferiores illos laicis, quos & æquales eſſe confuſio eſt.

idẽ ſup illud Matthæi 23. Amẽ dico uobis, ſup omnia.

Bene agente populo unuſquiſq; pro ſuo merito remuneratur, ſacerdos autẽ pro nobis omnium, habet enim pro proprijs auream, & pro acquiſitione aliorum aureolam.

idẽ ſup Matth 23. tractans illud: Super cathedram Moyſi.

Multi ſacerdotes, & pauci ſacerdotes: multi in nomine, & pauci in opere. Videte ergo quõ ſedeatis ſuper cathedram, quia cathedra nõ facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram: nõ locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. Qui bene ſederit ſuper cathedram, honorem accipit ab illa: qui male ſederit iniuriam facit cathedræ. In iudicio enim ſedes, ſi bene uixeris quidem & bene docueris, omnium iudex eris. Si autem bene docueris & male uixeris, tui ſolius. Nam bene uiuendo & bene docẽdo populũ inſtruis, quõ debeat uiuere: bene autem docendo & male uiuendo: inſtruis deũ quõ te debeat condẽnare.

Iſidorus libro 7. Etymologiarum cap. 12. & habetur di. 21. cap. Cleros.

Cleros & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias ſorte electus eſt, quẽprimum per apoſtolos legimus ordinatum: cleros enim græce ſors latine, uel hæreditas dicitur. Propterea ergo dicti ſunt clerici, q̃a de ſorte domini ſunt, uel quia domini partem habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes, qui in eccleſia Chriſti deſeruiunt, quorum gradus & nomina ſunt hæc: Oſtiarius, pſalmiſta, lector, exorciſta, acolytus, ſubdiaconus, diaconus, presbyter, epiſcopus.

Beda ſup Lucam & hab. di. 31. c. Sacerdotibus.

Sacerdotibus ut ſemper ualeant altari aſſiſtere, ſemper ab uxoribus eſt abſtinẽdum, ſemperq; caſtitas obſeruanda præcipitur.

Ariſtoteles libro 6. Politico.

Oportet in ciuitate aliquos eſſe, curam deorum habentes, ſcilicet ſacerdotes.

Plautus in Rudente.

Quis eſt homo tanta confidentia, qui ſacerdotem uiolare audeat?

Ouid. epiſt. Didonis ad Aeneam.

Pone deos, & quæ tangenda ſacra prophanas,
Non bene cœleſtes impia dextra colit.

De hac materia habes ſupra ubi Prælatus & Religio.

Sacellum græce ἱερόν τινος τὸ dicitur. Et eſt locus paruus deo ſacratus cũ ara, ſecũdm Caium Trebatiũ lib. 2. de religio. Eſtq; diminutiuũ de ſacrum, ſecundum A. Gellium lib. 6. cap. 7. Nocti. Attica. Sacra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

SAcramentum a ſacrũ uenit, quod græce ἱερόν τι dicitur. Eſt inuiſibilis gratiæ uiſibilis forma, ſecũdum Auguſtinum.

Sacramentũ eſt materiale elementũ extrinſecus oculis ſuppoſitum, ex inſtitutione figurãs & ſimilitudinem repræſentans, & ex ſanctificatione aliquã gratiam inuiſibilem conferens, ſecundum Hugonẽ de ſacramentis li. 6. par. 9. c. 2.

Sacramentũ eſt ſacræ rei ſignum, in quo ſub tegmento uiſibilium diuina uirtus ſalutem ſecretius operatur.

Sacramentũ etiam eſt quod iuſiurandi ſacratione interpoſita geritur, unde ſacramentũ militare dicitur. *Sapientiæ cap. 2.*

Neſcierunt ſacramenta dei.

Auguſt. contra Peti. & hab. 1. q. 1. c. Neq; in homine.

Neq; in hoĩe bono aliquis dei ſacramenta fugiat, neq; in homine malo.

Idem con. epiſt. Parmeniani, & hab. ibi. cap. Omnia ſacramenta.

Oĩa ſacramenta ſubſunt indigne tractãtibus, proſunt tamen per eos digne ſũmentibus, ſicut & uerbum dei. Vnde dictum eſt: Quæ dicũt facite: quæ autem faciunt, facere nolite.

Idem libro contra Donatiſtas

Scio quia lapis ex aqua fructũ ferre nõ poteſt, & per lapideos canales tranſit aqua ad areolas, & in canali lapideo nil generaĩ; ſed hortus plurimũ fructũ affert. Spiritualis uero uirtus ſacramenti, ut lux pura ab illuminãdis recipitur: ſed cum per immundos tranſit non coinquinatur.

Idem in libro de doctrina Chriſtiana.

Intra catholicã eccleſiã in miniſterium corporis & ſanguinis domini nil á bono maius, nil á malo minus perficit ſacerdoĩe, uide ſup. in Sacerdos.

Gregorius, & hab. 1. q. 5. Multi ſeculariũ.

Multi ſeculariũ hominũ cum plus ſacerdotis uitam q̃ ſuam diſcutiũt, in magnum contẽptionis diuinorũ ſacramentorũ crimẽ incurrũt. Magna eñ trabe habẽtes uulneratos oculos, eamq; negligentes, feſtucã tenuẽ in aliorũ conſpiciunt oculis: quã dũ incaute feſtinant auellere, erroris in foueã dilabunt, minus quidẽ cõſiderantes, q̃ nõ eos ſacerdotũ uita læderet, ſi ipſi hũiliter bonis ſacerdotũ admonitionibus aures accõmodarent. Sed dum hypocritarum more plus illorũ famã q̃ propriã uitã, uel uitæ negligentiã dijudicant, ſpernunt ſancta monita & ſpiritualia dona. Vnde fit, ut non ſolum ab eis dicta reſpuãt, ſed quod eſt deterius: diuina etiã myſteria contemnãt, ut nec corporis cõmunionem: nec ſanguinis dñi noſtri Ieſu Chriſti corũ miniſterio cõfectã aſſumãt, putãtes hãc minus eſſe ſanctificatam, ſi illorũ fiat officio, quorũ uita eorum oculis uidetur ignobilis. Heu in q̃ magnũ laqueũ incidunt, ut diuina & occulta myſteria plus ab alijs ſanctificata poſſe fieri credãt, cum unus idẽque ſpiritus ſanctus in eccleſia diffuſa per totum orbem terrarum incomprehenſibiliter ea myſteria & occulta atq; inuiſibiliter, & operando ſanctificet, & benedicendo benedicat. Myſterium itaq; fratres ob hoc dicitur, q̃ ſecretam & reconditam habet diſpenſationẽ. Sacrificiũ aũt quaſi ſacrũ factum, quia prece myſtica conſecratur p nobis in memoriã dominicæ paſſionis. Sacramentum uero eſt in aliqua celebratiõe cum res geſta ita fit ut aliquid ſanctificate accipiamus, quod ſancte accipiendũ eſt. Sunt aũt ſacramenta, baptiſma, chriſma, corpus & ſanguis Chriſti, quæ ob id ſacramenta dicunt, quia ſub tegumẽto corporalium rerum diuina uirtus ſecretius ſalutem eorundem ſacramentorũ operatur effectum, unde à ſecretis uirtutibus uel ſacris, ſacramenta dicuntur: quæ ideo fructuoſe penes eccleſiam ſiunt, quia ſanctus in ea manens ſpiritus eorundem ſacramentorum ſapienter operatur effectum. *idem & hab. 1. q. 1. Non nocet.*

Non nocet malitia epiſcopi, neq; ad baptiſmũ infantis, neq; ad eccleſiæ conſecrationẽ, q̃a baptiſma à deo daĩ, nõ ab hoĩe uenit: ſic & euchariſtia & omnia quæ in altari ponuntur, non ab homine, ſed à deo ſanctificationẽ accipiunt.

Sacrificium græce θυσία ἀπὸ τοῦ & θύω. ſacrifico dicitur. Eſt autẽ ſacrificiũ proprie aliquid factum in honorẽ debitũ ſoli deo ad eũ placandũ, b. Tho. ſe. ſecundæ. q. 80. art. 4.

Sacrificiũ & oblatio differunt. Quia oblatio eſt omne quod exhibetur in cultu dei, ſacrificiũ ſi inde fiet aliquid ſacrum conſumendũ, ex hea, Tho. ſe. ſecundæ q. 85.

Sacrificiũ à ſacrificio uenit, q̃ ita differt à litore: ut ſacrificare ſit ueniã petere, litare uero ꝓpitiare & uotũ impetrare. Plau. Si hercle iſthuc unq̃ factũ eſt, tum me Iuppiter faciat ut ſemper ſacrificem, nunq̃ litẽ. Iſta tamẽ ſæpe confundunt, & utrunq; ſumitur pro ſacrũ facere. A ſacrifico uenit ſacrificulus, rex ſacrorum.

SAcrilegium græce ἱεροσυλία ἀπὸ τοῦ & ἱεροσύλος ὁ ſacrilegus dicitur. Eſt autem ſacrilegiũ, ſacræ rei uiolatio ſeu uſurpatio. Et accipitur ibi uiolatio pro quacunq; irreuerẽtia aut de honoratione. Et dicitur ſecundũ Inno. ſacrilegiũ quaſi ſacrilædium.

Sacrilegiũ oñe quod fit ad irreuerentiã rei ſactæ, ſe. b. Tho. 1. ſe. q. 99. 0.

Sacrilegus eſt q̃ rẽ ſacrã, aut è ſacro loco furatur, à quo tale furtum ſacrilegiũ dicitur.

Aug. ſup Ioan & ha. 23. q. 4. c. Quid ergo uobis.

Nõ undecunq; tollere hoc eſt ſacrilegium cõmittere, ſed de eccleſia qui aliquid furaĩ, ludẽq; ꝓditori cõparaĩ. *Hieron. epiſtola 34.*

Amico rapere quicq̃ furtum eſt, eccleſiã fraudare ſacrilegiũ eſt. Accepiſſe aliquid erogandũ pauperibus & eſurientibus, apertiſſimi ſceleris eſt. Aliquid inde ſubtrahere, omnium prædonũ cupiditatẽ ſuperat.

Idẽ Damaſo Papæ & ha. 16. q. 1. ca. Quoniã q̃dq̃.

Clericos aũt illos conuenit eccleſiæ ſtipẽdijs ſuſtentari, quibus parentum & amicorum nulla ſuffraganĩ ſtipendia. Qui autem bonis parentum & opibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pau-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

perũ eſt accipiũt, ſacrilegium profecto incurrũt & cõmittunt, & per abuſionẽ talium iudicium ſibi manducant & bibunt. *idem epiſt. 5.*

Sufficit ergo hoc quod uidimus, ꝙ diuinitas noſſe nos uoluit. Nec ultra cognitio porrigenda eſt, nec ſacrilegus unuſquiſq; teneat, quia cõceſſos terminos fuerit cognitione egreſſus.

Greg. Sabi ſubdia. & hab. 17. q 4. c. Sacrileg.

Sacrilegiũ & cõtra legẽ eſt, ſi quis ꝙ uenerabilibus locis relinquitur prauæ uoluntatis ſtudijs tentauerit ſuis compendijs retinere.

idem uniuerſis epiſcopis Hiſpanis & hab. 1. q. 3. cap. Audiuimus.

A ſacrilego quoq; hoc facinus nõ diſpar dixerim cũ id quod ſpẽte & ſacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, ſub pecuniæ pactione cauſatur. *Cicero libro 1. de legibus.*

Sacrum ſacroue commẽdatum qui dempſerit rapuerit q̃, parricida eſt. *ibidem.*

Sacrilego pœna eſt, neq; ei ſoli q̃ ſacro abſtulerit, ſed etiã ei qui ſacro cõmendatum, quod & nunc multis fit fanis. *Iuſtinus hiſto. li. 4.*

Philomenes primꝰ inter cõfertiſſimos dimicãs cecidit, & ſacrilegij pœnas impio ſanguine luit.

Aulus Gellius noct. atti. li. 3 ca. 9.

Nam cum oppidum Toloſanũ in terra Italia Quintus Cepio conſul diripuiſſet, multamq; auri in eius oppidi tẽplis fuiſſet: quiſquis ex ea direptione aurum attigit, miſero cruciabiliq; exitu periit. *Lucanus libro 3.*

Quis enim læſos impune putaret,
Eſſe deos? *Iuuenalis Satyra 4.*

Nemo malus fœlix, minime corrupto & idem
Inceſtus, cum quo nuper uitiata iacebat.
Sanguine adhuc uiuo terram ſubitura ſacerdos.

Sæuitia græce χαλεπότης ητος ἡ & χαλεπόω ῶ ὁ dicitur. Eſt autem ſæuitia idem quod crudelitas, hæc & ſæuitudo dicitur, hinc & ſæue crudeliter.

Sæuus quandoq; idem ꝙ magnꝰ, Virg. Maternis ſæuus in armis Aeneas. Quandoq; ꝙ crudeli, nonnunq; pro irato. Item ſæuio iraſcor, ut crudelitatẽ exerceo. Scuum ſine diphthongo, pinguedo eſt cornigerorũ dũtaxat, quæ in una parte dentata ſunt, & qui in pedibus tales habẽt. Bifulca uero, quæq; ſciſſos pedes in digitos habẽt, & carent cornibus, non ſeuũ ſed adipẽ habẽt q̃ concretus eſt: & cum refixit, facile frãgitur, ſempereq; eſt in fine carnis ſine ſenſu: quia nec arteriasque habet neq; uenas.

Sanctificatio græce ἁγίασμα ατος τὸ dicitur. Et eſt munditia pcõ, uel confirmatio in bono, uel deputatio ad cultũ dei. Et tertiũ conuenit irrationalibus rebus, ut eccleſiæ, ueſtibus & huiuſmodi, ſec. b. Tho. 2. 2. q. 81. art. 8. c.

Sanctitas græce ἁγιωσύνη ης ἡ ἅγιος α ὁ ſanctus dicitur. Eſt autem ſanctitas ſcientia colendorũ deorum, ſecundum Ciceronem libro 1. de natura deorum.

Sanctitas eſt uirtus faciens homines fideles, & ſeruantes ea quæ ad deum ſunt iuſta, ſecũdum Andronicum.

Sanctitas eſt ab oĩi immũditia, libera & perfecta, & omnino immaculata munditia, ſecundum Dionyſium de diuinis nominibus cap. 12. & b. Tho. 1 ſent. diſt. 10. q. 4. art. 4.

Sanctitas à ſancio uenit. Sãcire eĩ proprie eſt conſecrare aliq̃d ſub ſanguine hoſtiæ, unde ſanctum dicitur quaſi ſanguine cõſecratum, & ſanctio proprie uocatur lex cum terrore pœnæ.

Sanctitas, ſanctitudo, ſanctimonia, eiuſdem ſignificationis ſunt. *Leuitici. ca. 19.*

Locutus eſt dominus ad Moyſen dicens: Loquere ad omnem cœtũ filiorum Iſrael & dices ad eos: ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum dominus deus noſter.

Paulus ad Hebræos cap. 12.

Pacem ſequimini cum omnibus & ſanctimoniam, ſine qua nemo uidebit deum.

Ad Theſſalo. 1. cap. 4.

Hæc eſt uoluntas dei & ſanctificatio ueſtra.

idem 1. ad Cor. cap. 11.

Gloria noſtra eſt teſtimonium cõſcientiæ noſtræ. *Aug. de diffinitio. eccleſiæ dogm.*

Nullus ſanctus & iuſtus caret pcõ, nec tñ ex hoc deſinit eſſe iuſtus uel ſanctus, cũ affectu teneat ſanctitatẽ. *idem li. de doct. Chriſtiana.*

Ille iuſte & ſancte uiuit, qui rerum integre æſtimator eſt. ipſe eſt qui ordinatam habet charitatem ne aut diligat quod non eſt diligendum, aut non diligat quod eſt diligendum, aut amplius diligat quod minus eſt diligẽdum, aut minus diligit quod amplius eſt diligendum, aut minus aut amplius quod æque diligendum eſt.

ibidem.

Iſta ſunt q̃ ſanctitatis cauſa ſeruanda ſunt: pudicitia corporis, caſtitas aĩæ, & ueritas doctrinę.

Hieron. ſuper epiſt. Pauli ad Phil. & hab. 11. q. 3. cap. Si quis dixerit.

Si quis dixerit iuſtum iniuſtum, & iniuſtum iuſtum: abominabilis eſt utercq; apud deum. Similiter qui ſanctum dicit nõ ſanctum, & rurſus nõ ſanctum aſſerit ſanctum, abominabilis eſt apud deum. *ibidem.*

Si quis hoĩem qui ſanctus nõ eſt, ſanctũ eſſe crediderit, & deũ iunxerit ſocietati. Chriſtũ uiolat cuius mẽbra ſumus. Et infra: Oẽs credẽtes ſecundũ Apoſtolũ Chriſti corpus efficimur. Qui in Chriſti corpore errat et labit, aſſerẽs membrũ eius eſſe ſanctũ cum nõ ſit: uel non eſſe ſanctum cum ſit, uide quali crimine obnoxius fiat.

Eſaias enim dicit, dulce amarum, & amarum dulce: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: dulcem puto eſſe ſanctimoniam, amarum quod ſanctimoniæ contrarium eſt.

idem in epiſtola ad Nepotianum.

Necruſticus, nec tantũ ſimplex frater ideo ſe ſanctũ putet ſi nihil nouerit, nec peritus & eloquẽs in lingua æſtimet ſanctitatẽ, multoq; melius eſt de duobus imperfectis ruſticitatem ſanctam habere, quàm eloquentiam peccatricem.

idem in epiſtola ad Paulinum.

Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bene uixiſſe laudandum eſt, quia & Hieroſolymis & de Britania ꝙualiter patet aula cœleſtis.

Idem epiſt. ad filiam Mauritij.

Sancta magis eſſe ꝙ̄ uideri ſtude. Nihil ꝓdeſt æſtimari ꝙ nō ſis, & duplicis peccati reatus eſt, non habere ꝙ crederis. & ut habueris ſimulare.

Ambroſius in libro de Ioſeph.

Diſcamus ergo & ſanctorum inuidiam, ut imitemur patientiam, & cognoſcamus illos nō naturæ præſtantioris fuiſſe, ſed obſeruantię maioris: nec uitia neſciſſe, ſed emendaſſe.

Gregorius in Moralibus.

Sancti uiri quo altius apud deū uirtutū dignitate ꝓficiunt, eo ſubtilius indignos ſe eſſe deprehendunt, quia dum proximi luci fiūt, quicquid eos in ſeipſis latebat inueniunt. *Ibidem.*

Sancti uiri nec elatiōe ſunt liberi, nec extimore ſubmiſſi. cum rectitudo eos ad libertatē non erigit, conſideratio infirmitatis ipſa in humilitate cuſtodit. *Idem Moralium 24.*

Viua enim lectio eſt uita ſanctorum.

Ioannes Chryſ. ſuper Matth. cap. 24.

Sanctorū uirorū eſt non inquirere manſionem, ubi clariores ſunt uiri, ſed ubi fideliores. Nec gaudent ubi epulæ largæ ſunt, ſed ubi ſanctitas floret. *Ibidem.*

Quæ eſt iſta iuſtitia, ſanctos colere, & ſanctitatem contēnere. Primus gradus pietatis eſt, ſanctitatē diligere. *Idem in ſer. de confeſſionibus.*

Qui ſanctorū merita religioſa charitate mirat, quicunq; iuſtorum glorias frequenti laude colloquitur, eorum mores ſanctos atq; iuſtitiā imitet. Q̄m quem delectat alicuius ſancti meritū, delectare debet par circa cultum dei obſequiū: q̄re aut imitari debet ſi laudat, aut laudare non debet ſi imitare decertat. Vt qui ſanctorū merita admirat, mirabilis ipſe uitæ ſanctitate reddatur. *Idem de Ioanne Bapt. ſerm. 8.*

Ioannes uirtutū ſchola, magiſteriū uitæ, ſanctitatis forma, norma iuſtitię, uirginitatis ſpeculū, pudicitiæ titulus, caſtitatis exemplū, pœnitētiæ uia, pctōrū uenia, fidei diſciplina, legis ſumma, euāgelij actio, apoſtolorū uox, ſilentiū ꝓpheta rum, lucerna mundi, officiū preconis, precoiu, dicij, domini teſtis, totius medius trinitatis.

Petrus Rauen. in ſermone de Ioanne Bapt.

Naſcit Ioānes maior homine, par angelis, tuba cœli, preco Chriſti, arcanum patris, filij nūtius, ſignifer ſuperni regis, peccatorum uenia, Iudæorum correctio, uocatio gentium, & (ut proprie dicam) legis gratiæ fibula.

Origenes homilia 42. ſuper illud Leuitici:
De ſanctis non exibit, &c.

Qui peccat de ſanctis exit, nō eī in locis ſancta quærenda ſunt, ſed in actibus & uitæ moribus: quæ ſi ſecūdum deum ſint, & ſecundum p̄ceptum dei habeantur, etiam ſi in domo ſis, etiā ſi in foro: & quid dico in foro, etiā ſi in theatro inueniaris uerbo dei deſeruiens, in ſanctiſte eſſe non dubites. *Iuuenalis Satyra 13.*

Egregium ſanctum uirum ſi cernо, bimembri
Hoc monſtrum puero, uel miranti ſub aratro
Piſcibus inuentis, & fœtæ comparo mulæ.

SApientia græce σοφια ατη & σοφός ου ο ſapiens dicitur. Eſt aūt ſapientia multarū & mirabilium rerum ſciētia, ſecundum Ariſto. lib. 1. Rhetoricorum.

Sapientia eſt cognitio primarum & altiſſimarum cauſarū, ſecundū Ariſt. l. 1. Metaphyſicæ.

Sapientia eſt ſcientia ſempiternorum, ſecundum Alpharabiū li. de diuiſione philoſophiæ.

Sapientia eſt rerum diuinarū & humanarū ſcientia cognitio ꝙ, q̄ cauſa cuiuſq; rei fit, ex quo efficitur ut diuina imitetur, humana omnia uirtute inferiora ducat, ſec. Cic. lib. Tuſcul. q.

Sapientia qua formaliter ſapiētes ſumus, eſt quædam participatio diuinæ ſapientiæ quæ deus eſt, ſecundum b. Thomam 2. 2. q. 23.

Omnis ſapiētia eſt ſcientia inquantū eſt de cōcluſionibus, ſed differt à cæteris ſcientijs inquātum eſt de principijs, ſec. b. Tho. 1. 2. q. 57. ar. 2.

Sapientia à ſcientia differre uideť, quia ſapientia eſt rerum diuinarum cognitio, ſcientia uero humanarū. Quare Aug. ſuper 1. ad Cor. c. 12. ait: Sapiētia eſt in contēplatione æternorū, ſciētia uero in occupatione temporaliū. Item Aug. li. de trin. Hæc eſt ſapientiæ & ſcientiæ recta diſtinctio, ut ad ſapientiam pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis, ad ſcientiam uero temporalium rerum cognitio rationalis.

Sapientia à ſapio dicit, quod eſt recte ſentio, Et qui eam ꝓfitentur, σοφοί, hoc eſt ſapientes appellant, quo nomine illi ſeptē clariſſimi uiri uocati ſunt, ſcilicet Thales Mileſius, Solō Solamini us, Chilon Lacedæmonius, Pittacus Mitylenæus, Bias Prieneus, Cleobulus Lyndius, Periāder Corinthius. Sed poſtea Pythagoras primus nō ſeſophum ſed philoſophū appellauit, hoc eſt, non ſapientem, ſed ſapientiæ amatorem. Ita ſcientiam ipſam nō ſophiam, ſed philoſophiā nuncupandam exiſtimauit, quoniam nullus homi num ſapiens eſſet, quod ſoli deo contingit.

Tobias cap. 4.

Conſiliū ſemper à ſapiente perquire. *Iob c. 28.* Sapientia uero ubi inueniť, & quis eſt locus intelligētiæ? Neſcit homo pretium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter uiuētium. Abyſſus dicit non eſt in me: & mare loquitur, nō eſt mecum.

Idem cap. 32.

Sperabā eī ꝙ ætas ꝓlixior loqueret, & annorum multitudo doceret ſapientiā. Sed ut uideo ſpūs eſt in hoībus, & inſpiratio omnipotentis dat intelligentiā. Nō ſunt longæui ſapiētes, nec ſenes intelligunt iudicium. *Dauid Pſalm. 110.*

Initium ſapientiæ timor domini. *Prou. cap. 1.*

Audiēs ſapiens ſapiētior erit, & intelligens gubernacula poſſidebit, animaduertet parabolā & interpretationem, uerba ſapientum & ænigmata eorum. *Ibidem.*

Timor domini principiū ſapientiæ. *Ibidem.*

Sapientiā atq; doctrinā ſtulti deſpiciunt. *Ibidem.*

Sapientia foris p̄dicat, in plateis dat uocē ſuā, in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

capite turbarum clamitat,inforibus porrarum urbis profert uerba ſua dicens:Vſq; quo paruuli diligitis infantiã, & ſtulti ea q̃ ſibi ſunt noxia cupient,& imprudentes odibunt ſcientiam?

Ibidem capite 3.

Beatus hõ qui inuenit ſapientiam, & q̃ affluit prudentia. Melior eſt acq̃ſitio eius negotiatione auri & argẽti, primi & puriſſimi fructus eius, p̃tioſior eſt cũctis opibus ſapiẽtia,& oia q̃ deſiderant huic non ualent cõparari. *Ibidem.*

Gloriam ſapientes poſſidebunt,ſtultorũ exultatio ignominia. *Ibidem cap* 4.

Tene diſciplinam,ne dimittas eam,cuſtodi illam:quia illa eſt uita tua. *Ibidem cap.*7.

Dic ſapientiæ ſoror mea es, & prudentiã uoca amica tuã *Ibidem cap.* 8.

Accipite diſciplinã meam,& non pecuniã. Doctrinã magis q̃ aurum eligite. Melior eſt enim ſapientia cunctis opibus pretioſiſſimis,& omne deſiderabile ei non poteſt comparari. Ego ſapientia habito in conſilio,& eruditis interſum cogitationibus. *Ibidem.*

Meum eſt conſiliũ & æq̃tas,mea eſt prudẽtia, mea eſt fortitudo. Per me reges regnãt, & legũ cõditores iuſta decernũt. Per me principes imperãt & potentes decernũt iuſtitiã. Ego diligentes me diligo,& q̃ mane uigilauerint ad me,inuenient me. Mecũ ſunt diuitiæ & gloria,opes ſupernæ & iuſtitia. Melior eſt fructus meus auro & lapide pretioſo,& genimina mea argẽto electo. In uijs iuſtitiæ ambulo in medio ſemitarũ iudicij,ut ditem diligentes me, & theſauros eorum repleam. *Ibidem cap* 10.

Filius ſapiens lætificat patrẽ. Filius uero ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ. *Ibidem.*

Labia iuſti eruditũt plurimos. Qui aũt indocti ſunt,in cordis egeſtate morientẽ. *Ibidem cap.* 11.

Vbi nõ eſt gubernator, populus corruet: ſalus aũt ubi multa conſilia *Ibidem cap.* 13.

Aſtutus omnia agit cum cõſilio. Qui aũt fatuus eſt,aperit ſtultitiam. *Ibidem cap* 16.

Poſſide ſapientiã,quia auro melior eſt;& acq̃re prudentiam,quia pretioſior eſt argento.

*Ibidem cap.*24.

Vir ſapiens fortis eſt,& uir doctus robuſtus& ualidus. *Ibidem cap.*29.

Vir ſapiens ſi cũ ſtulto cõtenderit,ſiue iraſcat, ſiue rideat,non inueniet requiẽ. *Eccleſ. cap.* 1.

Locutus ſum in corde meo dicens: Ecce magnus effectus ſum, & præceſſi omnes ſapientia q̃ fuerũt ante me in Hieruſalẽ, & mens mea contemplata eſt multa ſapiẽter, & didici dediq̃ cor meũ ut ſcirẽ prudentiã atq̃ doctrinã, erroresq̃ & ſtultitiã, & agnoui quod in his quoq; eſſet labor & afflictio ſpiritus,eo quod in multa ſapientia multa ſit indignatio, & qui addit ſcientiam, addit & laborem. *Ibidem cap.* 2.

Et uidi q̃ tãtum p̃cederet ſapientia ſtultitiã, q̃ tum differt lux a tenebris. *Ibidem cap* 4.

Melior eſt puer paup & ſapiẽs, rege ſene & ſtulto,qui neſcit p̃uidere in poſterũ. *Ibidem c.* 9.

Melior eſt ſapia q̃ arma bellica. Et qui in uno peccauerit,multa bona p̃det. *Ibidem ca.*10.

Poſt induſtriam ſequet ſapientia. *Sapien. c.* 1.

Quoniã in maleuolam animã nõ introibit ſapientia,nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. *Ibidem cap.* 3.

Sapientiam em̃ & diſciplinã qui abijcit,infœlix eſt,& uacua eſt ſpes illorum,& labores ſine fructu,& inutilia opera eorũ. *Ibidem ca.* 5.

Melior eſt ſapientia quàm uires,& uir prudẽs q̃ fortis. *Ibidem cap.* 6.

Clara eſt q̃ nunq̃ marceſcit ſapia, & facile uidet ab his qui diligunt eã, & inuenit ab his qui quærũt illã, p̃occupat qui ſe concupiſcunt, ut ijs ſe prior oſtendat. Qui de luce uigilauerit ad illam,non laborabit, aſſidentem enim illam foribus ſuis inuenies. *Ibidem cap.* 7.

Præpoſui illã regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe dixi in cõparatiõe illi9. Nec cõparaui illi lapidẽ p̃tioſum, q̃m omne aurũ in cõparatione illius harena eſt exigua,& tanq̃ lutũ æſtimabit argentũ in cõſpectu illius. Sup ſalutem & ſpeciem dilexi illã,& ꝓpoſui pro luce habere eã, q̃m inextinguibile eſt lumẽ illius. Venerũt aut mihi oia bona pariter cũ illa,& innumerabilis honeſtas p manũ illius,& lætatus ſum in oĩbus, q̃m antecedebat me iſta ſapientia,& ignorabam,quoniam bonorum omniũ mater eſt. Quam ſine fictione didici,& ſine inuidia communico,& honeſtatem illius non abſcõdo. Infinitus enim theſaurus eſt omnibus,quo qui uſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ dei,propter diſciplinæ dona commendati. *Ibidem.*

Neminẽ em̃ diligit deus niſi qui cum ſapientia inhabitat. Eſt em̃ hæc ſpecioſior ſole,& ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci comparata inuenitur prior. *Eccleſ cap* 6.

Cor ſapiẽtis intelliget in ſapientia, & auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiã.

Ibidem.

Sapiẽs cor & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis,& in operibus iuſtitiæ ſucceſſus habebit.

Ibidem cap 6.

Et ſi uideris ſenſatũ euigila ad eũ,& gradus oſtiorũ illius exterat peſtuus. *Ibid. cap.* 40.

Seruo ſenſato liberi ſeruiẽt,& uir prudẽs & diſciplinatus non murmurabit correctus,& in ſcius non honorabitur. *Ibidem cap.* 38.

Vnuſquiſq; in arte ſua ſapiẽs eſt. *Ibidẽ cap.*40.

Vinũ & muſica lætificãt cor,& ſup utraq; dilectio ſapiẽtiæ. Tibiæ & pſalteriũ ſuauẽ faciunt melodiã,& ſup utraq; lingua ſuauis. Gratiam & ſpeciem deſiderabit oculus tuus,& ſup hoc uiri deſationes. *Paulus ad Cor.* 1. *cap.* 3.

Nemo ſe ſeducat. ſi quis uidẽt inter uos ſapiẽs eſſe in ſeculo, ſtultus fiat ut ſit ſapiens. Sapiẽtia em̃ huius mundi ſtultitia eſt apud deũ. Scriptũ eſt enim: Comprehẽdam ſapientes in aſtutia eorũ. Et iterum: Dominus nouit cogitationes ſapientum, quoniam uanæ ſunt. Nemo itaq; gloriẽt in hominibus, *Iacobus in epiſt. cap.* 1.

Si qui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Si quis aũt uestrũ indiget sapientia, postulet à deo qui dat oĩbus affluenter, & nõ improperat, & dabit ei, postulet aũt in fide nihil hęsitãs. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à uento mouet & circumfertur. Nõ ergo æstimet hõ ille, qp accipiat aliqd à domino. Vir duplex animo inconstans est in omnibus uijs suis.

Aug. de ciui. dei, & hab. 26. q. 7. c. Qui sine.

Qui sine saluatore salutẽ uult habere, & sine uera sapientia æstimat se prudentẽ fieri posse, non sanus sed æger, nõ prudens, sed stultus in ægritudine assidua laborabit, & in ciuitate noxia stultus & demens permanebit.

Idem in li. q. Euang. & ha. di. 41. c. Quod dicit.

Quod dicit dñs in Euãg. Iustificata est sapientia ab oĩbus filijs suis, uide supra in Abstinẽtia.

Idem de uera religione.

Qui se diligit stultum, nõ proficiet ad sapientiã: nec fiet quisq; qualis esse cupit, nisi se oderit qualis est. *Idem lib. de libero arbitrio.*

Non aliã putes esse sapientiã nisi ueritatem, in qua tenet & cernit summum bonũ, nullo loco est, nusq; deest, foris admonet, intus docet de/mẽtes, in se oẽs in melius cõmutat, à nullo in deterius cõmutat, nullus de illa iudicat, nullus sine illa bene iudicat. *Idem de uita beata.*

Maior & miserabilior egestas nõ est qp egere sapientia. Et q non eget sapientia, nulla re oĩno egere potest. Est ergo animi egestas nihil aliud quam stultitia. *Idem 9. de ciui. dei ca. 2.*

Homini nulla est causa philosophandi nisi ut beatus sit. *Hiero. contra. Iouinianum.*

Sapiens nusq; solus esse potest. Habet secũ oẽs qui sunt & fuerũt boni, & aĩm liberũ, & qdcunque uult transfert: & qd corpore nõ potest, cogitatione complectitur, & ubi hominũ inopia fuerit loquitur cum deo. *Am. in epi. ad Sim.*

Sapiens nõ metu frangit, nec potestate mutat, non attollit prosperis, nõ tristibus mergitur. Vbi em sapientia, ibi uirtus animi, ibi cõstantia & fortitudo. Sapiens semp idem est, nõ minuit, nõ auget rerum mutatiõibus. Nec ut paruulus fluctuat, ut circũferatur omni uẽto doctrinæ, sed manet perfectus in Christo fundatus charitate, radicatus fide. Sapiens igitur defectus rerum ignorat & uarios animi nescit affect9, sed fulget sicut sol iustitiæ, qui in regno patris sui fulget.

Idem epist. ad Constan. episc. 39.

Sapienti nihil alienũ nisiq; uirtuti incongruũ. Quocunq; accesserit, sua omnia secum fert.

Totius ei mũdus possessio est, qm toto eo q̃s suo utit. *Greg. in Mora & ha. dist. 38. ca. Qui ea.*

Qui ea q̃ dei sunt sapiũt, à domino sapiuntur. Et qui ea quæ dei sunt nesciunt, a domino nesciuntur, Paulo attestante, qui ait: si quis ignorat, ignorabitur. *Idem lib. 9. Moralium.*

Ad ueram sapientiam peruenire nõ possunt, qui falsæ suæ sapientiæ fidutia decipiuntur.

Idem lib. 10. Moralium exponens illud Iob 12. Deridetur iusti simplicitas.

Huius mũdi inqt sapientia est cor machinatio nibus tegere, sensum uerbis uelare: q̃ falsa sunt uera ostendere: quæ uera sunt falsa demõstrare. Hanc qui sciunt, cæteros superbiẽdo despiciũt: hanc qui nesciũt, subiecti & timidi in alijs ipsam mirantur: hæc sibi obsequentibus p̃cipit bonorum culmina quærere, adepta temporalis gloriq uanitate gaudere, irrogata ab alijs mala multiplicius reddere. Cũ uires suppetunt, nullis resistẽtibus cedere, cum uirtutibus possibilitas desit, quicquid per malitiam explere nõ ualet, hoc in pacifica bonitate simulare. *ibidem.*

Iustoꝝ inqt sapientia est, nil per ostentationem fingere, sensum uerbis aperire, uera ut sunt diligere, falsa deuitare: bona gratis exhibere, mala libẽtius tolerare qꝫ facere, nullã iniuriq ultionẽ q̃rere, p ueritate cõtumeliã lucrũ putare. Hæc iustoꝝ simplicitas deridet & a mũdi sapientib. fatuitas reputat. Quid em in hoc mũdo stultius qꝫ admissa possessa rapientib. relaxare, nullã pro acceptis iniurijs reddere, imo adiũctis alijs patiẽ etiam præbere. *Idem lib. 27. Moralium.*

Summa cura prouidẽdum est, ne accepta sapientia cũ ignorantiæ tenebras illuminat, lumen humilitas tollat, & iam sapientia esse nequeat, quæ & si locutionis uirtute fulgeat, elationis tamen uelamine cor loquentis obscurat.

Bernardus super Cant. serm. 23.

Sol non oĩbus quibus lucet etiam calefacit: sic sapientia multos quos docet quid sit faciendũ, non continuo & accendit ad faciẽdum. Aliud est multas diuitias scire, aliud est possidere. Nec notitia diuitem facit, sed possessio.

Hugo de claustro animæ lib. 3. ca. 16.

Ab oĩbus libẽter discе q̃ nescis, humanitas em tibi cõmune facere põt, qp natura cuiq; propriũ facit. Sapientior oĩbus eris, si ab oĩbus discere uolueris. Qui ab oĩbus accipiunt ditiores sunt.

Boetius de conso. philo. li. 1. pro 3.

Nunc enim primũ censes apud improbos mores lacessitã periculis esse sapientiã. Nõne apud ueteres quoq; ante nostri Platonis ętatẽ magnũ sæpe certamẽ cũ stultitiæ temeritate certauim9? Eodemq; superstite p̃ceptor eius Socrates iniuste uictoriam mortis me astante promeruit.

Idem lib. 1. prosa 4.

Atqui hanc sententiã Platonis ore sanxisti, beatas fore resp. si eas uel studiosi sapientiæ regerẽt, uel earum rectores studere sapientiæ cõtigisset. Tu eiusdem uiri ore hanc sapientibus capessendę reip. necessariam causam esse monuisti, ne improbis flagitiosisq; ciuibus urbiũ relicta gubernacula pestem bonis ad perniciem inferrent.

Boetius libro 4. prosa 2.

Veramq; illam Platonis esse sententiam liquet, solos quod desiderant facere posse sapientes. Improbos uero exercere quidem quod libeat, quod uero desiderant explere non posse. Faciunt enim quælibet dum per ea quibus delectantur, id bonum quod desiderant se adepturos putant. Sed minime adipiscũtur, quoniam ad beatitudinem probra non ueniunt.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Lactan. Fir. diui. inſti. aduer. gen. li. ca. 1. prin.

Magno & excellenti ingenio uiri cū ſe doctrinæ penitus dediſſent, quicquid laboris poterat impendi cōtemptis omnibus publicis & priuatis actionibus, ad inquirendæ ueritatis ſtudium ſe contulerunt, exiſtimātes multo eſſe præclarius, diuinarum humanarumq; rerum inueſtigare, ac ſcire rationem, quàm ſtruēdis opibus, aut cumulādis honoribus inhærere. Quibus rebus quoniā fragiles terrenæq; ſunt, & ad ſolius corporis pertinent cultum, nemo melior effici poteſt. Erant quidem illi ueritatis cognitione dignißimi, quam ſcire tantopere cupierunt, atq; ita ut eam rebus omnibus anteponerent.

idem Firmianus ibidem.

Non ergo pigeat ad percipiendā ſapientiæ diſciplinam audiendi uel legendi patiētiam commodare. *ibidem libro 1.*

Non em̄ religio ulla ſine ſapientia ſuſcipienda, nec ſine ulla religione probanda ſapientia. *ibidem.*

Primus ſapientiæ gradus eſt, falſa intelligere. ſecūdus uero uera cognoſcere, q̄ cognitiōe ueri nulla eſt hoīm iucundior uoluptas, ad quam cognoſcendam nec propius accedamus. *ibidem.*

Falſum intelligere eſt quidē ſapientiæ, ſed humanæ: ultra gradum hunc ab homine procedi non poteſt. *ibidem.*

Oīs ſapientia hominis in hoc uno eſt, ut deū cognoſcat & colat. Hoc noſtrū dogma, hęc ſumma eſt. Quanta itaq; uoce poſſum, teſtificor, proclamo denuntio. Hoc eſt illud q̄d philoſophi omnes in tota ſua uita quæſierunt, nec unquam inueſtigare comprehendere, tenere ualuerunt: quia religionem aut prauam retinuerūt, aut totam penitus ſuſtulerunt. *ibidem.*

Qui uult igit̄ ſapiens ac beatus eſſe, audiat dei uocem diſcat iuſtitiam, ſacramentum natiuitatis ſuæ noſcat, humana contemnat, diuina ſuſcipiat, ut ſummum illud bonū ad quod natus eſt poſſit adipiſci. *Seneca ad Lucil. epiſt. 9.*

Nihil ſapienti neceſſe eſt. *idem epiſt. 17.*

Non cōturbat ſapiēs publicos mores, nec populum, in ſe uitæ nouitate conuertet. *idem Lucilium epiſt. 17.*

Hoc ſcio, neminē poſſe bene uiuere, ſed nec tolerabiliter ſine ſapiētiæ ſtudio. Cum omnia habueris, tunc & habere ſcientiā uoles & ſapientiam, hæc erit ultimum uitæ inſtrumentum. *idem epiſtola 20.*

Quid eſt ſapientia? Semper idem uelle atq; idē nolle, licet illam exceptiunculam nō abijcias, ut rectum ſit quod uelis. *idem epiſt. 60.*

Sapiens ad omnē incurſum inuictus, & interritus eſt, non ſi paupertas, nō ſi luctus, nō ſi ignominia, non ſi dolor impetum faciat, pedem refert, interritus contra illa ibit, & inter illa ſapiens plenus eſt gaudio, hilaris & placidus, & in concuſſus, cum dijs ex pari uiuit. *idem epiſtola 73.*

Nón em̄ uiuere bonū eſt, ſed bene uiuere. Itaq; ſapiens uiuit quantū debet, non quantū poteſt: uidebit ubi uicturus ſit, cum quibus, quō, quid acturus, cogitat ſemp̄ qualis uita, nō quāta ſit. *idem epiſtola 73.*

Sapiens enim uincit uirtute fortunam. *Idem ad Lucilium epiſtola 77.*

Præcogitati mali mollis ictus uenit, ideo ſtultis fortunæ cedentibus, omnis uidetur noua rerum inopinata facies. Sapiēs autem aſſueſcit futuris malis, & quæ alij diu patiendo leuia faciūt, hic leuia facit diu cogitando. *idem epiſtola 86.*

Sapientia rectrix dominaq; eſt. *idem epſt. 92.*

Sapiētis facilis uictus eſt. *idē de tranquill. animi.*

Puto multos ad ſapientiam potuiſſe puenire, niſi putaſſent ſe puenisſe. Onerat diſcentē turba librorq;, non inſtruit, multoq; ſanctius eſt paucis authoritatibus te tradere, q̄ errare per multos. *Citero li. 2. de finibus bonorum & malorum.*

Quid turpi? q̄ ſapientis uitam ex inſipientiū ſermone pendere? *ibidem.*

Sapientem ipſa natura locupletat. *ibidem.*

Sapiens autem ſemper beatus eſt. *idem libro 1. de legibus.*

Quid eſt autē non dicam in hoīe, ſed in oī cœlo atq; terra ratione diuinius? quæ cum adoleuit, atq; perfecta eſt, nominatur rite ſapientia. *idem lib. 2. de natura deorum.*

Sapientia & ratione nihil melius eſt. *idem li. 1. de fini. bonorum & malorum.*

Non paranda nobis ſolum, ſed fruenda & ſapientia eſt. *ibidem.*

Sapientia em̄ eſt una q̄ mœſtitiam pellat animis, quæ nos exhorreſcere metu nō ſinat, qua præceptrice in tranquillitate uiui poteſt omniū cupiditatum ardore reſtincto. *ibidem.*

Sapientes bona præterita renouata gratarecordatione delectant. *ibidem.*

Sic em̄ ab Epicuro ſapiens ſemp̄ beatus inducit̄, finitas habet cupiditates, negligit mortem, de dijs immortalibus ſine ullo metu uere ſentit: nō dubitat, ſi ita melius ſit migrare de uita. His rebus inſtructus ſemper eſt in uoluptate. Neque enim tempus eſt ullum, quo nō plus habeat uoluptatū quàm dolorū. Nam & præterita grate meminit, & p̄ſentibus ita potit̄, ut animaduertat quanta ſint ea quam̄q; iucunda. Neq; pendet ex futuris, ſed expectat illa, fruitur præſentibus ab hisq; uitijs quæ paulo ante collegi abeſt plurimum, & cum ſtultoꝝ uitam cum ſua comparat, magna afficit uoluptate. Dolores aūt ſi qui incurrunt, nunquam uim tantam habent, ut nō plus habeat ſapiens quod gaudeat, quàm quod angatur. *Ariſtoteles li. 1. Metaphyſicæ.*

Oēs hoīes natura ſcire deſiderant. *ibidem.*

Conueniens eſt quālibet artem inuenientē ultra omnes ſenſus ab hominibus admirari, nō ſolum propter aliquam inuentoꝝ utilitatem, ſed tanq̄ ſapientē & ab alijs differentem. *ibidem.*

Ad ſapientē pertinet ſcire oīa in uniuerſali, & ſcire

& ſcire difficilia, & habere ſcientiam certiorem de his, & ſcire reddere cauſas eorum quæ ſunt, & habere ſcientiam quæ ſuppliùs ſit tantum, & non alterius eſt cauſa, & habere ſcientiam quæ ordinat alios ſibi ſubſeruientes. *ibidem.*

Sapientem ordinare & non ordinari oportet, id eſt regere & non regi.

Idem libro 1. Poſteriorum.

Sapientes & inſipientes opinantur ſe ſcire, illi quidem opinantur & ſciunt, & cauſam habent, iſti uero minimè *idem lib. 2. Topicorum.*

Loquendum eſt ut plures, ſapiẽdum ut paciores. *idem lib. Elenchorum.*

Imperiti ueluti longo diſtantes ſpeculantur. *Ibidem.*

Quibuſdam magis eſt operæ pretium uideri ſapientes & non eſſe, q̃ eſſe & non uideri. *Ibidem.*

Duo ſunt opera ſapientis, quorum unum eſt, non mentiri de quibus nouit, alterũ uero mentionem manifeſtare poſſe.

Idem li. Magnorum Moralium li. 1. 37.

Sapientia eſt ex intellectu & ſcientia compoſita, quia erit circa hæc quæ & intellectus & ſcientia. *idem ca. 75.*

Sapientia quidẽ eſt circa ꝓpetuum & diuinũ. Prudentia autem eſt circa cõferens hominum.

Lart. Dioge. de Vita & moribus philoſoph.

Viaticum tibi dicebat Bias adoleſcẽtia ad ſenectutem ſapientiam compara, ea quippe ſola eſt certa ueraq; poſſeſſio. *ibidem.*

Si ſapientiæ forma oculis uideri poſſet, ad amorem ſui omnes maxime excitaret. *Ibidem.*

Interrogatus Plato, quis ſapientiam adipiſci poſſit, ait: in non expectando quæ euenire non poſſunt, nec de præteritis recordari. *Ibidem.*

interrogatus per quod cognoſcit ſapiẽs, ait: Sapiens cum uituperat non iraſcit, & non extollit cum laudatur. *Cic. Tuſc. quæ. li. ultimo.*

Quid melius q̃ fortunam exiguuam interuenire ſapienti. *ibidem.*

Sapientis eſt enim ꝓprium, nihil quod pœniteere poſſit facere, nihil inuitum: ſplẽdide, cõſtanter, grauiter, honeſte oĩa, nihil ita expectare q̃ſi certo futurũ, nihil cum acciderit admirari, ut inopinatum ac nouum accidiſſe uideatur, omnia ad ſuum arbitrium referre, ſuis ſtare iudicijs.

Idem libro de Amicitia.

Sapiens eſt ille qui oĩa ſua in ſe poſita eſſe ducit, humanosq; caſus uirtute inferiores putat.

Idem Rhetoricorum ueterum libro 1.

Ne quidem cogitantem ratio ipſa in hãc potiſſimum ſententiã ducit, ut æſtimem ſapiẽtiam ſine eloquentia parum prodeſſe ciuitatibus, eloquẽtiam uero ſine ſapientia nimium obeſſe plerunq; prodeſſe unquam. Quaſi qui dimiſſis rectiſſimis atq; honeſtiſſimis ſtudijs rationis & officij conſumit omnem operam in exercitatione dicẽdi, is inutilis ſibi, ꝓnicioſus patriæ ciuis alatur. Quiuero ita ſe armat eloquentia, ut nec oppugnare commoda patriæ, ſed pro his pugnare poſſit, is mihi uir & ſuis & publicis rationib⁹ utiliſſimus atq; amiciſſimus ciuis fore uidetur.

Idem de Oratore libro 2.

Semper ſtatui neminem ſapientiæ laudem & eloquentiæ, ſine ſummo ſtudio & labore & doctrina conſequi poſſe.

Lucius Apuleius de dogmate Platonis.

Sapientem perfecte eſſe nõ poſſe dicit Plato, niſi cæteris ingenio præſtet, & artibus, & prudẽtiæ partibus imbutus ſit. Deniq; ſapiens nec in ſecundis rebus efferẽ, nec contrahitur in aduerſis, cum ſe ornamentis ſuis inſtructũ ſciat, ut ab his nulla ui ſegregẽ, hunc talem non ſolum inferre, ſed nec quidem referre oportet iniuriam.

Valerius Maximus libro 3.

Immenſa illa ſapientia, quę nec ipſo quidem uitæ exceſſu obliuiſci ſui poteſt.

Periander.

σοφοῖς χρᾶν. id eſt, ſapientibus utere. Heſiodus.

ὄυτ' ἐμὲν πανάριστον, ὃ αὐτῷ πάντα νοήσῃ.
φρασσάμενον τὰ κ' ἔπειτα καὶ εἰς τέλος ἦσιν ἀμείνω.
ἐσθλὸς δ' αὖκ' ἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται,
ὃς δὲ κε μήθ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλυ ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὃ δ' αὖτ' ἀχρήιος ἀνήρ. id eſt,

Hic quidem optimus, qui per ſe omnia cognoſcit,
Intelligens ſequentia, & quæ in fine futura ſint meliora.
Bonum autem rurſus & ille, qui bene monenti pareat.
Qui uero neq; per ſe cognoſcet, neq; alium audire
In animo propoſuerit, hic ſane inutilis uir.

Phocylides.

τὴν σοφίην σοφὸς ἰθύνῃ τέχνας δ' ὁμοτέχνος. id eſt,
Sapientiã ſapiens dirigit, artes aũt coartifex. *idem.*
τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος. id eſt,
A deo inſpiratæ ſapientiæ ſermo eſt optimus. *idem.*
βέλτερος ἁλιέως ἐφυ σεσοφισμένος ἀνὴρ
ἀγρούς καὶ πόλεις σοφία, καὶ νῆα κυβερνᾶ. id eſt,
Melior ſorti eſt ſapiens uir,
Agros enim & ciuitates ſapiẽtia & nauem gubernat.

Palladas.

οὐ τὸ ζῆν χαρίεσσαν ἔχει φύσιν, ἀλλὰ τὸ ῥίπτα
φροντίδας ἐκ στέρνων τὰς πολυκροτάφους.
πλοῦτον ἔχειν ἐθέλω τὸν ἐπάρκιον, ἢ δὲ παρεστὼ
θυμὸν ἀεὶ κατέδῃ χρυσομανὴς μελέτη.
ἔνθεν ἐν ἀνθρώποισιν ἀρείονα πολλάκις εἶδες.
καὶ πενίην πλούτου, καὶ θάνατον βιότου.
ταῦτα οὐ γιγνώσκων, χρεολύτης ἴθυνε κελεύθους,
εἰς μίαν εὐσοφίην ἐλπίδα τὴν σοφίην. id eſt,

Non uiuere gratioſam habet naturam, ſed abijcere
Curas ex pectoribus cana tempora facientes.
Diuitias habere uolo ſufficientes, ſuperflua
Animum ſemper rodit auro furens meditatio.
Hinc inter homines meliorem ſæpe inuenies,
Et paupertatem diuitijs & mortem uita.
Hæc tu cognoſcens cordis dirige itinera.
In unam inſpiciens ſpem, ſapientiam. *Menander.*

οὐκ ἔστι σοφίας κτῆμα τιμιώτερον, id eſt,
Non eſt ſapientia poſſeſſio pretioſior. *idem.*
σοφία γὰρ ἐστι καὶ μαθεῖν ὃ μὴ νοῇς. id eſt,
Sapientia enim eſt & diſcere quod neſcis. *idem.*
ὃ τῷ παρ' ἀσθενοῦς πρώτον ἐυρέθη λόγος. id eſt,
Sapientẽ apud uirum primũ inuentus eſt ſermo. *idem.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

σοφὸς γὰρ οὐδεὶς ὃς τὰ πάντα προσκόπει. id est,
Sapiens enim nullus qui omnia offendit. *idem.*
σοφία δὲ πλούτου κτῆμα τιμιώτερον. id est,
Sapientia diuitijs possessio pretiosior. *idem.*
σοφῷ παρ' ἀνδρὸς χρὴ σοφὸν μανθάνειν. id est,
Sapienti a uiro oportet sapientem quid discere. *idem.*
σοφοὶ δὲ συγκρύπτουσιν ἰδίας βλάβας. id est,
Sapientes autem occultant propria damna. *idem.*
ἄριστον ἐστι πάντ' ἐπίστασθαι καλά. id est,
Optimum est omnia scire pulchra. *idem.*
μισῶ σοφιστὴν, ὅς τις οὐχ αὑτῷ σοφός. id est,
Odi sapientem, qui non sibiipsi sapiens.

Plautus in Epidico.

Plus scire satius est, q̃ loquiseruum hominem, ea sapientia est. Idem in milite glorioso.

Nemo solus sapit. Teren. in Eunucho.

Labore alieno magnam partam gloriam uerbis sepe in se transfert qui habet salem quod in te est.

Ouidius libro 1. de Arte amandi.

Pectoribus mores tot sunt quot in orbe figuræ,
Qui sapit innumeris moribus aptus erit.

Horatius in Arte poetica.

Syluestres animos sacer interpresq; deorum
Cædibus & uictu fœdo deterruit Orpheus.

Vide supra in Poeta.

Idem Ser. li. 2 satyra 7.

Quis nam igitur liber? sapiens sibi: qui imperiosus?
Quem neq; pauperies, neq; mors, neq; uincula terrent.
Responsare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in seipso totus teres atq; rotundus,
Externi ne quid ualeat per leue morari,
In quem manca ruit semper fortuna, potes ne
Exhis, ut proprium quid noscere? quinq; talenta
Poscit te mulier, uexat, foribusq; repulsum
Perfundit gelida, rursus uocat, eripe turpi
Colla iugo liber, liber sum dic age, non quis?
Vrget enim dominas mentem, non lenis & acres
Subiectat lassos stimulos, uersatq; negantem.
Vel cum pausiaca torpes insane tabella.

Idem epistolarum li. 1. epistola 1.

Ad summum sapiens uno minor est Ioue, diues
Liber honoratus, pulcher, rex denique regum,
Præcipue sanus, nisi cum pituita molesta est.

Iuuenalis Satyra 13.

-Plurima fœlix
Paulatim uitia atq; errores exuit omnes
Prima docens rectum, sapientia.

Dantes inferni cap. 9.

Ouoi chaueti lintellecti sani,
Mirati la doctrina che fa sconde
Setol uelame de le uersi strani. Id est.
Ouos, qui habetis sanos intellectus,
Attendite doctrinam, quæ absconditur
Sub uelamine uersuum allegoricorum.

Sapor græce χυμός, οῦ, ὁ. dicitur. Est autem sapor passio humidi à sicco mediante calore alterati/ua gustus de potentia ad actum, secundum Aristotelem libro de Sensu & sensato.

Sapor consistit in humido aqueo aliqualiter digesto, sicut odor consistit in sicco aereo aliqualiter contemperato, secundum b. Tho. super li. de Anima secundo, lec. 19, col. 4.

Sapor à sapio uenit. Sapere autem proprie ad sensum corporis pertinet, & significat saporem habere, & fere semper in bonam capitur partem. Hinc deducitur sapidus, id est, gratus, saporem habens, unde sapide aduerbium. Quorum contraria sunt insipidus & insipide, hoc est, sine sapore. Sapio interdum transfertur ad animũ, & idem est quod recte sentio. Ouidius: His ego si saperem, paulo'q; audacior essem Vterer, uteretur si qua puella sapit. A sapio fit sapientia, de quo supra.

Satisfactio græce πληρωφορία, ας, ἡ. & πληροφορέω satisfactio dicitur. Est autem satisfacere, debito cũ dum honorem pro commissa culpa impendere, secũ dum Aug. ex b. Tho. 4. Sent. di. q. 1. ar. 1. Satisfactio est redditio equiualentis, alias indebiti.

Satisfactio est causas peccatorum excidere, & eorum suggestionibus aditum non indulgere, secundum Augustinum, & habetur de Pœniten. di. 3. cap. Satisfactio.

Satisfactio est iniuriæ illatæ recõpensatio, secundũ æqualitatẽ iustitiæ, secun. Theologos.

Satisfactio est actus uirtutis materialiter & formaliter: electiue quidem iustitiæ uindicatione, Imperatiue uero est actus charitatis, secundum b. Thom. 4. Sen. di. 15. q. 1. ar. 1.

Tobias cap. 4.

Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat.

Augustinus in Enchiridion cap. 71.

De quotidianis breuibus leuibusq; peccatis, sine quibus uita hæc non ducitur, quotidiana fidelium oratio satisfacit. Eorum enim est dicere: Pater noster qui es in cælis, qui iam regenerati sunt ex aqua & spiritusancto. Debet etiam illa à quibus uita fidelium scelerate gesta, sed permittendo melius mutata discedit.

Gregorius in Pastorali.

Nequaq̃ satisfacimus, si ab iniquitate cessamus, nisi uoluptates quoq; quas dileximus ecõtrario oppositis lamentis insequamur.

Leo Papa in sermone de Ieiunio.

Oratione propitiatio dei quæritur, ieiunio cõcupiscentia carnis extinguitur, eleemosynis peccata redimuntur, simulq; per omnia dei imago in nobis renouatur.

Scabies græce ψώρα, ας, ἡ. & ψωρώδης, ους, ὁ. scabiosus dicitur. Dicitur autem à scaber quod est asper, quoniam scabies asperitatẽ in cute faciat. Vir.

Exesa inueniet scabra rubigine pila.

Hinc etiã scabricies, asperitas, & scabre, aspere.

Scandalum græca dictio est σκάνδαλον, υ. δ. Ita & σκανδαλίζω. Et est dictum aut factum minus rectum p̃bens alteri ruinæ occasionem, secundum beat. Tho. secunda secundæ q. 43.

Scandalum large sumitur pro quolibet impedimento alicui præstito in uia aliqua quam prosequi intendit, secundum eundem secunda secundæ, q. 43. articulo 10.

Scenopegia græce σκηνοπηγία, uox composita dicta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

da est à fingendis tabernaculis, nam σκηνὴ taber naculũ significat, & πήγνυμι figo, perperã quoq; additur aspiratio. Et erat festũ tabernaculorũ per dies septem, ꝓpter beneficium deductionis & protectionis in deserto. Et significat peregri/nationem sanctorũ in hoc mundo. Cui nũc succedit festum cõsecrationis ecclesiæ, secundum b. Tho. prima secundæ. q 102. art. 4.

SCientia græce ἐπίσταμαι ἡ σὶς & ἐπιστήμων ὁ ἡ sciens dicitur. Est autem scientia habitus demonstratiuus, secundum Aristo. li. 6. Ethicorũ.

Scientia est determinatio intellectus ad alteram partem cum certitudine.

Scibile dicitur secundum potentiam, scientia uero secundum actũ uel habitum, ideo nõ sunt simul natura, ex b. Tho. pri. parte, q. 13. art. 7.

Sciẽtia à scio dicitur. Scire autem proprie est rem ratiõe & per causam cognoscere. Quid autem à sapientia scientia differat, uide supra in Sapientia. *Ecclesiastes cap. 1.*

Qui addit scientiam, addit & laborem.

Paulus 1. ad Corinth. cap. 1.

In multa scientia multa indignatio.

Ibidem cap. 8.

Scientia inflat, charitas uero ædificat. Si quis autem se existimat scire aliquid, nõdum cognouit quemadmodum oporteat eum scire.

Ibidem.

Sed in omnibus non est scientia.

Aug. li. quæst. & habetur di. 37. ca. Non omnis.

Non oĩs qui ignorat immunis est à pœna. Ille eĩ ignorãs potest excusari à pœna, qui quod discere non inuenit. Illis aũt hoc ignosci non potest, qui habentes à quo discerẽt, operã non dederunt. *Idem, & hab. di. 38. Quamuis errare.*

Quamuis errare quanta possumus cura cauẽdum sit, uide supra in Ignorantia.

Idem super Psalm. 70.

Hæc tota scientia magna hominis scire, quia ipse nihil est per se, & quoniam quicquid est ex deo est, & propter deum est.

Idem in sermone de Ascensione.

Qui se dicit scire quod nescit, temerarius est; qui se negat scire quod scit, ingratus est.

Idem libro 2. de Libero arbitrio.

Animæ non imputat ad reatum quod naturaliter scire nõ potest, sed q̃ scire nõ studuit, & q̃ dignam facultati comparandæ ad rectam faciendi operam non dedit. Loqui enim nõ posse, & scire nõ posse, infanti naturale est, quia ignorantia illo modo inculpabilis, sed & humanis affectibus blanda atq; grata. Nõ eĩ ullo uitio illam facultatem cõparare neglexit, aut ullo uitio quàm comparauerat amisit.

Gregorius libro 3. Moralium.

Vera scientia afficit, nõ extollit, nec superbientes quos impleuerit, sed lamẽtantes facit, q̃ quisq; cũ repletus fuerit, priori loco se scire appetit, & iam sui conscius tanto per illã robustus sapit, quanto se infirmum in illa uerius recognoscit.

Ioan. Chrysost. de Cognoscibilibus ab homine.

Magna uirtus boni est cognoscere malos, & firma tutela salutis scire quod fugias.

Idem in Politica libro 3.

Præcedit enim scientia uirtutis cultũ. Quia nemo potest fideliter appetere quod ignorat, & malum nisi cognitum sit non timetur.

Isidorus libro 2. de summo bono.

Ad maioris culpæ cumulũ pertinet scire quem q̃ quid sequi debeat, & sequi nolle quod sciat.

Idem libro 3. de Summ.

Plerique accepta scientia literarum, non ad dei gloriam, sed ad suum laudem utuntur, dum de ipsa extollunt, & ibi peccant ubi peccata emendare debuerunt.

Bernardus super Cantica.

Sunt qui scire uolunt eo fine tantũ ut sciant, & turpis curiositas est. Et sunt qui scire uolunt, ut scientiam suam uendãt. Verbi gratia pro pecunia, pro honoribus, & turpis quæstus est. Et sunt qui scire uolũt ut sciantur ipsi, & turpis uanitas est. Sed sunt qui scire uolunt ut ardentius ædificent, & charitas est. Et sunt qui scire uolũt ut ædificentur, & prudentia est.

Idem super Cantica sermone 27. exponẽs illud ad Corinthios 8. c. Si quis existimat se scire.

Vides q̃ non probat multũ scientes, si modũ sciẽdi nescierũt: uides quõ fructum & utilitatẽ scientiæ in modo sciendi cõstituit. Quid ergo dicit, nisi ut scias, quo ordine, quo studio, quo fine unumquodq; scire oporteat. Quo ordine, ut illud prius q̃d maturius mouet ad salutẽ. Quo studio, ut illud ardentius quod uehementius ad amorẽ. Quo fine, ut non ad inanem gloriam & ostentationem, sed ad tuam & aliorum salutẽ.

Idem libro Meditationum.

Scientia parit cognitionem amoris, amor frequentiam, frequentia familiaritatem, familiaritas fiduciam, fiducia facilem imperatorem.

Sanctus Thomas de Aquino in epistola de modo acquirendi scientiam.

Quia quæsiuisti à me in Christo mihi charissime Io. qualiter te studere oporteat in thesauro sciẽtiæ acquirẽdo. Tale à me tibi sup̃ hoc traditẽ consiliũ, ut per riuulos nõ statim in mare eligas introire, quia per faciliora ad difficiliora oportet deuenire. Hęc est ergo monitio mea & infructio tua. Tardiloquiũ te esse iubeo, & tarde ad locutoriũ accedentem. Conscientiæ puritatem amplectere. Orationi uacare non desinas. Cellã frequenter diliges, si uis in cellam uinariam introduci. Omnib9 q̃ te familiarẽ exhibe. Nihilq; te penitus de factis aliorum intromittas. Nemini te multũ familiarem ostendas; Quia nimia familiaritas parit contemptũ, & subtractiõis subito materiã subministrat. De uerbis & factis seculariũ nullatenus te intromittas. Discursus superoĩa fugias. Sanctorũ & bonorum uestigia imitari nõ desinas. Nõ respicias à quo audias, sed quicquid boni dicat memoriæ recõmenda. Et quæ lęgis & audis, fac ut intelligas; De dubijs se cer/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

te certifices, & quicquid poteris, in armariolo mentis reponere satage sicut cupiens uas implere. Altiora te ne quæsieris. Ita sequens uestigia, frondes & fructus in uinea domini Sabaoth utiles, ꝙ diu uitam habueris, proferes ac produces. Hæc si sectatus fueris, ad id attingere poteris ꝙ affectas *Hugo de instruct. nouitiorum.*

Via ad deū est scientia quæ ad institutionē recte & honeste uiuendi pertinet. Et est disciplinę bonitas & beatitudo, Per scientiā itur ad disciplinā, per disciplinam ad bonitatem, per bonitatem ad beatitudinem. *Idem ad Didascalicon. li. 3.*

Si quis familiariter scientiam amare didicerit, & ei sæpius uacare uoluerit, iucundam valde reddit uitam, & maximam in tribulatione præstat consolationem.

Lactantius Firmi. Diuina. instituit. lib. 3.

Quis enim scire contentus est, non expetens aliquem fructum scientiæ.

Idem libro 6. cap. 5.

Scientia est deum noscere, uirtutes colere: in illo sapientia, in hoc iustitia continetur.

Seneca ad Lucilium epistola 77.

Tandiu discendum est quandiu uiuas.

Idem Tragœdia 4.

Pudor est secundus nosse peccandi modum.

Idem Tragœdia 7.

Dediscit animus sero quod didicit diu. *Idem Tra 4.*

Incertum est nescire quid liceat sibi. Id facere laus est quod decet, non quod licet.

Aristoteles libro 1 Metaphysicæ.

Omnes homines natura scire desiderant.

Ibidem.

Tunc unumquodq; scire dicimur, cum primam causam scire putamus. *Idem libro 2.*

Finis scientiæ speculatiuæ est ueritas, practicæ uero opus. *Ibidem.*

Tunc scire putamus cum ipsas causas cognoscimus. *Ibidem.*

Absurdū est simul scientiā quærere & modū sciendi. *Commentator sup 2. Metaphysicæ.*

Nullus potest per se inuenire artes speculatiuas uel practicas in maiori parte, quia nō cōpletur nisi per iuuamentū prioris ad subsequentē, & si prior non fuisset, subsequens non esset.

Idem libro 3. Metaph.

Magis dicimus illum scire qui scit rē affirmatiue quàm qui scit negatiue. *Idem libro 4.*

Eiusdem scientiæ est opposita cōsiderare, hoc est oppositorum eadem est disciplina.

Ibidem.

Primum principium in aliqua scientia debet esse notissimum in ea & firmissimum.

Commentator ibidem.

Vna scientia non est tantum uniuoci, sed etiā unius analogi. *Aristo lib 6. Meta.*

Nulla scientia particularis probat subiectum suum esse, sed supponit ipsum esse. *Ibidem.*

Omnis scientia uel est actiua uel factiua, uel theorica, id est speculatiua. *Ibidem.*

Naturalis scientia nō est practica, sed speculatiua.

Commentator sup 11. Metaphysicæ.

Scientia dei causat res, sed nostra causatur à rebus. *Aristo. libro 1. Physicorum.*

Scire & intelligere cōtigit circa oēs scientias, quarū sunt principia, causæ & elemēta ex eorū cognitione. *Commentator sup 1. Physic.*

Aristoteles per principia intelligit causas efficientes, & per causas intelligit causas finales, & per elementa materiam & formam.

Idem super 2. de cœlo & mundo.

Melius est modicū scire de rebus nōbilioribus, ꝙ multum de uilioribus. *Arist. li. 2. de cœ. & mū.*

Magis diligimus illa scire de quibus maximā dubitationē habemus, & per paruas debiles rationes, ꝙ notiora quidem & per rationes efficaces. *Idem libro 3. de cœlo & mundo.*

Prima consideratio scientiæ naturalis est de corporibus corruptibilibus.

Commentator super 3. de cœlo & mundo.

Tria fecerunt Auicennam errare frequenter in naturalibus, scilicet inexperientia, & confidentia proprij ingenij, & ignorantia logicæ.

Aristotelis libro 1. de Anima.

Scientia est de numero bonorum honorabilium. *Ibidem.*

Vna scientia dicitur nobilior altera, uel nobilitate subiecti, uel propter certitudinem, & scientia de anima propter utrūq; est nobilior alijs naturalibus. *Ibidem.*

Cognitio libri de anima utilis est ad ueritatē, & maxime ad scientiam naturalem.

Commentator super 1. de Anima.

Subiectum scientiæ de anima est nobilius subiectis aliarum scientiarū, & demonstratio eius magis firma, & ideo ipsa præcedit alias scientias.

Aristoteles libro 2. de Anima.

Eadem est scientia contrariorum. *Ibidem.*

Intellectus & scientia semper sunt uerorum.

Themistius super 2. de Anima.

Ea quæ scimus, sunt minima pars eorum quæ ignoramus. *Aristoteles libro 3 de Anima.*

Secantur scientiæ quemadmodum & res de quibus sunt scientiæ. *Ibidem.*

Necesse est intelligentē quēcunq; phantasmata speculari. *Coment super 3. de Anima.*

Cum homo copulatus fuerit intellectui per scientiā omnium rerum complete, tunc est deus in humano corpore hospitatus.

Themistius super 3 de Anima.

Prius est scire actiones animæ ꝙ eius substantiam. *Ibidem.*

Scientia de anima necessaria est ad sciendum philosophiam primam.

Aristoteles libro 11. de Animalibus.

Magis cōcupiscimus scire modicū de rebus honorabilibus & altissimis, licet non probabiliter id sciamus, ꝙ scire multum, & per certitudinē de rebus minus honorabilibus & uilioribus uel uulgaribus. *Idem lib. 1. Ethicorum.*

Conscij propriæ ignorantiæ admirantur homines scientes. *Idem libro 6. Ethicorum*

Non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Non ſufficit ad ſcientiam alicuius, ut ſciat in uniuerſali & cõfuſe, ſed oportet ſcire determinate & diſtincte. *Ibidem.*

Scientia eſt de his quæ non poſſunt ſe aliter habere & de æternis.

Idem libro de Regimine principum.

Cuncta ſunt ſcibilia uia rationis.

Idem libro de bona fortuna.

Quid melius intellectu & ſcientia niſi deus.

Idem epiſtola ad Alexandrum.

Multo melius eſt habere animã habentẽ ſciẽtias, q̃ habitu corporis uidere bene indutum.

Ibidem.

Sicut uita ſine triſtitia delectabilis eſt, ita ſcientia rationalis & ſenſata amabilis eſt. *Ibidem.*

Sicut conſeruamentũ corporis eſt ſanitas, ita conſeruatiuum animæ eſt eruditio.

Idem libro 2. Rhetoricorum.

Turpe eſt ignorare, q̃ omnibus ſcire cõuenit.

Ex libro 1. Porphyrij.

Infinita dicit Plato relinquẽda ſunt ab arte, hoc neq; poſſe fieri diſciplinã, id eſt, ſciẽtiam. Vnde de indiuiduis quia infinita ſunt, non eſt ſcientia.

Boetius.

Scientia eſt in aĩa ſicut accidẽs in ſubiecto. *Idem*

Multa ſunt ſcibilia, quorũ nõ eſt ſcientia. *Idem*

Scibile eſt prius quã ſcientia, & ſenſibile q̃ ſenſus. *Idem.*

Scientia eſt de numero permanentium, & diſcibile mobilium. *Idem.*

Si quis mediocriter ſciuit ſcientiã, niſi grandis fiat ꝓmutatio ab ægritudine, uel aliquo huiuſmodi, non recedit. *Idem.*

Quod ſcientia feſtinata non creſcit, mediocriter autem ſumpta augmentatur & creſcit.

Idem libro Diuiſionum.

Quam magnos fructus affert ſcientia diuidendi ſtudioſis hominibus. *Ibidem.*

Scientia diuidendi reddit dociles auditores.

Ariſt. lib. 2. Priorum.

Nullũ ſenſibilium cum extra ſenſum ſit ſcimus *Ibidem.*

Nihil prohibet ſcire & decipi circa idem.

Idem libro 1. Poſteriorum.

Oẽmis doctrina & omnis diſciplina intellectiua ex præexiſtenti fit cognitione. *Ibidem.*

Aliqua neceſſaria ſunt præcognoſcere duplici ter, ſcilicet quia ſunt & quid dicit per nomen.

Ibidem.

Quod aliquis addiſcit hoc ipſum ſcit, q̃ autem non, & neſcit ipſum. Neſcit eẽ ipſum in forma ꝓpria. i. actu, bene ſcit ipſum potentiali uirtute.

Ibidem.

Scire opinamur unum q̃dq; ſimpliciter & nõ ſophiſtico modo, q̃ eſt ſecundum accidẽs, cum cauſam arbitramur cognoſcere propter quam res eſt, & non contingit ſe aliter habere.

Ibidem.

Neceſſe eſt demonſtratiuam ſcientiam eſſe ex ueris & primis & immediatis, & prioribus, & notioribus, cauſis q̃ concluſionis, ubi includitur proprium.

Ibidem.

Quod non eſt, nõ contigit ſcire, ex quo habemus quod de non ente nõ habemus ſcientiam.

Ibidem.

Scientia enim illorum quorum eſt demonſtratio, & non eſt ſecundum accidens habere demonſtrationem. *ibidem.*

Tunc ſcimus cũ cauſas cognoſcimus, & priores ſi uere ſunt & notiores, non ſolũ altero modo intelligendo, ſed ſciendo q̃ ſunt. *ibidem.*

Non oẽ q̃ ſcitur, ꝑ demonſtrationẽ ſcitur.

Ibidem.

Principia cognoſcimus inquantum terminos cognoſcimus. *ibidem.*

Scire autem demonſtratio eſt duplex, ſcilicet ſimpliciter & ſecundum quid. *Ibidem.*

Scientia demonſtratiua eſt neceſſariorum.

Ibidem.

Simpliciter ſcibilia ſunt ꝑ ſe, aut ſicut ineſſe p̃dicantibus, aut ſicut ineſſe propter ipſa quę ſunt ex neceſſitate, id eſt, propoſitiones ſecundi modi & quarti ſcibiles. *Ibidem.*

Quod ſcit, nõ poteſt ſe aliter habere. *Ibidem.*

Accidens contingit non eſſe, ſcilicet per ſe, ꝓpter quod ſcire eſt per cauſam cognoſcere.

Ibidem.

Scire propter quod, eſt per cauſam ſcire.

Ibidem.

Nec demonſtratio nec ſcientia corruptibilium, ſed perpetuorum eſt. *ibidem.*

Eorum quæ ſæpe fiunt, non ut ſ̃pe fiunt, ſed ut ſemper ſunt demonſtrationes & ſcientiæ, ut defectus lunæ. *ibidem.*

Alterum eſt genus ſubiectum ſcientiæ ſubalternantis à genere ſubiecto ſcientiæ ſubalternatæ. *ibidem.*

Qui ex ſuperioribus cauſis magis ſciuit, ergo illa magis maxime erit ſcientia. *ibidem.*

Difficile eſt cognoſcere ſi aliqs ſciuit uel non.

Ibidem.

Difficile eſt enim noſcere ſi ex uniuſcuiuſque principijs proprijs ſcimus aut non, quod uere eſt ſcire. *ibidem.*

Si ex ueris & primis habemus ſyllogiſmum, opinamur ſcire, ſed hæc non eſt ſufficiens, ſed oportet eſſe ex quibus ſcitur, ut ſint proxima primis. *ibidem.*

Omnes ſcientiæ communicant, ſecundum communia principia, ſed non communia principia ex quibus demonſtrant.

Ibidem.

Vnaquæq; ſcientia habet ſuas proprias interrogationes & reſponſiones & diſputationes.

Ibidem.

Duplex eſt ſcire. ſ. ſcire quia erit, & ſcire propter quod eſt. *idem lib. 1. Poſteriorum.*

In ſcientijs diuerſis ſæpe dicit una ſcientia ꝓpter quod, & medicina dicit, quod uulnera circularia tardius ſanantur, q̃ longa, ſed propter quoduis dicit Geometria. *ibidem.*

Scientes uniuerſale ſæpe neſciunt ipſum ſingulare. *ibidem.*

Figura

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Figuraꝝ maximè faciēs ſcire, eſt prima figura.
Ibidem.

Si aliquis ſenſus deficit, neceſſe eſt deficere ſcientiam quæ ſecundū illum ſenſum, quam etiā impoſſibile eſt accipere ſine ſenſu. *Ibidem.*

Aut addiſcimus per demonſtrationem, aut per inductionem. *Ibidem.*

Non contingit aliquid ſcire, niſi per demonſtrationem. *Ibidem.*

Altera ſcientia eſt altera, quarū non ſunt eadem principia, uel ex alterius nec eiſdem.
Ibidem.

Entis cp eſt à fortuna, nō eſt ſcientia p demonſtrationem, quia nec ſemper eſt, nec frequēter.
Ibidem.

Sēſus eſt ſingulariū, ſciētia uero uniuerſaliū.
Ibidem.

Scientia eſt neceſſariorum, opinio uero contingentium, & aliter ſe habentium.
Ariſtoteles libro 2. Poſteriorum.

Vnius inquantum unum, una eſt ſcientia.
Ibidem.

Impoſſibile eſt ſcire quod q̄d eſt, & ignorare ſi eſt ipſius quod quid eſt, non eſt demōſtratio.
Ibidem.

Scire opinamur cū cauſam rei ſcimus. *ibid.*

Principū habitꝰ nō eſt ſciētia ſed intellectus.
Idem libro 2, Topicorum.

Scire non eſt reminiſci, quia contingit præſentia & futura, reminiſci uero niſi præterita.
Idem libro 8. Topicorum.

Vna diſciplina melior eſt altera, uel quia certior, uel quia de meliori ſubiecto.
Idem libro Elenchorum.

Quod ſcimus ſæpe tranſpoſitū ignoramus.
Idem lib. Magnorum moral. li. 1 ca. 7.

Intellectus eſt circa principia intelligibilium entiū. Scientia eſt reꝝ quæ ſunt cum demōſtratione. Principia autem intelligibilia ſunt: quare non utiq; erit circa principia ſcientia, ſed intellectus. *Idem in Problematibus.*

Omnes excellentes uiri aut ſecundum philoſophiam, aut politiam, aut poeſim, aut artes uidentur melancholici eſſe.
Laertius Diog. de Vita & morib. philoſoph.

Interrogatus Thales Mileſius, quid difficile, ait: ſeipſum agnoſcere. *Ibidem.*

Potius eſt doctum eſſe, q̄ꝝ pecuniæ confidentem dicebat Theophraſtus. Doctus enim ſolus ex omnibus nec in alienis peregrinus, neq; amiſſis familiaribus & neceſſarijs inops eſt amicorum, ſed in omni ciuitate ciuis eſt.
Cicero li. 1. de Finibus bonorum & malorum.

Sublata cognitione & ſcientia, tollitur oīs ratio, & uitæ degendæ & rerum gerendarum.
Idem libro 2. de Diuinatione.

Philoſophia uir bonus efficitur & fortis.
Ibidem.

Sunt enim hæc propria philoſophorꝝ reſpōdere, aut conſuli, quid bonū quid malum, quid neutrum, *idem Tuſculan. quæſt. libro 3.*

Neq; inſipientia ullum malum eſt maius.
Macrobius libro 1. Saturnalium.

Apes enim quodammodo debemus imitari, quæ uagantur & flores carpunt, deinde quæ quid attulerunt diſponunt, ac per fauos diuidunt, & ſuccum uarium in unum ſaporem mixtura quadam & ꝓprietate ſpiritus ſui mutant. Nos quoq; quicquid diuerſa lectione quæſiuimus, committamus ſtilo, ut in ordinem eodem dirigente coaleſcat. Nam & in animo melius diſtincta ſeruantur, & ipſa diſtinctio nō ſine quodam fermento, quo pandit̄ uniuerſitas in unius ſaporis uſum uaria libamenta confundit, ut etiam ſi quid apparuerit, unde ſumptum ſit, aliud tamen eſſe, cūꝫ unde ſumptum noſcatur appareat. *Ibidem libro 6.*

Multa ignoramus quæ non laterent, ſi uetera lectio nobis eſſet familiaris.
Ibidem libro 7.

Velut paucę literæ mutę diſperſæ inter multas uocales, in ſocietatem uocis facile inaſſueſcunt. Ita rationes imperiti gaudentes conſortio peritorum aut conſonant, ſi qua poſſunt, aut rerum talium capiuntur auditu.

Iſocrates ad Dæmonicum ſer. admonitoria.
ἐὰν ἦς φιλομαθής, ἔσῃ πολυμαθής. id eſt,
Si eris cupidus diſcendi eris multa diſcens. *ibidem.*
ἃ μὲν ἐπίστασαι διαφυλάττε ταῖς μελέταις, ἃ δὲ μὴ μεμαθηκας, προσλάμβανε τοῖς ἐπιστήμαις. ὁμοίως γὰρ ἂν χρόνῳ ἀκούσαντα χρησμὸν λόγον μὴ μανθάνῃς, καὶ διαλόμενόν τι ἀγαθὸν παρὰ τῶν φίλων, μὴ λαβεῖν. id eſt,
Quæ quidem ſcis, conſerua meditationibus, quæ autem non didiciſti, cape doctrinis. Similiter enim turpe audienti utilem ſermonem non diſcere, & datum aliquod bonum ab amico non capere. *ibidem.*
ἠγοῦ τῶν ἀκεκτημάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρημάτων κρείττω. τὰ μὲν γὰρ τάχεως ἀπολείπει. τὰ δὲ πάντα τὸν χρόνον παραμένει. σοφία γὰρ μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον. id eſt,
Exiſtima diſciplinas multas, multis eſſe pecunijs præſtantiores. Iſtæ quidem cito deficiunt, ille uero per totum tempus permanent. Scientia enim ſola poſſeſſionum immortales.

Plautus in Amphytrione.
Haud æquum facit, qui quod didicit, id dediſcit.

Virgilius Georgicorum lib. 2.
Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas
Atq; metus omnis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumq; Acherontis auari.

Horatius Carminum liber 4. Ode 4.
Nec ſcire fas eſt omnia. *idem in arte poetica.*
Cur neſcire prudens prauę, q̄ diſcere maloꝝ

Franciſcus Petrar. Triumpho amoris ca. 1.
Altro dilecto che imperat non trouo. *id eſt,*
Gaudia nulla puto diſcere præter ego.

De hac materia habes ſupra ubi Doctrina, Eruditio, prædicatio, prudentia & ſapientia, & infra ubi Studium.

Schiſma cum ch & i latino ſcribi debet. Eſt enim græca dictio χίσμα. τος. & idem eſt q̄ ſciſſura, uenit q̄ a χίζω q̄ eſt ſcindo. Eſt autem ſchiſma ſeparatio propria ſpōte & intentione ab unitate eccleſiæ, renuens ſubeſſe Papæ, & communicare membris eccleſiæ, ſe. b. Tho. 2. 2. q. 36. art. 1. o.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Schiſmatici proprie dicuntur, qui propria ſponte & intentione ſeparant ſe ab unitate ecclesiæ, renuentes ſubesse Papæ, & communicare membris ecclesiæ. Vt ibidem.

Scortum græce πόρνη.ης.ἡ. & πορνέω ſcortor dicitur. Eſt aũt ſcortũ meretrix, uel quod ſicut pelliculæ ſubigatur cum ſolũ calceamentoꝝ omnibus ſubiectum ſit, uel quod in grabatulis pelles ſtratas tenere conſueuiſſent. Hinc ſcortor meretricor, & ſcorteum quicquid ex pelle eſt.

SCriptura ſacra græce ἱερογραφή.ῆς.ἡ. dici poteſt. Sacra ſcriptura dicitur ſancta tripliciter, ſ. a ſpiritu ſancto, a materia, & ab effectu, ſecundum b. Tho. ſuper epi. ad Roma. lect. 2. col. 1.

Scripturæ ſacræ effectus qntuplex, ſ. docere uerita tẽ, arguere falſitatem, eripere à malo, inducere ad bonũ, & perducere ad perfectum, ſecundum eundem ſuper ſecunda ad Timot. fin.

Paulus 2. ad Timoth. 3.

Oīs enim ſcriptura diuinitus inſpirata utilis eſt ad docendum uel arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, ut perfectus ſit homo dei ad omne opus bonum inſtructus.

Idem ad Romanos ca. 15.

Quæcunq; enim ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.

Matthæi cap. 11.

Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

Auguſtinus in epiſtola ad Volutianum.

Quæ diſputatiões, quæ literæ quorumlibet philoſophorum, quæ leges quarumlibet ciuitatum duobus præceptis ſunt comparandæ? Ex quibus Chriſtus dicit totam legem & prophetas pendere, huiuſmodi: Diliges dominum deũ tuum ex toto corde, & proximum tuum ſicut teipſum. In his enim duobus mandatis lex pendet & prophetæ. *ibidem.*

Hic philoſophia qm̃ omnes oīm naturaꝝ cauſæ in deo creatore ſunt. Hic ethica qm̃ bona uita & honeſta nõ aliunde formaṫ, quoniã cũ ea q̃ diligenda ſunt & quẽadmodum diligenda ſunt diliguṅt, hoc eſt deus & ꝓximus. Hic logica quoniam ueritas lumen q; animæ rõalis non niſi deus eſt. Hic laudabilis reipub. ſalus. Neq; enim optime cuſtoditur ciuitas, niſi fundamẽto & uinculo fidei firmæq; concordiæ cum bonum coẽ diligiṫ, quod ſummum atq; ueriſſimũ deus eſt.

Idem libro 2. de Trinitate.

Scriptura & creatura ad hoc ſunt, ut ipſe quæratur, ipſe diligatur, & q ipſam creauit & illã inſpirauit. *Idem libro 3. de doctrina Chriſtiana.*

Hæc ſcientia nihil præcipit niſi charitatẽ, nihil culpat, niſi cupiditatem. Quicquid ergo ad hoc pertinet, proprium eiꝰ eſt, quicquid autem ad hoc non pertinet, fictum eſſe cognoſcas.

Idem ſuper Geneſim 19.

Sic loquiṫ ſcriptura, ut altitudine ſuperbos irrideat, ꝓfunditate attentos terreat, uirtute magnos paſcat, affabilitate paruulos nutriat.

Idem de Doctrina Chriſtiana cap. ult.

Quicq d homo extra didicerit, ſi noxiũ eſt, hic damnaṫ, ſi utile hic inueniṫ, & cũ ibi quiſq; inuenerit, oīa quæ utiliter alibi didicit, multo abundantius ibi inueniet ea quę nusq; alibi inuenire potuit. *Idem de Ciui. dei libro 11. ca. 1.*

Ciuitatẽ dei dicimus cuius ſcriptura teſtis ẽ, q̃ nõ in fortuitis animoꝝ moribus, ſed plane ſummæ prouidentiæ diſpoſitione ſuper oẽs omniũ gentium literas oīa ſibi genera humanorum ingeniorum diuina excellens autoritate ſubiecit.

Idem libro 2. ſuper Geneſim ad literam.

Maior eſt huius ſcripturæ autoritas, q; omnis humani ingenij perſpicacitas.

Idem libro de baptiſmo paruulorum.

Sanctaꝝ ſcripturarũ autoritatibus colla ſubdenda ſunt, ut ad intellectum quiſq; per fidem ueniat. *Idem de doctrina Chriſtiana.*

Titubat fides, ſi diuinarum ſcripturarum uacillet autoritas. Porro fide titubante & ipſa charitas langueſcit.

Idem libro de Vnico baptiſmo, & habetur diſt. 9. cap. Quis neſciat.

Quis neſciat ſacrã ſcripturã canonicã tam ueteris q; noui teſtamẽti certis terminis ſuis cõtineri, cumq; poſteriorib⁹ oĩm epiſcoporum literis ita præponi, ut de illa omnino dubitari & diſceptari nõ poſſit, utrum ueꝝ uel utrum rectũ ſit, quicq; d in ea ſcriptum ſit, uel conſtiterit eſſe.

Idem in Prologo libro 3. de Trinitate, & habetur ibidem, cap. Noli meis.

Noli meis literis q̃ſi canonicis ſcripturis deſeruire, ſed in illis & quę nõ credebas cũ inueneris, incunctanter crede. In iſtis aũt quod certum habemus, niſi certũ intellexeris noli firmũ tenere.

Idem ad Vincentium uictorem, & habetur ibidem, cap. Negare.

Negare nõ poſſum nec debeo ſicut in ipſis maioribus, ita multa eſſe in tã multis opuſculis meis quæ poſſunt iuſto iudicio & nulla temeritate culpari. *Idem ad Hieron. epiſt. 8. & habetur ibidem, cap. Ego.*

Ego ſolis illis ſcriptoꝝ qui iam canonici appellantur didici hunc timorẽ honoremq; referre, ut nullũ eorum ſcribendo erraſſe audeã credere, aut ſi aliquid in eis offendero, quod uideaṫ cõtrarium ueritati, nihil aliud exiſtimem q̃ mẽdoſum eſſe codicẽ, uel non eſſe aſſecutum interpretem q̃d dictũ eſt, uel me minime intellexiſſe non ambigam. Alios autem ita lego, ut q̃libet ſanctitate, quantaue doctrina polleant, nõ ideo uerum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi per alios autores uel canonicas uel ꝓbabiles rationes, quod à uero non aberrent perſuadere potuerunt.

Idem ad Hiero. epiſt. 1. & habe. di. 9. Si ad ſcripturas.

Si ad ſcripturas ſacras admiſſa fuerint, uel officioſa mendacia, quid in eis remanebit autoritatis, quæ tandem de ſcripturis illis ſententia ꝓferetur, cuius pondere contentioſæ falſitatis obſeretur improbitas?

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem de Vera religione, & habetur 38. dist. cap. Locutio.

Locutio diuinarū ſcripturarū ſecundū cuiuſq; linguæ proprietatem accipienda eſt. Habet em oīs lingua quædam propria locutionum gña, quæ cum in alia transferuntur, uident abſurda.

Idem ad Alexandrum epiſcopum, & habetur dist. 38. ca. Indignum.

Indignum uehementer exiſtimo, ut uerba cę leſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati.

Hieron. in epiſtola ad Euſtochium.

Cū ante annos plurimos, domo, parētibus, ſorore, cognatis & quod his difficilius eſt, conſuetudine lau..ioris cibi ne craſtraſſem, miſerę go lecturus Tullīū ieiunabā, poſt noctiū crebras uigilias, poſt lachrymas peccatorū Plato ſumebat in manibus. Si qñ autem prophetas legere cœpiſſem, horrebat ſermo incultus. Dum me itaq; ſerpens antiquus ſic illuderet, membris inſuſa febre, ſic mēbra depaſta ſunt ut oſſibus uix hærerent. Interim parabant exequiæ. Tunc ſubito in ſpiritu ad tribunal iudicis ptrahor, ubi tantum erat luminis ex circunſtātium claritate fulgoris, ut proiectus in terrā ſurſum aſpicere non auderem. Interrogatus conditionē, Chriſtianū me eſſe reſpondi, & iudex, mentiris ait: Ciceronianus es, & nō Chriſtianus. Vbi enim theſaurus tuus, ibi & cor tuū erit. Et inter uerbera, nāme cedi iuſſerat, clamare cœpi eiulans: Miſerere mei dñe, miſerere mei. Tandem ad præſidentis genua prouolutus qui aſtiterant precabantur, ut ueniam tribueret adoleſcentiæ, & errori locum pœnitentiæ cōmodaret. Ego uero qui tanto conſtrictus articulo uellem etiā maiora promittere, dīū iurare cœpi, & nomē eius obteſtās dicere: dñe ſi unq̄ habuero codices ſeculares, & legero, te negaui. In hæc ſacramēti uerba dimiſſus, reuertor ad ſuperos, & mirantibus cunctis oculos aperio, tanto lachrymarum imbre perfuſos, ut etiā incredulis fidem facerem ex dolore. Nec uero inanis ſapor ille fuerat, aut uana ſomnia qbus ſæpe deludimur. Teſtis eſt tribunal illud ante q̄ iacui. Teſtis iudiciū triſtē quod timui. Ita mihi nnq̄ contingat talem incidere quæſtionem, liuentes habuiſſe me ſcapulas, plagas ſenſiſſe per ſomniū, & tanto dehinc ſtudio diuina legiſſe, quāto mortalia ante nō legeram.

Idem in epiſtola ad Paulinum.

Noſtræ diuitiæ ſunt in lege dei meditari die ac nocte. Pulſate ianuā & ſeculi fructus dño pāeunte calcate. Præparemus igit nobis fortitudinē, aſſumamus nobis pfectum robur, ut inter errorē tenebras, & cōfuſionem noctis ſcientia chriſti lumē aperiat, dieſq; & noctes lucē habeant ptegentē, ut his ducibus ad terrā ſanctā peruenire ualeamus. Quid em eruditione melius? Quid ſuauius diſciplina? Quid enim dulcius dño? Sit aūt nobis conuiuium Chriſtus. Quid enim poteſt eſſe uita ſine ſcientia ſcripturarū? per quam ipſe Chriſtus agnoſcitur. Qui tibi? Quæ mella ſunt dulciora? q̄ dei ſcire prudentiā, qui nunq̄ ſolus eſt. Diſcamus ergo in terris, quorum ſcientia perſeueret nobiſcum in cælis.

Hieron. in epiſtola ad Damaſum Papam.

De ſcripturis diſputantem nō decet Ariſt. argumēta cōquirere, nec ex flumine Tullianæ eloquētiæ ducēdus eſt riuulus. Nec aures Quintiliani floſculis, & ſcholari declamatiōe mulcēdæ, ſed pedeſtris & quotidianæ ſimilitudinis & nulla lucubratiōe redolēs oratio neceſſaria eſt quæ rē explicet, ſenſet ediſſerat, obſcura manifeſtet.

Idem ſuper Eſaiam in Prologo.

Si iuxta apoſtolum Paulum, Chriſtus dei uirtus eſt, & dei ſapientia. Qui neſcit ſcripturas, neſcit dei uirtutem, eiusq; ſapientiam. Ignorantia ſcripturarum ignorantia Chriſti eſt.

Idem ſuper illud Pſal. 147. Et adipe frumenti ſatiat te.

Pinguiſſimus ſermo diuinus eſt, omnes in ſe habet delicias, quicquid uolueris ex ſermone diuino naſcitur, ſicut tradunt Iudæi, quoniā manna quando comedebant, ſecundum uoluntatem uniuſcuiuſq; ſapiebat in ore.

Idem ſuper epiſt. ad Galat.

Nō putemus in uerbis ſcripturarū eſſe euāgeliū, ſed in ſenſu, nō in ſuperficie, ſed in medulla, non in ſermonum foliis, ſed in radice rationis.

Hiero. ad Damaſum Papam de filio prodigo, & habetur dist. 37. Sacerdotes.

Sacerdotes dei omiſſis euangeliis & prophetiis uidemus comœdias legere, & amatoria bucolicorum uerſuum cantare uerba.

Idem ad Demetriadem uirginem.

Sint ſcripturæ diuinæ ſemper in manibus, & iugiter mente uoluant, nec ſufficere tibi putes mādata dei memoriæ tenere, & operibus obliuiſci, ſed imo illa cognoſce, ut facias q̄quid didiceris. Nō em auditores legis iuſti ſunt, &c. *ibidem.*

Diuinas ſcripturas ſæpius lege, imo nunq̄ de manibus tuis ſacra lectio deponatur, in ſcripturis diuinis per quas ſolas potes plane dei intelligere uoluntatem prohiberi quædam, præcipi quædam, concedi aliqua, ſuaderi nonnulla, prohibentur mala, præcipiuntur bona, concedūtur media, perſuadentur perfecta.

Idem in Eſaiam, & hab. di. 37. ca. Vino.

Vino inebriantur qui ſcripturas ſacras male intelligunt, atq; peruertūt ſyncera, qui abutuntur ſingulari ſapientia, & dialecticorū tendiculis q̄ non tam tendicula ſunt appellāda, q̄ phantaſmata, i. umbræ quædā & imagines, quę cito pereunt & reſoluunt. Idem ſecundū Tropologiā pſeudopphetas eos debem⁹ accipere, qui aliter ſcripturarū uerba accipiunt, q̄ ſpiritus ſanctus ſonat, & diuinos eos, qui coniectura mentis ſuę incerta futurorū quaſi uera pronuntiant abſq; diuinorum autoritate uerborum. *ibidem.*

Quicunq; ſcripturas nō intelligunt, ut rei ueritas habet, unam acerbam comedunt.

Hier. epi. ad Galat. & hab 24. q. 3. ca. Hæreſis.

Hæreſis græce ab electiōe dicit, q̄ ſ. eā ſibi unuſquiſq; eligat diſciplinā, quā putat eſſe meliorē. Quicūq; igit aliter ſcripturā intelligit, q̄ ſenſus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſpiritus, ſ. flagitat, à quo ſcripta eſt, licet ab eccleſia non receſſerit, cñ hæreticus appellari poteſt, & de carnis operibus eſt eligẽs, quę peiora ſunt.

Hieron. ſuper Eſaiam libro 7.

Non ſic adulãdum eſt principibus, ut ſanctarum ſcripturarum ueritas negligatur.

Amb. in libro de Caim & Abel.

Cæleſtium ſcripturarũ eloquia diu terrere ac polire debemus, toto animo ac corde uerſantes ut ſuccus ille ſpiritualis cibi in oẽs ſe uenas animæ diffundat. *Gregorius libro 2. Moralium.*

Sacra ſcriptura oẽs ſcientias locutiõis ſuę more tranſcẽdit: quia in uno eodẽq; ſermone dum narrat textum, pdit myſterium, & ſicut myſteriis ſapientes exercet, ſic ſupficie ſimplices refouet. Habet in publico unde paruulos nutriat, & ſeruat in ſecreto, unde mentes ſublimium in admiratione ſuſpendat, quaſi quidã fluuius, ut ita dixerim, plan⁹ & altus, in quo agnus ambuler, & elephas natet. Mirabilis fluuius eſt iſte qui eſt ita planus, quod ibi agnus. i. & illiteratus poteſt ſiccis pedibus tranſire. & elephas. i. magnus & ſubtilis poteſt natare, imo poteſt ſe ſummergere. *Idem lib. 1. Moralium.*

Scriptura ſacra aliqñ nobis cibus eſt, aliquãdo potus. Cibus eſt in locis obſcurioribus, quia quaſi exponendo frangitur, & mãducando glutitur, potus eſt in locis apertioribus, quia ita ſorbetur ſicut inuenitur. *Idem lib. 20. cap. 1.*

Oẽm ſcientiam atq; doctrinã ſacra ſcriptura tranſcendit, ut taceã, cp uera p̃dicat, quod ad cæleſtem patriã inuitat, quod à terrenis deſideriis cor legẽtis reuocat, q̃d dictis obſcurioribus fortes exercet, & paruulis humili ſermone blanditur. Nec igit̃ clauſa eſt, ut paueſci debeat, nec ſic patet ut uileſcat, ſed uſu faſtidium tollit, & tanto plus diligitur q̃to amplius meditatur.

Gregorius ſuper Ezechielem homilia 6.

Scriptura ſacra in utroq; teſtamento, & monendo recta eſt, & promittendo alta, & minando terribilis. *ibidem.*

Quod de ſcripturis ſacris authoritatem non habet, eadẽ facilitate contemnit̃ qua probatur.

Baſilius in Hexameron libro 9.

Pſalmus dæmones fugat, angelos ad adiutoriũ ſalutis inuitat, ſcutũ eſt in nocturnis terroribus, diuturnoq; requies laborum, tutela pueris, iuuenibus ornamentũ, ſolamen ſenibus, mulieribus aptiſſimo decor. Deſerta habitari facit, urbes ſobrietatẽ docet, incipientibus primũ efficitur elemẽtum, proficientibus incrementum, perfectis ſtabile firmamentum. *ibidem.*

Si quis intentat ita animam ſuam in ſingula uerba pſalmorũ, ſicut guſtus intentus eſt ad diſcretionem ſaporis ciborum, iſte eſt qui completur, quod dicitur: Pſallite ſapienter.

Iſidorus libro 1. de Summo bono.

Omnis latitudo ſcripturarum in oratiõe dominica, & ſymboli breuitate concluditur.

Ibidem libro 2.

Geminũ confert donum lectio ſanctaq; ſcripturarum, ſiue quia mentis intellectum erudit, ſeu q̃d à mundi uanitatibus abſtractum hominem ad amorem dei perducit, *ibidem.*

Quanto magis q ſcq; in ſacris eloquijs aſſidu⁹ fuerit, tãto ex eis uberiorẽ intelligentiã capit.

Scurrilitas græce βωμολοχία, ας, ή. & βωμολόχος ὁ, ή. ſcurra dicit̃. Eſt autem ſcurrilitas iocularitas ex defectu rationis non ualentis cohibere geſtus exteriores, ſecundum b. Tho 2. 2. q. 48. ar. 6. cap.

Scurra is dicit̃ q magis q̃ oportet riſum mouet & oneroſus eſt. Nam riſum ſecutus magis cogitat, quẽadmodum mouere illum queat, q̃ quemadmodum honeſte loquatur, nec quem q̃ offendat, ſecundum Ariſt. libro 4. Ethico.

Scurrilitas differt à ſtultiloquo, quia ſcurrilitas refert̃ ad laſciuiã affectionis: Stultiloquium uero ad indiſcretiõem rõis. Et proprie accepta eſt filia luxuriæ. De hac Paulus ad Eph. c. 5. Nõ noĩetur in uobis turpitudo aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet. i. nullius eſt utilitatis, ex Alex. 2. 2. ti. eo.

Scurrilitas pertinet ad uerba ratione inhonestatis. Multiloquium uero ratione ſuperfluitatis, ſecundum b. Thom. 2. 2. q. 53. art. 5.

Scurra à ſequendo dici uidetur, quod domos diuitum ſequatur, & eſt qui riſum ab audientibus captat non ſalua dignitate perſonæ, à ſcurra dicitur ſcurrile, quod eſt ridiculum cum turpitudine, & ſcurrilitas turpis & procax dicacitas, & ſcurriliter procaciter.

Secularis græce βιωτικός, ή, όν. & λαϊκός, ή, όν. ſæuum dicitur. Seculum nihil aliud eſt q̃ periodus cuiuslibet rei, pro quo aliquando ponitur æuum uel ęuiternum, ſecundum b. Tho. prima parte q. 10. art. 2. Seculum proprie tempus & ætatem ſignificat longam quam æuum dicimus, & per ſyncopam ſeclum dicimus. A ſeculum uenit ſecularis. *Paulus ad Timothæum cap. 2.*

Nemo militans deo, implicat ſe negocijs ſecularibus, ut ei placeat cui ſe probauit.

Amb. ſuper illud, Beati immaculati.

Nõ mediocre periculum eſt, cum habeas tanta eloquia dei, & dei opera quæ fecit, illis pręter miſſis loquaris quæ ſeculi ſunt: incumbit uirtuti ſeculi, qui deſperat de adiutorio dei.

Gregorius libro 5. Moralium.

Hunc mundus accepit qui ad deſiderandа inuiſibilia non ſurgit: ſeculares enim mentes q̃to magis p ſecularia deſideria ſe dilatant, tãto magis ſinum cordis ab eius receptione anguſtant.

Ioan. Chryſoſt. ſuper illud Matthæi 6. Si lumen quod in te eſt.

Sicut hõ graues habẽs oculos, melius in loco tenebroſo, q̃ in ſole poſitus uidet, ſic hõ terrenus in terrenis aſtutus, & in ſpiritualibus cæcus.

Securitas græce ἀσφάλεια, ας, ή. & ἀσφαλής, ές, ὁ, ἡ. ſecurus dicitur. Eſt autẽ ſecuritas perfecta quies animi a timore, ſecundum b. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 129. articu. 7.

Securitas opponit̃ timori priuatiue tm̃. Audacia uero contrarie, ſecundum eundem, pri-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ma ſecundæ quæſt. 45. artcū. 1.

Securitas non eſt idem quod fortitudo, ſed eſt conditio eius, & magnanimitatis, ſi ſit q̃n, & in quibus debet, ſecundū eundē, 2. 2. q. 129. a. 7

Securus dicit quaſi ſine cura, quaſi ſeorſum à cura. Hinc aliqñ pro contemptore accipitur. Virg. Securus amorum Germanæ. Hinc ſecure aduerbium, & ſecuritas trāquillitas & quies.

Prouerbio. ca. 15.

Secura mens, quaſi iuge conuiuium.

Auguſt. ad Secundinum Manichæum, & habetur 11. quæſt. 3. cap. Senti.

Senti de Aug. quicquid libet, ſola me in oculis conſcientia nō accuſet. *Aug. lib. Confeſſion.*

Nemo ſecurus debet eſſe in uita iſta, quæ tota tentatio nominatur: ut fieri potuit ex deteriora melior, non fiat etiam ex meliore deterior.

Idem lib. 2. de Libero arbitrio:

Nemo ſecurus eſt in his bonis, quæ poteſt inuitus amittere. Veritatem autem atq; ſapientiam nemo amittit inuitus.

Hiero. de Cohabitatiõe clericorũ & mulierum.

Nunq; ſecurus cũ theſauro latro tenetur incluſus, nec infra unã cauernam habitãs cum lupo, tutus eſt egnus: ipſe uoluit penetrari, qui hoſtē proprium in ſuas partes induxit, & inteſtinũ ſibi gladium ipſe ſupponit, qui locum habitationis ſuæ aduerſarijs ingreſſibus reſerauit.

Gregorius libro 9. Moralium.

Sæpe mens dum uirtutis ſuę ſecuritate reſoluitur, inſidiante aduerſario inopinatæ culpæ telo perforatur, & inde à deo in æternum lōge fit, unde ei ad tempus ſine cautela cuſtodia propinquauerit. *idem homilia 40.*

Quid paradiſo iucundius? q̃d cælo ſecurius? & tamē homo ex paradiſo, & angelos cælo peccando cecidit. *idem in Paſtorali.*

Quibuſdã ſæpe magnitudo uirtutis, occaſio fuit perditionis, ut cum de cõfidentia uirium inordinate ſecuri eſſent, per negligentiam inordinate morerentur. Mater enim negligentiæ ſolet eſſe ſecuritas. Videndo ergo meretricem, id eſt, Magdalenam, de tua liberatione non deſperes, ſed etiam Iudam iudicãdo, ſecurus eſſe non debes. *Idem libro 2. Moralium.*

Sæpe quē tentationis certamen ſuperare nō ualuit, ſua deterius ſecuritas ſtrauit. *ibid. li. 10.*

Incaſſum munita ſunt cætera, cum locus unde quo hoſti patet aditus, non eſt munitus.

Ibidem libro 29.

Vę nobis miſeris qui de electione noſtra nullam adhuc dei uocem cognouimus, & iam in otio quaſi de ſecuritate torpemus. Debet profecto in ſpe eſſe ſecuritas, ſed etiã timor in conuerſatione, ut & illa certantes foueat, & torpentes pungat. *Caſſiodo. ſuper Pſalm. 72.*

Nihil poteſt eſſe ſecurius q̃ illi omnia cõmittere, qui nouit ſuis cultoribus congrue profuturā præſtare. *Hugo libro 3 de Anima.*

Sic comedo, bibo, & dormio ſecurus q̃ſi iam tranſierim diē mortis, & euaſerim diē iudicij, & tormēta infernī. Sic ludo & rideo, quaſi iam regnem tecum in regno tuo. *Seneca epiſt. 16.*

Securitas magna portio ē, nihil inique facere, cōfuſam uitā & perturbatā potentes agunt tm̃ metuunt, q̃tum nocent. *idem epiſt. 32.*

In ipſa ſecuritate animus ad difficilia ſe ꝓparet, & contrā iniuriam fortunæ inter bñficia firmetur, qui enim in ipſa re trepidare noluerit, añ rem exerceat. *Franc. Petrar. Soneto 272.*

O che leue inganar chi ſa ſecura. *id eſt,*
O q̃ leue eſt decipere confidentem.

Seditio græce στάσις. & τὸ στασιάδης. ⊙. ſ. ſeditioſus dicit. Eſt aũt ſeditio ſpeciale peccatum, ſ. mutua impugnatio inter partes multitudinis, uel ꝓparatio ad pugnam. Rixa uero eſt uniusad unum uel paucorū ad paucos. Sed bellum eſt inter diuerſas multitudines: Et utrunq; eſt pugna in actu, non ꝓparatio, ex b. Tho. 2. 2. q. 42. ar. 1.

Seditio eſt ſemp de ſe peccatū mortale. Et eſt grauius rixa. Et principaliter eſt in procurantibus, ſecundo in ſequentibus, nō autem in defendentibus bonū coē, ſec. b. Tho. 2. 2. q. 42. ar. 2.

Seditio dicitur à ſeorſum ſe dando, uel ut Ciceron. placet à ſeorſum eundo.

Seditio eſt cum populo ſecū diſcordante res ad manum uocatur, qualē ciuitatis ſtatū. Virg. deſcribit 1. Aeneidos: Ac ueluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt Seditio.

Factio uero eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia, unde factioſi qui primates ciuitatis diſcordantes ſectantur. Cicero: Inter bonos amicitia, inter malos factio eſt.

De hac materia habes ſupra, ubi diſcordia, ubi pax.

Segnities græce ῥᾳθυμία. ας. ἡ. & ῥᾳθυμος. ν. ὁ. ſegnis dicitur. Eſt autem ſegnities timor futuræ operationis, ſecundum Ioan. Damaſcenum.

Segnities eſt fuga operationis ex timore laboris, ſecundum b. Tho. 1. 2. q. 41. art. 4.

Segnities unde & ſegnis dicitur, quaſi ſine igne. Differtq; à ſocordia, ut uult Donatus ſuper Terent. Nam ſegnities dicitur ad agendum, ſocordia autem ad conſiderandum, & dicitur quaſi ſine corde. Terent. Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neq; ſocordiæ. Eſt autem ſocordia cum quod animo agi oportuit, animi ipſi ſubueriti temere ac inſcite quo minus id efficiant, retinentur.

De hac materia habes ſupra ubi Acedia, Otium, Pigritia.

SEnectus græce γῆρας. ατ ⊙. τὸ γέροντ ⊙. ſ. ſenex, & γηράσκω ſenesco dicitur. Eſt autem ſenectus occaſus uitæ, ſecundum Ciceronem in Topicis.

Senectus eſt ultima ætas durans aliquando tantum quantum omnes aliæ ætates. ſecūdum b. Thom. 4. Sent. di. 43. art. 3.

Senex dicit q̃ſi ſeminex, hoc eſt ſemimortuus, q̃ acta maiore ætatis ſuæ parte iam morti ꝓpinquior ſit. Nā nex mortē ſignificat. Siſenna: Quoniam neq; mea nex, neq; interceſſio poſſe uidet illoꝝ dementē reprimere audaciā. Hinc deducit neco, q̃d eſt interficio. A ſene ſenectus, ſenecta

&

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& ſenium ueniunt eiuſdē fere ſignificationis. A ſene ſenatus dicitur, quod & locum ſignificat in q̄ ſenatores conueniunt, & ipſos ſenatores. A ſenator ſenatorij deducit, ut ſenatoria maieſtas.

Leuitici cap. 19.

Coram cano capite cōſurge, & honora perſonam ſenis. *Iob. cap. 12.*

In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. *Prouerbiorum cap. 16.*

Corona dignitatis ſenectꝰ, quæ in uijs iuſtitiæ reperietur. *ibidem.*

Senectus enim uenerabilis eſt, non diuturna, neq; annorum numero computata. Cani autē ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis uita immaculata. *Eccleſiaſtici cap. 8.*

Ne ſpernas hominem in ſua ſenectute, etenim ex nobis ſeneſcunt. *ibidem cap. 25.*

Tres ſpecies odiuit aīa mea, & aggrauor ualde anim̄ illorum. Pauperē ſuperbum, diuitem mendacem, & ſenem fatuum & luxurioſum.

Ibidem.

Quæ in iuuētute tua nō congregaſti, quomodo in ſenectute tua inuenies? *ibidem.*

Quam ſpecioſum canicies iudiciū, & presbyteris cognoſcere conſilium. *ibidem.*

Quā ſpecioſa ueteranis ſapiētia, & glorioſus intellectus & conſilium. *Ibidem.*

Corona ſenum multa peritia, & gloria illoꝝ timor dei. *Ibidem.*

Loquere maior natu, decet em̄ te. *Eſai. c. 65*

Puer centum annorum morietur.

Paulus ad Heb. cap. 8.

Quod autē antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt. *Aug. de Catechizandis rudibus.*

Cum ſibi homines optant ſenectutem, quid aliud optant niſi longam infirmitatem?

Aug. ſuper Pſalm. cap. 13.

Sit ſenectus nr̄a puerilis, & pueritia ſenilis. ut nec ſapiētia nr̄a ſit cū ſuperbia, nec humilitas ſine ſapientia. *Hiero. in epiſt. ad Nepotianum.*

Omnes penè uirtutes corporis minuunt̄ in ſenibus, & creſcente ſola ſapientia, decreſcunt cætera, ieiunia, peregrinorum ſuſceptio, pauperū defenſio, orationum inſtantia, labor manuū, & cuncta quæ per corpus exercētur, fracto corpore minuunt̄, ſola Abiſaac Sunamitis ſenem Dauid calefecit. Quia amor ſapientiæ & marceſcente corpore dilectorem ſuum non deſerit.

Ibidem.

Senectus eoꝝ qui adoleſcentiam ſuam honeſtis artibus inſtruxerūt, & in lege domini meditati ſunt die ac nocte ætate fit doctior, uſu certior, proceſſu tēporis ſapientior, & ueterum ſtudiorum fructus dulciſſimos metit.

Ambroſius in Hexameron libro 1.

Quid naturā accuſas o homo? habet illa impedimenta quædā, ſenectutē & infirmitatē, ſed ſenectus ipſa in bonis mortib⁹ dulcior, in cōſilijs ſubtilior, ad conſtantia ſubeūdq; mortis potior, ad reprimēdas libidines fortior, infirmitas corporis, ſobrietas mentis. *Idem in ſer. de Paſcha.*

Paſcha hebraicæ dicit trāſitus. ſ. p hoc myſteriū de peioribus ad meliora tranſit. Bonus tranſitus eſt de peccato trāſire ad iuſtitiā, de uitijs ad uirtutes, de ſenectute ad infantiā: ad infantiā dico non ætatis, ſed ſimplicitatis. *ibidem.*

Aetates q̄dam ſunt meritoꝝ. Nam & ſenectꝰ moꝝ inuenit̄ in pueris, innocentia infantiū inuenitur in ſenibus. *Ambroſius de Iacob lib. 2.*

Beatus q̄dem iuuenis q̄ bn̄ uiuit, ſed & beatꝰ ſenex qui uixit. Quod enim iuuenis ſpabat, adeptus eſt ſenior, q̄ ſenex fuit, optat hoc eſſe qui iuuenis eſt. Certe hic inquieti maris lōgiore ſibi adhuc curſu manente iactat̄ fluctibus: ſenex uero ſicut in portu, ita in ſtatione eſt ſenectutis.

Idem in epiſtola contra Symmachum.

Nulla ætas ad diſcendū ſera eſt. Erubeſcat ſenectus, q̄ emēdare ſe non pōt. Nō annorū caniti es eſt laudāda, ſed moꝝ. Nullus pudor eſt ad inferiora tranſire. *Gregorius lib. 30. Moralium.*

Iuuenes dici ſolent q̄ nulla conſilij grauitate deprimuntur. Senes uero nō eos ſacra ſcriptura uocare conſueuit, qui ſola temporum q̄ titate, ſed qui moꝝ grauitate maturi ſunt, unde li. Sa. Senectus honorabilis eſt, nō diuturna neq; annorum numero computata. Cani enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenecta, uita immaculata.

Gregorius in Regiſtro.

Paulus dicit: Seniorē ne increpaueris. Hæc regula in eo ſeruanda eſt, cū culpa ſenioris exēplo ſuo nō trahit ad interitū corda iuuenū. Vbi aūt ſenior ad interitum iuuenibus exemplum p̄bet, ibi diſcreta increpatione feriendus eſt.

Ioan. Chryſoſt. ſuper epiſto. ad Hebræos ſer. 7.

Canities tunc eſt uenerabilis, qñ ea gerit quæ canitiem decent, cum uero iuueniliter ſenex conſeruatur, plus iuuenilibns ridículus erit.

Hugo de clauſtro Animæ libro 2.

nter abuſiōes huius ſeculi, ſola maior eſt ſenis obſtinatio, q̄ morti p̄ximus, mortis nō abhorret aduētum, qui quaſi ad oſtium huius mundi poſitus foris ſpectat, nec tñ uitæ præſentis attendit egreſſum, nec futura cōſiderat. Audit nūtios mortis, & cedere nō uult eis. Tres em̄ ſunt nunti mortis, caſus, infirmitas, ſenectus. Caſus dubia, infirmitas grauia, ſenectus certa nuntiat. Caſus nuntiat mortē latentē, infirmitas apparentē. Senectus p̄ſentem. Ex multitudine mortis, timor. Ex infirmitatis grauitate, dolor. Ex certitudine ſenectutis, nō obſtinatio, ſed afflictio & humilitas ſequi debet. *Cypria. de 12. Abuſionibus.*

Plus omnibus religioni operam dare ſenibus cōuenit, quos præſentis ſeculi florida ætas tranſacta deſeruit. *Ibidem.*

Quid ſtolidius fieri poteſt, ſi mens ad p̄fectionem feſtinare nō contendat, qñ totius corporis habitu ſenectute confectus homo ad interitū p̄perat, dū oculi caligāt, aures grauiter audiūt, capilli fluūt, facies in pallorē mutat̄, dētes lapſi numero minuuntur, cutis areſcit, flatus non ſuauiter oleat, pectus ſuffocatur, tuſſis cachinnat, genua trepidāt, talos & pedes tumor inflat. Homo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

interior qui neſcit, his omnibus aggrauatur, & hęc omnia ruituram iam domum noſtri corporis cito pronunciant. *Sene. ad Lucil epi.* 12

Iucundiſſima eſt ætas deuexa iam nō tamen præceps. *ibidem.*

Amplectenda eſt & amāda ſenectus, plena eſt uoluptatis, ſi illas ſcias uti, gratiſſima ſunt poma cū fugiūt, deditos uino potio extrema delectat, quod in ſe iucundiſſimum hoīs uoluptas habet, in finem ſuum differt. *ibidem.*

Nihil turpius q̄ ſenex uiuere incipiens.

Idem epiſtola. 23.

Numera annos tuos, & pudebit eadem uelle, quæ uolueris. Moriantur ante te uitia.

Idem epiſtola 62.

Turpis q̄ridiculoſa res eſt elemētarius ſenex. Deſine eadē uelle ſenex, quæ uoluiſti puer. Hoc opus ſit, hoc cogitato imponere ueteribus malis finem. *idem epiſtola* 70.

Quiſquis ſenex ad ſapientiam peruenit, annis peruenit. *idem epiſtola* 126.

Bene agitur cū ſenectute, ſi ad illam longo ſtudio intento q̄ peruenerit. *idem li. de Beneficijs.*

Iuueni parendum, ſeni obtemperandum.

Idem Tragœdia 4.

Propria deſcribit deus officia, & æuum per ſuos duxit gradus lætitia iuuenum, frons decet triſtis ſenem.

Ariſtoteles libro 7. *Phyſicorum.*

Infantes ita bene ſentire .i. iudicare non poſſunt ſicut ſenes. *idem libro* 8. *de Anima.*

Si ſenex haberet oculū iuuenis, uideret utiq; ut iuuenis. *idem li. de Memoria & reminiſcentia.*

Pueri & multū ſenes ſunt immemores, ꝓpter nimium motum accidentē corporibus eorum.

Idem li de cauſa longitudinis & breuitatis uitæ.

Senectus eſt frigida & ſicca. *Ibidem.*

Labor exiccat & ſenium inducit, unde multum laborantes ſeneſcunt magis. *ibidem.*

Animalia multum cœuntia cito ſeneſcunt, quia ſperma eſt ſuperfluitas nutrimenti, & amplius q̄ ſuſtineri poſſit emiſſum exiccat, & propter hoc mulus eſt longioris uitæ q̄ aſinus & equus, ex quibus fit, quia ipſe non generat.

Commentator ſuper Ariſt. de Cauſa longitudinis & breuitatis uitæ.

Complexio iuuenum calida eſt & humida, ſenum uero frigida eſt & humida.

Idem libro 3. *de Animalibus.*

Propriū hominis eſt caneſcere in ſenectute.

Ibidem ca. 25.

In prima ætate & in ſeniori, & infirmis nō ſperma eſt. *Ariſtoteles Ethicorum li.* 2. *ca.* 16.

Senes increduli ſunt, qa multis annis uixerūt, & in pluribus decepti fuerunt, & peccauerunt.

Ibidem.

Senes mali ſuſpicioſi ꝓpter incredulitatem.

Ibidem.

Senes neq; amant ualde, neq; odiūt, propter inexperientiam. Sed ſecundū Biantis, additionem, & amant ut odituri, & odiunt ut amaturi.

Ibidem.

Senes ſunt puſillanimes, quia humiliati ſunt à uita. *ibidem.*

Senes formidoloſi ſunt omnia pertimeſcētes.

Ibidem.

Senes ſeruiunt lucro. *idem libro* 2. *Ethico.*

Verecundia non conuenit omni ætati, ſed tātum iuuenili. Vnde iuuenes uerecundos laudamus, ſenem aūt uerecundum nullus laudabit.

Idem libro 6. *Ethicorum.*

Multitudo temporis facit experientiam.

Idem libro 5. *Politicorum.*

Si ſint plures fratres, ſenior debet ſemp̄ principari. *Idem libro* 7. *Politicorum.*

Potentia autem eſt in iunioribus, prudentia in ſenioribus. *ibidem.*

Iuuenum coitus paruus eſt ad puerorum procreationem, ſimiliter ſenum, uirorum uero eſt bonus. *idem libro* 8. *Ethicorum.*

Senes non fiunt amici cito.

Laert. Diogenes de Vita & moribus philoſop.

Interrogās Solon philoſophus q̄ ſpe fretus tā audacter reſiſteret Piſiſtrato tyrāno, ait: ſenectute. *Macrobius libro* 2. *Saturnalium.*

Vt edera ſerpens uires arboreas necat, ita uetuſtas amplexu annorum necat. *ibidem lib.* 7.

Vetuſtas quidem nobis, ſi ſemper ſapimus, adoranda eſt. *Cicero libro de Senectute.*

Non ſunt in ſenectute uires, nec poſtulantur quidem uires à ſenectute. *Ibidem.*

Quid mirum igitur in ſenibus ſi infirmi ſunt aliquando, cum id ne adoleſcentes quidem effugere poſſint. *ibidem.*

Nec uero corpori ſolū ſubueniendū eſt, ſed menti atq; animo multo magis. Nam hæc q̄ niſi tanq̄ lumini oleum inſtilles, extinguuntur ſenectute, & corpora quidem exercitationum defatigatione ingraueſcunt, animi autem exercitando leuantur. *Ibidem.*

Iſta ſenilis ſtultitia, quæ deliratio appellari ſolet, ſenum leuium eſt, non omnium. *Ibidem.*

Pythagoreo more exercendæ memoriæ gratia quod cū q̄ die dixerim, audiuerim, egerim, cōmemoro ueſperi. Hæc ſunt exercitationes ingenij, hæc curricula mētis. Semper enim in his ſtudijs laboribus q̄ uiuenti, non intelligitur quando obrepat ſenectus. *Ibidem.*

Nihil eſt otioſa ſenectute iucundius. *ibidem.*

Habet ſenectus honorata præſertim tantam authoritatem, ut ea plus ſit q̄ omnes adoleſcentiæ uoluptates. *ibidem.*

At ſunt moroſi, & anxij, & iracundi, & difficiles ſenes, ſi quærimus etiam auari, ſed hæc morum uitia ſunt, non ſenectutis. Contemni ſe putant, deſpici, illudi. *ibidem.*

Quis eſt tam ſtultus, q̄uis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum, ſe ad ueſperum eſſe uicturum. Quin etiā illa ætas multo plures, q̄ noſtra mortis caſus habet. Facilius in morbos incidūt adoleſcentes, grauius ægrotant, triſtius curantur. Itaq; perpauci ueniunt in ſenectutem.

Ibidem.

Mens

Mens enim ratio & conſilium in ſenibus eſt, q ſi nulli fuiſſent, nullæ omnino fuiſſent ciuitates. *ibidem.*

At ſperat adoleſcēs diu ſe uicturum, quod ſperare idem ſenex non põt: inſipiēter ſperat. Quid enim ſtultius q̄ incerta pro certis habere, falſa pro ueris? *Cicero ibidem.*

At eſt meliore conditione q̄ adoleſcēs, cum id quod ille ſperat, hic conſecutus eſt. Hic uult diu uiuere, ille diu uixit. *ibidem.*

Oīa uero quæ ſecundum naturā fiunt, ſunt habenda in bonis. Quid autē tam ſecundū naturam q̄ emori ſenibus? *Cicero li. de Senect.*

Itaq; adoleſcētes mihi mori ſic uident, ut aquę multitudine flammæ uis opprimitur. Senex autem ſicut ſua ſponte nulla ui adhibita, ut cōſumptus ignis extinguitur, & quaſi poma ex arboribus cruda ſi ſunt, ui uelluntur, ſi matura & cocta, decidunt. *ibidem.*

Sicut uitam adoleſcentibus uis aufert, ſenibus maturitas. *ibidem.*

Omniū ætatū certus eſt terminꝰ, ſenectutis aūt nullus eſt certus terminus. *Idem de Senectute.*

Ergo ut ſuperiorum ætatum ſtudia decidūt, ſic etiam occidunt ſenectutis. *ibidem.*

Leuis eſt ſenectus, non ſolum nō moleſta, ſed etiam iucunda. *ibidem.*

Moderati autem ſenes, nec difficiles, tolerabilem ſenectutem agunt. *ibidem.*

Neq; enim in ſumma inopia leuis eſſe ſenectus poteſt. *ibidem.*

Aptiſſima ſunt oīno arma ſenectutis. Scipio & o Læli artes exercitationesq; uirtutum, quæ in oīi ætate cultæ cū diu multumq; uixeris, mirificos afferunt fructus, nō ſolum quia nunq̄ deſerunt hominem nec extremo quidem tempore ætatis, quāq̄ id q̄dē maximū eſt, uerū etiā qa conſcientia bene actæ uitæ malorumq; beneſactorū recordatio iucundiſſima eſt. *ibidem.*

Eſt etiā quiete, pure & elegāter actæ ętatis placida ac leuis ſenectus. *idem li. de Senectute.*

Sua enim uitia inſipientes, & ſuam culpam in ſenectutem transferunt. *ibidem.*

Nihil igitur afferunt, qui in re gerēda uerſari ſenectutem negant. *ibidem.*

Non uiribus aut uoluptatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur: ſed conſilio, auctoritate & ſententia, quibus non modo orbari, ſed etiam augeri ſenectus ſolet. *Ibidem.*

Conſiliū, ratio, ſentētia cōſtant in ſenibus, q̄ niſi in illis eſſent, ſummū conſiliū maiores noſtri non appellaſſent ſenatum. *idem de Senectute.*

Temeritas eſt uidelicet florentis ætatis, prudentia ſenectutis. *ibidem.*

At memoria minuitur credo, niſi eā exerceas, aut etiam ſi ſis natura tardior. *ibidem.*

Neq; uero quenq̄ ſenem audiui oblitum, quo loco theſaurum obruiſſet. Omnia quæ curant, meminerunt. *ibidem.*

Manent ingenia ſenibus modo permaneat ſtudium & induſtria. Neq; ea ſolum in rariſ & honoratis uiris, ſed in uita etiam priuata & quieta. *ibidem.*

Nemo eſt tam ſenex, qui ſe adhuc annū nō putet uiuere poſſe. *Cicero libro de Senect.*

Aedepol ſenectus ſi nihil quicquā aliud uitiꝫ apportes, unum cum aduenis, unum id ſat eſt, q̄ diu uiuendo, multa quæ non uult, uidet. *ibidem.*

Facit perſæpe ipſa ſibi audientiam, diſerti ſenis copioſa & mitis oratio. *ibidem.*

Quid enim iucundius ſenectute ſtipata ſtudiis iuuentutis. *ibidem.*

Libidinoſa enim & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. *Idem libro de Senectute.*

Poteſt igit exercitatio & intemperantia etiā in ſenectute conſeruare aliquid priſtini roboris. *Cicero Rhetor. nouo libro 4.*

Non omnia concedenda ſunt antiquitati. *Saluſt. in Iugurtha.*

Omnia orta occidunt, aucta ſeneſcunt. *Valerius Maximus libro 2.*

Senectuti iuuētus ita cumulatū & circumſpectū honorē reddebat, tanq̄ maiores natu adoleſcentium communes patres eſſent. *ibidem.*

Inuitati ad cœnā diligēter quęrebāt, q nā ei cōuiuio eſſent interfuturi. Ne ſeniores aduentum diſcubitu præcurrerent, ſublataq; mēſa, priores cōſurgere, & abire parebant. Ex quibus apparet cœnæ quoq; tpe q̄ parco, & q̄ modeſto his præſentibus ſoliti ſunt uti. *Idem libro 4.*

Validior ēt ætas imperiū Romanū rexit, & duplicauit. Senectus excellentiſſimis ornamentis decorata inaltiſſimo maieſtatis faſtigio fulſit. *Idem libro 8.*

Gorgias Leontinus cū cēteſimū & ſeptimū annū ageret, interrogatꝰ quapropter rādiu uiuere uellet, ꝙ nihil inqt habeo q̄ ſenectutē meā accuſem. Quid iſto tractu ætatis aut lōgius aut beatius? Iam alterū ſeculū ingreſſus, neq; in hoc quereram illam inuenit, neq; in illo reliquit.

Homerus in Iliados uerba ſunt Agamemnonis ad Neſtorem.

Ὦ γέρον, εἴθ' ὡς θυμὸς ἐνὶ σήθεσι φίλοισιν,
ὥς τοι γοῦνα θέοιτο, βίη δέ τοι ἔμπεδος εἴη: id eſt,

O ſenex utinam ut animus in pectoribus amicis
Sic tibi genua reſponderent, uiſq; tibi firma eſſet.

idem in eodem uerba Neſtoris.

βουλὴ, καὶ μύθοισι τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων. id eſt,

Adhortabor conſilio & ſermonibus, hoc enim munus eſt ſenum. Phocylides.

ἀεὶ δὲ ἰσάει πολιοκροτάφους, ἴσχει δὲ γέροντας.
ἔδρη καὶ γεράων πάντων, γενεὴ δὲ λαοτάλαντον. id eſt,

Venerare cana tẽpora habẽtes, cede ſenibus in ſedendo.
& in officijs omnibus, nobilitatiq; æqualiter. idem.

πρέσβυν, ὑμήλικα πατρὸς ἴσαιο τιμᾶσ γέρασι. id eſt,

Senẽ coæ tancũ patris æqualib9 honorib honora. Men.

ἅπαντ' ἀφανίζει γὴρασ ἰσχύν σωματος. id eſt,

Omnem delet ſenectus uim corporis. idem.

γνῶμαι δ' ἀμείνουσ' εἰσὶ τῶν γεραιτέρων. id eſt,

Sententiæ autem meliores ſunt ſeniorum. idem.

κακὸν τὸ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

καλὸν τὸ γηρᾶν, καὶ τὸ μὲν γηρᾶν πάλιν. id est,
Pulchrum senescere, & non senescere rursus. *idem.*
ὁ χλιηρὸς ἀνὴρ ἐστὶν ἐν νέοισι γέρων. id est,
Modestus uir est inter iuuenes senex. *idem.*
πολία χρόνου μόνυσιν ὀυ φρονέσεως. id est,
Canities temporis indicium non prudentiæ. *idem.*
φοβοῦ τὸ γῆρας ὀυ γὰρ ἔρχεται μόνον. id est,
Time senectutem, non enim uenit sola. *idem.*
ἀχαλεπὸν τὸ γῆρας ἐστὶ ἀνθρώποισι βαρύ. id est,
Difficile senectus est hominibus onus. Philo.
ἀσ πολιαὶ σὺν νῷ γεραρώτεραι αἱ γὰρ ἄτερ νοῦ,
μᾶλλον τῶν πολλῶν ἔισιμ ὀνῆλιθ ἔτων. id est,
Canities cũ mente honorabiliores. Quæ enim sine mente, magis multorũ sunt uituperium annorũ. Lucilius.
ὕτισ γηράσας ἵλεων ἔυχεται ἄξιος ἐστὶ
γηράσκειν πολλῶν εἰσ ἐτέων λελακέλας. id est,
Si quis senescens uiuere precatur, dignus est
Senescere multorũ in annorũ decadas. Menecrates.
γῆρας ἐπὰν μὲν ἀπῇ, πᾶσ ἔυχεται, ἦρι, λίσ ποτ ἔλθῃ,
μίμφεται ἐστὶ δ' ἀεὶ κρατερὸν ὀφειλόμενον. id est,
Senectus dũ quidẽ abest, quilibet optat. Si uero unꝫ accesserit accusatur. Est autem semper melior debita.
Plautus in Cistellaria.
Multiloqua est hæc anus. idem in Epidico.
Profecto deliramus interdũ senes. Idem in Bacchi.
Non omnis ætas ludo conuenit. Teren. comœ. ult.
Senectus ipsa morbus est. Virg. Buco. Aegloga 9.
Omnia fert ætas, animum quoꝫ.
Ouidius Tristium libro 5. Elegia 2.
Scilicet exiguis prodest annosa uetustas.
Grandibus accedunt tempore damna malis.
Ouidius Metamor. lib. 6. fabula 1.
Non omnia grandior ætas
Quæ fugiamus habet, seris uenit usus ab annis,
Plura tamen memini. Idem libro 4. fabula 4.
Tremulcꝫ gradu uenit ægra senectus.
Quæ patienda diu est. Horat. in arte poetica.
Multa senem circumueniunt incommoda, uel quod
Quærit, & inuentus miser abstinet, ac timet uti:
Vel quod res omnes timide gelideꝫ ministrat,
Dilator, spe longus, iners, auidusꝫ futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor castigatorꝫ minorum.
Multa ferunt anni uenientes commoda secum
Multa recedentes adimunt. Iuuenalis satyra 10.
Vna senum facies cum uoce trementia labra
Et iam leue caput, madidiꝫ infantia nasi.
Frangendus misero gingiua panis inermi,
Vsqueadeo grauis uxori, natisꝫ sibiꝫ. Ibidem.
Non eadem uini, atꝫ cibi torpente palato.
Gaudia, nam coitus tam longa obliuio, uel si
Coneris, iacet exiguus cum ramice neruus
Et quamuis tota palpetur nocte iacebit. ibidem.
Clamore opus est, ut sentiat auris,
Quem dicat uenisse puer, quot nutriet horas. ibidem.
Ille humero hic lumbis, hic coxa debilis, ambos
Per diuit ille oculos, & luscis inuidet, huius
Pallida labra cibum captant digitis alienis. ibidem.
- Sed omni

Membrorum damno, maior dementia, quæ nec
Nomina seruorum, nec uultum agnoscit amici,
Cum quo præterita cœnauit nocte.

Iuuenalis satyra 13.
Improbitas illo fuit admirabilis æuo.
Credebant hoc grande nefas & morte piandum.
Si iuuenis uetulo non assurrexerat, & si
Barbaro cuicunꝫ puer licet ipse uideret
Plura domi farra, & maiores glandis aceruos
Tam uenerabile erat præcedere quatuor annis,
Primáꝫ par adeo sacræ lanugo senectæ.
Francis. Petrar. Triumpho mortis c. 1.
Eglie pur il megliore
Fugir uechiezza, & suo multi fastidi.

Sensus græce αἴσθησισ & ὐ & αἰσθητὸσ οῦ ὁ sensibilis dicitur. Est autem sensus potentia passiua, sec. b. Tho. prima parte q. 79. art. 3.

Sensus exteriores sunt tantũ quinꝫ, secundũ modos immutationis ab obiectis. s. uisus, auditus, olfactus, gustus & tactus, secundũ b. Tho. prima parte q. 78. arti. 3.

Sensus interiores, secundum Aristo. sunt tantũ quatuor, secũdum quatuor modos operationum, s. Sensus communis, imaginatiua, æstimatiua in alijs animalibus, siue cogitatiua in homine, & memoratiua, sensitiua: licet sint quinꝫ, secundum Auicennam, s. sensus cõmunis, imaginatiua, phantasia, æstimatiua, & memoratiua, sensitiua secũdum eundem, prima parte, q. 78. art. 4o. De his sensibus tam interioribus ꝫ exterioribus, uide supra in arbore Animæ. A sensu dicitur sententia, de qua infra.

Sensibile proprium est quod non contingit altero sensu sentiri, & circa quod non contingit errare, secundum Aristo. libro 2. de Anima.

Sensualitas dicitur à sensu, & est uis appetitiua sensitiuæ partis, secundum beatum Thomã prima parte, q. 81. arti. 1.

Sensualitas proprie nominat potentiã appetitiuã tantũ. Sensibilitas uero comprehendit oẽs uires sensitiuas, s. apprehensiuas & appetitiuas, secun. eundem 4. sen. dist. 24. q. 2. art. 1. cap.

Sententia græce διάνοια ασ ἡ & διανοέω animaduerto dicitur. Est autem sententia determinata acceptio alterius partis contradictionis, secundum beatum Tho. 3. sen. dist. 23. q. 3. artic. 2.

Sentire unde sententia deducit, proprie est sensu percipere, quod ad corpus duntaxat pertinet, unde quinque corporis sensus sunt appellati, de quibus supra. Interdum sentire ponitur pro intelligere. Nonnunquam iudicare. Hinc etiã sententia deriuatur, quꝫ & sic diffinitur:

Sententia est iudicialis diffinitio, quæ controuersijs finem imponit, pronuntiatione competens iudicis, cõdemnationem uel absolutionem continens, secundum Gofre.

Sententia est applicatio iuris ad particulare factum, secundum beatum Thomam prima secũ. q. 96. art. 1.

Sententia est non de singularibus, sed de uniuersalibus enuntiatio, nec de omnibus uniuersalibus, sed de quibuscunꝫ operationes sunt, quę ad agendum eligenda uel fugienda sunt, secundum Aristotelem libro 2. Rhetor.

sepul-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

SEpultura græce τάφος ου ὁ & θάπτω ſepelio dicitur. Eſt autem ſepultura locus concauus in loco eccleſiaſtico, uel cœmiterio facto, in quo corpus catholici conquieſcit, uel ſepulchrum eſt locus concauus, in quo oſſa defunctorũ condun tur.

Sepultura inuenta eſt, ne horror & fœtor ſit uiuis, & ad fidẽ reſurrectionis futurę, & ut oretur pro defunctis ex b. Tho. 4. ſen. di. 15. q. 2. ar. 3. Sepultus non dicit, quaſi ſine pulſu, ut quidam uolunt, ſed à ſepeliendo. Sepelio uero à ſepiendo, quia cadauer terra, uel lapide, uel alio genere materię circũſepitur ſepultura mõ ipm ſepulchrum ſignificat, modo actũ ipſum ſepeliendi. *Auguſt. de cur. agenda pro mortuis.*

Nec aliquid nocet fidelibus negata eorũ corporibus ſepultura, nec ſi exhibeatur, aliquid infidelibus prodeſt.

Auguſt. & habetur 13. q. 2. cap. Quibus pcta.

Quibus peccata dimiſſa non ſunt, à ſacris locis poſt mortẽ adiuuari nõ poſſunt. Quia quos peccata grauiora deprimũt, ſi in ſacris locis ſe ſepeliri faciunt, reſtatue de ſua præſumptiõe iudicentur, quatenus eos ſacra loca non liberant, ſed de culpa temeritatis accuſant.

Hieron. contra Iouinianum cap. 36.

Maſſagetæ & Derbites miſerrimos putãt, qui ægrotatione moriantur, & parentes, cognatos, propinquos, cum ad ſenectam uenerint, iugulatos deuorant: rectius eſſe dicentes, ut à ſe potius, quàm à uermibus comedantur. Tibareni quos dilexerint ſenes ſuſpendunt in patibulis. Hircani uolucribus & canibus ſemiuiuos proiiciunt. Capſi beſtijs mortuos proiiciunt. Scythæ eos q à defunctis amati ſunt, uiuos infodiunt cum oſſibus mortuorum. Bactri canib⁹ ad hoc ipſum nutritis obiiciunt ſenes. Quod cum Alexandri præfectus Nicanor emendare uoluiſſet, pene amiſit prouinciam.

Grego. & hab. 13. q. 2. c. Cum grauia.

Cum grauia peccata non deprimũt, tũc prodeſt mortuis, ſi in eccleſia ſepeliãtur: quia eorũ proximi quoties ad eadem ſacra loca ueniũt, ſacramq; ſepulturam aſpiciunt, recordantur, & p eis domino preces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimũt, ad maiorẽ cumulũ damnationis, q̃ ad ſolutionem eorũ corpora in eccleſijs ponuntur. *Ioannes Chryſoſtomus.*

Vbicũq; ſepeliamur, dñi eſt terra & plenitudo. Secundũ q̃ oportet fieri, efficiat. Legere aũt, & deplorare, & lamentari eos qui ab hac uita decedũt, ex puſillanimitate contingit; hoc aũt ex deſperatione futuræ reſurrectionis intelligitur.

Cicero libro 2. de Legibus.

An mihi quidem antiquiſſimum ſepulturæ genus id fuiſſe uidetur, quo apud Xenophontẽ Cyrus utitur. Reddit enim terræ corpus & ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur, eodemq; ritu in eo ſepulchro, quod procul ad fontis aras regem noſtrum Numam conditum accepimus, gentemq; Corneliam uſq; ad memoriam noſtram hac ſepultura ſcimus eſſe uſam. *ibidem.*

Hoiem mortuũ inquit lex in 12. tabulis in urbe ne ſepelito, neue uritо. *Cic. Tuſc. q. lib. 1.*

Quid Cireneum Theodorum philoſophum non ignobilem, nonne miramur? Cui cum Lyſimachus rex crucem minaretur. Iſtis quæſo minę iſta horribilia minitare purpuratis tuis. Theodori quidem nihil intereſt humi ne an ſublime putreſcat. *Cicero ibidem.*

Præclare Anaxagoras qui cũ Lampſaci moreretur, quærentibus amicis uellentne Claromenas in patriã, ſi quid acciduiſſet auferri. Nihil neceſſe eſt inquit. Vndiq; enim ad inferos tantundem uiæ eſt. *ibidem.*

Sed quid ſingulorũ opiniones animaduertã, nationũ uarios errores proſpicere cum liceat. Condunt Aegyptij mortuos, & eos domi ſeruant. Perſæ etiam cæra circumlitos cõdunt, ut q̃ maxime permaneant diuturna corpora. Magorum mos eſt non humare corpora ſuorum, niſi à feris ſint ante laniata. In Hircania plebs publica alit canes optimates domeſticos. Nobile autem genus illud canum dicimus eſſe. Sed p ſui quiſq; facultate parat, à quibus lanietur, Eaq; illi optimam eſſe cenſent ſepulturam:

Virgilius 2. Aeneidos.

Factus tactura ſepulchri.

Lucanus libro 7. Pharſaliæ in fine.

Libera fortuna mors eſt, capit omnia tellus
Quæ genuit cælo tegitur qui non habet urnam.

Serenitas græce αἰθρία ας ἡ & αἴθριος α ον ὁ ſerenus dicitur. Eſt autem ſerenitas quies aeris, ſecundum b. Tho. ſuper lib. Met. 3. lec. 6. fi. A ſerenus fit ſereno uerbum, hoc eſt trãquillo clarifico. Virgil. Vultu quo cœlum tempeſtates q̃ ſerenat. Trãſfertur nonnunq̃ ad animum, unde mẽtis ſerenitas. Serenus, ut quibuſdam placet, a ſero, ris, deducitur: quoniam tempus tranquillum, ſine nubibus, ſine imbre, ſationi maxime aptum eſt.

Sermo græce λογος ου ὁ. Et eſt idẽ quod loquela. Dicitur autem a conſerendis ſimul compoſitis & cõtextis uerbis. Hinc ſermocinor loquor. Et ſermocinatio collocutio.

De hac materia uide ſupra in Lingua, & infra in Taciturnitas.

SEruitus græce δουλεία ας ἡ & δοῦλος η ὁ ſeruus dicitur. Eſt aũt ſeruitutis inſtitutio iuris gentium, quia quaſi dño alieno contra naturã ſubijcitur, ut hab. inſt. de iure perſonarũ. ꝯ. Seruitus. Dicit aũt ſeruus, q̃ in bello ſerui nõ necabant, ſed uiui ſeruabant. Eius diminutiuũ eſt ſeruulus, & ab hoc ſeruilis, & aduerbiũ ſeruiliter: ſeruitus de q̃ ſupra, & ſeruitiũ, q̃ in ſingulari eſt ipſa ſeruitus. Teren. Ego hoc tibi pro ſeruitio debeo, conari manibus & pedibus. In plurali uero interdum ipſi ſerui. Saluſt. Interea ſeruitia repudiabat.

Exodi cap. 21.

Qui percuſſerit ſeruum ſuum uel ancillã uirga, & mortui fuerint in manib. eius, criminis reus erit. Si aũt uno die uel duobus ſuperuixerint, non ſub-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

non ſubiacebit pœnæ, quia pecunia illius eſt.

Prouerbiorum cap. 19.

Non decent ſtultum delitiæ, nec ſeruum dominari principibus. *Eccle. cap. 33.*

Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi aïa tua.

Paulus ad Coloſſ. cap. 3.

Serui obedite dominis carnalibus per omnia, nõ ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis timẽtes dominum. *Idem ad Ephe. cap. 6.*

Serui obedite dominis carnalibus in timore, & tremore, & ſimplicitate cordis ſicut Chriſto.

Ioannis cap. 8.

Qui enim facit peccatum, ſeruus eſt peccati.

Petrus apoſtolus 1. cap. 1.

Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis.

Auguſt. libro 4 de ciui. dei.

Bonus etiam ſi ſeruiat, liber eſt: malus autẽ ſi regnat, ſeruus eſt: nec eſt unius hominis, ſed q̃ grauius eſt, tot dominorum, quot uitiorum.

Auguſtinus ibidem libro 20.

Conditio ſeruitutis iure intelligit̃ interpoſita peccatori. *Hiero. in epiſt. ad Simplicianum.*

Et ſapienti ſeruire libertas, ex quo colligit̃ q̃ ſtulto imperare ſeruitus eſt: & quod peius eſt, quod paucioribus præſit, pluribus dominis & grauioribus ſeruit. Seruit enim propriis paſſionibus, ſeruit ſuis cupiditatibus: quarũ dominatio, nec nocte nec die fugari poteſt, quia intra ſe dominos habet, intra ſe ſeruitiũ patitur intolerabile. *Hieronymus epiſt. 92.*

Querulum enim genus ſeruorum eſt.

Ambro. de Iacob & uita beata libro 2.

Seruit, quicunq; uel metu frangitur uel delectatione irretitur, uel cupiditatibus ducitur, uel indignatione exaſperatur, uel morte deiicitur, ſeruilis enim eſt omnis paſſio.

Gregorius in Regiſtro cap. 17.

Liquet q̃ omnes homines natura æquales genuit, ſed uariante meritorum ordine, alios alijs culpa præponit. Ipſa quidem diuerſitas quæ acceſſit ex uitio, diuino iudicio diſpẽſatur: & quia omnis homo æque ſtare non ualet, alter regatur ab altero.

Greg. ſupillud Gene. 9. Terror ueſter & tremor ſit ſup cuncta aïalia terræ.

Homo animalibus irrationabilibus, nõ cæteris hominibus natura prælatus eſt, Idcirco dicitur ei, ut ab animalibus, non ab hominibus timeatur. Quia contra naturam ſuperbire, eſt ab æquali uelle timeri.

Seneca epiſt. 48. alloquens imperatorẽ.

Cũ ſeruis familiariter uiuere decet prudentiã tuam. Serui ſunt, imo homines. Serui ſunt, imo contubernales. Serui ſunt, imo humiles amici. Serui ſunt, imo cõſerui, ſi cogitaueris tantundẽ in utroſq; licere fortunæ. Itaq; rideo iſtos q̃ turpe exiſtimant cum ſeruo cœnare. Quare? niſi ſuperbiſſima conſuetudo cœnantẽ dominũ fiantium ſeruorum turba circũcingi, maieſtatis ſuæ diminutionem putat ad eandem menſam cum ſeruo accedere. *Seneca ibidem.*

Vis tu cogitare iſtũ, quẽ ſeruum dicis ex eiſdem ſeminibus ortum, eodem cibo frui æque ſpirare, æque mori. Noli ergo de uſu ſeruorũ diſputare, in quo ſuperbiſſimi & amariſſimi & crudeliſſimi ſumꝰ. Hæc tamẽ præcepti mei ſumma eſt, ut ſic cum infimo uiuas, quemadmodum ſuperiorem tecum uiuere uelis. *Seneca ibidem.*

Neſcis qua ætate Hecuba ſeruire cœpit qua Croeſus, qua Darij mater, qua Plato, qua Diogenes? uiue cum ſeruo clementer, uiue comiter. In ſermone iſtum admitte, in conſilium & conuictum. *ibidem.*

Colant te ſerui tui potius quàm timeant.

Seneca Tragœdia 3.

In ſeruitutem cadere de regno graue eſt.

Ariſtoteles libro Oeconomi.

Oportet ſeruis dare operã & uictũ ſufficientẽ, quia ſine mercede impoſſibile eſt dominari. Victus autem eſt merces ſeruo. *ibidem.*

Impoſſibile eſt negligentibus dominis, ſeruos ſolicitos eſſe. *Ariſt. libro 1. Politic.*

Dupliciter dicitur ſeruus, uno modo ſecundum naturam, alio modo ſecundum legem poſitam. *Cicero libro Paradoxorum.*

Quis neget, omnes leues, omnes cupidos, omnes denicq; improbos eſſe ſeruos? An ille liber mihi uidet̃, cui mulier imperat, cui leges imponit, præſcribit, uetat, iubet quod uidetur, qui nihil imperanti negare poteſt, nihil recuſare audet. Si poſcit, dandum eſt, ſi uocat, ueniendũ: ſi eiicit, abeundum: ſi minatur, extimeſcendum. Ego uero non iſtum modo ſeruum, ſed nequiſſimum ſeruum, etiam ſi in ampliſſima familia natus ſit appellandum puto. An etiam eorum ſeruitus dubia, qui peculij cupiditate nullam conditionẽ recuſant duriſſimæ ſeruitutis, hæreditatis ſpe q̃d iniquitatis in ſeruiendo nõ ſuſcipitur, quem nutum locupletis orbi ſenis non obſeruat? Loquitur ad eius uoluntatem, quicquid denuntiatũ ſit facit, aſſentatur, aſſidet, inuitat. Quid horum eſt liberi? Quid denicq; ſerui non inertis? Quid ĩa illa cupiditas, quæ dicitur eſſe liberalior honoris, & imperij prouinciarum, q̃ dura eſt domina, q̃ imperioſa, q̃ uehemens, Iudex uero quantum habet dominatũ, quo timore nocentes afficit. An non eſt oñ is metus ſeruitus oñ is? an debilitas? an humilis & fracta timiditas ſeruitus eſt?

Phocylides.

γαστρὸς ὀφειλόμενον δασμὸν παρέχω θεράποντι. id eſt,
Ventris debitam mercedem præbe ſeruis. *idem*

δοῦλῳ τακτά νέμοις, ἵνα τοι καταθύμιος εἴη. id eſt,
Seruo pacta tribuas, ut tibi benevolus ſit. *idem.*

στίγματα μὴ γράψῃς ἐπ' ὀφθαλμοῖσι θεράποντα. id eſt,
Notas ne inuras uituperans ſeruum. *idem.*

λώβητον καὶ βουλὴν μὴ δίκετο εὐφρονέοντος. id eſt,
Cape etiã conſiliũ a famulo bene ſentiẽte. *Menandro*

μακάριος ὁ τοῖς μακαρίοις ὑπηρετεῖ. id eſt,
Beatus qui beatis ſeruit. *idem.*

ὡς ἡδὺ δοῦλῳ δεσπότ' ἐχρηστὸν τυχεῖν. id eſt,
Quam ſuaue eſt ſeruo dominum bonum nanciſci.

Terentius

Terentius comœdia 5.

Seruum hominē cauſas orare leges non ſinunt. Clau.
Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira,
Seruicij patiere iugum, tolerabis iniquas
Interitus leges, tunc omnia iura tenebis:
Si poteris rex eſſe tui. Iuuenalis
Maxima quæq; domus ſeruis eſt plena ſuperbis.

Seueritas græce ἀυστηροτὴς ατὸς & ὁ αὐστηρὸς ὁ ſeuerus dicitur. Eſt autem ſeueritas uirtus inflexibilis circa inflexionem pœnarum, quādo recta ratio requirit hoc, ſecundum hea Tho. 2.2. q. 157. art. 2.

Seuerus aliqñ ſignificat grauem & cenſorium, & dicit quaſi ſemper uerus, nec ulla gratia, aut illecebris mutabilis. Virg. Curibusq; ſeuere. Aliquando aſperum, triſtē. Interdū ſæuum implacabilem. Vir. Amnemq; ſeuerum Eumenidum aſpicies. Nonnunq; triſtem, ſolicitū. A ſeuerus fit ſeueritas, hoc eſt grauitas cōſtantia, aſperitas, triſtitia. Hinc etiam aſſeuero uerbum q eſt cum ui quadam, ac motu animi, quaſi cum ſeueritate aliquid affirmo, à quo aſſeueratio deriuatur. Item perſeuero, q eſt cum quadam conſtantia & quaſi pertinacia duro. Hinc perſeuerātia, hoc eſt conſtantia & pertinacia, de quibus ſupra.

Signum græce σημεῖον ου τὸ & σημαινω ſignifico dicitur. Signū quantū eſt in ſe importat aliqd manifeſtū q ad nos quo manu ducimur in cognitionē alicuiꝰ occulti, ſec. b. Th. 4. ſen. di. 1. q. 1, ar. 1

Signū ꝓprie eſt quædā parua ſignificatio indicans totius rei qualitatē. Terē. Vide nū eius color pudoris ſignum uſquā indicat. Eſt etiam ſignū opus ſculptibile, & ad alicuius animalis effigiem formatū, unde & ſigna & tabulas, pcelatis opibus atq; depictis dicim9. Hinc duodecim ſigna cœleſtia q in zodiaco ſunt, qa notę quorū dam aīalium ſunt, & q in his uerſibus cōtinent.

Sunt aries taurus gemini cancer, leo, uirgo.
Libraq; ſcorpius, arcitenens, caper amphora, piſcis.

Significatio græce σημασια ατὸς & σημαντικὸς σὺ ὁ ſignificatiuus dicitur. Eſt autē ſignificatio excogitationis formatæ per ſigna, ꝓ uerba demonſtratio. Et fit potiſſime per locutionē quæ eſt uocalis prolatio cum intentione ſignificandi uel proferendi, quare non eſt irrationalium.

Similitudo græce ὁμοιότης τος ἡ & ὅμοιος ου ὁ ſimili, dicitur. Eſt autem ſimilitudo relatio æquiparantiæ; non tamen ſemper denominat utrunq; extremorum, ſed tantum quando forma eſt æq̄liter & eadem ratione in utroq; extremorum, ex b. Tho. 1. parte q 4. art. 3.

Similitudo ab imagine quid differat, uide ſupra in Imago.

SImonia græce ἱεροπωλεῖα ατὸς ἡ dici poteſt. Et eſt ſtudioſa uoluntas emendi uel uendendi aliquid ſpirituale, uel ſpirituali annex, opere ſub tecto, ſecundum Panor. in c. Nemo extra eo, & b. Tho. 2. 2. q. c. art. 3.

Simonia dici uideť à Simone mago, qui donū ſpirituſſancti emere uoluit, ut ea uenditione ſignoꝝ quæ ꝓ eum fierent multiplicatā pecuniam lucraretur. Et ſic illi qui ſpūalia uendunt cōformant Simoni mago in intentiōe, in actu uero illi qui emere uolūt. Illi autē qui in actu uendunt imitanť Giezi diſcipulū Heliſæi, de quo legiť 4. Reg c. 5. q accepit pecuniā à leproſo mundato. Vñ uenditores ſpūalium poſſunt dici, nō ſolū ſimoniaci, ſed etiā giezitæ, ex b. Tho. 2. 2. q. c.

Auguſt. & hab. 1. q. 1. c. Sicut.

Sicut eunuchus fuit qui ioſeph cōparauit, ita qui gratiam mereať uiuum ſemen non habet ſicis genitalibus: ſic quoq; ignis ſacrificij q per 70. annos Babyloniæ captiuitatis ſub aqua uixerat, extinctus eſt Anciocho Iaſoni uendenti ſacerdotiū, quod ſignificauit ſpūſſancti ignē non lucere in ſimoniacorum ſacramentis.

Hiero. in epiſt. & hab. 1. q. 1. Nunquam.

Sæpe ſiniſtra principia ad fœlices perueniunt exitus, ut Iacob per ſupplantationē peruenit ad benedictionem: ut leges quæ leproſa manu ſcribitur, munda tamen metitur, & ex adulterino cōcubitu pulchra ſoboles naſcitur, ſic & pecunia quæ per ſimoniam acquiritur, fœliciē habet exitum, cum pauperibus profutura erogať: ſed nihil horum ſimoniacis patrocinatur.

Amb. in li. Paſt. & hab. 1. q. 1. c. Reperiuntur.

Reperiunť q plurimi negatione muneris mercari uelle gratiam ſpūſſancti, dum illi pretiū donāt, ut pontificalis ordinis ſublimitatē accipiāt, obliti uerboꝝ Petri, qui dixit ad Simonem: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia exiſtimaſti donum dei pecunia poſſidere.

Amb. de myſteriis, & ha. 1. q. 1. c. Cum ordina.

Cum ordinareť epiſcopus, q dedit, aurū fuit: quod perdidit, anima fuit. Cū alium ordinaret, quod accepit aurū fuit: quod dedit, lepra fuit.

Grego. in Regiſtro, & hab. 1. q. 1 cap. Presbyter.

Presbyter ſi per pecuniam eccleſiā obtinuerit, non ſolum eccleſia priuetur, ſed etiam ſacerdotij honore ſpolietur, quia altare & decimas, & ſpiritum ſanctum emere uel uendere ſimoniacā hæreſim eſſe nullus fidelium ignorat.

Gregor ibidem ca. Quicunq;.

Quicunq; ſacros ordines uendūt aut emūt, ſacerdotes eſſe non poſſunt, unde ſcriptū eſt: Anathema danti, anathema accipienti, hæc eſt ſimoniaca hęreſis. Quomodo ergo ſi anathema ſunt, & ſancti nō ſunt, ſanctificare alios poſſunt? & cū in Chriſti corpore non ſint, quomodo Chriſti corpus tradere, uel accipere poſſunt: qui maledictus, benedicere quomodo poteſt?

Ibidem cap. Cum omnis.

Cum oīis auaritia idolorū ſit ſeruitus, quiſq; hanc & maxime in dandis eccleſiaſticis honoribus uigilanter non præcauet, infidelitatis perditioni ſubijciť: etiam ſi tenere fidem uerbis, quā negat factis, uideatur.

Gregorius in tractatu Euangeliorum, & ha. 1. q. 1. Sunt nonnulli.

Qui ergo ſacros ordines tribuit, tunc ab oīa munere manus excutit: quādo in diuinis rebus

non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

non ſolum pecuniam nullam, ſed nec etiã humanam gratiam requirit.

Dantes inferni Cant. cap. 19.

O Simon mago, o miſeri ſequaci:
Che le coſe de Dio che di bontate
De uono eſſere ſpoſe, uoi rapaci
Per oro & per argento adoltorate:
Hor conuien che por uoi ſoni la tromba,
O ro che ne la terſa boglia ſtate. id eſt,
O Simon mage, o miſeri ſequaces,
Qui res diuinas quæ bonitatis
Debent eſſe ſponſæ, uos rapaces
Ob aurum & argentum adulteratis,
Nunc opus eſt, ut uobis tuba ſonet.
Quoniam in tertia uoragine ſiti eſtis.

SImplicitas græce ἁπλοτης & ἁπλοῦς ὁ ſimplex dicitur. Eſt autẽ ſimplicitas uirtus ad quã pertinet directe præſeruare ſe a deceptione, ſecundum bea. Thom. ſecunda ſecundæ q. 111. art. 3.

Simplicitas duplex eſt. Quædam enim eſt cõtraria diſcretioni, quæ reprobat. Quædam contraria dolo ſitati quæ bona eſt, de qua in euangelio. *Eſtote ſimplices ſicut colũbæ.* *Iob cap. 8.*
Deus non proji.iet ſimplicem. *Prouerb. ca. 2.*
Simplices permanebũt in terra. *Prouer. ca. 10.*
Qui ambulat ſimpliciter ambulat cõfidenter.

ibidem cap. 11.

Simplicitas iuſtorum diriget eos. *Prou. cap. 20.*
Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua, beatos poſt ſe filios relinquet. *Ibidem ca. 28.*
Melior eſt pauper ambulãs in ſimplicitate ſua, quàm diues in prauis itineribus. *Prou. ca. 29.*
Viri ſanguinũ oderunt ſimplicem, iuſti autẽ quærunt animam eius.

Auguſt. ſuper Ioan. homilia 2.

Simplex eris ſi te mundo nõ implicaueris, ſed explicaueris. Explicando enim te à mundo ſimplex, implicando duplex eris.

Hieron. ad Ruſticum Monachum.

Habe ſimplicitatẽ columbæ, ne cuiq; machineris dolos, & aſtutiam ſerpentis, ne alios ſupplanteris inſidijs: quia nõ multũ diſtat in uitio, aut decipere, aut decipi poſſe.

Hieronymus ſuper Oſeæ.

Prudẽtia abſq; ſimplicitate malitia eſt, & ſimplicitas abſq; ratiõe ſtultitia nominat. *ibidem.*

Nihil diuitius uiro ſimplici, quid enim ſimplicitati diutius: quæ ſicut bonus pater familias ſatis ſibi abundat, & ſua puritate contenta non q̃rit alienum, nec abrodit: ſed de cæteris fingit, nec ſe in artes uariat ſæpe commutat, ſicut aſtutia quæ ut quomodo ſit cauta, timet omnia, nec ſuis conſilijs credit, uerſat ipſa ſuas ſententias: ſimplicitas autem timere non nouit.

Gregorius lib. 1. Moralium, tractans illud
Eſtote prudentes.

Vtraq; bena in admonitione cõuertit, ut ſimplicitatem columbæ aſtutia ſerpentis inſtrueret, & rurſus ſerpentis aſtutiam columbæ ſimplicitas temperaret.

idem lib. 12. Moralium.

Nihil ſimplici corde fœlicius, qa innocentiã erga alios exhibet. Nihil eſt quod pati ab alijs formidet; habet enim quaſi artem quãdam ſimplicitatem ſuam, nec ſuſpectus eſt pati q̃ ſe feciſſe non meminit. At contra mens praua ſemper in laboribus eſt, quia aut molitur mala quæ infert aut metuit, ne ſibi hæc ab alijs inferantur.

Bernardus ſermone 25.

Omnibus uobis in conuerſionis initio nulla uirtus magis neceſſaria eſt, quàm ſimplicitas humilis, & grauitas uerecunda.

Beda de templo Salomonis lib. 1.

De beato Iob dicit, quod erat ſimplex & rectus. Simplex uidelicet per innocentiã manſuetudinis, rectus cautela diſcretionis. Simplex, qa nullum ledere, imo prodeſſe deſiderabat. rectus quia ſe à nullo corrumpi permittebat.

Beda ibidem.

Simplicitas ſine rectitudine diſſoluta eſt & ſtulta; rectitudo autem ſine ſimplicitate auſtera nimium exiſtit & dura, uerum utraq; uirtus conjuncta, perfectum reddit hominem.

Simulatio græce ὑποκρισις & ὑποκριτης ὁ ſimulator dicitur. Eſt aũt ſimulatio ꝓprie mendacium in ſignis factorum exteriorum, ideo ſemper eſt peccatum. Sed large ſumitur pro fictione, ſecundũ b. Tho. ſecũda ſec. q. 111. art. 1.

Simulo & diſſimulo ita differũt. Simulamꝰ eẽ eſſe ea quæ nõ ſunt, Diſſimulamus ea nõ eſſe quæ ſunt. A ſimulo fit ſimultas, hoc eſt odiũ, q̃ qui ſimultates exercent, inter ſe ſimulata loquũtur, uel dicitur à contrario, qa minime ſunt ſimul. Hinc ſimulto uerbũ, hoc eſt ſimultatem exerceo, & odium. A ſimulo fit etiam ſimulachrũ, quod ſit ficta imago alicuius.

De hac materia uide ſupra in Hypocriſis.

Syneſis græca dictio eſt, ſυνεσις. Et eſt uirtꝰ bene iudicatiua de agibilibꝰ, ſecundũ legem communem: Gnome uero ſecundum altiora principia, ſ. iuris naturalis, ideo eſt altior, ſecundum bea. Tho. 2. 2. q. 48. ca. fi.

Synteresis græca dictio eſt, ſυντηρησις. Et eſt pars animæ quæ ſemper aduerſatur uitijs, & perpetrata mala continuo arguit, quam latini theologi corrupto uocabulo ſyndereſim uocãt, cũ ſynteresin penult. product. dicendum ſit. Huius autem erroris cauſa fuit, quod græci literam T. ſi N. præceſſerit in D, quantum ad pronuntiationem pertinet, mutant. Diciturque ſynereſis à ſυντηρεω conſeruo quod ſemper cupiat ſe a peccato ſeruare immaculatam.

Synteresis nõ nominat rationem ſuperioré, nec inferiorem, ſed aliquid commune ſe habens ad utranq;, ſecundum bea. Tho. in q. de ueritate q. 16. ar. 1.

Actus ſynteresis eſt remurmurare malo, & inclinare ad bonũ, ſecundum eundem ibidem.

Sitis græce διψα & διψαω ſitio dicitur. Eſt aũt ſitis appetitus frigidi & humidi, ſecundum Ariſto. lib. 2. de anima. Ponitur etiã pro nimia auiditate

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ditate cuiuſcũq rei, ſuue. Maior famæ ſitis eſt q̃ uirtutis. Hinc dicit ſitio uerbõ, & ſiticuloſus, qui ſemper ſitit: & ſitibũdus, hoc eſt, ſitiẽs, & ſitulas ad hauriendam aquam quod aquam ſitiat.

Situs græce θέσις τοῦ μέρους dicitur. Et eſt ordo partiũ corporaliũ ſec. locũ ex b. Th. ꝙli. 3. ar. 2. fi. Eſt & ſitus lanugo quædã ex humore procreata, fit autẽ in locis carentibus ſole. Significat etiam aliquãdo immunditiẽ q̃ ſenibus prouenit ex antiquitate.

Sobrietas græce σωφροσύνη & σωφρόνη ſobrius] dicitur. Sobrietas proprie eſt circa potum inebriatiuum: large uero eſt circa omnem materiam, ſecundũ b. Tho. ſecun. ſecun. q. 143. ca. prin.

Sobrius eſt qui in cibo & potu temperans eſt, quaſi ſine ebrietate. Sobrietatis nomine etiam temperantia ſignificatur.

De hac materia habes ſupra ubi Ebrietas, & infra ubi temperantia.

SOcietas græce ἑταιρία ας ἡ & ἑταῖρος ου ὁ ſocius dicitur. Eſt autem ſocietas duorum plurimumve coniunctio contracta ob cõmodiorem uſum et uberiorem quæſtum.

Societas eſt adunatio hoĩm ad aliquid perficiendũ, ideo multiplicat̃ ſec. illud ex b. Th. opuſ. culo cõtra religiõis impugnatores. c. 5. col. 3. fi.

Socius proprie dicit̃ qui in re ſeria ac laborioſa alicuius pars eſt: unde ſocij populi Romani dicebãtur, ita cum his fœdere coniuncti, ut pacis & belli participes eſſent. Dicitur autẽ ſocius uel q̃ ſecet & diuidat laborem alterius, uel q̃ eum in re laborioſa ſequatur.

Socius, comes & ſodalis ita differũt, q̃ comes eſt qui cum alio ſimul it, & tanq̃ ducẽ ſequit̃, ſodales in rebus leuioribus & fere in cõuiuijs: dicunturq̃ ſodales quaſi ſimul edales, ſicut comites quaſi ſimul euntes. Vel ſodales dicũtur quaſi ſimul in menſa ſedeant, uel quod inter ſe ſuadeant, quod commodum eſt. *Prouerb. ca. 18.*

Vir amicabilis ad ſocietatem, magis amicus erit quàm frater. *Eccleſiaſtes cap. 18.*

Melius eſt duos eſſe q̃ unum. Habent enim emolumentum ſuæ ſocietatis, ſi unus ceciderit, ab alio fulcietur. *Eccleſiaſt. cap. 18.*

Qui tetigerit picẽ inquinabit̃ ab ea: & qui cõmunicauerit ſuperbo, induet ſuperbiã: pẽdus ſuper ſe tollit, qui honeſtiori ſe comicat: & ditiori tene ſocius fueris. *Paulus 2. ad Corin. ca. 1.*

Sicut ſocij paſſionũ eſtis, ſic eritis & cõſolatiõis. *Aug. li. Contra Parme. & ha. 23. q. 4. ca. Ita plane.*

Ita plane ſociatur quis malis, ſi malũ aliquid cũ eis committit, aut committentibus fauet. *Hiero. in Hiere. & hab. di. 45. c. Sed illud.*

Polluitur emi ex uno pctõre populus ſicut ex una oue morbida uniuerſus grex inficitur: ſicut & uno fornicante uel aliud quodcunq̃ ſcelus committente, plebs uniuerſa polluitur. *Ambro. li. 1. de Offi. & ha. 23. q. 3. ca. Nõ inferẽda.*

Nõ inferẽda ſed depellenda iniuria lex uirtutis eſt, q. ſi nõ repellit à ſocio iniuriã ſi põt, tã eſt in uitio q̃ ille q facit. Vnde. ſ. Moyſes hinc prior orſus eſt tentamenta imbecillis fortitudinis: nã cũ uidiſſet Hebræum ab Aegyptio iniuriam accipientem, defendit ita ut Aegyptium proſterneret, atq̃ in arena abſconderet. Salomon quoq̃ ait: Eripe eum qui ducitur ad mortem. *Idem ſup Lucã li. 4. & ha. 24. q. 1. c. Non turbatur.*

Non turbat̃ nauis quæ Petrũ habet, turbat̃ illa quæ ludã habet: & ſi multa illic diſcipulorũ merita nauigabant, tñ adhuc eã proditoris perfidia agitabat, in utraq̃ Petrus, ſed qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur alienis. Caueamus igitur perfidiam, caueamus proditorem, ne per unum fluctuemus plurimi. *Ibidem libro 6.*

Voluit Chriſtus deſeri, uoluit prodi, uoluit ab apoſtolo ſuo tradi: ut cum ſis deſertus à ſocio, proditus ab ipſo, moderate feras tuum erraſſe iudicium, perijſſe beneficium. *Gregorius ſup Ezechielem hom. 9.*

Infirmi debent uitare ſocietatem prauorum, ne mala quæ frequenter aſpiciunt, & corrigere non ualent, delectenturimitari. *Gre. Mora. 1. ſup illud Iob: Vir ſimplex & timẽs deũ.*

Non multum laudabile bonum eſſe cum bonis, ſed bonum eſſe cum malis. *ibidem ſup Ezechielem hom. 9.*

Tolerãdi ubiq̃ ſunt pximi, quia Abel fieri nõ ualet, quẽ Cain malitia nõ exercet. Vnum uero eſt potẽtia qua uitari ſocietas malorũ debeat, ne ſi fortaſſe corrigi non ualent, admitationẽ trahant: & cum ipſũ ſua malitia non mutantur, eos qui ſibi coniuncti fuerint, peruertant. *Ioan. Chryſoſt. ſup Matthæum.*

Bonus malo ſi connectitur, aut pares redduntur, aut cito ab inuicem ſeparãtur. Amicitiæ emi pares, aut quærunt, aut faciunt. *Ioannes Chryſoſtomus ibidem.*

Rerũ natura ſic eſt ut quoties bonus malo cõiungit̃ nõ ex bono malus melior̃, ſed ex malo bonus cõtaminet̃. Diuerſitas emi rerũ nunq̃ põt habere cõcordiam, & multos ſolicitat ſocietas nephanda. *Seneca de benefi. cap. 14.*

Hominem non unguium uis nec dẽtium, terribilem cæteris fecit, nudum & infirmum ſocietas munit. Duas enim res dedit ei deus, quæ cæteris obnoxium ualidumq̃ faceret, ſcilicet rationem & ſocietatem. *ibidem.*

Societas ei dominium omnium dedit, ſocietas terris gentium in alienæ naturæ trãſmittit imperium, & dominari etiam in mariſuſſit. *idem epiſtola 7.*

Exemplũ luxuriæ, unũ exemplũ auaritiæ multũ mali facit. Cõuictor delicatus eneruat & emollit, uicinus diues cupiditatẽ irritat, malignus cos mes rubiginẽ ſuam affricuit. *Seneca ibidem.*

Neceſſe eſt aũt imiteris tales aut oderis. Et utrũque deuitandũ, ne uel ſimul malus fias q̃a multi ſunt: ne uel inimicus multis. quia diſſimiles ſunt. *idem epiſtola. cap. 7.*

Hærebit tibi auaritia, q̃ diu auaro ſordidoq̃ conuixeris: hærebit tumor q̃ diu cum ſuperbis conuerſaberis, incendunt libidines adulterorũ ſodalitia. *Seneca Thoagœdia 8.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nec regna ſocium ferre, nec tedæ ſciunt.
Cicero de Senectute.

Pars enim cũ paribus ueteri prouerbio facilli me congregantur. *Ariſt. libro 1. Politic.*

Homo ſolitarius aut deus, aut beſtia, aut nullo indiget, aut nulli conuenit.

Commentator ſuper 8. Ethicorum.

Homo eſt animal non ſolitarium, ſed politicum & communicatiuum.

SOdomia eſt turpitudo in maſculum facta, ut hab. 22. q. 2. cap. Vſus.

Sodomia. i. coitus maſculorum, eſt ſpẽs luxuriæ cõtra naturã ex b. Tho. 2. 2. q. 142. artic. 4.

Sodomia & idololatria ſimul inceperunt, & ſimul creuerunt, ſecundum eundem 4. ſent. diſt. 1. q. 2. art. 1: *Leuitici cap. 20.*

Qui dormierit cũ maſculo coitu fœmineo, uterq; opatus eſt nefas, morte moriantur, ſit ſanguis eorum ſuper eos. *Paulus 1. ad Cor. cap. 6.* Nec maſculorũ cõcubitores regnũ dei poſſid.

Aug. lib. de adulterinis coniugijs, & ha. 32 q. 8. cap. Aadulterij.

Adulterij malũ uincit fornicationẽ, uincit aũt ab inceſtu, peius eſt em̃ cũ matre q̃ cũ aliena uxore cõcubere, ſed oĩm horũ eſt peſſimũ quod contra naturã fit: ut ſi quis mẽbro multeris nõ ad hoc conceſſo uoluerit uti, uſus em̃ naturalis ſi ultra modũ prolabit, in uxore quidẽ ueniale pct̃m eſt, in meretrice dãnabile. Sed iſtud quod contra naturã eſt, execrabiliter fit in meretrice, ſed execrabilius in uxore. Tantum em̃ ualet ordinatio creatoris & ordo creaturæ, ut in rebus ad utendũ conceſſis, & cum modus excedit longe tolerabilius ſit, q̃ in eis quæ conceſſa nõ ſunt, uel unus uel rarus exceſſus.

idẽ contra Iouinianũ li. 1. & ha. ibidem ca. Vſus.

Vſus naturalis & licitus eſt, ſicut in cõiugio, & illicit⁹ ſicut in adulterio, cõtra naturã uero ſẽp illicitus. & pculdubio flagitioſior atq; turpior, quẽ ſanctus apoſtolus & in maſculis & in fœminis arguebat: dãnabiliores uolẽs intelligi, q̃ ſi in uſu naturali, uel adulterando, uel fornicando peccarẽt. *Idẽ Confeſſio. li. 3. & ha. ibi. ca. Flagitia.*

Flagitia quæ ſunt cõtra naturã, ubiq; semper pudianda atq; punienda ſunt, qualia Sodomitarũ fuerũt, quæ ſi oẽs gentes facerent, eodem criminis reatu diuina lege tenerẽtur, quæ nõ ſic fecit homines, ut ſe illo uterentur modo. Violat quippe ipſa ſocietas, quę cum deo nobis eſſe debet, cum eadem natura, cuius ipſe autor eſt, libidinis peruerſitate polluitur.

Amb. li. de patriar. & hab. 22. q. 7. c. Offerebat.

Offerebat S. Lot filiarũ pudorẽ. Nã & ſi illa q̃ q̃ flagitioſa impuritas erat, tamẽ minus erat ſecundũ naturã coire q̃ aduerſus naturã delĩquere, p̃ferebat domus ſuę uerecũdiæ hoſpitalẽ gratiam, & apud barbaras gentes inuiolabilem.

Lactantius Firm libro 6. cap. 23.

Nõ põt res p magnitudine ſceleris enarrari, nihil amplius iſtos appellare poſſum q̃ impios & parricidas, quibus nõ ſufficit ſexus à deo datus, niſi & ſuum ſexum prophane ac petulanter illudant; hæc tamẽ apud nos leuia & quaſi honeſta ſunt. Quid dicam de his qui abominandam nõ libidinẽ, ſed inſaniam potius exercent, piget dicere. Sed quid his fore credamus quos nõ piget facere: & tamen dicendum eſt, quia fit, de his loquor, quorũ teterrima libido & execrabilis furor, nec capiti quidẽ parcit: quibus hæc uerbis, aut qua indignatione tantum nefas proſequamur? Vincit officium linguæ ſceleris magnitudo: cum igitur libido hæc edat opera, & hæc facinora deſignet, armandi aduerſus eam uirtute maxima ſumus. Quiſquis affectus illos frenare non poteſt, cohibeat eos intra præſcriptum legitimi thori, ut & illud quod auide expetit aſſequatur, & tamen in peccatum non incidat.

Ouid. de Arte amandi.

Odi concubitus qui non utrinq; reſoluunt:
Hoc eſt cur pueri tangar amore minus. Tibullus.
O fuge te tẽneræ puerorum credere turbæ,
Nam cauſam iuſti ſemper amoris habent.

SOlennitas græce ἑορτὴ ἀπὸ τοῦ dici poteſt. Dicitur q̃ ſolenne quod eſt quod omnibus annis præſtari debet, a ſolus & annus, hoc eſt anniuerſarium. Quare ſolẽnes cerimonias dicimus? quę ſunt anniuerſario ſacrificio religioſæ. Item ſacra ſolennia quæ incertis & ſtatutis temporibus fiunt.

Auguſt. in quodam ſerm.

Toties enim dies natalitios ſanctorũ celebramus, quoties uirtutes eorum recolimus, quibus claruerunt in terris, ut ad gloriam illius à quo totum habuimus referamus.

Auguſtinus libro 1. de decem chordis.

Melius faceret Iudæus in agro ſuo aliquid utile, q̃ in theatro ſeditioſus exiſteret, & melius fœminæ eorum die ſabbathi lanam nerent q̃ tota die in neomenijs ſuis impudice ſaltarent.

Idem contra Fauſtum libro 3.

Si quęras cur Chriſtianus nõ obſeruat otiũ ſabbathi, cũ dñs nõ uenerit ſoluere legẽ ſed adimplere. Reſpõdeo, iſtud nõ obſeruat Chriſtianus, qa q̃ ea figura pfitebat iam ipſe impleuit. In iſto habemus ſabbatũ q dicit: Venite ad me oẽs qui laboratis, & inuenietis requiem aĩabus ueſtris.

idem ſup Ioannem ſer. 20.

Sacrũ ſabbatũ eſt antiquis patribus præceptũ, q̃ nos Chriſtiani ſpũaliter obſeruamus, cũ ab omni ſeruili ope. i. ab omni pctõ abſtinemus, et habemus quietẽ in corde, & ſpũalem tranquillitatem. *Auguſtinus de uera innocentia.*

Male celebrant ſabbathum, qui à bonis operibus ceſſant. Otium enim ab iniquitate debet eſſe, quia bona conſcientiæ non inquietum, ſed tranquillum faciunt animum.

Hieronymus epiſtola ad Euſtoch.

Valde abſurdũ eſt nimia ſaturitate uelle honorare martyrem, quem ſciamus deo placuiſſe ieiunijs. *Gregorius in Regiſtro.*

Dñico die à laborare terreno ceſſandũ ẽ, atq; oĩ modo oratiõibus inſiſtere, dũ ut ſi quid negligẽtiæ per ſex dies agitur, per diem reſurrectionis domini.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

domicæ præcibus expietur. *Ibidem.*

Si qs p luxuria & uoluptate die dominico lauari appetit, hæc fieri non cõcedimus: si aũt pro neceſſitate corporis, hoc nec die dominico, phibem⁹. Nã ſi dominica die lauare corpus peccatũ eſt, igit̃ q̃die lauari nec facies debet. Si aũt in corporis parte conceditur, cur hoc exigente neceſſitate in toto corpore negaretur?

Grego ſuper Euang. homilia. 23.

Quid prodeſt intereſſe feſtis hominũ, ſi deeſſe contingat feſtis angelorum? umbra uenturæ ſolennitatis eſt ſolẽnitas præſens. Idcirco hanc annue colimus, ut ad illam quæ non eſt annua, ſed continua perducamur.

Origines ſuper Exod. homilia 69.

Si deſinas ab omnibus ſecularib⁹ operibus, & nihil mundanum geras, ſed ſpiritualibus operibus uaces, ad eccleſiam conuenias, lectionibus diuinis aurem præbeas, de cœleſtibus cogites, de futura ſpe ſolicitudinem geras, uenturum iudicium præ oculis habeas, non reſpicias ad præſentia & uiſibilia, ſed ad inuiſibilia & futura. hęc eſt obſeruatio ſabbati Chriſtiano.

Macrobius lib. 1. Saturna.

Scęuola cõſultus quid feriis agi liceret, rñdit: quod prętermiſſum noceret. Quapropter ſi bos in ſpecũ decidiſſet cũq; paterfamilias adhibitis operis liberaſſet, nõ eſt uiſus feriis polluiſſe: nec ille q trabem recti fractã fulciẽdo ab imminẽti uindicauit ruina. Inde & Maro oĩm diſciplinarũ peritus, ſciens lauare ouem, aut lanæ purgandę, aut ſcabiei curandæ gratia p̃nuntiauit: tũc ouẽ per ferias licere merſari, ſi hoc remediĳ cauſa fieret. Balantumq; gregem fluuio merſare ſalubri. Adĳciendo eĩ ſalubri, oſtendit auertẽdi morbi gratia licere, modo, non etiam ob lucrũ purgandæ lanæ cauſa fieri cõceſſum. Vnde ſi per ſacra ſolennia ſalubria fluuio uerſare oues fas & iura permittunt, ſi riuos deducere religio nulla phibet: cur non religionis honor putetur ſacris dicare diebus ſacrum ſtudium literarum?

Virgilius georgicon libro 1.

Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus
Fas & iura ſinunt, riuos deducere nulla
Religio uetuit: ſegeti prætendere ſepem,
Inſidias auibus moliri, incendere uepres,
Balantumq; gregem fluuio merſare ſalubri.
Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſcili
Vilibus aut onerat pomis lapidemq; reuertens
Incuſſum aut atræ maſſam picis urbe reportat.

Ouid. de Ponto lib. 1. Elegia. 1.

Di quoq; ut a cunctis hilari pietate colantur,
Triſtitiam poni per ſua feſta iubent.

Tibullus lib. 2 Elegia. 1.

Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator,
Et graue ſuſpenſo uomere ceſſat opus.
Soluite uincla iugis, nunc ad præſepia debent
Plena coronato ſtare boues capite.
Omnia ſunt operata deo, non audeat ulla
Lanificam penſis impoſuiſſe manum.
Vos quoq; abeſſe procul iubeo, diſcedite ab aris
Cui tulit hecterna gaudia nocte Venus.
Caſta placent ſuperis, pura cum ueſte uenite.
Et manibus puris ſumite fontis aquam.

SOLERTIA græce κατηρία.as.i. & κατόρθωσις i. ſolers dicit. Eſt autem ſolertia ſubtilitas quædam in nõ perſpecto tempore mediĳ, ſecundũ Ariſt. uel eſt habitus ex repentino mueniens quod cõuenit ſec. b Tho. 3. ſen. diſt. 33. q. 3. art. 1 Solertia eſt quædam ſubtilis & facilis & prompta coniecturatio mediĳ propter quod aliquid euenit, & hoc quando non habet magnũ tempus ad perſpiciendum & deliberandũ, ſecundum b. Tho. ſuper Poſt. lect. 4. circa finem.

Solers qui eſt in omni tempore prudẽs, quaſi totus ars. Vnde ſolertia, quorum cõtraria ſunt iners, quaſi ſine arte, & inertia.

SOLICITVDO græce ἀκρίβεια.as.i. & ἀκριβὴς ἐφ. i. diligẽs dicit. Eſt aũt ſolicitudo ægritudo animi cum cogitatione, ſecundũ Ciceronem lib. Tuſ. quæſtionum.

Solicitudo eſt rationabile ſtudiũ adhibitum ad aliquid conſequendum, quod maius eſt, ubi eſt timor, minus eſt ubi eſt ſecuritas, ex b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 55. art. 6. c.

Solicitudo temporaliũ futurorũ eſt irrationabile ſtudium quo quærũtur futura tanq̃ fines, & ultra neceſſitatem præſentis uitæ, de qua Chriſtus Matt. 6. Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum.

Solicitudo temporaliũ tripliciter eſt illicita. Primo cũ tẽporalia q̃runtur tanq̃ finem. Secundo cum in eis procurandis adeo ſuperfluum adhibetur ſtudium, ut homo retrahatur à ſpiritualibus quib⁹ principaliter inſeruire debet. Tertio cum faciendo quis quod debet, timet ne ſibi neceſſaria deſint. De qua Chriſtus Matt. 6. Nolite ſoliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus aut bibemus, &c. Ex b. Tho. 2. 2. q. 55. art. 6.

Solicitudo uenit à ſolicito uerbo quod dicit à ſolo & cito, quaſi ſolo cito, hoc eſt loco dimoueo. Eſt enim ſolũ quicquid alicui rei ſubiacet. Virgilius nauium ſolum dixit eſſe mare, cum dixit: Subtrahiturq; ſolum.

SOLITVDO græce ἔρημος. i. dicitur, & nõ eſt de eſſentia perfectionis, ſed eſt inſtrumentum congruum contemplationi, non autem actioni, ſecundum b. Tho. 2 2. q. 188. art. 8.

Eſaias cap. 35.

Exultabit ſolitudo & florebit quaſi liliũ, germinans germinabit & exultabit lætabunda & laudans. *Aug in lib. de ſingularitate clericorum.*

Minus uoluptatibus ſtimulatur, q nõ eſt ubi frequentia uoluptatum, & minus auaritiæ moleſtias patitur qui diuitias non uidet.

Hieronymus contra Iouinianum.

Sapiens nunq̃ ſol⁹ eſſe poteſt, habet enim ſecum omnes qui ſunt & qui fuerunt boni, & animum liberũ, & quocunq; uult, profert & trãſfert: & quod corpore nõ poteſt, cogitatione cõplectitur: & ſi hominum inopia fuerit, loquitur cum deo: nunquam bonus ſolus erit.

Hieronymus epiſtola 72.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quid deſideramus urbium frequentiã, qui de ſingularitate cenſemur. Mihi enim oppidũ carcer eſt, & ſolitudo paradiſus. *Greg. lib 30. Moral.*

Qui corpore remotus uiuit, ſed tumultib⁹ cõuerſatiõis humanæ terrenorum deſideriorũ cogitatione ſe inſerit, non eſt in ſolitudine. Si uero prematur aliquis corporaliter popularibus turbis, & tamen nullos ſecularium curarum tumultus in corde patiatur, non eſt in urbe.

Bernardus ad Sophiam uirginem.

Malũ q̃d nemo uidet, nemo arguit; ubi aũt nõ timet reprehẽſor, ſecurus accedit tẽtator, licentius perpetrat iniquitas. In cõuentu uero ſi qua bona agis, nemo phibet; malũ aũt facere ſi uis nõ licet. Si ergo de facuis uirginibus es, congregatio tibi neceſſaria eſt: ſi de prudentibus, tu cõgregationi. *Ioannes Chryſoſt. ſuper Ioannem.*

Ioãnes eſt princeps monachorũ, ipſe monach⁹ ſtatim ut natus eſt, in eremum iuit, in eremo nutritur, Chriſtum expectat in ſolitudine.

Idem ſuper Matthæum.

Sicut difficile eſt, arborẽ iuxta uiã poſitã fructũ uſq; ad maturitatẽ ſeruare, ſic difficile eſt uitã iuxta hunc modũ uiuentẽ, i. in actibus mũdi uitæ immaculatã uſq; ad finẽ tenere. Recede ergo de uia, & plãta te in loco ſecreto, ut nec mũdus tecum habeat aliquid commune nec tu cũ mundo. *Seneca epiſtola 61.*

Oĩa nobis mala ſolitudo ꝓſuadet nemo eſt cui nõ ianctius ſit cum quolibet eſſe, q̃ ſecum.

Seneca in Tragœdijs.

Non alia magis eſt liberata uitio carẽs ritusq; melius uita, q̃ priſcos colat q̃ q̃ relictis mœnibus ſyluas amat.

Ariſtot. lib. 9. Ethicorum.

Solitario difficilis eſt uita.

Idem lib. Politicorum.

Homo ſolitarius, aut deus aut beſtia.

Franciſ. Petrar. de uita ſolita lib. 1. cap 2.

Surgit occupatus infœlix habitator urbiũ nocte media ſomno uel ſuis curis, uel clientiũ uocib⁹ interrupto. Sæpe etiã lucis metu, ſi pe nocturnis uiſis exterrit⁹, mox inf.elici ſcãno corp⁹ applicat, animũ mẽdacijs. In illis eſt totus ſeu ille mercib⁹ pretiũ facere, ſeu ſociũ, ſeu pupillũ fallere, ſeu uicini coniugẽ pudicitia armatã expugnare blãditijs, ſeu litigio iniuſto iuſtitiq, uel nephãdo ꝓtendere, ſeu deniq; publici priuatiq; aliquid corrũpere meditat. Nunc ira præceps, nũc ardens deſiderio, nunc deſperatione gelatus. Ita peſſimus artifex ante lucem diurni telã negotij orditur, q̃ ſe ſæpe atq; alios inuoluat. *Ibidem.*

Surgit ſolitari⁹, atq; fœlix otioſus modico gelu recreatus, ſomnoq; breui nõ fracto, ſed expleto, & interdum pernoctantis philomenæ cantibus experrectus, thoroq; uix dũ leniter excuſſus, pulſiſq; tẽporibus, quietis horis pſallere inuipiens ſanitorum ſuorum laborum, ut aggreſſuris inde matutinis laudibus aperiat, deuotus expoſcit, & cordis ſui dominum in adiutorium uocat. Nihilq; iam uiribus ſuis fidens, & immanium cõſcius metuensq; diſcrimainum, ut ſe ſtiner, obſecrat, nullis texendis fraudibus intẽtus, ſed dei gloriam & ſanctorum laudes nõ indies tantum, ſed in horas, & indefeſſo linguę famulatu, & pio mẽtis obſequio repetẽs, ne quãdo forſan ingrato animo diuinorũ munerũ memoria euaneſcat. Et ſæpe interea (mirũ dictu) ſe curi timoris, ac repidæ ſpei plenus, memorq; ꝑteriti, ac futuri ꝑuidens, læto dolore, & fœlicibus lachrymis abundat; quem ſtatum nulla uoluptas occupatorum, nullæ unq; urbanæ deliciæ, nulli regnorum faſtus æquauerint. Inde ſuſpiciens cœlum ac ſtellas, ac illic habitantẽ dominum deum ſuum tota mente ſuſpirans, & patriam cogitans de exilij ſui loco protinus ad honeſtæ, cuiuſpiam iucũdæq; lectionis ſtudiũ conuertitur. Atq; ita cibus paſtus amœniſſimis multa cura pace animi uenturæ lucis initiũ præſtolatur. *Ibidem cap. 4.*

Vita ꝓcul dubio ſingularis ac ſolitaria, nõ modo tranquillior, ſed altior eſt atq; ſecurior.

Franciſ. Petrar. Sonet. 221.

Cerchato ho ſempre ſoli terra uita.
Le ſiue, il ſonno e le campagne, e boſchi
Per fugir queſti ingegni ſordi e loſchi.
Che la ſtrada del ciel hanno ſmarrita.

Somnus græce ὕπνος ὁ ὑπὸ ἀέρος ὑγροῦ ἐπιλαμβανόμενος ſomnium dicitur. Eſt autem ſomnus primi ſenſitiui conprehenſio, ut homo poſſit agere in neceſſitate quidem facta, ſecundum Ariſtot. lib. de ſomno & uigilia.

Somnus eſt ligamentum omnium ſenſuum, ſecundum Ariſto. lib. de ſomno & uigilia.

Somnus eſt impotentia ſentiendi propter exceſſum uigilandi.

Somnus eſt paſſio naturalis, & conueniens caloris intrinſecus uel naturalis reciprocatio, facta ex euaporatione uaporũ à nutrimento ingroſſata à frigiditate cerebri propter ſalutem animalis tuendam.

Somnus eſt quies animalium uirtutũ, cũ intentione naturalium, ſec. Auicen. Vel eſt priuatio diſpoſitionis animæ imperantis ſenſibus & uirtutibus exterioribus in qua anima cõuertitur ab exterioribus ad interiora.

Somnum etiam græce ὄνειρος dicitur. Et eſt phantaſma in ſomno factũ, id eſt apparitio phãtaſtica ſomno facta, ſecundum Ariſto. lib. de ſomno & uigilia.

Somniũ à Chryſippo ſic diffinitur: Somniũ eſt uis cernens & explannas, quę à dijs hominibus ſignificantur in ſomnijs, ex Cice. lib. 2. de diuinatione. *Prouerb. cap 3.*

Cuſtodi legem atq; conſilium. & ſequitur: Si dormieris, nõ timebis quieſces & ſuauis erit ſomnus tuus. *Eccleſiaſtes cap. 5.*

Somnus ſuauis in homine perito. *Iob. cap. 11.*

Securus dormiens requieſces, & non erit qui te exterreat.

Hiero. lib. illuſtrium uirorum epiſtola 87.
loquens de ſeipſo.

Cõſuetudinẽ meã noſti, breuiſſimo ſõno uror, & quaſi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& q̃ſi interuigilo, ſatis eſt mihi uigilare deſiuiſſe, aliqñ dormiuiſſe me ſentio, aliqñ ſuſpicor.

Greg. Mora. 8 ſup il. Iob. Terrebis me per ſomnia.

Cum ſomnia contingnt, aut uentris repletione, aut inanitione, aut illuſione, aut cogitatiõe, aut reuelatiõe, cogitatiões ſanctiores, cœleſtiores, uirtuoſiores, ſequunt̃ ſomnia blandiora & delectabiliora. *Bernar. ad fratres de monte.*

Iturus in ſomnũ aliquid recũ defer in memoria & cogitatione in q̃ placide obdormias, q̃ etiam ſomniare iuuet. Sic tibi nox ut dies illuminabit̃, & nox illuminatio tua in delicijs tuis. Placide obdormies, in pace quieſces, facile euigilabis, & ſurgens facilis eris ad redeũdum in diem, unde non totus diſceſſiſti. *ibidem.*

Caue ſerue dei quantum potes, ne totus quando q̃ dormias: ne ſit ſomnus tuus, nõ quies laſſi, ſed ſepultura corporis ſuffocans: non reparatio, ſed ſpiritus extinctio. *ibidem.*

Quantũ ad debitum cõtinui proceſſus, nihil temporis tam perit de uita noſtra, quàm q̃ ſomno deputatur. *Cicero lib. 1. de diuina.*

At multa ſom̃nia falſa, imo obſcura fortaſſe nobis, ſed ſint falſa q̃dam. Contra uero dicimus, q̃ quidẽ multo plura euenirent, ſi ad quietẽ, nunc onuſti cibo & uino pturbata & cõfuſa cernim9. Vide q̃d Socrates in Platonis politia loquat̃. Dicit em̃: Cũ dormiẽtibus ea pars animi, quæ mentis & rõnis eſt particeps ſopita lãgueat, illa autẽ in q̃ feritas quędã ſit atq; agreſtis immanitas, cũ ſit immoderato obſtupefacta potu atq; paſtu, exultare eã in ſomno immoderateq; lactari. Itaque huic oĩa uiſa obijciunt à mẽte actiõe uacua, ut aut cũ matre corpus miſceri uideat̃, ut cum quouis alio hoĩe, uel deo: ſæpe belua, atq; etiam trucidare aliquẽ, & impie cruẽtarì, multaq; tacere impure atq; tetre cũ temeritate atq; impudẽtia, at q̃ ſalubri & moderato cultu atq; uictu, q̃ etiſe tradiderit, ea parte animi, q̃ mẽtis & cõſilij eſt agitata & erecta, ſaturaq; bonarũ cogitationũ epulis, eaq; parte animi q̃ uoluptate alit̃, nec inopia enecta, nec ſatietate affluẽti, quoꝝ utrumq; p̃ſtringere aciem mentis ſolet, ſiue deeſt naturæ quippiã, ſiue abundat, atq; efflcat. Illa etiã tertia parte animi, in qua iræ tum exiſtit ardor, ſedata atq; reſtincta, tum eueniet duabus animi tempeſtatibus p̃ſis, ut illa tertia pars ratiocinatiuis & mentis eluceat, & ſe uegetam ad ſomniandum acrẽq; præbeat: tum ei uiſa quietis occurrent tranquilla atq; ueracia. *ibidem.*

Iubet igit̃ Plato ſic ad ſomnũ p̃ficiſci corporibus affectis, ut nihil ſit q̃ errorẽ animis pturbationẽq; afferat, ex quo etiã Pythagoreis interdictũ putat̃, ne faba ueſcerent̃, quę habet inflationẽ magnã: is cibus tranq̃llitatẽ mẽtis quærentib. cõſtat eſſe cõtrarius. Cum ergo eſt ſomno reuocatus aĩus à ſocietate & contagione corporis, tũ meminit p̃teritorũ, præſentia cernit, futura præuidet: iacet em̃ corpus dormientis ut mortui, uiget aũt & uiuit aĩus, q̃ multo magis faciet poſt mortem, cũ omnino ex corpore exceſſerit.

Ariſt. lib. de ſomno & uigilia.

Neceſſe eſt om̃e quod uigilat dormire. *ibidem.*

Melancholici maxime uera ſomniant. *ibidem.*

Somnus cauſat̃ ex uaporatione cibi quæ uadit ad cerebrum, & infrigidata deſcendit, & fit ſomnus, unde poſt cibum fortẽ ſunt ſomni. *ibidem.*

Animalia magis nutriuntur & augmentãtur dormiendo, quàm uigilando. *ibidem.*

Somnia non ſunt miſſa à deo, quia alia animalia ſomniant. *ibidem.*

Si deus emitteret ſomnia, euenirent ſapientib. in die. *Ariſtot. li. 19. de animalibus.*

Somnus uidetur eſſe medium inter uiuere & non uiuere. *Homerus in* Ξ *Iliados.*

καὶ γὰρ τ' ὄ. αρ ἐκ Διός ἐσιν. id eſt,

Etenim ſomnium a Ioue eſt. *Idem in* Ξ *Iliados.*

ὕπνε ἄναξ πάντων τε θεῶν πάντων δ' ἀνθρώπων. id eſt,

Somne rex oĩm̃q; deorum, omniumq; hominum.

Idem in ν *Odyſſeæ.*

Ὕπνῳ θανάτῳ ἀδελφεικών. id eſt,

Suauiſſimus morti proximæ ſimilis. *Menander.*

ὕπνος δὲ θανάτου τὸ προμελετήσιος πέλει. id eſt,

Somnus mortis præmeditatio eſt. *idem.*

ὕπνος δὲ πᾶσιν ἐστιν ὑγιὲς βίου. id eſt,

Somnus autem ommibus eſt ualetudo uitæ. *idem.*

ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυήματα. id eſt,

Somnus parua mortis myſteria. *idem.*

ὕπνος πέφυκε σώματι σωτηρία. id eſt,

Somnus eſt corporis ſalus. *idem.*

ὕπνῳ δὲ πείναν τὴν κακὰ ἔχατον δαμᾶ. id eſt,

Somnus aũt famẽ malæ finis domat. *Plaut. in Rudẽte.*

Nam qui dormiunt libenter, ſine lucro & cũ malo quieſcunt. *Virg. Aeneidos lib. 6.*

Tum conſanguineus lęti ſopor. *ibidem.*

– Preſſitq; iacentem.

Dulcis & alta quies, placidæq; ſimillima morti.

Ouidius Amorum lib. 2. Elegia 9.

Infœlix tota quicunq; quieſcere nocte
Suſtinet & ſomnos præmia magna uocat.
Stulte quid eſt ſomnus? gelidæ niſi mortis imago.
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.

Horat. lib. 3. carmi. Ode 1.

Somnus agreſtium.

Lenis uirorum non humiles domos
Faſtidit, umbroſamq; ripam.

Soror græce ἀδελφη dicitur. Hoc q̃ nomẽ ſortita eſt, quaſi ſeorſum naſcat̃, ſeparat̃ em̃ ab ea domo in qua nata eſt, & in aliam familiam trãſgredit̃, ſec. Aul. Cel. li. 12. noct. att. cap. 10.

Sorores duæ ſciẽter admittentes eundẽ hominem ad coitũ, nunq̃ nubere poſſunt. c. ſi qs cum duabus 34. q. 1. Et idẽ eſt in matre & filia ſciẽter admittentibus eund. ut in c. Si qs cũ matre præcedenti. Et idem eſt in patre & filio accedentib. ſcienter ad eandem fœminã, ut in c. ſequenti, ex quo inferetur, quod ſi tales contrahunt matrimonium peccant mortaliter, quia contraueniunt legi c. 2. cum glo. de maio. & obedien.

Sorores duæ duobus fratribus poſſunt copulari, de conſang. & affini. c. Quod ſuper his.

Sortilegium græce κληρομαντία ας ἡ & κλῆρος ου ὁ. ſors dicitur, Sortilegi ſunt qui ſub noĩe fictæ re-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ligionis per quaſdam quas ſanctorum ſeu apoſtolorum uocant ſortes, diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcunq; ſcripturarum in ſpectione futura promittunt, ſecund. Iſidorum libro 4. Etymolo. & habetur 26. q. 1. Sortilegi.

Sortilegium eſt per ſortes diuinatio, ſortilegi uero qui per ſortes futura pronuntiant, uel qui aliquid eligũt per ſortẽ, ſortem enim fortuitũ alicuius rei euentum dicimus, a quo fit uerbum ſortior, quod eſt ſortes facio, ſiue ſortes recipio, ſeu per ſortẽ aliquid decerno, uel eligo.

Sors proprie dicitur cũ aliquid fit, ut eius euẽtu conſiderato aliquid occultum innoteſcat, ſe. b. Tho. 2. 2. q. 95. ar. 8. cap.

De hac materia uide ſupra in Incantatio.

Specialis græce εἰδικόσοῦ ὁ & ſpecies εἶδος τὸ dicitur. Speciale mandatũ exigitur in cauſa ſuſpecti tutoris. Item ubi ſunt duo procuratores omnium rerum alicuius, tunc enim non poteſt unus ab alio ſine ſpeciali mãdato exigere. Item in interdicto de liberis exhibendis. Item in acceptilatione. Item in reſcriptorum imperatiõe. Item in cauſa matrimoniali. Item in uoto tranſmarino. Item in cõſumptorum inſtrumẽtorũ exemplatione. Item in his q̃ ſedes apoſtolica ſibi ſpecialiter reſeruauit. Item in contrahendo matrimonio. Item in compromiſſo. Item in abſolutiõe petenda ab excommunicatione. Item in contrahenda excõmunicatione. Item in præſtatiõe iuramenti de calũnia. Item de tranſactione, de his glo. eſt in c. coram, de reſti. in integ. & in c. Qui ad agendum, de procura. libro 6.

Speciale præceptum plus tenet quàm generale. de hæreticis c. ſi aduerſus nos.

Species græce εἶδος τὸ & εἰδικόσοῦ ὁ ſpecialis dicitur. Eſt aũt ſpecies quod prædicat de pluribus differentibus numero in eo quod quid ſecundum Ariſto. libro Prædicam.

Spectaculũ græce θέατρον & θεάομαι ſpecto dicitur. Inde theatrum & amphitheatrum deducũtur.

Spectacula ſaltantium clerici debẽt uitare 34. diſtinct. Præsbyteri.

Spectacula cuſtodientes die ſolenni & eccleſiam contemnentes ſunt excõmunicandi. de conſe. diſt. 1. Qui die. *Plaut in Muſtella. com. 10.*

Inſperata accidunt magis ſæpe quam quæ ſperes.

Plautus in Rudente comœ. 17.

Nam multa præter ſpem ſcio multis bona euenisſe.

Statius in Thebaide libro 1.

- Spes anxia mentem
Extrahit, & longo conſumit gaudia uoto.

Speculum græce ἐικάπτεροῦτο & ἐικάω cognoſco, & θεωρικόσοῦ ὁ ſpecularius, θεωρέω ſpeculor dicitur. A ſpeculum dicitur ſpeculatio, non autem à ſpecula. Et reducitur ad meditationem, quia eſt uiſio cauſæ per effectum, ſecundum bea. Tho. 2. 2. c. q. 180. art. 3.

Speculũ eſt in q̃ aſpicimus, ac ſpeciẽ, hoc eſt, effigiem noſtrã contẽplamur: q̃d datum nobis à natura fuit, nõ ut pilos è ſupercilijs, aut barbã uelleremus, non ut faciẽ coloribus inficeremus, ſed ut noſmetipſos noſceremus & formoſi deuitaremus infamiam, & deformes remedium ſciremus eſſe uirtutibus, quicquid corpori deeſſet. Quapropter Socrates hortari adoleſcentes ſolebat, ut ſe ſe frequenter in ſpeculo intuerentur. Nam ſi formoſi eſſus, elaborandũ eſt, ut digni ea ſpecie ſitis: ſin autem deformes, ut eam deformitatem uirtute ab bonis artibus tegatis.

Sphæra græca dictio eſt, σφαῖρα κατὰ & σφαιρόομαι rotundus ſum. Eſt autem ſphæra prima figura corporea, continens tantum unã ſuperficiem. Circulus uero eſt prima figura plana habens tantũ unam lineam, ſe. b. Tho. ſup 2. de cœlo. lectu. 5. Circulus eſt figura plana una tñ linea contenta, in cuius medio punctus eſt, à quo oẽs lineę ad circumferentiam ductæ inter ſe ſunt æquales. Et ita à globo differt, quod circulus eſt rotũda planities: globus uero corpus ſolidũ undiq; rotundum, quia a græcis ſphæra dicitur.

Spes
- Cuius
  - Cauſa efficiens
    - Ex b. Tho. ſecunda ſecundæ.
      - Subiectũ eſt uoluntas uiatorũ tãtum, ſiue ſint in præſenti uita, ſiue in limbo patrũ, ſiue in purgatorio.
      - Obiectũ quod eſt bonũ arduũ futurum & poſſibile.
        - Non aũt uoluntas, nec beatorum, nec puerorũ, in originali decedentiũ, nec damnatorum. q. 18
        - Principale. Formale auxilium diuinæ poteſtatis & pietatis, perducentis in beatitudinem ſperatam.
        - Materiale, beatitudo æterna, ſiue fruitio dei in patria.
        - Secũdariũ. Oñe bonũ ordinatũ ad beatitudinẽ et auxiliũ hoīs, uel cuiuslibet creaturę q̃ adiuuamur ad quæcũq; bona cõſequenda in beatitudinẽ ordinata.
      - Perfectiua. Sola gratia dei cauſans habitum ſpei ex infuſione.
      - Diſpoſitiua
        - Fides.
        - Fiducia ſecundum b. Thomam prima 2. q 40. articulo 2.
        - Confeſſio ſacramentalis, & inquantum actus meritorius, & inquantum pars ſacramenti.
      - Tribulatio, quæ cauſat ſpẽ per experimentũ propriæ uirtutis, & per purgationem a pœna. b. Tho. 4. Sent. diſt 17. q. 3 art. 5 fi.
    - Effectus.
      - Generat charitatem Gio. Matthæi 1 Fides gignit ſpem, ſpes gignit charitatem.
      - Cauſat delectationem inquantum habet exiſtimationem conſequendi, uel adipiſcendi ſummum bonum Roman. 12 Spe gaudentes.
      - Affligit, cũ differtur bonũ ſperatũ. Prou. 13. Spes quæ differtur affligit animam.
      - Perficit orationem cum conſideratur expectatum 1. Corint 9. Qui arat, arare debet in ſpe fructus percipiendi, id eſt, propter ſpem. Hieron. in epiſt. Omne opus leue fieri ſolet, cum eius prætium cogitatur, & ſpes præmij ſolatium ſit laboris.

Spes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

SPes græce ἐλπὶς. id. est. & ἐλπίζω spero dicitur. Est autem spes certa expectatio futuræ beatitudinis proueniens ex dei gratia, & ex meritis nostris, secundum b. Tho. 3. Sent. di. 26. & b. Tho. ibidem.

Spes est qua quis ad id quod credit se peruenturum præsumit, secundū Aug. li. de Ciuit. dei.

Spes est extensio appetitus in appetibile, secūdum b. Tho. 3. Sent. di. 16. q. 1. ar. 1. o.

Spes est appetitus excellentis boni cum fiducia obtinendi.

Spei obiectum habet 4. conditiones. s. bonū, arduum, futurum & possibile, secundū b. Tho. prima secundæ q. 40. art. 1. o.

Spes quid à fiducia differat. Vide supra in fiducia. *Dauid Psalmo. 7.*

Dñe deus meus in te speraui. *idem Psal. 15.*

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. *Idem Psalm. 33.*

Gustate & uidete qm̄ suauis est dñs, beatus uir qui sperat in eo. *Idem Psalm. 35.*

Beatus uir cuius est nomen dñi spes eius, & non respexit ad uanitates & insanias falsas. *Idem Psalm. 54.*

Iacta super dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationē iusto. *Psalmo 55.*

In deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo. *Dauid Psalm. 83.*

Domine uirtutum, beatus homo qui sperat in te. *Psalmo 117.*

Bonum est sperare in domino, quā sperare in principibus. *Psalm 146.*

Beneplacitum est domino super timentes eū & in eis qui sperant super misericordia eius. *Prouerbiorum cap. 3.*

Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus uijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. *Esaiæ cap. 25.*

Factus es fortitudo pauperi, spes à turbine, umbraculum ab æstu. *Idem cap. 40.*

Qui aūt sperant in domino mutabūt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. *Paulus 1. ad Corinthios cap 9.*

Qui arat, debet arare in spe fructus percipiēdi. *Idem ad Romanos cap. 5.*

Spes non confundit. *Ibidem cap. 12.*

Spe gaudentes. *Ibidem. cap. 15.*

Deus autem spei repleat uos omni gaudio. *Augustin. super Psalm. 104.*

Qui gaudet in spe tenebit & rem, qui autem spem non habet, ad rem non poterit peruenire. *Idem de Spiritu & litera.*

Mihi magis uidet fidei filius qui nouit à quo speret, quod nondum habet, q̄ qui sibi tribuit quod habet. *Idem in Enchiridio.*

Fides credit, spes & charitas orant, sed sine fine esse non possunt, at per hæc & fides orat. *Hieron. epist. 5. prime partis.*

Est igitur spes expectatio rerum omnium q̄s in fide habemus per quam saluamur, Paulo ferente: spe enim saluati sumus. *Ambrosius in Hexameron.*

In grauissimis passionibus spem deponimus, fractiq; animo resoluimur. Improuidi & inhærentes iacemus, cum de diuina misericordia tūc sperandū amplius sit, cum præsidia humana deficiunt. *Idem super Psalm. 12.*

Spes cōmodi furatur labores, & metum abscondit periculi. *Grego. Moralium lib. 19.*

Nō solū in spe debet esse securitas, sed etiā timor in conuersatione, ut illa certātes foueat, & ista torpentes pungat, unde ꝓphet: Qui timent dominum sperēt in eo. ac si aperte dicat: De spe incassum prę sumit, qui timere dominum in suis operibus renuit. *Idem 30. Moralium.*

Nobis nō securius, q̄ sub spe timere, ne incauta mens aut desperādo se in uitijs deiiciat, aut extollendo de donis ruat. Ante districti enim iudicis oculos, quāto sub spe humilius trepidat, tanto in illo robustius fiat. *Ibidem.*

Tanto spes in deum solidior surgit, quanto pro illo quisq; grauiora ꝓtulerit, quia nequaq; retributionis gaudium de ęternitate colligitur, quod non hic prius pia tribulatione seminatur. *Idem 6. Moralium.*

Spes in æternitatem animum erigit, & idcirco nulla mala exterius quæ tolerat, sentit. *Ibidem libro 22.*

De creatore desperare, est spē in creatura ponere. *Origenes super Exodo homilia 9.*

Futurorum spes laborātibus requiem parit, sicut in agone positis dolorem uulnerum mitigat spes coronæ. *Seneca Tragœdia 7.*

Spes nullam monstrat rebus afflictis uiam. *Idem Tragœdia 6.*

Qui nihil potest sperare, desperet nihil.

Periander.

ἐλπίδας νέμε. id est, *Spes tribue:* Idem.

ἔλπιζε ὡς θνητὸς, φείδου ὡς ἀθανατὸς id est, *Spera ut mortalis, parsimonia utere tanquam immortalis.* *Menander.*

ἀνὴρ ἀτυχῶν δὲ σώζεται τοῖς ἐλπίσιν. id est, *Vir infœlix quidem saluatur spebus.* Idem.

ἀεὶ δ' ἐλπίδες βοσκουσι τοὺς κενὸς βροτῶν. id est, *Spes pascunt uanos mortalium.* Idem.

ἔλπιζε πάντα μέχρι γήρους θνητὸς ὤν. id est, *Spera omnia usq; ad senectutem mortalis existens.* *Hesiodus.*

ἐλπὶς δ' ἀνδρὶ ἀγαθῇ κεχρημένον ἀνόλβια κομίζει. id est, *Spes non bona indigentem uirum sequitur.* *Theocritus.*

θαρσεῖν χρὴ φίλε βᾶτερ, τάχ' ἄμμιν ἔσσετ' ἄμεινον.
ἐλπίδες ἐν ζωοῖσι, κἀνέλπιστον δὲ θανόντες
χ' ὁ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει ἄϊθριον, ἄλλοκα δ' ὐδ. id est,
Fidere amice decet, melius cras forsan habebit.
Sperandum est uiuis, non est spes ulla sepultis.
Nūc pluit, & clarus nunc Iupiter æthere surgit.
Iulius Polyenus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ἐλπὶς ἀεὶ βιότοιο κλοῦβ[illegible] νοῦρ, ἡ πυμάτη δὲ
ἦως, τὰς πολλὰς ἔφθασεν ἀχολίας. id est,
Spes uitæ ſemper furatur mentem, extrema autem
Aurora multa præuenit negotia.
Terentius comœdia 4.
Spe incerta certum mihi laborem ſuſtuli.
Idem comœdia 6.
Commodius eſſe opinor, duplici ſpe utier.
Virgilius Aeneidos libro 2.
Heu nihil inuitis fas quenq; quenquam ſidere diuis.
Idem libro 19.
Spes addita ſuſcitat iras.
Ouidi. de Ponto libro 1. elegia 7.
Spes igitur menti pœnæ Græcine leuandæ
Non eſt ex toto nulla relicta meæ.
Hæc dea, cum fugerent ſceleratas numina terras.
In dijs inuiſa ſola remanſit humo.
Hæc facit, ut uiuat foſſor quoq; compede uinctus,
Liberaq; a ferro crura futura putet.
Hæc facit, ut uideat cum terras undiq; nullas
Naufragus, in medijs brachia iactet aquis.
Sæpe aliquem ſollers medicorum cura reliquit,
Nec ſpes huic uena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem,
Atq; aliquis pendens in cruce uota facit.
Hæc dea q̃ multos laqueo ſua colla ligantes
Non eſt propoſita paſſa perire nece.
Ouidius epiſt. Phillidis ad Demophoonta.
Quæcunq; ex merito ſpes uenit, æqua uenit.
Idem epiſt. Helenæ ad Paridem.
Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo.
Lucanus libro 8. Pharſaliæ.
Cauſa iubet melior ſuperos ſperare ſecundos.
Tibullus libro 2. elegia 7.
Iam mala finiſſem læto, ſed credula uitam
Spes fouet, & melius cras fore ſemper ait.
Spes alit agricolas. ſpes ſulcis credit aratis
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.
Hec laqueo uolucres, hæc captat arundine piſces,
Cum tenues hamos abdidit ante cibus.
Spes etiam ualida ſolatur compede uinctum,
Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.
Horatius Carminum libro 4. Ode 11.
Terret ambuſtus Phaetòn auaras
Spes, & exemplum graue præbet ales
Pegaſus terrenum equitem grauatus
Bellerophontem. ibidem epiſt. 5.
Mitte leues ſpes, & certamina diuitiarum.
Dantes Florent. paradiſi. can. ca. 20.
Regnum cælorum uiolenza pate
Da caldo amore & da uiua ſperanza,
Che uince la diuina uoluntate,
Non aguiſa che lhom ſobranza,
Ma uince lei, per che uol eſſer uinta,
Et uinta uince cum ſua benignanza. id est,
Regnum cælorum uiolentiam patitur
A calido amore, & uiua ſpe,
Quæ ſuperat diuinam uoluntatem,
Non ſicut homo luctans uincit hominem,
Sed uincit eam, quoniam uult uinci,
Et uicta uincit ſua benignitate.
Dantes Florent. paradiſi. can. 25.

Speme di ſio e uno atteuder certo
De la gloria futura, che produce
Grata diuina, & præcedente metro. id est.
Sed deſiderium atq; attentio certa
Gloriæ futuræ, quæ producit
Gratiam diuinam, atq; præcedens meritum.
Franciſ. Petrar. Soneto 113.
Amo pur gioua de ſperar anchora. id est,
Mihi inſuper prodeſt ſperare adhuc.
Idem Soneto 288.
Quante ſperanze ſe ne porta il uento?
Quot ſpes ſecum aufert uentus.
Idem Cantil. 19. Stantia. 3.
Linfinita ſperanza uccide altrui. id est,
Infinita ſpes perimit alterum.
Idem Cantil. 35. Stantia 3.
Queſto mauanza di contanta ſpeme,
Et queſto ſolo anchor quhi me mantene. id est,
Hoc mihi ſupereſt ex tanta ſpe,
Et iſtud ſolum adhuc me retinet.

SPiritus græce πνεῦμα. ατος. τὸ. & πνέω ſpiro & πνευμα τικός, ή, όν, ſpiritualis dicitur. Spiritus dicitur ſeptupliciter. ſ. aer uel uentus, corpora beatorum, animæ beatorum, uirtus imaginatiua, mens, deus, ſecundum b. Tho. prima parte, q. 41. art. 3. & 1. Sentent. diſt. 10. q. 4. c.

Spiritus ſanctus eſt tertia perſona in diuinis a patre filioq; procedens: competit autem ei diffinitio perſonæ. Nam perſona ſecũdum Boetium libro de duabus naturis, rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. *Sapientiæ cap. 12.*

O q̃ ſuauis eſt domine ſpiritus tuus.
Matthæus ca. 7.

Quicunq; dixerit uerbum contra filium hoĩs remittetur ei, qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro.
Paulus 1 ad Corinthios cap. 12.

Spiritus oĩa ſcrutatur, etiam profunda dei.
Ibidem. cap. 7.

Hæc omnia operatur unus atq; idem ſpiritus diuidens ſingulis prout uult.
Paulus 2. ad Corinthios cap. 3.

Vbi ſpiritus domini, ibi libertas.
Idem ad Romanos cap. 5.

Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.
Ibidem cap. 8.

Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitib9 inenarrabilibus *ibidem.*

Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum dei, in quo clamamus, Abba pater.
Idem ad Epheſios cap. 1.

Signati eſtis ſpiritu ſancto pmiſſionis, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. *Lucas cap. 12.*

Spiritusſanct9 docebit uos in ipſa hora quid oporteat uos dicere.
Aug. ſuper epiſt. Ioan. & hab de Pœni. di. 2. c. Vnctio.

Vnctio inuiſibilis ſpũſanctus eſt, q̃ in q̃cunq; fuerit, tanq̃ radix illi erit, quæ quamuis ardente ſol

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſole areſcere nō poteſt, nutritur calore ſolis, nō areſcit. *Grego. ſuper Ezechiel. hom. 10.*

Mentē quā ſpiritusſanctꝰ repletin amaritudine tēporaliū et æternorū dilectiōe commonet. Dulce em̄ eſt eſſe in rebus humanis, ſed ei q̄ adhuc de cæleſtibꝰ gaudia nulla guſtauit, & quāto minꝰ æterna intelligit, tāto delectabilius in tēporalibꝰ requeſcit. *Aug. ad ſpūſanctū de Vtilitate.*

Recolo q̄d tu aliquādo adulterū & homicidā tetigiſti, & pſalmiſtam feciſti. Suſannā innocētem liberaſti. Magdalenā ſeptē dæmonibꝰ plenam reſpexiſti, & multa dilectiōe rerū in cruce viſitaſti, & ſociū Chriſti eadē die i paradiſo ſtatuiſti, flere cœpiſti apoſtatā, & ordinaſti in ſummū pontificem, vocaſti publicanū, & euangeliſtam conſecraſti, percuſſiſti perſecutorē, & creaxiſti in ſummū doctorē deſcendiſti in timidos metu Iudæorū incluſos, & emiſiſti eos audaciſſima doctrina inflāmatos. Nihil ergo peto niſi te quia tu es doctor & doctrina, medicus & medicina pfector, & prꝑparator mētis, amor et amator, tu es donum, tu es dator, vita & vitæ conſeruator. *Gregor. homil. penultima.*

In linguis igneis ſpiritusſanctus apparuit, quia omnes quos repleuit, ardentes pariter & loquētes facit. Linguas igneas doctores habent, quia deū prædicando, & amando corda audientium inflammant, Nam & otioſus ſermo docentis eſt, ſi præbere non valet incendium amoris.

Idem in Paſtorali.

Idcirco ſpiritusſanctus in colūba & igne monſtratus eſt, quia omnes quos implet & columbæ ſimplicitate manſuetos, & igne zeli ardētes exhibet. Nequaq̄ igitē ſpiritu plenꝰ eſt, qui aut in tranquillitate māſuetudinis feruorē æmulationis non ſenſit, aut rurſum in æmulationis ardore virtutem manſuetudinis amittit.

Idem li. 2. Moralium.

Spiritusſanctus cōtra ſingula tentamenta erudit, & in ſeptē virtutibus tēperat, vt contra ſtultitiā, ſapientiā, contra hebetudinē intellectum, cōtra præcipitationē conſiliū, cōtra timorem, fortitudinē, cōtra ignorantiam ſcientiā, contra duritiem pietatē, contra ſuperbiā, dei timorem.

Idē ſuper Ezechielem.

Cōſidero patres noui & veteris teſtamēti, Dauid Danielē, Amos, Petrū, & Paulū, & Matthæum & apertis oculis fide intueor. Implet nanq̄ ſpiritusſanctus puerū citharœdū, & pſalmiſtā facit abſtinentem. Implet puerum, & iudicē ſenū facit. Implet poſtorem armentariū, & prophetam facit. Implet piſcatorē, & principē apoſtolorū facit. Implet perſecutorē, & doctorē gentiū facit. Implet publicanū, et euangeliſtā facit. q̄s ergo inſanus ſumꝰ, q̄ hūc ſpūm nō quærimꝰ?

Greg. ſup illud Matth. 4. Ductus eſt Ieſus a ſpiritu.

Abſq̄ vlla dubitatione conuenienter accipit, vt à ſpiritu ſancto ductus credatur, vt illuc eū ſuus ſpiritus duceret, vbi eum ad tentandū ſpiritus malignus inueniret.

Idē homil. 23.

In terra datur ſpiritus, vt diligatur proximus. E cœlo datur ſpiritus, vt diligat deus Sicut ergo vna eſt charitas, & duo præcepta, ita vnus ſpiritus, & duo dona.

Ioan. Chryſo. ſup Matthæum.

Ideo ſpiritusſanctus ſpecimē colūbæ ſuſcepit, quoniā poſt omnibꝰ animalibꝰ hęc cultrix eſt charitatis. Oēs ſpecies iuſtitiæ, quas habēt ſerui dei in ueritate, poſſunt habere ſerui dei in ſimulatione, ſolam aūt charitatē ſpiritusſancti non pōt immūdus ſpūs immutare. Hanc igit̄ priuatā ſpeciē charitatis ſeruauit ſibi ſpiritusſanctus, q̄a per nullius teſtimonium cognoſcit, ubi eſt ſpiritusſanctus, ſicut per gratiam charitatis.

Bernard. ſermon 74.

Spiritus Ieſu ſpiritus bonus, ſpūsſanctus, ſpiritus rectus, ſpiritus dulcis, ſpiritus fortis, infirma roborans, aſpera planans, corda purificās, quicquid in hoc ſeculo nequam uidetur difficile & auguſtum, leue facit, & hic illatam opprobriū, gaudium iudicat, deſpectionē exaltationē eſſe perſuadet. *Beda homil. 9 ſup illud Lucæ. Exurgens Maria, abijt in montana.*

Nulla in dilectēdo mora eſt, vbi ſpūsſanctus doctor adeſt. *Dantes paradiſi canti. 22.*

Queſti altri fuochi, tutti contemplanti
Homini acceſi furon di quel caldo,
Che fa naſcere li fiori & frutti ſancti. id eſt
Hi alij ignes, omnes contemplantes
Homines accenſi fuerunt ex eo calore,
Qui cauſa eſt, ut oriantur flores, & fructus ſancti.
Dantes Floren. Parad ſi cant.

Per Moyſe, per propheti, e per pſalmi,
Per leuangelio & per uoiche ſcriueſti
Poi che ſi ardente ſpirito, ui fe almi. id eſt.
Per Moyſen, per prophetas, atq; per pſalmos,
Per euangelium, & uos ſcriptores horum,
Poſtq̄ ſic ardens ſpiritus uos ſanctos facit.

Spiſſitas græce ἀκοσότης ητος.ἡ & λαχὺς χος.ὁ. ſpiſſus & denſus dicitur. Eſt autē ſpiſſum id cuius partes ipſæ ſibi propinquæ ſunt, ſecundum Ariſt. lib. prædicamentorum.

Spiſſum à ſæpiū denſitate dicitur. Spiſſum em̄ proprie denſum ſignificat. Hinc ſpiſſitas, et ſpiſſitudo pro denſitate. Item ſpiſſe aduerbiū, & ſpiſſo uerbum.

Sponſa græce νύμφη ης.ἡ & νυμφίος.ου.ὁ. ſpōſus ac νυμφικὸς,ὴ,ὸν. ſponſalis dicitur. Sūt enim ſpōſaliæ promiſsio futurarum nuptiarum, & fiunt abſolute quadrupliciter. ſ. Nuda promiſsione, datis arris ſpōſalitijs, annuli ſubarratiōe, & interueniente iuramento. Et fiunt cum cōditione quadrupliciter. ſ. q̄a aut cōditio honeſta de bonis ſimpliciter, aut de bonis utilibus per modū doctis, aut de bonis utilibus per modum pœnę, aut conditio inhoneſta cōtraria bonis matrimonij, aut inhoneſta nō contraria bonis matrimonij, ſecundum b. Tho. 4. Sent. diſt. 17. q 1. ar. 2. Spōſalia ſunt futurarū nuptiarū promiſſio, vt ha. 30. q. 5. ca. Noſtrates, dicta à ſpōdeo. Vñ ſpōſus quaſi ꝓmiſſus, & ſpōſa quaſi ꝓmiſſa. Quare poſt

poſt cõtractũ matrimoniũ per uerba de preſenti dicunt uxor & maritus, nõ ſponſus nec ſpõſa.

SPVRIVS græce νόθος ου ὁ. à nonnullis putat, ſed nõ eſt qui græco uocabulo dicit nothos, hoc eſt ex adulterio natus, nã is latinũ uocabulum nõ habet, ideoq; utimur peregrino, ſed incerto patre natus, quẽ Modeſtinus uulgo cõceptum appellari ſcribit, ſiue qui eum patrẽ habet, quẽ habere nõ licet. Vnde ſpurios etiam uerſus dicimus alterius ac incerti autoris Auſonius de Ariſtarcho. Quicq; notas ſpuriis uerſibus appoſuit.

SPVO græce πτύω dicit. Venitq; à pus, q̃ eſt ſanies, & quicunq; & humor in putredinem uerſus. Hinc etiã ſputũ, hoc ex ſaliua. Hinc etiã exspuo, reſpuo, repudio & quaſi cũ ſputo q̃ contẽptum reiicio, & per metaphorã cum contẽptu expello. Terent. Vbi illam expueret miſeriam ex animo. A ſpuo ſpurcum deducit, hoc eſt impurum, obſcœnum. Vnde ſpurcitia uenit, hoc eſt immunditia, & ſpurius, de quo ſupra.

STABILIS græce ἑδραῖος ου ὁ. & ἑδράωσις ιος ἡ. ſtabilitas dicit. Eſt aũt ſtabilis qui poteſt, uel natura aptus eſt diu ſtare.

STADIVM eſt ſpatiũ centũ uigintiquinq; paſſuũ, et dicit à ſtãdo, qa Hercules tantũ curres poſtea ſtabat & reſpirabat, ex b. Tho. ſup 1. ad Corin. 9. lec. 2. co. 4. Dicitq; à græcis στάδιον ου τὸ. & latinæ curriculum, in quo equi currunt.

STATVS græce στάσις ιος ἡ. & στατὸς ου ὁ. firmũ dicit. Status ꝓprie pertinet ad libertatem uel ſeruitutem in cõporalibus, uel ſpiritualibus, qua ſignificat immobilitatẽ & obligationẽ perſonæ hois ſecundũ b. Th. ſec. ſecũdæ q. 183. ar. 10.

Status à ſto ſtas dicitur. Stare autẽ ſignificat poſitionem naturalem hominis cum immobilitate ſecundum eundem ibidem.

STERNVTARIO græce πταρμός οῦ ὁ & πτάρνυμι ſternuto dicit. Cauſat aũt ſternutatio ex cõmotione cerebri, quod eſt principalis pars capitis, ſecundum b. Tho ſuper Iob 42. lec. 2. prin.

Sternere ꝓprie eſt de ſtatu deiicere, & quaſi in terram extendere. Hinc ſterno & ſternuto, ſternutatio, ſternutamentũ, ſternutorium medicamentum, à quo ad ſternendũ excitamur. Etenim qui ſternũt quodãmodo tanto corpore extenduntur. Licet em̃ ſternutatio à capite p̃cipue ſit, fit em̃ ſternuẽdo quædã totius corporis extenſio.

STIPENDIũ græce μισθοφορία ας ἡ & μισθοφόρος ου ὁ. ſtipendiarius miles dicitur. Eſt autẽ ſtipendium æs militare, dictũ à ſtipe, hoc ẽ nũmo pendẽda.

STVDIVM græce σπουδή ῆς ἡ & σπουδαῖος α ον. ſtudioſus & σπουδάζω ſtudeo dicit. Eſt aũt ſtudium uehemens applicatio animi cum magna uoluntate ad aliquid agendum, ſecundum Ciceronem libro 1. Rhetoricorum.

Studium importat uehementem applicationem mẽtis ad aliquid & principaliter ad cognitionem: Secundario autem ad ea, in quibus homo per cognitionem dirigitur, ſecundum beatum Thomam ſecunda ſecundæ q. 166. arti. 1. c.

Studioſitas eſt uirtus cuius principalis materia eſt cognitio, ſecundario autem alia, ſecundum eundem ibidem q. 160. ar. 2. c. Dicunt autẽ hæc à ſtudeo, quod eſt do operam, incumbo.

Hieremias cap. 5.

Hæc dicit dominus exercituum deus Iſrael. Bonas facite uias ueſtras & ſtudia ueſtra, & habitabo uobiſcum in loco iſto.

Aug. in li. de Catechizandis rudibus.

Sedulo monẽdi ſunt ſcholaſtici, ut humilitate induti Chriſtiana diſcãt nõ cõtemnere, quos cognoſcunt morum uitia q̃ uerborum ampliꝰ deuitare. Sed caſto cordi linguam exercitatam non cõferre audeant, quã & proferre conſueuerant. His em̃ maxime eſt utile noſſe ita eſſe præponẽdas uerbis ſententias, ut præponit animꝰ corpori. Ex quo fit ut ita malle debeant ueriores q̃ diſcretiores inuenire ſermones, ſicut malle debent prudentiores q̃ formoſiores habere amicos. *Idem libro 9. de Trinitate.*

Quid eſt inuenire niſi inid uenire quod quæritur? Quæ autem ultro occurrunt menti, non dicuntur inuenta, quamuis dicuntur cognita, quia tendebat anima ad illa quærenda.

Hieronymus ad Demetriadem uirginem.

Sit ipſa lectio temperata, cui finem conſilium, nõ laſſitudo imponat. Nã ut immoderata ieiunia, & ardor abſtinẽtiæ, & inordinatæ uigiliæ intẽperantiæ coarguunt, & nimietate ſua pariunt ut hæc ipſa poſtea quidẽ nec mediocriter fieri poſſint ita ſtudiũ intẽperans lectionis in reprehenſionẽ cadit, & quod laudabile eſt ingenere ſuo, fit nimietate ſua culpabile.

Ambroſius ſuper Lucam libro 1.

Legimus aliqua ne negligant, legimus ne ignoremus, legimus non ut teneamus, ſed ut repudiemus. *Gregorius libro 6. Moralium.*

Idcirco & deſidioſus ingeniũ ſæpe accipit, ut de negligẽtia ſuſpicius putat. Quia quod ſine labore aſſequi potuit, ſcire cõtemplit. Et ideo nõ nunq̃ ſtudioſus tarditate negligentiæ premitur, ut eo maiora præmia retributionis inueniat, quo magis in ſtudio inuentiõis elaborat. Nihil ergo eſt in terra ſine cauſa, quãdo & ſtudioſo tarditas ad pærmiũ proficit, & deſidioſo uelocitas ad ſupplicium creſcit.

Ioan. Chryſo. de Curialium nugis & ueſtigijs phil.

Omino iniquũ ẽ nobiliora ingenia ſtudijs deheſtari minoribus, & eos quos ardua & grauiora expectant officia, uoluptatis & uanitatis occupationibus agitari. *Iſid. li. 3. de Sum. bo.*

Omnis profectus ex meditatione & lectione procedit. Quæ enim neſcimus, lectiõe diſcimus, quæ didiſcimus, lectione conſeruamus.

Hugo libro 1. Didaſcalicon.

Tria ſunt quæ præcipue ſtudijs legentiũ obeſſe ſolẽt, negligẽtia, imprudẽtia, fortuna. Negligentia eſt quãdo ea quæ diſcẽda ſunt, uel prorſus prætermittimus uel minus ſtudioſe diſcimus. Imprudentia eſt quando congruum ordinẽ in his quæ diſcimus nõ ſeruamus. Fortuna ẽ in euẽ-

tu

tu casuum siue naturaliter contingente, qñ uel paupertate, uel infirmitate, uel naturali tarditate siue etiam doctorum raritate à proposito nostro retrahimur. in his autem tribus de primo. i. negligentia lector ammonendus est, de secũdo uero. i. prudentia instruendus, de certio. i. fortuna adiuuandus. *Ibidem lib 3.*

Tria sunt studentibus necessaria: Natura, exercitium, disciplina. In natura considerat, ut facile audita percipiat, & percepta firmiter retineat. In exercitio, ut labore & sedulitate naturalem sensum excolat. In disciplina, ut laudabiliter uiuens mores cum scientia componat.

Ibidem.

Sapiens ille uir Græciæ Demosthenes, cũ expletis cẽtum 7. annis se mori cerneret, dixisse fertur, se dolere quod egredereť de uita, quando sapere cœpisset. Plato 80. anno scribens mortuus est. Socrates 98. in docendi & scribendi labore compleuit. Refert Homerus quod de lingua Nestoris iã uetuli & pene decrepiti dulcior mel le oratio fluxerit. *ibidem.*

Prudens lector uel auditor oẽs libẽter audit, omnia legit, non scripturã, non doctrinam spernit, ab omnibus indifferẽter cp sibi deesse uidet quærit. Non quantum sciat, sed quantum ignorat, considerat. *Aristoteles lib. 8. Politicorum.*

Commune omnium debet esse studium.

Seneca epistola 2.

Certis ingeniis innutriri & immorari oportet, si uelis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat. *Idem epistola 53.*

Studio me dabo, oĩa alia negligenda sunt, ut huic assideamus, cui nullũ tempus satis magnũ est, etiam si à pueritia usq; ad longissimos ætatis terminos uita producatur, resistendum est occupationibus. *idem epistola 21.*

Studia te clarum & nobilem efficiant, sine studio æger est animus. *idem epistola 27.*

Studijs & diuitijs pariter uacare non potes. Nec aiam illam dignať habitare sapientia, quã uidet infectam desiderijs, & curis temporalibus inuolutam. *idem de Consolatione ad Paulinum.*

Studia optime fœlicitatem extollunt, & facillime calamitates minuunt.

Idem libro de 7. artibus liberalibus.

Quid refert prouidere quod effugere nõ possumus? Plus scire uelle cp satis, intemperãtiæ genus est. Audi quantum malum facit nimia subtilitas, & cp infesta uirtuti sit.

Idem epistola 17.

Si uis uacare aĩo, aut pauper sis, aut pauperi similis. Multis eñ ad philosophãdum obstitere diuitiæ: Paupertas autẽ expedita est & secura.

Idem epistola 80.

Studia aũt saluti corpori sunt. In remediũ enim credunt honesta solatia, & quicquid aĩm erexerit, etiam corpori prodest. Cogito cp multi corpora exerceãt, ingenia cp pauci. Quantus ad spectaculum non fidele & lusorium fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo, cp imbecilli animo sunt, quorum lacertos humerosq; miramur. *idem epistola 87.*

Otium sine literis mors est, & uiui hominis sepultura. Alit lectio ingenium & studio fatigatum, non sine studio tamen reficit.

Salustius in Catilinario.

Studium cuiusq; ex ætate flagrat.

Hesiodus.

εἰ γὰρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο,
καὶ θαμὰ τοῦτ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο. id est,

Si enim paruum supra paruum addideris,
Et frequenter hoc facias, forte magnum & hoc fiet.

Ouidius de Ponto libro 4. elegia 2.

Excitat auditor studium, laudataq; uirtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.

De hac materia habes supra ubi Eruditio Diligentia, Prudentia, Sapientia & Scientia.

Stultiloquium græce μωρολογία, ας, ἡ dicitur, significatq; peruersam sententiam uerborum per quæ quis præfert delectationes luxuriæ alijs bonis, secundum b. Tho. secunda secundæ, q. 153. art. 7.

Stultitia græce μωρία, ας, ἡ & μῶρος, ου, ὁ, stultus dicẽtur. Est autem stultitia in factis dictisq; per ignorantiam recti ac boni erratio, secundum Lactan. lib. 2. di. instit. Stultitia importat hebetudinem sensus spiritualis. Fatuitas autẽ totalem priuationem eius. Ideo prima opponitur contrariæ sapientiæ, secunda uero priuatiu, ex hea. Tho, secunda secundæ q. 8. ar. 6.

Stultitia dicit à stupore de q̃ supra. Quia stultus est qui propter stuporem non mouet, secundum Ari. li. 2. Ethicorum, & b. Tho. secunda secundæ q. 46. ar. 1. *Prouerbiorum ca. 1.*

Sapientiam atq; doctrinam stulti despiciunt.

Idem cap. 10.

Filius sapiens lętificat patrem. Filius uero stultus mœstitia est matris. *idem cap. 15.*

Stultus irridet disciplinam patris sui. Qui autem custodit increpationes, astutior fiet.

Idem cap. 17.

Plus proficit correctio apud prudentẽ, cp centum uerbera apud stultum. *Ecclesiastes cap. 1.*

Stultorum infinitus est numerus.

Idem cap. 7.

Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. *Ecclesiastici cap. 22.*

Arenam & salem & massam ferri faciliusest ferre cp hominem imprudentem & fatuum & impium. *Matthæum cap. 15.*

Cæcus autem si cæco ducatum prestet, ambo in foueam cadunt.

Augustinus de Vera religione.

Qui se diligit stultũ, nõ proficiet ad sapientiam.

Gregorius in Moralibus, & habetur dist. 38. cap. Qui ea.

Qui ea q̃ dei sunt sapiunt, à dño sapiunť; qui ea quæ dei sunt nesciunt, à dño nesciuntur. Paulo attestante, qui ait: si quis ignorat ignorabiť, idem: Quicunq; stultus est in culpa, erit sapiens in pœna. *idem libro 27. Moraliũ.*

Tanto quisq; intus amplius stultior fit, quanto conatur exterius sapiens uideri. *Sene-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Seneca epiſtola 10.

Stulto nulla re opus eſt. Nulla enim uti ſcit, ſed omnibus eget. Omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui, Nemo eſt ex imprudentibus qui relinqui ſibi debeat. *Idem epiſtola 13.*

Inter cætera mala hoc quoq; habet ſtultitia, ſemper incipit uiuere. *idem epiſt. 26.*

Humilis eſt ſtultia, res abiecta, ſordida, ſeruilis, multis affectibus & fæuiſſimis abdita. *ibidem.*

Si quando fatuo delectari uolo, non eſt mihi longe quærendus, me uideo.

Cicero libro de Natura deorum.

Miſerius enim ſtultitia quid dicere poſſum? *Ibidem.*

Multa ſunt incõmoda in uita, ut ea ſapientes cõmodorum cõpenſatione leniant, ſtulti nec uitare uenientia poſſunt nec ferre præſentia.

Idem libro 1. de Legibus.

Quid abiectius ſtultitia, & tarditate dici põt?

Idem lib. de Finibus bonorum & malorum.

Stulti malorũ memoria torquentur. *Ibidem.*

Igit nec ſtultorum quiſq; beatus, neq; nõ ſapientum non beatus. *Sophocles in Aiace.*

δι γὰρ κακὸι γνώμαισι, τ' ἀγαθὸν χέροιν
ἔχοντες, οὐκ ἴσασι, πρὶν τις ἐκβολῇ. id eſt,

Homines enim malæ mentis bonum præ manibus
Habentes non cognoſcunt antequam amittatur.

Horatius lib. 1. Epiſtolarum epiſt. 1.

Virtus eſt uitium fugere & ſapientia prima,
Stultitia caruiſſe.

Idem Sermonum lib. 1. ſatyra. 2.

Dum uitant ſtulti uitia, in contraria currunt.

Perſius ſatyra 1.

Auriculas Aſini quis non habet?

De hac materia habes ſupra, ubi Prudentia, Sapientia, & Scientia.

Stupor græce θάμβος. ου. τὸ. & θαμβέω ſtupeo dicitur. Eſt autem ſtupor admiratio uehemens ſecundum Ariſt. libro Topicorum.

Stupor eſt timor inconſuetæ imaginationis, ſecundum b. Tho. 3. Sen. q. 26. art. 3.

Stupor à ſtupeo uenit, ſtupeo autem à ſtupa. Dicitur autem à ſtupor eo q; ſenſus conſtipentur. Eſt enim ſtipare rimas obturare: qa in hoc ſtupa uti ſolemus, ſtipare pro denſare & componere ponitur. Virg. Stipatq; carnis ingens argentum Dodoneosq; lebetes.

Stuprum græce δι᾽ ακόρεσις. ιος. ὁ. & διακορεύω ſtupro dicitur. Eſt autem ſtuprum illicita uirginum defloratio ſub parentum cura exiſtentium, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 154. ar. 1. c.

Stuprum proprie uirginum defloridatio, ut habetur 36. q. 1. Lex illa.

Stuprum aliqñ pro inceſtu ponitur. Proprie tñ ſtuprum eſt coitus lege uetit⁹, qui duplex eſt. Vnus cum nupta quod & adulterium dicitur, aut cum puero, aut cum ſanguine coniunctis, ſiue ſacris uirginibus. Aliter cum uim afferimus cuilibet perſonæ, etiam ſi ancilla ſit. Vnde ſtuprare in utrunq; ſenſum accipit. Quintil. Vxor marito dicit appellatũ ſe de ſtupro à priuigno.

Suauitas græce ἡδύτης. ητος. ἡ. & ἡδὺς. εῖα. ὺ. dicitur. Eſt aũt ſuauitas dulcedo, & ſuaue dulce. Hinc fit ſuauiũ, q; ut quidam uolunt, ſic ab oſculo & baſio differt, q; oſculũ officiũ eſt, ut cũ è longinquo redeuntes ſalutamus atq; oſculamur. Baſium pudicorum eſt, ut patris in filiũ: ſuauium uero uoluptatis. Sane oſculum eſt diminutiuum de or. Ouid. Videt oſcula quæ nõ eſt uidiſſe ſatis. Poniť tñ frequenter pro baſio, qm̃ baſiando os coartamus atq; minuimus, & q̃ſi ex ore oſculum facimus. Hinc oſculor uerbum, oſculator, oſculatio, ſicut à baſium baſio, baſiator & baſiatio.

Subare eſt proprie porcorum cum luxuriantur. Quare D. Hiero. li. Satyrico contra Iouinianum ca. 49. Nũc reſtat ut Epicurum noſtrum ſubantem in hortulis ſuis inter adoleſcentulas & mulierculas alloquamur. Licet in pleriſq; codicibus ſudantem legatur, & mendoſe.

Subarratio fit multipliciter. Nam fit quãdoq; per immiſſionem annuli, quandoq; per donationem aliarum rerum, uel aliorum inſignium, & quandoq; interueniente conſenſu exp̃ſſe, ut in loquente, & quandoq; non ut in muto, dummodo conſtet de ſubarratione præſumitur matrimonium, donec probetur contrarium, glo. ca. ul de ſponſa impube. in uer. ſubarrauit.

Subdelegatus aliq̃ ſubdelegare non poteſt, qa ſic & illi poſſent iterum ſubdelegare, quod eſſe non debet. Et eſt ſimile in excommunicatione, quæ non tranſit in tertiam perſonam, glo. eſt in capi. Cum cauſam, de appella.

Subdelegator à principe ſolus ualet alteri cauſam delegare, de appella. ca. Cum cauſam.

A ſubdelegato ſi fuerit appellatũ, delegatus poteſt procedere ſi aliquid iuriſdictionis ſibi retinuit, de offi. delega. ca. Super quæſtionum.

Subdelegatus à collega præoccupante iuriſdictionem præfertur alteri collegæ, glo. in cap. Cum plures, de offi. delega. libro 6.

Subdiaconi appellantur qui ſubiacent offi/ciis & præceptis Leuitarum 21. di. Cleros.

Subdiaconus & diaconus, ſimili gaudent pri/uilegio, de fer. non ordi. ca. Miramur.

Subdiaconi officium eſt calicem & patenam ad altare Chriſti deferre, & Leuitis tradere 25. diſt. perfectis. In ſubdiaconum nullus debet ordinari, niſi promiſſa caſtitate, 28. di. de Syracuſanæ. ꝺ. ecce & 2. ca. ſe.

Subdiaconus à Papa ordinatus priuilegium habet, quia per alios epiſcopos non poteſt compelli ad ordines recipiendos, de tempo. ordi. ca. Cum in diſtribuendis.

Subdiaconus poteſt elegi in epiſcopũ, & qui habet curam animarum de ætate, & quali. cap. A multi, & cap. Præterea.

Subdiaconus nõ poteſt elegi in Archidiaconũ 60. di. Innouamus & c. Nullus in epiſcopum.

Subdiaconatꝰ nõ erat ſacer ordo tẽpore apoſtolorũ, 21. di. ꝺ. 1. in fi. 60. di. Nullus in epiſcopũ.

Subreptio differt à falſitate, qa per ſubreptionem tacetur ueritas, per falſitatem mendacium ex

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

exprimitur, tex. eſt in ca. Porrecta de confirma. & inuti.

Subditus græce ἀρχόμενος.η.ον. & ſubdo ὑποτάσσω dicitur. Subditi proprie dicuntur qui ratione domicilij ſubijciuntur. glo. in Cle. una. de foro cõpe. de uer. ſubditos.

¶ Subſannatio græce μυκτηρισμός.ου.ὁ. & μυκτηρίζω ſubſanno dicitur. Hæc autem & irriſio conueniunt in fine, ſed differunt in modo, quia prima fit naſorugato. Secunda uero fit ore. i. in uerbo & cachinnis, ſecundum beatum Thomam ſecunda ſecundæ q. 73.

Subſannatio à ſubſanno uenit. Subſanno autem à ſanno. Sanna enim ſolutus riſus, dicitur à narium ſonitu, Perſi. Poſticæ occurrite ſannæ.

Subſidium græce ἀλκή.ῆς.ἡ. & ἄλκω adiuuo dicitur. Subſidium eſt quod laborantibus periculo mitetitur: Sicut præſidium quod ad tutelam loci ponitur, à præſidendo dictum, quod ante ponatur q̃ periculum adueniat.

Subſtantia græce ὑπόστασις.ιος.ἡ. dicitur. Eſt autẽ ſubſtãtia quæ ꝓprie & principaliter, & maxime ſubſtare dicit, & quæ neq; in ſubiecto eſt, neq; de ſubiecto dicit, ſecundum Ariſt. li. Prædicam.

Subſtantia eſt res habẽs quidditatem, cui debetur eſſe per ſe & non in alio ſcilicet ſubiecto, ſecundum b. Tho. prima parte q. 3. articulo 5.

Subſtantia eſt quæ per ſe ſtat nullis adminiculis fulta, uel quæ accidenti ſeu qualitati ſubſtat atq; ſubſiſtit & quaſi illi ſubiaceat, ſiue quia illã contineat Subſtãtia etiam pro faculatibus ponitur. Quintilianus: Vt plus ſubſtantiæ filio relinquerem. Et in Euangelio: Qui conſumpſit omnem ſubſtantiam.

SVfficientia græce ἱκανότης.ητος.ἡ. & ἱκανός.ή.όν. ſufficiens dicitur. Venit autem a ſufficio quod interdum ſignificat ſatis ſum. Virg. Nec nos obniti contra nec tendere tãtum ſufficimus. Interdum ſubminiſtro. Virg. Ipſe pater Danais animos uires q; ſecundas Sufficit.

Crates philoſophus.

χαῖρε θέα δέσποιν᾽, ἀνθρώπων ἀγαθῶν ἀγάπημα
ἐυτελίη, πλούτου τε κόρον σωφροσύνης.
σὺν ἀρετῇ τιμῶσιν, ὅτοι τὰ δίκαι᾽ ἀσκέουσιν. id eſt,

Salue dea domina uirorum bonorũ oblectamentum
Sufficientia, inclyte proles temperantiæ,
Tuam uirtutem honorant, qui iuſta exercent.

Theognis.

οὐκ ἐθέλω πλουτεῖν, οὐκ εὔχομαι, ἀλλὰ μοι εἴη
ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδὲν ἔχοντι κακόν. id eſt,

Nolo diteſcere, neq; opto. Sed mihi ſit
Viuere a paucis, nihil habenti malum.

Alphæus Mitylenæus.

οὐ στέφεω βαθυλήϊος ἀρούρας,
οὐκ ὄλβον πολύχρυσον ὀλαγύγιος.
αὐτάρκης ἐράμαι βιοῦ μακρῖνε,
τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν, ἄγαν μέτεπε id eſt,

Non amo profundæ ſegetis terras,
Non beatitudinem multi auri, qualia Gyges.
Sufficientem amo uictum Macrine.
Illud nihil nimis ualde me delectat.

Exprimo Epigrammaton.

ἴλθων εἰς ἅΐδην ὅτε δὴ σοφὸν ἤνυσε γῆρας,

Λιγγένης ὁ κύων, κρεῖσσον ἰδὼν ἐγέλα
καὶ στρώσας ὁ γέρων τὸ τριβώνιον ἐγγὺς ἐκεῖνον,
ἧ πολὺν ἐκ ποταμοῦ χρυσὸν ἀφυσαμένω.
εἶπεν ἐμοὶ καὶ νῦν πλείων τόπος, ὅσσα γὰρ εἶχον
πάντα φέρω σὺν ἐμοὶ κρεῖσσε, σὺ δ᾽ οὐδὲν ἔχεις.

Veniens in infernum quando iam ſapientem compleuerat ſenectutem.
Diogenes canis Cræſum uidens ridebat.
Et ſternens ſenex pallium prope illum
Qui multũ ex flumine aurum hauſerat
Dixit. mihi & nũc plꝰ loci, quæcunq; enim habebam,
Omnia porto mecum Cræſe, tu uero nihil habes.

De hac materia uide ſupra in Mediocritas.

SVffragium græce ψῆφος.ου.ἡ. & ψηφιστής.οῦ.ὁ. ſuffragator dicit. Eſt aũt ſuffragium aliqñ idẽ q̃d auxiliũ, nõnunq; ſignificat illas (ut ita dicã) uoces quę in comitijs dicebant, & in tabellis deſcribebant, quibus unuſquiſq; uoluntatem ſuã de aliquo in magiſtratu eligendo declarabat.

Suffragium dicitur a ſuffrago, ginis. quæ ἰγνύα.ας.ἡ. dicitur, & eſt id in poſterioribus pedibus aĩalium, quod in prioribus genua. Dicuntur aũt ſuffragines quod ſuffragantur, hoc eſt, in altum fragantur. Nam ſub aliquando ſupra ſignificat, ut ſublatum, i. ſupra & in altum latum. Cõſtat ſane genua animalium quæ animal generant, ante ſe flectere, ſuffraginũ uero artus in aduerſum. Quẽ admodum poplites dicti ſunt, q̃ poſt plicẽtur, ita ſuffragines quod ſupra frangantur. Plin. Victimarum probatio in uitulo, ut cauda articulũ ſuffraginis contingat. Hinc ſuffragor. i. adiuuo, auxilio ſum: ſicut enim ſuffragines ſunt quæ in primis animal ſuſtinent quibus ſe colligit, ſe ſuſtinet, ſe tuetur, ita ſuffragor à iumentorum ſuffraginibus deriuatur. *Machabæo. li. 2. ca. 12.*

Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis ſoluantur,

Auguſt. li. de Agenda cura pro mortuis. & habetur 13. q. 2. c. Non æſtimamus.

Nõ æſtimamus ad mortuos, pro q̃bus curam gerimus peruenire, niſi pro eis ſiue altaris ſiue orationum, ſiue eleemoſynarum ſacrificijs ſolenniter ſupplicamus, q̃ uis enim non pro quibus fiunt omnibus proſint, ſed his tãtum pro quibus dum uiuunt cooperantur ut proſint.

Idem libro 83. quæſt.

Tempus quod inter hominis mortem, & ultimam reſurrectionem poſitum eſt, animas abditis receptaculis continet, ſicut unaquæq; digna eſt uel requie uel ærũna pro eo quod ſortita eſt, in carne dum uiueret. Neq; negãdum eſt defunctorum animas pietate ſuorum uiuentium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, uel eleemoſynæ in eccleſia fiunt, ſed eis hæc proſunt, qui cum uiuerẽt hæc ſibi ut poſtea poſſent prodeſſe meruerunt. Eſt enim quidam uiuendi modus, nec tam bonus ut non requirat iſta poſt mortem, nec tam malus ut ei non proſint iſta poſt mortem. Eſt uero talis in bono, ut hæc nõ requirat, & rurſus talis in malo, ut ne his ualeat, cum hæc uita tranſierit, adiuuari.

Ibidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Cum ergo ſacrificia ſiue altaris ſiue quarumcun que eleemoſynarū p baptizatis defunctis oībus offeruntur, pro ualde bonis gratiarum actiōes ſunt, pro non ualde malis ppitiationes ſunt, pro ualde malis etiam ſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, qualeſcunq; ſunt cōſolationes uiuoꝝ.

Ibidem.

Monumenta nō ob aliud dicunt, niſi q hi qui uiuentiū oculis morte ſubtracti ſunt, ne obliuione etiam cordibus ſubtrahant in memoriā reuocent, & admonendo faciant cogitari. Vnde monumentum eo, quod moneat mentem nuncupatur. Ad hoc ergo ſunt monumenta mortuorum, ut dum homines recolūt eorum quos diligunt corpora, eiſdem ſanctis illos tanq; patronis ſuſceptos, apud dominum adiuuando & orando commendent. *Ibidem.*

Cum igitur recolit animus, ubi poſitum ſit charisſimi corpus & occurrit, animam dilectam commendat recordantis affectus: quod igitur ad ſepulchrum fidelis mater recurrit, & filium precibus magis q; commendat, adiuuat defuncti ſpiritum, non mortui corporis locus, ſed loci ex memoria uiuus matris affectus.

Ambroſius in lib. Theodoſij imperatoris, & habetur 13. q. 2. ca. Quia alij.

Quia alij tertium diem, alij triceſimum, alij ſeptimum, alij quadrageſimum obſeruare conſueuerunt, *in officijs mortuorum* quid doceat lectio conſideremus. Defuncto inquit Iacob p̄cepit Ioſeph pueris ſuis ſepultoribus, ut ſepelirent eum, & ſepelierunt ſepultores Iſrael, & repleti ſunt quadraginta dies (ſic enim dinumerauerunt dies ſepulturæ) & luxit eum ſeptem diebus; hæc ergo ſequenda ſolennitas eſt, quam p̄ſcribit lectio. Sic etiam in Deuteronomio ſcriptum eſt, quia plāxerunt filij Iſrael Moyſen 30. dies, & conſummati ſunt dies luctus, utraq; ergo obſeruatio habet authoritatem, qua neceſſarium pietatis impletur officium.

Gregorius & hab. 13 q. 2. cap. Animæ.

Animæ defunctorum quatuor modis ſoluūtur, aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus ſanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum. Curatio uero funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarū, magis ſunt uiuorum ſolatia q; ſubſidia mortuorum. Si aliquid prodeſt impio ſepultura pretioſa, oberit pio uilis aut nulla. Non ideo tamen cōtemnenda aut abijcienda ſunt corpora defunctorum, maximeq; iuſtorum, ubi illud & dicitur ſalubriter, quanta poteſt eſſe remuneratio pro eleemoſynis, quas uiuentibus & ſentientibus exhibemus, ſi neq; hoc apud deum perit, quod exanimis hominum membris officij diligentia perſoluit.



Super/

SVperbia græce ὑπερηφανία. æ. sæ. & ὑπερήφανος. ν. ς. ſuperbus & ὑπερηφανεύομαι ſuperbo dicitur. Eſt autē ſuperbia peruerſæ celſitudinis appetitus, ſecundum Aug. lib. 14. de Ciuitate dei. Superbia eſt amor propriæ excellentiæ ſecundum Hugonē de ſacramentis & Iſidorum libro Etymo.

Superbia proprie eſt inordinatus appetit⁹ excellentiæ cui debetur honor & reuerentia. Vel ſuperbia proprie reſpicit defectum ſubiectionis hoīs ad deum, ſecūdum quod aliquis ſe extollit ſupra id quod eſt ſibi præfixum, ſecundum diuinam regulam uel mēſuram. Ex b. Tho. prima ſecundæ q. 84. ar. 2. o. & 2. 2. q. 77. ar. 5. c.

Appetitus excellētiæ rectus eſt magnanimitatis, excedens eſt ſupbiæ, deficiens eſt puſillanimitatis, ſe. b. Tho. in. q. de Malo. q. 8. ar. 2. co. 1.

Supbia deriuatur à ſuperbio q̄d eſt efferor, extollor. Item ſuperbè aduerbiū, hoc eſt elate, arroganter, & ſuperbiloquēs quod eſt ſupbe loquens, & ſuperbiloquentia. i. elatus & ſuperbus ſermo. Superbum etiam ſignificat altum. Vir. *Cecidit q̄s ſuperbum Ilium.*

Superbire eſt quaſi ſupra ire.

Prouerbiorum cap. 13.

Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt.

Eccleſiaſtici cap. 10.

Odibilis coram deo & hoībus eſt ſuperbia.

Ibidem.

Quid ſuperbis terra & cinis? *Ibidem.*

Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à deo.

Ibidem.

Initium omnis peccati eſt ſuperbia. *Iob 15.*

Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit.

Iacobus Canonicæ cap. 4.

Supbis deus reſiſtit humilibus aūt dat gr̄am.

Auguſt. ſuper Matth. ſermone 57.

Audeo dicere ſuperbis continentibus, expedit cadere, ut in eo ipſo in q̄ ſe extollunt humilient. Quid enim p̄deſt cui eſt continentia ſi dñetur ſuperbia. *Idem li. de Natura & gratia.*

Cætera uitia in malefactis ualent, ſola ſuperbia etiam in recte factis eſt cauenda.

Idem ſuper illud Pſalm. Et emundabor a delicto maximo.

Quo alio niſi ſuperbiæ? Nō eſt em̄ maius peccatum q̄ apoſtatare à deo, q̄d eſt initium ſuperbiæ hoīs. Et uere iſte immaculatus eſt qui & hoc delicto caret, quia hoc eſt ultimum redeuntib⁹ ad deum, quod recedentibus primum fuit.

Idem libro 3. de Verbis domini.

Medicina timoris oīs humilitas eſt Chriſti. Nō enim homo periſſet, niſi ſuperbiā ſuſcepiſſet. Initiū enim, ſicut ſcriptura dicit: Omnis peccati ſuperbia: unde ſanaret tumor ſuperbiæ, niſi deus dignatus eſſet humilis fieri? Erubeſcat ergo homo ſuperbus eſſe, quia factus eſt humilis deus.

Idem ſuper Geneſim lib. 11.

Initium omnis peccati eſt ſuperbia, cui etiam non inconuenienter aptatur quod dicit Apoſt. Radix omnium malorum eſt auaricia. Si auariciam generalem intelligimus, qua quiſq; appetit aliquid amplius quam oportet, uel excellentiā propriam, uel propriæ rei priuatum honorem.

Specialis autem eſt auaricia quæ dicitur amor pecuniæ. De generali auaricia, intelligitur quod ait Apoſtolus: Radix omnium malorum eſt auaricia. Hac enim & diabolus cecidit, qui non amauit pecuniam, ſed propriam uoluntatem.

Idem ſuper Ioannem ſermo 5.

Quare patimur multa à creatura q̄ fecit deus? Quia offendimus per ſuperbiam. Ad domandā igitur ſuperbiam inſtituit deus, ut creatura minima & abiectiſſima nos torqueret, ut homo ſuperbus qui ſe iactauit aduerſus deum, & proximū non agnouit, pluribus pulicibus ſubdatur.

Idem de uerbis domini ſermo 54.

Prior eſt in uitijs ſuperbia. Non enim inuidia parit ſuperbiam, ſed ſuperbia parit inuidiam. Nō enim inuideret niſi amor excellentiæ. Amor autem excellentiæ ſuperbia uocatur.

Hieronymus ſuper Marcum.

Multo illo deformior eſt ſuperbia, q̄ ſub quibuſdā humilitatis ſignis latet. Neſcio enim quō turpia ſunt uitia, cum uirtutum ſpecie celant.

Gregorius libro 17. Moralium.

Oīs ſuperbia eoipſo in imo latet, quo in alio ſe erigit ut inde magis ſuppoſita cūctis ſit, unde cunctis appetit ſupereſſe. *idem 33. Moralium.*

Vitium ſuperbiæ ab ipſa radice ſecandū eſt, ut cum latenter oritur, tunc uigilanter abſcindatur, ne prouectu uigeat, ne uſu roboretur.

Idem libro 31.

Radix quippe cuncti mali & regina oīum uitiorum ſuperbia eſt, de qua ſcriptura atteſtante dicitur: Initium omnis peccati ſuperbia. Septem principalia uitia de ſuperbiæ uirulenta radice proferūtur: Inanis gloria, inuidia, ira, triſtitia, auaritia, uentris ingluuies, & luxuria. Nam quia his ſeptem ſuperbiæ uitijs nos captos diabolus tenuit: idcirco redemptor noſter ad ſpirituale liberationis bellum ſeptiformis gratiæ plenus uenit. *Ibidem.*

Ipſa uitiorū regina ſuperbia, cum deuictum plene cor cœpit, mox illud ſeptem principalib⁹ uitijs ſuis ducibus deuaſtandum tradit, ex quibus uitiorum multitudines oriuntur.

Idem libro 34. Moralium.

Euidentiſſimum ſignum reproborum eſt ſuperbia, ac contra humilitas electorum.

Ibidem.

Cunctis nanq; ſuperbia apud ſeſe cogitatiōe tumentibus ineſt, clamor in locutione, amaritudo in ſilendo, diſſolutio in hilaritate, furor in triſtitia, inhoneſtas in actione, honeſtas in imagine, erectio in inceſſu, rancor in reſponſione.

Homerus in α Iliados.

ὃς ὑπεροπλίῃσι τάχ' ἄρ ποτε θυμὸν ὀλέσσῃ. id eſt,
Suis ſuperbijs forte aliquando animam perdet.

Ibidem.

οὐ μὲν καλὸν ὑπέρβιον εὐχετάασθαι. id eſt,
Non quidem honeſtum ſuperbe gloriari.

Periander.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

μὴ ἐπ' ἄϊνορι ἔπι λόξῃ. id eſt,
Noli te extollere oꝫ famam. Cleobulus.
μὴ ὑπερηφανὸν γίνε. id eſt,
Ne ſuperbus ſis unquam. idem.
νῦν ἐλαττόω μὴ ἀσθενὴς ἁλίσκῃς. id eſt,
Minorem ne deſpicias. Phocylides.
μὴ γαυρῦ σοφίῃ μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ,
εἷς θεός ἐστι σοφὸς, δυνατὸς, κἄμα καὶ πολύολβος. id eſt,
Ne ſis ſuperbus ſapientia, neꝙ fortitudine neꝙ diuitijs,
Vnus deus eſt ſapiens, potens & beatus.
Palladas.
βελτερόν ἐστι τύχης καὶ θλιβομένης ἀνέχεσθαι,
ἢ τῶν πλουτούντων τὴς ὑπερηφανίης. id eſt,
Melius eſt fortunam & prementem tolerare,
Quam diuitum ſuperbiam. Menander.
ἀλαζονείας οὐδεὶς ἐκφεύγει δίκης. id eſt,
Superbiæ nullus euitat pœnam. idem.
ὅτ' εὐτυχεῖς μάλιστα, μὴ μεγα φρόνει. id eſt,
Quando fortunatus es maxime, ne ſuperbias.
Sophocles in Aiace.
ἀλλ' ἄνδρα χρὴ κἂν σῶμα γενναῖον φέρῃ,
δοκεῖν πεσεῖν ἂν ἀπὸ σμικρᾶς καλᾶς. id eſt,
Sed uirũ oportet, & ſi corpus natura ſortitus ſit magnũ.
Exiſtimare poſſe cadere, etiam a paruo incommodo.
Plautus in Aſinaria.
Non decet ſuperbum hominem eſſe ſeruum.
Idem in Sticho.
Secundas fortunas decent ſuperbiæ.
Terentius comœdia 8.
Profecto hoc eſt, ut puto: Omnibus nobis, ut res dant
ſeſe, ita magni atꝙ humiles ſumus. Ibidem.
Quia paululum nobis acceſſit pecuniæ, ſublati ſunt
animi. Virgilius Aeneidos libro 1.
Tanta ne uos generis tenuit fiducia ueſtri?
Non ea uis animo, nec tanta ſuperbia uictis.
Ibidem libro 6.
Tu regere imperio populos Romane memento.
Hæc tibi erunt artes, pacis imponere morem,
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.
Ouidius Artis libro 3.
Odimus immodicos (experto credite) faſtus,
Sæpe tacens odij ſemina uultus habet.
Idem Triſtium libro 1. elegia 1.
Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis
Icarus, Icareas nomine fecit aquas.
Tibullus elegia 3.
Atqui nec diuis homines componier æquum eſt.
Iuuenalis ſatyra 5.
Maxima quæꝙ domus ſeruis eſt plena ſuperbis.
Dantes Florent. inferni cant. 15.
Gente auara, inuida ſuperba
Da lor conſtumi fa che tu ti forbi. id eſt,
Gens auara, inuida & ſuperba,
Ab eorum moribus fac te abſtergas.
Idem Purgatorij cant. 10.
O ſuperbi Chriſtian, miſeri e laſſi,
Chi de la uiſta, & de la mente infermi,
Fidanza haueti ne ritror ſi paſsi,
Non ua corgieti uoi che noi ſiam uermi:
Nati a formare langelica far falla,
Che uola ala iuſtitia ſenza ſchermi. id eſt,
O ſuperbi Chriſtiani, miſeri & lenti,
Qui uiſione & mente ægroti
Fidutiam ponitis in uitioſis paſſibus,
Non aduertitis uos eſſe uermes,
Nati formare angelicam naturam,
Quæ tendit ad iuſtitiam abſꝙ defenſione.
Ibidem.
Or ſuperbi te, & uia col uiſo altero
Figlioli deua, & non chinati il uolito,
Si che uegeati il uoſtro mal ſentero. id eſt,
Iam ſuperbitis, & hinc cum uiſu elato
Filij Euæ, & non flectitis uultum,
Vt uideatis ueſtrum malum iter.
Idem paradiſi cant. cap. 29.
Principio dal cader fu il maledetto
Superbir di collui, che tu uedeſti
Da tutti poſe del mundo conſtretto. id eſt,
Principium cadendi fuit maledicta
Superbia illius, quem tu uidiſti
Omnibus ponderibus mundi coactum.
Franciſ. Perrar. Soneto 270.
A cader ua chi tropo ſale. id eſt.
Vt cadat tendit is, qui minus ſalit.

Superficies græce ἐπιφάνεια, ας. ἡ. Eſtꝙ longitudo cũ latitudine, ſine profunditate, cuius extremitates ſunt duæ lineæ. Dicitur autem ſuperficies ꝙ ſi ſuperior facies. A ſuperficie fit ſuperficiarius, qui ut Paulus iuriſconſultus ait: In alieno ſolo ſuperficiem ita habet, ut certam penſionem prꝙſtet. Et ſuperficiarias ædes Caius appellat, quæ in conſucto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietàs & ciuili & naturali iure eius eſt cuius & ſolum.

Superfluitas græce περισσότης, ητος. ἡ. & περισσεία, ας. ἡ. δ. ſuperfluus dicitur. Venit autem ſuperfluitas à ſuperfluo, quod eſt ſuperabundo, eſtꝙ ſuperabundantia quædam.

Sapientiæ cap. 14.
Superfluitas enim hominum hæc adinuenit in orbem terrarum.
Auguſt. libro de doctrina Chriſtiana, & habet. diſt. 41. cap. Quiſquis rebus.
Quiſquis rebus prætereuntibus reſtrictius utitur. Vide ſupra de abſtinentia.
Idem ſuper epiſt. Ioan. & habetur ibidem ca. Delicie.
Deliciæ quælibet ſi abſꝙ deſiderio percipiantur. Vide ſupra de abſtinentia.
Idem libro de Verbis domini, & habetur ibidem cap. Non cogantur.
Non cogantur diuites pauperum cibis ueſci. Vide ſupra in Abſtinentia.
Hie. ſuper illud Matthæi 10. Neꝙ duas tunicas.
Simplex ueſtimentum dicitur quicquid neceſſarium eſt alicui, ſecundum qualitatem loci uel temporis. Duplex autem quod extra neceſſitatem eſt. Nõ enim duas dicit ut quis in locis Scotiæ glaciali niue rigentibus unica tunica debeat eſſe contentus, ſed quomodo in tunica ueſtimẽtum intelligamus, ne alio ueſtiti aliud nobis futurorum timore ſeruemus.
Idem epiſt. ad Fabiolam.
Quicꝙd corpora noſtra defendere põt, & humanæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

manæ ſuccurrere imbecillitati, quos nudos natura profudit, hæc una appellanda eſt tunica, & quicquid in præſentibus alimentis eſt neceſſarium, hic unius diei victus appellatur.

Am. de eo quod ſcriptū eſt in eu. Hoīs cuiuſdā diuitis fructus uberes ager attulit, & ha. di. 47. c. Sicut hi.

Quis em̄ tam iniuſtus, tam auarus q̄ qui tam multorum alimenta nō ſuum uſum, ſed abundantiam & delicias facit. Neq; enim minus eſt criminis habenti tollere, q̄ cum poſſis & abundās ſis indigentibus denegare. Eſurientium panis eſt quē tu detines. Nudorum indumentū eſt, quod tu recludis. Et miſerorum redemptio eſt, & abſolutio pecunia quam in terra defodis. Tantorum te ergo inuadere ſcias bona, quantis negligis præſtare quod poſſis.

Ioan. Chry. de conſ. di. 55. ca. Nihil ſic iucundum.

Abundantia uero morbum facit, & moleſtias ingerit, & ęgritudines generat. Quod enim fames facit, hoc etiam plenitudo ciborum. Magis autem & multo peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat eum de hac uita pœnali, exceſſus uero ciborum conſumit & computreſcere facit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna, & tunc eum morte crudeli conſumit.

Vale. max. l. 4. de Abſt. & conti. de Qu. Tube.

Nūc quo uentū eſt? A ſeruis uix impetrari poteſt, ne eam ſupellectilem faſtidiant, q̄ uti conſul non erubuit. *Iſocrates ad Dæmonicum.*

ἀχάπα τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν, μὴ τὴν ὑπερβάλλουσα πλοῦτον, ἀλλὰ τὴν μετρίαν ἀπόλαυσιν. id eſt,

Ama exiſtentium bonorum non excedentem poſſeſſionem, ſed mediocrem fruitionem. *Luca. Phar. lib. 4.*

O prodiga rerum
Luxuries, nunquam paruo contenta paratu,
Sed quæſitorum terra pelagoq; ciborum
Ambitioſa fames, & lautæ gloria menſæ.
Diſcite quam paruo liceat perducere uitam,
Et quantum natura quærat. *Iuuenalis ſatyra 11.*
Non præmaturi cineres, non funus acerbum
Luxuriæ, ſed morte magis metuenda ſenectus.

De hac materia habes ſupra ubi Abſtinentia, Continentia, Mediocritas, Parſimonia, Sufficientia.

SVperſtitio græce δεισιδαιμονία. ας. ν. & δεισιδαίμων. ονος. ſuperſtitioſus dicitur. Eſt autem ſuperſtitio uitium religioni oppoſitum ſecundum exceſſum, ſecundum b. Tho. 2. 2. q. 92. ar. 10.

Superſtitio eſt uitium contrarium religiōi, non qa plus exhibeat in cultum diuinum q̄ uera religio: ſed quia exhibet cultum diuinum, uel cui non debet, uel eo modo quo non debet.

Superſtitio dicitur, ut placet Cic. li. de Natura deorum, à ſuperſtitibus liberis, cuius uerba ſunt hæc: Qui totos dies p̄cabantur, ut ſui ſibi liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati: qui autem omnia quæ ad cultum deorum p̄tinent diligenter retractarent & tanquam relegerent, dicti ſunt religioſi à relegendo.

Cicero lib. de Diuinatione, in fine.

Non enim ſunt ñ aut ſcientia aut arte diuini, ſed ſuperſtitioſi uates impudentes q̄ arioli, aut inertes aut inſani aut quibus egeſtas importet, q̄ ſibi ſemitā non ſapiunt, alīs monſtrant uiam: quibus diuitias pollicent, ab his drachmas ipſi petunt: ut de his diuitiis ſibi deducant drachmā reddant cæteri. *ibidem libro 2.*

Ad rem agendā non ſuperſtitionē habeas, ſed rationem ducem. *ibidem libro 2. in fine.*

Nec enim ſuperſtitione ſublata religio tollitur. *ibidem.*

Quamobrem ut religio propaganda etiam eſt, quæ eſt iuncta cum cognatione naturę, ſic ſuperſtitionis ſtirpes omnes eīciendæ.

Idem lib. 1. de finibus bono. & malo.

Superſtitione qui imbutus eſt, quietus eſſe nunq̄ poteſt. *idem lib. 2. de Natura deorum.*

Nō enim philoſophi ſolū, uerū etiā maiores noſtri ſuperſtitionē à religione ſeparauerūt: nā qui totos dies precabātur & immolabant, ut ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati: quod nomen patuit poſtea latius.

Vale. Max l. 2. de inſti. antiquis de Maſſilia.

Omnibus autem qui per aliquam religionis ſimulationem alimenta inertiæ quæruntur, clauſas portas habet, & mendacem & fucoſam ſuperſtitionem ſubmouendam eſſe exiſtimans.

Suppoſitum græce ὑποθολιμαῖος. α. ν. & ὑποτίθημι ſuppono dicitur. Eſtq; ſuppoſitum nomen ſecundæ intentionis, ſignificans habitudinem particularis ad naturam communem, inquantum in ea ſubſiſtit, ſec. b. Tho. 3. ſen. di. 6. q. 1. ar. 1.

Suſpicio ὑποψία. ας. ν. & ὑπόψις. ε. ō. ſuſpectus dicitur. Eſt autem ſuſpicio acceptio unius partis cū formidine alterius, ſecundum Ciceronem.

Suſpicio eſt opinio mali ex leuibus ſignis, ſe. q. Tho. ſecunda ſecundæ q. 60. art. 4. c.

Suſpenſio græce κρίμασις. ιος. ὁ. & κρεμαστὸς. ὴ. ὁ. penſilis, & κρεμέω ſuſpendo dicitur. Eſt autem ſuſpenſio q̄dam eccleſiaſtica cenſura, qua interdicitur alicui exercitium uel officium competens certæ perſonæ eccleſiaſticæ, aliquando à iure aliquando à iudice prolata.

Suſurro, nis græce ψιθυριστὴς. οῦ. ὁ. & ψιθυρίζω ſuſurro ras, dicitur. Hinc ſuſurratio, q̄ eſt obloquutio mala de proximo facta occulte, ad diuidendam amicitiam aliquorum. Suſurrones enim ſunt genus hominum maledicorum & linguacium, q̄ non aperte loquuntur, ſed uoce dimiſſa in aures hoīm obſtrepunt potius q̄ loquantur. Suntq; ſuſurro, nis, & ſuſurrare uerba factitia: ita & ſuſurrus, ri, hoc eſt uox ipſa ſuſurronis, quæ & ſuſurrium dici poſſit. Differūt autem ſuſurro, detractor, contumeliator, deriſor & conuitiator. Quia ſuſurro intendit diſcordiam ſeminare. Detractor bona minuere uel negare. Contumeliator quod eſt contra honorem alicuius deducere in notitiam eius & aliorum per ſigna uel uerba. Deriſor malum uel defectum alicuius perſonæ ut erubeſcat, in ludum uel riſum ponere. Conuitiator dicit importantia defectū culpæ & pœnæ, ſicut contumeliator ſolū culpæ. Quare ſi q̄s dicat alicui iniurioſe eum eſſe cæcum aut claudum cum ſit, conuitium dicit, ſed non contume-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

liam. Si autem iniurioſe dicat eum furem, non ſolum conuitium, ſed & contumeliam dicit. Sꝙ pe tamen unum pro alio ponitur.

De hac materia habes ſupra ubi Detractio & Lingua.

Suum græce ἴδιον, ου, τό, dicitur. Suum autem cuiuſꝙ dicitur, quod ei ſecundum proportionis æqualitatem debetur, ex b. Thoma ſecunda ſecundæ q. 58. articulo 11.

TAbellio græce πινακογράφος, ου, ὁ. dicitur. Et eſt publica perſona habens officium ſcribendi inſtrumenta, ad faciendam fidem. Dicitur a tabella, quæ græce πινάκιον, ου, τό, & πινακίδιον, ου, τό. pugillaris dicitur.

Tabellionatus officiū eſt fideliter uniuerſa iudicij acta cōſcribere, uidelicet citationes, dilationes, recuſatiōes, exceptiones, petitiones, reſpōſiones, interrogationes, confeſſiones, teſtium depoſitiones, inſtrumentorum productiōes, interlocutiones, appellatiōes, renunciationes, cōcluſiones &c. quæ occurrerint cōpetenti ordine cōſcribenda &c. de ꝓbat. c. quoniā contra falſam.

Tabellionatus officium per clericos exerceri poteſt, dummodo abſtineant à fæuis ſcripturis, ſiue ſententijs, glo. c. ſicut te. Ne clerici uel mo.

Tabellio dicitur ſeruus publicus. glo. in c. quā quam uſurarij, de uſuris libro 6.

Tabellionis autoritas uidetur æquiualere duobus teſtibus, de proba. c. quoniam cōtra glo. in c. cum Ioannes, de fide inſtru.

Tabellio rogari debet glo. in Cle. una de iure iur. in uer. Requiſitis.

Tabellio qui morte præuentus non perfecerit inſtrumentū, authoritate ordinarij per alium tabellionem poteſt nota prioris in formam publicam redigi, de fide inſtru. c. cum P.

Taberna dicitur à tabulis quæ mercibus ſubſternunt, & eadem dicitur domus in qua panis, uinum & carnes coctæ uenduntur, & talia loca nedum tenere, ſed nec ingredi debent clerici, de uit. & hone. cleri. c. Clerici. & 44. di. c. Clerici. & glo. in Cle. præ. de Vita & honeſt. cleric.

Tabernas niſi neceſſitate peregrinationis clerici ad comedendum, uel bibendum non debēt intrare, 44. di. cleri.

Tabernam frequentans clericus ſi admonitꝰ non ceſſat, debet deponi. 44. di. Nulli.

Tabula græce σανίς, ίδος, ἡ. dicitur. Tabula ſecunda poſt naufragium peccatorum eſt pœnitentia & uerecundia, ſecundum b. Tho. tertia parte, q. 84. articulo 60.

TAciturnitas græce σιωπηλότης, ητος, ἡ. & σιωπάω taceo dicitur. Eſt autem taciturnitas qua mentes circunſpicientes quid deceat & quid nō, ſilent cogitabundæ, nec putant proferendum, antequā matura cūcta examuſſim diſputarint, ne ex ore magis ꝙ ex pectore erumpat oratio. Huius oppoſitum eſt linguacitas. Vnde dicaces, locutelei, blaterones, linguaces, bamballones & futiles à ueteribus ſunt nominati.

Taciturnitas in dicendis & locutio in tacendis eſt peccatum, ſecundū b. Tho. 2. 2. q. 73. ar. 1.

Taciturnitas eſt bona & mala 44. di. Ii rector.

Taciturnitas eſt bona in cōſilio, uel in capitulo, & mala tumultuoſa ꝟ boſitas, 5. q. 4. in loco.

Tacens in ipſa obligatione ex ipſa taciturnitate ſibi præiudicat. 28. di. Diaconi.

Taciturnitas mala eſt in ueritatis defenſione, 11. q. 3. Quiſquis, &c. nolite eos timere.

Item in ſubditorum correctione, propter ꝙd prælatus canis mutus dicitur. 43. di. Sit rector.

Taciturnitas ſiue bona ſiue mala qnq; trahit ad conſenſum, uidelicet propter fauorē ordinis 54. di. Si ſeruus ſciente dicitur ꝙ dominus ſi ſcit ſeruum ordinari, & tacet uidetur conſentire.

Itē propter fauorē religionis 20. q. 2. c. 1. & 2. ubi dicitur, ꝙ anno & die uno in religione ſtetit, etiam ſi uoce profeſſus non ſit, uidetur taciturnitate in profeſſionem conſenſiſſe.

Item propter fauorem matrimonij 29. q. 2. Si quis ingenuus, ubi dicitur ꝙ ducens ancillam in uxorem ſcienter, non poteſt eam dimittere, qa tacendo uidetur in eam conſenſiſſe.

Item ꝓpter fauorē caſtitatis 17. di. Diaconus ubi dicitur ꝙ ſacrum ordinem recipiens etiam tacendo de conſeruanda caſtitate conſentit.

Tacere debet nec reuelare quis eū quem ſolꝰ ſcit deliquiſſe nominatim, text. eſt in c. Si ſacerdos, de off. iud. or. ubi allegat exemplū Chriſti, ꝙ noluit reuelare Iudā nominatim. Et ꝓpterea licet parochianus, uel curatus ſciat aliquem eſſe excommunicatum uel criminoſum, non debet ſibi denegare ſacramenta, quando crimen probari non poteſt, ita glo. & Panor. ibi. ubi etiam dicit per dictum textum, ꝙ licet curatus ſciat aliquem eſſe excommunicatum, tamen non debet ceſſare, uel deſiſtere à celebratione diuinorum, quando peccatum eſt occultum.

Tacere interdum melius eſt, q̄ non perfecte loqui, glo. in Cle. Conſtitutionem in uer. de nouo in fin. de elect.

Tacens in appetibilibus, ſeu fauorabilibus ſibi habetur pro conſentiente, ſecus in damnoſis uel præiudicialibus, gloſſa eſt in ca. ſicut electi libro 6. in uer. per unum.

Hieron. lib. 2. contra Ruffinum.

Hirundinem in domo non ſuſcipiendam, id eſt garrulos & uerboſos ſub eodem tecto nō habendos, dicebat Ariſt.

Prouerbiorum ca. 25.

Sicut urbs patens, & abſq; murorū ambitu, ſta uir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. *Iacobus in epiſtola ca. 1.*

Sit aūt omnis homo uelox ad audiendū, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.

Gregorius lib. 30. Moralium.

Ille ſcit recte dicere, qui & ordinate nouit tacere. *Ioannes Chryſoſt. ſuper Matthæum.*

Malū hoiem melius poteſt tacendo aligs uincere ꝙ reſpōdendo. Qua malitia nō inſtruit ſermonibus, ſed excitat. Ideo dūs recedendo compeſcere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pescere studuit, quos respondendo non compescuit. *Isidorus Solilo. ca. 31.*

Sint tua uerba pauca. Tolle uerbositatem sermonis superflui. Multiloquium nõ effugiet culpam. Linguosus homo imperitus est. Sapiẽs uero paucis utitur uerbis. *ibidem 2.*

Qui otiosa uerba nõ reprimit, ad noxia cito transit. Sic sermo cuius irreprehensibilis, sic expectatione audientium utilis est.

Boetius de consol. philosoph. libro 1.

Nec mihi Socratico decreto fas esse arbitror, uel oculuisse ueritatẽ, uel cõcessisse mendaciũ.

Cicero Tuscu. quæst. libro 2.

Zenon perpessus est omnia antequam conscius delendæ tyrannidis indicaret. *Seneca epist. 16.*

Nihil æque proderit quam quiescere, & minimum cum alijs loqui, & plurimum secum.

Idem epistola 39.

Tardiloquium te esse iubeo.

Idem epistola 107.

Nemo quod audierit tacebit. Nemo quantũ audierit loquetur. *ibidem.*

Quirem non tacuerit, nõ tacebit authorem.

Idem in Hippolyto.

Alium silere quod uoles, prius sile.

Aristot. libro 1. Politicorum.

Silentium præstat ornatum.

Macrobius lib. 7. Saturnalium cap. 1.

Hæc est una de uirtutibus philosophiæ. Quia cum oratornõ aliter nisi orando probetur: philosophus nõ minus tacẽdo pro tempore quam loquendo philosophatur.

Valerius Max. lib. 3. tit. de institutis antiquis.

Nunquam cũ patres conscripti taciturnitatẽ optimum ac tutissimum administrandarum rerum uinculum labefactari uolebant.

ibidem libro 2. ca. 1.

Adeo magna patriæ charitate tenebantur, ut arcana patrum cõscriptorum, multis seculis nemo seruatorum enuntiauerit.

Isocrates ad Demonicum sermone admonitorio.

ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν. id est,

Quæ factu turpia, hæc puta neq; dictu esse pulchra. *ibidem.*

μᾶλλον τῶν τοιούτων λόγων, ἢ τοιούτων χρημάτων παρακαταθέκας, id est,

Magis serua sermonũ quã rerũ deposita. *idẽ.*

δύο ποῖα καιρὸν ἔχει λέγειν ἢ περὶ ὧν σαφῶς οἶσθα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον ἐστὶ πεῖσαι, ἐν τούτοις γὰρ μόνοις, ὁ λόγος τοῦ σιγᾶν κρείττων, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ἥμισυ σιγᾶν ἢ λέγειν. id est,

Duo fac tẽpora dicendi, uel de quibus scis manifeste uel de quibus necesse est dicere. In his enim solis sermo silentio melior. In alijs uero præstantius facere quam loqui. *Periander.*

καλὸν ἡσυχία. id est,

Pulchrum taciturnitas. *Bias.*

λάλει ὀλίγα. id est,

Loquere pauca. *idem.*

μέλλοντι εἰπεῖν μὴ πρόλεγε, ἀποτυχὼν γὰρ γελασθήσῃ. id est,

Quod futurus es facere, noli prædicare: ne si consilium non succedat deridearis.

Euripedes in Hippolyto.

σιωπᾶν βουλεύου ἔργον ἐν καλοῖς. id est,

Silentio non est opus in malis. *Lucianus.*

ἀρρήτων ἐπέων γλῶσσα σφρηγὶς ἐπικείσθω,
κρείσσων γὰρ μύθων, ἣ κτεάνων φυλακή. id est,

Arcanorum uerborũ linguæ sigillũ imponat.

Præstantior enim sermonũ quam possessionum custodia. *Palladas.*

ἡ μεγάλη παίδευσις ἐν ἀνθρώποις σιωπή,
μάρτυρα πυθαγόραν τὸν σοφὸν αὐτὸς ἔχω.
ὃς λαλέειν ἐδίδασκε, σιωπᾶν δ' ἄλλοισι σιωπᾶν,
φάρμακον ἡσυχίης σύγκρατον ἰησάμενος. id est,

Magna eruditio inter homines silentium.
Testem Pythagoram sapientem ipsum habeo,
Qui loqui sciens, alios docebat tacere:
Remedium quietis potens inueniens. *idem.*

ἔστιν ἀπαίδευτος φρονήματος ἐσθλοῦ σιωπή,
πτὼξ λόγων ἐγκρύπτων, ὡς πάθος αἰσχρότατον. id est,

Quilibet indoctus prudentissimus est tacens,
Sermonẽ occultans, ueluti passionem turpissimam. *Menander.*

γλώσσης μάλιστα παντὶ πρῶτα κρατεῖν. id est,

Linguæ maxime ubiq; conare imperare. *idem.*

γλώσσης ματαίας ἡμία πρόσεχε τὰ. id est,

Linguam stultã damnum subsequitur. *idem.*

διὰ δὲ σιωπὴν πικρότερον κατηγορῶ. id est,

Per silentium aũt amarius accusas. *idem.*

ἐνίοτε τὸ σιγᾶν ἐστὶ κρεῖττον τοῦ λέγειν. id est,

Nõnullis tacere est præstãtius quã loqui. *idem.*

ἔνια καταφρόνητον ἐστι σιγὴ σοφῷ. id est,

Contẽptibile quid est taciturnus mos. *idem.*

ἡ γλῶσσα πολλὰ σφάλλει· σὺ δὲ πρόσεχε ἵνα γνῷς. id est,

Lingua multos ad pniciem attraxit. *idem.*

ἃ λέγεις, τί σιγᾶν τρεῖττον, ἢ σιγὴν ἔχειν. id est,

Vel dic aliquid silentio præstantius, uel silentium habe. *idem.*

πολλοῖσι ἀπόκρισις ἡ σιωπὴ τυγχάνει. id est,

Multis responsum silentium est. *idem.*

ἡ γλῶσσα πολλῶν ἐστὶ αἰτία κακῶν. id est,

Lingua multorum est causa malorum. *idem.*

ἢ λέγει σιωπᾶν ἢ λέγειν ἀμείνονα. id est,

Vel oportet tacere, uel dicere meliora. *idem.*

κρεῖττον σιωπᾶν, ἢ λαλεῖν ἃ μὴ πρέπει. id est,

Melius tacere quã loqui quę nõ decent. *idem.*

βουλεύου σιωπᾶν ἐστὶ χρησιμώτερον. id est,

Nihil silentio est utilius. *idem.*

σιγή ποτ' ἐστὶν ἀρατωτέρα λόγου id est,

Silentiũ interdum eligibilius sermone. *idem.*

ἔνι δεῖ σιωπᾶν καὶ λαλεῖν ὅπου χρεών. id est,

Est ubi oporteat tacere, & loq ubi oportet. *idem.*

νοεῖν γὰρ ἐστι κρεῖττον, ἢ σιγὴν ἔχειν. id est,

Considerare melius quam silentium habere.

Plautus in Cistellaria.

Tacere nequeo quod tacita usus est.

Idem in Rudẽte.

Tacita mulier est bona semp q̃ loquẽs.

Terentius comœdia 5.

Tua quod nihil refert percunctari desinas.

Ouidius Artis libro 2.

Eximia est uirtus præstare silentia rebus.
At contra grauis est culpa, tacenda loqui.

Idem libro 3. Amorum.

Quis furor est quæ nocte latent in luce fateri?
Et quæ clam facias facta referre palam?

Idem libro 3. Tristium.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Crede mihi bene qui latuit, bene uixit, & intra
Fortunam debet quisq; manere suam.
Martialis libro 5. ad Posthumum.
Quæ mihi præstiteris meminisemperq; tenebo,
Cur igitur taceo Posthume, tu loqueris?
Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamat, dixerat mihi ipse mihi:
Non belle quædam faciunt duo, sufficit unus
Huic operi, si uis ut loquar, ipse tace.
Crede mihi, quamuis ingentia Posthume dones,
Authoris pereunt garrulitate sui.
Horat. Epist. lib. 1. epist. 19.
Protinus ut moneam, si quid monitoris egestu.
Quid de quoq; uiro & cui dicas ipse uideto,
Percontatorem fugito, nam garrulus idem est.
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures,
Et semel emissum uolat irreuocabile uerbum. ibidem.
Qualem commendes etiã atq; etiam aspice, ne nox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur, & quondam non dignum tradimus, ergo
Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri.
Idem sermonum lib. 1. Satyra 4.
Absentem qui rodit amicum,
Qui non defendit alio culpante, solutos
Qui captat risus hominum, famamq; dicacis,
Fingere qui non uisa potest, commissa tacere
Qui nequit, hic niger est, hunc tu Romane caueto.
Dantes Floren. inferni Cant. c. 16.
Semper quel uer cha facia di menzogna,
Del homgiudere la labra quanto puote
Pero che fensa colpa fa uergongna.
Altra risposta (disse) non ti rendo
Se non lo far, che dimanda honesta:
Si de seguir, collopra tacendo. *Id est.*
Semper ei uero quod habet mendacij speciem,
Hominis claudit labia quantum potest,
Quoniam sine culpa facit ruborem.
Alterum responsum (dixit) non dotibi
Quàm factũ ipsum, honestã enim petitionẽ
Sequi par est, opera taciturna.
Idem Florent. paradisi cant. c. 32.
Ma perche tempo fuge che tassonna,
Quhi farem puncto come bon sartore,
Che come egli ha del panno fa la gonna. *id est,*
Verum q̃n tempus fugit quod tibi somnum
Hic finem faciam instar boni sutoris, (affert.
Qui secundũ panni quantitatẽ uestem p̃parat.

Tactus græce ἁφὴ ἁπτὸν & ἅπτομαι tango dicitur. Est autẽ tactus sensus eorum ex quibus cõponitur animal, & per quæ corrumpitur, secundum bea. Tho. in quæst. de ueritate q. 26. art. 3. c.

Tactus à tango uenit, unde & tangibile, quod quomodo à palpabili differat, uide supra in Palpabile.

Temeritas græce ἀβουλία κατὰ στέρησιν ἀβουλος & ου ὁ temerarius dicitur. Est autem temeritas cum inconsiderata dolorum perpessione gladiatoria periculosæ susceptio, secundum Ciceronem lib. 4. Rheto.

Temeritas siue præcipitatio est defectus cõsilij, & species imprudentiæ, secundum bea. Tho. secunda Secundæ q. 35. art. 25. c. fi.

Temeritas est per quam fieri dicũtur, quæ ratione non geruntur, uel propter impetum uoluntatis uel passionis, uel ex contẽptu, quæ causatur ex superbia. Ideo continetur sub præcipitatione, quæ respicit utrunq; sed magis primum, ex b. Tho. secunda secundæ q. 53. art. 3.

Temerarius est ille qui nihil oñino formidat, sed aduersus omnia uadit, secundum Aristotelem lib. 2. Ethicorum.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

TEmperantia, græce σωφροσύνη ης ἡ & σώφρων ονος ὁ, temperatus dicitur. Eſt autem temperantia rationis in libidinem, atq; alios non rectos impetus, animi ſumma & moderata dominatio, ſecundum Ciceronem libro Rhetor.

Temperantiæ partes ſunt: Continentia, Clementia & Modeſtia, ſecundum eundem.

Temperantia eſt moderatio cupiditatū rationi obediens, ſecundum eundem libro 2. de finibus bonorum & malorum.

Temperātia eſt mediocritas circa uoluptates corporis, ſecundum Ariſto. libro 3. Ethicorū.

Temperātia eſt affectio coercens & cohibens appetitum ab his quæ turpiter appetuntur, ſecundum Auguſtinum de libero arbitrio.

Temperantia eſt uirtus ſpecialiſſi ſumat̃ antonomaſice, ut refrenat à maxime allicientibus. Sed eſt uirtus generalis cōmuniter, ſec. b. Tho. ſecunda ſecundæ, q. 141. articulo 1. 2. o.

Temperantia quid à continentia differat, uide in Continentia.

Temperantiæ partes quæ ſint, uide ſupra in arbore Temperantiæ. *Aug. libro de Mori. Eccle.*

Munus temperantiæ eſt in coercēdis ſedādis q; cupiditatibus quibus contrariamus in ea q̄ nos auertunt à legibus dei, & à fructu bonitatis eius, cuius officium eſt contemnere omnes corporeas illecebras, laudemq; popularem.

ibidem.

Vir tēperatus in rebus huius uitæ habet regulam utroq; teſtamēto confirmatā, ut eorum nihil diligat, nihil per ſe appetendum putet.

Hier. & hab. de conſe. di. 5. c. Legimus.

Legimus quoſdam morbo articulari & podagræ humoribus laborantes, proſcriptiōe bonorum ad ſimplicem menſam & pauperes cibos redactos conualuiſſe.

idem contra Ruffinum li. 3

Fuganda ſunt omnibus modis & abſcindēda languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à uentre, à ciuitate ſeditio, a domo diſcordia, & in cōmune a cunctis rebus intemperantia.

Ambro. libro de Offic.

Intemperantia maxime honeſti cura, decoris conſideratio ſpectatur & quæritur.

idem de Virgin. libro 3.

Iuuenem ueteres fabulæ ferunt, cum propter admirandam oris pulchritudinem in amorem incenderet fœminas, uultum exaraſſe ſtigmatibus, ne quaeum amare poſſet.

Seneca epiſtola ult.

Temperātia uoluptatibus imperat, alias odit atq; abigit, alias diſpenſat, & ad ſanum modum dirigit, nec unq̄ ad illas propter ipſas uenit. Scit optimum eſſe modum cupidorum, non quantum uelis, ſed quantum debeas ſumere.

Cic. lib. 1. de fini. bono. & malo.

Temperātia eſt em̄ quæ in rebus aut expetendis aut fugiēdis, ut rōnem ſeq̄mur monet. Nec em̄ ſatis eſt iudicare, quid faciendum, nō faciendumue ſit: ſed ſtare etiā oportet in eo q̄ ſit iudicatum. Pleriq; autē quod tenere atq; ſeruare id quod ſtatuerunt non poſſunt, uicti aūt debilitati obiecta ſpecie debilitatis, tradunt ſe libidinibus conſtringendos, non quid prouenturum ſit prouident, ob eamq; cauſam propter uoluptatem, & paruam & non neceſſariam, & quæ uel aliter pararetur, & qua etiam carcere poſſent ſine dolore, tum in morbos graues, tum in dāna, tum in dedecora incurrunt. Sæpe etiam legū iudiciorumq; pœnis obligantur. Qui autē ita fruī uolunt uoluptatibus, ut nulli propter eas dolores conſequantur, & qui ſuum iudiciū retinēt, ne uoluptate uicti ſciant, id quod ſentiāt nō eſſe faciendum: hi uoluptatē maximam adipiſcūtur permittenda uoluptate. Iidem etiam dolorē ſæpe perpetiuntur: ne ſi id non faciant, incidant in maiorem. Ex quo intelligitur nec intemperātiam propter ſe fugiendam eſſe, temperantiāq; expetendam, non quia uoluptates fugiat, ſed quia maiores conſequatur.

Idem lib. 3. de Natura deorum.

Temperantia cōſtat ex prætermittendis uoluptatibus corporis. *Ariſto. lib. 3. Topicorum.*

Temperātia magis eſt eligenda in iuuenibus, q̄ in ſenioribus quia iuuenes plus q̄ ſenes concupiſcentijs moleſtantur. *Pythagoras.*

κρατεῖν δ' ἐθίζου τοῦδε,
γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,
καὶ θυμῶ. id eſt,

Imperare aſſueſce te his:
Ventri quidem primum & ſomno, libidini q; Et iræ. *Plautus in Pœnulo.*

Hoc unū tamen cogito: Modus omnibus rebus optimus eſt habitu. Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex ſe.

TEmpus græce χρόνος ου ὁ & χρονικὸς οῦ ὁ temporalis dicitur. Eſt autem tempus numerus motus ſecundum prius & poſterius, Ariſt. lib. 4. Phyſ.

Tēpus eſt in primo motu cœli, ſicut in ſubiecto & primo menſurato, ſecundū b. Tho. 1. parte q. 10. art. 6. *Eccleſiaſt. cap. 3.*

Omnia tempus habent, & ſuis ſpatijs tranſeunt uniuerſa ſub cœlo. Tempus naſcendi, & tēpus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi, quod plantatum eſt. Tempus occidendi, & tempus ſanandi. *Idem capit. 8.*

Omni negotio tempus eſt & opportunitas.

Paulus ad Galathas cap. 5.

Dum tempus habemus operemur bonum.

Idem ad Coloſſenſes cap. 4.

In ſapientia ambulate redimentes tempus.

Idem ad Epheſios cap. 5.

Videte quō caute ambuletis, nō quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes, redimentes tempus.

Actuum apoſtolorum cap. 1.

Non eſt ueſtrū noſſe tpa uel momenta, quæ pater poſuit in poteſtate ſua, ſed accipietis uirtutem ſpiritus ſancti ſuperuenientis in uos: & eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa & Samaria, & uſq; ad ultimum terræ.

Auguſtinus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Auguſt de verbis domini ſerm. 1.

Fragiliores ſumus uaſe uitreo. Quia etſi caſus uitro timeatur, non tamen ſenectus aut febris.

Idem libro 1. *de doct. Chriſt.*

Inter tẽporalia & æterna hoc intereſt, q̃ tpale plus diligit̃ ante q̃ habeat̃, uileſcit aũt cum adueneric: non em̃ ſatiat animã cui uerax & certa fides æternitas. Aeternũ aũt ardentius diligit̃ adeptũ q̃ deſideratũ. Nulli em̃ deſideranti concedi tur plus de illo æſtimare q̃ ſe habet, ne uileſcat cum inuenerit: ſed quantum quiſq; ueniens æſtimare potuerit, plus perueniens inuenturus eſt.

Hieron. ſup Hieremiam lib. 2.

Nil longum quod finem habet, æternitati cõparatum omne tempus breue eſt.

Idem ſup illud Eccleſiaſtici 29. *Non eſt dicere hoc nequius illo.*

Omnia enim in tempore ſua comprobantur.

ibidem.

Ne dicas priora tempora meliora fuere quàm nunc ſunt, uirtutes faciunt dies bonos, uitia malos. *Seneca epiſt.* 67.

Fluunt oñia, & in aſſidua diminutione ſunt, corpora noſtra rapiuntur fluminũ more. Quicquid uides currit cum tempore, fluida eſt materia & caduca, & omnibus obnoxia caſibus.

idem in Prouerbijs.

Omnia aliena ſunt, tempus tantũ noſtrũ eſt, quotidie deterior poſterior dies.

Cicero de fin. bono. & malo. libro 5.

Oim rerũ principia parua ſunt, ſed ſuis pgreſſibus uſa augentur. *Idem libro de Senect.*

Horæ quidem cedunt & dies, menſes & anni, nec præteritũ tempus unquam reuertitur, nec quid ſequatur ſciri poteſt.

Iſocrates ad Dæmonicum ſermone admonitorio.

Τὸ γὰρ ἄκαιρον παντα χῶ λυπηρόν. id eſt,

Intempeſtiuum enim ubiq; moleſtum.

Sophocles in Aiace.

ἡμέρα κλίνει τε κανάγει πάλιν
ἅπαντα τ' ἀνθρώπεα. id eſt.

Dies deprimit & exeollit rurſus
Omnia humana. *ibidem.*

ἅπανθ' ὁ μακρὸν καναρίθμητος χρόνος,
φύει τ' ἄλιλα, καὶ φανέντα, κρύπτεται. id eſt,

Omnia longum & innumerabile tempus
Producit in lucẽ occulta, & manifeſta occultat. *ibidem.*

πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει τε, καὶ φλέγει. id eſt,

Omnia longo tempore flacceſcunt & conſumuntur. *idem in Oedipode.*

χρόνος δίκαιος ἄνδρα Λείκνυσιν μόνος. id eſt,

Tempus iuſtum uirum oſtendit ſolum.

ibidem.

πάντα γὰρ ἐν καιρῷ καλά. id eſt,

Omnia enim in tempore bona.

Periander.

μὴ πίσευε χρόνῳ. id eſt,

Ne credas tempori.

Menander.

ᾗ θουσι δίκαιος βασανόσταις ἀνθρώποις χρόνος. id eſt,

Moris aũt iudex eſt hominibus tẽpus. *idem.*

ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος. id eſt,

Ducit aũt ad lucem ueritatẽ tempus. *Idem.*

μακρὸς γὰρ αἰκὼν συμφορὰς πολλὰς ἔχει. id eſt,

Longũ em̃ æuũ calamitates multas habet. *Idẽ.*

πάντ' ἀκαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς φέρει. id eſt,

Oĩa detegens tempus ad lucem fert. *idem.*

σύμβουλος οὐδεὶς ἐστὶ βέλτιων χρόνου. id eſt,

Cõſiliarius nullus eſt melior tempore. *idem.*

χρόνῳ τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται. id eſt,

Tempore oĩa fiunt & iudicantur. *idem.*

χρόνος δ' ἄνωρα πάντα καὶ λήθην ἄγει. id eſt,

Tempus autem aufert omnia, & obliuionem inducit. *Plato.*

αἰὼν πάντα φέρει, πολὺ χρόνος χρόνου οἶδεν ἀμείβειν:
ὄνομα, καὶ φύσιν, δὲ τύχην. id eſt,

Tempus oĩa fert, longũ tempus nouit mutare
Nomen & formam, & naturã fortunam.

Ex primo Epigrammaton.

τῆσ' ὥρας ἀπόλαυε, παρακμάζει ταχὺ πάντα.
ἔν θέρος, ἐξερίφη τριχθὴν ἔθηκε τράγον. id eſt,

Pulchritudine fruere, defloreſcũt cito omnia,
Aetas ex hœdo aſperum facit hircũ. *ibidem.*

τὸ ῥόδον ἀκμάζει βαιόν, χρόνος, ἦρ δὲ παρέλθῃ
μηδὲν εὑρήσεις ὖν ῥόδον, ἀλλὰ βάτον. id eſt,

Roſa uiget breue tempus. Si aũt præterieris,
Querẽs inuenies non roſam ſed ſpinam.

Virg. Aeneidos libro 10.

Stat ſua cuiq; dies breue & irreparabile tẽpus
Omnibus eſt uitæ ſed famam extẽdere factis
Hoc uirtutis opus.

Horatius car. libro 3. *Ode* 6.

Damnoſa quid non imminuit dies?

Idem epiſtolarum libro 1. *epiſtola* 2.

Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones,
Vt teipſum ſerues non expergiſceris? atqui
Si nolis ſanus, curres hydropicus, & ni
Poſcet ante diem librum cum lumine, ſi non
Intẽdes animum ſtudijs, & rebus honeſtis,
Inuidia uel amore uigil torquebere. nam cur
Quæ lædunt oculos feſtinas demere, ſi quid
Eſt animum differs curandi tẽpus in annum?
Dimidium facti qui cœpit habet. ſapere, aude,
Incipe, uiuẽdi qui recto prorogat horam.
Ruſticus expectat dum defluat amnis, at ille
Labitur, & labetur in omne uolubilis æuum.

Terẽtius comœdia 3.

Dies adimit ægritudinẽ hominibus.

Ouidius Artis libro 1.

Tẽpore difficiles ueniunt ad aratra iuuẽci,
Tẽpore lenta pati frena docẽtur equi.
Ferreus aſſiduo conſumitur annulus uſu.
Interit aſſidua uomer aduncus humo.
Quid magis eſt durum ſaxo? quid mollius undis?
Dura tamẽ molli ſaxa cauantur aqua.

Idem Triſtium libro 4. *Elegia* 5.

Tempore ruricolæ patiẽs fit taurus aratri.
Præbet & incuruo colla premẽda iugo.
Tempore paret equus lentis, animoſus habenis.
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore pœnorum compeſcitur ira leonum
Nec feritas animo, quæ fuit ante manet.
Quæq; fui iuſſis obtemperat inda magiſtri

Bellum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Bellua ſeruitium tempore ſicto ſubit.
Tempus ut extentis tumeat facit uua racemis
Vixq; merum capiant, grana quod intus habent,
Tempus & in canas ſemen producit ariſtas,
Et neſint triſti poma ſapore facit.
Hoc dentem tenuat terram tenuantis aratri.
Hoc rigidos ſilices hoc adamanta terit.
Hoc etiam ſæuas paulatim mitigat iras.
Hoc minuit luctus, mœſtaq; corda leuat.
Cuncta poteſt igitur tacito prede lapſa uetuſtas,
Præterquam curas attenuare meas.
Idem de Ponto libro 3. Elegia ult.
Læta fere lætus cecini, cano triſtia triſtis.
Conueniens operi tempus utrunq; ſuo eſt.
Idem libro 4. Elegia 8.
Tabida conſumit ferrum, lapidemq; uetuſtas,
Nullaq; res maius tempore robur habet.
Idem Metamor. libro 9. fab 9.
Forſitan & miſſi ſit quædam culpa miniſtri,
Non adijt apte, nec ledit idonea credo
Tempora, nec petijt horamq; animumq; uacantem.
Tibullus libro 1. Elegia 4.
Longa dies hominì docuit parere leones,
Longa dies molli ſaxa peredit aqua.
Annus in Apricis maturat collibus uuas,
Annus agit certa lucida ſigna uice.

TEntatio græce πειρασμὸς ου ὁ & πεῖρασὸ ου ὁ tentator, & πειράζω tento dicitur. Eſt autem tentatio experimenti ſumptio de eo quod tentatur, an ſciat uel poſſit, uel uelit, ſecun. b. Thom. 2. 2. q. 97. art. 1. o.

Tentare à teneo deducitur. Et eſt experiri, exquirere, & uerbo & quaſi manu tenere. Vel à tendo ut alij uolunt uenit. Nam qui tentant, quaſi manum aut aliam corporis partem tendunt.

paulus ad Corint. cap. 10.

Fidelis autem deus eſt, qui nõ patietur uos tẽtari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum ut poſſitis ſuſtinere.

Iacobus in epiſtola cap. 1.

Beatus uir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronã uitæ, quam repromiſit deus diligentibus ſe.

Auguſt. ſuper Pſal 32

Iuſtus ex fide uiuit, fides tua, iuſtitia tua, quia utiq; ſi credis caues: ſi autem caues conaris, & conatum tuum nouit deus, & uoluntatem tuã inſpicit, & luctam cum carne conſiderat, & hortatur ut pugnes, & adiuuat ut uincas, & certamen ſpectat, & deficientem ſubleuat, & uincentem coronat. *idem Pſal. 60.*

Vita noſtra in hac peregrinatione nõ poteſt eſſe ſine peccato, ſine tentatione, quia profectus noſter per tentationem noſtram fit, nec ſibi quiquam innoteſcit niſi tentatus, nec poteſt coronari niſi uicerit, nec poteſt uincere niſi certauerit, nec poteſt certare niſi inimicum & tentationes habuerit. *idem Pſal. 41.*

Tantum admittitur diabolus tentare, quantum tibi prodeſt ut exercearis, ut proberis, ut quæ te neſciebas, á te ipſo inueniaris.

Idem de uerbis domini ſer. 6.

Bonus ſi fuerit qui tibi præeſt, nutritor tuus eſt, malus ſi fuerit, tentator tuus eſt. Et nutrimenta libenter accipe, & in tentatione approba te.

Idem in hom. & ha. 14 q 5. c. Forte.

Forte aliquis cogitat & dicit. Multi ſunt Chriſtiani diuites auari, cupidi, nõ habeo peccatũ ſi ſuum illis abſtulero, & pauperibus dedero. Vnde enim illi nil boni agunt, mercedẽ habere poterunt. Sed hmõi cogitatio à diaboli calliditate ſuggeritur: nam ſi totum tribuat pauperibus quod abſtulerat, addit potius peccatum q̃ minuat.

Grego. libro 1 Moralium.

Antiquus hoſtis ex proprio certamine dũ ſe ſuccũbere cõſiderat, ad alia tentationũ bella reſtaurat. Intueẽ humani generis uniuſcuiuſq; mores, cui uitio ſunt propinqui, & illa opponit ante faciem, ad quæ facilius nouit inclinare mentem.

idem libro 24. Moral.

Hoſtis noſter quãto magis ſibi rebellare cõſpẽcit, tãto amplius ex pugna cõtendit. Eos em̃ pulſare negligit, quos quieto iure ſe poſſidere ſentit.

idem li. 31. Moralium.

Multos ſua pertus fœlicitas ſtrauit. Multos diuturna pax uictos reddidit, eosq; illos inopinatos hoſtes grauius pertulit, quos longo quietis uſu negligẽtes inuenit. Vnde ſancti uiri cum multa ſe proficere uirtutũ proſperitate conſiderãt, quodam ſupernæ diſpenſationis moderamine exerceri ſe etiam tentationibus exultant. Qui tanto robuſtius acceptam uirtutum gloriam cuſtodiunt, quanto tentationis impulſu concuſſi, infirmitatem ſuam humilius agnoſcunt.

Ioannes Chryſ. ſuper illud Matth. 4.
Mitte te deorſum.

Non impulit nõ tetigit, ſed tãtum dixit: Mitte te deorſum, ut intelligamus, quod qui non obedit diabolo, ipſe ſe deponit. Diabolus em̃ ſuggere poteſt, cogere non poteſt.

Bernardus ſermone 39.

Poteſt inimicus excitare tẽtationis motũ, ſed in te eſt, ſi uolueris dare ſeu negare conſenſum.

Leo Papa in ſermone.

Non deſinit antiquus hoſtis tentationũ laqueos ubiq; prætendere, ut quoquo modo fidẽ credentium ualeat corrumpere. Nouit enim cui illecebras carnis ingerat, cui uirus inuidiæ infundat, cui incitamenta luxuriæ apponat, nouit quem mœrore conturbet, quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quem admiratione ſeducat, omnium diſcutit mores, omnium uentilat cauſas, omniũ ſcrutatur affectus, ibi quærit cauſas nocendi, ubi uiderit quenquam diligentius occupari.

idem ſermone 35.

Nulla ſunt ſine tentationũ experimẽto operæ uirtutis, uulla ſine perturbationibus fides, nullũ ſine hoſte certamen, nulla ſine congreſſione uictoria. *Hugo de clauſtro animæ li. 1.*

Quatuor ſunt cauſæ tẽtationum. Prima eſt loci amœnitas, ut ciuitates & oppida, q̃ non tantũ ex ſitu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ex ſitu loci amœnitatem recipiunt, ſed ex habitantium gratia. Secunda uero cauſa eſt locus diuitiarũ. Vbi enim diuitiæ, ibi periculum. Tertia uero cauſa eſt prætioſus ornatus, ut eſt equorũ cura pinguium, & ueſtimentorũ exquiſitæ uarietates. Quarta aũt mulierum ſpecies, quarũ uox blanditur auribus, & facies oculis.

Theologia græca dictio eſt, θέος οῦ ὁ deus dicitur & λόγος ου ὁ ſermo, oratio, ratio, uerbum, ſtudium. Quare theologia eſt ſermo de deo uel diuinis.

Theologia eſt dignior cæteris ſcięţijs, propter nobilitatem materiæ certitudinem, & altiorem finem, ex b. Tho. prima parte. q. 1. ar. 1. o.

Theologia eſt doctrina neceſſaria homini, præter ſcientia naturaliter inuentas ab eo, ſecundũ eundem prima parte q. 1. ar. 1. p.

De hac materia uide ſupra in Scriptura ſacra:

Tergiuerſatio græce πανουργία ας ἡ & πανοῦργος ου ὁ. tergiuerſator dicitur. Eſt autem tergiuerſari ab accuſatione omnino deſiſtere inordinate, ſe. b. Tho. 2 2. q. 66. ar. 3. c.

Terminus græce ὅρος ου ὁ & ὁρίζω termino dicitur. Eſt aũt terminus proprie ſignũ quo ager ab agro diuiditur. De quo Oui. li. Faſt. Oĩs erit ſine te ligioſus ager. Quare Numam Pompiliũ ſtatuiſſe ferunt. Si quis terminum exaraſſet, & ipſum & boues ſacros eſſe. Terminus nõnunq; pro fine accipitur. Cice. Cum nullũ tot calamitatib⁹ atq; erumnis terminum inueniremus. Hinc termino uerbum, cuius compoſita determino, qđ eſt deliberõ, & quaſi cogitationi terminũ impono. Et extermino, quod eſt expello, eĳcio, & ueluti extra terminos mitto. Et diſtermino q; eſt diuido. Terminalis lapis eſt terminus lapideus.

Vocant dialectici terminos dictiões ex quib⁹ orationes conſtituuntur, dicuntq; quod Terminus eſt ſignum orationis cõſtitutum, ut pars propinqua eiuſdem.

Terra græce γῆ ἡ ας uel γέα ας ἡ & γήϊνος ου ὁ terren⁹ dicitur. Eſt autem terra unum quatuor elementorum, ſiccum & frigidum & graue & immobile, à deo ex nõ ente ad eſſe prima die deductũ, ſecundum Ioannem Damaſ. li. 2. cap. 10.

Terræmotus græce σεισμος οῦ ὁ & cauſatur principaliter à deo, ſecundario autem à uento impellente aliũ uentum intra terram, ſecundum bea. Tho. ſuper Pſal. 12. col. 6.

Terror græce φόβος ου ὁ & φοβέω terreo dicitur. Eſt aũt terror metus contingens, ex q̃ fit ut pudorẽ rubor, ſic ruborem pallor, & tremor, & dentiũ crepitus conſequatur. A terreo fit terror. Eſt em̃ terrere timorem alicui incutere, & quaſi in terram proſternere, quare à terra dictũ terreo quidam uolũt. Hinc terrificus, terrorem faciens: & terribilis, id eſt, formidabilis atq; horrendus.

De hac materia habes infra ubi Timor.

Teſtamentum græce διαθήκη ης ἡ & διαθετής teſtator dicitur. Eſt autem teſtamentum propriæ percipiendæ hæreditatis inſtitutio filĳs à patre. Ideo primo pertinet ad promiſſiones, ſecundo ad mãdata, quæ ſe habent ſicut uia ad cõſequendam hæreditatem promiſſam, ex hea. Thom. 3. parte q. 78. art. 3.

Teſtamentum dicitur, quod uoluntatis noſtræ ueluti teſtimoniũ ſit, unde ultima uolũtas & ſup̃ma uolũtas appellat. Quare Vlpianus ſic illud diffinit, quod ſit uolũtatis noſtræ iuſta ſententia de eo q̃ poſt mortem noſtrã fieri uoluerimus. Teſtamẽtum falſum illud dicitur, quod non eſt ſecundum teſtatoris uoluntatem ſcriptum: ſed habet aliquid additũ, uel diminutũ, uel mutatum, uel aliud pro alio ſuppoſitũ. Irritum autem teſtamentum eſt quod de iure inualidũ, ut ſi is qui teſtatur ſit capite diminutus, uel ſi alia requiſita defuerint, &c.

TEſtis græce μάρτυς υρος ὁ & μαρτυρία ας ἡ teſtimonium dicitur. Teſtes antiquitus ſuperſtites uocabantur, eo quia ſupra cauſarum ſtatum proferebãt. Nunc parte nominis ablata teſtes uocantur, de uer. ſig. forus. ỳ. Teſtes. Teſtis dicit quaſi anteſtis, hoc eſt anteſtans: uel ut aliqui uolunt, quaſi tenens ſtatum. In teſtibus ſex ſunt attendenda, uerſus:

Aetas, conditio, ſexus, diſcretio, fama,
Et fortuna, fides, in teſtibus iſta requiras.

A teſtis uenit teſtatio & teſtimonium, quæ proprie dicta teſtium ſunt.

Exodi cap. 20.

Non falſum teſtimonium dices.

Deute. 17. & Matth. 18.

In ore duorum uel trium ſtat omne uerbum.

Prouerbiorum 14.

Liberat animas teſtis fidelis. *ibidem 18.*

Teſtis falſus non erit impunitus. *ibidem 21.*

Teſtis mendax peribit.

Hiero. contra Ruffinum epiſtola 11.

Vni teſti, neq; Catoni credendum eſt.

Ambro. de ſpiritu ſancto lib. 1.

Tres teſtes unum ſunt, ſicut Ioãnes dixit: aqua, ſanguis & ſpũs. Vnũ in myſterio, nõ in natura. Aqua igit teſtis eſt ſepulturæ. Sãguis uero teſtis eſt mortis, ſpũs teſtis eſt uitæ: ſi q̃ ergo in aq̃ gratia non ex natura, ſed ex præſentia ſpũs eſt.

idem epiſtola 66.

Duobus aut tribus teſtibus ſtat om̃e uerbum, ſed illis teſtibus qui ante heſternum aut nudiuſtertius nõ fuerunt inimici, ne irati nocere cupiant, ne l̨ſi ulciſci ſe uelint. Inoffenſus igitur affectus teſtium quæritur, ita tamen ut accuſator p' priusin medium procedit.

Iſidorus de ſummo bono li. 3. cap. 59.

Teſtis falſidicus tribus eſt obnoxius, deo quẽ contemnit, iudici quem decipit, innocẽti quem lædit. *ibidem.*

Teſtibus falſis coniunctis tarde ueritas reperit̃ q; ſi ſeparati fuerint, ex animi iudicis cito manifeſtantur. Nam ſicut in unitate prauorum grãdis eſt fortitudo, ita in ſeparatione maior infirmitas. *Phocylides.*

μαρτυρίην ψευδῆ φεύγειν, ῥαδίη καὶ ἀγορεύειν. id eſt,

Teſtimoniũ falſum fuge, ſed uera loquere.

Heſiodus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Heſiodus.

καὶ τε κάσιγνήτῳ γλαῦκ' ἀσ'ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι. id eſt,

Et fratri ridens teſtem adhibe.

Iuuenalis ſatyra 8.

-Ambiguæſi quando citabere teſtis,
Incertæq; rei,Phalaris licet imperet,ut ſis
Falſus,& admoto dictet periuria tauro.
Summum crede nefas animam præferre pudori.
Et propter uitam uiuendi perdere cauſas,
Dignus morte perit.

TImor græce φόβος & φοβέομαι timeo dicitur. Eſt autem timor metus mali impendentis, ſecundum Cic.lib.Tuſcul. quæſt.

Timor eſt expectatio mali,ſec.Ariſt.li.2.Ethi.

Timor ē ex imaginatiōi futuri mali corruptiui,ac dolorē inferentis perturbatio quædam,ac dolor,ſec.Ariſt.li.2.Rhetor.

Timor inter cęteros animi motus poſt triſtitiā magis obtinet rationē paſſionis, & eſt ſpecialis paſſio,ſec.b.Tho prima.2.q.12.art.1.2o.

Timor diuidit in ſex,in ſegnitiā, erubeſcentiā, uerecundiā,admirationem, ſtuporem,& agoniam,ex Ioan.Damaſceno li.2.c.15.

Timor à pauore qd differat,uide ſu.in Pauor.

Timidus eſt qui cuncta fugit, & formidat,nulliq; reſiſtit,ſecundum Ariſt.lib.2.Ethic.

Timidus eſt qui naturaliter timet, timens uero qui timet ob cauſam. Deuter.c.31.

Viriliter agite & confortamini, nolite timere.

Auguſt.contra Pelagium lib.2.

Quādo timore pœnę nō amore iuſtitiæ fit bonum,nondum bene fit bonum,nec fit in corde quod fieri uidetur in opere, quod mallet homo non facere,ſi poſſet impune.

Hiero.ſuper Matthæum.

Timor dei corrigit, timor hominū differt actionem,ſed uoluntatem nō aufert, ſed auidiores reddit ad crimen, quos aliquando ſuſpendit à crimine. Greg.li.1.Moral.

Qui timet deum nihil negligit. Timere deum eſt nulla quæ facienda ſunt bona præterire.

ibidem.

Cū quis timore adhuc bona agit,à malo peniſtus nō receſſit, quia eo ipſo peccat quo peccare uellet,ſi impune potuiſſet. Idem libro 2.

In uia dei à timore incipitur, ut ad fortitudinē ueniatur. Nam ſicut in uia ſeculi audacia fortitudinem, ita in uia dei audacia debilitatem parit.Et ſicut in uia ſeculi timor debilitatem,ita in uia dei timor fortitudinem gignit.

Idem in Paſtorali.

Si adhuc à praua actione formidata pœna prohiber, & profecto formidantis animum nulla ſpiritus libertas tenet. Nam & ſi pœnā nō meueret,culpam proculdubio perpetraret.

Idem ſup illud Iob.3.Quare non in uulua,&c.

Cum ex peccato præſens pœna metuitur, & annexa dei facies non amatur,timor ex timore eſt, non ex humilitate.

Ioan.Chryſ.in ſerm.Ioannis Baptiſtæ.

Facile deuiat à iuſtitia q in cauſis non deū,ſed homines pertimeſcit, hic timor peccandi facultatem differre poteſt, uoluntatem auferre non poteſt.Solus eſt dei timor, qui mentes corrigit, fugat crimina,innocentiam ſeruat,& oīs boni tribuit facultatē. Caſſ.ſup Pſal.Dulcis & rect do.

Cum audis cp dominus tuus dulcis eſt, attēde quid diligas.Cum audis cp rectus,attende quid timeas ut amore & timore dei excitatus legem eius cuſtodias. Cic.li.1.de Legibus.

Quid contemptius timiditate. ibidem li.2.

Quam multos diuini ſupplicij metus à ſcelere reuocauit. idem li.Paradox.

Tu dies noctesq; cruciaris, cui non ſat eſt quod eſt,& ipſum quod habes,ne diuturnum ſit futurum times. Idem Rhetor.nouo.li.2.

Tres peſtes ſunt quæ oīes homines ſolicitāt; metus,cupiditas & ægritudo. Satis enim fuerat dixiſſe metum,cupiditatem,Quoniam ægritudinē cum utraq; re cōiunctam eſſe neceſſe eſt.

Lactantius Firmia.diuina.inſtitut.li.2.

Timiditas in ſapiente eſſe non debet.

Plautus in Muſtellaria.

Qui homo timidus erit in rebus dubijs, nauta non erit. Lucanus Pharſaliæ libro 4.

Audendo magnus tegitur timor. ibidem li.7.

Multos in ſumma pericula miſit.
Venturi timor ipſe mali, fortiſſimus ille eſt
Qui promptus metuenda pati. Iuuena.ſaty. 10.

Quid enim ratione timemus?
Aut cupimus? Quid tam dextro pede concipis, ut te
Conatus non pœniteat uotiq; peractis?

Tyrannis græca dictio eſt, τυραννὶς ἰδιοπάθεια. Et eſt dominatus unius ad proprium commodum, ſecundum Ariſtot. lib.4. Politicorū.

Tyrannus eſt qui quod ſibi cōferens eſt,intēdit. Rex uero quod eſt utile ſubditorum, ex Ariſtotele 8. Ethicorum.

Tyrānus apud antiquos etiā pro bono principe accipiebat. Virg. Pars mihi pacis erit dextrā tetigiſſe tyrāni. Vſus deinde obtinuit ut pro eo demum poneretur,qui dominatu crudeliter abuteretur.A tyrannus ſit tyrannicida, qui tyrannum interficit. Iob cap. 15.

Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit,& numerus annorum incertus eſt tyrannidis eius. Sonitus terroris ſemper in auribus illius, & cū pax ſit,ille ſemper inſidias ſuſpicatur.Non credit cp reuerti poſſit de tenebris ad lucem, circumſpectans undiq; gladium.Cum ſe mouerit ad quærendum panē, nouit quod paratus ſit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio, & anguſtia uallabit eum.

Prouerb. cap.26.

Auferrubiginē de argento, & egredietur uas puriſſimū. Auferimpietatem de uultu regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius, ibidem ca.26.

Leo rugiēs,& urſus eſuriens, princeps impius ſuper populum pauperem. idem cap.29.

In multiplicatione iuſtorum lætabitur uulgus, cum impñ ſumpſerint principatum gemet populus. Sapientiæ cap.16.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Oportebit eñ illis ſine excuſatione quidē ſuperuenire interitum exercentibus tyrannidem.

Greg. Mora. 12. ſup illud Iob 10. *Numerus annorum tyrannidis eius incertus eſt.*

Tyrannus eſt qui in cōi rep. nō uere principat.

Boetius de philoſophica Conſo. libro 1. Metro 4.

Qui tantum miſeri ſæuos tyrannos
Mirantur, ſine uiribus furentes?
Nec ſperes aliquid nec extimeſcas,
Exarmaueris impotentis iram.
At quiſquis trepidus pauet uel optat,
Quod non ſit ſtabilis, ſuiq; iuris
Abiecit clypeum, locoq; motus,
Nectit qua ualeat trahi catenam. Cic. libro de Amicitia. In uita tyrannorū nulla fides. *idem li. 3. Offic.*

Nulla nobis eſt ſocietas cum tyrānis, ſed potius ſumma diſtinctio. Necꝫ cōtra naturā eſt ſpoliare eum ſi potes, quē etiā honeſtum eſt necare. Atꝫ hoc genus peſtiferū & impiū ab hominū cōmunitate exterminandum. Etenim ut membra quædā amputantur, ſi & ipſa ſanguine & tanctꝫ ſpiritu carere cœperunt, & nocent reliquis partibus corporis. Sic iſta in figura hominis feritas, & immanitas beluæ à communitate, tanquàm humanitate corporis ſegreganda eſt.

Seneca Tragœdia 1.

Quod ciuibus tenetur inuitis, ſcias
Strictus tuetur enſis. *idem Tragœdia 4.*
Sollicito bibunt auro ſuperbi,
Quam iuuat nuda manu captaſſe fontem?
idem de ira libro 2.

Periculoſius eſt timeri cꝫ deſpici. Neceſſe eſt ut multos timeat, quē multi timēt. *Idem Trag. 1.*

Victima haud ulla amplior
Poteſt magisq; opima mactari ioui,
Quam rex iniquus. *idem Tragœdia 2.*
Iniqua nunq; imperia retinentur diu. *idem Tra. 6.*
Violenta nemo imperia cōtinuit diu, moderata durāt.
Ariſt. libro 8. Ethic. cap. 6.

Tyrannus ſibi ipſi conferens intendit, rex aūt quod ſubditorum. Prauitas monarchiæ tyrannus, malus autem rex malus ſit. In tyrannide nihil utile, parum amicitiæ eſt.

idem Politicorum libro 3. cap. 8.

Ciues cuſtodiunt armis reges tyrannos, haud extranei. Hi quidem enim ſecundum legem & inuoluntarijs, hi autem uoluntarijs principant.

idem libro 5. cap. 7.

Si per tyrannidē principat aliquis, uel per uiolentiam, iam ex hoc tyrannus uidetur eſſe. Nō uolentibus mox non erit, ſed tyrannus & non uolentium. *Sophocles in Aiace furente.*

πρὸς τυράννου ἐυσεβεῖν ἐυ ῥᾴδιον. id eſt,

Tyrannum bene colere non facile. Iuuena. *ſaty. 4.*

Sed quid uiolentum aure tyranni?
Cum quo de pluuijs, aut æſtibus, aut nymboſo
Vere locuturi fatum pendebat amici. *ibidem.*
Quicquid conſpicuum pulchrumq; eſt æquore toto,
Res fiſci eſt, ubicunq; natat.

Dantes inferni Cant. cap. 12.

Noi ci mouemo colla ſcorta fida
Longo la proda del color uermiglio,
Doue bolliti faceano alte ſtrida.
Io uedi gente ſotto in fin al ciglio,
El gran centauro dixe, e ſon tyranni
Che dier nel ſangue & nel hauer di piglio.
Quiui ſe piangon li ſpietati damni:
Quiui e Alexandro, e Dionyſio fero,
Che ſe Sicilia auer doloroſi anni. id eſt,
Nos diſceſſimus cum fido ductore
Iuxta proram coloris rubri,
Vbi elixi homines alte ſtridebant.
Vide gentem infra uſq; ad cilium:
Magnus Centaurus dixit, hi ſunt tyranni
Qui ſpoliarunt ſanguinem & opes alias.
Hic plorantur crudelia damnata
Hic eſt Alexander & Dionyſius ferox.
Quo factum eſt, ut Sicilia duceret mœſtos annos.

Titulus græce ἐπιγραφὴ ἤ ὁ uel τίτλος ὁ dicitur Eſt autē titulus proprie index cuiuſcunq; operis. In ſtatuis eñ & picturis titulum dicimus literas, q̄ uel artificis, uel eius cuius ſtatua, ſiue imago eſt, nomen demonſtrat, uel tempus quo factum eſt declarat. Dicitur aūt titulus à tuendo, quaſi tutulus quod tuetur factum autoris.

Tolerantia græce καρτερία ἡ ὁ & καρτερέω tolero dicitur. Eſt autē tolerantia idem quod patientia, ueniꝫ à tolero, quod eſt patienter fero.

De hac materia habes ſupra in Patientia.

Tonitruum græce βροντὴ ἤ ὁ & βροντάω tono dicitur. Eſt autē tonitruum ſonus factus in nubibus ex uiolenta percuſſione exhalationis calidæ & ſiccæ ad lateria nubis. Vel ſic:

Tonitruū eſt ſonus exhalationis ſiccæ quæ intercludit in tranſmutatione infrigidati aeris, & cōuenientibus nubibus ſegregat, ui aūt lata & offendens ad cōtinentes nubes facit percuſſurā.

Tonitruū non eſt extinctio ignis in nube, ſed fit ex percuſſione uaporum infra nubem, ſecundum b. Tho. ſuper Pſalmo 17. col. 14.

Tormentum græce βάσανος ὁ dicitur. Et ſignificat oēm machinam ad torquendū ſaxa, quod ueteres etiā tortū appellauere. Significat etiā dolorem corporis ad eruendam ueritatem. Veteres etiā poſuere tormentum pro quocunq; cruciatu. Venit aūt à torqueo, cuius frequentatiuum eſt torto, & eius paſſiuum tortor, hoc eſt uehementer torqueo, hinc uenit tortor qui torquet, hoc eſt cruciat, uel lapidem tormento iacit.

Torpor græce νάρκησις ἡ & ναρκάω torpeo dicitur. Eſt autem torpor remiſſio in executione boni & eſt filia acediæ. Quomodo autem à pigritia differat & negligentia, uide ſupra in negligentia. De hac materia uide ſupra in acedia, negligentia, otium & pigritia.

Totum græce ὅλον ου τὸ dicitur. Eſtꝫ cui nihil deeſt. Differunt aūt totus & omnis, quod totus ad quantitatem refertur, ut tota domus, tota urbs, totum corpus, aliquod integrum. Omne deuniuerſis dicimus numero diſtinctis, ut oē pecus, omnis grex Confunditur tamen nonnunquam proprietas à poetis.

Totus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Totus à tot dicitur, ſicuti quotus à quot.

Toxicum græca dictio eſt, τοξικὸν οὗ τὸ dicitur Sunt autem toxica quibus ſagittæ tinguntur. Aliqui uolunt dictum toxicum, quaſi taxicum, à taxo arbore quæ abieti ſimilis, ſed minus uirēs graciliſq; & triſtis, nullo ſucco, baccas fert, q̄bus læthale uenenum ineſt, p̄cipuæ in Hiſpania. Ego uero potius crediderim taxū dici a toxico. Differtaū toxicum a ueneno: Quia uenenū quod græce φάρμακον οὐ τὸ dicunt generale nomē eſt, ad omnia quæ naturam eius cui adhibita ſunt mutāt: toxicum autem ueneni ſpecies eſt. Qui uero dicit uenenum, debet addere bonum uel malum. Nam & medicinæ uenena ſunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum, naturā eius, cui adhibetur mutat. Ita & græci φάρμακα tā medicamenta, quam quæ nocent uocant.

Tranquillitas græce γαλήνη ης ἡ & γαλήνος οὗ ὁ tranquillus dicitur. Eſt autē tranquillitas quies maris, ſec. b. Tho. ſup li. Metephy. 5. lect. 6. fi.

Tranquillitas eſt q̄ mites ac ſedati ſunt animi ab omni p̄turbatione, ſumpta a fluctibus trāslatione. Cui⁹ cōtrariū eſt atrocitas, & fluctuatio.

Trapezita græca dictio eſt. τραπεζίτης ου ὁ. Eſtq; cam pſor pecuniarum, qui a noſtris argentarius dicitur, uel menſarius, uel nummularius. Nam τραπεζα ης ἡ menſa dicitur.

Tranſgreſſio græce ὑπερβασία ας ἡ & ὑπερβατής ου ὁ trāſgreſſor, & ὑπερβαίνω tranſgredior dicitur. Eſt aūt proprie tranſgreſſio, agere contra præceptum negatiuū. Et eſt cōmunis omni peccato materialiter. Sed formaliter eſt ſpeciale peccatum dupliciter, ſcilicet ut dicit contemptū præcepti, & ut differt ab omiſſione, ex b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 79. artic. 20.

Træmor græce τρόμος ου ὁ & τρέμω tremo & ερομερός οὗ ὁ tremendus dicitur. Eſt aūt tremor affectus timoris, propter debilitatem uirtutis ex defectu caloris, ex b. Tho. prima Secun. q. 44. art. pri.

Tremit cor maxime timētibus, & q̄ connectū tur pectori, ut uox, labiū inferius, mandibula inferiora, brachia, manus: q̄a calor deſerit cor, & deſcēdit ad inferiora, uel q̄a hæc mēbra ſunt mobiliora, ſicut & genua, ex b. Tho. ibidem art. 3.

Trepidatio græce λειλία ας ἡ & λιλός οὗ ὁ trepidus, λιλάω trepido dicitur. Eſt autem trepidatio animo effuſus horror geſtu motuq; corporis feſtinando, ultro citroq; in curſando demonſtratus.

Tribulatio pro pter q̄que. ſ.
- Vt Chriſtus glorificetur. Exemplū cæci a natiuitate, Ioannis 9.
- Vt meritum ei cumuletur. Exemplū Iob c. 2.
- In omnibus his non peccauit Iob.
- Vt faſtus non dominetur. Exemplū Pau. 12. ad Cor. 12. Ne Magnitudo reuelationū, etc.
- Vt pœnis culpa expietur. Exemplū Mariæ leproſæ. Numeri 12. cap.
- Vt dupliciter crucietur. Exemplum Herodis Aſcalonitæ. Actuum cap. 13.

TRibulatio græce συμφορά ας ἡ dicitur. Et eſt idē quod calamitas aduerſitatis. Tribulatio a tribulo uenit. Eſt em̄ tribulus herba pungitiua ſecun. b. Tho. ſuper Pſal. 3. col. 2.

Tribula etiam ſunt genus uehiculi quo teruntur frumenta. Vii. Tribulaq; trabeæq;, & iniquo pondere raſtri. *Actuum apoſt. ca. 14.*

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. *Auguſt. in ſerm ad Lippum.*

Noli admirari frater b poſtq̄ Chriſtianus effectus es, mille te undiq; tribulatiōes uexant, ui. de ſupra in Patientia. *Idem ſup Pſalm. 60.*

In fornace ardet palea, & purgatur aurū. Illa in cinerē uertitur. Fornax mūdus: aurum, iuſti: ignis tribulatio: artifex, deus. Quod uult ergo artifex facio, ubi ponit me artifex tolero: iubeor ergo tolerare, nouit ille purgare. Ardeat licet palea ad incendendū me, & quaſi conſumendū me, illa quaſi in cinerem uertitur, ego ſordibus careo. *Idem ſuper Ioan.*

Quod te dñs permiſit pati flagellum, corregentis eſt, non pœna dānantis. Ad hæreditatem ſempiternam erudimur, & flagellari dedignamur. *Hiero. in epiſt. ad Heliodorum.*

Quis nō tribulari uelit? quis ſe nō maledici deſideret, ut mereatur Chriſti uoce laudari, & cœleſti copioſaq; mercede muneran? Vtinam contra dñi mei nomen atq; iuſtitiam cuncta infidelium turba me perſequatur & tribulet. Vtinam in opprobrium meum ſolidius hic mundus exurgat, tātum ut merear a Chriſto laudari & ad ſuæ pollicitationis properare mercedem: grata atq; deſiderata tentatio eſt, cuius præmium perpetratur a Chriſto in cœlo.

idem in epiſtola ad Cyprianum.

Quanto in hoc ſeculo perſecutionibus, pauſpertate, inimicorū potentia, uel morborum cruciatibus fuerimus afflicti, tanto poſt reſurrectionem in futuro maiora præmia conſequemur.

Ambro. libro de morte Satyri.

Quid in hac uita nō experimur aduerſi? Quas non procellas tempeſtatesq; pepetimur? Quibus non exagitamur incommodis? cuius parcitur meritis? *idem de Iſaac.*

Multi ſunt qui in otio quærunt Chriſtum, & non inueniunt: & ſunt qui quærunt in perſecutionibus, & cito inueniunt. In periculis fidelium ſuorum adeſt. *Greg. ſup Ezech.*

Donis ſuis deus flagella p̄miſcet ut nobis omne q̄d nos in ſeculo delectabat amareſcat & illud incendium ſurgat in animo, q̄d nos ſemper ad cœleſte deſiderium inquietet, & excitet, atq; (ut ita dicam) delectabiliter mordeat, ſuauiter cruciet, hilariter concriſtet. *idem in Paſto. cap. 51.*

De ſpe æternæ hæreditatis gaudium ſumāt, quos aduerſitas uitæ temporalis humiliat. Quia non ſaluandos in perpetuū cerneret, ſi erudiendos ſub diſciplinæ regimine diuina diſpenſatio non frenaret. *idem libro 1. Moralium.*

Virtus inquit per quietem ſe exercuit. ſ. in Iob, ſed uirtutis opinio commota per flagella fragrauit. Sicut inquit aromata fragrantiam ſuam, non niſi cum incenduntur, expandunt, ita ſan/

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ti uiri omne quod uirtutibus redolet, in tribulationibus innoteſcunt.

Idem libro 2. Moralium.

Afflicti terrena perdimus, ſed afflictionē humiliter ſuſtinentes cœleſtia multiplicamus.

Idem libro 23.

Secreto dei conſilio agitur, ut eius peregrinationis tempore electorū uita turbetur. Via quippe eſt uita præſens qua ad patriam tendimus, & idcirco hic occulto iudicio frequenti perturbatione conterimur, ne uiā pro patria diligamus.

idem libro 26. Moralium.

Aurem cordis tribulatio aperit, quam ſæpe proſperitas huius mūdi claudit.

ibidem.

Sanctorū mētes æternitatis præmia præſtolantes, uires ex aduerſitatibus ſumunt, quia creſcente pugna glorioſiorē ſibi non ambigunt manere uictoriam. Electorum deſideria dum premuntur aduerſitate, proficiunt. Sicut ignis flatu premitur ut creſcat, & unde quaſi extingui cernitur, inde roboratur. *Idem hom. 40.*

Mala Lazari purgauit ignis inopiæ, & bona diuitis remunerauit fœlicitas tranſeuntis uitæ: illū paupertas afflixit & torſit. *Idem in Regiſt.*

In omnipotente deo tūc certa eſt fiducia, quā do pro bono opere aduerſitas additur. In hoc mundo recipitur, ut pulchrior merces in retributione æterna ſeruetur.

Iſidorus li. 2. cap. 1. de Summo bono.

Iuſtus in pœnis gaudere debet, impius in proſperitatibus timere debet: Neq; à iuſto neq; à reprobo deus miſericordiam ſuā abſtrahit. Nam & bonos hic per afflictionē iudicat, & illic per miſericordiam & miſerationē remunerat. Malos aūt hic remunerat per temporalem clementiam, & illic punit per æternam iuſtitiam.

Idem Solilo. libro 1. cap. 4.

Semper deus hic hos uulnerat, quos ad ſalutem perpetuam præparat.

Bernardus libro de Conſcien.

Quoſdam ſciens deus multum peccare poſſe in ſalute, flagellat eos infirmitate corporis ne peccent: cernēs utilius eis languoribus frangi ad ſalutem, quàm remanere incolumes ad damnationem.

Lactan. Firm. li. 5. ca. 23. diuin. inſtit. ad gen.

Vnde nemini mirum debet uideri, ſi pro noſtris delictis caſtigamur a deo. Imo uero cū uexamur ac premimur, tum maxime gratias agimus indulgentiſſimo patri, q̄d corruptelam noſtram non paſſ̄ longius procedere: ſed plagis & uerberibus emendat. Ex quo intelligimus nos eſſe deo curæ, quoniam cum peccamus iraſcit̄.

Macrobius libro 1. Saturnalium.

Non omnino dijs exoſos eſſe qui in hac uita cum ærumnarum ueritate luctant̄, ſed eſſe arcanas cauſas, ad quas paucorū poterit uenire curioſitas. *Paulus Oroſius de Ormeſta li. 4.*

Tribulationes & plagæ & ſi plerunq; peraereas poteſtates fiunt, tamen ſine arbitrio omnipotentis dei omnino non fiunt.

De hac materia habes ſupra ubi Aduerſitas, Patientia, & Proſperitas.

Tributum græce τέλος ἐστὶ τὸ & τέλωνι ωνος ὁ tributorum collector dicit̄. Eſt aūt tributū quod principi tribuit̄ pro gñali regimine. Vectigal ꝙ ꝙ tribuit̄ p reparatiōe & cuſtodia de mercimonijs, ex b. Tho. ſup epi. ad Rom. 13. lect. 1. ſi.

Tributum a tribus dicit̄, quod ea pecunia quę populo imperata erat tributim ſoluebat̄. Liuius tamen putat, ꝙ tribus dicat̄ a tributo: Tribus aūt dicta eſt, qm̄ ager Romanus in tres partes primo diuiſus fuit, & tres populi partes facte. Vna Tatienſium a Tito Tatio rege Sabinorū amico populi Romani. Alia Ramniū, ſiue Ramnienſium a Romulo. Tertia Lucerum a Lucumone. ſed poſtea aliæ quoq; urbis partes factæ, quæ ſimiliter tribus appellatæ ſunt.

TRinitas græce τριάς ἀδος ὁ & τριάκοντα triginta dicitur. Trinitas nomen ſignificat unitatem eſſentiæ in recto, & numerum perſonarū in obliquo, quo ad etymologiam: ſed quod ad ſignificationem eſt econuerſo, ex hea. Tho. 1 parte q. 31. art. 1.

Trinitatem non eſt in diuinis eſſe impoſſibile, ut ibidem. *Ioan. 1. ca. 5.*

Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, pater uerbum, & ſpiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt. Et tres ſunt qui teſtimoniū dāt in terra: ſpiritus, aqua, & ſanguis, & hi tres unum ſunt.

Auguſt. libro de Trinitate.

Vbi quæritur unitas trinitatis, patris, filij & ſpūs ſancti, nec periculoſius alicubi erraī, nec laborioſius aliquid quæriī, nec fructuoſius aliquid inueniī. Non pigebit me ſicubi hæſito diſcere. Quiſquis ergo audit uel legit, ubi pariter certus eſt, pergat mecum: ubi pariter hæſitat, quærat mecum: ubi errorem ſuum cognoſcit, redeat: ubi meum, reuocet me. ita ingrediamur ſimul charitatis uiam, tendentes ad eum de quo ſcriptum eſt: Quærite faciem eius ſemper.

Idem li. 6. de Trinitate.

Qui hoc. i. trinitatis myſterium uel ex parte, uel p ſpeculum & in ęnigmate uidet, gaudeat cognoſcens deū, & gratias agat. Quiuero nō uider, tendat per pietatē ad uidendū, non p cæcitatem ad calumniandum, quoniā unus eſt deus, ſed tamen trinitas. *ibidem.*

In ſumma trinitate tantum eſt una, quantū tres ſimul ſunt, & nec plus aliquid ſunt duæ, q̄ una res, & in ſe infinita ſunt in ſingulis, & ſingula in oībus, & omnia in omnibus, & unum omnia. *Idem de uerbis domini.*

Videmus ſolem in cœlo currentem, fulgentē, calentem. Similiter ignis tria habet, hoc eſt motum, lucem & feruorem. Diuide ergo ſi potes Arriane ſolem, uel ignem, & tunc demum deinde trinitatem.

Greg. lib. 3. Moralium.

Aperte hoc uidebimus quomodo & unum diuiſibiliter tria ſunt, & indiuiſibiliter tria unū.

Bernardus in ſermone de Trinitate.

Inquire

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Inquirere de trinitate, peruersa curiositas est: & credere & tenere sicut sancta ecclesia tenet, fides & securitas est. Videre aũt eam sicuti est perfecta & summa felicitas est.

Isidorus libro Etymologiarum.

Trinitas dicit̃ quasi trium unitas, quia pater, filius, & spiritꝰ sanctus sunt trinitas & unitas. Idẽ enim & unum sunt per maiestatis communionem, & tres per proprietatem personarum.

Dantes purgatorij cap. 3.

Matto e chi spera che nostra ragione
possa transcorrer linfinita uia:
Che tene una substantia in tre Persone. id est,
Stultus est, qui sperat ut nostra ratio
possit transcurrere immensam uiam.
Quæ tenet unam substantiam in tribus personis.

TRistitia græce λύπη ης ἡ & λυπυρος σῦ ὁ tristis & λυπέομαι tristior dicitur. Est autem tristitia apprehensio disconuenientis in appetitu intellectiuo uel uolitiuo, nobis nolentibus euenientis.

Tristitia est passio animalis, media inter duas passiones irascibilis, quia sequitur timorem, & prior est ira quam etiam causat, secundum bea. Tho. prima secundæ qi 20. art. 1. c.

Tristitia inter omnes animæ passiones maxie corpori nocet, secundum eundem prima Secũ dæ q. 27. art. 4o.

Tristitiæ species sunt quatuor. s. acedia, achos & misericordia, secundum Ioan. Damas. lib. 2.

Tristis mœstũ significat: dicitur̃ ꝗ à tero ꝙ est cõsumo. Tristis quasi triꝰ, hinc tristitia, hoc est mœstitia deriuatur. Tristis capitur etiam pro docto, ut tristis philosophꝰ. Significat etiã amarũ. Virgil. Tristesq; lupini. *Prouerp. cap. 15.*

In mœrore animi deijcit̃ spiritus. *ibid. ca. 17.*

Spiritus tristis exiccat ossa. *ibidem ca. 25.*

Tristitia nocet cordi. *Eccleſiaſt. ca. 7.*

Cor sapientium ubi tristitia, & cor stultorũ ubi lætitia. *Eccleſiaſtici ca. 14.*

Fœlix qui nõ habuit animi sui tristitiã, & non excidit à spe sua. *ibidem ca. 30.*

Tristitiam non des animæ tuæ. *ibidem.*

Multos occidit tristitia. *ibidem cap. 28.*

A tristitia festinat mors. *ibidem.*

Ne dederis in tristitiam cor tuũ. *Aug. li. Cõfeſſ.*

Memoria quasi uenter est animi. Lætitia uero atq; tristitia quasi cibus dulcis & amarus.

Ioan. Chryſo. & hab. 23. q. 2. ca. Vbicunq;.

LUgere aũt, deplorare & lamẽtari eos ꝙ ab hac uita decedũt, expusillanimitate contingit. Hoc autem ex desperatione futuræ resurrectionis intelligitur. Vnde apostolus nõ simpliciter ait: Nolumus uos ignorare de dormientibus, ut nõ cõtristemini, sed addidit: Sicut & cæteri qui spem non habent. Pietatis nanq; affectu humanitatis intuitu mortuos lugere non prohibemur; sicut nonnullos sanctorum aliorum exequijs pias lachrymas impendisse legimus.

Hugo libro 3. de Animo.

Vis nunq̃ esse tristis: bene uiue, bona uita semper gaudium habet.

Cypria, & hab. 13. q. 3. ca. Quam præpoſterum.

Quã præposterũ est ꝗ ꝙ puersum, ut cũ uolũtatẽ dei fieri postulamꝰ, qñ uocat nos & accipit nos de hoc mundo, nõ statim uolũtatis eius imperio pareamus. Obnitimur & reluctamur, & pertinaciũ more seruorũ ad conspectũ dominicũ cum tristitia & mœrore perducimur, exeuntes istinc necessitatis uinculo, non uoluntatis obsequio. Et uolumus ab eo præmijs cœlestibus honorari, ad quem uenimus inuiti.

Seneca libro de Moribus.

Tristitiã ſ̃ potes, nõ admiseris, sed si nõ potes, omnibus non ostentes. *Arist. lib. 8. Ethi.*

Delectationi intellectuali nõ est admixta tristitia. *Menander.*

ἀεὶ τὸ λυποῦν ἐκλείπει τὸν βίον. id est,

Semp aliqd tristitia afficiẽs persecutũ est uitã. idem.

ἅμα ἐσί τι λύπη καὶ βίος. id est,

Num est consanguineũ quid tristitia & uita. idem.

βίου λύπως ἀνεψιὸν ὄντ' οὐ ῥᾴδιον. id est,

Viuere sine tristitia mortali existenti nõ facile. idẽ.

λύγιαι γὰρ ἀνθρώποισι τίκτουσιν ὀδύναι. id est,

Tristitiæ enim hominibus pariunt morbos. idem.

οὐκ ἔσι λύπης χεῖρον ἀνθρώποις κακόν. id est,

Non est tristitia peius hominibus malum. idem.

τὸ ζῆν ἀλήπωσ' ἀγρυπνόσ' ἐσὶν εὐτυχοῦσι. id est,

Viuere sine tristitia uiri est fortunati.

Ouid. de Ponto libro 1. Elegia ult.

Vnda locusq; nocent, & causa ualentior istis
Anxietas animi, quæ mihi semper adest.

Tumor græce οἴδημα ατος τὸ & οἰδέω tumeo dicitur. Tumor mẽtis est filia iræ, & est quidã conatꝰ seu audacia hominis intẽcantis uindictã, & est quando quis implicat mentẽ deliberare in uarijs modis & ujs, quibus possit proximũ offendere.

Tumor mentis obstaculum est ueritatis, secũdum b. Tho. super Esaiam 9. lect. 2. col. 1.

Tumultus græce ὁρυβος ου ὁ & θορυβέω tumultuor dicitur. Est autem tumultus locutio confusa, & præcipue locutio multorum simul, secundum b. Tho. super Esaiam 17. lect. 2. col. 1.

Tumultus est (ut cum Cicerone Quintilianus inquit) timor multus, ut autem Zeno, uocis cõploſæper metum eruptio.

Turpiloquium græce αἰσχρολογία ας ἡ & αἰσχροεπὲς ους, turpis dicitur. Est autem turpiloquium filia luxuriæ, quia luxuriosi quorum est cor turpibus delectationibus plenum & concupiscentijs, de facili ad turpia uerba prorumpũt, ex beato Th. secunda secundæ q. 153. art. 1.

VAcuum græce κενὸν οῦ τὸ & κενόω uacuo dicitur. Est autem uacuũ locus priuatus corpore, secundum Arist. lib. 4. Phisic.

A uacuũ uaco dicit̃. Est em̃ uacare, pprie uacuũ esse. Vacare si impersonaliter accipit̃, significat uacuũ tẽpus esse. Vaco si cum ablatiuo sine p̃positione iungat̃, pro careo accipitur, ut uacas sapientia, hoc est cares, quanq̃ carere est uacare his, quibus indiges, uel quæ aptus natus sis habere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

re. Quare non recte dicitur homo carere alis, eſt carere ꝙ frui, ꝙuis non caret is qui non deſiderat, improprie dicimus careo dãno, culpa, periculo. ſi uero iungat ablatiuo cum præpoſitione ab, eodem modo ſignificat uacuus ſum, ut uaco à ſtudijs, uaco ab agricultura: à uaco pariter fit uacatio, quæ græce σχολή ἕξις dicitur. Item uacillo & uaci. latio, ſuperuacuum ſuperuacaneum, & uanus, na, num. & uanitas differunt. Vanum autẽ quidam ſic diſtinguunt à falſum & fictum, ut falſum loqui, mendacis ſit: fictum, callidi: uanum, ſtulti: falſum loqui culpæ ſit, fictum, uirtutis, uanum uecordiæ: falſis decipiamur, fictis delectemur, uana ſperamus.

Vacatio græce πλανήτης ἀσ ἡ & πλανήτησ ου ὁ uagus & πλάνομαι uagor dicitur. Vagi proprie dicuntur, qui ſine negotio modo huc modo illuc inutiliter diſcurrunt, dicti quod uacui, hoc eſt ſine negotijs agantur. Hinc uagari inutiliter peragrare, & uagabundi, qui modo huc modo illuc diſcurrentes tempus inutiliter conſumunt.

Seneca epiſtola 2.

Bonã ſpẽ de te cõcipio, non diſcurris, nec locorum mutationibus inquietaris. Aegri animi eſt iſta uagatio. *idem epiſtola 71.*

Mutare te loca, & de alio in aliũ ire nolo. Primũ ga tam frequẽs mutatio inſtabilis animi eſt. Coaleſcere otio non poteſt, niſi deſit circumſpicere & errare, ut animũ poſſis continere, corporis tibi fugam ſiſte, deinde plurima remedia cõtinuata proficiunt. *ibidem.*

Quoties proceſſeris, in ipſo tranſitu aliqua ꝙ renouent cupiditates tuas tibi occurrent.

Idem epiſtola 108.

Nihil æque prodeſt quàm quieſcere, & minimum cum alijs loqui, ſecum plurimum.

VAletudo græce ὑγίεια ἀσ ἡ & ὑγιάσ ω ὁ ſanus & ὑγιαίνω ualeo dicitur, ualere autem proprie ſignificat poſſe. Hinc ualens, potens. Quid. Neſſus adit pedibuſq; ualens, ſcituſq; uadorum. Hinc ualidus pariter potens, robuſtus, firmus, cuius cõtrarium eſt inualidus. Hinc etiam ualde, & per ſyncopen ualde, hoc eſt multum. Hinc bene ualere, ſanum eſſe, quaſi bene poſſe, & male ualere, ægrum eſſe atq; infirmum quaſi male poſſe. Qui enim potentes & ualidi ſunt, ſani etiam ſunt, econtra impotentes & ualidi ægrotare dicuntur, quare ualere, ſimpliciter capitur pro eo quod eſt ſaluum eſſe. Martialis: Ne ualeam, ſi non totis Daciane diebus, Et tecum totis noctibus eſſe uelim. Hinc uale uox ſalutantis eſt, cum abaliquo recedimus, quo uerbo & qui recedit utitur dicens, uale, & qui remanet reſpondens, uale & tu. Sicuti ſalue & aue ſalutantium ſunt, & eorum qui ſalutati reſalutant. Et quoniam abſentes per hæc uerba ſalutare ſolemus, uale & ſalue, conſuetudo inualuit, ut hæc duo uerba ſæpe pro eo quod eſt abi & diſcede uſurpemus, etiã ſi cũ ſtomacho & indignatione loquamur. Ter. Valeãt qui inter nos diſſidium quærunt, hoc eſt, abeãt & à nobis diſcedãt. Cic. Multã ſalutẽ dixi foro & curiæ, hoc eſt reliqui foriũ & curiã, & ab his diſceſſi. Nec ualere ſimpliciter acceptũ pro perire aut male habere uſurpat, ut nonnulli putant. Ab hoc ualeo ualetudo uenit, quæ pro languore accipitur. Cic. Valetudinem tuã cura diligenter, hoc eſt, languorẽ, infirmitatẽ. A qua ualetudinarij dicunt ꝙ male ſani ſunt, & frequenter ægrotant. Aliquando ualetudo ſanitatẽ ſignificat. Cic. Sed nũc ualetudini tribuamus aliquid. A ualeo fit conualeo & cõualeſco. quod eſt ſanitatem recupero. Itẽ inualeo quod ſignificat robur & firmitatem acquiro. Vnde inualuiſſe conſuetudinem, inualuiſſe mores dicimus, & ab eo ualeo uidetur deductum, quod ſignificat poſſum. *Greg. in Paſtor. li. 7. ca. 23.*

Admonẽdi ſunt incolumes, ut ſalutẽ corporis exerceant ad ſalutem mentis. Ne ſi acceptæ incolumitatis gratiam ad uſum nequitiæ inclinent, dolo deteriores fiant, & ne opportunitatem ſalutis pro mercede euacuent.

Cicero li. de finibus bonorum & malorum.

An id exploratũ cuiq; poteſt eſſe, quomodo ſe habiturus ſit, nõ dico ad annũ ſed ad ueſperã.

Ariſto. li. de ſenſu & ſenſato.

Odorabile inquantum odorabile, non confert ad nutrimentum, ſed bene ad ſanitatem.

Menander.

δυσὶ ἐσθ' ὑγιείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ. id eſt,

Non eſt ualetudine præſtantius aliquid in uita. *idem.*

ὑγίεια καὶ νοῦς ἐσθλὰ τῷ βίῳ δύο: id eſt,

Valetudo & mens, bona in uita duo.

De hac materia habes ſupra in Infirmitas.

Vanitas græce ματαιότης ητος ἡ & μάταιος ου ὁ uanus de quibus ſupra ubi uacuum.

Vana gloria græce κενοδοξία ας ἡ dicitur. Et uno modo dicit appetitũ dignitatis excellẽtiæ, & ſic eſt idem cum ſuperbia, & eſt uitium capitale: quia animus directe mouet ad dignitatẽ & excellentiam appetendã. Alio mõ dicit appetitũ laudis, & ſic eſt filia ſuperbiæ, ex ſ. Bona. 2 ſen. di. 42. q. 2.

Vana gloria eſt uoluptas ſtulte oſtentando ꝙ ſua non ſunt, aut iactando quæ minime uera ſint, & imprudenter mentiendo: quod ſane uitium eſt ſummæ ſtultitiæ argumentum.

De hac materia uide ſupra ubi Inanis gloria.

Vaporatio græce ἀναθυμίασις σ εως ἡ & ἀναθυμιάζω uapororo, & ἀτμὸς ἰδος ὁ uapor dicitur. Eſt autẽ uapor, aquæ diſgregatio, & natura eius humida eſt & calida, exhalationis autem natura calida & ſicca, ſecundum Ariſt. libro 1. Meteororum.

Vapor eſt ſubſtantia calida & humida, ui ſolis ab aqua & aqueo educta.

De hac materia uide ſupra in arbore corporis.

VArietas græce ποικιλία ας ἡ & ποικιλόσ ου ὁ uarius: dicitur. Eſt autem uarietas uel uariatio, idẽ quod diuerſitas. Hinc uariabile, i. mutabile. Venit autem uarius à uarus, ita & uario uerbum, uarus emm ille proprie dicit, ꝙ pedes obtortos habet. Quare pro obtorto aliquando ponitur, Perſius. Et non fallit pede regula uaro. Hinc

uaricce

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uarices illæ uenæ in cutribus, & fere grandiores dicuntur quæ frequenter tumidæ sunt, atq; obtortæ, à quibus uaricosus appellatur, qui tumidiores habet huiusmodi uenas. Iuuenalis;

Varicosus fiet haruspex.

Paulus ad Corinthios 1. ca. 12.

Vnicuiq; aũt datur manifestatio spũs ad utilitatem. Alĩ quidem per spiritum datur sermo sapientię, alĩ autem sermo scientiæ secundũ eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu: alĩ gratia sanitatum in uno spiritu: alĩ, operatio uirtutum: alĩ, genera linguarum: alĩ, interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult.

Idem ad Timoth. 2. cap. 2.

In magna aũt domo non solum sunt uasa aurea, & argentea, sed & lignea & fictilia, & q̃dam quidem in honorem, quædam in contumeliam.

Aristoteles Politicorum li. 2.

Non idem unicuiq; delectabile est secundum naturam, sed altera alterius.

Cicero lib. 1. de Natura deorum.

Quid inter ipsos hoïes, nõne & simillimis formis dispares mores, & moribꝰ figura dissimilis.

Vale. max. li. 6. ti. de uarietate casuum, ca. 11.

Piget Themistoclis adolescentiã attingere, siue parrẽ aspiciam abdicatiõis iniungentem noctam, siue matrem suspendio sui finire uitã, propter filĩ turpitudinem coactam, cum omnium postea Graĩ sanguinis uirorum clarissimus extiterit, mediumq; Europæ & Asiæ, uel spei uel desperationis pignus fuerit. Hæc enim salutis suæ patronũ habuit, illa uadem uictoriæ assumpsit.

L. Apuleius de asino aureo lib. 3.

In cœtu turbulento uariæ fuere sententiæ.

Paulus Orosius de Ormesta lib. 1.

Assolent humanę mutabilitati omnia sordere præsentia. *Terentius Com. ultima.*

Verum est, quot homines tot sententiæ.

Horatius Carminum libro 3. Ode 1.

Est ut uiro uir latius ordinet
Arbusta sulcis, hic generosior
Descendat in campum petitor
Moribus hic meliorq; fama
Contendit, illi turba clientum,
Sit maior. -

Horatius in arte Poetica.

-Tristia mestuum
Vultum uerba decent iratum plena minarum:
Ludentem, lasciua: seuerum, seria dictu.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum iuuat aut impellit ad iram,
Aut humum mœrore graui deducit & angit,
Post effert animi motus interprete lingua.

Ibidem.

Interdum multum Dauusne loquatur, an heros,
Maturusne senex an adhuc florente iuuenta
Feruidus, an matrona potens, an sedula nutrix,
Mercatorne uagus cultorne uirentis agelli,
Colchus, an Assyrius, Thebis nutritus an Argis.

Ibidem.

Actatis cuiusq; notandi sunt tibi mores,
Mobilibusq; decor naturis dandus & annis.
Imberbis iuuenis tandem custode remoto
Gaudet equis, canibusq; & aprici gramine campi,
Cæreus in uitium flecti, monitoribus asper.
Vtilium tardus prouisor, prodigus eris,
Sublimis, cupidusq;, & amata relinquere pernix.
Conuersis studijs ætas, animusq; uirilis,
Quærit opes & amicitias, inseruit honori.
Commisisse cauet quod mox mutare laboret.

Idem serm. libro 1. satyra 4.

Quem uis media erue turba,
Aut ob auaritiam, aut misera ambitione laborat.
Hic nuptiarum insanit amoribus, hic puerorum.
Hunc capit argenti splendor, stupet alius ære,
Hic mutat merces surgenti a sole ad eum, quo
Vespertina tepet regio, quin per mala præceps
Fertur uti puluis collectus turbine, ne quid
Summa deperdat metuens, aut ampliet ut rem.

Horatius Sermo. li. 2. saty 2.

Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem
Pugnis, quot capitum uiuunt totidem studiorum
Millia.

Horatius epistolarum lib. 1. epist 8.

Quæ nocuere sequar, fugiam quæ profore credam.
Romæ Tybur amem uentosus. Tybure Romam.

Ibidem libro 1. epistola 19.

Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi,
Sedatum celeres, agilem gnauumq; remissi.
Potores bibuli media de nocte Falerni,
Oderunt porrecta negantem pocula, quamuis
Nocturnos iures te formidare uapores.

ibidem libro 2. epist. 2.

Denicq; non omnem eadem mirantur amantq;
Carmine tu gaudes hic delectatur iambis
Ille Bioneis sermonibus & sale nigro.
Tres mihi conuiuæ prope dissentire uidentur,
Poscentes uario multum diuersa palato.
Quid dem? quid non dem? renuis tu quod iubet alter?
Quod petis id sane est acidum inuisumq; duobus.

Persius Satyra 5.

Mille hominum species & rerum discolor usus.
Velle suum cuiq; est, nec uoto uiuitur uno.

Dantes paradisi. Canti. 11.

O insensata cura de mortali,
Quanto son defectiui i Syllogismi,
Quei che ti fano in basso bater lali.
Chi dietro ad iura, & chi ad Amphorismi,
Sengiua, & chi se quendo sacerdotio,
E chi negar per forza e per sophismi.
E chi rubar, & chi ciuil negotio,
Chi nel dilecto de la carne inuolto
Saffaticaua, & chi si daua al otio. *ia est.*
O amens cura mortalium,
Quam defectiui sunt hi syllogismi,
Qui efficiunt ut infra alas moueas.
Quidã post iura, & quidam post Amphoris-
Ibant, & quidam sequentes sacerdotũ, (mata
Nonnulli ut regnarent ui & sophismatibus,
Alĩ furtis, alĩ ciuili negotio,
Plures rebus Veneris inuoluti
Conabantur, alĩ indulgebant otio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vaticinium græce μαντεία, ας, ἡ. & μαντεύομαι uaticinor dicitur. Est autem uaticinium diuinatio futurorum, & dicitur quasi faticinium. Ita & uates qui uaticinatur, dictꝰ quasi faticinator. Sunt tamen qui uelint uates dictos à uiendis, hoc est colligendis uerſibus, uel à uinciendis carminibus. Significat enim uates etiam poetam, qui quidem graue carmen non fundit ſine numinis inſtinctu.

De hac materia uide ſupra in Diuinatio, Poeta, Sortilegium.

Vbi græce ποῦ dicitur. Et eſt proportio locati ad locum, ſecun. b. Tho. 3. Sen. di. 16. q. 3. ar. 1.

Veſtigal græce τέλος, ους, τὸ. dicitur. Et eſt id quod præſtatur ex his rebus qui uenduntur. Quid autem differat à tributo, uide ſupra in tributum. Eſt etiam uectigal quod ſoluitur portitori.

Vehentia græce σφοδρότης, ητος, ἡ. & σφοδρός. uehemens & σφόδρα uehementer dicitur. Eſt autem uehementia quædam acritudo, dicta à ui & impetu mentis, ſecundum Gellium.

Velocitas græce ταχύτης, ητος, ἡ. & ταχύς, εῖα, ύ. uelox dicitur; cuius comparatiuum uelocius. Eſt autē uelocius quod in æquali tempore maius ſpatiū pertranſit, uel in minori maius, uel in minori æquale, ſecundum Ariſt lib. 6. Pylicorum.

Venundo græce πωλῶ dicitur, unde uenditio deducitur. Venditio uero & emptio non ſolum conſiſtit in datione & acceptione pecuniæ, ſed omniū quorū pretiū poteſt numiſmate menſurari, ſecundum b. Tho. 4. ſent. diſt. 25. q. 3. art. 3.

Veneficium græce φαρμακεία, ας, ἡ. & φαρμακόν uenenum & φαρμακεύς, έως, ὁ. ueneficus dicitur. Venefici autem dicuntur qui ueneno homines extinguunt. Dicuntur etiam uenefici, qui malis artibus & faſcinationibus ac poculis amatoriis utuntur. Horum artes uenefícia appellantur.

VEnia græce συγγνώμη, ης, ἡ. dicitur. Et eſt debitæ pœnæ remiſſio, ſecundum Senecam lib. de clementia Dicitur autem uenia, ꝙ optanti euenit. Venia aliquando capitur ꝓ indulgentia. Eſt autem indulgere obſequi, & aliquid delicate cōcedere Quare indulgentia eſt mollis & delicata permiſſio. Terent. Demea nimiū indulges filio.

Matthæus cap. 18.

Accedens Petrus ad Ieſum, dixit: domine, q̄ties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? uſq; ſepties? Dixit illi Ieſus; Non dico tibi uſq; ſepties, ſed uſq; ſeptuageſies ſepties.

Auguſt. de uerbis domini tractans illud apoſt.
Donantes uobiſmetipſis.

Auditis formam. Si ſeptuageſies ſepties Chriſtus peccata tibi donauit. Si hucuſq; ignouit, & ultra negauit, pone & tu limitē, & ulterius noli ignoſcere. *Auguſt. de Agone chriſtiano.*

Debet eccleſia catholica correctis & firmatis filiis libenter ignoſcere: Cum ipſi Petro perſonā eius geſtanti, & eum in mari turbaſſet; & cum deum carnaliter à paſſione reuocaſſet, & cum aurem ſerui gladio præcidiſſet, & cum ipſum dominum etiam negaſſet, & cum in ſimulationem poſtea ſuperſtitioſam lapſus eſſet, uidemus ueniam eſſe conceſſam, eumq; correctum atq; firmatum uſq; ad dominicæ paſſionis gloriam peruenisſe.

Aug. de uerbis domini tractans illud apoſt.
Donantes uobiſmetipſis.

Dicit dominus: Dimitte, & dimitteturtibi. Si ego prior dimiſi dimitte illis poſtea. Nam ſi non dimiſeris, reuocabo te, & quicquid dimiſeram, replicabo tibi.

Auguſtinus de uerbis domini ſermone 16.

Dimitte nobis debita noſtra, ſicut nos dimittimus debitoribus noſtris. Ne dicas in lingua ignoſco, & corde differas: nouit enim cum dicas, uocem tuam audit homo, conſcientiam tuam deus inſpicit. Melius eſt enim dum non clamas ore, & dimittis corde, q̄ blandus ore crudelis in corde. *Auguſt. ſup Matth. 6. Et dimitte.*

In hac petitione ſi mentitur, totius orationis nullus eſt fructus. Pecuniam aliquando repetere conceditur, ſed debitam peccatorum petenti ueniam, nunq̄ iuſte negatur.

Auguſtinus libro 2. Confeſſionum.

Gratiæ tuæ deputo & miſericordiæ, q̄ peccata mea tanq̄ glaciē ſoluiſti: gratiæ tuæ deputo, & quæcunq; non feci mala: quę enim facere nō potui, & omnia mihi dimiſſa eſſe fateor, & quæ mea ſponte feci mala, & quæ te duce non feci.

Hieronymus ſuper Matth. lib. 3.

Non uſq; ſepties, ſed uſq; ſeptuagies ſepties. i. quadringentus & nonaginta uicibus, ut toties peccāti fratri dimitteret in die, quoties ipſe peccare non poſſet.

Hieron. ſuper illud Matt. 24. Si peccauerit in te frater tuus.

Si pecauerit in nos frater noſter, & in qualibet cauſa nos læſerit, dimittendi habemus poteſtatem, imo neceſſitatem, quia dominus præcepit, ut debitoribus noſtris debita dimittamus. Si autem in deum quis peccauerit, non eſt noſtri arbitrij, ut dicit ſcriptura; Si autē peccauerit homo in hominem, rogabit pro eo ſacerdos: ſi autem peccauerit in deum, quis rogabit pro eo? Et nos econtrario in dei iniuria benigni ſumus, & in noſtris contumelijs odia exercemus.

Idem ſuper illud, Si non remi. de cordi. ueſtris.

O formidoloſa ſentētia. Si parua fratrib⁹ nō dimittimus, magna nobis à deo nō dimittunt.

Ambr. libro 1. de officijs & hab. 23. q. 4. cap. Eſt iniuſta.

Eſt iniuſta miſericordia, uide ſupra in Miſeri.

Gregorius libro 4. Moralium.

Si hoc ꝙ in nos delinquit ex corde nō dimittimus, & illud rurſus exigit, quod nobis iam per pœnitentiam dimiſſum fuiſſe gaudebamus.

Ibidem libro 10.

Apud miſericordem iudicē nequaq̄ ſine uenia culpa relinquit, cum ꝓ feruorē zeli, ex eius amore peccatur. Sæpe nanq; magis hoc doctoribus mirandisq; contingit, quo ut alta charitate ſeruent, modum correctionis exaggerēt, & lingua aliquid quod non debent, dicant: Quia mētem dilectio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dilectio quãtum debet inflammat, ſed uerbum prolatæ contumeliæ tanto citius patitur, quanto & ex qua radice prodeat, penſatur.

Iſidorus libro 3. de ſummo bono.

Multi aliorum uitia cernunt, ſua non aſpiciunt, & cum ipſi maximis criminibus obnoxij teneantur, peccata minora fratribus non dimittunt.

Ventus græce ἄνεμος.ου.ὁ. & ἀνεμώδης.ες.ὁ.ἡ. uentoſus dicitur. Eſt autem uentus impetus aeris in unam partem flantis, uel ſic: Ventus eſt magna multitudo exhalationis calidę & ſiccæ motæ lateraliter ſuper terram ad multam diſtantiam, ſecundum Ariſt. libro 3 Meteoro. dicitur autem à uenio. Hinc uentoſus, hoc eſt plenus uento, ut regio uentoſa, uel inanis: ut uerba uentoſa, oratio uentoſa, hoc eſt ſine pondere, ſine effectu. Hinc etiam uentoſitas, hoc eſt inanis iactantia & uanitas. Hinc etiam uentilare, quod eſt mouendo uentum captare.

Venuſtas græce τὸ ἀμυότης.ητος.ἡ. & ἀμυὴς.ὲ.ὁ.ἡ. uenuſtus dicitur. Eſt autem uenuſtas pulchritudo quædam, à qua uenuſtus pulcher, uenuſte pulchre, & uenuſto orno. Vnde uenuſta oratio eſt quæ cum gratia quadam ac uenere dicitur.

Verbum græce λογος.ου.ὁ. dicitur. & πολυλόγος.ου.ὁ. uerboſus. Eſt autem uerbũ quod ſignificat tempus, cuius pars extra nihil ſignificat: & eſt ſemper eorum quæ prædicantur nota, ſecundum Ariſto. libro 1. Perihermenias, & tunc à Græcis ῥῆμα.ατος.τὸ. dicitur.

Verbum uocale in noſtra lingua impoſitum eſt à corporali motu, ſ. ab aeris uerberatiõe, ſed ad ſignificandũ omne quod dicitur, interius uel exterius. Verbum mentis nihil aliud eſt, q̃ conceptio intellectus, quæ eſt operatio, ſ. ipſum intelligere, uel ſpecies intellecta, ex be. Thoma 1. Senten. di 27. q. 2. ar. 2. & 3.

Verecundia græce ἡ αἰδὼς.οῦς.ἡ. & αἰδέομαι uerecundor dicitur. Eſt autem uerecundia timor neglectionis uel dedecoris, ſecundum Ariſtotelem libro 4. Ethicorum.

Verecundia eſt dolor quidam atq; perturbatio ex malis, aut præſentibus, aut futuris, quę infamiam inferunt proueniens, ſecundum eundẽ libro 2. Rhetoricorum.

Verecundia eſt timor turpitudinis exprobrabilis, & principaliter reſpicit uituperium, ſed reſpicit culpam cõſequenter, & hoc dupliciter, ſ. ceſſando & cælando. ex beato Thoma ſecunda ſecundæ, q. 116. articulo 2.

Verecundia à uereor quod eſt timeo, dicitur. Quid autem ab erubeſcẽtia differat, uide ſupra in Erubeſcentia.

Eccleſiaſtici cap. 7.

Gratia enim uerecundiæ illius ſuper aurum.

Ambroſius libro 2. de Officijs.

Pulchra uirtus eſt uerecundia & ſuauis gratia quæ non ſoliũ in factis, ſed etiam in ipſis ſpectatur ſermonibus, ne modum progrediaris loquẽdi, ne quid indecorum ſermo reſonet tuus: Speculum enim mẽtis plerunq; in uerbis reflet, ipſum uocis librat modeſtia, ne cuiuſq; offendat autem uox fortior. Denig; in ipſo canendo genere, prima diſciplina uerecundia.

Ibidem.

Tacebat in periculis Suſanna, & grauius uerecundiæ q̃ uitæ damnum putabat: nec arbitrabatur periculo pudoris tuendam ſalutem. Soli deo loquebatur, cui poterat caſta uerecundia loqui: refugiebat ora intueri uirorum. *ibidem.*

Eſt enim uerecundia pudicitiæ comes, cuius ſocietate caſtitas ipſa tutior eſt. Nonne hæc prætulit publicanum, & commendauit eum, q̃ nec oculos ſuos audebat ad cælum leuare? Paulus orationem deferre præcepit cum uerecundia & ſobrietate. *ibidem.*

Verecundia cum ſit omnibus ætatibus, perſonis, temporibus & locis apta, tamen adoleſcẽtes iuuenilesq; annos maxime decet. Vt artifex in materia commodiore melius operari ſolet: ſic uerecundia in ipſo quoq; corporis decore plus eminet, ita tamen, ut etiam ipſe non ſit affectatus decor corporis, ſed naturalis, ſimplex, neglectus magis quàm ornatus uel cultus uel expeditus.

Ambroſius de morte Abel & Cain.

Erubeſcere debemus & condemnare peccatum, non defendere: quoniam pudore culpa minuitur, defenſione cumulatur.

Hieron. ad Pammachium de morte Pauli.

Ingenia liberaliter educata, facilius uerecundia q̃ metus ſuperat, & quos tormenta non uincunt, interdum uincit pudor.

Ibidem.

Quicquid pudet dicere, pudeat & cogitare.

Gregorius ſuper Ezechielem homilia 10.

Sicut uerecundia laudabilis eſt in malo, ita reprehenſibilis eſt in bono. Erubeſcere enim malũ, ſapientiæ eſt: bonum uero erubeſcere, fatuitatis eſt. Qui erubeſcit mala pœnitendo quæ fecit, ad uitæ libertatem peruenit: qui uero erubeſcit bona facere, à ſtatu rectitudinis cadit, ita q̃ ad damnatiõem tendit, ſicut per redemptorem dicitur: Qui erubeſcit & meos ſermones, &c.

Bernardus ſuper Cantica ſermone 78.

Quid amabilius uerecũdo adoleſcẽte? Quam pulchra & q̃ ſplendida gemma morum eſt uerecundia in uita & uultu adoleſcentis? quàm uera & minime dubia bonæ ſpei, nuntia bonæ indolis, uirga diſciplinæ, inexpugnatrix malorũ, propugnatrix puritatis innatæ, ſpecialis gloria conſcientiæ, famæ cuſtos, uitæ decus, uirtutis ſedes, uirtutum primitiæ, naturæ laus, & inſigne totius honeſti. *ibidem.*

Verecundia ſoror eſt continentiæ. Nullum æque manifeſtum eſt indicium columbinæ ſimplicitatis: & ideo etiam teſtis eſt innocẽtiæ, lampas pudicitiæ mentis iugiter lucens, ut nil in ea turpe uel indecorum reſidere attẽtet, quod non illa ilico prodat.

Hugo de inſtitutione nouitiorum.

Hęc dicentibus erubeſcenda eſſent, ſi à facientibus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tibus præſumpta non fuiſſent: nunc autem ſuſtineat in audiendo uerecundiam, qui uoluit in faciendo habere diſciplinam.

Seneca epiſtola. 11.

Bonum in adoleſcente ſignum eſt, cum illi ex alto rubor ſuffunditur. Magis in iuuenibus apparet, quib⁹ & plus caloris eſt, & tenera frõs. ve teranos nihilominus & ſenes tãgit, quidam aũt non magis cũ cum erubuerint timẽdi ſunt, quaſi omnem uerecundiam effuderint. *Idem.*

Artifices ſcenici hoc indicio imitant uerecundiam: Deiciunt uultum, uerba ſubmittunt, figunt in terram oculos & deprimunt, ruborem ſibi exprimere non poſſunt: nec prohibetur hic, nec adiſcitur. Nil aduerſus hanc ſapientia profecit: ſui iuris eſt: iniuſſus uenit, iniuſſus decedit.

Seneca epiſtola 25.

Nutriendus eſt pudor: qui quandiu in animo duraverit, aliquis erit bonæ ſpei locus.

Seneca in Prouerbijs.

Recta ingenia debilitat uerecundia, praua cõ firmat audacia. *Ibidem.*

Turpia ne dixeris, paulatim em̃ pudor p uerba diſcutitur. *Ariſtot. lib. 4. Ethicorum.*

Verecundia non conuenit oĩ ætati, ſed tantum iuueníli. *Ibidem.*

Iuuenes uerecundos laudamus. *Ibidem.*

Senem uerecundum nullus laudabit.

Cicero in epiſtolis:

Sed tamen qui ſemel fines uerecundiæ pertrã ſierit, eũ bene & grauiter oportet eſſe impudentem. *Homerus in Iliados.*

αἰ Λιμένων Λ' ἀνδρῶν πλείονες σῶοι, ἢε πεφανται id eſt,

Verecundantium uirorum plures ſalui q̃ interficiuntur.

Idem in Iliados.

οὔδέ οἱ αἰδὼς
γίνεται, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι.

Neq; ipſi uerecundia,
Et quæ uiros nalde lædit, atq; iuuat.

Idem in Odyſſeæ.

αἰδὼς Λ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι.

Verecundia non bona indigente uirum comitatur.

Pythagoras.

πρῶξές Λ' ἀισχρὸν ποτε, μήτε μετ' ἄλλου,
μήτ' ἰδίη. πάντων Λὲ μάλιστα αἰσχύνεο σαυτόν.

Facies autem turpe unquam nihil, neq; cum alio,
Neq; ſolus. Omnium aũt maxime uerecundare teipſum.

VEritas græce ἀληθεια. ας. ἡ. & ἀληθὴς. ἑ. ὁ. ἡ. uerus dicitur. Eſt autem ueritas per quã immutata ea quæ ſunt aut fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur, ſecundum Cic. lib. Rheto.

Veritas eſt ádæquatio rei ad intellectum, ſecundum Ariſt. lib. 2. Meta. Veritas dicitur à uerum, quod eſt, ſolidum, ſyncerum, non falſum: Venit enim uerum à uer ueris, quoniam uerno tempore ſolo arietem ingreſſo, omnia uere naſcuntur, partuſq; ad maturitatem perueniunt, cum alijs temporibus nata ſæpe deficiant. Hinc uerifico, ueriſimile, & ueridicus deducuntur.

Eſdræ primi cap. 4.

Veritas magna eſt, & fortior p̃ oĩbus. *ibidem.*

Omnis terra ueritatem inuocat. *ibidem.*

Non eſt cum ea quicquam iniquum.

Dauid Pſalm. 11.

Diminutæ ſunt ueritates à filijs hominum.

Idem Pſalm. 25.

Vniuerſæ uiæ dñi, miſericordia & ueritas.

Hieronymus ad Celantiam.

Mentiri atq; iurare lingua tua prorſus ignoret: tantuſq; in te ſit ueritatis amor, ut quicquid dixeris, iuratum putes.

Idem ſuper Ezechielem.

Non meretur audire ueritatem, qui fraudulenter interrogat. *Gregorius li.* 10. *Moralium.*

Bonorũ mens quo duriora pro ueritate tolerat, eo in æternitatis præmia tertius ſperat.

Ioan. Chry. de laudibus Pauli homilia 3.

Talis eſt conditio falſitatis uel erroris, ut etiã nullo ſibi aſſiſtente conſeneſcat ac defluat: Talis autem ediuerſo ueritatis ſtatus, ut etiam multis impugnantibus ſuſcitetur ac creſcat.

Idem ſuper Matthæum.

Non poteſt eis eſſe excuſatio condemnationis ignorantia ueritatis, quibus fuit inueniendi facultas, ſi fuiſſet quærendi ſe uoluntas. Nam ſi ueritas, ſalus & uita cognoſcentium ſe dicitur, magis quæri debet q̃ pecunia.

Boetius libro 1. *proſa* 4. *de philoſoph. conſol.*

Sed ſi ſemper mentiens imprudentia rerum merica non poteſt immutare, nec mihi Socratico decreto fas eſſe arbitror, uel occuluiſſe ueritates uel conceſſiſſe mendacium.

Idem libro 3. *metro* 1.

Tu quoq; falſa tuens bona, prius
Incipe collo iugo retrahere,
Vera dehinc animum ſubierint.

Lact. Firm. diui inſt. aduerſus gentes, li. ca. 1.

Magno & excellẽti ingenio uiri cũ ſe doctrinæ penitus dediſſent, quicquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus publicis & priuatis actionibus, ad inquirendæ ueritatis ſtudium contulerunt: exiſtimantes multo eſſe p̃clarius humanarum diuinarum q̃ rerũ inueſtigare ac ſcire rõem, q̃ aut ſtruendis opibus aut cumulandis honoribus inhærere. Quibus rebus quoniã fragiles terrenæq; ſunt, & ad ſolius corporis pertinet cultum, nemo melior, nemo iuſtior efficit poteſt. Erant quidem illi ueritatis cognitiõe diſgniſſimi, quam ſcire tantopere cupiuerunt, atq; ita, ut eam rebus omnibus anteponerent. Nam & abieciſſe quoſdam res familiares ſuas, & renũtiaſſe uniuerſis uoluptatibus conſtat, ut ſolam nudamq; uirtutem nudi expediti q; ſequerentur: tantum apud eos uirtutis nomen atq; autoritas ualuit, ut in ea omne ſummi boni prȩmium prędicarent. Sed neq; adepti ſunt id quod uolebãt, & operam ſimul atq; induſtriam perdiderunt; quia ueritas. i. arcanum ſummi dei, qui fecit omnia, ingenio ac proprijs nõ poteſt ſenſibus comprehendi: alioqui nihil inter deum hominem q; diſtaret, ſi conſilia & diſpoſitiones illius maieſtatis æternæ cogitatio aſſequeretur humana.

Ibidem.

Veritas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Veritas licet poſſit ſine eloquẽtia defendi, ut eſt à multis ſæpe defenſa, tñ claritate ac ſermonis nitore illuſtranda & quodammodo differenda eſt, ut potentius influat in animos ui ſua inſtructa, & luce orationis ornata. *Idem libro 2.*

Veritas à uulgo ſolet uarijs ſermonibus eſſe diſſipata. *Ibidem.*

Quid igitur profuit te uidiſſe ueritatẽ, quam nec defenſurus es, nec ſecuturus. *Ibidem.*

Verum autem ſcire, diuinæ ſapientiæ eſt.

Lactan. Firmian. diuina inſtitu. lib. 6.

Qui ueritati ſtudet, abijciat inimicas ac anxias uoluptates, quæ animum ſibi uinciunt: præferat uera falſis, æterna breuibus, utilia iucundis. Nihil aſpectu gratũ ſit, niſi quod iuſte, quod pie fieri uideas, nihil auditu ſuaue, niſi quod animam meliorem teq; reddat.

Cicero libro 1. de Natura deorum in princi.

Quid tam temerariũ tamq; indignum ſapientis grauitate atq; conſtantia, q̃ aut falſum ſentire, aut quod non ſatis explorate perceptum ſit & cognitum, ſine ulla dubitatione defendere.

Ibidem.

Vtinam tam facile uera inuenire poſſim, q̃ falſa conuincere. *Cicero l. b. 2. de diuina.*

Ex falſis uerum effici non poteſt.

Seneca epiſtola 50.

Veritas ſimplex oratio eſt, ideoq; illam implicare non oportet. *Seneca de formula uitæ.*

Cogitatio tua nunq̃ recedat à uera.

Ariſtoteles libro 3. Metaphyſicæ.

Dubitationũ ſolutio, eſt ueritatis inquiſitio:

Ibidem.

Veritatem inquirentes ſine dubitatiõe, ſimiles ſunt neſcientibus quo ire debent. *Ibidem.*

Non omne quod uidetur & apparet, hoc uerum eſt. *Ibidem libro 1.*

Duobus amicis exiſtentibus, ſanctum eſt honorare ueritatem. *Ibidem libro 4.*

Verum bonum eſt & laudabile. *Ibidem.*

Verax eſt laudãdus, ſed mẽdax uituperãdus.

Ibidem lib. 7.

Non oportet tñ uerum dicere, ſed etiam causam falſi aſſignare. *Idem lib. 1. Perihe.*

Circa compoſitionem & diuiſionem eſt ueritas uel falſitas: igit̃ nomina & uerba ſimilia ſunt ſine compoſitione & diuiſione intellectus, ut homo uel albus. *Ibidem.*

Nulla affirmatio erit uera, in qua prædicatur uniuerſale uniuerſaliter ſumptum. *Ibidem.*

De futuris ſingularibus. ſ. in materia contingenti, non eſt determinata ueritas. *Ibidem.*

Non eſt neceſſe omnes affirmationes uel negationes oppoſitorũ hanc quidem ueram, illam autem falſam. *Ariſtoteles libro 1 Priorum.*

De oĩ affirmatio uel negatio uera eſt. *Idẽ li. 2*

Ex falſis bene ſequitur uerum, ſed ex ueris nũquam ſequitur falſum, ſed ſemper uerum: nam ex falſo uerum, ex uero nil niſi uerum.

Ariſto. libro 1. Poſteriorum.

Omne de quo contingit, aut affirmare, aut negare, uerum eſt, quia eſt. *Ibidem.*

Ex ueris, & non demonſtratiue eſt ſyllogizare, ex neceſſarijs autem non, ſed demonſtratur.

Ibidem.

Ex ueris ſemper ſequitur ipſum uerum.

Porphyrius in uniuerſalibus.

Ab eo quod res eſt, uel nõ eſt, oratio dicit uera uel falſa. *Cicero Tuſc. quæſt. libro 3.*

Quid enim laboro, niſi ut ueritas in omni q̃ſtiõe explicetur. Verũ dicentibus facile cedam.

Cicero Rheto. nouorum libro 4.

Et qui in ſermonibus & cõuentu amicorum uerum non dixerit, nunq̃ eum ſibi in concionibus credas à mendacio temperaturum.

Periander.

ἀλήθειαν ἔχειν. id eſt, Veritatem habe. Menander.

ὁ γλῶσσ' ἁμαρτάνουσα, τἀληθῆ λέγει.

Lingua aberrans uera dicit.

Plautus in Amphyrtione.

Miſerrima iſthæc miſeria eſt ſeruo bono apud herum qui uerba loquitur, ſi id uerum uincitur.

Terentius in Andria.

Veritas odium parit. *Ibidem.*

Potin mihi uerum dicere? nihil facilius.

Vernus græce ἐαρινὸς. ὁ. dicitur. Vnde uerna deducitur. Verna enim ſeruus dicitur ex ancilla noſtra in noſtris ædibus natus: unde uernaculum appellamus, quicquid in domo & patria noſtra natum eſt, & uernaculam linguam, cõmunem atq; uulgarem. Dicitur autem uerna à uere, quoniam tempus ueris ad gerendum maxime eſt idoneum, & domini ancillarum cõſuetudinem uerno tempore habebant.

Verſipellis græce παντοτροπος. ὁ. dicitur. Hi autẽ uerſipelles dicuntur, qui modo unum modo aliud oſtendunt, & quolibet ſe fraudulenter commutant. Plautus: Verſipellem ſe facit, quando lubet. Eſt autem hoc uerbum tractum ab his hominibus qui in lupos uerti, rurſuſq; reſtitui ſibi dicuntur. Virgilius:

His ego ſæpe lupum fieri, & ſe condere ſyluis
Mœrim, ſæpe animas imis excire ſepulchris.

Verſutia græce παυσροτια. ας. ἡ. & παντοτροπος. ὁ. ἡ. aſtutus dicitur, quiquid ſit, uide ſupra in Aſtutia.

Verſutus eſt cuius celeriter mens uerſatur, ſecundum Ciceronem l. 3 de Natura deorum.

Verſus græce στιχος. ὁ. Eſt autem uerſus aliqñ nomen, & ſignificat carmen, à quo diminutiuũ fit uerſiculus, modo ordinem. Vir. Ille etiam ſeras in uerſum diſtulit ulmos. Aliquando eſt aduerbium, & accuſatiuum uult, & fere ſemper poſt ponitur, ut Italiam uerſus. Differt autem uerſus à carmine, quia uerſus ſolus eſt: carmen uero ſignificat modo unum uerſum, modo duos, modo plures, etiam totum poema, & dicitur carmen quaſi canimen. Eſt igitur carmẽ quicquid pedibus continetur. Significat etiam carmen incantationem. Virgilius:

Carmina uel cælo poſſunt deducere lunam.

Veſtigium græce ἰχνος. εος. τ. dicitur. Et eſt, proprie impreſſio pedis, i. ſignũ quod à pede relinquitur, dictum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dictum quod uelati indumentū ſit pedis. Hinc peruestigo atq; inuestigo, quæ significant quærendo inuenio, hinc etiam uestigabundus, uestigator, inuestigator fiunt.

Vestis græca dictio uidetur, ἑσθής, ῆτ⊙ς. ἡ. & ἕνδυμα. ατ⊙ς. τὸ. uestimentum, & ἐνδύω uestio dicitur. Vestem iurisconsulti diffiniunt esse quicquid induendi, præcingendi, amiciendi, insternendi, tegendi, ac cubandi gratia paratum est. Sunt qui uelint uestem & uestimentum nihil differre. Alij uero ita distinguunt, quod uestis generaliter dicatur, uestimentum uero particulariter. Alij dicunt uestimenta esse non modo lanea, linea, bombycina, serica, sed etiam scortea, frondea, scirpea, palearia, & ex quacunq; materia facta sunt ad corpus tegendum. Dicitur autem uestis, teste Varrone, à uelando, i. tegendo, quod corpus uelet, id est, tegat. Vnde & inuestes imberbes dicimus.

Via græce ὁδός. ἡ. & ὁδίτης. ου. ὁ. uiator dicitur. Est autem uia locus per quem habere iter omnibus licet. Aliquando accipitur pro ipso itinere, hoc est actu ambulandi. Interdum pro ratione. Vir. Inueni germana uiam. Hinc uiatores, qui magistratibus parebant, hominesq; ex agris magistratus frequenter euocabant, secundum Cic. libro de Senectute.

Victima græce θυσία. ας. ἡ. Et est quæ diis immolatur ob deuictos hostes, quæ & hostia dicitur, eiusdem enim significationis sunt: Nec placet quidam dicunt hostias dici pecudes quæ diis immolãtur, cum exercitum in hostes ducimus: uictimas uero, quæ post uictos hostes sacrificãtur: nam falsum esse liquet. Ouidius:

Victima quæ dextra cecidit uictrice uocatur,
Hostibus a domitis hostia nomen habet.

Vicinitas græce γειτνίασις. εως. ἡ. & γείτων. ονος. ὁ. uicinus sum Vicini non tam hi qui eũdem incolunt locum, quàm qui prope domum nostram habitãt: hinc uicina deducitur, & conuicinium ubi plures inter se uicini sunt, & uicinitas propinquitate uicinorum, & quandoq; pro uicinorum multitudine. Dicuntur autem hæc à uico. Est autem uicus proprie pars urbis, quippe urbs in uicos quasi in minora membra diuiditur, ut Romæ Suburra, Esquiliæ. Vicus autem à uia dicitur, q̃ uias circum haberent uici.

Hesiodus.

πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ·
ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅστ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ. id est,

Damnũ malum uicinus, tãtumq; bonus magna utilitas.
Sortitus est honorem, qui sortitus est uicinum bonum.

Victoria græce νίκη. ης. ἡ. uel νίκησις. εως. ἡ. & νικητής. οῦ. ὁ. uictor, & νικάω uinco dicitur. Venit autem uictoria a uinco quod est supero, quasi uim facio, uel animo compos fio. Hinc uictor qui uoti compos est, & uictrix, & uictoriosus. Hinc etiam uictima, de qua supra.

Ioannes in epistola 1. ca. 5.

Omne quod natum est ex deo, uincit mundum: & hęc est uictoria quæ uincit mundũ, fides nostra. Quis est autem qui uincit mundum nisi qui credit, quoniam Iesus est filius dei?

Ambrosius lib. de Officijs.

Non est gloriosa uictoria, nisi ubi fuerint laboriosa certamina.

Lactan. Firm. diui. instit. li. 6. ca. 6.

In arbitrio dei non tuo posita est uictoria. Egplerunq; improbi & numero & conspiratione sunt potentiores q̃ boni, ut ad eos superandos non tam uirtus sit q̃ felicitas necessaria.

Plato libro de Legibus.

Quoniam libera est anima & domina passionum, uincere autem seipsum omnium uictoriarum prima & optima: uinci autem à seipso, & turpissimum est & pessimum.

Valerius Maximus lib. 5.

Ea demũ uictoria & apud deum & apud homines minimum inuidiæ habitura est, quæ plurimum humanitatis habet.

Lucanus libro 4. Pharsaliæ.

Vincitur haud gratis iugulo qui prouocat hostem.

Ouid. Meta. lib. 9. in principio.

Quis enim sua prælia uictus
Commemorare uelit? referam tamen ordine, nec tam
Turpe fuit uinci quam contendisse decorum.
Magnaq; dat nobis tantus solatia uictor.

Viduitas græce χηρία. ας. ἡ. & χῆρος. ου. ὁ. uidua dicitur. Vidua proprie ex significatione uocabuli, seu secundum etymologiam dicitur quælibet mulier sine uiro, etiam si nunquam uirum habuisset, quasi sine duitate. Et dicitur à ue quod est sine, ut uecors & uesanus. ff. de uerbo. signi. l. ma Iuum. ¶. Viduas, uel sic:

Vidua dicitur quasi idua, hoc est à uiro diuisa: Iduare enim Hetrusca lingua diuidere est. Hinc uiduare pro priuare capitur. Hinc etiam uiduitas, calamitas dicta quod uiduet, id est, priuet bonis. A uiduo pariter diuiduo per compositionem deducitur; Veteres enim quod nunc diuido dicimus, diuiduo dicebant: unde diuiduum quod modo separabile, modo separatum significat, cuius contrarium indiuiduum, quod græci ἄτομον uocant. De quo uide supra in indiuiduum.

Exodi cap. 22.

Viduæ & pupillo non nocebis, si lęseris eos, uociferabunt ad me.

Ecclesiastici cap. 35.

Nonne lachrymæ uiduæ ad maxillam ascendunt, & exclamatio eius super deducentes eas? à maxilla quoq; ascendunt in cælum, & dominus exauditor non delectabitur in eis.

Paulus 1. ad Timoth. cap. 5.

Viduas honora quę ueræ uiduæ sunt. Si quæ autem uidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam regere, mutuã uicem reddere parentibus.

Ibidem.

Vidua in delicijs uiuens, mortua est.

Idem 1. ad Corin. 7.

Dico innuptis & uiduis, bonum esse illis si sic permaneant, sicut ego. Quod si non continent, nubant, melius est nubere quam uri.

Augustinus libro de bono coniugali.

Sicut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sicut bonum erat.uide ſupra in Caſtitas.

Hieronymus in epiſtola 96.

Quid facit hæc uidua inter familiæ multitudinem,inter miniſtrorum greges? *ibidem.*

Caueto omnes ſuſpiciones,& quid de te probabiliter fingi poteſt. *ibidem.*

Neſciat uidua bigamiæ indulgentiam.

Virgilius libro 4. Aeneidos, Didonis uerba de Sicheo marito ſuo.

Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes ad umbras Herebi,*noctemq; profundam,*
Ante pudor quam te uiolem,aut iura reſoluam.
Ille meos primus qui me ſibi iunxit amores
Abſtulit,ille habeat ſecum,ſeruetq; ſepulchro.

Franciſ Petrar. Cant. 35. Stantia 7.

Non ſa per te diſtar fragente alegra,
Vedoua ſconſolata in ueſte negra. id eſt,
Non tibi conuenit manere inter gentem lætam.
Vidua mœſta in ueſte nigra.

Vigilia græce ἀγρυπνία.ας.ἡ. & ἀγρυπνέω uigilo dicitur. Eſt autem uigilia ſolutio & remiſſio ſenſus,ſecundum Ariſto. lib. de Senſu & ſenſato.

Vigilia eſt diſpoſitio in qua anima impatſenſibus & uirtutibus exterioribus,& mouet uoluntarie ad operandum,ſecundum Auicen.

Vigilia dicitur à uigeo,eſt enim uigere ualidũ & robuſtum eſſe quaſi uim agere.Quare uigiles non ſegnes,non torpentes, qualesſunt dormientes,ſed qui in uigore ſuo ſunt. Vnde peruigiles non modo aſſidue uigilantes, ſed diligentes & induſtrios dicim⁹. Hinc uigilare quod eſt ſtudium ac diligentiam adhibere,& inuigilare alicui rei incumbere. Peruigilareq; quod eſt aſſidue uigilare. Martialis:

Nam uigilare leue eſt,peruigilare graue eſt.

Vilitas græce φαυλότης,ητος.ἡ. & φαῦλος.η.ον. uilis dicitur. Vile autem proprie dicitur,quod parum ualet,cuius contrarium eſt carum. Venit autem uilis à uilla, ut quidam uolunt, una litera abiecta,quoniam omnia in uilla uiliora ſunt,& minori pretio uenduntur q̃ in urbe. Hinc uile pro abundanti ponitur,quia quicquid nimis abundat uile eſt, hoc eſt paruo uenditur pretio. Virg. *Vilemq; faſelum.*

Villicus græce οἰκονόμος.ου.ὁ. & χωρίαρχος.ου.ὁ. uilla dicitur. Eſt autem uillicus uillæ cuſtos,& qui fructibus percipiendis & colligendis imponitur. Villa uero non ager eſt,ſed domus in agro. A uilla fit uillula diminutiuum,hoc eſt parua uilla,& uillicus & uillica,necnon uillicari, quod modo eſt ruſticari,modo uillæ præeſſe. Hinc etiam uillanus,qui in uilla habitat.

Vindemia græce τρυγητός.ῆ.ὁ. & τρυγάω uindemio dicitur. Dicta autẽ eſt uindemia à uino demendo, vnde fit etiam uindemio uerbum,& uindemiator,qui uindemiat,uindemia etiã ad alia transfertur. Plin. Prima mellis uindemia melior.

Vindicta græce ἄμυνα.ας.ἡ. & ἀμυντήριος.ου.ὁ. ultor dicitur. Eſt autem uindicta iniuriæ, contumeliæue illatæ punitio,à uindico quod eſt ulciſcor,quod eſt compoſitum à uim & dico,unde uindex ultor iniuriæ,& uindicatio ipſe actus ultionis.

Vindicatio eſt per quam uis aut iniuria,& omnino omne quod obfuturum eſt,defendendo aut ulciſcendo propulſatur, ſecundum Cicero. Rheto. Cuius contrarium eſt abiectio ſuiq; contemptio.

Vindicatio eſt uirtus ſpecialis,quia ad hoc natura inclinat, cõſiſtit in medio duorũ uitiorum, ſcilicet crudelitatis & ſæuitiæ ſecundum exceſſum,& remiſſionis ſecundum defectum,ex be. Tho.ſecunda ſecundæ,q. 80. arti. 2.

Vendicare eſt (ut ita dicam) appropriare, & dicit à uenum,q̃ſi conueniẽs mihi dico. Venum aũt dicitur quaſi uenium,unde & uenũdo & uenundatio, q̃ eſt pmutatio rerum & contractus ex conuentione proueniẽs. A uenundo fit detractis duabus literis uendo, unde uẽdito & uendi tio,& uenditor,& uendibile, quod facile uendi poteſt. *Leuitici cap. 19.*

Ne quæras ultionem,nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. *Prouerbiorum cap. 24.*

Ne dicas quomodo fecit mihi,ſic faciam ei,& reddam unicuiq; ſecundum opus ſuum.

Eccleſiaſtici cap. 28.

Qui uindicari uult, à domino inueniet uindictam. *Paulus ad Hebræos cap. 11.*

Scimus enim quæ dixit: Mihi uindictam, & ego retribuam. *Caſſiodorus epiſtola 28.*

Quid diſcrepat à peccante q̃ ſemper exceſſum nititur uindicare? *Seneca Tragœdia 1.*

Sæpe uindicta obfuit. *Phocylides.*

μὴ μιμῦ κακότητα,δίκη δ' ἀπάλαφον ἄμυναν.
πειθώ μὲν γὰρ ὕνδαρ,ἔρις δ' ἐρινὺν ἀντιφυτεύει. id eſt,
Noli imitari malũ uirorũ,ſed iuſtitiæ relinque uindictã.
Conſiliatio enim utilitatem, ſed contentio cõtentionem
gignit. *Iuuenalis ſatyra 13.*

An uindicta bona,uita iucundius ipſa,
Nempe hoc indocti. *ibidem.*
Chryſippus non dicit idem,nec mite Thaletis
Ingenium. *ibidem.*
-Quippe minuti
Semper & infirmi eſt animi exiguiq; uoluptas
Vltio,continuo ſic collige,quod uindicta
Nemo magis gaudet quam fœmina.

Vinum græce οἶνος.ου.ὁ & οἰνοφόρος.ον.ὁ. uinifer dicitur. Vinum aliqui uolũt dictum a ui,quod uim inferat menti,alij uero uolunt græcum eſſe ab ἴσχμαι quod eſt puro, quoniam qui copioſius bibunt, multa quæ non ſunt,imaginantur. A uinum fit uinolentus, hoc eſt ebrioſus, uinoſe ingurgitãs, & uinoſus eiuſdem fere ſignificationis. Vitis à ferendo uino, uindemia de qua ſupra & uindemio, uinarium quod ad uinum ſpectat. Vinacea ſubſtantiuum plurale,quod ſignificat grana uuæ iam paſſæ, & uinaceus adiectiuum. Vnde acinus uinaceus.

Homerus in Iliados.

ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι, μένος μέγα οἶνος ἀέξει. id eſt,
Viro autem defatigato magnum robur uinum auget.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Idem in 8 Odyſſeæ.

οἶνον γὰρ ἄλφιτα μυελὸν ἀνδρῶν. id eſt,

Vinum & farinam medullam hominum.

Idem in ξ Odyſſeæ.

οἶνος γὰρ ἀνώγει

τίλεός, ὅστ' ἐφίηκε καὶ ἄφρονα περ μέλπεσθαι

λέξαί θ' ἁπαλὸν γελάσαι, καὶ τ' ὄρχήσασθαι ἀνῆκεν,

καί τι ἔπος προέηκεν ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον. id eſt,

Vinum enim iubet

Stolidũ faciens, quodq; impulit prudentẽ ualde canere.

Et iterum ridere & ſaltare incitauit,

Et aliquod uerbum emittere fecit, quod non dictum melius erat. Ex primo epigrammaton.

οἶνος καὶ τὰ λόετρα, καὶ ἡ περὶ κύπριν ἐρωή,

ἐξυτέρους πέμπει τὴν δολίην εἰς ἀΐδην. id eſt,

Vinum & balnea & circa Venerem amor,

Per uelociorem mittit uiam in infernum.

Niceratus.

οἶνος τι χαρίεντι μίγας πάλι ἵππος ἀοιδῷ

ἄλλως δὲ πίνων, καλὸν οὐ τέκοις ἔπος. id eſt,

Vinum ſane gratioſo magnus eſt equus poetæ.

Aquam autem bibens bonum non faceres uerbum.

De hac materia habes ſupra ubi Ebrietas.

VIrginitas græce παρθενία.ας.ἡ. & παρθένος.ου.ἡ. uirgo & παρθένιος.α.ον. uirginalis dicitur. Eſt autem uirginitas per puram continentiam ab omni concubitu immunis, & in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio, ſecundum Auguſt. Dicitur autẽ à uirore qui importat immunitatem à concupiſcentiæ aduſtione circa delectationes uenereas, ex b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 152.

Virgo à uiridiori ætate, hoc eſt ualidore appellata eſt. Virgilius de Paſiphae matre triũ filiorũ dixit. Ah uirgo infœlix quæ te dementia cepit. Adulta uirgo aliquãdo ſecundũ Ouidiũ intactã & rei uenereæ expertẽ ſignificat. Quid, A iuuene & Cupido credatur reddita uirgo? Virgo nunc nomen communis generis eſt, & tam marem quam fœminã ſignificat rei uenereæ expertem. A uirgo fiunt uirginitas, uirgineus, quod eſt aut fuit uirginis. Virginalis, dignus uirgine, uirgunculã ueteres paruam uirginem dixere.

Geneſis ca. 24.

Virginitas enim theſaurus impretiabilis eſt.

Paulus 1. ad Corinth. cap. 7.

De uirginibus præceptum domini nõ habeo, conſilium autem do. *Ibidem.*

Mulier innupta & uirgo cogitat quæ dñi ſunt, ut ſit ſancta & corpore & ſpiritu. *Apo. ca. 14.*

Nemo poterat dicere canticum, niſi illa quadraginta quatuor milia. *ibidem.*

Virgines enim ſunt, & ſequũtur agnum quocunq; ierit.

Aug. de Bono uirginali ſuper illud: Virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum quocunq; ierit.

Agnum ſequi quocunq; ierit, eſt ipſius uirginitatẽ mentis & corporis imitari. *Ibidem.*

Gaudia uirginum non ſunt eadẽ, cum nõ uirginibus, q̃uis Chriſti, nam ſunt alĩs alia, ſed nullis talia. *Idem epiſtola 128.*

Beatius eſt in carne imitari uitã angelorũ, q̃ ex carne aũgere numeꝝ mortaliũ. Hæc eſt uberior fœcundiorq; fœlicitas non uentre graueſcere, ſed mente grandeſcere, nõ laceſſere pectore, non uiſceribus terram, ſed orationibus cælum parturire. *Idem de bono coniugali.*

Sicut bonũ erat quod Martha faciebat. Vide ſupra in Caſtitas. *Idem de continentia uiduali.*

In coniugali uinculo, ſi pudicitia conſeruat, dãnatio non timeat, ſed in uirginali ac uiduali continentia excellẽtia muneris ampliores expetitur, qua expetita & electa & uoti debito obla ta, iam non ſolum nuptias capeſſere, ſed etiam ſi non nubant nubere uelle damnabile eſt.

Idem ſuper Pſalm.

Quæ eſt uirginitas mẽtis? integra fides, ſolida ſpes, ſyncera charitas. *Idem ſuper Pſalm. 29.*

Quid prodeſt integra caro, mente corrupta? Melius eſt humile coniugium, q̃ ſuperba uirginitas. *Hieron. epiſtola 67.*

Rarus ſit egreſſus in publicũ, nunq̃ cauſa decerpcedenti, ſi ſemper cum neceſſe fuerit, fueris profectura. *Idem ad Euſtochium epiſt. 44.*

Caue q̃ſo, ne qñ dicat de te deus, uirgo Iſrael cecidit, & nõ eſt q̃ reſuſcitet eã. Euidenter loq̃r. Cũ oĩa poſſit deus, ſuſcitare nõ poteſt uirginem poſt ruinã, ualet q̃dem liberare à pœna, ſed non coronare corruptam. *Idem & hab. 23. q. 5.*

Hoc ſolum non dico. uide ſupra in caſtitas.

Idem epiſtola 44.

Si expto credit, hoc primũ moneo, ut ſponſa Chriſti uinũ fugiat p ueneno, hæc aduerſus adoleſcentiã prima arma ſunt dæmonum. *Ibidem.*

Vinũ & adoleſcentia duplex incendiũ uoluptatis, quid oleũ flammæ adĩcimus? q̃d ardenti corpuſculo fomẽta ignĩ miniſtramus? Moderatus cibus & nunq̃ uenter expletus, ſint tibi q̃tidiana ieiunia, & refectio ſaturitatem fugiens.

Hieronymus ad Demetriadem epiſt. 67.

Sit ſermo uirginis prudẽs, modeſt⁹, & rarus, non tam eloquentia pretioſus q̃ pudore. Miretur omnes te tacente tuam uerecundiam, te loquente prudentiam. *Ibidem.*

Nunq̃ detractio ex uirginis ore procedat.

Idem in ſermone de Aſſumptione.

Bene angelus ad uirginẽ mittit, quia ſemper eſt angelis cognata uirginitas. Profecto in carne p̃ter carnem uiuere, non terrena uita eſt, ſed cæleſtis. Vnde in carne angelicam gloriam acquirere, maioris eſt meriti q̃ habere. Eſſe enim angelũ fœlicitatis eſt, eſſe uero uirginem uirtutis, dum hoc obtinere nititur cum gratia, quod habet angelus ex natura, utrunq; tamẽ & eſſe uirginem, & angelum diuini muneris eſt officium, non humanum. *Ambro. de uirginitate.*

Vbiq; in uirgine comes ſingularum uirtutum eſt pudor. Hic non indiuiduus eſſe debet uirginitatis, ſine quo non poteſt eſſe uirginitas, teritur officiĩs pudor, audacia emicat, riſus obrepit, modeſtia ſoluitur, dum urbanitas affectatur.

Idem ſuper Lucam cap. 1.

Trepidare uirginũ eſt, & ad oẽs uiri ingreſſus pauere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pauere, omnes uiri affatus uereri. Diſce uirgo uerborum uitare laſciuiam. Maria etiam tacet in ſalutatione angeli. *Amb. de Viduitate.*

Virgo quæ Chriſtum requirit, non debet eſſe uulgaris, non in foro, non in plateis, non eſſe uoce querula, greſſu lubrica, auditu facilis, uiſu aſpectu. *ibidem.*

Supergredit uirginitas conditionem naturæ humanæ per quam hoīes angelis aſſimulantur, maior tñ eſt victoria uirginum ⁊ angelorum. Angeli enim ſine carne uiuunt, uirgines uero in carne triumphant. *Idem de Virginitate.*

Claude uas tuum, ne unguētum effluat, claude uirginitatem uerecundia loquendi, & abſtinentia gloriandi. *Ibidem.*

Non eſt caſta quæ metu cogitur, nec honeſta quæ mercede conducitur. *Ibidem.*

Quis neget hanc uitam eſſe de cælo? ⁊ non facile inuenimus in terris, niſi poſtq̄ dominus in huius corporis membra deſcendit.

Gregorius in gloſſ. ſuper illud Geneſis 19. In monte ſaluum te fac.

Virginitas altus mons eſt, ad quā angel⁹ hortatur, ſed qui uidet ſe non poſſe aſcendere, maneat in Segor. i. in legitimo matrimonio, ga melius eſt mediocri bono uti, ⁊ per abrupta libidinum præcipitari. *Phocylides.*

περὶ παρθενικὴν δὲ φύλαξαι πολυκλείστοις θαλάμοισι,
μὴ δέ μιν ἄχρι γάμοιο πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς
κάλλει· μυσὶ γὰρ ἔργα παιδωτὴ τέκεσι. id eſt,

Virginem cuſtodias bene clauſis thalamis.
Neq; ipſam uſq; ad nuptias ante domum conſpici permittes.
Pulchritudo difficilis cuſtoditu eſt filiorum parentibus. *Paulus Silentiarius.*

καλὰ τὰ παρθενίης κἠμὰ θεός, παρθενίη δέ,
τὴν βίοτον ὅλεσσεν ἄν' πᾶσι φυλασσομένη.
τοὔνεκεν ἐνθέσμως ἀλόχου λάβε, κἠ τινα κόσμῳ
δὸς βροτὸν ἀντὶ σιδήρου, φεῦγε δὲ μαχλοσύνην. id eſt,

Pulchri uirginitatis theſauri, ſed uirginitas
Vitam perderet utiq; omnibus ſeruata.
Idcirco legitime uxorē cape, & aliquē mundo
Da mortalem pro te, fuge autem adulterium.
Plautus in Epidico.

Non minus poteſt pudicitiam quisq; ſeruare filiæ.
Ouid. Metamorph. lib. 5. fabula 3.
-Omnia terrent Virgineas mentes.
Idem lib. 13. fabula 2. de Iphigenia.
Tunc quoq; cura fuit partes uelare tegendas,
Cum caderet, caſtiq; decus ſeruare pudoris.
Idem libro 14. fabula 16.
Salue uirginei flos intemeratæ pudoris.
Ouidius epiſtola Oenones ad Paridem.
-Nulla reparabilis arte
Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel.
Idem epiſtola Paridis ad Helenam.
Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.
Catullus in Epithalamio.
Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis
Ignotus pecori nulli contuſus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat ſol, educat imber,
Multi illum pueri, multæ optauere puellæ,
Idem eum tenui captus deſloruit ungui,
Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ,
Sic uirgo dum intacta manet, dum chara ſuis, ſed
Cum caſtum amiſit polluto corpore florem,
Nec pueris iucunda manet, nec chara puellis.
Horatius Carminum lib. 3. Ode 27.
Leuis una mors eſt,
Virginum culpæ. Franciſ. Petrar. Sone. 224.
Chara la uita, & doppo lei mi pare
Vera honeſta, chen bella dona ſia,
Lordine uolgi, e non fur madre mia,
Senſa honeſta mhai coſſe belle o chare.
Et qual ſi laſcia dal ſuo honor priuare,
Ne donna e piu, ne uiua, & ſe qual pria
Appare in uiſta, & tal uita aſpra & ria
Via piu che morte, & di piu pene amare.
Ne di Lucretia mi maraui gliai,
Se non come a morir ſe biſognaſſe
Ferro, & nor baſſe il dolo ſolo
Vengan quanti philoſophi fur mai
A dir dicto, tute lor uie ſien baſſe
Et quæſt una uedrem alzar ſi al uolo. id eſt,

Chara uita eſt, & poſt eam mihi uidetur
Verā honeſtas, quæ in pulchra fœmina ſit.
Ordinem uolue, & non fuerunt mater mea,
Sine honeſtate unq̄ res pulchræ & gratæ.
Et quæ patitur ut ſuo honore priuetur,
Nec fœia eſt amplius, nec uiua, & ſi qualis prius
Videat in uultu, & talis uita aſpera eſt & mala
Multo amplius q̄ mors, & pœnis plurimis amatior.
Nec de Lucretia miratus ſum
Niſi quod moriendo indiguiſſet
Ferro, & non ſuffecit dolor ſolus.
Veniant quot philoſophi unq̄ fuerunt,
Et de hac re differant, omnes eorum rationes ſient inualidæ,
Et hanc unam uidebimus ſe ſurſum ferre.
Idem Triumpho mortis libro 1.
Poche eran per che e rara uera gloria.

Virilitas græce ἀνδρεία.ας.ν. & ἀνδρεῖος.ν.δ. uirilis dicitur. Eſt aūt uirilitas idem quod fiducia, ideo eſt pars potentialis fortitudinis, ſecundum b. Tho. ſecunda ſecundæ q. 128. de qua uidere potes ſupra in arbore fortitudinis.

A uir uenit uirilis, fortis, magnanimis, ita & uirago mulieris fortis, quod uiro ſimilis ſit, & græce ἀνδράνδρα.ας.ν. dicitur. *Iob cap. 37.*

Viri perfectę uitæ homines memorantur.
Paulus 1. ad Corinth. 11.
Vir caput eſt mulieris. *idem 2. cap. 13.*

Quando factus ſum uir, euacuaui quæ erant paruuli. *Aug. li. 3. Sermonum, ſerm. 13.*

Vir em̄ dicit̄ à uirtute, eo q̄ libidines uincere debet. *Gre. Mora. li. 26. ſuper illud Iob 23. De ciuitatibus fecerunt uiros gemere.*

Viri ſunt qui perfectis greſſibus per uiam dei non fluxe, & eneruiter currunt, ſed uiriliter.
Idem 38. ſuper illud Iob: Accingere ſicut uir lumbos tuos.

Scriptura ſacra uiros uocare cōſueuit, quias dñi fortib⁹ & nō diſſolutis greſſibus ſequūtur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Grego. Moral. 28. ſuper illud Prouerbiorum
O uiri ad uos cla.

Ego non fœminis, ſed uiris loquor, q̃a hi qui fluxa mẽte ſunt, uerba mea ꝓcipere nequaq̃ poſſunt. Carnalis em̃ uoluptas, & fœminea mollities, aut fluxa leuitas, & deſidioſa otioſitas effœminant. *Lact. Fir. lib. 6. c. 4. Diuin. inſti.*

Bonus uir non audet quicq̃ cogitare aut facere, quod non audeat prędicare. Semper ita uiuamus, ut rationem nobis reddenda arbitremur.

Seneca epiſtola 77.

Ergo in hoīe quocunq; nihil pertinet ad rem q̃tum aret, q̃tum fœneretur, q̃ multis ſaluetur, q̃ pretioſo incũbat lecto, q̃ placido poculo bibat, ſed q̃ bonus ſit. Bonus aũt eſt, ſi ratio explicita & recta eſt, & ad naturæ ſuæ uoluntatẽ accõmodata. Hæc uocat uirtus, hæc eſt honeſtũ & unicum hoīs bonum, nam cũ ſola ratio ꝓficiat hoīem, ſola ratio ꝓfecta beatum facit, hæc autẽ unum bonũ eſt, quo uno, beatus efficit. ſ. uirtus.

Idem libro de Beneficijs.

Vir bonus non poteſt non facere quod facit, non eſt enim bonus niſi fecerit.

Ariſtot. lib. 3. Ethicorum.

Bonus ſingula cum ratione iudicat.

Cicero lib. Officiorum.

Eſt igit̃ ulla res tanti, aut cõmodum tam expetendum, ut uiri boni nomen & ſplendorẽ amittas? *Idem lib. ultimo Tuſcula. quæſtio.*

Iam uero q̃ poteſt uir bonus nõ ad id q̃d laudabile ſit omnia referre quæ agit, quæq; ſentit? Refert aũt anima ad beate uiuendũ, Beata ergo uita laudabilis, nec quicq̃ ſine uirtute laudabile. Beata igitur uita uirtute conficitur.

Lucius Apuleius de deo Socratis.

Nihil eſt em̃ deo ſimilius & gratius, q̃ uir animo perfecto bonus, qui tam hominibus cæteris antecellit, q̃ ipſe à diīs immortalibus diſtat.

Horatius epiſtolarum lib. 1. epiſtola 17.
Vir bonus eſt quis?
Qui conſulta patrum, qui leges iuraq̃ ſeruat,
Quo multæ magnæq; ſecantur iudice lites.
Quo reſponſore, & quo cauſæ teſte tenentur.

VIrtus græce ἀρετὴ, ἧς, ἡ, & eſt animi habitus naturæ modo ratione conſentaneus. Habet q̃ quatuor pedes, prudentiam, iuſtitiam, temperantiam & fortitudinem. De quibus omnibus uide locis ſuis.

Virtus eſt affectio animi conſtans conueniens q̃, laudabiles efficiens eos, in quibus eſt, & ipſa per ſe & ſua ſponte ſeparata etiam utilitate laudabilis, ſecundum Ciceronem in Rheto.

Virtus eſt mediocritas duorum uitiorum alterius ſecundum exceſſum, alterius ſecundum defectum, ſecundum Ariſtotelem lib. 2. Ethic.

Virtus eſt habitus electiuus in mediocritate cõſiſtens, quo ad nos ratione terminata, & ut ſapiens terminaret, ſecundum eundem. *ibidem.*

Virtus ex uiro appellata eſt, uiri aũt ꝓprie maxime eſt fortitudo, ſecundum Cic. Tuſ. q.

Vir dicit̃ eo quod maior uis eſt in eo q̃ in fœmina, & hinc uirtus nomen accepit, ſecundum Lactantium Firmianum de opificio dei.

Virtus eſt perferendorũ malorũ fortis atq; inuicta patientia: & q̃m fortitudo cæteris omnibus uirtutibus excellit, factum eſt ut omnes rectæ animi affectiones uirtutes appellentur, & ſi quicquid uitio contrarium eſt, uirtus dicitur, diffinit̃q;, Virtus eſt affectio animi, ut ſupra.

Prouerbiorum cap. 3.

Noli ꝓhibere bene facere eũ qui poteſt, Si uales, & ipſe bene fac. *Eccleſiaſtes cap. 3.*

Et cognoui q̃ nõ eſſet melius niſi lætari, & facere bene in uita ſua. *Sapientiæ cap. 3.*

Bonorũ enim laborum glorioſus eſt fructus.

Paulus 2. ad Corinthios cap. 1.

Nam gloria noſtra hæc eſt teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ. *Idem ad Galatas cap. 5.*

Fructus aũt ſpiritus eſt charitas, gaudiũ, pax, patiẽtia, benignitas, bonitas, lõganimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas.

Idem 1. ad Thimoth. cap. 16.

Sectare uero iuſtitiã, pietatẽ, fidẽ, charitatẽ, patientiam, manſuetudinem. *Ibidem. cap. 2.*

Iuuenilia aũt deſideria fuge, ſectare uero iuſtitiam, fidẽ charitatem & pacem, cũ his qui inuocant dñm de corde puro. *Petrus 2. cap. 1.*

Fugientes eius q̃ mundo eſt concupiſcentiæ corruptionẽ, uos aũt curam oẽm ſubinferentes miniſtrate in fide ueſtra uirtutem, in uirtute aũt ſcientiã, in ſcientia aũt abſtinentiã, in abſtinẽtia aũt patientiã, in patientia aũt pietatem, in pietate aũt amorẽ fraternitatis, in amore aũt fraternitatis charitatẽ. Hæc enim ſi uobiſcum aſſint & ſuperent, non uacuos, nec ſine fructu uos conſtituent in domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione.

Ioannes epiſtola 3. cap. 1.

Qui bene facit ex deo eſt, q̃ male facit, nõ uidet deum. *Aug. in epiſt. ad Macedonium.*

In hac uita uirtus nõ eſt, niſi diligere quod diligendum eſt. Id diligere prudentia eſt, nullis in deuerti moleſtijs, fortitudo: nullis illecebris temperantia eſt, nulla ſuperbia iuſtitia eſt.

Aug. de Libero arbitrio lib. 2. cap. 2.

Bona magna ſunt uirtutes, q̃bus rõe uiuitur. Minima ſunt quorũlibet corporũ ſpecies, quibus recte uiui poteſt. Media ſunt potentiæ animi ſine quibus recte uiui poteſt. Virtutib⁹ nemo male utitur. Cæteris aũt bonis. i. mediis & minimis non ſolũ bene, ſed etiã male quiſq; uti poteſt. Et ideo uirtutibus nemo male utit̃, quia opus uirtutis eſt bonus uſus illorũ, quibus bene & non male uti poſſumus. Nemo autem bene utendo male utitur. *Aug. de Ciuit. dei lib. 4.*

Non eſt uera uirtus niſi q̃ ad eum finẽ tendit, ubi eſt bonum hominis quo melius non eſt. Vnde uirtuoſus homo res petere non debet.

Ambro. & hab 32. q. 1. Cum renuntiatur.

Cum renuntiatur improbitati, aſſciſcitur uirtus. Egreſſus enim malitiæ, uirtutis operatur ingreſſum, eodem̃q; ſtudio quo crimẽ excluditur, innocentia copulatur.

Boetius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Boetius de conſolatione philoſo. lib. 4. proſa 1.

Nam imperante florenteq; nequitia, uirtus nō ſolum præmijs caret, uerumetiam ſceleratorum pedibus ſubiecta calcatur, & in locum facinoꝝ ſupplicia luit, quę fieri in regno ſcientis omnia, potentis omnia, ſed bona tantummodo uolentis dei, nemo ſatis poteſt, nec admirari, nec conqueri. Tum illa: Et eſſet inquit infiniti ſtuporis, omnibusq; horribilibus monſtris, ſicuti tu æſtimas, in tāti ueluti patrisfa. diſpoſitiſſima domo uilia uaſa colerentur, pretioſa ſordeſcerent. Sed non ita eſt: Nam ſi ea quæ paulo ante concluſa ſunt, incluſa ſeruantur, ipſo de cuius nunc regno loquimur, autore cognoſces, ſemper quidē potentes bonos eſſe, malos uero abiectos ſemper atq; imbecillos, nec ſine pœna unq; eſſe uitia, nec ſine præmio uirtutes: bonis fœlicia, malis ſemper infortunata contingere.

Lactan. Firm. Diuin. inſtit. lib. 1. ca. 1.

Virtus enim colenda eſt, nō imago uirtutis, & colenda nō eſt ſacrificio aliquo thure aut precatione ſolenni, ſed uoluntate ſolenni, atq; proposito. Ibidem.

Nam quid eſt aliud colere uirtutē, niſi eam comprehendere animo aut tenere? Ibidem.

Qui ēm ſic uirtutes colunt, ut umbras & imagines uirtutum conſecrentur, ea ipſa quæ uera ſunt, tenere non poſſunt. idem libro 3.

Seneca quoq; nullum eſſe aliud uirtutis præmium q; immortalitatem fatetur. Laudans uirtutem in eo libro, quem de immatura morte cō ſcripſit. Vna inquit res eſt uirtus, quę nos immortalitate donare poſſit, & pares dijs facere. Sed & Stoici quos ſecutus eſt, negant ſine uirtute effici poſſe quenq; beatum. Ergo uirtutis præmium beata uita eſt, ſi uirtus ut recte dictū eſt, beatam uitam facit, non eſt igitur (ut aiunt philoſophi) propter ſeipſam uirtus expetenda, ſed propter uitam beatam quæ uirtutem neceſſario ſequit. Quod argumentum docere eos potuit, in quo eſſet ſummum bonum. Ibidem.

Virtutem Stoici dicunt, quæ ſola efficiat uitam beatam, nihil poteſt uerius dici. Ibidem.

Nullus igit ex uirtute fructus eſt, ubi uirtus mortalis eſt & caduca. Itaq; umbrā quādam uirtutis uidebant, ipſam uirtutem non uidebant.

Idem lib. 6. ca. 5.

Virtus eſt iram cohibere, cupiditatem compeſcere, libidinem refrenare. ibidem.

Oē igitur uirtutis officiū eſt, nō peccare, quod profecto fungi non poteſt, qui deū neſcit. Q m ignoratio eius à quo bona oriunt, imprudentem impingat in uitia, neceſſe eſt. Itaq; ut breuius & ſignificantius utriuſq; rei ſumma officia determinem, ſcientia eſt deum noſcere, uirtutes colere, in illo ſapientia, in hoc iuſtitia continetur.

Idem lib 6 cap. 4.

Vna eſt igitur uirtus, ac bonorum uita, quæ fert non in Elyſios campos ut poetæ loquunt, ſed ad ipſam mundi arcem. At læua malorum exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.

Idem libro 8. cap. 1.

Nemo uirtuti fauet, niſi qui poteſt. Sequi aūe facile non eſt omnibus. Hi poſſunt quos paupertas, & rerū indigentia exercuit, & capaces uirtutis efficit. Nā ſi uirtus eſt tolerantia malorū, non capiunt ergo uirtutem, qui ſemper in bonis fuerunt, quia mala nec experti ſunt, nec ferre poſſunt aſſuetudine ac deſiderio bonorum quæ ſola nouerunt. Eo fit ut pauperes & humiles deo credunt facilius, quia ſunt expediti, imo non catenati & cōpediti ſeruiunt ad uultum dominæ cupiditatis quę illos inextricabilibus uinculis irretiuit. Nec poſſunt cælū aſpicere, q m mens eorum in terram prona humiq; defixa eſt. Virtutis autem uia non capit magna onera geſtantes. Anguſtus eſt trames, per quem iuſtitia hominē deducit in cælum. Hunc tenere nō poteſt, niſi qui fuerit expeditus ac nudus. Nam iſti locupletes multis ingentibus ſarcinis onerati per uiā mortis incedunt quæ latiſſima eſt, quoniam late perditio dominatur, ad iuſtitiā præcipit quæq; nos dei magiſterio de uirtute ac ueritate diſſerimus, quibus ſi repugnare audebunt, hoſtes ſe neceſſe eſt uirtutis iuſtitiæq; fateantur.

Seneca epiſtola 89.

Superuacua ex animo tollenda ſunt. Non dabit ſe in has anguſtias uirtus.

Idem epiſtola 88.

Virtus extollit hominem, & ſuper aſtra mortales collocat. Nec ea quæ bona aut mala uocantur, aut cupit nimis, aut expaueſcit.

Idem epiſtola 110.

Omnibus enim natura dedit fundamenta, ſementq; uirtutum, idem epiſt. 112.

Quæ eſt enim uirtus ſupuacua contemnere?

Idem epiſtola 75.

Virtus regna, urbes, puincias temperat, fert leges, colit amicitias, inter propinquos liberoſq; diſpenſat, officia modo arcto fine circūdat, pauertatis, exilij, orbitatis. Non tamen minor eſt ſi ex altiore faſtigio in priuatum, ex regio in humilem ſubducitur, ex publico, ex ſpatioſo rure in anguſtas domos uel angulos coit.

Idem epiſtola 67

Errare mihi uidetur qui dixit: Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus Adiuuat, Non enim ullo honeſtamento eget. Ipſa magnū ſui eſt decus, & corpus ſuum cōſecrat. Poteſt ex caſa uir magnus exire, ex deformi humiliq; corpus ſculo formoſus animus, & liber & magnus.

Seneca Tragœdia 9.

Pulchrum eminere eſt inter illuſtres uiros, conſulere patriæ fera cæde abſtinere, tēpusq; iræ dare. Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo. hæc eſt ſumma uirtus, petitur hac cœlum uia. ibidem.

Sed locum habet uirtus inter aſtra. ibidem,

Nunquam Stygias fertur ad undas
Inclyta uirtus. ibidem.

Viuite fortes ne Lethæos ſæua per amnes
Vos fata trahent, ſed cum ſummas exiget horas
Conſumpta dies, iter ad ſuperos gloria pandet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Arist. lib 2. Ethicorum.

Circa uoluptates & triſtitias eſt mortalis uirtus. *Ibidem.*

Circa difficilia ars ſemp fit & uirtus. *Ibidem.*

Virtus non eſt paſſio, quia ſecundum paſſionem nec laudamur, nec uituperamur. *Ibidem.*

Virtus non eſt potẽtia, quia potentia per naturam ſumus, boni autem & mali non ſumus per naturam. *Ibidem.*

Virtus eſt habitus qui habentem perficit, & opus eius bonum reddit. *Ibidem.*

Oĩa aũt uel rei uel uirtuti cõſonant. *Ibidem.*

Omnis uirtus conſiſtit in medio. *Ibidem.*

Virtus certior eſt & melior oĩs arte. *ibid. li. 3.*

Melius eſt mori q̃ facere cõtra bonũ uirtutis. *Idem lib. 4. Ethicorum.*

Virtuoſus bene utitur quibuſcunq;. *Ibidem.*

Virtuti perfectæ non eſt condignus honor. *Ibidem.*

Maior uirtus eſt bona operari, q̃ turpia non operari. *Ibidem*

Optimus eſt qui non ſolum utitur uirtute ad ſe, ſed ad alios. *idem libro 3.*

Habẽs unã uirtutẽ, habet omnes. *ibid. li. 7.*

Homines dij dicũtur fieri propter uirtutum excellentiam. *Idem libro 3. Politicorum.*

Oportet bonam ciuitatem de uirtute eſſe ſolicitam. *Ibidem.*

Virtuoſum melius eſt principari, q̃ multos alios. *Idem lib. 7. Phyſicorum.*

Virtus eſt diſpoſitio pfecti ad optimũ. *ibidem.*

Vnumquodq; tunc perfectum eſt, cũ attingit propriã uirtutem. *Commentator ſuper 7.*

Virtus eſt quædam perfactio. *Idem ſuper lib. 8.*

Sapiens naturaliter eſt uirtuoſus. *Ariſt. lib. de cœlo & mundo.*

Virtus actiua terminat ad maximũ, paſſiua uero ad minimum. *Idem li. de ſenſu & ſenſato.*

Operatio non eſt ſine uirtute. *Idem lib. 1. Ethic.*

In fortunatis uirtus refulget. *Ibidem.*

Sicut una hirundo nõ facit uer, nec una calida dies, nec modicum tempus facit ꝙſtatem, nec una uirtus uirtuoſum hominẽ facit: ſic nec una dies, nec modicum tempus facit hominem fœlicem. *Cicero lib. de Amicitia.*

Qui autem ſummum bonum in uirtute ponunt, præclare illi quidem. Hæc ipſa uirtus amicitiam gignit & continet, quæ ſine uirtute eſſe non poteſt. *Ibidem.*

Virtute enim ipſa nõ tam multi p̃diti eſſe, q̃ uideri uolunt, hos delectat aſſentatio. *Ibidem.*

Nihil uirtuti amabilius, nihil eſt quod magis alliciat ad amandũ, quippe cum propter uirtutẽ & probitatẽ, & eos quos nunq̃ uidimus quodammodo diligamus. *Ibidem.*

Illiq; ſunt audiendi, qui uirtutẽ durã & quaſi rem ferreã quandam eſſe uolunt. *Ibidem.*

Quid eſt enim tam abſurdũ q̃ lætari multis rebus inanibus, ut gloria, honore, ẽditicatione, ueſtitu, cultuq; corporis, Animo aũt uirtute prædito, eo uel qui amare, uel (ut ita dicam) redamare poſſit, non admodum delectari. *Ibidem.*

Fructus enim ingenij & uirtutis onuſq; præſtantiæ tum maxime accipitur, cum in proximũ quemq; transfertur. *Ibidem.*

Sine uirtute nec amicitiam nec ullam rem expetendam conſequi poſſumus. *Ibidem.*

Maxima culpa eſt in eo, qui & uirtutẽ aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur. *Ibidem.*

Omnino eſt amans ſui uirtus. Optime enim ſeipſa nouit, quanq; amabilis ſit ſe intelligit. *Ibidem.*

Vos hortor, ut ita uirtutem locetis, ſine qua amicitia eſſe non poteſt, ut ea excepta nihil amicitia præſtabilius putetis. *Cicero de Senect.*

Sed mihi ne diuturnũ quic q̃ uidetur, in quo eſt aliquid extremum, cũ enim aduenit id, tum illud quod præterijt effluxit, tantum remanet id quod uirtute & recte factis conſecutus ſis. *Ibidem.*

Nec uero claroꝝ uirorum poſt mortẽ honores permanerent, ſi nihil eorum ipſorum animi efficerent, quo diutius memoriã ſui teneremus. *Cicero libro 2. Tuſcul. quæſt.*

Scis igit ſi qd de Corinthijs ruis amiſeris, poſſe habere te reliquã ſupellectilẽ ſaluam, uirtutẽ autem ſi unam amiſeris (& ſi amitti non poteſt uirtus) ſed ſi unam confeſſus fueris te non habere, nullam te habiturum. *Ibidem li. 3.*

Et ſi hoc quidem commune eſt uirtutum. Omnes enim inter ſe nexæ & iugatæ ſunt. *Ibidem libro 4.*

Pleræq; enim q̃ſtiones quę ad uitam moresq; pertinẽt, à uirtutis fonte ducuntur. Quando igitur uirtus eſt affectio animi cõſtans conueniẽsq; laudabiles efficiens eos, in quibus eſt, & ipſa per ſe ſponte, ſeparata etiam ũtilitate laudabilis, ex ea proficiſcuntur honeſtæ uoluptates, ſententiæ, actiones, omnisq; recta ratio, quanquam uirtus breuiſſime recta ratio dici poteſt. Huic igitur uirtuti contraria eſt uitioſitas. *Ibidem libro ultimo.*

Illa enim ſi modo ulla eſt uirtus, omnia quæ cadere in hominẽ poſſunt, ſubter ſe habet, eaq; deſpiciens, caſus contemnit humanos, culpaq; omni carens, præter ſeipſam nihil cenſet ad ſe pertinere. *Ibidem.*

At nos uirtutẽ ſemper liberam uolumus, ſemper inuinctã, quæ niſi ita eſt, ſublata uirtus eſt. Atqui ſi in uirtute ſatis eſt prꝙſidij ad bene uiuẽdum, ſatis eſt etiam ad beate, ſatis enim certe eſt in uirtute, ut fortiter uiuamus. Si fortiter etiam ut magno animo. Et quidem ut nulla re unquã terreamur, ſemperq; ſimus inuicti, ſequitur ut nihil pœniteat, nihil deſit, nihil obſtet, ergo oĩa profluenter, abſolute, proſpere, igitur beate: ſatis autem ad fortiter uiuendum uirtus poteſt, ſatis ergo etiam ad beate: etenim ut ſtultitia, & ſi adepta eſt quod concupiuit, nunq̃ ſe tñ ſatis cõſecutam putat: ſic ſapientia ſemper eo contenta eſt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eſt quod adeſt neq; enim unquam ſui pœnitet.

Cicero Rheto. ueterum lib. 1.

Qui uirtutem habet, is nullius rei ad bene uiuendum indiget. *ibidem.*

Sæpe uirtus ex magnificentia in quo grauitas, & authoritas eſt plus proficit ad miſericordiam commouendã, quã humilitas & obſecratio.

ibidem li. 2.

Præmia uirtutis & officia ſancta & caſta eſſe oportet, neq; ea aut cum impijs cõmunicare, aut in mediocribus hominibus promulgari.

Cicero Rhetor. nouorum lib. 3.

Nemo erit qui cẽſeat à uirtute recedendũ eſſe. *ibidem.*

Nulla utilior res eſt incolumitate: uirtutibus uti nemo poteſt, qui ſuas rationes in tuto nõ collocauit. *ibidem.*

Virtus nullo tempore relinquenda eſt.

ibidem libro 4.

Difficile eſt primũ uirtutes reuereri: qui ſemp ſecũda fortuna ſit uſus, liberis exiſtimandus eſt, qui nulli turpitudini ſeruit. *ibidem.*

Omnes bene uiuendi ratiões in uirtute ſunt collocandæ, propterea quod ſola uirtus in ſua poteſtate eſt. Omnia præter eam ſubiecta ſunt fortunæ dominationi. *ibidem.*

Ei nõ multũ poteſt obeſſe fortuna, qui ſibi firmius in uirtute quàm in caſu præſidiũ collocauit. Nam ſi qui ſpei non multũ collocarit in caſu, quid eſt quod ei magnopere caſus obeſſe poſſit? *ibidem.*

Diuitias ſine diuitum eſſe, tu uero uirtutẽ præfer diuitijs: nam ſi uoles uirtutem cum diuitijs comparare, uix ſatis idoneæ tibi uidebuntur diuitiæ quæ uirtutis pediſſequæ ſunt.

Cicero in Paradoxis.

Contẽtum uero ſuis rebus eſſe, maximæ ſunt certiſſimæq; diuitiæ. Etenim iſti callidi req; æſtimatores prata & areas quaſdã magno æſtimãt, q̃ ei generi poſſeſſionũ minime q̃ſi noceri põt. Quantiueſt æſtimãda uirtus? q̃ nec eripi nec ſurripi poteſt, neq; naufragio neq; incendio amittit, nec tempeſtatũ nec temporis permutatione mutat. Qua præditi qui ſunt, ſoli ſunt diuites, ſoli enim poſſident res & fructuoſas & ſempiternas, ſoliq; quod eſt proprium diuitiarum intẽti ſunt rebus ſuis. *ibidem.*

Quod honeſtũ & cum uirtute eſt, id ſolum opinor bonum. *ibidem.*

In quo uirtus ſit, ei nihil deeſſe ad beate uiuendum puto. *ibidem.*

Neſcis inſane quantas uires habeat uirtus, nomen tm̃ uirtutis uſurpas, quid ipſa ualeat ignoras. *Cicero li. x. de natura deorum.*

Beatus autem eſſe ſine uirtute nemo poteſt.

ibidem.

Nihil eſt em̃ uirtute amabilius, q̃ qui adeptus erit ubicunq; erit gentium, à nobis diligetur.

Saluſtius de Catilinario.

Virtus, clara æternaq; habetur. *ibidem.*

Qui hoïes arant, nauigant, ædificant, uirtuti omnia parent. *Saluſtius in Catilinario.*

Vbi diuitiæ honori ſunt, & eas gloria, imperiũ, potentia ſequit: hebeſcere uirtus, paupras probro haberi, innocẽtia p maleuolentia duci incipit. *Aul. Gell. noct. atti. lib.* 17.

Itidẽ abſurdũ eſt una ſola uirtute uitam fieri beatam dicere, quoniam cum uirtus abeſt, beata eſſe uita nunquam poteſt.

Aulus Gellius ibidem.

Virtus aũt (ut iſti dicunt) nõ acceſſio neq; ſupplementum, ſed ſola ipſa uitæ beatæ inſtar eſt: & propterea uitam beatam ipſa ſola una cum adeſt, facit. *Valerius Maximus lib.* 2.

Facilior uirtutis ad luxuriam, quam luxuriæ ad uirtutem tranſitus eſt. *ibidem.*

Virtutis uberrimũ alimentũ eſt honos. *ibid.*

Eneruos animos odiſſe uirtus ſolet.

Valerius Maximus lib. 5.

Magno ubiq; põtio uirtus æſtimatur. *ibidem.*

Apud antiquos maiorũ effigies in prima parte ædium poni ſolebãt, idcirco ut eorum uirtutes poſteri, non ſolum legerent, ſed etiam imitarentur. *idem.*

Eleuet aliquis præmia uirtutis, cũ animaduertat fortes uiros fœlicius ſepeliri q̃ ignauos.

Valerius Maximus lib. 5. *ibidem.*

Nihil eſt igitur excepta uirtute quod mortali manu & animo immortali quæri poſſit.

Valerius Maximus li. 7. *ti. Sapienter dicta aut facta.*

Bias autem cum patriam eius Pirenẽ hoſtes inuaſiſſent, & oẽs bona ſua exportarẽt, interrogatus quid ita nihil ex bonis ſuis ſecũ ferret. Ego uero inq̃t, bona mea mecũ porto. Pectore enim illa geſtabat, nõ humeris, nõ oculis uiſenda, ſed æſtimenda animo, quæ in domicilio mentis incluſa, nec mortalium, nec deorum manibus labefactari queunt, & ut manẽtibus præſto ſunt, fugientes non deſerunt. *ibidem.*

Vnicæ filiæ pater Temiſtoclen cõſulebat, utrũ eam pauperi ornato an locupleti parq; pbato collocaret. Cui is: malo inquit uirum pecunia q̃ pecuniã uiro indigentem: quo dicto ſultũ monuit, ut generum potius q̃ diuitias generi legeret.

Iulius Cæſar lib. 7.

Laudis cupiditas & timor ignominiæ ad uirtutem excitant.

Iſocrates ad Demonicum ſermo. admo.

τῆσ ἀρετῆσ οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον, οὐδὲ βεβαιότερον ἐστι. id eſt,

Virtuti nulla poſſeſſio uenerabilior neq; firmior eſt.

Heſiodus.

τῆσ δ' ἀρετῆσ ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι, μακρὸσ δὲ καὶ ὄρθιοσ οἶμοσ ἐπ' αὐτήν.
καὶ τραχὺσ τὸπρῶτον· ἐπὴν δ' ἐσ ἄκρον ἵκηται:
ῥηϊδίη δ' ἔπειτα πέλει, χαλετὴ περ ἐοῦσα. id eſt,

Ante uirtutem dei ſudorem poſuerunt
Immortales longa & ardua uia ad ipſam
Et aſpera primũ: poſtq̃ ad ſummũ peruentũ fuerit.
Facilis deinde eſt, difficilis q̃uis fuerit. *Menander.*

ὅπλον μέγιστον ἐσὶν ἀρετὴ βροτοῖσ. id eſt,

Scutum maximum eſt uirtus mortalibus.

Paulus Silentiarius.

μήτε βαθυκτεάνοιο τύχησ κεφιδώσομαι ἐρείδων,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

μήτε σ' ὦ γύναι ἦ φρονέοντ' ἐλευθερίης,
πᾶσ' γὰρ ὑπ' ἀσθενέι βίοσ πολεμίζεται αὐρῇσ,
τῇ, καὶ τῇ θαμινὸσ ἀντιμεθελκόμενοσ
ἄλλε χρεστὴ, σακερόντι, καὶ ἄτροπον, ἥσ' ἔπι μοῦνοσ
κύμα καθαρσ' ἀκλέωσ πουτοπόρει βιότῳ. id eſt,

Neq; diuitis fortunæ eleueris impetu,
Neq; tuam flectat cura animi libertatem.
Omnis enim ſub inſtabilibus uita ſubijcitur auris,
Huc & illuc frequenter exagitata.
Virtus autem firmum quid & immutabile, in qua ſola
Vndas audacter tranſeas uitæ.

Plautus in Amphitryone.

Virtute dixit uos uictores innuere nõ ambitiõe, neq; pfidia quominus eadem hiſtrioni ſit lex, quæ ſummo uiro. Virtute ambire oportet, non fauoribus. ibidem.

Sat habet fautorum ſemper qui recte facit, ſcilicet illis fides eſt, quibus eſt eares in manu.

Ibidem.

Virtus præmiũ eſt optimũ, uirtus omnibus rebus anteit, profecto libertas ſalus, uita, Res parentes, patria, & prognati tutantur & ſeruantur. Virtus in ſe omnia habet, omnia aſſunt bona quem penes eſt uirtus.

Plautus in duobus captiuis.

Qui puirtutẽ pitat, non interit. Plaut. in Triũmo.
Vt bene uiuitur, diu uiuitur. Virg. Aeneid. li 3.
Ecquæ tum puero amiſſæ cura parentis?
Et pater Aeneas, & auunculus excitet Hector?

Virgilius Aeneidos libro 5.

Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus
Adiuuat. Ibidem.
Tum pudor incendit uires, & conſcia uirtus. Ibidem.
Exigui numero ſed bello uiuida uirtus. Ibidem.
Hi proprium decus & partum indignantur & honorẽ
Nil tenenat, uitamq; uolunt pro laude paciſci.
Hos ſucceſſus alit, poſſunt quia poſſe uidentur.

Idem libro 6.

- Pauci quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardẽs euexit ad æthera uirtus
Dijs geniti potuere. Ibidẽ.
Et dubitamus adhuc uirtutẽ extẽdere factis.

Virgilius Aeneidos libro 10.

Nunc prece, nunc dictis, uirtutẽ accendit amaris.

Ibidem.

Stat ſua cuiq; dies, breue & irreparabile tẽpus
Omnibus eſt uitæ, ſed famam extendere factis
Hoc uirtutis opus. Ibidem.

- Aeſtuat ingens
Imoin corde pudor, mixtoq; inſania luctu
Et furijs agitatus amor & conſcia uirtus.

Virgilius Aeneidos lib. 12.

Diſce puer uirtutẽ ex me uerumq; laborem,
Fortunam ex alijs, nunc te mea dextera bello
Defenſum dabit & magna inter præmia ducet.

Ouid. Metamor. lib. 6 fab. 6.

- Grande doloris
Ingenium eſt, miſerisq; uenit ſolertia rebus.

Ouid. Metamor. lib. 10. fab. 11.

Nec uirtus citra genus eſt. Idem fab. 12.
Sed ſtat monitis contraria uirtus.

Idem libro 12. fab 6.

Iam timor ille Phrygum decus & tutela Pelaſgi
Nominis Aeacides, caput inſuperabile bello
Arſerat, armarat deus idem idemq; cremarat.
Iam cinis eſt, & tam magno reſtat Achille
Neſcio quid, paruam quod non bene compleat urnam.
At uiuit totum quæ gloria compleat orbem
Hæc illi menſura uiro reſpondet, & hæc eſt
Par tibi Pelide, nec inania tartara ſentit.

Ouid. lib. 13. fab 1. uerba ſunt Vlyxis contra Aiacem.

- Tibi dextera bello
Vtilis, ingenium eſt, quod eget moderamine noſtro.
Tu uires ſine mente geris, mihi cura futuri eſt:
Tu pugnare potes, pugnandi tẽpora mecum
Eligit Atrides: tu tantum corpore prodes
Nos animo, quantoq; ratem qui temperat anteit
Remigis officium, quanto dux milite maior,
Tantum ego te ſupero.

Idem lib. 14. fab. 4.

Inuia uirtuti nulla eſt uia.

Ibidem in fine libr.

Iamq; opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetuſtas,
Cum uolet illa dies, quæ nil niſi corporis huius
Ius habet, incerti ſpatium mihi finiat æui,
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar, nomẽq; erit indelebile noſtrum.
Quaq; patet domitis Romana potẽtia terris
Ore legar populi, perq; omnia ſecula fama,
Si quid habẽt ueri uatum præſagia, uiuam.

Ouid. Triſt. li. 3. Elegia 11.

Subruere eſt arces, & ſtantia mœnia uirtus,
Quilibet ignaui præcipitata premunt.

Ouid. Triſt. lib. 4. Elegia 3.

Hectora ſi quis noſſet, fœlix ſi Troia fuiſſet?
Publica uirtutis pro mala facta uia eſt.
Ars tua Tiphy iacet, ſi non in æquore fluctus,
Si ualeant homines, ars tua Phœbe uacet.
Quæ latet, inq; bonis ceſſat, non cognita rebus
Apparet uirtus arguiturq; malis?
Dat tibi noſtra locum tituli fortuna, caputq;
Conſpicuum, pietas quo tua tollat, habet.

Ouidius Triſtium lib. 5 Elegia 6.

Scilicet aduerſis probitas exercita rebus
Triſti materia tempore laudis habet.
Si nihil infeſti durus uidiſſet Vlyxes,
Penelope fœlix, ſed ſine laude foret.
Victor Echonias ſi uir penetraſſet in arces.
Forſitan Euadnenuix ſua noſſet humus
Cum Pelia genitæ tot ſint, cur cognita nobis?
Nempe fuit miſero nupta quod una uiro.
Effice ut Iliacas tangar prior alter harenas.
Laodamia nihil cur referatur erit.

Ouid. Triſt. lib. 4. Eleg. ult.

Si quid habent igitur uatum præſagia ueri
Protinus ut moriar, non ero terra tuus.
Siue fauore tuli, ſiue hanc ego carmine famam,
Iure tibi grates candide lector ago.

Ouid. de Ponto lib. 1 Eleg. 10.

Si modo non cenſus, nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos ingeniumq; facit.

Ouid. de Ponto lib. 2. Elegia 2.

Difficile

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Difficile eſt fateor, ſed tendit in ardua uirtus,
Et talis meriti gratia maior erit.
Idem libro 3. Elegia 12.
Corpora debentur mœſtis exanguia buſtis,
Effugiunt ſtructos nomen, honorq́; rogas,
Occidit & Theſeus, & qui comitauit Oreſtem:
Sed tamen in laudes uiuit uterq́; ſuas.
Vos etiam ſeri laudabunt ſæpe nepotes,
Claraq́; erit ſcriptis gloria veſtra meis.
Ouidius de Ponto lib. 4 Eleg. 12.
Excitat auditor ſtudium, laudataq́; uirtus
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.
Ouidius Faſtorum lib. 2.
Fraude perit uirtus.
Horatius car. lib. 1. Ode 22.
Integer uitæ ſceleriſq́; purus
Non eget Mauri iaculis, nec arcu
Neo uenenatis grauida ſagittis.
Fuſce Pharetra.
Siue per Syrtes iter æſtuoſas
Siue facturus per inhoſpitalem
Caucaſum, uel quæ loca fabuloſus
Lambit Hydaſpes.
Nanq; me ſylua lupus in Sabina
Dum meum canto Lalagen, & ultra
Terminum curis uagor expeditus
Fugit inermem.
Horatius li. 2. car. Ode 18.
Non ebur neq; aureum
Mea renidet in domo lacunar.
Non trabes Hymettiæ
Premunt columnas ultima receſas
Aphrica, neq; Attali
Ignotus hæres regiam occupaui,
Nec Laconicas mihi.
Trahunt onuſtæ purpuras clientes:
At fides & ingenij.
Benigna uena eſt, pauperemq; dives
Me petit, nil ſupra
Deos laceſſo, nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus unicis Sabinis.
Horatius car. lib. 3. Ode 2.
Virtus repulſæ neſcio ſordidæ
Intaminatis fulget honoribus,
Nec ſumit aut ponit ſecures
Arbitrio popularis auræ.
Virtus recludens immeritis mori
Cœlum, negata tentat ire uia,
Cœtuſq; uulgaris & udam
Spernit humum fugiente penna:
Eſt & fideli tuta ſilentio
Merces, uetabo qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcanæ ſub iſdem.
Sit trabibus fragilemq; mecum
Soluat phaſelum, ſæpe Dieſpiter
Neglectus inceſto addidit integrum
Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.
Idem lib. 3. Ode ult.
Exegi monumentum ære perennius,
Regaliq́; ſitu Pyramidum altius
Quod non imber edax, non aquilo impotens
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries & fuga temporum.
Non omnis moriar, multaq́; pars mei
Vitabit Libitinam: uſq; ego poſtera
Creſcam laude recens, dum capitolium
Scandet cum tacita uirgine pontifex,
Dicar qua uiolens obſtrepit Aufidus,
Et qua pauper aquæ Daunus agreſtium
Regnator populorum, ex humili potens
Princeps Aeolium carmen ad Italos
Deduxiſſe modos ſume ſuperbiam
Quæſitam meritis & mihi Delphica
Lauro cinge uolens Melpomene comam.
Horatius car. lib. 4. Ode 4.
Fortes creantur fortibus & bonis,
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina ſed uim promouet inſitam,
Rectiq́; cultus pectora roborant.
Vtcunq; defecere mores
Dedecorant bene nata culpæ. Idem Ode 9.
Non poſſidentem multa uocaueris
Recte beatum, rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus ſapienter uti.
Duramq́; callet pauperiem pati
Peiusq; læto flagitium timet.
Non ille pro charis amicis
Aut patria timidus perire.
Horatius libro 1. epiſtola 1.
Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt,
Eſt animus tibi, ſunt mores & lingua, fideſq́;
Plebs eris, at pueri ludentes rex eris, aiunt,
Si recte facies: hic murus aheneus eſto.
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.
Ibidem epiſtola 2.
Rurſus quid uirtus, & quid ſapientia poſſit
Vtile propoſuit nobis exemplar Vlyſſem.
Qui domitor Troiæ multorum prouidus, urbes
Et mores hominum inſpexit, latumq́; per æquor
Dum ſibi dum ſocijs reditum parat, aſpera multa
Pertulit, aduerſis rerum immerſabilis undis.
Sirenum uoces, & Circes pocula noſti.
Quæ ſi cum ſocijs ſtultus cupidusq́; bibiſſet,
Sub domina meretrice fuiſſet turpis & excors
Vixiſſet canis immundus uel amica lutoſus. ibidem.
Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.
Vide ſupra in Tempus. ibidem.
Quæritur argentum, puerisq; beata creandis
Vxor & incultæ pacantur uomere ſyluæ.
Quod ſatis eſt cui contigit, nihil amplius optet.
Non domus & fundus, non æris aceruus & auri
Aegroto domino deduxit corpore febres,
Non animo curas, ualeat poſſeſſor oportet
Si comparatis rebus bene cogitas uti.
Qui cupit, aut metuit, iuuat illum ſic domus aut res
Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram
Auriculas citharæ, collecta ſorde dolentes.

Syncerum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Syncerum eſt niſi uas, quodcunq; infundis acescit.
Sperne uoluptates, nocet empta dolore uoluptas.
Horat. epiſtolarum lib. 1 epiſt. 9.
Si latus, aut renes morbo tentantur acuto,
Quære fugam morbi, uis recte uiuere? quis non?
Si uirtus hæc una potest dare fortibus, omissis.
Hoc age deliciis. Idem epiſtola 17.
– Vir bonus eſt quis?
Qui conſulta patrum, qui leges iuraq; ſeruat.
Quo multæ magnæq; ſecantur iudice lites,
Quo reſponſore, & quo cauſæ teſte tenentur.
ibidem.
Oderunt peccare boni uirtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ. ibidem.
Vir bonus & ſapiens audebit dicere, Pentheu
Rector Thebarum quid me perferre patiq;
Indignum coges? Adimam bona? nempe pecus, rem,
Lectos, argentum, tollas licet in manicis, &
Compedibus ſæuo te ſub cuſtode tenebo.
Ipſe deus ſimus atq; uolam me ſoluet opinor,
Hoc ſentit, moriar? mors ultima linea rerum eſt.
ibidem.
Virtus eſt medium uitiorum utrinq; reductum.
Idem epiſtola 21.
Maiores pennas nido extēdiſſe loqueris,
Vt quantum generi demus, uirtutibus addas.
Horat. epiſtola. li. 2. epiſt. 2.
I bone quo uirtus tua te uocat i pede fauſto
Grandia laturus meritorum præmia.
Iuuenalis Satyra 1.
Probitas laudatur & alget. Idē Satyra 10.
Maior famæ ſitis eſt, quam
Virtutis. Quis enim uirtutē amplectitur ipſam,
Præmia ſi tollas? Fran. Petrar. trium. Caſtitatis.
La uirtu che da bon non ſel compagna
Monſtro in quel puncto ben, come ha grā torto
Che ab andona lei, daltrui ſe lagna. id eſt,
Sed uirtus, quæ à bonis haud diſſociatur
Oſtendit probe tunc qualiter iniuſte
Qui eam deſerit, de altero conquericur.
Idem triumpho mortis ca. 3.
Che ne foco ne ferro a uirtu noce.
Dantes Flore. purga. cant. ca. 7.
Rade uolte reſurge per li rami
L humana probitate, & queſto uole
Quei chellada per che da lui ſi chiama. id eſt,
Raro reſurgit per ramos
Humana probitas, & hoc uule
Ille qui dat, ut ab eo nominetur.
ibidem cap. 20.
O bon Fabricio
Cum pouerta uoleſti anci uirtuti
Che gran richeza poſsider cum uitio. id eſt,
O bone Fabrici
Cum paupertate uoluiſti imo uirtute.
Quàm magnas opes poſſidere cum uitio.

Vis græce βία & βιαιότης uiolentus dicitur. Significat aūt aliquando uis uirtutē. Vir. Longā multa ui munit Albam. Nōnunq̄ poſſibilitatē. Virg. Non ea uis animo, nec tanta ſuperbia uictis. Interdum uiolentiam. Idem: Quæ uis immanibus applicat oris. Hinc fit uiolo quod eſt corrumpo, contamino polluo, & quaſi uim infero, quod proprie de uirgine dicitur.

Vis eſt oīe q̄ eſt principiū operatiōis. Sed uirtus importat principium operationis perfectæ, ex b. Tho. 3. Sent. di. q. 23. 1. art. 3.

Viſus græce ὄψις ὡπτάσθαι & ὄψασθαι uiſibilis, & ὁράω uideo dicitur. Eſt autem uiſus non forma oculi, ſed anima ſecundum quod ab ea fluit uiſus, ex b. Tho. ſuper li. de anima 19.

Viſionis nomen extenditur ad ſignificandū oēm cognitionem ſenſuum & intellectus, propter dignitatem uiſus & certitudinem eius, ſecundum eundem prima parte q. 67. art. 1. c.

Pſalm. 118.
Auerte oculos meos ne uideant uanitatem.
Hieremiæ cap. 9.
Aſcendit mors per feneſtras. *Thre. ca. 1.*
Oculus meus deprædatus eſt animam meam.
Auguſt. Confeſſ. libro 10.
Sunt enim oculi principes ad nocendū in ſenſibus. *Hieronymus.*
Impudicę oculos impudici cordis eſt nūtius.
Grego. Moral. 31. ſuper illud Iob, Pepigi fœdus cum oculis meis.
Non debet intueri quod non licet concupiſci.
Seneca de remedijs fortuitorum.
Irritamenta ſunt oculi uitiorū, duces ſceleru: huic adulterium oculi miniſtrant, huic domum quam concupiſcat. *Seneca Trag. 5.*
Viſu carenti, magna pars ueri latet.
Ariſtot. lib. 1. Metaphyſicæ.
Senſus uiſus multarum rerum nobis differentiam demonſtrat. *Ariſt. lib. de Senſu & ſenſato.*
Viſus multarum rerum differentias nobis demonſtrat. *Idem libro 1. Rhetor.*
Melius eſt ſubtiliter uidere, quàm ſubtiliter odorare, quia uiſus melior eſt odoratu.
Plautus in Truculentu.
Non laudandus eſt cum plus credit qui audit, q̄ qui uidet. *ibidem.*
Non placet cum illi prius laudant qui audiūt, q̄ qui uident. Pluris eſt oculatus teſtis unus quā auriti decem, qui audiunt autem iſtas res dicūt, qui uident, plene ſciunt.
De uiſu, organo, obiecto actibusq; eius, uide ſupra in arbore Animæ.

Vita græce βίος & βιοτεύω uiuo dicitur. Eſt aūt uita manſio animæ in corpore, ſecundum Ariſtotelem libro de uita & morte.
Vita eſt manſio animę nutritiuæ in calido, ſecundum eundem ibidem.
Vita (ut Dona. affirmat) ſignificat mores, animam, alimentum, ſpatium uiuendi & fortunam quæ uiuentibus accidit. *Terentius.*
Nam tua quidē hercle uita hæc expectenda.
Deuteronomij cap. 8.
Non in ſolo pane uiuit homo. *Iob 5.*
Homo ad laborem naſcitur. *Iob 14.*
Homo natus de muliere breui uiuens tempore. Vide ſupra in Homo. *Eccleſiaſt. 9.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nemo qui eſt ſemper uiuat. *ibidem.*
Melior eſt canis uiuus leone mortuo.

Eccleſiaſt. cap. 8.

Viuentes ſciunt ſe eſſe morituros. *ibidem c. 30.*
Melior eſt mors quam uita.

Aug. de uerbis domini ſer. 16.

Breuis eſt uita, & ipſa breuitas ſemper incerta.

Idem de uerbis domini ſerm. 17.

Quid eſt diu uiuere, niſi diu torqueri?

Idem ſermone 40.

Diu uiuere quid eſt, niſi ad finem currere?

Idem epiſtola 47.

Neq; in tempore utiliter uiuitur, niſi ad cōparandum meritum quo in æternitate uiuatur.

Idem ſup Pſalm. 6.

Longitudinē uitæ huius non facit niſi ſpes uiuendi. Nam nihil uidetur eſſe celerius q̄ quic, quid in ea iam præteritū eſt. Cum ergo dies iudicij uenerit, tunc ſentient peccatores, quoniam non ſit longanimis uita quæ tranſit.

Auguſt. ſup Pſalm. 36.

Si uero tēpore Iſaac uiueres, ex quo Adam de paradiſo emiſſus eſt uſq; in hodiernū diem, certe uideres uitam tuam non fuiſſe diuturnam, q̄ ſic auolaſſet. Vnius autem cuiuſq; uita hominis quanta eſt, adde quantoslibet annos, duc lōgiſſimam ſenectutē, qd ergo? Nonne aura matutina eſt, ergo longe ſit dies iudicij, qñ erit retributio iuſtorū & iniuſtorum, cuius certe ultimus dies ab eſſe non poteſt. Longe adhuc te p̄para, qualis enim exieris de hac uita, talis redderis illi uitæ.

Aug. in originali, tractans illud Iacobi 4.

Quæ enim eſt uita noſtra.

Vita hæc eſt uita dubia, uita cæca, uita ærumnoſa, quā humores tumidāt, dolores extenuāt, ardores exiccant, aera morbidāt, eſcæ inflāt, ieiunia macerāt, ioci diſſoluūt, triſtitiæ conſumunt, ſollicitudo coartat, ſecuritas hebetat, diuitiæ iactāt, paupertas deiicit, iuuētus extollit, ſenectus incuruat, infirmitas frangit, mœror deprimit, & poſt hæc oīa mors interimit, uniuerſis gaudijs finem imponit, ita cum eſſe deſierit, nec fuiſſe putetur. *Hiero ſuper Amos lib. 3.*

Nihil fugacius ſeculo rebuſq; ſeculi, quas dū tenemus, amittimus, & per infantiā, puericiam, iuuentutē ac uirilem & ingraueſcentē ac maturā ætatem, annosq; ultimos ſenectutis utiq; ſeptem ſpatia Philo uitā deſcribit humanā: mutamur & currimus, & neſcientes ad mortis terminos peruenimus. *Hiero. epiſt. 79.*

Nihil ita decipit q̄ cū ignorēt homines ſpatia uiuendi longiorem ſibi uitam repromittunt.

Ambroſium ſermone quadrageſima.

Tantiſ malis hæc uita repleta eſt, ut cōparatiō ne eius mors remedium putetur eſſe, nō pœna. Nam ideo breuem illam deus facit, ut moleſtiæ eius quæ proſperitate uinci uel tolli non poterant, temporis exiguitate finirētur. Denicq; S. Iob dicit: militia eſt uita hominis ſuper terram.

Gregorius Moralium libro 13.

Reproborum mentes idcirco multa nequiter agunt, quia ſe hic uiuere diutius arbitrant. Iuſti uero dum breuitatem uitæ ſuæ conſiderant, elationis & immunditiæ culpas declinant.

Idem libro 23. Morali.

Solent nonnulli uiatores cū amœna forteſſe prata in itinere conſpiciūt pergendi moras innectere, & accepti itineris rectitudinem declinare, eorumq; gradus tardat pulchritudo itineris, dū delectat. Electis ergo ſuis pergentibus ad ſe dominus huius mundi iter aſperū facit, ne dum q̄ſque uitæ p̄ſentis requie, quaſi uiæ amenitate paſcitur, magis eum diu pergere q̄ citius peruenire delectet: ne dum oblectatur in uia, obliuiſcatur quod deſiderabat in patria.

Ibidem.

Quot dies uitæ pagimus, quaſi in itinere ad locum propoſitū tot paſſibus ꝓpinquamus, p̄ſentem uitam quaſi uiam ſubigendo tranſimus.

Greg. 17. Mora. ſup il. Iob 14. Eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtunt.

Gloria iniquorū quaſi ſtabilis æſtimatur. Sed cū hanc repentinus finis intercipit, breuem fuiſſe deprehendit. *Seneca epiſt. 51.*

Infinita eſt uolubilitas temporis, per quod citiſſime currimus.

Gregorius in Regiſtro.

Vita noſtra nauiganti ſimilis eſt. Is enim qui nauigat, ſtet, ſedeat, iaceat, ſemp̄ uadit, Quia impulſu nauis ducitur. Sic & nos ſiue uigilantes, ſiue dormientes per momenta temporum quotidie ad finem cendimus.

Greg. Moral. 12. ſup illud Iob 14. Breues dies hominis ſunt.

Velut non eſſe conſtat, quod cum tanta uelocitate tranſcurrit.

Greg. Mora. 7. ſup illud Iob. Expectate.

Parum eſt quicquid finitur.

Lactantius Firm. diui. inſtit. libro 6.

Hæc ēm uita temporalis quia breuis eſt, idcirco & bona eius & mala breuia ſint neceſſe eſt, illa uero ſpūalis quę huic terrenę cōtraria eſt, quoniam ſempiterna eſt, idcirco & bona eius & mala ſempiterna ſunt. Ita fit, ut & bonis breuibus mala æterna, & malis breuib⁹ bona æterna ſuccedant. Itaq; cū ſimul p̄poſita ſunt homini bona & mala, conſiderare unumquemq; ſecum decet, quanto ſatius ſit pro perpetuis bonis mala breuia penſare, quam pro breuibus & caducis bonis, mala perpetua ſuſtinere.

Seneca epiſtola 12.

Læti dicamus. Vixi & quem dederat curſum fortuna peregi. Craſtinum ſi adiecerit, læti recipiamus.

Idem epiſtola 22.

Nemo quām bene uiuat, ſed quandiu cōſiderat, cum omnibus poſſit contingere, ut bene uiuant ut diu nulli.

Idem epiſtola 23.

Quidam tūc incipiunt uiuere, cum deſinendum, imo quidam ante deſierunt uiuere quàm incipiant. *Idem epiſtola 71.*

Per

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pernauigauimus Lucili uitã,& quẽadmodũ in mari,ut ait. Virg.noſter: Et terræ,& urbes recedunt. Sic in occurſu rapidiſſimi temporis, primum pueritiã abſcõdimus, deinde adoleſcentiam,deinde quiçqd eſt inter iuuenẽ & ſenẽ medium in utriuſq; cõfinio poſitũ: deinde ſenectutis optimos annos. Nouiſſime incipit oſtendi publicus finis generis humani,ſcopulũ illũ puta eſſe dementiſſimi. Portus enim aliquando petẽdus eſt, nuſquam recuſandus.

Seneca epiſtola 72.

De partibus uitę oẽs deliberamus, de tota nemo deliberat. *idem epiſt. 78.*

Quomodo fabula,ſic & uita,& non quandiu, ſed quàm bene acta, refert. Nil ad rem pertinet, quo loco deſinas. Quocunq; uoles deſine, tantũ bonam clauſulam impone.

Cicero Rheto. nouorum 4.

Qui nihil habet in uita iucundius uita, is cũ uirtute uitam non poteſt colere.

Valerius Maximus li. 9.

Humanæ uitæ conditionem primus & ultimus dies cõtinet. Quis plurimum intereſt qbus auſpicijs inchoetur & quo fine claudatur.

Ariſtoteles libro de cauſa longitudinis & breuitatis uitæ.

Gentes quæ in calidis regionibus ſunt,longioris ſunt uitæ quàm quæ in frigidis ſunt.

Ariſtot. de iuuentute & ſenectute.

Vita cõſeruatur per calidum & humidum.

Ariſtot. libro 10. Ethicorum.

Vita contẽplatiua melior eſt quàm uita quæ eſt ſecundum hominem communem: quia uita contemplatiua eſt uita diuina.

Homerus in Odyſſeæ uerba ſunt Achillis mortui optantis uitam.

βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη,
ἢ πᾶσι νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν. id eſt,

Velim potius ſuper terram exiſtens ſeruire alij Viro pauperi,cui non uictus ſufficiens ſit Quàm omnibus mortuis corruptis imperare.

Phocylides.

ὁ βίος τροχός. Id eſt, uita rota.

ἐγὼ ἄζευ μοχθῶν ὥσ' ἐξ ἰδίων βιοτεύσω.
πᾶσι γὰρ ἀεργὸς ἀνὴρ ζώει κλοπίμων ἀπὸ χειρῶν.
μὴ δ' ἄλλου παρὰ δαιτὸς ἴδοις σκυβάλισμα τραπέζης,
ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἰδίων βιότου φάγοις ἀνύβριστος.
εἰ δέ τις οὐ δυνατὸς τέχνην, σκάπτοιτο λικέλλῃ.
ἔστι βίῳ πᾶσιν ἔργον ἐπὰν μοχθεῖν ἐθέλησθα.
ναυτίλος εἰ πλώειν ἐθέλοις, εὐρεῖα θάλασσα.
εἰ δὲ γεωπονίην μεθέποις, μακραί τοι ἄρουραι. id eſt,

Operare laboribus,ut propriis uitam ducas Ois enim piger homo uiuit furacibus manibus Neq; ab alicuius conuiuio comedas fruſtũ mẽſę, Sed de ꝓpriis cibis comedas, nõ affectus cõuitijs. Si uero aliqs nõ didicit artẽ, effodiat bidenti. Conuenit uitæ oẽ opus, dummõ laborare uelis, Nauta ſi nauigare uis,eſt latum mare. Si agriculturam aggredi, longe adſunt terræ.

Ex primo Epigrammaton.

ζῆν λογισμῷ καὶ μὴ νοσεῖν ἀνενδεέως. id eſt,

Viue cum ratione, & manebis ſine indigentia.

Palladas.

γῆθεν ἐπείδην γυμνὸς, γυμνὸς θ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι,
καὶ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος. id eſt,

Terram aſcendi nudus, nudus ſub terram ibo: Et qd fruſtra laboro? nudũ cum uideam finẽ.

Lucianus.

τοῖσι μὲν εὖ πράττουσιν, πᾶσ' ὁ βίος βραύς ἐστι.
τοῖσι δὲ κακοῖσι μία νὺξ ἄφλεκτός ἐστι χρόνος. id eſt,

Fœliciter quidem agentibus ois uita breuis eſt, Sed mãle,una nox immenſum eſt tempus.

Menander.

καρπὸς δ' ἀγαθός ἐστιν εὐταξία βίου. id eſt,

Fructus aũt bonus eſt bene cõpoſita uita. *idẽ.*

λάβε πρόνοιαν τοῦ προσήκοντος βίου, id eſt,

Cape prouidentiam conuenientis uitæ. *idem.*

ἀμελῆντα τὸν ζῆν οὐκ ἔνεστ' εὐχημονεῖν. id eſt,

Negligentẽ uiuere nõ licet bñ cõpoſitum. *idem.*

βιοῦ μὲν οὐδεὶς ὧν προαιρεῖται βίον. id eſt,

Viuit quidẽ nullus quam eligit uitam. *idem.*

βίος ἐστὶν ἄρ' τις τῷ γήρᾳ χαίρειν βιῶν. id eſt,

Vita eſt ſi quis uita gaudeat uiuens. *idem.*

βίος κέκληται δ' ὡς βίᾳ πορίζεται. id eſt,

Vita uocata eſt, quia ui paratur. *idem.*

βίος βίου δεόμενος οὐκ ἔστιν βίος. id eſt,

Vita uictu indigens non eſt uita. *idem.*

ζῶμεν γὰρ οὐχ ὡς θέλομεν ἀλλ' ὡς δυνάμεθα. id eſt,

viuimꝰ eñ nõ ut uolumus,ſed ut poſſumꝰ. *idẽ.*

οὐκ ἔστιν βίον εὑρεῖν ἄλυπον ἐν οὐδενί. id eſt,

Nõ eſt uitã inuenire ſine triſtitia in aliq. *idẽ.*

τυφλὸν δὲ καὶ δυσήνιον ἀνθρώποις βίος. id eſt,

Cæcũ quid & miſerũ hominibus uita. *idem.*

τὸ ζῆν ἁλύπως, ἀνδρός ἐστιν εὐτυχοῦς. id eſt,

Viuere ſine triſtitia uiri eſt fœlicis. *idẽ.*

ὡς ἡδὺς ὁ βίος, ἂν τις αὐτὸν μὴ μάθῃ. id eſt,

Quã ſuauis uita,ſi quis ipſam nõ diſcat. *idem.*

ζῆν βούλομαι μὴ πρᾶττε θανεῖν ἄξια. id eſt,

Viuere uolens ne facias morte digna. *idem.*

ζῆν αἰσχρὸν δίς ζῆν ἐφθόνησεν ἡ τύχη. id eſt,

Viuere turpe eſt, qbus uiuere inuidit fortuna. *idem.*

πάντες καλὸς ζῆν ἐθέλομεν, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα. id eſt,

Oẽs bñ uiuere uolumus, ſed nõ poſſumꝰ. *idẽ.*

ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν μὲ φθονούσιστ' ἦσ' τύχης. id eſt,

Quã ſuaue eſt uiuere, nõ inuidẽte fortuna. *idẽ.*

ζῆτ' συνάγειν ἐκ δικαίων τὸν βίον id eſt,

Quære ducere ex iuſtis uitam. *idem.*

βέβαιον οὐδὲν ἐν βίῳ δοκεῖ πέλειν. id eſt,

Firmum nihil in uita uidetur eſſe. *idem.*

αὐτά σε διδάσκει τὰ βίου πράγματα. id eſt,

Ipſæ te docent uitæ res.

Sophocles in Aiace furente.

ἀλλ' ἢ καλὸς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι τὸν εὐγενῆ χρή. id eſt,

Sed uel bene uiuere, uel bene mori Generoſum oportet. *ibidem.*

ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖσι καλῶς πεφυκόσι id eſt,

Viuere turpe turpiter bene natis.

Horatius Sermone libro 1. Satyra 9.

Nil ſine magno
Vita labore dedit mortalibus. *Iuuenalis Satyra 10.*
Hæc data pœna diu uiuentibus, ut renouata
Semper clade domus multis q̃ in luctibus inq̃
Perpetuo mœrore, & nigra ueſte ſeneſcat.

Vitium græce κάκωμα ἀπὸ τοῦ κακοῦ dicitur. Videtur quando uirtuti opponitur,eſſe habitus animi naturæ non rationi repugnans.

Nonnunq̃

Nonnunq̃ ſumitur pro errore. Plin. Librum uitijs plenum. Vitium eſt habitus aut affectio animi, in tota uita inconſtans, & à ſeipſa diſſentiēs, ſecundum Tullium. ex b Tho. prima ſecundæ, q. 71. art. 1. Dicitur autē uitium à uito, as, quod eſt caueo, es. Virū à morbo differt. quod morbus eſt habitus quidā contra naturā, qui uſum rei facit deteriorem, ut febris, inſania quæ phrenēſis dicitur. Vitium uero perpetuū eſt, ut cæcitas, claudicatio, uecordia. Morbus igitur cum acceſſu diſceſſuq̃ eſt, uitiū uero perpetuo manet. Vitioſitas quid differat à malitia, uide ſupra in malitia.

Hiero. in epi. contra Ruffi. & hab. di. 66. ca. Naſci.

Non in ſeminibus, ſed in uoluntate naſcētis, cauſa uitiorum eſt atq̃ uirtutum.

Idem ad Demetriadem uirginem.

Tibi non tantū expellenda ſunt uitia, q̃ refellenda, quia utiq̃ facilius eſt non ſuſcipere, q̃ ſuſcepta ſemel deponere. Nec eorū tanta dulcedo eſt, ut ea debeam9 præferre uirtutibus, cū nec in omnibus ſit delectationis illecebra, & à pleriſq̃ etiā ea, quæ uidentur dulciſſima reſpuātur. *ibidem.*

Quidā ſuperbiā libertatis loco ducunt; adulationē, pro humilitate ſuſcipiūt, malitiā, prudentiæ uice amplectuntur: & iuſtitiæ, ſimplicitatis nomen imponunt, ac fallaciae peſſima ſimilitudine decepti uitijs pro uirtutibus gloriantur.

Gregorius. & habetur diſt. 41. c. Sæpe ſe.

Sæpe ſe uitia ingerunt, & ſe eſſe uirtutes mēti unt, ut tenacitas parſimonia, effuſio largitas, crudelitas zelus iuſtitiæ, remiſſio pietas uelit uideri. *Gregorius libro 1. Moralium.*

Quāuis per oīe uitiū quod perpetratur, humano cordi antiqui hoſtis uirus infundit, in hac tamē nequitia. i. inuidia tota ſua uiſcera ſerpens concutit, & imprimendæ malitiæ peſtē uomit.

Gregorius libro 31. Moralium.

Prima uitia deceptæ mēti quaſi ſub quadam ratione ſe ingerunt, ſed quæ ſequuntur dū mentem ad omnem inſaniam peterahunt, quaſi beſtiali clamore mentem confundunt.

Gregorius ſuper Ezechielem hom. 12.

Sunt quædā uitia quaſi per quandā cognationem ſibi propinqua, ſicut diſſolutio ſpiritus, appetitus gulæ, & immunditia luxuriæ. multiloquiū, fallacia atq̃ periuriū. Ex diſſolutione ſpiritus mens ad ingluuiē uentris rapitur, & dum cibis uenter extenditur, ad luxuriam caro trahitur. Ex multiloquio fallacia generatur, quia difficile eſt, ut qui multa loquitur, non etiam mentiatur, & ſæpe mendacium etiam periurio tegitur, ut ante humana iudicia ueletur.

Seneca epiſtola 40.

In uitia alter ſalterū trudimus, quomodo ad ſalutem reuocari poteſt, quem nullus retrahit, & populus impellit? *Idem epiſt. 10.*

Vitia te mercede ſolicitant: auaritia, pecuniā promittit: luxuria, multas ac uarias uoluptates: ambitio, purpuram, & plauſum, & ex hoc potentiam, & quicquid potentiā ponit.

Ariſtot. lib. 1. Rhetoricorum.

Quicquid fuerit ſuperabundans, & magis q̃ eſſe debet, hoc eſt malum.

Valerius Maximus libro 9.

Neq; enim ullum finitur uitium, ubi oritur.

Heſiodus.

τὴν μέντοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
ῥηϊδίως· λίγη μὲν ὁδὸς μάλα λ' ἐγγύθι ναίει. id eſt,

Vitium quidem & ubiq; eſt capere
Facile breuis quidem uia, ualde autem prope habitat.

Horatius.

In uitium ducit culpæ fuga. *Iuuenalis Sat. 14.*
Fallit enim uitium ſpecie uirtutis uirtutis & umbra.

Propertius libro 2. Elegia 22.

Vnicuiq; dedit uitium natura creato.

Dantes Florentinus inferni cant. car. 30.

Maggior diſfecto men uergogna laua. Id eſt:
Maiorem culpam minor erubeſcentia diluit.

Vituperium græce ψόγος ὁ & ψέγω uitupero dicitur. Venit autem uituperium ſiue uituperatio a uitupero. Vituperare eſt uitio aliquid dare. Terentius: Nunc quam rem uitio dent, quæſo animaduertite. Et ſubiungit: Id iſti uituperāt factum. Venit autem uitupero & uituperium a uitium, ſec. Aug. quia hoc quælibet res uituperatur, ex b. Tho. prima ſecundæ q. 71. artic. 2. c.

Vniuocum græce συνώνυμον οὐ τὸ. Dicuntur aūt uniuoca, quorum nomen eſt commune, & ſecundū illud nomē ſubſtantiæ ratio eſt eadem, ſecundum Ariſtotelem lib. Prædicamentorū.

Vniuocū quodcūq̃ eſt unū de quinq̃ prędicabilibus, ſec. b. Tho. contra gentiles 1. cap. 22. fin.

Vniuerſale græce καθολικὸν οὗ τὸ dicitur. Et eſt q̃ de pluribus aptum natum eſt prædicari, ſecundum Ariſtotelem libro 1. Periherme.

Vniuerſale eſt q̃ de omni & per ſe, & ſecundū quod ipſum eſt, ſecundū Ariſto. lib. 1. Poſte.

VOluntas græce θέλημα, ατ@ τὸ θέλησις ὁ ſ ὁ dicitur. Eſt autem uoluntas appetitus boni cū ratione, ſec. Ariſto. lib. 1. Rhetori. Voluntarium eſt cuius principiū eſt in ipſo ſciente ſingula quæ agit, ſec. Ariſt. lib. 3. Ethicorū.

Voluntariū dicit, q̃ eſt ſecundū inclinationē uoluntatis. Et hoc dupliciter. ſ. ahendum & patiendum, ex b. Tho. prima parte, q. 82. art. 1. c.

Voluntas cōpleta nō eſt niſi de poſſibili, quod eſt bonū uolenti. Velleitas uero ſecundū quoſdam in cōpleta de impoſſibili. Quia. ſ. aliquid uellet, illud ſi eſſet poſſibile, ex hea. Tho. prima Secundæ q. 13 art. 5: *Eccleſiaſtici cap. 15.*

Deus ab initio cōſtituit hominē, & reliquit illum in manu cōſilij ſui. Adiecit mādata & præcepta ſua, ſi uolueris mandata conſeruare, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placidam ſeruare. Appoſuit tibi aquam & ignē, ad quod uolueris porrige manum tuam. Ante hominem uita & mors, bonum & malum. Quod placuerit ei, dabitur illi, quoniam multa ſapiētia dei, et fortis in potentia, uidens omnes ſine intermiſſione. Oculi domini ad timēre eum, & ipſe agno-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſcet omnem operam hominis, Nemini manda uit ipſe agere, & nemini dedit ſpaciū peccandi. Non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium.

Paulus ad Corinthios 2. cap. 8.

Si ēm uoluntas prompta eſt, ſecundū id qđ habet, accepta eſt: non ſecundum id quod non habet. *Iacobus in epiſtola cap. 1.*

Vnuſquiſq; uero tentať à concupiſcentia ſua, abſtractus & illectus. Deinde cōcupiſcentia cū conceperit, parit peccatū: peccatū uero cum conſummatum fuerit, generat mortem.

Iacobus in epiſtola cap. 4.

Vnde bella & lites in uobis? Nōne ex cōcupiſcentijs ueſtris, quæ militant in membris ueſtris.

Aug. de uerbis apoſtoli ſer. 18. & hab. 22. q. 1. cap. Homines falſum.

Intereſt quemadmodū uerbū procedat examino, ream linguam non facit niſi rea mens.

Auguſt. de libero arbitrio.

Deus eſt autor meriti, qui & uoluntatem applicat operi, & opus applicat uoluntati.

Aug. de uerbis apoſt. Petri & Pauli.

Cum uult, non poteſt: quia quando potuit, noluit. Ideo per malum uelle, perdidit bonum poſſe. *ibidem.*

Sola uoluntate miſer quiſq; efficitur, ſed miſerior, cū deſiderium malæ uoluntatis impletur.

Auguſt. de Trinitate libro 13.

Mala uolūtate nō ſolum quiſq; miſer efficit, ſed miſerior poteſtate, qua deſideriū malæ uoluntatis impletur. *Aug. lib. de libero arbitrio.*

Voluntas auerſa ab incommutabili bono, & cōuerſa ad proprium bonum, aut ad exterius, aut ad interius peccat. Ad proprium cōuertit, cum ſuæ uoluntatis uult eſſe. Ad exterius, cum aliorum propria, uel quæcunq; quæ ad ſe non pertinent cognoſcere ſtudet. Ad interius, cum uoluptatem corporis diligit.

Aug. & hab. de pœni. diſt. 1. ca. Si propterea.

Si propterea non facis furtum, qui times ne iudiceris, intus in corde feciſti, reus furti teneris, & nihil tuliſti.

Aug. de li. arb. & hab. ibidem cap. Si cui.

Si cui etiā nō cōtingat concūbendi cum cōiuge aliena, tamen planum ſit eum aliquo modo cupere, & ſi poteſtas deť eſſe facturū, non minus reus eſt, q̄ ſi in ipſo facto deprehenderetur.

Auguſtinus de libero arbitrio.

Volūtas nihil habet niſi ex ſe iudicatur. Nec quidē tardū ingenium, nec labilis memoria, nec inquietus appetitus, nec ſenſus obtuſus, nec uita languens reum per ſe ſtatuerunt hominem ſicut nec contraria innocentem. Et hoc nō ob aliud niſi quia & hoc neceſſario & præter uolūtatem poſſe peruenire probatur.

Auguſt. libro 2. de Ciuitate dei.

Cum ſe uoluntas, relicto ſuperiore ad inferiora conuertit, efficitur mala. Non quia malū eſt, quo ſe conuertit, ſed quia peruerſa eſt ipſa conuerſio. *ibidem.*

Nemo quærat efficientē cauſam uoluntatis malæ. Non eſt efficiēs, ſed deficiēs: quia nec effectio, ſed defectio eſt.

Auguſt. ſuper Pſalm. 35.

Iuſtitia dei eſt aliquando ut ſanus ſis, aliquādo ut ægrotes. Si quādo ſanus es, dulcis eſt uoluntas dei: & quando ægrotas, amara eſt uoluntas dei; non recto corde es: quare? quia nō uis dirigere uoluntatem tuam ad uoluntatem dei, ſed dei uis curuare ad tuam; illa recta eſt, ſed tu curuus. Voluntas tua corrigenda eſt ad illam, nō illa curuanda eſt ad te, & rectum habebis cor.

Auguſt ſuper Pſalm. 134.

Quia deus cor quærit, cor inſpicit intus, teſtis eſt, iudex, approbator, adiutor, coronator, ſufficit ut offeras uoluntatē. Cū potes ore confitere ad ſalutē, cū autē non potes ore, corde ad iuſtitiam: corde laudas, corde benedicis, corde in ara conſcientiæ uictimas ſacras imponis & reſpondetur tibi, pax in terra hominibus bonæ uoluntatis. *Idem ſuper Pſalm. 57.*

Quicquid uis & non potes, factum deus cōputat. *Auguſtinus libro 83. quæſtionum.*

Qui quærit quare deus uoluit mundū facere, cauſam quærit uolūtas dei. Oīnis aūt cauſa efficiēs maior eſt, q̄ id quod efficit. Nihil autē maius uoluntate dei. Non igitur eius cauſa quærenda eſt. *Auguſt. ſuper epiſt. Ioann. homilia 7.*

Non eſt conſiderandū quid homo faciat, ſed quo animo & uoluntate faciat, in eodē facto inuenimus deum patrem, in quo inuenimus & Iudam; patrem benedicimus, Iudam autem deteſtamur. Nam traditio Chriſti facta eſt à deo patre & Iuda. Vna res facta eſt, quam tamē pater & filius fecit in charitate, Iudas in proditione. Diuerſa igitur intentio diuerſa facit facta.

Aug. ſuper il. Mat. 6. Si lumen quod in te eſt, &c.

Quod non bona intentione facis, nō tibi proderit quia quare feceris, non quomodo illi euenerit, tibi imputabitur.

Hier. in Amos proph. & hab. 24. q. 1. c. Odi & pro.

Odi & proieci feſtiuitates ueſtras & nō capiā odorē cœtuū ueſtrorū: quod ſi obtuleritis mihi holocauſta, & munera ueſtra nō accipiā, & uota pinguiū ueſtrorū reſpuā. Odit aūt deus, & nō ſolum odit, ſed proiecit feſtiuitates eorū, qui nō celebrant feſtiuitates dei ſed ſuas. & poſt pauca: Odiſſe aūt, & nō odorari & proiicere, humana loquit ſimilitudine, ut nos affectū dei noſtris ſermonibus agnoſcamus: & ſi holocauſta obtulerint & uideātur te iuuare, dare eleemoſynas, pudicitiam polliceri, quę holocauſta ſunt uera, nō ea ſuſcipit dominus. Nam nō ſacrificiorum magnitudines, ſed offerentium merita, cauſasq; diiudicat. Vnde & uidua quæ in corbonam duo minuta miſerat, omnibus à ſaluatore præferť, quia dominus non ea quæ offeruntur, ſed uolūtatem reſpicit offerentium.

Hiero. & hab. 18. q. 1. cap. Si quis.

Si quis non iratus, ſed propter diſciplinam alium uerberauerit, uel palmam alicui dederit, & caſu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& casu occiderit, sicut casu fieri solet, quantū ad gratiā innocēs est, quia uoluntatē non opus hominis deus requirit, quantū aūt ad legē reus est, ga opera lex quærit. *Idem sup Matth. li. x. ca. 14.*

Qui uiderit mulierē, &c. Inter passionē & propassionem hoc interest, quod passio reputat in uitium, propassio licet uiq culpā habeat, tāmen non tenetur in crimine. ergo quiderit mulierem & ąia eius fuerit titillata, hic ꝑ passionē pcussus est. Si uero consenserit, de propassione transiuit ad passionem, & huic uoluntas peccati nō deest, sed occasio. Quicūq ergo uiderit, i. si sic aspexerit ut concupiscat, ut facere disponat, iste recte mœchatus dicitur eam in corde suo.

Hier sup il. Matth. 6. Vbi est thesaurus tuus.

Cor habet in uētre gulosus, lasciuus in libidine, cupidus in lucris. *Idem ad Demetriaden.*

Volens deus rōnalem creaturam uoluntarij boni munere & liberi arbitrij potestate dotare, ut boni ac mali capax utrūq naturaliter posset, & alterum uolūtate deflecteret, licet quippe no bis eligere, refutare, ꝓbare, respuere, nec est quo magis rōnalis creatura cæteris præferatur, nisi q̄ cum omnia animalia conditionis tantum ac necessitatis bonū habeant, hæc sola habet etiam uoluntatis. *ibidem.*

Qui uiderit mulierē ad cōcupiscendam eam &c. Apud eum cui nota sunt omnia antequam fiant, uoluntas perfecta faciēdi pro opere reputatur facti. *Idem super Amos.*

Deus non sacrifi iorum magnitudinem, sed offerentium merita causasq; dijudicat, unde uidua quæ duo minuta in corbonā misit, omnibus præfertur, qui animalia pinguissima, & hostias modulatas se offerre credebant.

Ambro. de uita beata & hab 15. q. 1. c. Non est.

Nō est q̄ cuiq; nostram alcribamus ærūnam nisi nostræ uolūtati. Nemo nostrum tenetur ad culpam, nisi uoluntate propria deflexerit. Non habent crimen quæ inferuntur reluctantibus. Voluntariū sibi militem eligit Christus, uoluntarium seruū sibi diabolus auctionatur. Neminem iugo seruitutis astrictum possidet, nisi se ei prius peccator ære uenditerit.

Ambro. li. de para. & ha. ibidem cap. Nec is.

Nec is q̄ inuitus aliquod homicidiū fecerit, extra ministerium dei est. Siquidem lex ait de eo, quia dedit eum in manu eius. Manus ergo eius instrumēti modo diuinæ ultioni ministeriū præbuerunt. Leuita igitur minister remissionis est, percussor autem qui nō ex dispositione, sed præter uoluntatem fecerit homicidium, diuinæ minister est ultionis. *Ambro. sup Beati immac.*

Plurimum refert, utrum ex uoluntate facias quod placeat, an necessitate. Denicq uoluntarius minister habet præmium, coactus dispensat obsequium. Vnde Apostolus: Si uolens euangelizauerō, mercedem habeo si autem inuitus: dispensatio mihi tradita est.

Gregorius Moralium lib. 10.

Valde laboriosum est custodire, ne mala homo faciat, ne in bonis actibus per intentionem titubet, & intra recta opera sinistra cogitatio illudat. *ibidem libro 12.*

Deus non intuetur quantum quilibet ualeat, sed quantū uelit: & quia deus corda pensat, iam in eius oculis fecit quod cogitauit.

Gregorius libro 16. Moral.

Caro cum concupiscitur, pēsetur quod sit ex animis, & intelligetur quid amatur. Nihil quippe sic ad edomandum desideriorum carnalium appetitum ualet, quām ut quisq; quod uiuū diligit, quale sit mortuum penset.

Idem libro 26. Moral.

Humanæ aures talia uerba nostra iudicant, qualia foris sonant: diuina uero iudicia talia foris audiuntur, qualia ex intimis proferunt. Certē nouerit ille qui intentionem & uolūtatem alterius uarijs explicat uerbis: quia non debet aliquis uerba considerare, sed uoluntatem & intētionem, quia non debet intentio uerbis deseruire, sed uerba intentioni.

Idem libro 28. Moral.

Si oculus tuus fuerit simplex, totū corpus lucidum erit: quia si recte intendimus per simplicitatem cogitationis, bonū opus perficitur, etiam si minus bonum esse uideatur. Sed cum peruersa intentione quid uel rectum agitur, & si splendere coram hominibus uideatur, apud examen æterni iudicis obscuratur. *ibidem.*

Omni cura seruandus est à malitiæ puluere oculus cordis, ne hoc quod in actione rectum hominibus ostendit, apud semetipsum per uitium elationis intorqueat.

Gregorius in homil. 5. super Euangelia.

Nihil offert deo ditius bona uolūtate. Voluntas aūt bona est, sic ꝓximi aduersa sicut nostra ꝓ timescere, sic de prosperitate proximi, sicut de nostro profectu gratulari. Aliena damna nostra credere, aliena lucra nostra deputare, amicū nō propter mundū, sed propter deū diligere. Inimicū etiā amādo tolerare. Nulli quod pati nō uis, facere; nulli q̄ tibi iuste impēdi desideras, denegare. Necessitati proximi iuxta uires occurrere, sed prodesse etiā ultrā uires uelle. *Idem lib. 7.*

Non tam praue facta dominus quām custodiam prauitatis insequitur. In factis enim sæpe infirmitate, sæpe negligentia, in studijs uero semper malitiosa intentione peccatur.

Gregorius in Pastorali lib. 12.

Humanum quid est in corde tentationē perpeti. Dæmoniacum uero est tentationis certamine in operatione superari.

Ioannes Chrysost. de tractatu Symboli.

Causa actū potest decorare, si aūt necessitate subsistat, aut utilitate uigeat, aut honestate ipsē detegat, aut cum affectu mentis tota uacet substantia operis tolerari, opus nō ex se, sed ex causa fit crimen. Nec aliqua uirtutis ostētatione claresci, cui uoluptas originem præbet.

Idem super Matthæum.

Facile deuitat à iniquitate, q̄ in causis non deū for-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

midat:ſed hominem. Hic peccandi differt facultatem,ſed non aufert uoluntatem. *Ibidem.*

Apud deum qui hominem occidere diſponit, antēq̄ occidat,homicida habetur:uoluntas autem eſt,quæ aut remuneratur pro bono, aut cōdemnatur pro malo. Opera autem teſtimonia ſunt uoluntatis. Non igitur quærit deus ꝓpter ſe,ut ſciat quomodo iudicet, ſed ꝓpter alios, ut intelligant, quia iuſtus eſt deus.

Iſidorus ſoliloquiorum li. 2.cap. 10.

Tale erit opus tuum, qualis fuerit intētio tua.

Iſidorus lib. 2.cap.3.

In initio reſiſte cogitationi peſſimæ, ſi citabat prona cogitatio,non conſentias illi.

Boetius de philoſophica conſo.lib.3.proſa 2.

Nam ſæpe mortem cogentibus cauſis,quam natura reformidat, uoluntas amplectitur.

Ibidem libro 4.proſa 2.

Duo ſunt, quibus omnis humanorū actuum conſtat effectus,uoluntas.ſ.ac poteſtas,quorum ſi alterutrum deſit,nihil eſt quod explicari queat. Deficiente em̄ uoluntate, ne aggreditur quidem quiſq̄ quod nō uult,at ſi poteſtas abſit,uoluntas fruſtra fit, quod ſit ut ſi quem uideas uelle adipiſci, quod minime adipiſcatur. Hinc obtinendi quod uoluerit defuiſſe ualentiam. dubitare non poſſis. *Idem libro 5.*

Diuina prouidentia rebus gerēdis neceſſitatē nō impoſuit, quia ſi omnia euenirent de neceſſitate præmia bonorum & malorū pœna periret. *Seneca in Hercule furente Trag.1.*

Quod nimis miſeri uolunt hoc facile credunt:timoq̄ metuunt nimis nunq̄ amoueri poſſe nec tolli,putant.

Ariſtoteles libro 3.Ethicorum.

Quod primum eſt in intentione, ultimū eſt in executione. *ibidem.*

Bonum uoluntarium eſt id quod ſimpliciter bonum eſt. *Ariſtoteles libro 3.Ethicorum.*

Nullus eſt bonus nec beatus,nolens. *ibidem.*

Nos ſumus domini operationum noſtrarū,à principio uſq̄ ad finem. *Ibidem libro 5.*

Dico uoluntariū quod aliquis in ſeipſo exiſtētium,ſciens & ignorans operatur. Iuſtum operi uoluntarium eſt. Delinquit uticq̄ aliquis uolēs, & iniuſta patitur nullus uolens.

Idem libro 2.Priorum.

Magis eligendū eſt bene agere, q̄ agere. Vnde magis eligenda eſt uoluntas ſine actione, q̄ actio ſine bona uoluntate.

Idem Rheto. li.1.ca. 19.

Voluntas eſt cum ratione appetitus. Nullus em̄ uult niſi cum putauerit eſſe bonum. Irrationales autem appetitus, ira & concupiſcentia.

Idem libro 2. cap. 3.

Nullus ea q̄ ſibi apparēt impoſſibilia,appetit.

Ibidem cap.6.

Acute ſunt uolūtates iuuenū, & nō magnæ.

Ibidem libro 28.

Nullus impoſſibilia affectat neq̄ concupiſcit, ut in pluribus.

Ariſtoteles de animalibus libro 3.

Volūtas appetitus eſt. *Cic.Rheto. nouo.li.2.*

Voluntatem in omnibus rebus ſpectari cōuenit, quæ conſulto facta nō ſunt,in eis fraudem eſſe non oportet. *ibidem li.2.*

Quo animo quiſq̄ faciat,nō quo caſu utatur, ad rem pertinet, *ibidem.*

Voluntario facinori nulla eſt excuſatio imprudentiæ. *Saluſt.in Catili.*

Vincit in auido ingenio, prauum conſilium.

Valerius Maximus libro 4.

Locuples eſt non multum poſſidens,ſed modica deſiderans.

Terentius Hedutontimor.

Nulla eſt tā facilis res q̄n difficilis ſit, q̄ inuit9 facias.

Ouid de Ponto li.1.Elegia 4.

Vt deſint uires, tamen eſt laudanda uoluntas.
Hæc ego contentos auguror eſſe deos.
Hæc facit ut ueniat pauper quoq; gratus ad aram,
Et placeat cæſo non minus agná boue.

Horat.epiſtol.libro 1. epiſt. 11.

Cœlum non animum mutāt qui trans mare currūt.

Idem epiſt. libro 1. epiſtola 14.

Rure ego uiuentem,tu dicis in urbe beatum,
Cui placet alterius ſua nimirum eſt odio ſors,
Stultus uterq; locum immeritum cauſatur inique,

Iuuenalis ſatyra 13.

Has patitur pœnas peccandi ſola uoluntas.
Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum
Facti crimen habet.

Dantes Florent.inferni canti.ca.31.

Et doue largomento della mente
Sagiunge al mal uolere,& allapoſſa,
Niſun riparo ui poſar la gente. *id eſt,*
At poſtquam argumentum mentis
Additur malæ uoluntati,cum potens fuerit
Nullum obicem adhibere tunc non poteſt.

Dantes Florē.purgat.rij 2.c.16.

Voi che uiuete caggion recate
Pur ſuſo al ciel commeſe tutto
Moueſſe ſeco di neceſſitate.
Se co ſi fuſſe in uoi fora diſtrutto
Libero arbitrio, & non fora iuſtitia
Per ben lætitia,& ꝑ mal hauer lutto.
Lo cielo in uoſtri mouimenti initia,
Non dico tutti,ma poſto chil dica,
Lume ue dato a bene,& malitia.
E il libero uoler chi ſaffatica
Nelle primæ bataglie col ciel dura
Poi uince tutto,ſi ben ſi notrica. *id eſt,*
Vos qui uiuitis omnem rationem affertis
Sic ſurſum ad cœlum, ſicut totum
Moueret ſecum ex neceſſitate.
Si ſic eſſet in uobis admiretur
Liberum arbitrium,& non foret iuſtitia,
Pro bono gaudiū,& pro malo habere luctum.
Cœlum in ueſtris motibus initium dat,
Non dico in omnibus ſed quamuis dicam,
Lumen datū uobis eſt ad bene &male agendū.
Liberum uelle,quid conatur,
In primis certaminibus,cum cœlo durat,

Poſt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Poſt uincit totum, ſi beate nutritur.

Franciſ. Petrar. cant. 42. Stantia 8.

Che uo cangiando pelo,
Ne cangiar poſſo loſtinata uoglia. *id eſt,*
Eo mutans pilum,
Nec obſtinare poſſum obſtinatum uelle.

Voluptas græce ἡδονή ἡδὺ & ἡδύπνοος ὁ uoluptuoſus dicitur. Eſt autem uoluptas iucundus motus in ſenſu, ſecund. Cicē. libro 2. de finibus bonorum & malorum.

Voluptas eſt cum quadam lubrica ſuauitate ad illicita ſordidæ mentis inclinatio, ſecundum Iſidorum in ſynon.

Voluptas eſt motus aīæ quidā, & affectio tota ſimul & ſenſibiliter in naturā proficiſcēs. Cuius contrariū eſt dolor, ſec. Ariſt. lib 1. Rhetori.

Voluptas eſt præter modū elata lætitia opinione præſentis alicuius magni boni. Dicitur q̄ uoluptas, quod talia maxime uolumus. Hinc uoluptuarium, hoc eſt uoluptatis plenum, & uoluptuoſum, eiuſdem ſignificationis.

Auguſt. de ſingularitate cleric.

Minus uoluptatibus ſtimulat, qui nō eſt ubi frequentia eſt uoluptatum. Minus auaritiæ moleſtias patitur, qui diuitias non uidet.

Hieron. in epiſt. ad Damaſum Papam.

Semper uoluptas famem ſui habet, & tranſacta non ſatiat.

Ambroſius ſuper Lucam 6.

Nihil prodigæ ſatis eſt uoluptati. Semper famem patitur ſui, quæ alimentis perpetuis neſcit impleri. *Iſidorus de ſummo bono libro 3.*

Licet ſæpe in medio carnaliū deus protegat uitam electorū, tamen ſatis rarum eſt, ut quiſq; inter ſeculi uoluptates poſitus, à uitijs maneat illibatus, in quibus & ſi non cito implicetur, aliquā do tamen attrahitur. Nec enim diu poteſt eſſe ſecurus, qui periculo fuerit proximus.

Boet. libro 3. de philoſ. conſol.

Quid autē de corporis uoluptatibus loquar, quarū appetentia quidem plena eſt anxietatis: ſatietas uero pœnitentiæ, quarum motus quid habeat iucunditatis ignoro. Triſtes uero eſſe uoluptatis exitus quiſquis uolet reminiſci libidinū ſuarum, intelliget: q̄ ſi beatos explicare poſſet, nihil cauſæ quin pecudes quoq; beatæ eſſe dicātur. *ibidem.*

Nihil igitur dubium eſt quin ad beatitudinē deuia quædam ſint. Nec perducere quenq̄ eo ualent, ad quod ſe perducturas eſſe promittūt.

Seneca epiſt. 28.

Quis hoſtis in quenq̄ tam contumelioſus fuit q̄ in quoſdam uoluptates ſuæ. Quidam ſe uoluptatibus immergunt, quibus in conſuetudinē adductis carere non poſſunt: ob hoc miſerrimi ſunt, quod eo peruenerint, ut illis quæ ſuperua cua fuerunt, facta ſunt neceſſaria: ſeruiunt itaq; uoluptatibus non fruuntur: & mala ſua quod malorum eſt ultimum amant. *ibidem.*

Indurandus eſt animus, & blandimentis uoluptatum procul abſtrahendus. Vitia Annibalem hyberna ſoluerunt, & indomitum illū niuibus atq; algoribus uirum exterminauerunt. Fomēta Campaniæ armis uicit, à uicinis uictus eſt.

ibidem.

Nobis quoq; militandū eſt quodam genere militiæ quo nunq̄ otium datur. Debellandæ ſunt in primis uoluptates, q̄ ut uides, ſæua q̄q; ingenia rapuerūt. Si uoluptati ceſſero, cedendū eſt dolori. *ibidem.*

Aſpice illum, cui ſomnus laxæ domus ſilētio quæritur, cuius aures ne quis agitet oī is ſeruorum turba conticuit, huc nempe uariatur atq; illuc, ſomnum inter ægritudines leuem captans. Qui non audit, audiſſe ſe conqueritur, quid in cauſa putas eſſe, animus illi obſtrepit, hic placādus eſt huius ſeditio compeſcenda.

Cicero lib. 1. Officiorum.

Non eſt conſentaneum qui metu non frangitur, eum frangi cupiditate, & qui inuictum ſe à labore præſtiterit, uinci à uoluptate.

Cicero libro 1. de Finibus bono. & malorum.

Nemo em̄ ipſam uoluptatem, quia uoluptas ſit aſpernatur aut oderit, aut fugiat. ſed quia cōſequuntur magni dolores eos, qui ratione uoluptatem ſequi neſciunt. *Ibidem*

At uero eos & accuſamus, & iuſto odio digniſſimos ducimus, qui cum blanditijs præſentiū uoluptatum deliniti atq; corrupti, quos dolores & quas moleſtias acceperi ſint peccati cupiditate non præuident. *Ibidem.*

Nam libero tēpore cum ſoluta nobis eſt eligēdi optio, cōq; nihil impedit, quo minus id q̄d maxime placeat facere poſſimus omnis uoluptas aſſumenda eſt, omnis dolor depellendus. Temporibus aūt quibuſdā aut officijs debitis, aut rerum neceſſitatibus ſæpe eueniet, ut & uoluptates repudiandæ ſint, & moleſtiæ nō recuſandæ. Itaq; harum rerum hi tenetur à ſapiente delectus, aut ut reijciēdis uoluptatibus maiores alteas conſequatur, aut perferēdis doloribus aſperiores repellat. *Idem de finib. bono. & malo.*

Voluptates omittuntur maiorum uoluptatum adipiſcendarum cauſa. *ibidē.*

Voluptas autem eſt ſola, quæ nos uocet ad ſe, & allicīat ſuapte natura. *Ibidē libro 2.*

Quid em̄ neceſſe eſt tanq̄ meretricem in matronarum cœtum ſic uoluptatem in uirtutum concilium adducere? *Ibidem.*

Voluptas ſæpius relinquit cauſas pœnitendi q̄ recordandi. *Ibidem.*

Maior eſt animi uoluptas q̄ corporis *Ibidē*

Voluptatē beſtijs concedamus. *Ibidē lib. 2.*

Maximas uero uirtutes iacere omnes neceſſe eſt uoluptate dominante. Sunt etiam turpitudines plurimæ, quæ niſi honeſtas natura plurimum ualeat, cur non cadant in ſapientem non eſt facile defendere. At ne plura cōplectar (ſunt enim innumerabilia) bene laudata uirtus uoluptatis aditus intercludat neceſſe eſt, quod tam à me expectare noli.

Idem libro de Senectute

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Dicebat Architas Tarentinus, nullam capitaliorem peſtem, q̄ uoluptatem corporis hominibus à natura datam. *ibidē.*

Impedit enim conſilium uoluptas, rationi inimica, ac mētis (ut ita dicam) præſtringit oculos, nec habet ullum cum uirtutibus commerciū. *ibidem.*

Cupidis em̄ uoluptatum odioſum fortaſſe & moleſtū eſt carere. Satiatis uero & expletis iucūdius eſt carere q̄ frui, quanq̄ nō caret is qui nō deſiderat. Ergo hoc non deſiderare, dico eſſe iucundius. *Idem libro de Senectute.*

Diuinus Plato eſcam malorum uoluptatem appellat, quod ea homines capiuntur, ut piſces hamo. *Cicero libro Paradox.*

Si quis uoluptatem eſſe ſummum bonum dixerit, eius uox pecudum eſſe uidetur, non hominum. *ibidem.*

Te miſeriæ, te ærumnæ premunt omnes, qui te beatum, qui florentem putas, tuæ libidines torquent. *ibidem.*

Tu dies noctesq̄ cruciaris, cui non ſat eſt q̄d eſt, & ipſum quod habes, ne diuturnum ſit futurum times. *Cicero libro Paradox.*

Quō aūt hic libero imperabit, qui non poteſt ſuis cupiditatibus imperare? Refrenet primum libidines, ſpernat uoluptates, iracundiam tenear, auaritiam coerceat, cæteraſq̄ animi labes repellat. Tunc incipiet aliis imperare, cum ipſe impudentiſſimis dominis, dedecori ac turpitudini parere deſierit. Dū uero his obediet, non modo imperator, ſed liber quidem non habendus erit. *Cicero libro Officiorum.*

Nam & uoluptates blādiſſimæ dominæ maiores partes animi à uirtute detorquent. *Cicero libro 4. Tuſcul. quæſt.*

Et ut turpes ſunt qui efferūt ſe lætitia, tū cum fruuntur uenereis cupiditatibus, ſic flagitioſi q̄ eas inflāmato aīo concupiſcunt. Totus uero iſte qui uulgo appellatur amor (nec Hercle inuenio quo nomine alio poſſit appellari) tantæ leuitatis eſt, ut nihil uideam, quod putem conferendū. Quem Cæcilius deum qui non ſummū putet, aut ſtultū, aut rerum eſſe imperitum, exiſtimet, cui in manu ſit, quem eſſe demētem uelit, quem ſapere, quē ſanare, quē in morbum inīci, quem contra amari, quem expeti, quem accerſiri. *Cicero in oratione pro M. Marcello.*

Quid eſt hoc ipſum diu, in quo eſt aliquid extremū, quod cum uenerit, oīs uoluptas p nihilo præterita eſt, quia nulla poſtea eſt futura. *Lucius Apuleius Floridorum libro 3.*

Cogitatio uoluptate impeditur. *Iſocrates ad Demonicum ſermone admonitorio.*

ἡδονὰν θήρευε τὰν μετὰ λόγου. id eſt, *Voluptates uenare cum dignitate.* *Periander.*

καίτοι μὲν αἱ ἡδοναὶ θνῆταί, αἱ δὲ τιμαὶ ἀθάνατοι. id eſt, *Semper quidem uoluptates mortales, honores uero immortales.* *idem.*

ἡδονῆσ χρᾶτει. id eſt, *Voluptatibus impera.* *idem.*

μὴ λαλει πρὸσ ἡδονήν. id eſt, *Ne loquere ad uoluptatem.* *Menander.*

ἡ γὰρ παρακαιρὸσ ἡδονὴ τίκτει βλάβην. id eſt, *Intempeſtiua uoluptas parit damnum.* *idem.*

ὡσ πολλὰ λυπὰ τὰσ ἡδονὰσ λυπούμεθα. id eſt, *Quā in multis rebus propter uoluptates triſtamur.* *Terentius comœdia 5.*

Qui uoluptati obſeruientes uiuunt, haud parum hæredem iuuant. *Ouid. de remedio libro 2.*

Eneruant animos cytharæ, cantuſq̄ lyræq̄,
Et uox, & numeris brachia mota ſuis.
Horatius ſer. lib. 1. Satyra 2.

Audire eſt operæpretium.
Vide ſupra in adulterium.
Iuuenalis ſatyra 11. in fine.

Voluptates commendat rarior uſus *Dantes Florentinus paradiſi cant. 2.*

Dietro a ſenſi.
Vedi che la ragione ha churte lale.

Votum græce εὐχὴ ἧσ & εὔχομαι uoueo dicitur. Eſt autem uotum alicuius boni cum deliberatione deo facta promiſſio.

Votū eſt propoſiti ſupererogātis p̄miſſio, deo facta propter bonum finem ex deliberatione firmata. Richar. 4. diſt. 38. artic. 3.

Votum dicitur à uolūtate, quaſi à primo mouente rationem ad promittendū, ſecundum b. Thomam 2. q. 98. art. 1.

Votum eſt teſtificatio quędam promiſſionis ſpontaneæ, quæ debet fieri deo de his quæ dei ſunt, ſecundum eundem ibidem.

Vouere eſt aliquid deo ſancte p̄mittere. Q̄m uero ea uehementer deſideramus quæ uoto à deo poſcimus, fit ut aliquando pro deſiderio capiatur: unde uoti compos, qui deſiderium ſuum aſſecutus eſt. Hinc deuoueo hoc eſt deſtino imprecor. Hinc deuotum, quod modo ad proſperum, modo ad aduerſum refertur. *Dauid Pſalm. 75.*

Vouete & reddite. *idem Pſalm. 115*
Vota mea domino reddam. *Eccleſiaſtes cap. 5.*
Si quid uouiſti deo, ne moreris reddere. *Auguſt. & hab. 17. q. 1. c. Sunt quædam.*

Sunt quæ dā quæ etiā nō uiuentes debemus, quædam etiam quæ niſi uouerimus non debemus. Sed poſtquam ea domino promittimus, neceſſario reddere conſtringimur. *Idem libro de bono coniugali, & habetur diſt. 27. Quidam.*

Quidam nubentes poſt uotum aſſerunt adulteros eſſe, ego autem dico uobis, quām grauiter peccant, qui tales diuidunt. *Hiero. & hab. 17. q. 1. cap. Vouentibus.*

Vouentibus non ſolum nubere, ſed etiā uelle damnabile eſt. *Gregorius ſup Ezechielem, & habetur 17. q. 1. cap. Qui bona.*

Si poſt uotū quiſq̄ neceſſario cogitur ſoluere quod uouit, ſi uouētibus nō ſolum nubere, ſed etiam uelle damnabile eſt, patet q̄ ſacerdos iſte ad execu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ad executionem sui uoti cogendus est: non so/lum non fieri, sed etiam uelle monachum non fieri, sibi damnabile est. Quod uero inter uouen tes iste computandus sit, patet ex uerbis Augu/stini dicentis: Dixi confitebor &c. Magna pietas dei est ut ad solam promissiõem peccata dimit/tat. Nondum enim pronunciat ore, & tamen de us iam audit in corde. Votum enim pro opere reputatur.

Grego. in Regist. & hab. 17. q. 1. cap. Ananias.

Ananias deo pecunias uouerat, quas post ui/ctus persuasione diaboli subtraxit, sed qua mor te mulctatus est, scis. Si ergo ille mortis pericu/lo dignus fuit, qui eos q̃s dederat nummos deo abstulit, considera quanto periculo in diuino iu dicio dignus eris, qui non nummos, sed temet ipsum deo omnipotenti, cui te sub monachi ha/bitu deuoueras, subtraxisti.

Isidorus in Synonymis, & habetur 17. q. 4. cap. In malis.

In malis promissis rescinde fidẽ, in turpi uoto muta decretũ. Quod incaute uouisti, ne facias. Impia est promissio, quæ scelere adimpletur.

Leo Papa, & habetur 20. q. 1. Puellæ.

Puellæ q̃ parentũ coactæ imperio, sed spon/taneo iudicio uirginitatis propositum atq; habi tum susceperint, si postea nuptias elegerint, p̃ua ricantur, etiã si nondum eis consecratio accesse/rit, cuius utiq; non fraudarent munere, si in ꝓpo sito pmanerent. Ambigi uero non possunt cri/men magnum admitti, ubi propositum deseritꝰ, & consecratio uiolatur. Nam si humana facta non possunt impune calcari, qd de his manebit, qui corruperint fœdera digni sacramentiꝰ

Seneca ad Lucilium epistola 10.

Quidam turpissima uota dijs insusurrant, si quis ammouerit aurem, conticescent, & q̃ scire homines nolunt, deo narrant. Sic uiue cum ho/minibus tanq̃ deꝰ uideat. Sic loquere cum deo tanq̃ homines audeant.

Ibidem epistola 60.

O q̃ inimica sunt nobis uota nostrorum, eo quidem infœliciora quo cessere fœlicius.

Cicero libro 2. de Legibus.

Caute uota reddunto.

Valerius Maximus libro 7. cap. 1.

Socrates humanæ sapientiæ quasi quoddam terrestre oraculum, nihil ultra petendum à dijs immortalibus arbitrabatur q̃ ut bona tribue/rent. Quia ij demum scirent, quid unicuiq; esset utile. Nos autem plerunq; id uotis expetere, ꝙ non impetrasse melius foret. Etenim densissimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quam la te patentem errorẽ cæcas præcationes tuas spar/gis? Diuitias appetis, quæ multis exitio fuerũt. Honores concupiscis, qui complures pessundes derunt. Regna tecum ipse uoluis, quorum exi/tus sæpenumero miserabiles cernuntur. Splen/didis coniugijs innixis manus: at hæc ut aliquan do illustrant, ita nõnunquam funditus domos euertunt. Desine igitur stulte futuris malorum tuorum causis quasi fœlicissimis rebus inhiare, teq; totum cælestium arbitrio permittere, quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere aptissima possunt.

Virgilius Aeneidos libro 6.

Cessas in uota precesq;,
Tros ait Aenea cesses.

Lucanus libro 5. Pharsaliæ.

Noua uota timori
Sunt inuenta nouo.

Ouidius Fastorum libro 5.

Sæpe Iouem uidi, cum iam sua mittere uellet
Fulmina, thure dato sustinuisse manum.

Persius Satyra 2.

Haud cuiuis promptum murmurq; humiles susurros
Tollere de templis, & aperto uiuere uoto.

Martialis Epigrammaton libro 8. de columba.

Et dominum mundi flectere uota ualent.

Dantes Florentinus paradisi canti. 5.

Lo magior don che dio per sua larghezza
Fece creando, & illa sua bontade
Piu conformato & quel che piu apprezza,
Fu de la uolonta la libertate,
De che le creature intelligenti
E tute e sole fure, & son dotade.
Hor ti para se tu quinci argomenti
Lalto ualor del urto. se e si fatto,
Che dio consenta quando tu consenti.
Che nel fermar tra dio, & lhomo il patto,
Victima fassi di questo thesoro.
Tel qual io dico e fassi col suo otto.
Donche che render possi per ristoro?
Se credi ben usat quel chai offerto,
Di mal Toleto uoi far bon lauoro. id est.

Maius donũ, quod deus per suam largitatem Fecit creando, & suæ bonitati Conformem magis, & id quod facit, Fuit uoluntatis libertas, Qua creaturæ rationales, Et omnes, & solæ fuerunt, suntq; dotate. Iam tibi uidebit si tu hinc sumas argumentũ Ingens uis uoti, si sic sit, Vt deus consentiat, quando tu consentis. Nam in firmando inter deũ, & hoiem pactũ Victima sit huius thesauri Talis, qualem dico cum sua actione.

Igitur quid reddi potest pro satisfactione? Si credis bene uti (quod obtuliſti) Ex malo inquisito uos facere bonum opus.

Vox græce φωνή. ῆς. & φωνέω. ῆσω. ῶ. uocalis dicitur. Est autem uox percussio aeris inspirati ad uocalem arteriam moti ab anima, quæ est illis partibus, secundum Aristo. libro 2. de Anima.

Vox est aeris per linguam percussio, quæ per quasdam gutturis partes quæ arteriæ uocantur ab animali profertur, secundum Boetium in principio additionis secundæ super librum Pe/rihermenias.

Vox est sonus cum quadam imaginatione si/gnificandi, secundum Boetium ibidem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Vox est sonus ab ore animalis, platus, naturalibus instrumentis formatus, secundum Petrũ Hispanũ in principio suæ logicæ. Sunt aũt naturalia instrumenta, qbus uox formaf 9. Versus:

Instrumenta nouem sunt, guttur, lingua, palatum,
Quatuor & dentes, & duo labra simul.

Vox est quicquid sonat, & dicitur ἀπὸ τοῦ βαίω, q̃ est sono, Virg. Fractasq; ad littora uoces. Eius diminutiuum uocula. Hinc uocifero siue uociferor, quod est cum dolore siue indignatiõe maiorem uocem emitto. Item uocalis. i. sonorus.

Voracitas græce βορά, ας. ἡ. & φάγος. ου. ὁ. uel βορος. ου. ὁ. edax dicitur. Est autẽ uoracitas gulositas, dicta à uorando. Vorare enim proprie est cibum non confectum dentibus deglutire, & per metaphoram est auide sumere.

De hac materia uide supra in Gula.

Vrbanitas græce ἀστειότης. τητος. ἡ. urbanus dicitur. Est autem urbanitas qua significamus propriũ quẽdam gestum urbis, & sumptam ex conuersatione doctorum tacitam eruditionem. Quid differant urbanus & urbanitas, à dicacitas & dicax, uide supra in dicacitas.

Vrbs græce ἄστυ. εως. τὸ. dicitur ab uruo aratri curuatura. Antiq enim Hetrusco more iunctis tauro & uacca quæ interior esset, sulcum aratro circunducebant, intra quem urbem ædificarent. Alij tamen ab orbe dictam uolunt, q̃ sulcus ille in orbem duceret. Vrbs sunt ipsa ædificia. Ciuitas uero quæ græce πόλις. εως. ἡ. dicitur, significat ipsos ciues, dicitur q̃q; ciuiũ unitas. Confundunt tñ hæc quandoq;. Vir. Inuadunt urbẽ somno uinoq; sepultam, quod tamen illic carminis necessitate factum est, cum in uersu hexametro ciuitas, & ciuitatem locare non possumus.

Vrina græce οὖρον. ου. τὸ. & οὐρέω mingo dicitur. Est autem urinare siue urinari urinam emittere. Habet & aliud significatum, nam urinare est in aquam emergi, & natando emergere, dicitur q̃; ab uruo, de quo supra in Vrbs.

Vruum enim ita flexũ deorsum est, ut redeat sursum, urinare ergo est quasi ad similitudinem uruinare, hoc est natare. Plí. Caniculaq; multitudo circa eas urinantes graui periculo infestat.

Hinc urna dicitur, q̃ in aqua hauriendo urinat, quemadmodum urinator facit, qui mergit & emergitur mercese mari extrahendo leuandi nauigij gratia iactatas, sic dictus teste Callistrato. Vrna autem græce πρᾶνον. ου. τὸ. dicitur, cuius diminutiuum est urnula.

Vsura græce τόκος. ου. ὁ. & τοκιστής. οῦ. ὁ. usurarius dicitur. Est autem usura quodcunq; soluti/oni rei mutatæ accedit, ipsius rei usus gratia pactione interposita, uel hac intentione habita in contractu uel exactione habita post contractũ, secundum Hosti. in summa.

Vsura est quicquid præter sortem accedit sine iusto titulo, siue sit in mutuis, siue in contractibus alijs, secundum b. Tho. in quæstionibus de malo, q. 13. art. 4. c.

Vsura est pretium pecuniæ mutuatæ, uel cuiuscunq; rei cuius usus est consumptio uel distractio eius, secundum eundem 2. 2. q. 82. ar. 1. c.

Exodi caput 22.

Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum q̃si exactor, nec usuris opprimes.

Leuitici cap. 25.

Pecuniam tuam non dabis ad usuram.

Deuteronomij cap. 23.

Nõ fœneraberis fratri tuo. *Dauid Psal. 14.*

Qui pecuniam suam non dedit ad usuram.

Ecclesiastici cap. 29.

Multi non causa nequitiæ fœnerati sunt, sed fraudari timuerunt.

August. super Psalm. 36. & hab. 14. q. 3. c. Si fœneraueris.

Si fœneraueris hoiem. i. si mutuo dederis pecuniã tuam, à quo plus q̃ dedisti expectes, non pecuniam solam, sed aliquid plus q̃ dedisti, siue illud triticũ sit, siue uinũ, siue oleũ, siue q̃dlibet aliud, si plus q̃ dedisti expectes accipere, fœneratores, & in hoc improbandus, non laudandus.

August. ad Macedonium, & habetur 14. q. 4. cap. Quid dicam.

Quid dicã de usuris, quas etiã ipsæ leges & iudices reddi iubent, an crudelior est q̃ subtrahit aliquid uel detrahit diuiti, q̃ qui trucidat pauperẽ fœnore, hæc utiq; atq; huiusmodi male ubiq; possident, & uellem restituerentur, sed non est q̃ iudice repetant, iam uero prudẽter intueamur quod scriptum est: Fideli hoi totus mundus diuitiæ sunt, infideli autẽ nec obolus, nonne omnes qui sibi uidentur gaudere cõquisitis, eosq; uti nesciunt, alienũ possidere conuincimus. Hoc enim certe alienum non est quod iure possidet. Hoc aũt iure, quod iuste, & hoc iuste, quod bene. Oñe igitur quod male possidetur, alienum est, male autem possidet qui male utitur.

Hieron. super Ezechielem lib. 6. & habetur 14. q. 3. cap. Putant.

Putant quidã usuras eñ esse in pecunia, q̃ proui dens diuina scriptura omnis rei aufert superabundantiam, ut plus nõ recipias q̃ dedisti. Item alij q̃ pecunia fœnerata solent munuscula diuersi generis accipere, & nõ intelligunt scripturam usurã appellare & supabundantiam quicquid illud est, si ab eo q̃ dederint plus reacceperint.

Ambrosius libro 3. Officiorum.

Cur in fraudẽ cõuertis naturæ industriã? cur affectas inopiam? cur optari facis pauperib⁹ sterilitatem, fles publicã fertilitatem. Exploras q̃ sterilior prouentus. Hanc uocas industriam quę est calliditatis uersutia, fraudis astutia. Et quod tu remedium uocas, est cõmentum nequitię. Latrocinium aũt fœnus appellem. Captant tanq̃ latrocinij tempora quibus in uiscera hominum durus insidiator obrepas. Cui conditæ frugis multiplicat usura? quid imprecaris mala omnibus? lucrum tuum damnum publicum est.

Amb. & hab. 14. q. 3. cap. Pleriq;.

Pleriq; refugiẽtes præcepta legis, cũ dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia usuras ex

ras exigunt, ſed de mercibus eorum tanꝯ uſu/rarum emolumenta percipiunt. Ideo audiane quid lex dicat. Necꝯ inquit uſurã eſcarum accipi es, necꝯ enim oĩm rerum. Item eſca uſura eſt, & ueſtis uſura eſt, & quodcunꝯ accedit ſorti, uſura eſt, & quod uelis nomen ei imponas, uſura eſt. Item ſi quis inſtaurandũ conuiuiũ putet, ad ne/gotiatorẽ mittit, ut abſynthiaci cupellam defe/rat, ſibi gratis ad cauponẽ dirigat, ut picenũ ui/num, aut theatricum requirat, ad laniũ, ut uul/uam ſibi ꝓcuret, ad aliũ, ut ſibi poma adornet.

Ambr. li. de Bono mortis, & habetur 14. q. 4 ca Si quis uſuram

Si qs uſurã accipit, rapinã facit, uita nõ uiuit.

Ibidem cap. Ab illo.

Ab illo exige uſurã, cui merito nocere deſide/ras, cui iure inferunt arma, huic legitime auferũ/tur uſuræ: quem bello uincere nõ potes, ab hoc uſuram exige, quem non ſit crimen occidere. Si/ne ferro dimicat, qui uſuras flagitat: ſine gladio ſe de hoſte ulciſcit, qui fuerit uſurarius exactor inimici. Ergo ubi ius belli, ibi ius uſuræ.

Gregor. & hab. di. 33. ca. Maritum duarum.

Non ordinandos cenſemus illos, qui uſuras accepiſſe conuincuntur.

Ioan. Chryſoſt. ſuper Matt. homil. 6 in fine.

Mutuo da, ampliores cape uſuras, mutuo da accepturus, ſcilicet ubi nulla inuidia, nulla accu/ſatio, inſidiatio, necꝯ terror. Mutua nulla indigẽ/ti, ſed Chriſto, & propter te neceſſitatem haben/ti eſurienti, & oẽs nutrienti. Hæ enim uſuræ re/gnum, illæ gehennã præparãt. Hæ ſunt pietatis miſericordiæ. Illæ crudelitatis auaritiæ.

Ibidem.

Nihil uſuris turpius, nihil crudelius. Alienas hic negociatur miſerias, & lucrum ſuũ alterius aduerſitatem facit. Talis eſt quaſi manum ſuſci/piens, & in naufragium impellens.

Idem ſuper illud Matt. 5. Et uolenti mutuare.

Similis eſt ꝑcunia uſuarij morſui aſpidis. Per cuſſus enim ab aſpide q̃ſi delectatus uadit inſo/mnũ, & per ſuauitatẽ ſoporis moriẽ, quia tunc uenenum latenter per omnia mẽbra decurrit. Sic qui ſub uſura accipit, ſub tempore quaſi be/neficium ſentit, ſed uſura per oẽs ſuas facultates decurrit, & totum conuertit in debitum,

Leo Papa & habetur 14. quæſt. 4. cap. Nec hoc pretereundum.

Nec hoc ꝑtereundum quoꝯ duximus eſſe, quoſdam lucri turpis cupiditate captos qui uſu/rariam exercere ꝑcuniam & fœnore uolunt di/ceſcere, quod nos, ut non dicamus non eos qui ſunt in clericali ordine conſtituti, ſed etiam in laicos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt cõ/dolemus, quod uindicari acrius in eos, qui fue/runt confutati decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

Idem & habetur diſ. 46 ca Sicut non.

Sicut nõ ſuo, ita nõ alieno nomine aliquis cle/ricorũ exercere fœnus attentet. Indecẽs eſt enim crimen ſuum cum incõmodis alienis impende/re & exercere. Fœnus aũt hoc ſolum aſpicere & exercere debemus, ut quod hic miſericorditer tribuimus, à domino qui multipliciter & imꝑ/petuum manſura tribuit, recipere ualeamus.

Ariſtoteles lib. 4. Ethicorum.

Vſurarij unde nõ oportet accipiũt ꝑtum nõ oportet.

Cic. lib Officiorum in fine.

A Catone maiore cũ q̃reretur, quid maxime iure familiari expediret. Reſpondit: bene paſce/re. Quid ſecũdum, ſues bene paſcere. Quid ter/tium, bene ueſtire. Quid quartũ, arare. Et cum ille qui quæſierat dixiſſet. Quid fœnerari? Tum Cato, Quod hominem (inquit) occidere?

Vſus græce χρῆσις. ῆ. & χράομαι utor dicitur. Eſt autem uſus uis utendi rebus alienis ſalua rerum ſubſtantia, ſecundum Azo. in ſumma.

Vſus nullo modo ſignificat habitũ uel poten/tiã, ſed ſignificat actũ cuiuſcũꝯ habitus & potẽ/tiæ, ſecun. b. Tho. in q. de ueritate. q. 17. ar. 1. c.

Vſus ab utor uenit, & aliquando ſignificat ip/ſam utendi actionẽ. Virg. Nam necꝯerat coriis uſus. Nonnunꝯ conſuetudinem, conuerſatio/nem. Terent. Sic mihi eſt uſus. Aliquando opus eſt. Virg. Nunc uiribus uſus. Nunc manibus ra/pidis omni nunc arte magiſtra. Nonnunquam utilitatem ſignificat. Apuleius: Cum id ex uſu meo non eſſet. Hinc utilis de quo infra. Vſu ue/nire eſt accidere. Plin. Id enim frequenter uſu ue/nit, ut mali bonis præferantur.

Vſusfructus eſt ius alienis rebus utendi fruen/diꝯ, ſalua rerum ſubſtantia, ſecundum Vlpia/num, quia eſt ius in corpore, quo ſublato, & ip/ſum tolli neceſſe eſt. ff. de uſu fru. l. 2. & inſti. eo: prin.

Vſufructus dicitur, cum res aliqua non no/ſtra eſt, ſed perinde ex ea fructum atꝯ utilitatem capimus, ac ſi noſtra eſſet.

VTilitas græce ὠφιλία. ἡ. & ὠφελος utinam & ὠφε/λήσιμος. ν. ſ. utilis dicitur dupliciter. ſ. ſicut uia ad finem, ut meritum ad beatitudinem, & ſicut pars ad totum, ut miniſteria angelorum ad bea/titudinem eorum, ex b. Tho. prima parte q. 62. articulo 9.

Vtilitas utilis & utiliter, ab utor dicuntur.

Machabæorum II. cap. 4.

Communem utilitatẽ apud te uniuerſæ mul/titudinis conſidera.

Ambroſius lib. de Officijs & habetur 14. quæſt. cap. 5. Deniq.

Deniq; ſi non poteſt ſubueniri alteri niſi alter lædat, commodius neutrũ iuuari quã grauari al/terum, ideoꝯ in cauſis pecuniarijs interuenire non eſt ſacerdotale, in quibus non poteſt fieri quin frequenter lædatur alter qui uincit, quoni/am interceſſoris beneficio ſe uictum arbitratur. Sacerdotis eſt igitur nulli nocere, prodeſſe uel/le omnibus, poſſe autem ſolius eſt dei.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper illud Matthæi 25. Beatus ſeruus.

Hæc dicta ſunt de ſermõe, de uirtute, de pecu/niijs, de oĩmi diſpenſatione, quæ unicuiq; cõmiſſa eſt, unumquenq; enim ad cõmunem utilitatem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uel oportet his quæ habet, siue sapiẽtia, siue principatu, siue diuitijs, non ad nocumentum conseruorum.

Lactan. Firm. lib. 6, ca. 5. Diuin. instit.

Nihil potest esse utile uel honestum, quod non idem bonum sit, nihil inutile ac turpe, quod idem malum non sit.

Cassiodorus epistola 14.

Commodum debet esse cum modo, nam si mensura qualitatis excesserit, uim sui nominis non habebit.

Cicero de Amicitia.

Mihi aũt non minori curæ est, qualis respub. post mortem meã futura sit, q̃ qualis, hodie sit.

Cicero libro officiorum 2. in fine.

Sed utilitatum comparatio sæpe est necessaria, nam & corporis cõmoda cũ externis, & externa cum corporis, & ipsæ inter se corporis & externa cum externis cõparari solent. Cum externis corporis hoc modo comparantur, ualere ut malis quã diues esse. Cum corporis externa hoc modo, diues esse potius quàm maximis corporis uiribus uti. Ipsa inter se corporis cõparantur sic, ut bona ualetudo uoluptati antepona/tur, uires celeritati: externorũ aũt, ut gloria diuitijs, uectigalia urbana rusticis. Ex quo genere comparationis illud est Catonis senis à q̃ cum q̃ reretur quid maxime in re familiari expediret, respondit: bene pascere &c. uide supra in usura.

Ibidem.

Hoc aũt de quo nunc agimus, id ipsum est q̃ utile appellatur, in quo uerbo lapsa consuetudo defluxit de uia, sensim q̃ eo deducta est ut ab honesto utile secerneret, & cõstitueret honestum aliquod quod utile non esset, & utile quod non honestum, qua nulla pernities maior hominum uitæ potuit afferri. Summa quidẽ authoritate philosophi seuere sane atq; honeste hæc tria genera confusa cogitatione distinguũt. Quicquid enim iustum sit id utile esse cẽsent, item q̃ quod honestum sit, id esse iustum, ex quo efficit̃ quicquid sit honestum, id sit utile, quod qui parum perspiciũt, hi sæpe uersutos homines & callidos admirantes, eorum malitiã sapientiã iudicant, quorum error eripiendus est, omnis q̃ opinio ad eam speciem traducenda, ut honestis consilijs iustis q̃ factis, nõ fraude & malitia se intelligent ea quæ uelint consequi posse. *ibidem li. 3.*

Senserunt Stoici, ut quicquid honestum est, id utile sit, nec utile esse quicquam quod non est honestum. *Ibidem.*

Nihil uero utile quod non sit honestum, nihil honestum quod non idem utile sit.

Ibidem.

Licet dicere utilitatem aliquando cum honesto pugnare. *Ibidem.*

Cum uero utilitas requirẽda est, sic intelligẽdum, ubi turpitudo sit, ibi utilitatem esse non posse. Quod si nihil est tam contra naturã quam turpitudo, recta enim & conuenientia & cõstantia natura desiderat, aspernatur q̃ contraria, nihil q̃ tam secundum naturam quàm utilitas.

Ibidem.

Quod autem bonum, id certe utile, itaq; quicquid honestum id utile. *Ibidem.*

Sic quod honestum non est, id utile ut sic efficiri non potest, aduersante & repugnante natura.

Ibidem.

Peruertunt homines ea quæ sunt naturæ fundamenta, cum utilitatẽ ab honestate seiungunt. Omnes enim expetimus utilitatem.

Ibidem.

Nam quis est qui utilia fugiat? aut quis potius qui ea non perstudiosissime persequatur?

Ibidem.

Est enim utile quod idem honestum, nec quia utile honestum, sed quia honestum utile.

Ibidem.

Si uir bonus habeat hanc uim, ut si digitis cõcrepuerit possit in testamento nomen suum irrepere, hac ui non utatur. Intelligat enim nihil expedire, aut utile esse, quod est iniustum.

Vulgus græce ἰκαῖος, ἰκαία, ἰκαῖον, uulgaris dicitur. Est aũt uulgus & masculino & neutro genere, proprie ignobilior multitudo. Virgil. Sæuit̃q; animis ignobile uulgus. Dicitur q̃, (ut quidam uolunt) à uoluendo, quod stulte huc atq; illuc uoluatur. Hinc uulgaris dicitur, hoc est uilis ac cõmunis. Hinc uulgo, diuulgo. hoc est omitto, ac uile quasi commune omnibus facio. Hinc etiam promulgo, quasi prouulgo. Vnde lex promulgari dicitur, cũ primũ in uulgus educitur.

Virgil. lib. 1. Aeneid.

Sæuit̃q; animis ignobile uulgus.

Idem in 2. Aeneid.

Scinditur incertum studia in contraria uulgus.

VXor græce γυνή, αικός, ἡ. & γυναικοφίλης, ου. ὁ. Vxorius dicitur. Vxor dicitur mulier post q̃ contraxit per uerba de præsenti, licet nondum consummauerit, & hoc in omnibus fauorabilibus. Sed in odiosis appellatione uxoris uenit solum illa quæ matrimonium consummauit, in l. non sicut C. de bo. quæ libe.

Vxor dicitur ab unguendo quasi unxior. Fuit enim ueterũ mos Romanorum, ut nouæ nuptæ mariti domum intrãtes axungia postes ungerent. Est autem axungia adeps suillus inueteratus, aut cum sale, aut syncerus, qui quanto uetustior, tanto utilior est. Dicitur q̃ axũgia ab axe plaustrorum unguento, quamuis etiam Græci hoc uocabulo usi fuerint. Hanc enim religionem habebant, putabãt q̃ mala omnia ab ea domo arceri, propter innumeras axundiæ utilitates, impressas ei à radicibus, quibus sues uescuntur. Vxorius modo significat ad uxorem pertinens, modo uxori dedicum.

Virgilius

- Pulchramq; uxorius urbem

Extruis.

Euripedes in Medea.

ὅταν μεγίστη γίγνεται σωτηρία·
ὅταν γυνὴ πρὸς ἀνδρὸς μὴ διίχοσταται. id est,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quæ quidem maxima eſt ſalus,
Quando uxor aduerſus uirum non aduerſetur.

XEnium græca dictio eſt ξένιον, ν. τὸ. Erant autem xenia munera quæ ueteres in Saturnalibus ſibi inuicem mittebãt, ita quod quæ primo mitterentur xenia uocarentur, quaſi hoſpitalia, hoc eſt ad hoſpites miſſa, ſicuti & apophoreta quæ remittebantur. Quare Martialis duos libros antepenultimum xenia, & ultimum Apophoreta uocauit. Quoniam in his diſtichis ſingulis deſcripta ſunt munera, quæ Saturnalibus mitti ſolebant. Et ipſa diſticha pro muneribus hoc eſt, pro xenijs & apophoretis miſſa. Axenium per diminutionem fit xenium. Apuleius: Commodum meridies acceſſerat, & mittit mihi xeniola porcum optimum, & quinq; gallinulas.

Xenodochium quod & xenodocium dici poteſt, græca dictio eſt ξενοδοχεῖον, & ξενοδοκεῖον, ν. τὸ. & eſt hoſpitum receptaculum. Componitur autem ex ξένων id eſt, perigrinorum, & δέχομαι. ὃ. δ. ꝙd eſt receptiuus. Etenim δέχομαι capio dicitur. Latine hoſpitale dici poteſt, nam ξενοδοκέω idem eſt, quod hoſpites recipio.

ZElotypia græca dictio eſt compoſita ex ζῆλος. ὁ. δ. quod eſt æmulatio, & τύπος. ὁ. δ. forma. Eſt autem zelotypia ægritudo animi, ex eo proueniens quod timeas ne aſſit alteri quod cũ nemine uelis habere cõmune, ſecundum Chryſippum: qui igitur ita amat, ut ſolicitus ſit ne quis amore ſuo perfruatur, zelotypus eſt.

Zelotypia oritur ex amore non patiente cõſortium in re amata, ſecundum be. Tho. prima ſecundæ q. 28. art. 4o.

Zelus græca dictio eſt ζῆλος. ὁ. δ. Et eſt amor, beatitudo, æmulatio, iuſta ira, fœlicitas.

Zelus ſumitur aliquando pro feruenti dilectione, & quandoq; pro inuidia non æquiuoce, quia ſecundum procedit à primo, ſecundum b. Tho. ſuper 1. ad Gor. 14 co. 1. fi.

Zodiacus eſt circulus cæleſtis in quo duodecim ſigna ſunt quæ ſol ſingulis annis percurrit, qui latine ſignifer, græce zodiacus nuncupatur, hoc eſt, animalis. Nam ζῶον. ν. τ. animal dicitur.

Ipſorum uero ſignorum nomina ſunt: Aries, Taurus, &c. uide ſupra in Signum. De hoc circulo Virgilius.

Obliquus qua ſe ſignorum uerteret ordo.

Ouidius.

Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes,
Zonarumq; trium contentus fine, polumq;
Effugit auſtralem, iunctamq; aquilonibus arcton.

Habes humaniſſime Lector, in hoc uolumine plurimorum uocabulorum declarationem, cum diffinitionibus ſeu deſcriptionibus Græcarum dictionũ adiectione ſuis locis appoſitam: Innumeras ſententias Bibliæ, Quatuor eccleſiæ doctorum, aliorumq; ſanctorum, Philoſophorum, Hiſtoricorum, Poetarum tam Latinorum quam Græcorum, & demum Dantis & Petrarchæ, cum Latina interpretatione ſuis in materijs, & ubi melius quadrare uidebantur annotatas, aliquas materias in arborẽ ramificatas, quo facilius eas memoriæ ſcrinio commendes. Vale.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance